

BIBLIOTHECA VETERUM PATRUM

ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM

POSTREMA LUGDUNENSI MULTO LOCUPLETIOR ATQUE ACCURATIOR

[illegible]

Curâ & studio ANDREAE GALLANDII *Presbyteri* CONGREGATIONIS ORATORII

TOMUS VII.


VENETIIS CIƆIƆCCLXX.

EX TYPOGRAPHIA JOANNIS BAPTISTAE ALBRITII HIERON. FIL.


[illegible]

BIBLIOTHECA
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,

POSTREMA LUGDUNENSI MULTO LOCUPLETIOR ATQUE ACCURATIOR.




Cura & studio ANDREÆ GALLANDII *Presbyteri*
CONGREGATIONIS ORATORII.



TOMUS VII.



VENETIIS CIƆIƆCCLXX.



EX TYPOGRAPHIA
JOANNIS BAPTISTÆ ALBRITII HIERON. FIL.
CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.



PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE

S. MACARIO ÆGYPTIO.

I. Macarius ſenior, genere Ægyptius, & *Magni* cognomentum adeptus [1], florente adhuc ætate monaſticum inſtitutum amplexus eſt. Quo quidem tempore virtutibus atque auſtero vivendi genere adeo enituit, ut παιδαριογέρων, id eſt *puer-ſenex*, a monachis vocaretur [2]; quoniam citius quam pro ætate, in monaſticæ diſciplinæ ſtudiis profecerat. Deinceps vero in intimam ſolitudinem ſecedens, in Sceti ſedem poſuit [3]: ubi egregiis religioſæ vitæ certaminibus inclytus, pluribuſque gratiæ donis divinitus cumulatus, annos natus quadraginta ad ſacerdotium evectus eſt. Magno Athanaſio æqualis, magno quoque Antonio familiaris [4], ex hac vita migravit nonagenarius, poſtquam ipſos annos ſexaginta ſolitariam vitam egiſſet, Palladio teſte, qui & præclara ejus facinora pluribus ediſſerit [5]. *Quid ego narrem*, inquit Hieronymus [6], Macarios, *Arſenios*, *Serapionas & reliqua columnarum Chriſti nomina?* Ejus memoria in eccleſiæ Latinæ faſtis die xv. Januarii recolitur.

II. Non ſolum autem vitæ ſanctioris inſtitutis eximius exſtitit Macarius Ægyptius, ſed etiam doctrina præſtans ſacrarumque litterarum ſcientia apprime excultus fuiſſe comperitur. Sub ejus nomine circumferuntur Homiliæ quinquaginta *de integritate quæ decet Chriſtianos*, ſpiritualis ſucci plenæ. Has primus ex codice bibliothecæ regiæ Græce Latineque edidit Pariſiis Joannes Picus, in ſenatu Pariſienſi claſſium inquiſitoriarum præſes: eademque editio cum Gregorii Thaumaturgi & Baſilii Seleucienſis operibus ibidem iterum prodiit anno 1621. Antea vero, anno ſcilicet 1594. ex verſione Zachariæ Palthenii Friedbergenſis, Francofurti fuerant eædem Homiliæ ſecundo evulgatæ. Atque hanc poſteriorem editionem, Græco textu ex mss. codicibus quos in ſuis eccleſiæ Græcæ monumentis excitavit Cotelerius, potiſſimum recenſito, ac verſione Paltheniana ſubinde caſtigata, rurſus prelo commiſit Lipſiæ anno 1698. Joannes Georgius Pritius: additis præterea ſeptem opuſculis aſceticis, a Petro Poſſino in Theſauro aſcetico primum in lucem eductis; ſubjectiſque ſimul ejuſdem ſancti abbatis Apophthegmatis cum Poſſinianis tum Coteleriánis, nec non excerptis quæ de noſtro Macario in Vitis Patrum & apud Palladium atque Caſſianum habentur. Quam propterea editionem ceteris auctiorem accuratioremque typis excudendam conſignavimus.

III. De Homiliarum porro integritate ut paucis A agamus, earum auctorem Macarium Ægyptium agnoſcunt non ſolum impreſſi codices, verum etiam mss. complures quos laudant Montfauconius [7] & Fabricius [8]. Neque vero hac de re umquam ſuborta fuerat dubitatio: donec alium ab Ægyptio Macarium, Amathæ ſocium & magni Antonii diſcipulum, excogitare placuit Petro Poſſino, eumque ſive Homiliarum quinquaginta ſive ſeptem opuſculorum aſceticorum ab ſe editorum parentem ſtatuere [9]. Verum viri docti placita non eſſe omnino admittenda, pluribus evincunt Caveus [10] & Pritius [11], ſed maxime Tillemontius [12]. Atque hinc etiam reſpuenda Oudini ſententia, qui ejuſmodi ſcripta de quibus loquimur, ad Marcum Ασκητὴν B ſeu *Exercitatorem*, Macarii junioris diſcipulum, ſpectare arbitratur [13]. Quorum quidem virorum cll. judicium, non minimum confirmare videtur Joannes patriarcha Antiochenus in Oratione quam vulgavit Cotelerius. Sic enim ille [14]: „ A divinis ſanctiſque patribus noſtris, Athanaſio, Baſilio, Nyſſeno aliiſque eorum temporum, editi ſunt aſcetici atque a Deo inſpirati libri, qui communiter degendi & vivendi rationem, omnemque abſolute monachorum vitam & inſtitutionem præſtituunt. Sed & qui primum in Ægypto compoſitus fuit maximus liber ſanctorum Senum *Scetis*, Thebaidis & Libyæ, complectens ordine alphabetico ſacra eorum geſta & dicta. Quia vero C per gratiam Chriſti, etiam multi in diſciplinis exercitati ac philoſophi ſæculi, anguſtam & arctam viam ſectati, monachi ſanctique evaſerunt; *conſcripſerunt illi quoque non paucos libros divinitus inſpiratos, qui ſic inſcribuntur*: Liber — sancti Macarii „ cet. Ex quibus intelligas, & *Scetis* ſolitudinem heic nominari quam incoluiſſe Macarium Ægyptium ſuperius ex Palladio didicimus, & *Macarii librum* laudari quem eidem abbati Ægyptio jure adſcribas: alter enim Alexandrinus in *Celliis* habitaſſe traditur, ut mox videbimus.

IV. Idem porro ferendum videtur judicium de D ſeptem opuſculis aſceticis a Poſſino in vulgus emiſſis: eorum nimirum auctorem unum eumdemque cum illo eſſe, a quo fuere Homiliæ conſcriptæ [15]. Etenim præter quam quod res ipſæ quæ utrobique ferme ediſſeruntur, unum ſcriptorem produnt [16], & Macarium quidem Ægyptium cognomento Magnum; accedit in primis ms. codicis fides quo uſus eſt Poſſinus, ut ipſemet teſtatur his verbis [17]: „ Septem,

1. *Pallad.* Hiſt. Lauſ. cap. xx. pag. 924.
Apophth. Patr. apud *Coteler.* Mon. eccl. Gr. tom. I. pag. 537.
2. *Sozom.* Hiſt. eccl. lib. III. cap. xiv.
3. *Pallad.* l. c. cap. xix. pag. 921.
4. *Cotel.* Mon. eccl. Gr. tom I. pag. 530. ſeq.
Tillem. Mem. eccl. tom. viii. pag. 806. not. iv. *ſur S. Macaire*.
5. *Pallad.* l. c. cap. xix.
6. *Hieron.* epiſt. cviii. al. xxvii. ad Euſtoch. §. xiv. opp. tom. I. pag. 698. edit. Veron.
7. *Montf.* Bibl. bibl. tom. I. pag. 67. C.
8. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. vii. pag. 492.
9. *Poſſin.* Prolegom. ad Theſ. aſcet. §. vi.
10. *Cav.* Hiſt. litt. tom. I. pag. 253.
11. *Prit.* præfat. ad Macar. opuſc. §. viii. & ſeqq.
12. *Tillem.* Mem. eccl. tom. viii. pagg. 619. & 810. not. x. *ſur S. Macaire*.
13. *Oudin.* de ſcript. eccl. tom. I. pag. 478.
14. *Joan. Antioch.* apud Coteler. Mon. eccl. Gr. tom. I. pag. 166. §. V.
15. *Tillem.* Mem. eccl. tom. viii. pag. 610.
Pritius l. c. §. xi.
16. *Poſſin.* l.c. §. vi. ſub fin.
17. Id. ibid. §. iv.

„ inquit , opuſcula unius ſunt auctoris *Macarii* A „ *Magni*, prout diſerte ſingulorum titulus ſignabat „ in codice Turrianeo . Erant autem ea ibi non „ uno continue ductu expanſa , ſed in duo ſeparatim, multis interpoſitis , diviſa ſyſtemata *nominis ejuſdem* : priori ſiquidem hic præfigebatur „ index , *Macarii Magni de cuſtodia cordis* „ cet. At vero non eſt heic diſſimulandum , quod ex Joannis Mariæ Braſichellani Expurgatorio Indice in litteras retulit Labbeus [1] . Sic autem locus ſe habet : „ Illud opportune obſervamus , quædam illis (Homiliis) ineſſe obſcura , ambigua & a proprio „ exactoque more loquendi theologorum quadamtenus aliena , proindeque cum judicio & circumſpecte legenda . Et ſubeſt ſuſpicio , ne ab B „ aliquo Pelagiano ſint alicubi interpolatæ. „ Hæc ibi . Quem in locum lectorem haud pigeat laudatum ſubinde Tillemontium adire [2] , ſed in primis ipſummet opuſculorum editorem Poſſinum [3] .

V. Alia præterea nonnulla de iiſdem Macarii Homiliis obſervare noſtra intereſt . Et primum quidem Homiliam xxv. ſub titulo *de libero arbitrio* fuiſſe olim inter Baſilianas recenſitam, ut probe intellexit eruditus Bengelius [4] . Neque id ſane olfecit Combefiſius : qui eamdem propterea tamquam integrum Baſilii Magni fetum exiſtimans , ſuo Eccleſiaſtæ Græco intexuit [5] . Verum Garnierius , doctiſſimus Baſilianorum operum editor , quamvis C legitimum laudatæ Homiliæ parentem Magnum Macarium haud agnoverit ; eam tamen ſancto Baſilio perperam fuiſſe adſcriptam, pluribus a contextu ac ſtilo ductis rationibus demonſtravit [6] : quam proinde in appendicem rejecit [7] . At vero acrem viri critici cenſuram emollire placet mitiore judicio , quod poſt Dupinium tulit cl. Tillemontius [8] his verbis : „ Le ſtyle en eſt ſimple : & l' on voit „ ſans peine que c' eſt un ſolitaire qui parle du „ cœur , ſans affectation , ſans ornement , & quelquefois auſſi ſans ordre „ . Admonendum præterea Homiliam ex Macarianis xxxvii. *de paradiſo & lege ſpirituali* inſcriptam, procemio ad opuſcula Marci Eremitæ aſcetica integram fuiſſe intextam . Quæ quidem hactenus obſervata , ſi ævo ſuperiore ac noſtro fuiſſent nonnullis eruditis viris comperta ; neque fidenter nimis pronuntiaſſent , ut arbitror , aliquot nimirum aliorum ſcriptorum Homilias Macarianis inſertas deprehendi , neque adeo de legitimo earum auctore Macario Ægyptio ſuſpicionem admiſiſſent ingeſſiſſentque .

VI. Quod ſupereſt , de locis Novi Teſtamenti a Macario recitatis , varia obſervat Millius [9] quæ heic excutere neque vacat neque libet . Quæ vero ſententia de hac ipſa re abſque ullo vade a Wetſtenio profertur [10] , loca ſcilicet ſacræ ſcripturæ in codicibus Macarii editis , ad Vulgatam Latinam conformata eſſe vel potius detorta , neque nobis probatur , neque ulli qui recte ſapiat admittenda videtur. Quod enim ait, neminem ex Græcis umquam legiſſe Μαμβρῆς ad II. *Tim.* III. 8. id equidem ab eo dictum nollem . Nam ejuſmodi lectionem agnoſcunt Conſtitutiones Apoſtolorum [11] , auctor Synopſeos ſcripturæ ſacræ , magno Athanaſio tributæ [12] ; atque Antiochus monachus [13] , quamvis ne quid diſſimulem , idem alibi [14] legat Ιαμβρῆς : ut omittam interim Origenis interpretem in Matthæum [15] , alioſque veteres quos apud Cotelerium [16] , Fabricium [17] & Wolfium [18] videas . Quid plura ? Vel ipſum Wetſtenium ſententiam deinceps mutaſſe comperimus ; quippe qui noſtrum Macarium recenſeat [19] inter Græcos eccleſiæ ſcriptores, qui ad laudatum Apoſtoli locum Μαμβρῆς legiſſe noſcuntur . At de his ſatis.

CAPUT II.

DE

S. MACARIO ALEXANDRINO.

I. MACARIUS junior, domo Alexandrinus, cum D Macario Ægyptio ætate conjunctus , ſed ipſi ſuperſtes , monaſticæ diſciplinæ primum ſe ſe addixit, Magno Antonio magiſtro uſus . Serius vero presbyter ordinatus Celliorum , τῶν λεγομένων Κελλίων , teſte Palladio [20] , ac demum archimandrita Nitrienſis . Celliorum item mentio in Apophthegmatis Patrum [21] , ἦν τις γέρων εἰς τὰ Κέλλια . Locus nimirum celebris, inquit Cotelerius [22] , in Ægypti eremo , a multitudine cellularum nuncupatus, Cellia , Cellæ , Cellulæ . Eumdem porro Macarium , πολιτικὸν , id eſt *urbicum* , fuiſſe appellatum , produnt veteres , Sozomenus [23] , collector Apophthegmatum Patrum [24] , nec non Philippus Sidetes [25] ; qui & eum ſcholæ catecheticæ Alexandrinæ præfuiſſe ob ſingularem ejus doctrinam tradit . Eo autem ſenſu πολιτικὸς dictus exiſtimatur, quod non ita eremum incoleret, ut vulgo ſolebant reliqui aſcetæ ; ſed quod partim in ſolitudine, partim ἐν τῇ πόλει , *in urbe* videlicet Alexandrina vitam ageret , catecheſeωn nimirum doctor . Præclara ejus geſta fuſe deſcribit Palladius [26] , qui

1. *Labb.* Diſſert. hiſt. de ſcript. eccl. tom. II. pag. 41.
2. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pag. 810. not. x. *ſur S. Macaire*.
3. *Poſſin.* l. c. §§. VI. ſub fin. VII. ac VIII.
4. *Bengel.* in not. ad Greg. Thaum. panegyr. ad Origen. pag. 235.
5. *Combef.* Eccleſ. Gr. part. I. pag. 455.
6. *Garnier.* præfat. ad tom. II. opp. Baſil. §. VIII. pag. XXVI - XXVIII.
7. Id. ibid. pag. 613.
8. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pag. 619.
9. *Mill.* Prolegom. ad N. T. Gr. §§. 819. 820.
10. *Wetſten.* Prolegom. ad N. T. Gr. pag. 186. edit. Semler.
11. Conſtit. Apoſt. lib. VIII. cap. 1.
12. *Athan.* opp. tom. II. pag. 132. edit. BB.
13. *Antioch.* Hom. XXXII. pag. 69.
14. Id. Hom. LVI. pag. 103.
15. *Origen.* in Matth. tract. XXVI. & XXXV. opp. tom. III. E pag. 848. & 916. edit. BB.
16. *Cotel.* ad Conſt. Apoſt. l. c.
17. *Fabric.* Cod. pſeudep. Vet. Teſt. tom. I. pag. 816. & Cod. apocr. N. T. tom. I. pagg. 249. 342.
18. *Wolf.* Cur. crit. & philol. tom. IV. pag. 522.
19. *Wetſt.* in not. ad N. T. Gr. tom. II. pag. 362.
20. *Pallad.* Hiſt. Lauſ. cap. XX. pag. 924.
21. Apophth. Patr. apud *Coteler.* Mem. eccl. Gr. tom. I. pag. 383. §. IV.
22. *Coteler.* ad l. c. pag. 802. B.
23. *Sozom.* Hiſt. eccl. lib. III. cap. XIV.
24. Apophth. Patr. l. c. pag. 537. §. XXI.
25. *Philip. Sid.* apud Dodwell. ad fin. Diſſertat. Iren. pag. 488.
26. *Pallad.* l. c.

eum probe noverat: atque alibi præterea testa- A tur [1], ipsum in iis quæ sunt monachorum præcipua, primas partes egisse. Qui tandem omnibus fere arctioris disciplinæ exercitationibus perfunctus, ut verbis utar Sozomeni [2], anno demum Christi CCCXCIV. aut CCCXCV. ineunte, grandævus supremum diem obiisse videtur [3]. Ejus dies festus, in ecclesia quidem Latina die II. Januarii; apud Græcos vero, XIX. ejusdem mensis peragitur [4].

II. Exstat in Codice Regularum a sancto Benedicto Anianensi abbate olim contexto, *sancti Macarii Alexandrini abbatis Nitriensis Regula ad monachos* [5]. De hac porro nonnullis viris eruditis visus est verba fecisse Gennadius [6], quam tamen B Macario seniori Ægyptio adscripserit. Ævo autem posteriore duo exstitere scriptores anonymi, qui Regulæ Macarianæ meminere. Et alter quidem in Vita sancti Joannis abbatis Reomaensis, cujus hæc sunt verba [7]: *Studuit denuo ipse* (Joannes) *salubria dogmata sub regulari tenore, quem beatus* MACARIUS *Ægyptiorum indidit monachis, ministrare*. Alter vero sancti Philiberti abbatis Gemeticensis & Heriensis I. res gestas litteris tradens [8]: *Basilii sancti charismata*, inquit, MACARII *regulam*, *Benedicti decreta*, *Columbani instituta sanctissima*, *lectione frequentabat assidua*. Utri autem Macario, Ægyptio ne an Alexandrino, uterque biographus Regulam ejusmodi tribuat, haud plane liquet: minus enim C accurate Macarios distinxisse sequioris ævi scriptores noscuntur. Eos tamen quorum verba modo protulimus, de Macario potius Alexandrino quam Ægyptio esse accipiendos cum Holstenio [9] existimaverim equidem. Constat enim Ægyptium & seniorem altero & multo celebriorem exstitisse, Magni propterea cognomentum adeptum; Alexandrinum vero *Urbici* tantum vocabulo ab alio fuisse discretum: ut proinde feri scriptores, Macarii simpliciter mentionem injicientes, Alexandrinum magis, quam Ægyptium plura laudis insignia consecutum, respexerint. Verum, ut ut res se habeat, non est cur demum a vetusti codicis scriptura, quem Benedictus Anianensis abbas descripsit, recedamus; D ubi Regula de qua loquimur, Macario Alexandrino diserte adscribitur. Idem porro dicendum de Epistola monachis inscripta, eidemque Regulæ adjecta. Et in hanc quidem sententiam plura eruditissimus Tillemontius; qui præterea Gennadii verba excutiens, ejus auctoritatem merito elevare comperitur [10].

III. Sub hujus item Macarii Alexandrini nomine habetur *Sermo de excessu justorum & peccatorum*; *quorsum scilicet eorum animæ e corpore demigrent*, *& quomodo se habeant*. Hunc vero Sermonem primus in lucem extulit Guilielmus Caveus [11] ex ms. codice bibliothecæ Paullinæ Lipsiensis, Henrico Warthono E interprete usus. Postmodum vero ex eodem ms. Lipsiensi cum duobus codicibus Viennensibus collato, iterum velut adhuc ineditum vertit evulgavitque Jacobus Tollius [12]: quam quidem posteriorem editionem altera exactiorem secuti sumus. Licet autem codices cum Lipsiensis tum unus ex Viennensibus, Macario Alexandrino hujusmodi opusculum adserant; alter tamen ejusdem bibliothecæ Cæsareæ codex membranaceus Macarii Alexandrini discipulo illud vindicat. Sic enim ibi: Τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως ὁ μαθητὴς διηγήσατο, Ὅτι ποτὲ κ. τ. λ. Ceterum de visione in eo Sermone relata sinistrum editoris utriusque judicium satis corripit atque emendat par Magni Antonii διήγημα, quod legas apud Palladium [13], ut opportune advertit Fabricius [14]. Neque deesse complura huic affinia in Vitis & Apophthegmatis Patrum, jam norunt eruditi.

IV. His porro hactenus recensitis opusculis subjicitur *sanctorum patrum*, *Serapionis*, MACARII, *Paphnutii & alterius* MACARII abbatum *Regulam ad monachos*; cui aliæ duæ præterea accessere: quæ quidem ex Codice Regularum Holsteniano desumsimus. Censent autem merito ac jure, ut videtur, viri eruditissimi [15], duos Macarios hoc loci memoratos, illos esse celeberrimos anachoretas de quibus superius verba fecimus, Ægyptium videlicet atque Alexandrinum. Rufinus [16]: *Per idem tempus*, inquit, *patres monachorum vitæ & sanctitatis merito*, MACARIUS *& Isidorus*, *aliusque* MACARIUS *atque Heraclides & Pambus*, *Antonii discipuli per Ægyptum*, *& maxime in Nitriæ deserti partibus habebantur; viri qui consortium vitæ & actuum non cum ceteris mortalibus*, *sed cum supernis angelis habere credebantur*. Et infra [17]: *Florebat igitur Ægyptus ea tempestate*, *non solum eruditis in Christiana philosophia viris*, *verum etiam his qui per vastam eremum commanentes*, *signa & prodigia apostolica simplicitate vitæ & cordis sinceritate faciebant*. *Ex quibus interim*, *quos ipsi vidimus & quorum benedici manibus meruimus*, *hi sunt*: MACARIUS *de superiori eremo*, *alius* MACARIUS *de inferiori*, cet. At vero Serapion qui primum in Regulæ inscriptione locum obtinet, vel ipso Macario Ægyptio antiquior in solitudine fuerit, dictus propterea Palladio [18] & Sozomeno [19], Σεραπίων ὁ μέγας, *magnus ille Serapion*. Paphnutius autem eidem Palladio plurimum commendatur [20].

V. Hujusmodi syllogen claudit *Regula orientalis ex Patrum orientalium Regulis collecta a Vigilio diacono*. De opusculo ejusque auctore Gennadius hæc habet [21]: „ VIGILIUS diaconus composuit ex traditione patrum, *Monachorum regulam*, quæ in „ cœnobio ad profectum fratrum in conventu legitur, breviato & aperto sermone totius monasticæ professionis in se tenentem disciplinam. „ Ad quem locum non exstare hanc opellam, adnotat Fabricius: quod sane mirari subit. Eamdem quoque Regulam memorant, præter Honorium Augustodunensem [22] & Trithemium [23], Annales Trevirenses [24]: neque illam ignorarunt sanctus Bene-

1. *Pallad.* Hist. Lauf. cap. XIX. pag. 920.
2. *Sozom.* l. c.
3. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pag. 648.
4. Menol. Græc. part. II. pag. 121. edit. Urbin. 1727.
5. *Holsten.* Cod. Reg. pagg. 43 - 50.
6. *Gennad.* lib. de Vir. illustr. cap. X.
7. Apud *Mabill.* sæc. I. Bened pag. 614. §. VIII.
8. *Mabill.* sæc. II. Bened. pag. 785. §. V.
9. *Holsten.* Cod. Reg. pag. 45.
10. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pagg. 618. & 809. not. VIII. *sur S. Macaire*.
11. *Cav.* Hist. litt. tom. I. pag. 258.
12. *Toll.* Insign. Itiner. Ital. pagg. 191 - 199.
13. *Pallad.* Hist. Lauf. cap. XXVII. pag. 941.
14. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VII. pag. 495. & in Cod. apocr. N. T. tom. II. pag. 949. not. (*l*)
15. *Bulteau* Hist. de l'Ordre de S. Benoit, pag. 130. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pag. 618.
16. *Rufin.* Hist. eccl. lib. II. cap. IV.
17. Id. ibid. cap. VIII.
18. *Pallad.* Hist. Lauf. cap. CXVII.
19. *Sozom.* Hist. eccl. lib. III. cap. XIV.
20. *Pallad.* l. c.
21. *Gennad.* lib. de Vir. illustr. cap. LI.
22. *Honor. Aug.* de script. eccl. lib. II. cap. I.
23. *Trithem.* de script. eccl. cap. CXXXVIII.
24. *Annal. Trev.* part. II. cap. I.

dictus Anianensis & Smaragdus abbas: qui & superiorem *Macarii Alexandrini*, & alteram pariter *sanctorum Patrum*, non solum sæpius laudarunt, sed multa etiam inde capita, ille quidem in Concordiam Regularum, hic vero in expositionem Regulæ sancti Benedicti, transtulisse perhibentur, ut monet Holstenius [1].

CAPUT III.

DE

S. PACIANO

EPISCOPO BARCILONENSI.

I. PACIANUM, eximium licet Hispaniarum decus, ex uno tamen Hieronymo inter veteres compertum habemus; qui & paucula de eo memoriæ tradidit: unde sua reliqui sequioris ævi scriptores hausisse noscuntur. Discimus ergo ex Doctore maximo [2], sanctum Pacianum *Barcilonæ in Pyrenæi jugis episcopum castitate & eloquentia floruisse, eumque tam vita quam sermone clarum, sub Theodosio principe jam ultima senectute* vitam cum morte commutasse: ut propterea maxime claruerit beatus antistes circa Christi annum CCCLXX. qui scilicet anno CCCXCII. quo de eo scribebat Hieronymus, jam e vivis excesserat. Alibi vero sanctus Doctor ejus generis nobilitatem satis prodit, dum *Dextrum*, cui & librum suum *de Viris illustribus* nuncupavit, nostri *Paciani filium*, nondum ad sacerdotium evecti, *clarum apud sæculum & Christi fidei deditum* memorat [3]. Qua de re alio in loco mentionem rursus injiciens, hæc habet [4]: *Ante annos ferme decem, quum Dexter amicus meus qui præfecturam administravit prætorii, me rogasset ut auctorum nostræ religionis ei indicem texerem*, cet. Sic Hieronymus anno CCCCII. de Dextro Paciani filio: qui postquam anno CCCLXXXVII. creatus fuit sub Theodosio magno comes rei privatæ, anno demum CCCXCV. sub Honorio præfecti prætorio munere functus fuisse traditur, ut ex prosopographia codicis Theodosiani colligimus [5].

II. Atque hæc ab Hieronymo de Paciani cum illustri genere, tum vitæ integritate, episcopalis officii administratione ac doctrinæ laude, litterarum monumentis mandata comperimus, qui & ista de eo testata reliquit [6]: *Scripsit*, inquit, Pacianus *varia opuscula, de quibus est Cervus, & contra Novatianos*. Et primum quidem heic nominatum opusculum, *Cervus* inscriptum, prorsus interiit. Ejus meminit sanctus Pater in iis quæ adhuc superant [7]: ad quem locum de insolenti operis inscriptione nonnulla ex Cangio monuimus, quibus addas maxime velim cl. Tillemontio observata [8].

Exstat vero alterum cujus meminit Hieronymus, Paciani opus *contra Novatianos*, tres videlicet ipsius epistolæ ad Sympronianum Novatianum; quarum I. *de catholico nomine*, II. *de Sympronani litteris*, III. demum *contra tractatus Novatianorum* feruntur inscriptæ: easque post annum CCCLXXVII. ab auctore conscriptas hinc arguit laudatus Tillemontius [9], quod Apollinaristas memoret [10].

Has porro epistolas excipit præclarum sane opusculum, *Parænesis* seu *libellus exhortatorius ad pœnitentiam*: cui denique accedit *Sermo de baptismo*: utrumque nimirum inter ea *varia opuscula* reponendum, quæ Hieronymo teste, scripturæ commisisse perhibetur noster Barcilonensis antistes.

Hæc autem omnia Paciani opera ex principe Tiliana editione fidulo recensuimus; in capita seu sectiones distinximus, quæ antea minus commode continuo ductu ferebantur descripta: sed in illud maxime animum intendimus, quo textus in præcedentibus editis, pluribus in locis depravatus, ad pristinam integritatem restitueretur, aliquot subinde observationibus ad veram lectionem confirmandam subjectis.

CAPUT IV.

DE

B. ISAIA ABBATE.

I. ISAIAS abbas anachoreticam vitam in Sceti duxisse traditur, dum adhuc in vivis ageret magnus Athanasius, ut ex Ammonis episcopi epistola ad Theophilum Alexandrinum erudimur [11]. Haud tamen compertum habemus, num iste Isaias idem fuerit cum eo qui Pæsii frater fuisse perhibetur, de quo multa Palladius [12]. Neque item constat, an de nostro archimandrita mentio habeatur in Apophthegmatis Patrum [13]. Quæ tamen Isaiæ abbatis dicta ibidem enarrantur [14], viro beato de quo loquimur, rectius fortasse adscribenda quis dixerit. Ejus quoque meminit cum laude Nicephorus monachus in opusculo *de custodia cordis*, quod Possino acceptum referimus [15]. De eo præterea mentio apud

1. *Holsten.* Cod. Reg. pagg. 25. 45. 156.
2. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. CVI.
3. Id. ibid. cap. CXXXII.
4. Id. lib II. contr. Rufin. §. XXIV.
5. Cod. Theod. tom. VI. part. II. pag. 49. edit. noviss.
6. *Hier.* de Vir. ill. cap. CVI.
7. *Pacian.* Paræn. ad pœnit. §. I. infra pag. 270.
8. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pag. 539.
9. Id. ibid.
10. *Pacian.* Epist. I. §. III. infra pag. 257.
11. *Ammon.* epist. apud Bolland. tom. III. Maji pag. 357 §. XXIV. & Gr. in fine p. 71.
12. *Pallad.* Hist. Laus. capp. XV. & XVI. pag. 916.
13. Apophth. Patr. *Coteler.* Mon. eccl. Gr. tom. I. pag. 383. §. III.
14. Ibid. pagg. 445 - 447.
15. *Possin.* Thes. ascet. pag. 417.

Rufinum [1] & Palladium [2]. Quæ porro de noſtro beato Patre a veteribus traduntur, diligenter ſatis excutit Tillemontius [3].

II. Ceterum, ut ad propoſitum noſtrum propius accedamus, qui vitæ ſanctimonia florebat Iſaias, ipſum quoque præceptis inſtitutiſque fratres imbuiſſe qui cum eo in ſolitudine degebant, Joannes Antiochenus antiſtes poſteritatis memoriæ commendavit, in Oratione ſuperius nobis laudata ubi de Macario Ægyptio verba fecimus. Ibi namque libros enumerans divinitus inſpiratos, βίβλους θεοπνεύστους, quos ſancti ſenes *Scetis* conſcripſere, librum etiam memorat ſancti Eſaiæ, τοῦ ὁσίου Ησαΐου: qui propterea inter eccleſiæ ſcriptores recenſendus jure videatur.

Exſtant itaque ſub ejus nomine *Orationes* XXIX. quas ex codice Græco perveteſtis characteribus exarato primus Latine vertit vulgavitque Venetiis anno 1574. Petrus Franciſcus Zinus Veronenſis. Hæ autem Orationes in varias Patrum bibliothecas deinceps illatæ. Habemus præterea ejuſdem abbatis Iſaiæ *Præcepta ſeu Conſilia* LXVIII. *poſita tironibus in monachatu* [4], quæ nobis ſervavit ſanctus Benedictus Anianenſis in codice Regularum Holſteniano [5]. *Capitula* denique XIX. *de religioſa exercitatione & quiete*, quæ Græce ac Latine Pariſiis anno 1684. in vulgus prodierunt cura & ſtudio Petri Poſſini [6]. Quæ quidem omnia ſimul collecta atque in ſectiones diſtincta, typis committenda tradidimus. Non eſt heic autem prætereundum, Capitula Poſſiniana nihil aliud eſſe quam excerpta ex laudatis Orationibus XXIX. a Zino evulgatis: quod quidem non modo editorem, ſed Tillemontium etiam, Fabricium alioſque hactenus latuit. Utrobique vero ad limbum loca indicavimus; in Orationibus nimirum lectorem ad Capitula remittentes, quo Græca conſulere valeat: in Capitulis autem ad Orationes, quo conſtet unde ſua deſumſerit conſarcinator. Ex hac porro inſtituta collatione illud commodi emergere nemo non videt, pretium videlicet non minimum cum Zinianæ verſioni, tum maxime beati Iſaiæ dictis accedere; donec earumdem Orationum textus integer aliquando in medium prodeat.

III. Interim vero pro noſtri officii ratione, quæ ad Orationem XX. Græca pertinent, ex Parallelis Damaſcenicis deſcripſimus, & vulgatæ interpretationi adpoſuimus. Noſtra præterea intereſſe duximus, alia nonnulla heic proferre quibus aliquot harumce Orationum locis ſive Græca reſtituantur, ſive interpretatio reformetur. Et primum quidem in Oratione VIII. [7] ex ms. Colbertino hanc Iſaiæ ſententiam in Latinis vulgatis admodum depravatam, ita deſcribit Cotelerius [8]: Ἐὰν γάρ τις νηστεύει ἓξ ἓξ, καὶ ἐκδῷ ἑαυτὸν εἰς μεγάλους κόπους καὶ ἐντολὰς, ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ, πάντες οἱ κόποι αὐτοῦ μάταιοί εἰσιν. Hoc eſt: *Nam ſi quis jejunet per ſex dies, & ſe magnis laboribus ac præceptis dedat, extra viam ſuam; omnes labores ejus inanes ſunt.* Zinus interpres: *Quod ſi quis ſine humilitate, vel jejuniis incumbat, vel ſe ſe vehementer affligat, vel mandata conetur obſervare; ejus inanes eſſe labores.* Quibus recitatis, „ Vides, inquit vir ille doctiſſi„ mus, quantum interſit Græcos auctores ſua lin„ gua editos habere. „ Alter locus ex Iſaiæ Oratione XXVI. *De dictis quæ Petrus abbas diſcipulus ejus ex illo accepit, & litteris commendavit* [9], in laudato codice Colbertino, ſub titulo, Θρῆνοι τοῦ ἀββᾶ Ησαΐου, ſic ſe habet [10]: Δένδρον ποτιζόμενον καθ᾽ ἡμέραν, πότε ξηραίνεται αὐτοῦ ἡ ῥίζα εἰς τὸ μὴ καρποφορῆσαι; Hoc eſt: *Arbor quæ quotidie irrigatur, quando areſcit radix ejus, ut fructum non proferat?* Ita vero Zinus interpres: *Arbor quæ irrigatur, non areſcit, ſed fructum affert.* Obſervat denique idem V. C. [11], in Catena Corderii ad *Lucæ* XIV. 27. (pag. 473.) hanc ſententiam proferri velut Iſaiæ archiepiſcopi: *Qualem autem crucem dicit ut bajulemus, niſi continentiam a paſſionibus, donec mens illas penitus exſtirpet?* „ Verum, inquit, quandoquidem Eſaiæ abbatis Oratione XXI. [12] ex Zini verſione ſcriptum legitur; *Qui non tollit crucem ſuam & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus* (Luc. XIV. 27.) *Quam dicit, ut tollamus crucem, niſi ut mens aſſidue vigilet, & virtutibus incumbat? A cruce non diſcedit, qui vitia perſequitur, donec ea profliget ac ſuperet:* nullus dubito, quin abbreviata ſcriptura viro docto fraudi fuerit, ut Archimandritam in Archiepiſcopum converteret. „ Hæc ille: quo quidem fortaſſe monente, idem Corderii erratum notavit poſtea Fabricius [13].

IV. Ceterum præter duas illas ejuſdem Iſaiæ abbatis ſententias, quas ex Joannis Damaſceni *ſacris Parallelis* deſcriptas infra protulimus ac reliquis ejus ſcriptis ſubjecimus, quippe quæ in vulgatis codicibus non compareant; nonnullæ præterea occurrunt apud Antonium Meliſſam [14], qui a magiſtro ſuo Damaſceno edoctus *Locos communes* contexuit. Quin & alia noſtri beati Archimandritæ opuſcula etiamnum inedita exſtare, præter laudatum Cotelerium [15], teſtis eſt locuples *Bibliotheca bibliothecarum manu ſcriptorum*, a cl. Montfauconio concinnata.

1. *Rufin.* in Vit. Patr. lib. II. cap. x. pag. 358.
2. *Pallad.* Hiſt. Lauſ. cap. LV. pag. 989.
3. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 430. & tom. VIII. pagg. 447. & 789. not. II. *ſur S. Pambon*.
4. Sic reformanda inſcriptio infra pag. 322.
5. *Holſten.* Cod. Reg. part. I. pag. 13-22.
6. *Poſſin.* Theſ. aſcet. pagg. 315-325.
7. *Iſa.* Orat. VIII. §. I. pag. 289. E.
8. *Cotel.* Mon. eccl. Gr. tom. I. pag. 801. C.
9. *Iſa.* Orat. XXVI. §. IV. pag. 316. C.
10. *Cotel.* l. c. pag. 809. A.
11. Id. l. c. pag. 808. B.
12. *Iſa.* Orat. XXI. §. IV. pag. 302. E.
13. *Fabr.* Bibl. Gr. tom. VIII. pag. 363.
14. *Anton. Meliſſ.* lib. I. capp. XXXIX. LII. LXVIII.
15. *Cotel.* l. c. pag. 808.

CAPUT V.

DE S. BASILIO

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ EPISCOPO.

I. PRodiit recens Florentiæ, anno scilicet 1763. ex codice bibliothecæ Mediceæ Sermo *de Synisactis*, BASILIO Magno adtributus. Qui autem hunc primus Græce vulgavit vir doctissimus Angelus Maria Bandinius, sententiam suam de hujusmodi opusculo exponens, ista præloquitur [1]: „ Incredibilem adhibuimus diligentiam, ἀνέκδοτος esset (Sermo *de Synisactis*,) nec ne, ut in propatulo collocaremus. Primum enim omnia S. *Basilii* opera volutavimus; in quibus quum nullus esset, duas illas S. *Joannis Chrysostomi* Orationes, alteram εἰς τοὺς ἔχοντας παρθένους συνεισάκτους, alteram εἰς τὰς ἐχούσας ἄνδρας συνεισάκτους consuluimus, ut si forte alterutrius esset fragmentum, & error, ut sæpe evenit, in titulum inrepsisset, erueremus: sed nihil simile in illis a nobis repertum est. Occurrebat S. *Gregorius Nazianzenus* Synisactarum & Agapetarum insectator acerrimus; sed qui hac de re metrice tantum scripserat, omnem spem præcidebat. Tandem præter *Svicerum* [2], *Muratorii* perlegimus dissertationem illam *de Synisactis* eruditissimam, quæ Anecdotis ejus Græcis inserta est [3], si qua forte apud ipsum hujus *Basilii* Sermonis mentio fieret: sed heic quoque mirum de illo silentium. Unde in eam sententiam facile devenimus, ut Sermonem hunc tamquam ineditum publica luce donaremus: eoque libentius quod ea res in ipso agatur, in quam tot sancti Patres calamum adripuerunt; pessima nimirum illa consuetudo, primis ecclesiæ sæculis inter Christianos invecta, qua virgines cum viris, ac vicissim viri cum virginibus cohabitare non erubescerent: quæ quidem in hoc Sermone totis eloquentiæ viribus omnique argumentorum genere profligatur. Quod autem Basilii re vera opus sit, adfirmare certo non audemus: tamen quum ipsi tribuatur in codice, ejus auctoritatem sequuti, sub ejus nomine proferimus, præsertim quum ab ejus operum stilo minime abhorreat. „ Hactenus V. C.

II. Et ejusmodi quidem conjectura de magno Basilio sermonis *de Synisactis* auctore, non solum ms. codicis fide ac stili similitudine, sed etiam ejusdem sancti Doctoris testimonio quodammodo inniti videtur. Constat enim, Basilium sub initium episcopatus de instauranda disciplina solicitum, inter reliquas regiminis pastoralis sanctiones decretum in primis tulisse adversus mulieres *extraneas*, virgines illas videlicet quarum contubernio utebantur presbyteri aliique ministerio ecclesiæ mancipati, adeoque continentiæ lege obstricti; perinde ac si virginitatis professio locum suspicioni præcluderet. Mulieres autem συνεισάκτους interpretamur *extraneas*, quia sic reddiderunt hanc vocem Hieronymus, Rufinus, Fulgentius Ferrandus aliique veteres, ut post Cujacium [4] monuere viri docti, Gothofredus [5], Lupus [6], Svicerus [7] ac recens Prudentius Maranus [8]; qui ait vocari *extraneas* mulieres συνεισάκτους, ut iis opponantur quas dedit natura, matribus, sororibus, amitis: has enim concedit canon tertius concilii Nicæni, quia sunt ἀνύποπτοι: alias vero συνεισάκτους non item, quas propterea prohibet omnino.

III. Sed ut in viam regrediamur, quum Basilii decreto adversus *extraneas* mulieres, presbyter quidam septuagenarius, Paregorius nomine, minime paruisset; litteras satis graves ad ipsum dedit sanctus Pater, in quibus ista præ ceteris habet [9]: „ Nec primi nec soli, Paregori, sancivimus, ut „ ne una cum viris habitarent mulieres. Sed lege „ canonem a sanctis nostris patribus editum in „ synodo Nicæna, qui manifeste sancivit *extraneas* „ mulieres non esse, ὃς φανερῶς ἀπηγόρευσε συνεισάκτους μὴ εἶναι. — Quare præcepimus, sanctorum „ patrum decretum sequentes, ut a muliercula „ separeris, τούτου ἕνεκεν προσετάξαμεν, ἑπόμενοι „ τῇ διαταγῇ τῶν ἁγίων πατέρων, χωρισθῆναί σε τοῦ „ γυναίου. — Ejice igitur illam e tuis „ ædibus, & in monasterio constitue. — Si ausus „ fueris citra emendationem sacerdotium tibi vendicare, „ anathema eris omni populo; & qui te „ receperint, excommunicati per omnem ecclesiam „ erunt. „ Hactenus sanctus Doctor. Hujus autem epistolæ Basilianæ meminere ad canonem tertium concilii Nicæni Zonaras & Balsamon, ut ex Beveregii Pandectis canonum intelligimus [10]: ubi tamen uterque scholiastes Gregorium, non Paregorium, senem illum presbyterum appellant: at ex vetustis codicibus mss. vulgatisque novissimus Basilianorum editor posteriorem lectionem retinuit.

IV. Quæ quum ita se habeant; quum, inquam, magnus Basilius sui episcopatus initio sanctionem adversus mulieres συνεισάκτους ediderit, ac senem presbyterum eam ob caussam acriter objurgarit; depositionem præterea minatus atque ipsam etiam excommunicationem tum ipsi tum eum recipientibus, si sacerdotio fungi citra emendationem fuisset ausus: quidni pro concione hoc ipso de argumento verba fecerit sanctus Pater, pravam illam atque indecoram consuetudinem vehementer insectatus; & quidem ea maxime tempestate, qua istiusmodi lues totum pæne orientem pervaserat, ut ex variis scriptorum ecclesiasticorum monimentis comperimus? Verum, ut ita sit, viris tamen doctis ac eruditis rem definiendam permittimus. Quod superest, in hujusmodi Sermone Basiliano vertendo operam suam posuit Joannes Baptista Galliciolius V. C. qui novam accuratioremque Magni Gregorii operum editionem nobis comparare in dies pergit.

1. *Bandin.* præfat. ad Monum. eccl. Gr. tom. III. pag. xxi. §. iv.
2. *Svicer.* Thes. eccl. v. Συνείσακτος.
3. *Murat.* Anecd. Gr. pag. 218.
4. *Cujac.* Observ. II. 29.
5. *Gothofr.* lib. xvi. Cod. Theod. tit. II. tom. vi. part. I. pag. 96.
6. *Lup.* Schol. ad can. III. conc. Nic. opp. tom. I. p. 237.
7. *Svicer.* Thes. eccl. tom. II. pag. 1155.
8. *Maran.* ad opp. Basil. tom. III. pag. 149. not. *d*.
9. *Basil.* epist. lv. al. cxcviii. opp. tom. III. pag. 149.
10. *Bevereg.* Pandect. canon. tom. I. pag. 62.

CAPUT VI.

DE

PETRO II.

EPISCOPO ALEXANDRINO.

I. Magno Athanasio vita functo æræ vulgaris anno CCCLXXII. ex Baronii sententia [1], quam sequitur Renaudotius [2] & strenue propugnat Fontaninus [3], Petrus hujus nominis II. sedem Alexandrinam obtinuit. De anno tamen Athanasii emortuali, deque Petri ejus successoris ordinatione, haud equidem ignoro secus censuisse viros doctissimos, Norisium [4], Pagium [5], Tillemontium [6] & Montfauconium [7], annum statuentes CCCLXXIII. quorum sane sententia confirmatur non minimum anonymi auctoritate, non ita pridem evulgati; qui res Athanasianas diligenter persecutus [8], sanctum illum Doctorem *consulatus Valentiniani & Valentis* IV. *Pachom* VIII. id est, quinto Nonas Majas, *dormiisse* tradit. Et paullo post sub finem, ad rem nostram potissimum, hæc subdit: *Defuncto autem Athanasio* VIII. *Pachom mensis, ante diem* V. *dormitionis suæ ordinavit* (seu potius designavit) *Petrum episcopum de antiquis presbyteris, qui in omnibus eum secutus gessit episcopatum*.

A

II. Verum his missis, dignus plane habitus fuit Petrus qui Athanasium exciperet: cujus nimirum, Basilio teste [9], fuerat alumnus & longa consuetudine usus, *ἀνδρὸς τοσούτου θρέμμα ὑπάρχων καὶ τὴν ἐκ παλαιοῦ διατριβὴν μετ' αὐτοῦ λαχών*: adeo ut, inquit Theodoritus [10], beatum illum pontificem & præsentem domi & absentem foris comitatus, varia cum illo pericula pro fidei caussa subierit: quem propterea ipsemet Athanasius jam jam moriturus suffragio suo designavit sibi successorem, ejusque electionem cuncti tam sacerdotalis ordinis viri, quam magistratus & honorati comprobarunt. Vix dum autem fuerat Petrus in pontificali cathedra collocatus, quum Ariani Alexandrinam ecclesiam impetu facto invadentes, eam cuidam Lucio Ariomanitæ diripiendam tradidere. Quo quidem tempore, paullo post scilicet quam fuerat electus, litteras synodicas ad Damasum Romanum pontificem dedit, quibus & ordinationem suam ei significabat ex more, & Arianorum persecutiones quibus vexabatur narrabat. His porro litteris respondens Damasus, consolatorias simul & communicatorias litteras per quemdam diaconum urbis Romæ misit ad Petrum, *κομίσας ὁμοῦ παρακλητικὰ καὶ κοινωνικὰ γράμματα*. Id vero ex ejusdem Petri epistola encyclica de his quæ Alexandriæ gesta sunt auctore Lucio, inferius posita satis compertum habemus [11].

III. Porro autem, si fides Socrati [12] ac Sozomeno [13], in carcerem conjicitur ab Arianis Alexandrinus noster antistes: qua de re tamen, silentibus Theodorito atque in primis Rufino qui tum in Ægypto degebat, jure fortasse cum Tillemontio [14] quis dubitet. Illud potius existimandum videtur, Petrum dum Arianorum persecutio fervebat, in urbe Alexandrina delituisse, Athanasii nimirum decessoris sui exemplum imitatum, quo gregem sibi commissum foveret confirmaretque; ubi & illam egregiam epistolam paullo ante memoratam scripserit, qua Lucii pseudoepiscopi Ariani ejusque sequacium tyrannidem accurate describit. Hanc autem epistolam, ut ex Socrate intelligimus [15], ad omnes ubique ecclesias direxit: eamque Theodoritus historiæ suæ intexuit [16]; unde pro instituti nostri ratione desumtam, infra exhibemus.

B

IV. Interea dum Alexandriæ ab Arianis miscentur omnia, Petrus ex ea urbe digressus, anno ut videtur insequente CCCLXXIII. Romam conscenso navigio ad Damasum papam perrexit. Ibi vero, ut cum Gregorio Nazianzeno loquar [17], „ quum tragœdiam oriens vidit, occidens quoque deflevit: „ cui hujusce immanitatis signa fugitivus antistes publice spectanda proposuit. Nam pro cadaveribus „ cruentas vestes ecclesiæ Romanæ protulit, ac per „ tacitam accusationem omnium lacrymas movit: „ ut calamitatis magnitudinem in oculis & aspectu „ defigeret, atque auxilium nancisceretur, quemad- „ modum etiam eum nactum illud esse novimus. „

C

Porro fuisse Petrum Romæ commoratum usque ad ineuntem annum CCCLXXVIII. inde compertum fit, quod eo ipso anno Romanæ synodo interfuit sub Damaso celebratæ adversus Apollinarem, ut in epistola synodica idem Damasus scribit. Sub initium autem hujusce anni coactam fuisse illam synodum qua de agimus, pluribus demonstrat eruditus Coutantius [18] ad quem lectores remittimus. Mox vero a celebrato Romano concilio, Alexandriam rediisse Petrus videtur, & quidem cum litteris Damasi, teste Socrate [19], quibus ille tum consubstantialis fidem, tum Petri ordinationem confirmabat. Quo item ex historico intelligimus, præsulem nostrum Alexandrinum ad suam sedem ante fuisse reversum, quam Valens imperator Antiochia discedens Constantinopolim ad bellum Gothicum proficisceretur. Atqui eodem anno CCCLXXVIII. periit Valens, V. Idus Augusti, ut tradunt idem Socrates [20] & Idacius in Fastis. De reliquis autem Petri gestis Baronium consulas velim præ ceteris [21], ac Tillemontium [22]. Postquam demum sedisset annos VIII. supremum diem clausit exeunte anno CCCLXXX. vel ut maxime, ineunte CCCLXXXI. [23]

D

1. *Baron.* ad ann. 372. §. LXIII.
2. *Renaud.* Hist. Patriarch. Alex. pag. 95. seq.
3. *Fontan.* Differt. de ann. emort. S. Athan. ad calc. Hist. Litter. Aquil. pagg. 443. seqq.
4. *Noris.* Cens. contr. Joan. Garner. pag. 45.
5. *Pagi* ad ann. 372. §. IX.
6. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pagg. 251. & 719. not. CVI.
7. *Montfauc.* Vit. S. Athan. pag. LXXXVIII. n. 2.
8. Vid. nostr. Bibl. PP. tom. V. pag. 225.
9. *Basil.* epist. CXXXI. tom. III. pag. 225. noviss. edit.
10. *Theod.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XX.
11. *Pet. Alex.* epist. encycl. §. VII. infr. pag. 341.
12. *Socrat.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXI.
13. *Sozom.* lib. VI cap. XIX.
14. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VI. pagg. 582. 585. & 794. not. XCI. *sur les Ariens*.
15. *Socrat.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXII.
16. *Theodor.* lib. IV. cap. XXII.
17. *Greg. Naz.* Orat. XXIII. opp. tom. I. pag. 418.
18. *Coutant.* Epist. Rom. pontif. pag. 491. §. IV.
19. *Socrat.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXXVII.
20. Id. ibid. cap. XXXVIII.
21. *Baron.* ad ann. 380. §. XVI.
22. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VI. pag. 620.
23. Id. ibid. pag. 801. not. CI. *sur les Ariens*.

CAPUT VII.

DE TIMOTHEO

EPISCOPO ALEXANDRINO.

I. PEtri de quo modo verba fecimus, frater & successor in sede Alexandrina fuit TIMOTHEUS. „ Petrus — moritur, inquit Socrates [1], „ successorem fratrem suum Timotheum relinquens: „ διάδοχον καταλιπὼν Τιμόθεον ἀδελφὸν ἑαυτοῦ. Magni *Athanasii* discipulus exstitit, cujus *virtutem*, teste Facundo [2], *est consecutus & sedem*. Ejus electionem a cunctis Ægypti ordinibus peractam memorat cum laude Theodosius imperator in rescripto *de episcopali judicio* ad Optatum præfectum augustalem, his verbis [3]: *Timotheum sibi omnes etiam suo judicio prætulere. Est enim vir*, subdit, *cum omni susceptatione venerandus, tum etiam nostro judicio approbatus*. Ejus item in altera *de fide catholica* sanctione meminit idem Theodosius [4]. Vix dum autem pontifex Alexandrinus fuit ordinatus, quum ejus communionem occidentales omnes amplexi sunt, ut constat ex synodica concilii Aquilejensis ad eumdem Theodosium augustum [5]. Postmodum vero concilio Constantinopolitano I. interfuit, anno CCCLXXXI. celebrato, in quo Gregorii Nazianzeni caussam agitatam fuisse intelligimus. Neque amplius quidquam de ipsius gestis apud veteres litteris consignatum comperimus. E vivis excessit anno CCCLXXXV. die XX. Julii, *Arcadio Augusto primum & Bautone coss.* ut scribit Socrates [6]; eique suffectus Theophilus. Porro de anno ejus emortuali plura videas apud Tillemontium [7] & Sollerium [8]; neque omittas velim Renaudotium [9], de hoc patriarcha nonnulla ex Eutychio, Elmacino aliisque enarrantem quæ alibi frustra quæras.

II. Exstant apud Græcos canonum collectores Timothei Alexandrini *Responsa canonica*, quæ cum scholiis Theodori Balsamonis ex Beveregii Synodico [10] desumta, infra in medium adduximus [11]. Ejusdem item præsulis Alexandrini superest apud Facundum [12] epistola Diodoro Tyri episcopo inscripta; quam suo loco prætermissam, operæ pretium fuerit heic saltem describere. Sic autem se habet: „ Domino „ meo, per cuncta honorabili & sanctissimo epi- „ scopo & consacerdoti Diodoro, Timotheus in „ Christo salutem. Virtutem tuam & vitæ perfe- „ ctionem, & zelum rectæ & apostolicæ tuæ fi- „ dei, pro dignitate prædicare nequaquam potero, „ etiam si nimium properavero: non enim æquan- „ tur sermones & res. Vobis ex certo donatum „ est, non solum credere in Christum Jesum, sed „ etiam pro ipso pati. Hanc tuam rectam & bea- „ tam circa Deum voluntatem, & indeclinabilem „ circa pietatis mysterium conscientiam, olim vo- „ bis inesse & divinus papa noster Athanasius at- „ testatus est vestræ religiositati, & nos suos disci- „ pulos adduxit ad amandam tuam perfectionem, „ & orare a Deo in multos annorum circuitus præ- „ servari vestram vitam, ad utilitatem ecclesiarum „ Christi. „ Hactenus epistola.

III. Scripsisse quoque Timotheum aliquot monachorum historiam, tradit Sozomenus [13]: quo forte respexit Rufinus, dum de Macario Alexandrino sermonem habens [14]: *Sanctus*, inquit, *Macarius Alexandrinus magnificas etiam virtutes consummavit, de quibus &* ALII NONNULLA SCRIPSERUNT. Quin & ejusdem Timothei nomine inscripta circumfertur *Narratio de miraculis sancti Menæ martyris Ægyptii in urbe Cotyæi*, cujus initium ex codice Barocciano CXLVII. ita refert Fabricius [15]: Ἐγένετο κατὰ τὴν τελευτὴν τοῦ ἀσεβεστάτου. Latine autem exstat apud Surium [16]. At vero non est hoc loci omittenda egregia Timothei nostri sententia de Ammonio sanctissimo abbate; quem nimirum etsi ob auriculæ spontaneam amputationem effectum irregularem, nihilominus episcopum ordinandum existimabat. Ejus verba sunt ejusmodi apud Palladium [17]: Οὗτος ὁ νόμος παρὰ Ἰουδαίοις πολιτευέσθω· ἐμοὶ δὲ καὶ ῥινότμητον ἐὰν ἐνέγκητε, μόνον ἄξιον τοῖς τρόποις ὄντα, χειροτονῶ. Id est: *Apud Judæos lex ista servetur. Mihi autem si vel truncatum naribus adduxeritis qui sit bonis moribus, ego eum episcopum ordinabo*. Illud denique de hoc antistite Alexandrino adnotare libet, quod in Apophthegmatis Patrum memoriæ proditum legitur [18]: ipsum videlicet ἀκτήμονος, hoc est *pauperis* cognomentum fuisse sortitum: quod quidem in magnam patriarchæ secundæ sedis laudem cedere, recte arguit Tillemontius [19].

1. *Socrat.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXXVII.
2. *Facund.* lib. IV. cap. II.
3. Cod. Theod. tom. VI. part. I. pag. 348. nov. edit.
4. Ibid. pag. 10.
5. Ibid. tom. VI. part. II. in append. pag. XVI.
6. *Socrat.* Hist. eccl. lib. V. cap. XII.
7. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VI. pag. 801. not. CII. *sur les Ariens*.
8. *Soller.* Patr. Alex. Hist. chron. ad Act. SS. Jun. tom. V. pag. 45.
9. *Renaud.* Hist. patr. Alex. pag. 101-103.
10. *Bever.* Pandect. Canon. tom. II. pag. 165.
11. Pag. 345. seqq.
12. *Facund.* lib. IV. cap. II. Sirm. opp. tom. II. pag. 512. edit. Paris.
13. *Sozom.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XXIX.
14. *Rufin.* in Vit. Patr. lib. II. cap. XXIX. pag. 366.
15. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. IX. pag. 124.
16. *Sur.* Vit. Sanct. X. Novemb.
17. *Pallad.* Hist. Laus. cap. XII. pag. 914.
18. Apophth. Patr. apud *Coteler.* Mon. eccl. Gr. tom. I. pag. 366. §. XXXIV.
19. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VI. pag. 622.

CAPUT VIII.
DE
NEMESIO
EPISCOPO EMESENO.

I. Emesæ, quæ & Emisa, in Phœnicia secunda episcopus fuisse traditur Nemesius; eique in episcoporum Emesenorum serie ordinanda quintum locum recte tribuisse videtur cl. Lequienius [1]: medium scilicet inter Paullum I. qui in Seleuciensi concilio Georgio Alexandrino, Acacio Cæsariensi aliisque Arianicæ factionis præsulibus adhærens, formulæ ipsorum fidei subscripsit; & Cyriacum qui, ut refert Palladius [2], Joannis Chrysostomi causæ patrocinium strenue suscepit. De Nemesii quidem episcopali sede Emesena, & de tempore quo floruerit dubitant nonnulli: quin & Caveus eo processit ut confidenter asseruerit [3], de Nemesio incerta esse omnia, quum de eo plane sileant veteres. At id immerito sane pronuntiatum. Nullum enim dubitandi locum relinquunt primum omnium complures mss. codices; qui sive integrum auctoris nostri opus *de Natura hominis*, sive aliquas ex eo eclogas exhibeant, non solum Nemesii nomen, sed eum etiam fuisse episcopum, & Emesæ quidem sedisse, palam produnt: ut ex uno atque altero indice *Bibliothecæ bibliothecarum manu scriptorum* Montfauconianæ satis compertum habemus. Accedit præterea veterum scriptorum ecclesiasticorum auctoritas, Maximi confessoris & Anastasii Sinaitæ, nec non Mosis Bar-Cephæ; quorum illi sæculo VII. hic autem IX. desinente claruisse perhibentur. Et Maximus quidem in *opusculis theologicis & polemicis* duo loca profert Nemesiana, quæ sic inscribit [4]: *Τοῦ ἁγίου Νεμεσίου ἐπισκόπου Ἐμέσης, Sancti Nemesii episcopi Emeseni*. Neque aliter Anastasius Sinaita, qui ex Nemesii opere duo item excerpta bene longa in medium adducens [5], alterum *de providentia* [6], alterum *de natura hominis* [7]; ea se descripsisse profitetur ex *Nemesio episcopo Emeseno*, Νεμεσίου ἐπισκόπου Ἐμέσης. Moses vero Bar-Cepha nonnulla ex eodem opere verba recitans, *Nemesium philosophum Christianum* nominat [8], operis potius argumentum scilicet, quam auctoris dignitatem respiciens. Præsulis demum nostri meminit, eadem inscriptione usus qua Maximus & Anastasius, scriptor anonymus apud Montfauconium [9] adhuc ineditus, in Eclogis ordine alphabetico digestis, quæ a Parallelis Damascenicis differunt. Ex quibus ergo intelligas, recte ne an secus, de auctore nostro Caveus aliique censuerint.

II. Verum ut ea denuo magis confirmentur quæ superius obiter post Lequienium attigimus, de tempore quo in cathedra Emesena sederit Nemesius; observare primum juverit cum editore Oxoniensi, A antistitem nostrum ea tempestate vixisse, qua ecclesiæ pacem turbabant Apollinarius, Eunomius atque Origenistæ. Et de Apollinario quidem verba faciens Nemesius sub operis initium [10], ipsum deinceps studiose refellit [11]. Alibi autem contra Eunomium palam disputat [12]; quem nimirum a præcipuis quarti sæculi ecclesiæ scriptoribus, Basilio præsertim & utroque Gregorio, fuisse impugnatum nemo nescit. Origenistarum autem insomnia de animarum descensu ac transmigratione tacite primum, postmodum vero apertissime respuit [13]. Quod si Nemesius dum creationis opus secundum scripturarum eloquia enarrare satagit, animarum præexsistentiam doceat [14]; eum demum securius fuisse locutum, ut phrasi B Augustiniana utar, existimaverim equidem; quum præsertim & eo vetustiores patres ita quoque fuerint locuti, Pierius Alexandrinus [15], Methodius [16] aliique. Aliter enim procul dubio censuisset noster auctor, ac προϋπάρξεως dogma Origenianum impugnasset, si perspectum habuisset hujusmodi magni Leonis effatum [17]: *Catholica fides, inquit, constanter prædicat atque veraciter, quod animæ hominum, prius quam inspirarentur corporibus, non fuere, nec ab alio incorporantur nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est creator & corporum*. Advertendum præterea scripsisse Nemesium ante Nestorii atque Eutychetis tempora, ut pluribus arguit editor Oxoniensis: quin & ante Pelagium, quum in prolixa de libero arbi- C trio disputatione [18] Pelagianismi mentionem prorsus omittat. Adhæc nullum memorat auctorem, qui post quadringentesimum a Christo annum inclaruerit. Omnia demum in auctore nostro si penitius introspiciantur, non suadere solum, sed etiam persuadere videntur, sæculo IV. desinente ipsum floruisse.

III. Neque tamen propterea cum Lequienio affirmare ausim, Nemesium nostrum *Basilio & Gregorio Nazianzeno amicitia conjunctissimum fuisse, cui nempe*, inquit, *Philocaliam suam nuncuparunt* [19]. Aliud nimirum agebat V. C. dum hæc scriberet. Neque enim Nemesio Emeseno, sed Theodoro Tya- D nensi episcopo a Basilio & Gregorio fuisse inscriptam, vel potius ad hunc simpliciter missam Philocaliam Origenianam, ex eodem Nazianzeno intelligimus [20]. Sub idem tempus enimvero fuit Nemesius quidam Gregorii Nazianzeni familiaris, Cappadociæ præfectus atque a Christo alienus, ad quem exstant quatuor ejusdem Nazianzeni epistolæ [21], & carmen satis prolixum [22] quo ab idolatriæ vanita-

1. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 839.
2. *Pallad.* Dial. de Vit. Chrysost. pag. 194.
3. *Cav.* Hist. litt. tom. I. pag. 276.
4. *Maxim.* opp. tom. II. pag. 153. edit. Combef. Parif. 1674.
5. *Anast. Sin.* Quæstt. XVIII. & XXIV. opp. Gretf. tom. XIV. part. II. pagg. 270. 294.
6. *Nemes.* de Nat. hom. cap. XLIV. infr. pag. 425.
7. Id. ibid. cap. I. pag. 356.
8. *Moses B.* de parad. pag. 55. edit. Antuerp. 1569.
9. *Montfauc.* Bibl. Coisl. pag. 412.
10. *Nemes.* de Nat. hom. cap. I. infr. pag. 353.
11. Id. ibid. cap. II. pag. 369. b.
12. Id. ibid. cap. III. pag. 374. d. 375. b.
13. Id. ibid. cap. II. pag. 371. e. & cap. III. pag. 375. c.
14. Id. ibid. cap. II. pag. 368. d.
15. *Pier. Alex.* apud Phot. Bibl. cod. CXIX. pag. 289.
16. *Method.* Conviv. Virg. Orat. II. §. V. tom. III. nostr. Bibl. PP. pag. 681.
17. *Leo* I. Epist. XV. ad Turrib. cap. X. opp. tom. I. pag. 703. edit. Baller.
18. *Nemes.* capp. XXXIX. XL. XLI. pagg. 412. seqq.
19. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 840.
20. *Greg. Naz.* epist. LXXXVII. opp. tom. I. pag. 843.
21. Id. epistt. 79. 183. 184. 185. tom. I. pagg. 832. 885. 886.
22. Id. Carm. LXI. tom. II. pagg. 140-146.

te ipſum avocare ſtudet: quem tamen ab Emeſeno diſtinguendum eſſe Fabricius [1] aliique contendunt. Atqui haud longe a vero abeſſe putat Tillemontius [2], ſi quis Nemeſium Nazianzeni amicum qui Cappadociæ præfectum agebat, libri *de Natura hominis* auctorem exiſtimet. Quam ſane ſententiam ita luculenter exponit editor Oxonienſis [3]: „ Billius, inquit, & alii nonnulli minime veriſimile putant, Cappadociæ præfectum, hominem ſæculi curis addictum & a Chriſtiana pietate alienum, aut epiſcopum fieri, aut librum iſtiuſmodi qualis hic noſter eſt qui præ manibus habetur, ſcripſiſſe. Quod autem ad præfecturam attinet & nomen Chriſto nondum datum, facile erit reponere; rem eam non adeo incredibilem videri iis qui noverint, quales eo ipſo in ſæculo fuerunt Ambroſius, Nectarius & Syneſius, quum ad ſedes ſuas promoverentur. Nec certe Nemeſius noſter ſacris infulis indignus prorſus habebitur, qui a Theologo Gregorio, *philoſophiæ*, *probitatis*, *juſtitiæ*, *amicitiæ* demum nomine, non modo laudari, ſed cum veneratione quadam ſuſpici atque coli meruerat: quem etiam *utcumque olim cariſſimum*, *magis etiamnum carum futurum ejuſque animo penitus ceu columna ærea inſcribendum* ſpondet [4], ἐπειδὴ ἂν γένῃ, Θεοῦ καὶ σαφῶς ἡμέτερος· ſcilicet, quum pietati Chriſtianæ ſe totum tradiderit. Quod in carminibus denuo vaticinatur, & ceu entheo quodam furore percitus, poema ſuum his claudit [5]:

——— Νεμέσιος ὀβριμόθυμος
Καππαδόκῃσι τάλαντα δίκης ἰθεῖα τανύσσας,
Οὐ χρυσὸν δολόεντα καὶ ἄργυρον, οὐδὲ μὲν ἵππους
Εὐγενέτας πτερόεντας ἀοίδιμον ἄχος ἔχοντας,
Ὤχετ' ἄγων· πλοῦτος γὰρ ἀνούτατος. ἀντὶ δὲ πάντων,
Μάργαρον αἰγλήεντα μέγαν λῄσατο Χριστόν.

„ En virtute gravis meritiſque *Nemeſius* altis,
Æqua Dices qui Cappadocum modo pondera librat,
Atque idem juſto trutinæ ſe examine penſat.
Non auri vis, non argenti ſacra fames hunc
Sollicitavit opum majorum; ſed nec honores,
Præſtanteſque aliis genere & levitate caballos
Væſano appetiit faſtu atque cupidine inani.
At pro divitiis & gazis deliciiſque
Omnibus, hic baccam radiantem, Numen Jesu. „

Hæc ille. Atque horum virorum doctorum judicio haud equidem repugnaverim; dummodo tamen admittant, Nemeſium olim Cappadociæ præfectum, ab ethnica ſuperſtitione ad Chriſti fidem converſum, Emeſenæ eccleſiæ regimen deinceps ſuſcepiſſe: his enim inſignibus ornatum fuiſſe auctorem noſtrum, cum ex pluribus vetuſtis codicibus mſs. tum ex antiquis eccleſiaſticis ſcriptoribus ſuperius relatis comprobavimus.

IV. His poſitis, jure optimo recenſendus videtur Nemeſius noſter inter præcipuos ſæculi IV. eccleſiæ A doctores, qui religionem Chriſtianam ſummo ſtudio defendendam ſuſcepere. In ſuo enim libro *de Natura hominis*, ut ex capitum elencho eidem ſubjecto in primis colligitur, animæ immortalitatem adverſus philoſophorum errores ſolide probat atque confirmat; fati neceſſitatem acriter oppugnat; voluntatis libertatem ſtrenue vindicat; Dei providentiam luculenter adſtruit ac tuetur; divinæque ſapientiæ, bonitati atque potentiæ præclara paſſim teſtimonia perhibet. „ Ipſius denique ſcripti character, ut cum viro erudito loquar [6], nobiliſſimorum ingeniorum feraciſſimum illud ſæculum ſapit; ubi Ethniciſmus jam exſpiraturus ultimos ſuos conatus explicans, ſub Hierocle, Plotini, Jamblici, Porphyrii B & reliquorum qui ab Eunapio memorantur, præſidiis philoſophiam Chriſtianiſmo oppoſuit: ut ex altera parte eadem tempeſtate auſpiciis non minoribus, ab Athanaſio, Baſilio, Ephremo Syro, Nyſſeno, Nazianzeno, Epiphanio, idem Chriſtianiſmus philoſophiæ etiam ſuppetiis defendebatur. Adhæc ſi lectionis varietas, verborum delectus, rationum pondus, judicii tenor, methodi ordo, diſputandi acumen, argumenti demum dignitas tractatum aliquem lectoribus ſuis conciliare poterit; utique hic fuerit longe commendatiſſimus. „ Hæc aliaque plura vir eruditus. Atque hinc proinde accidiſſe arbitror, ut celebres aliquot priſci ævi ſcriptores, Julianus Pomerius, Joannes Damaſcenus, Elias Cretenſis, C Meletius monachus, Joannes Grammaticus, operis Nemeſiani præſtantia permoti, diſſimulato licet auctoris nomine, non modo periodos plurimas, ſed ſolidas etiam paginas ſuis ſcriptis intexuerint: ut heic interim prætercam, unam & alteram ejuſdem operis laciniam inter Nyſſeni litterarum monimenta immerito etiamnum reperiri.

V. Opus itaque adeo egregium Latine primum prodiit in antiquis Nyſſeni editionibus ex verſione Burgundionis Piſani & Cononis Norimbergenſis. Deinde Nemeſio aſſertum ex Vallæ interpretatione apud Sebaſtianum Gryphium. Græce autem ac Latine Nemeſium primus evulgavit Nicaſius Ellebodius Antuerpiæ D anno 1565. Atque iſthæc editio ſæculo inſequente repetita fuit Pariſiis cum in Auctario Ducæano, tum in duplici Bibliotheca Patrum Morelliana. Poſtremo Nemeſii librum denuo recognitum, duorumque codicum mſs. ope, nec non auctorum collatione quos aut ipſe laudat aut qui ipſum compilarunt, in integrum reſtitutum; recenſita etiam, ubi res id maxime poſtulabat, Ellebodii verſione, typis Oxonienſibus excudendum anno 1671. tradidit Joannes Fellus, in hoc ſtudiorum genere alias apprime verſatus: qui præterea eruditas animadverſiones adjecit. Hanc vero editionem ceteris multo accuratiorem, quæ ſcilicet Nemeſianum opus antea luxatum ſæpiuſque mutilum, ſanum atque inte- E grum exhibet, prelo conſignandam ſtuduimus. Ex notis autem cl. editoris, eas potiſſimum pro more ſelegimus, quæ ſive auctoris textum ſive ſcriptorum loca quos ipſemet ſubinde laudat, reſpiciunt.

1. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VII. pag. 549.
2. *Tillem.* Mem. eccl. tom. IX. pagg. 541.607.
3. *Oxon.* præfat. ad Nemeſ. pag. 5.
4. *Greg. Naz.* epiſt. CLXXXIV. tom. I. pag. 886.
5. Id. Carm. LXI. tom. II. pag. 146.
6. *Oxon.* præfat. ad Nemeſ. pag. 7.

C A P U T IX.

D E

SANCTO ARSENIO.

I. DE magno ARSENIO multa Metaphrastes [1], multa Nicephorus [2] litteris tradidere, quæ tamen viris criticis, haud sane immerito, minus probantur: cujusmodi est id, quod præter Menologium Græcorum [3], memoriæ prodidit etiam Zonaras [4], ipsum videlicet sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconum exstitisse. Qua de re post Tillemontium [5], plura Bollandiani [6]. Illud vero magis exploratum habemus, eum & Romanum, ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, & ex ordine senatorio fuisse [7]; Græcis præterea Latinisque litteris omnique disciplinarum genere apprime excultum [8]: sive, ut habent Apophthegmata Patrum [9], παίδευσιν Ῥωμαϊκὴν καὶ Ἑλληνικὴν ἐπιστάμενος. Tantus itaque vir doctrina & eruditione plurimum præstans a magno Theodosio in aulam accitus, Arcadium & Honorium augustos instituit; qui & eos de baptismo suscepisse traditur: ut propterea *pater imperatorum* diceretur, quemadmodum ex Cyrillo sæculi VI. scriptore intelligimus [10].

II. At vero Arsenius, ætatis anno XL. Christi CCCXCIV. ut videtur Tillemontio [11], relicta demum imperatoris aula, in solitudinem secessit, Scetique primum consedit: ubi exactis annis XL. deinceps Troen superioris Babylonis versus Memphim se contulit, ibique annos decem egisse comperitur. Exinde vero digressus, tres alios annos Canopo Alexandriæ mansit: quibus emensis Troen rediens, eo loci duos reliquos peregrinationis suæ annos complevit. Et hanc quidem certiorem Arsenianæ vitæ solitariæ chronotaxin produnt Apophthegmata Patrum [12]. Annum igitur agens XCV. beatus Arsenius, postquam in solitudine annos LV. exegisset, æræ tandem vulgaris A anno CCCCXLIX. vitæ suæ cursum feliciter consummavit. Ejus memoriam recolunt Græci die VIII. Maji, Latini vero XIX. Julii. Quæ autem in eremo præclare gessit ac docuit sanctus abbas, studiose collegit litterisque mandavit beatus Theodorus Studita, ejusque lucubrationem ex pervetusto codice Seguieriano descriptam edidere hagiographi Bollandiani [13], eruditisque animadversionibus illustrarunt.

III. Græca pariter ac Romana sapientia fuisse admirandum magnum Arsenium, testatur idem qui ejus acta in litteras retulit Theodorus Studita [14], ἑλληνικῇ τε καὶ ῥωμαϊκῇ σοφίᾳ θαυμαζόμενος. Ne- B que aliter Apophthegmata Patrum, ut superius vidimus. Quin etiam, si Nicephoro fides [15] „ libros „ quoque complures ille beatus senex reliquisse tra- „ ditur, quos historia quæ de eo est, refert: „ καὶ λόγους πλείστους καταλελοιπώς, οὓς ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία διέξεισιν. Verum una tantum ad nos pervenit *Magni Arsenii doctrina & exhortatio* ad monachos, ut videtur, quam primus publici juris fecit Combefisius [16], *multa majestate & claritate, brevi adeo verborum complexu, expressam*. Ita quidem de hujusmodi opusculo censet doctus editor [17]; ejusque sententiæ subscribit Guilielmus Caveus [18]. Huic autem Arsenianæ *Doctrinæ*, magni sane faciendæ, quæ præterea de illius sancti abbatis gestis dictisque ha- C bentur in Apophthegmatis Patrum Cotelerianis ac Possinianis, adjecimus. Quod superest, admonendum putamus, de nostro beatissimo sene tria terrasticha, & digna quidem quæ legantur, contexuisse Joannem Geometram [19], suntque numm. IX. X. & XI.

1. *Metaph.* apud Sur. XIX. Jul. pag. 233. seqq.
2. *Niceph.* Hist. eccl. lib. XII. cap. XXIII.
3. Menol. Gr. part. III. pag. 88. edit. Urbin. 1727.
4. *Zonar.* Annal. part. II. pag. 37. edit. Paris.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XIV. pag. 795. not. I. *sur S. Arsene*.
6. *Bolland.* Act. SS Jul. tom. IV. pag. 605. numm. 3. 4.
7. Vid. Patr. lib. V. cap. VI. §. 2.
8. Ibid. capp. X. §. 5. & XV. §. 7.
9. Apophth. Patr. infr. pag. 429. c.
10. *Cyrill.* in Vit. Euthym. apud Cotel. Mon. eccl. Gr. D tom. II. pag. 248. & in Analect. Gr. BB. pag. 43. Apophth. Patr. infra pag. 435. a.
11. *Tillem.* l. c. pag. 796. not. III.
12. Apophth. Patr. §. XLII. infr. pag. 436.
13. *Bolland.* Act. SS. Jul. tom. IV. pag. 617. seqq.
14. *Bolland.* l. c. pag. 618. §. III.
15. *Niceph.* Hist. eccl. lib. XII. cap. XXIII. sub fin.
16. *Combef.* Auctar. noviss. part. I. pagg. 301. seq.
17. Id. ibid. pag. 313. col. 1.
18. *Cav.* Hist. litter. tom. I. pag. 279.
19. *Joan. Geom.* Parad. Tetrast. in Bibl. PP. Paris. tom. XIV. pag. 449.

C A P U T X.

D E

FAUSTINO ET MARCELLINO

PRESBYTERIS.

I. EX antiquioribus Gennadius meminit FAUSTINI presbyteri [1], quem perhibet scripsisse *ad personam Flaccillæ reginæ adversum Arianos & Macedonianos libros septem*. Et mirari quidem subit post adeo claram atque testatam auctoris haud ignobilis fidem, qui ab ætate Faustini de quo loquimur, uno tantum sæculo distabat, exstitisse scriptores, primi etiam subsellii, qui opus Gennadio heic laudatum Gregorio Bætico Eliberitano antistiti adscripserint. At nostro demum & superiori ævo genuinus operis parens agnitus noster Faustinus [2]: qui præterea, Luciferianus quum fuerit ut mox dicemus, se ipsum sectæ illius placitis faventem sub sui operis finem satis prodit [3]: quæ est Tillemon-

1. *Gennad.* de Vir. illustr. cap. XI.
2. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 767. not. VI. *sur Lucifer*, Hist. des Emper. tom. V. pag. 737. not. III. *sur Theodos.*
3. *Faustin.* de Trinit. cap. VII. §. IV. infr. pag. 459.

tii animadverſio [1]; quamvis citatum locum aliter A acceperit noſter Baronius [2], operis nimirum auctorem Gregorium Eliberitanum exiſtimans ex inſcriptione Romanæ editionis, quam anno 1575. Achilles Statius evulgavit. Scripſit ergo Fauſtinus libros ſeptem juxta Gennadium, ſeu potius librum unum in ſeptem capita diſtinctum, adverſus Arianos; opusque ſuum nuncupavit Flaccillæ auguſtæ, primæ magni Theodoſii conjugi, quam ſupremum diem clauſiſſe anno CCCLXXXV. ex laudato Baronio erudimur [3], cujus ſententiæ Pagius [4] ac Tillemontius [5] accedunt. Ælia vero Flacilla & Flaccilla vocatur in nummis [6], quemadmodum apud Gennadium: quæ tamen Gregorio Nyſſeno [7], Theodorito [8] & Zoſimo [9], Placilla dicitur; Socrati autem [10] & Philoſtor- B gio [11], Placidia: utrique minus recte, ut docet Valeſius [12]. Hinc vero factum exiſtimarim equidem, ut in nonnullos codices mſs. & editos irrepſerit error, quo Fauſtini presbyteri opus Gallæ Placidiæ fertur inſcriptum; quæ videlicet altera Theodoſii ſenioris uxor fuerit exiſtimata: quum tamen eam, Gallam tantum, nuſquam vero Gallam Placidiam, ſcriptores appellent: qua de re plura poſt Ducangium Bandurius [13].

II. Utcumque autem res ſe habeat, prodiit Romæ anno 1575. ſub Gregorii Bætici nomine, Fauſtini opus de quo verba facimus. Et de hac quidem editione Baronius hæc habet [14]: „ Hujus Gregorii C „ commentarios carie obſitos, oblivione obrutos „ mendiſque labefactatos purgavit ediditque noſter „ Achilles Statius laudabilis memoriæ. „ Atque hujumodi Romanum exemplar ſub ejuſdem Gregorii nomine iterum iterumque typis excuſum. At vero in variis antiquioribus operum veterum Patrum collectionibus idem opus Fauſtino auctori ſuo reſtitutum. Præmittitur epiſtola ad auguſtam Flaccillam, quæ integra exſtat in utriſque Orthodoxographis Baſilienſibus aliiſque Patrum bibliothecis, nec non in Lugdunenſi poſtrema: ut propterea minus probanda videatur Oxonienſis editoris cura, qui Fauſtini opera in vulgus educens e theatro Sheldoniano anno 1678. eamdem epiſtolam majori ex D parte mutilam exhibuit; Pariſienſem ſcilicet, ut videtur, anni 1644. editionem ſecutus, ubi poſtrema tantum pars illius epiſtolæ occurrit.

III. Librum adverſum Arianos excipit *Fauſtini Fides Theodoſio imperatori oblata*. Editor Oxonienſis ad cujus ἔκδοσιν præ ceteris noſtram exegimus, eam deſumſit ex Codice canonum quem ad opera ſancti Leonis Queſnellius adjecit [15], ſic illum inſcribens: *Codex canonum eccleſiaſticorum & conſtitutorum ſanctæ ſedis apoſtolicæ*. At vero hunc non fuiſſe Romanæ eccleſiæ codicem, adeoque titulum quem præfixit Queſnellius, eidem codici nullo pacto congruere, luculenter demonſtrarunt viri docti, Cou- E tantius [16] & Ballerinii [17]: ut proinde reformanda ſint ejuſmodi verba: *Fides..... in codicem canonum & conſtitutorum eccleſiæ Romanæ recepta*, quæ inſcriptioni libelli fidei Fauſtiniani ſubjiciuntur [18]. Ceterum ex auctoritate mſs. Thuan. & Vindob. Fauſtino aſſeritur hic libellus; exſtatque præterea in vetuſto codice Augienſi, quem inſpexit Mabillonius [19]. Scriptum autem exiſtimat Codicis illius editor inter annos CCCLXXIX. & CCCLXXXI. quo tempore ſcilicet Eleutheropoli verſabatur Fauſtinus, ubi & exagitatum ſe queritur [20] a Turbone illius urbis epiſcopo. „ Ex quo, inquit, nata fortaſſe occaſio condendæ confeſſionis fidei ejuſque mittendæ ad Theodoſium, cujus nomine & auctoritate uſum eſſe adverſus ſchiſmaticos epiſcopum, pronum eſt exiſtimare. „

IV. „ Scripſit etiam Fauſtinus librum, quem „ Valentiniano & Arcadio imperatoribus, pro de„ fenſione ſuorum, cum Marcellino quodam pres„ bytero obtulit. Ex quo oſtenditur Luciferiano „ ſchiſmati conſenſiſſe: quia Hilarium Pictavien„ ſem & Damaſum urbis Romæ epiſcopos in eo„ dem libro culpat; quaſi male conſuluerint eccle„ ſiæ, quod prævaricatores epiſcopos in commu„ nionem & ſacerdotium, pacis recuperandæ gra„ tia, recepiſſent. Quod Luciferianis ita diſplicuit, „ recipere epiſcopos qui in Ariminenſi concilio Aria„ nis communicaverant, quo modo Novatianis apo„ ſtatas pœnitentes. „ Verba ſunt Gennadii [21]. De Marcellino autem vide ſis incertum auctorem, qui appendicem ad Iſidorum & Ildefonſum appoſuit [22]. Porro libellus hic Valentiniano II. Theodoſio & Arcadio auguſtis inſcriptus, porrectus fuiſſe Conſtantinopoli, adeoque Theodoſio, ex contextu comperitur. Loquentes enim hi presbyteri Luciferiani de Alexandro antiſtite, cujus precibus impius Arius interiit [23]: *Non ille Alexander*, inquiunt, *qui fuit divinæ fidei epiſcopus in Alexandria*, ... *ſed iſte Alexander*, *qui* IN HAC URBE CONSTANTINOPOLITANA *fuit & ipſe admirabilis epiſcopus*, cet. Quæ quidem loci circumſtantia ex reſcripto unius *Theodoſii* ad calcem libelli appoſito confirmatur.

De tempore autem quo ſcriptus fuerit idem libellus, id vero inter annos CCCLXXXIII. & CCCLXXXIV. circumſcribendum videtur. Primum enim Arcadius, unus ex tribus imperatoribus quibus oblatus hujuſmodi libellus precum, nondum renuntiatus fuerat Auguſtus a Theodoſio patre ante annum CCCLXXXIII. ut poſt Baronium [24] demonſtrat Pagius [25]. Deinde vero, vivente adhuc Damaſo Romano pontifice, ſcriptus fuiſſe videtur ex his verbis quæ in eo leguntur [26]: *Sed &* NUPER, inquiunt Luciferiani presbyteri, *tentavit* (Damaſus) *graviter perſequi beatiſſimum Epheſium* cet. quæ eſt Tillemontii [27] & Mazochii [28] ſententia. Quum autem exeunte anno CCCLXXXIV. ſupremum diem clauſerit ſanctus Da-

1. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 526.
2. *Baron.* ad ann. 371. §. CXXIV.
3. Id. ad ann. 385. §. XXXII.
4. *Pagi.* ad ann. 385. §. VI.
5. *Tillem.* Hiſt. des Emper. tom. V. pag. 740. not. XXV.
6. *Patin.* Impp. Rom. Num. pag. 491.
Mediob. Impp. Rom. Num. pag. 519.
Bandur. Num. Impp. Rom. tom. II. pagg. 515-517.
7. *Greg. Nyſſ.* Orat. fun. in Placill. opp. tom. III. p. 524.
8. *Theodor.* Hiſt. eccl. lib. V. cap. XIX.
9. *Zoſim.* Hiſt. Nov. lib. IV. pag. 264. edit. Oxon.
10. *Socrat.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XXXI.
11. *Philoſt.* lib. X. cap. VII.
12. *Valeſ.* in not. ad Socrat. Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XXXI.
13. *Bandur.* Numiſm. Impp. Rom. tom. II. pag. 566. not. I.
14. *Baron.* ad Martyrol. Rom. ſub die XXIV. April. not. (f)
15. Cod. can. eccl. cap. XXXVIII.
16. *Coutant.* præfat. ad Epiſtt. Rom. Pontif. part. II. §. III. pag. LXVII. ſeqq.
17. *Baller.* opp. S. Leon. tom. III. pagg. 753. ſeqq.
18. *Fauſt.* fid. infr. pag. 460.
19. *Ballerin.* l. c. pag. 278. not. I.
20. *Marcell.* & *Fauſt.* libell. prec. §. XXX. infr. pag. 472.
21. *Gennad.* lib. de Vir. illuſtr. cap. XVI.
22. Libell. de XII. ſcript. eccl. cap. XII.
23. *Marcell.* & *Fauſt.* libell. prec. §. III. infr. pag. 463.
24. *Baron.* ad ann. 383. §. XXII.
25. *Pagi.* ad ann. 383. §. XII.
26. *Marc.* & *Fauſt.* l. c. §. XXIII. pag. 470.
27. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 525.
28. *Mazoch.* Comment. ad Kalend. Neapol. vol. II. pag. 581.

masus; hoc ipso anno facile oblatus fuerit idem libellus: aut saltem, ut cum viro erudito loquar [1], anno quidem CCCLXXXIII. porrectus fuit; rescriptum vero Theodosii quod ad calcem libelli exstat, ad Cynegium præfectum prætorio, usque ad insequentem annum CCCLXXXIV. quo Cynegius a medio Januario eam dignitatem obtinuit [2], differri contigit: maxime si ejusmodi negotium nonnullam caussæ cognitionem requirere, nec expediri de plano debere imperatori visum fuisset: quo spectat l. IX. §. I. D. *de offic. proc.* Ita sive anno CCCLXXXIII. sive CCCLXXXIV. Marcellinus & Faustinus suum hunc libellum pro defensione Luciferianorum caussæ tradiderunt.

V. Jam vero sermo habendus de præfatione eidem libello præfixa, quæ in narratione Ursiniani contra Damasum schismatis tota versatur. Cui quidem præfationi conjicit Tillemontius [3], nihil esse cum libello commune; adeoque suspicatur eamdem præfationem aut esse alterius operis, aut si quidem hujusce libelli sit, a diverso plane auctore posterius additam. Atqui eruditissimi viri conjecturæ minus solidæ visæ sunt Mazochio V. C. qui propterea earum levitate demonstrata, sententiam suam ita summatim exponit [4]: „ Stilus qui utrique parti αὐτόγατ☉ est, plane clamitat, præfationem ab eisdem auctoribus a quibus libellus est, esse profectam. Sed tamen ea non ante scripta & præfixa huic libello fuit, quam eo accepto Theodosius suum tandem evulgasset pro Marcellino & Faustino rescriptum. Tunc enimvero hi duo viri de prospero successu exsultantes, quum e re sua fore ducerent, si libellus una cum subjecto rescripto in vulgus spargeretur; id ut aptius efficerent, instruendos sibi lectores hac ipsa præfatione putarunt de initiis calamitatis suæ. Nam presbyteros istos tunc quidem Luciferianos esse, omnes norant, & libellus id palam profitetur: at eosdem olim Ursinianos fuisse, & contra Damasum ante viginti annos decertasse, non omnibus compertum erat; & si qui id scirent, ii, maxime consopito jam schismate, æquiores se Damasi, quam Ursini caussæ præbebant.

Itaque in hoc prologo rem omnem ab initio repetunt, ac de rebus olim gestis in Damasi & Ursini discidio cujus ipsi pars fuerunt, longam narrationem, sed modo suo incrustatam, tota præfatione contexunt. Id enim initium suæ calamitatis fuit. Nam Roma tandem expulsi, quod ultimum fuit, Luciferianis se se adjunxerunt: nisi forte mavis, etiam antea, dum Romæ essent, eos Luciferianos fuisse. Ut ut est, συνέχεια certe præfationis cum libello, hoc est Ursiniani discidii cohæsio de quo dumtaxat in præfatione agitur, cum Luciferianorum caussa quam tantum in libello tuentur, satis superque in fine præfationis se se legenti aperit, ad quam miror Tillemontium non attendisse. *Exinde*, inquiunt [5], *presbyteri* partis Ursinianæ *diversis modis afflicti, per exsilia & peregrina loca dispersi sunt. Ex quibus* MARCELLINUS & FAUSTINUS *presbyteri* (auctores scilicet tum libelli tum præfationis, an-

A tea quidem Ursiniani, nunc vero Luciferiani: quod sequentia satis præ se ferunt) *de confessione veræ fidei* (a qua ceteros Luciferiani excludebant, tamquam ipsi soli catholici) *ostentatione* (hoc est exhibitione) *sacræ communionis*, (nimirum, cuinam exhibenda communio sit, cui vero deneganda) & *persecutione adversantium veritati*, *preces Valentiniano*, *Theodosio & Arcadio principibus obtulerunt ita*. Hactenus præfatio, post quam libellus incipit. Quid autem clarius adferri poterat ad præfationem cum libello qui nunc exstat, glutinandam? An poterat per hæc verba quæ certe summam Luciferiani veneni continent, præfari auctor alteri cuidam libello, qui Ursinianorum adversus Damasianos preB ces exhiberet? „ Huc usque vir doctus.

VI. Quamvis autem ex hactenus dictis de libello supplici Theodosio ceterisque imperii consortibus oblato, satis constet cujus commatis sint quæ in eo enarrant Marcellinus & Faustinus presbyteri Luciferiani: quo tamen cautus magis circumspectusque reddatur qui ad ejus lectionem accesserit; haud otiosum fuerit in medium adferre quæ ad eumdem libellum præmonuit Sirmondus V. C. primusque illius editor. Sic autem se habent: „ Qui schisma olim Romæ adversus Damasum cum Ursino conflarunt, aut ex Luciferianis erant, aut cum illis se Luciferiani conjunxerunt, & duplici dissidio eccleC siam turbarunt. Atque in Ursini quidem caussa quam inquieti fuerint, & quam importune magistratuum & principum aures fatigarint; quæ in annalibus ecclesiasticis exstant, Valentiniani ad Prætextatum, Olybrium & Ampelium præfectos Urbis, & Gratiani ad Aquilinum vicarium rescripta declarant: fidemque faciunt conciliorum Aquilejensis & Romani synodicæ in appendice codicis Theodosiani editæ, quæ & Damaso innocentiam integritatemque suam adserunt, & Ursini furorem ac dolos non dissimulant. Luciferianorum autem non disparem inverecundiam atque insolentiam, duorum ex his presbyterorum hic liber ostendit: in quo non Theodosio solum augusto fraudulenta suggestione obrepunt;
D sed orthodoxos omnes qui obsistebant, canina, ut Hieronymus appellat, facundia sua sic proscindunt, ut non defuturi sint, qui publica luce dignum idcirco non putent. Tu vero, lector, ut spero aliter senties, reque ipsa comperies, illaudato quamvis operi suum fore pretium; cujus auctores & de se ipsis & de aliis non pauca doceant, quæ scire conducat, & aliunde nesciantur. „ Hactenus ille. Atque in eamdem ferme sententiam antea Baronius [6]. Qua de re nos quoque alibi nonnulla attigimus, ubi de sancto Damaso verba fecimus [7]. Quod superest, eumdem libellum precum eruditus Sirmondianorum editor contulit cum codice ms. bibliothecæ Colbertinæ, indeque variantes lectiones appoE suit: itemque nonnullas ex codice Remigiano, quarum ei copiam fecit cl. Mabillonius. Quibus lectionibus paucas Mazochii præstantis viri animadversiones intextas videas. De reliquis porro in Faustini opera subnotatis, æquus & doctus lector judicium ferat.

1. *Mazoch.* Comment. ad Kalend. Neapol. vol. II. p. 581.
2. Vid. prosopograph. Cod. Theod. tom. VI. part. I. pag. 47.
3. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 766. not. V. *sur Lucifer.*
4. *Mazoch.* l. c. pagg. 583. seqq.
5. Præfat. ad libell. prec. §. IV. infr. pag. 462.
6. *Baron.* ad ann. 367. §. XIV.
7. Prolegom. ad tom. VI. Bibl. PP. cap. IV. §. II. pag. IX.

CAPUT XI.

DE

S. PHILASTRIO

BRIXIENSI EPISCOPO.

I. MAgno Theodoſio imperante floruit PHILASTRIUS Brixienſis epiſcopus, vitæ ſanctitate, fidei zelo & ſcriptorum memoria illuſtris. Præclara ejus inſignia pluribus perſecutus eſt Gaudentius, ipſius in epiſcopali ſede ſucceſſor [1]. Quo autem tempore Brixienſis eccleſiæ regimen ſuſceperit, quove anno e vivis exceſſerit, utrumque plane incompertum. Verum ut intra cancellos aliquos circumſcripta res, utcumque definiri queat: illud primum certo novimus ex Hilario [2], Urſacium Philaſtrii deceſſorem anno CCCXLVII. Sardicenſi concilio interfuiſſe. Deinde conſtat, Philaſtrium longe ante quam Ambroſius ad Mediolanenſem cathedram eveheretur, Auxentio antiſtiti Ariano reſtitiſſe; qui nimirum ab anno CCCLV. ad CCCLXXIV. eam ſedem occupaſſe comperitur. Hujuſce rei teſtem luculentum habemus eumdem Gaudentium [3]: *In Mediolanenſi urbe*, inquit, *idoneus* OLIM *cuſtos dominici gregis fuit*, *Ariano repugnans Auxentio*, *prius quam eligeretur Ambroſius*. Narrat præterea [4], Romam profectum eſse Philaſtrium, ubi NON EXIGUO TEMPORE *moratus*, *multos & publica & privata diſputatione lucratus in fide eſt*. Poſtremo, eodem teſte [5], POST ILLOS CIRCUITUS *animarum plurium ſalutares*, BRIXIA *eum rudis quondam*, *ſed cupida doctrinæ* PROMERUIT. Hæc præ ceteris de PHILASTRIO Gaudentius *quatuordecim poſt annos* [6] ab ejus obitu ediſſeruit. Ex quibus profecto intelligas, beatum præſulem noſtrum nonniſi poſt certamina Mediolani cum Auxentio inita; quin & poſtea Roma reducem ubi diu commoratus fuerat, Brixianam ſedem fortaſſe tenuiſſe. Gaudentius enim qui eum probe noverat, in illius geſtis enarrandis temporis ordinem ſecutus fuiſſe videtur. Neque vero quiſquam fuerit, mea quidem ſententia, qui aliter ejus verba velit accipere, ubi ea rite ac diligenter expenderit.

II. Epiſcopus itaque Brixienſis fuerit ordinatus Philaſtrius circa æræ vulgaris annum CCCLXXX. qui poſtmodum Aquilejenſi concilio interfuit anno CCCLXXXI. coacto [7]. Ipſum præterea Mediolani agentem & cum ſancto Ambroſio verſantem ſe vidiſſe teſtatur Auguſtinus [8]: qui quum anno CCCLXXXIV. ante Bautonis conſulatum ad eam urbem perrexerit [9], ibique manſerit uſque ad annum CCCLXXXVII. quo in Africam redire geſtiebat; quonam proinde ex iis tribus annis præſulem Brixienſem viderit, nos plane fugit. Illud tandem exploratum habemus, A ſupremum diem clauſiſſe Philaſtrium ante annum CCCXCVII. quo ad ſuperos evolavit Mediolanenſis antiſtes Ambroſius. Sanctus enim Doctor Gaudentium Philaſtrii ſucceſſorem conſtituiſſe intelligitur ex ipſo Gaudentio: qui coram ipſo prima ordinationis ſuæ die verba faciens, Brixienſes allocutus hæc habet [10]: *Sed beatus pater Ambroſius ceterique venerandi antiſtites*, *ſacramento quo temere vos ipſos obligaſtis adſtricti*, *tales ad me epiſtolas cum veſtra legatione miſerunt*, *ut ſine damno animæ meæ ultra reſiſtere non valerem*. Et mox clarius adhuc [11]: *Obſecro*, inquit, *communem patrem Ambroſium*, *ut poſt exiguum rorem ſermonis mei*, *ipſe irriget corda veſtra divinarum myſteriis litterarum*. Quis autem B me doceat, quo demum anno Gaudentii ordinatio acciderit, ut annum ſaltem Philaſtrii emortualem diſcere valeam? *Quintodecimo* quidem *Kalendarum Auguſtarum exuiſſe hominem*, beatum illum præſulem tradit Gaudentius [12]; ſed quoto anno id vero acciderit, ſilet idem epiſcopus, qui ſupremum ejus menſem diemque tantummodo litteris conſignavit. Verum hæc aliaque de Philaſtrii ætate ac rebus geſtis omnino incerta, nulliſque certioribus litterarum monimentis innixa, virorum eruditorum conjecturis excutienda permittimus.

III. At enim, inquies, cur vero in ſubducendis calculis, notationem temporis inſuper habuiſti, quam C exhibet ipſemet Philaſtrius? Sic enim alicubi ſcribit [13]: *A Domino uſque nunc anni* CCCLXXX. Ita quidem Philaſtrius Fabricianus, ſed non ita verus Philaſtrius. Hunc enim locum ſic primus reſtituebat ſeu potius depravabat Latinius [14]; quem poſtea ſecuti ſunt Voſſius [15], Fabricius [16] & noviſſime cl. Galeardus [17]. Verum priores editi pro CCCLXXX. conſtanter præ ſe ferunt CCCCXXX. Neque aliter ſane ms. codex Sangermanenſis. Atque hanc veram eſſe Philaſtrianam lectionem primus agnovit Sandius [18], quam deinceps pluribus confirmarunt erudiſſimi Ballerinii [19]. Sic enimvero, inquiunt, loquebantur medio ſæculo IV. eccleſiæ ſcriptores. Euſebius Cæſarienſis [20]: *In primis paradoxum illud eſt*, *incepiſſe* D *hoc Verbum*, *ab annis hinc retro quadringentis non omnino completis*: quæ quidem verba ferme repetit adverſus Marcellum Ancyranum pſeudoſynodus Sardicenſis [21]. Ita quoque Hilarius Pictavienſis [22]: *Poſt quadringentos annos*, ait, *poſtquam Dei unigenitus generi pereunti ſubvenire dignatus eſt ..... novella nunc & teterrima lues ..... Ariana effuſa eſt*. Hie-

1. *Gaud.* Serm. de B. Philaſtr. pagg. 370. ſeqq. edit. Brix. 1738.
2. *Hilar.* Op. hiſt. fragm. II. opp. tom. II. pag. 632. è. edit. Veron.
3. *Gaud.* l. c. pag. 372.
4. Id. ibid.
5. Id. ibid.
6. Id. ibid. pag. 374.
7. Concil. tom. II. pag. 1163. edit. Ven-Labb.
8. *Aug.* epiſt. CCXXII. n. 2. opp. tom. II. pag. 818.
9. Id. lib. III. contr. litter. Petil. cap. XXV. n. 30. opp. tom. IX. pag. 311.
10. *Gaud.* Serm. pag. 332.
11. Id. ibid. pag. 334.
12. Id. ibid. pag. 374.
13. *Philaſtr.* de Hæreſ. cap. LXXXIV. al. CXI.
14. *Latin.* Bibl. pag. 37.
15. *Voſs.* de Hiſt. Lat. lib. II. cap. IX. pag. 201.
16. *Fabric.* ad Philaſtr. pag. 229.
17. *Galeard.* Spicil. in Philaſtr. pag. 279. & in præfat. §. XI. pag. XVIII.
18. *Sand.* Not. ad Voſs. de Hiſt. Latin. pagg. 6. & 270.
19. *Baller.* Diſſert. I. ad S. Zenon. opp. cap. II. §. I. pag. XXXVI.
20. *Euſeb.* contr. Marcell. lib. II. cap. I. pag. 32.
21. Apud *Hilar.* Op. hiſt. fragm. III. num. 2. opp. tom. II. pag. 648.
22. *Hilar.* lib. I. ad Conſtant. num. 5. tom. II. pag. 537.

ronymus denique anno CCCCXIV. ad Dardanum scribens [1], ab Hierosolymorum excidio quod contigit post annum LXX. *quadringentos annos paullo minus* numerare comperitur: quas annorum putationes eodem ferme recidere ac Philastrianam nemo infitias ierit. Quapropter mirari subest, emendandum hunc locum censuisse viros cetera eruditos, cujus sinceritas alibi satis adstruitur, ubi sanctus Pater hæc habet [2]: *Quadringentos jam plus annos transisse cognoscimus, ex quo venit Dominus, atque completos.* Heic vero apposite subdunt, quos modo laudavimus, viri docti [3]: „ Arbitrarie nimis legendum Fabricius censet *quadringentos jam* PLUS MINUS *annos*; quum, si hoc voluisset significare sanctus episcopus, haud addidisset *atque completos*. Hæc autem tam expressa additio priorem quoque chronicam notationem haud corrigendam confirmat, immo satis innuit eam opinionem id temporis vulgo obtinuisse, ut anni quadringenti a Christo nato ducti, ante annum CCCXC. compleri putarentur. „ At de his satis.

IV. Reliquum est, ut tempus inquiratur quo suum de Hæresibus librum scripsit Philastrius. Et illud quidem inter annos CCCLX. & CCCLXXX. esse concludendum existimaverim, secus quam censuerunt Fabricius & Galeardus, eruditi Philastriani operis editores. Primum enim ubi agit beatus præsul de Montanistis, meminit Parmeniani, quem Donato NUPER *successisse* perhibet [4]: quod nemini huc usque animadversum. Ab Hieronymo autem erudimur [5], Donatum Carthagine pulsum fuisse in exsilium anno CCCLVI. eumque porro exsulem vitam finiisse tradit Optatus [6]: cui proinde successerit Parmenianus circa annum CCCLX. Revocatus enim & ipsemet paullo post ab exsilio, scilicet jam episcopus, comperitur ex eodem Optato; qui libellum supplicem memorat [7] Juliano apostatæ a Donatistis oblatum, ut exsules revocarentur episcopi partis Donati, cum quibus & ipsum Parmenianum rediisse scribit. Qua de re paullo aliter Tillemontius [8]. Hinc vero, si accurate isthæc omnia expendantur, paullo post CCCLX. scripserit Philastrius Parmenianum NUPER *successisse* Donato. Præterea Priscillianistas perstringit sanctus Pater [9], quos constat in Hispaniis prodiisse circa annum CCCLXXX. ut advertit Tillemontius [10]: ut propterea post hunc annum adhuc operi suo conscribendo incubuerit Brixiensis antistes.

V. Jam vero de utilitate atque præstantia operis Philastriani sermo esset instituendus: sed rem profecto agerem, quum eo munere pro dignitate perfunctus fuisse noscatur cl. Galeardus [11]. Id unum igitur superest, ut consilium nostrum in eodem edendo paucis exponamus. Et primum quidem exemplar Fabricianum ceteris accuratius, cum Brixiensi editore secuti sumus. Textum deinde sex capitibus antea multatum, nunc primum ad integritatem suam restituimus ex ms. codice Sangermanensi, olim Corbejensi, cujus collationem sero nimis acceptam sub finem operis evulgavit idem editor Brixiensis; qui & pluribus cum de eodem codice, tum in primis de sex capitibus laudatis eruditissime differit [12]. Nimirum præcedentes editiones ad unam omnes centum dumtaxat & quinquaginta capita operis Philastrii præ se ferunt; quum tamen auctorem in centum & quinquaginta sex librum suum distinxisse testetur Augustinus his verbis [13]: *Philastrius quidam Brixiensis episcopus — scripsit hinc librum, nec illas hæreses prætermittens quæ in populo Judæo fuerunt ante adventum Domini, easque* XXVIII. *commemoravit; & post adventum* CXXVIII. Et alibi [14]: *Philaster autem*, inquit, *Brixianus episcopus in prolixissimo libro quem de Hæresibus condidit, &* CXXVIII. *hæreses arbitratus est computandas*, cet. Atque hunc ipsum ordinem quem secutum fuisse Philastrium ex Augustino intelligimus, nos quoque, secus quam Fabricius aliique, servandum existimavimus; adeoque priores XXVIII. hæreses a reliquis posterioribus CXXVIII. separatim numerandas edidimus. Præterea virorum eruditorum Fabricii & Galeardi adnotationibus omissis, earum loco ad paginarum limbum stitimus variantes laudati codicis Sangermanensis lectiones, quarum subsidio complura Philastriani textus loca sive suppleta sive feliciter restituta exhibentur. Quæ vero sex capita ex eodem codice descripta, suisque locis reddita, operi nunc primum intexuimus, hisce notulis „ margini adpositis a reliquo contextu antea vulgato distinguenda censuimus. Indiculum denique subjecimus, quo totius operis conspectus pateat, ejusque proinde lectio promtior ac facilior succedat.

1. *Hieron.* epist. CXXIX. §. VII.
2. *Philastr.* l. c. cap. LXXVIII. al. CVI.
3. *Baller.* l. c.
4. *Philastr.* de Hæres. cap. LV. al. LXXXIII.
5. *Hieron.* in Chron. ad ann. CCCLVI. pag. 184. edit. Scalig. Amstel.
6. *Optat.* de Schism. Donat. lib. III. §. III.
7. Id. ibid.
8. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VI. pag. 123.
9. *Philastr.* l. c. cap. LVI. al. LXXXIV.
10. *Tillem.* l. c. tom. VIII. pag. 798. not. *sur S. Philastre.*
11. *Galeard.* præfat. ad Philastr. pag. XXI. seq.
12. Id. ibid. pag. XXVI. XXIX. seqq.
13. *Aug.* epist. CCII. num. 2. opp. tom. II. pag. 818. edit. BB.
14. Id. lib. de Hæres. cap. XLI. opp. tom. VIII. pag. 12.

CAPUT XII.

DE

B. HIERONYMO.

I. PAuca sunt admodum quæ de HIERONYMO theologo Græco dicenda occurrant. Ex antiquioribus ejus meminit unus Joannes Damascenus, qui *πρεσβύτερον Ἱεροσολύμων* ipsum appellat [1]. Et hanc sane nomenclaturam auctori nostro adserit codex LXXX. membranaceus bibliothecæ Coislinianæ apud Montfauconium [2]; qui præ ceteris Theodoriti interpretationem in Psalmos CL. complectitur, additis ad marginem scholiis ex variis patribus, quos inter *Hieronymus presbyter Hierosolymitanus*. Conjicit autem Caveus [3], scriptorem quo de agimus, eumdem esse atque Hieronymum presbyterum & monachum, natione Dalmatam, qui monachorum Ægyptiorum historiam scripsisse perhibetur apud Cangium in codice MCCXIII. bibliothecæ Colbertinæ, ubi sic legitur [4]: *Ετέρα ἱστορία εἰς τοὺς βίους τῶν ἁγίων τῆς Αἰγύπτου, συγγραφεῖσα παρὰ Ἱερωνύμου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ ἐκ Δαλματίας*. Exstat vero eadem historia etiam in codice LXXXIII. bibliothecæ Coislinianæ quam modo laudavimus, paullo aliter ita inscripta [5]: *Ἱερωνύμου ἡ κατ' Αἴγυπτον ἱστορία*. Porro si ejusmodi conjecturam admittamus quæ a veritate haud longe abesse videtur, scribebat igitur auctor Theodosio magno imperante, ut ipsemet testatur in vita Joannis abbatis. In aliam tamen abiisse Fabricium sententiam [6] de hoc historiæ monachorum Ægyptiorum scriptore intelligimus.

II. Verum his missis, scripsit noster Hieronymus *Dialogum de sancta Trinitate inter Judæum & Christianum*; eumque descriptum e codice bibliothecæ Friderici Lindenbrogii ac Latine redditum primus in lucem extulit Parisiis anno 1612. Federicus Morellus: qui præterea quatuordecim ante annos ibidem evulgarat ejusdem auctoris *Commentarium de effectu baptismi & notis Christiani*. Deinceps vero utrumque opusculum paucis visum, quin & vix millesimo notum, ut cum Barthio loquar, typis iterum commisit Cygneæ Christianus Daumius: prius quidem anno 1677. posterius vero 1680. Emendatiora demum pluribus in locis subsidio ms. codicis membranacei bibliothecæ Joanneæ Hamburgensis exhibuit Joannes Albertus Fabricius [7]: cujus propterea editionem cum Daumiana collatam prelo tradidimus. At vero haud integrum edidisse Morellum hujusmodi Hieronymi Dialogum *de Trinitate*, ex Joanne Damasceno compertum habemus, qui ex eodem Dialogo fragmentum recitat, in editis nuspiam comparens: illudque proinde utrique opusculo post Fabricium subjecimus. Ceterum in nuncupatoria Morellus interpres Hieronymum Græcum auctorem *θεολογικώτατον* neque admodum *νεωτερικόν*, ejusque Dialogum pium ac stilo satis scito conscriptum appellat. Barthio autem [8] „ aureolus dicitur & omnino insignis, argutus & mire nervosus, qui nullo pretio non reparari debeat amissus. „ Neque aliter Caveus & Fabricius: licet pingui satis Minerva digestum censeat Lequienius [9],

1. *Joan. Damasc.* de Imagin. Orat. III. opp. tom. I. pag. 385.
2. *Montfauc.* Bibl. Coisl. pag. 137.
3. *Cav.* Hist. litter. tom. I. pag. 282.
4. *Cang.* Glossar. Græcit. tom. II. in Indic. auctor. pag. 27.
5. *Montfauc.* l. c. pag. 183.
6. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VIII. pag. 376.
7. Id. ibid. pagg. 377-398.
8. *Barth.* Adversar. lib. LV. cap. VII. pag. 2597.
9. *Lequien.* ad opp. Joan. Damasc. tom. I. pag. 385. not. 3.

CAPUT XIII.

DE

S. SIRICIO PAPA.

I. SIRICIUS Damasi successor anno CCCLXXXIV. exeunte, quæ est virorum eruditorum sententia [1], magna cleri ac populi Romani concordia summus ecclesiæ pontifex renuntiatus fuisse comperitur. De hac enim electione rescribens ad Pinianum Valentinianus imperator, præclarum sane Siricii integritati egregiisque animi dotibus testimonium perhibet in hæc verba: *Quoniam*, inquit, *religiosum Siricium antistitem sanctitatis sic præesse sacerdotio voluerunt, ut Ursinum improbum acclamationibus violarent; nostro cum gaudio memoratus episcopus ipse permaneat: — siquidem magnum innocentiæ & probitatis exemplum est, in una acclamatione & ipsum eligi & ceteros improbari*. Ejusmodi autem Valentiniani rescriptum ex codice Vaticano desumtum annalibus ecclesiasticis Baronius intexuit [2]. Quindecim porro annis haud completis in pontificatu exactis, sub finem demum anni CCCXCVIII. ex hac vita ipsum migrasse novimus ex vetere inscriptione sepulcrali, quam refert magnus ecclesiæ annalium parens [3], ubi præ ceteris hæc leguntur:

Ter quinos populum qui rexit in annos amore,
Nunc requiem sentit, cælestia regna potitus.

Moribus enimvero mitis & simplex exstitit beatus hic pontifex, *qui de suo ingenio ceteros æstimabat*, ut scribit sanctus Hieronymus [4]; adeoque jure dicitur in allato epitaphio, *amore* gregem sibi commissum rexisse. Ceterum summo in primis fidei catholicæ propugnandæ servandæque ecclesiasticæ disciplinæ studio præstantem fuisse Siricium, luculenter testantur quæ superant ejus epistolæ: ut propterea

1. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 784. not. I. *Pagi.* ad ann. 385. §. II.
2. *Baron.* ad ann. 385. §. VI.
3. Id. ann. 398. §. I.
4. *Hieron.* epist. CXXVII. al. XVI. ad Princip. §. IX. opp. tom. I. pag. 951. edit. Veron.

ipfius vigilantiam paftoralem fummis laudibus efferant ac toto concelebrent affectu, fanctus Ambrofius & reliqui patres in fynodo Mediolanenfi congregati [1]: *Recognovimus*, inquiunt, *litteris fanctitatis tuæ boni paftoris excubias, qui fideliter commiffam tibi januam ferves, & pia folicitudine Chrifti ovile cuftodias, dignus quem oves Domini audiant & fequantur*. In eamdem fententiam *clariffimum pontificem & Romanæ fedis antiftitem* ipfum appellat fanctus Ifidorus Hifpalenfis [2]. Ejus autem memoria in compluribus vetuftis martyrologiis die XXVI. Novembris recolitur: atque haud ita pridem Benedictus XIV. pontifex maximus,, caufsa fatis cognita, & validiffimis rationibus ac monumentis quæ Siricii fanctitatem demonftrant, probe difcuffis,, ejufdem beati papæ nomen jure optimo Romano martyrologio infcribendum decrevit atque mandavit [3].

II. Sex fuperfunt Siricii epiftolæ, quas inter prima eminet Himerio Tarraconenfi epifcopo infcripta: quippe quod in ea fummus antiftes graviffimis de rebus ad canonicam difciplinam fpectantibus fermonem habet, quid agendum quidve fequendum exponens atque definiens. Quæ quidem epiftola exftat propterea in omnibus antiquis canonum collectionibus: ejufque præ ceteris meminere cum laude Innocentius I. [4], Joannes II. [5], Ifidorus Hifpalenfis [6] & Æneas epifcopus Parifienfis [7]. Hujus autem epiftolæ fubfcriptionem fufpectam habebat Papebrochius [8]; fed præter illa quæ ad eum locum advertit poftea Coutantius, ex animo viri docti omnem exemit fcrupulum Tillemontius [9]. Scripta itaque fuiffe perhibetur ineunte anno CCCLXXXV. fcilicet [10] *tertio Idus Februarias, Arcadio & Bautone confulibus*.

III. Hanc porro epiftolam ad Himerium altera excipit ad Anyfium Theffalonicenfem epifcopum, infequenti anno CCCLXXXVI. fortaffe illigandam [11], quam primus evulgavit Holftenius [12]. Alia præterea exftat ad eumdem Anyfium, aliofque Illyrici epifcopos, in qua impietatem Bonofi Macedoniæ epifcopi damnandam ftatuit fanctus pontifex: fcriptaque videtur ante menfem Majum anno CCCXCII. [13]. De hac vero pofteriore dubitatum aliquando, num Siricio adfcribenda effet: donec tandem ex Vaticanis codicibus erutam eidem pontifici afferuit laudatus Holftenius. Pluribus de ea differit Coutantius [14]. Nonnulla quoque animadverfione digna in eadem epiftola fibi vifus eft perfpexiffe Launojus [15], quæ aliis difcutienda relinquimus. Ceterum utramque hujufmodi epiftolam, five faltem alterutram, Innocentius I. [16] & Leo magnus [17] laudaffe nofcuntur.

IV. Porro variæ funt, nec leves, inter viros A eruditos concertationes exortæ de epiftola III. quam ad epifcopos Africæ miffam teftatur infcriptio. Longum effet ire per fingula. Ne tamen muneri noftro deeffe omnino videamur, eos recenfere fufficiat qui hanc epiftolam five dubiam efficere, five fubdititiam afferere, five illius integritatem adftruere exiftimarunt. Qui eam itaque primus in difcrimen vocaffe creditur, Blondellus comparet [18]. Deinceps Papebrochius ipfam finceritatis laude privandi anfam arripuit ex nota confulari [19]. Præterea Tillemontius propofitis expenfifque utrimque rationibus, rem demum aliis definiendam permittit [20]: Quefnellius tandem præ ceteris illam effe impoftoris figmentum contendit [21]. Contra vero, Baluzius B epiftolæ integritatem adverfus Quefnellium ftrenue propugnavit [22]: quem poftea fecuti funt Coutantius [23], atque in primis noviffimi S. Leonis operum editores [24]. Quorum quidem virorum doctorum fententia, meris conjecturis explofis, folidifque rationibus confirmata concilii Teleptenfis veritate ubi recitata fuit Siricii epiftola qua de agitur; ejufdem fimul epiftolæ finceritas firmiter comprobatur. Anno autem CCCLXXXVI. Januario ineunte, data fuiffe Romæ in concilio epifcoporum LXXX. ex appofita fubfcriptione colligitur.

V. Quæ pone fequitur epiftola IV. ex confenfione cum fuperiore genuinus effe Siricii fetus agnofcitur C [25]. Idem enim utriufque fcopus: eædem fententiæ, quin & locutiones eædem: utriufque demum exordium, idemque finis: ut propterea eodem ferme tempore atque præcedens fcripta effe videatur.,, Quod fi autem in infcriptione occurrat *papæ* nomen, id vero neminem offendere debet, inquit Coutantius: hoc enim non ab ipfo Siricio, fed ab eo qui ad diverfas provincias epiftolam ejus tranfmiffam efse adnotavit, inditum credere eft.,, Idemque fere judicium antea tulerat Tillemontius [26]. In aliam tamen fententiam abierim equidem. Nondum enim elapfis a Siricii ætate annis quinquaginta, Pafchafinus epifcopus Lilybitanus fcribens ad Leonem I. de pafchate anni CCCCXLIV. fuam epiftolam fic D infcripfiffe perhibetur [27]: *Domino vere fancto atque beatiffimo ac apoftolico, mihique poft Dominum plurimum colendo* PAPÆ *Leoni Pafchafinus epifcopus*. Quin & poftmodum, anno CCCCXLVII. ipfemet Leo in litteris ad univerfos epifcopos per Siciliam conftitutos idem fibi nomen fumfit, eas ita infcribens [28]: *Leo* PAPA *univerfis epifcopis per Siciliam conftitutis*. Nemini ergo infolens videatur illud PAPÆ vocabulum fub finem fæculi IV. adhibuiffe Siricium, quod circa infequentis medium vulgare habebatur. Quifnam autem eo primus ufus fuerit, Siricius ne ut putat Papebrochius [29], an alius quifpiam fummus pontifex Siricio anterior; id vero in medio relinquimus eo vel maxime quod complura nobis defin

E

1. *Ambrof.* epift. XLII. §. I. opp. tom. II. pag. 965. edit. BB. Vid. infr. pag. 542.
2. *Ifid. Hifp.* de Script. eccl. cap. III.
3. *Bened.* XIV. Litter. apoft. de nov. Martyrol. edit. pagg. 35 - 69. edit. Rom. 1748.
4. *Innoc.* I. epift. VI. ad Exfuper. §. II.
5. *Joan.* II. epift. ad Cæfar.
6. *Ifid. Hifp.* l. c.
7. *Æneas* lib. adv. Græc. cap. CII. apud *Dacher.* Spicil. tom. I. pag. 133.
8. *Bolland.* Act. SS. Maji tom. IV. in Propyl. pag. 58. §. V.
9. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 789. not. III.
10. *Siric.* epift. I. §. XX. infr. pag. 536.
11. *Tillem.* l. c. pag. 361.
12. *Holften.* Collect. Rom. part. I pag. 43.
13. *Coutant.* Epistt. Pontif. pag. 675. §. II.
14. Id. ibid.
15. *Laun.* lib. I. epift. VII. §. VII. & feqq. opp. tom. V. part. I. pag. 59.
16. *Innoc.* I. epift. I. ad Anyf.
17. *Leon.* I. epift. VI. al; IV. §. II. opp. tom. I. pag. 620. edit. Baller.
18. *Blondell.* Pfeudo-Ifid. pag. 550.
19. *Bolland.* l. c. §. VIII. pag. 60.
20. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 790. not. VI.
21. *Quefn.* Differt. XV. ad opp. S. Leon. tom. II. pagg. 388 - 395. edit. Lugd. 1700.
22. *Baluz.* Differt. de conc. Telept. ad libb. de Concord. Sacerd. & Imp. pagg. 1339 - 1356. edit. Parif. 1704.
23. *Coutant.* l. c. pagg. 643 - 652.
24. *Baller.* ad opp. S Leon. tom. III. pagg. 985 - 1012.
25. *Coutant.* l. c. pag. 658. §. II.
26. *Tillem.* l. c. pag. 789. not IV.
27. *Pafch.* epift. III. inter opp. S. Leon. tom. I. p. 607.
28. *Leon.* epift. XVII. l. c. pag. 727.
29. *Papebr.* in addend. ad Propyl. Act. SS. Maji tom. IV. pag. 213. b.

veteſta litterarum monimenta ; quibus hujuſce rei veritas comprobetur.

VI. Epiſtolam V. ſcripſit Siricius adverſus Jovinianum ejuſque ſocios, quos ab eccleſiæ unitate removendos eſſe decernit, poſtquam Romæ impia illius hæreſiarchæ dogmata fuere damnata: quod circa annum cccxc. contigiſſe putatur [1]. Et ad hujusmodi ſane Siricii decretum atque epiſtolam reſpexiſſe noſcuntur Hieronymus & Auguſtinus : ille quidem ubi ait [2], Jovinianum *Romanæ eccleſiæ auctoritate* fuiſſe *damnatum* ; quod & alibi repetit [3] : hic vero de eadem Joviniani hæreſi ſermonem habens [4], *Huic monſtro*, inquit, *ſancta eccleſia quæ ibi eſt* (in urbe Roma,) *fideliſſime & fortiſſime reſtitit*. Et iterum [5]: *Cito iſta hæreſis oppreſſa & extincta eſt, nec uſque ad deceptionem aliquorum ſacerdotum potuit pervenire*. Exſtat autem hæc Siricii epiſtola de qua verba facimus, inter Ambroſianas [6], miſſaque fertur *ad Mediolanenſem eccleſiam* : neque ab hac lectione recedere placuit cl. Ambroſii operum editori, licet codices mss. & editi aliter perhibeant: A Mabillonius enimvero præclarum ingenſque volumen ms. bibliothecæ Vallicellanæ recenſens [7], hanc ipſam epiſtolam non *epiſcopo Mediolanenſi*, ſed *univerſis epiſcopis* inſcriptam teſtatur. Atque hanc lectionem exhibent alia mss. exemplaria apud Ballerinios ad Codicem Queſnellianum [8], ubi eadem epiſtola reperitur : ut proinde lapſum eſſe memoria Mabillonium, minus recte cenſuerit vir eruditus [9]. Verum vulgatam lectionem *ad diverſos epiſcopos* confirmat ſanctus Iſidorus Hiſpalenſis [10]. Huic porro epiſtolæ Siricianæ attexitur reſcriptum ſancti Ambroſii aliorumque epiſcoporum de ſupradicta Joviniani cauſſa, non diu poſt ad eumdem ſanctum pontificem miſſum, prout exſtat in editis huc uſque recenſitis.

B Jam vero de epiſtola VI. Siricii quæ poſterior eſt ad Anyſium Theſſalonicenſem epiſcopum, ſermo nobis habitus ſuperius, ubi de priore ad eumdem Anyſium diſſeruimus. Quod reliquum eſt adjecti ſunt *canones ſynodi Romanorum ad Gallos epiſcopos*, ad calcem tomi I. conciliorum Galliæ a Sirmondo primum evulgati ; quos Coutantius V. C. Siricio papæ jure aſſeruiſſe videtur [11].

1. *Tillem.* l. c. pagg. 228. 364.
2. *Hieron.* lib. contr. Vigilant. §. I. opp. tom. II. p. 388.
3. Id. lib. III. contr. Pelag. §. I. ibid. pag. 767.
4. *Aug.* Retract. lib. II. cap. XXII. opp. tom. I. pag. 49.
5. Id. lib. de Hæreſ. cap. LXXXII. tom. VIII. pag. 24.
6. *Ambr.* opp. tom. II. pag. 964. edit. BB.
7. *Mabill.* Iter Ital. pag. 67.
8. *Baller.* ad opp. S. Leon. tom. III. pag. 255. not. 1.
9. *Coutant.* l. c. pag. 663.
10. *Iſid. Hiſp.* de ſcript. eccl. cap. III.
11. *Coutant.* l. c. pag. 683. §. IV.

CAPUT XIV.

DE

EVAGRIO PONTICO.

I. EVAGRIUS circa medium ſæculi IV. ortum habuit Iboris, quæ eſt urbs ad Euxinum Pontum ſita, Gregorio Nyſſeno ejuſdem Evagrii amico præ ceteris memorata his verbis [1]: κώμης τῆς ἐμοὶ προσηκούσης· — ἔστι τις πολίχνη ἡ γείτων, Ἴβωρα καλοῦσιν αὐτήν. *Eſt ad me pertinens vicus*. — *Non procul abeſt parva civitas, quam* IBORA *vocant*. Sic vertendum fuerit, quod alii fortaſſe minus recte *Iboram* reddunt. Eſt enim vox Ἴβωρα numero multitudinis accipienda, ut probe advertit cl. Lequienius [2]. Atque hujuſmodi lectio reſtituenda videtur Palladio [3] & Sozomeno [4] de auctore noſtro ſermonem habentibus, ubi perperam Ἰβήρων πόλεως aut πολίτης, pro Ἰβώρων π. hodie legimus: D quod quidem nuper poſt alios Weſſelingius vir eruditus admonuit [5]. Evagrius itaque civis Iborenſis, *Ponticus* dictus, viris ſanctitate ac doctrina præſtantibus operam dedit, Gregorio Nazianzeno potiſſimum præceptore uſus, ut ſcribit Sozomenus [6]. Mox vero a magno Baſilio primum lector, deinde ab ejus germano fratre Gregorio Nyſſeno diaconus ordinatus, poſtmodum in eccleſia Conſtantinopolitana ſub Nectario, archidiaconi munere functus fuiſſe traditur [7]. De diaconatu quidem Evagrii varia eſt Socratis [8] & Sozomeni enarratio : verum, Valeſio judice [9], potior Palladii auctoritas, qui Evagrii geſta multo certius noverat quam Socrates ac Sozo- C menus. In eamdem ferme ſententiam Tillemontius [10].

Interea temporis Conſtantinopoli agens Evagrius ſibique nomen adeptus, in grave incidit vitæ diſcrimen quod fuſius deſcribunt Palladius [11] & Sozomenus [12]. Atqui divinitus admonitus, ex ea urbe digreditur, ac Hieroſolymam petit : ubi a Melania exceptus, religioſæ hujus mulieris hortatu in Ægyptum contendit, ibique monaſticum inſtitutum amplexus eſt, in Scetenſem eremum primum, deinde in Celliorum deſerta ſecedens. Illic vero „ utriuſ„ que Macarii diſcipulus, quum antea verbis ſo„ lum philoſophatus eſſet, ab iis opere ipſo philo„ ſophari didicit.„ Verba ſunt Socratis [13]: qui & illud memoriæ prodidit, ad epiſcopatum raptum Evagrium a Theophilo Alexandrinæ urbis epiſcopo aufugiſſe. Quem tandem exactis in ſolitudine ſeptemdecim annis, ineunte vulgaris æræ anno CCCXCIX. ætatis LIV. ſupremum diem obiiſſe, ſatis ex Palladio intelligimus [14]. De qua temporis notatione Tillemontio ediſſerenti calculum adjicimus [15].

II. Evagrium doctrina celeberrimum exſtitiſſe, teſtantur ejus ſcripta veteribus paſſim laudata. De eo hæc Sozomenus [16] : „ Vir doctus in primis, „ tum intelligendi facultate tum dicendi copia præ„ ditus: ἐλλόγιμος ἀνήρ, νοῆσαί τε καὶ φράσαι δει-

E

1. *Greg. Nyſſ.* Orat. III. in XL. Mart. opp. tom. II. pagg. 211. 212. edit. Pariſ. 1638.
2. *Lequien.* Or. Chriſt. tom. I. pag. 531.
3. *Pallad.* Hiſt. Lauſ. cap. LXXXVI. pag. 1010.
4. *Sozom.* Hiſt. eccl. lib. VI. cap. XXX.
5. *Weſſel.* Veter. Rom. Itiner. ad *Hierocl.* Syneccl. pag. 701.
6. *Sozom.* l. c.
7. *Pallad.* l. c.
8. *Socrat.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XXIII.
9. *Valeſ.* ad Sozom. l. c.
10. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pagg. 369. & 794 not. II. *ſur Evagre*.
11. *Pallad.* l. c.
12. *Sozom.* l. c.
13. *Socrat.* l. c.
14. *Pallad.* l. c. pag. 1013.
15. *Tillem.* l. c. pagg. 379. & 796. not. VII. *ſur Evagre*.
16. *Sozom.* l. c.

„ νός. Additque: In diſtinguendis cogitationibus quæ „ aut ad virtutem aut ad vitium tenderent, ſaga„ ciſſimus: & quomodo illæ quidem excolendæ, „ hæ vero cavendæ ſint, conſultor idoneus. „ Socrates vero [1]: „ Libros, ait, conſcripſit Evagrius „ valde utiles. — Qui quidem quam eximii ſint „ & admiratione digni, quiſquis eos legerit, faci„ le cognoſcet. „ Hinc ſanctus Hieronymus [2]: *Hujus* (Evagrii) *libros per orientem Græcos, & interpretante diſcipulo ejus Rufino, Latinos plerique in occidente lectitant*. Gennadius denique [3]: *Evagrius monachus, — divina atque humana litteratura inſignis, — ſcripſit multa monachis neceſſaria*.

Ex iis vero Evagrii litterarum monimentis quæ ſuperſunt, illud primum occurrit ſic inſcriptum Μοναχὸς ἢ περὶ πρακτικῆς, id eſt: *Monachus ſeu de vita activa*: quod ex antiquioribus memoratur Palladio [4], Socrati [5] atque Gennadio [6]: deinceps vero ſequioris ævi ſcriptoribus, Suidæ [7] nec non Nicephoro [8]. Hujuſmodi autem opus primus e tenebris eruit Cotelerius [9], ex cujus edito exemplari noſtrum deſcripſimus. Epiſtolam continet ad Anatolium, quæ eſt velut præfatio ad librum Practicum & ad Gnoſticum. Hanc vero excipiunt capita LXXI. ex ms. regio, eoque mutilo, deſumta. Pone ſequitur integer liber Practicus centum capitibus conſtans; contextus videlicet ex compluribus opuſculi præcedentis capitibus, prout numeris appoſitis diſtinguuntur. Poſtrema denique decem capita a XCI. ad C. inſcripta ῥήσεις μοναχῶν ἁγίων, quibus clauditur idem liber Practicus, eadem ferme ſunt atque illa quæ κατὰ λέξιν refert Socrates [10]. De hoc opere plura doctiſſimus editor [11] & Tillemontius [12]: nonnulla quoque Fontaninus [13], quem tamen Cotelerianum editum præteriiſſe mirari ſubit.

Huic porro Evagrii operi alterum ſubjicitur, cujus inſcriptio, Τῶν κατὰ μοναχῶν πραγμάτων τὰ αἴτια, καὶ ἡ καθ᾽ ἡσυχίαν τούτων παράθεσις, id eſt: *Rerum monachalium rationes, earumque juxta quietem appoſitio*. Quo ex opere, tacito auctoris nomine, haud pauca mutuatus eſt Theodorus Edeſſenus in ſuis *Capitulis practicis centum*, quæ in Theſauro aſcetico evulgavit Poſſinus [14]. Ejuſdem quoque operis Evagrii caput VII. laudat ſanctus Joannes Climacus [15]; aliaque occurrunt in Vitis & Apophthegmatis Patrum: ut propterea de operis ſinceritate nullus dubitandi locus ſuperſit.

III. His autem hactenus recenſitis Evagrii opuſculis, tres inſequentes noſtro ſcriptori vindicamus quos inter ſancti Nili opuſcula edidit Suareſius [16]. „ Conſtat enim, inquit laudatus Cotelerius [17], Evagrium monachum multa ſcripſiſſe, eorumque quædam tum fragmenta & citationes habemus in Codice Regularum, in Patrum Vitis & Apophthegmatibus, in Catenis, in libris excerptorum, in Theſauro aſcetico & in ſcholiis ad Climacum; nec non apud Palladium, Socratem, Climacum, Dorotheum, Maximum & Nicephorum; itemque in Damaſceno Billii & Palladio Bigotiano: ſed difficultatem parit non mediocrem, quod fuſe probatum eſt a doctis, — nempe eadem cum in libris impreſſis, tum in exemplaribus manu exaratis, modo EVAGRIO, modo NILO aſſignari. „ Huc uſque vir eruditus. Neque aliter Suareſius [18]: qui & alibi litteris commendavit [19], Holſtenium V. C. harumque rerum callentiſſimum, ex inſcriptione vetuſti codicis bibliothecæ Barberinæ libellos tres de quibus agimus, Evagrio aſſerere, quos propterea Cotelerianis ſubjecimus. Sunt autem ejuſmodi: I. Κεφάλαια λγʹ. κατ᾽ ἀκολουθίαν, *Capita* XXXIII. *per gradus quoſdam congruenter diſpoſita*. II. Πνευματικαὶ γνῶμαι κατὰ ἀλφάβητον, *Spirituales ſententiæ per alphabetum digeſtæ*, quæ numerantur XXV. Ex his vero quæ eſt II. citatur a ſancto Joanne Damaſceno [20]. III. Aliæ ſententiæ quæ incipiunt, Ἀρχὴ ἀγάπης, *Principium caritatis*, ſuntque numero XXVI. Harum autem poſtremam tamquam ex Evagrio deſumtam recitat idem Damaſcenus [21]. Itaque cum ex codicum mss. fide, tum ex veterum auctoritate compertum ſit, hos libellos ſancti Nili opuſculis perperam fuiſſe intextos, quos nimirum jure ſibi vindicat noſter Evagrius.

IV. Jam vero ut reliqua Evagrii opuſcula recenſere pergamus, exſtat ejus „ Antirrheticus ex di„ vinis ſcripturis collectus contra dæmones tenta„ tores, & in octo partes diviſus juxta numerum „ octo cogitationum. „ Verba ſunt Socratis: cui concinunt Palladius, Gennadius, Suidas & Nicephorus ll. cc. Atque hujus quidem ſcripti ἀποσπασμάτιον eſſe videtur illud, quod in bibliothecis Patrum & inter opera Damaſceni jam diu prodiit: in eo ſiquidem haud comparent teſtimonia e ſacris ſcripturis deſumta, quæ operi ſuo intexuerat auctor, ut teſtantur veteres ſcriptores modo laudati. Ea videlicet ſacrarum litterarum loca prætererint librarii, retentis tantummodo Evagrii verbis, quæ graphice pravas hominum cogitationes depingebant. Ita jure optimo cenſuiſſe exiſtimatur eruditiſſimus Bigotius: qui Græcum hujus tractatus textum ex duobus codicibus regiis exſcribens, utriuſque ms. collatione inſtituta ipſum in integrum reſtituere adgreſſus eſt, atque anno 1680. Pariſiis in lucem eduxit, Palladii Dialogo de vita S. Joannis Chryſoſtomi adjectum [22]. Græca porro ex Bigotiano edito deſcripſimus, appoſita vulgata interpretatione in bibliotheca Patrum Pariſienſi exſtante: neque illa prætera omiſimus, quæ in ſuo exemplari legebat vetus interpres, ſive Rufinus ſive Gennadius, ex aliis fortaſſe, ut videtur Tillemontio [23], Evagrii lucubrationibus aſceticis excerpta.

Et hæc quidem de auctoris noſtri Antirrhetico cum eruditorum vulgo. Hoſſtenius tamen, ut refert Fontaninus ex ejus notis mss. ad Bellarmini Catalogum [24], exiſtimavit Evagrianum Antirrheticum eumdem eſse atque librum *de Conflictu virtutum & vitiorum*, ſanctis eccleſiæ doctoribus, Auguſtino, Ambroſio, Leoni magno, Iſidoro nec non Autperto aliquando adtributum [25]. Mira plane viri do-

1. *Socrat.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XXIII.
2. *Hieron.* epiſt. CXXXIII. ad Cteſiph. §. III. opp. tom. I. pag. 1023.
3. *Gennad.* lib. de Vir. illuſtr. cap. XI.
4. *Pallad.* l. c. pag. 1012.
5. *Socrat.* l. c. 6. *Gennad.* l. c.
7. *Suid.* Lex. tom. II. pag. 482. v. Μακάριος.
8. *Niceph.* Hiſt. eccl. lib. XI. capp. XLII. XLIII.
9. *Cotel.* Monum. eccl. Gr. tom. III. pagg. 68 - 102.
10. *Socrat.* l. c.
11. *Cotel.* l. c. pagg. 546. ſeq.
12. *Tillem.* l. c. pagg. 384. 385.
13. *Fontan.* Hiſt. litter. Aquil. lib. V. cap. IX. §. IV. pagg. 319. ſeqq.
14. *Poſſin.* Theſ. aſcet. pagg. 345 - 403.
15. *Joan. Clim.* Scal. parad. grad. XIV.
16. *Nil.* opuſc. pagg. 543 - 552.
17. *Cotel.* l. c. pag. 544.
18. *Suareſ.* ad Nili opuſc. pagg. 613. 626.
19. Id. ibid. pagg. 611. ſeqq.
20. *Jo. Dam.* ſacr. Parall. opp. tom. II. pag. 402.
21. Id. ibid. pag. 307.
22. *Pallad.* de vit. Chryſ. pagg. 349 - 355.
23. *Tillem.* l. c. pagg. 385. ſeq.
24. *Fontan.* l. c. pag. 319.
25. Vid. Append. ad tom. VI. opp. S. Aug. pagg. 219. ſeqq.

ĉti ſententia ; magiſque mirum , eamdem cl. Fontanino probari . Quo minus vero utriuſque placitis adhæreamus, obſtat potiſſimum Gennadii auctoritas, aſſerentis Evagrium *adverſus* OCTO *principalium* VITIORUM SUGGESTIONES — OCTO *compoſuiſſe* LIBROS ; ſive, ut loquitur Socrates , ejus *Antirrheticum in* OCTO PARTES *juxta numerum* OCTO COGITATIONUM *fuiſſe diviſum* : quibus ex verbis præterea conſtat , ſcriptorem noſtrum in ſuo Antirrhetico nuſpiam *de virtutibus* diſſerendum ſibi ſumſiſſe, qui nimirum *vitiorum* dumtaxat *ſuggeſtiones* impugnandas ſuſceperat. Illud quoque accedit Evagrium ejuſmodi opuſculum *Anatolio* inſcripſiſſe , cui videlicet *librum Practicum* antea nuncuparat . Atqui nullum ex iis characteribus in *Conflictu virtutum & vitiorum* conſpicimus . Ejus enim auctor , quiſquis fuerit, in PARTES aut SECTIONES VIGINTI QUINQUE opus ſuum diſtinxiſſe comperitur : in quarum ſingulis non ſolum *vitia* exagitat, ſed etiam *virtutes* vitiis oppoſitas edocet . Ad hæc nemini librum nuncupatum videas . Stilum denique clamare ſcriptorem Latinum perſpiciet ſane , quiſquis opus attente perlegerit. Qualia vero cumque ſint quæ pro muneris noſtri ratione ediſſerenda duximus, ea demum omnia viris eruditis dijudicanda permittimus.

V. Porro Evagrii Antirrhetico duos libellos ſubdidimus, quos ita laudat Socrates [1] : *στιχηρὰ δύο· ἓν πρὸς τοὺς ἐν τοῖς κοινοβίοις ἢ ἐν συνοδίαις μοναχούς· καὶ ἓν πρὸς τὴν παρθένον*. Id eſt, Valeſio interprete : „ Duo carminum libros, alterum ad mo- „ nachos qui in cœnobiis ſeu congregationibus de- „ gunt, alterum ad virginem. „ De his autem libris hæc ſummatim Hieronymus [2] : *Evagrius Ponticus Iberita*, ſive Iborita, *ſcribit ad virgines , ſcribit ad monachos* . Gennadius vero : *Compoſuit* , inquit, *& cœnobitis & ſynoditis doctrinam aptam vitæ communis : & ad virgines Deo ſacratas libellum competentem religioni & ſexui* . De quibus quidem duobus Evagrii libellis accipiendus fortaſſe Suidas ubi ait [3] , eum ſcripſiſſe *ὑπόμνημα εἰς τὰς παροιμίας Σολομῶντος*. His enim verbis Fabricio [4] poſt Oudinum viſus eſt Lexicographus innuiſſe *στιχηρὰ* Socrati memorata, ſive *Sententiarum* libros duos , quos auctor Salomonis Proverbia imitatus per commata & *στίχους* conſcripſit. Hujuſmodi vero *στιχηρὰ* Rufinum Latio reddidiſſe , ſatis ex Gennadio intelligimus; qui litteris commendavit [5], eumdem presbyterum Aquilejenſem *Latinis exhibuiſſe* inter cetera EVAGRII SENTENTIAS . Quas videlicet *ſententias*, *cœnobitis & ſynoditis* , nec non *virginibus Deo ſacratis* inſcriptas , eodem Gennadio teſte , ex interpretatione Rufini nobis ſervavit in ſuo *Codice Regularum* ab Holſtenio evulgato [6] ſanctus Benedictus Anianenſis : unde illas nos quoque deſumſimus. Ceterum de *Synoditis* , qui ſunt iidem plane ac *Cœnobitæ*, Cangius agit in utroque Gloſſario.

VI. Poſtremo loco ſtitimus Evagrii fragmentum ſeu ſcholion εἰς τὸ ΠΙΠΙ . ſive *de tetragrammato Dei nomine* : quod licet jam velut ſcriptoris anonymi fetum ediderit Joannes Crojus [7] ; propter nomen tamen Evagrii, & quia inſigne eſt, emendatius typis mandari curavit Cotelerius [8] ; ex cujus edito propterea illud heic rurſus proferimus . De quo quidem ſcholio præter ea quæ adnotavit idem vir doctus [9] , conſulas maxime velim Martianæum [10] , qui ad idem Evagrii ſcholion illuſtrandum complura ex codicibus mss. potiſſimum profert , lectu ſane digniſſima, exinde quoque repetita erudito Vallarſio [11].

Hæc habui de ſuperſtitibus Evagrii operibus quæ dicerem. Neque enim auctori noſtro adſcribenda eſt *epiſtola dogmatica de ſancta Trinitate* , quæ inter ſancti Nili opuſcula exſtat [12] , quemadmodum minus recte exiſtimarunt Suareſius [13] eumque ſecutus Fabricius [14]. Compertum ſiquidem habemus neque Evagrii eſſe neque Nili ejuſmodi epiſtolam , ſed magni Baſilii [15] , eſtque num. VIII. al. CXLI. Id vero latuit Maranum doctiſſimum Baſilianarum epiſtolarum editorem, quod tamen ſcite perſpexit Cotelerius [16] .

Quod ſupereſt, libenter equidem hoc demum loci ſermonem apologeticum contexerem , quo accuſationes olim in Evagrium congeſtæ depellerentur : verum , præter quam quod actum agerem , extra cancellos mihi præſtitutos longius egredi haud licet. Adeat igitur lector hac de re pertractantes viros conſultiſſimos , Tillemontium [17] & Fontaninum [18] .

1. *Socrat.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XXIII.
2. *Hieron.* epiſt. ad Cteſiph. l. c.
3. *Suid.* Lex. tom. I. pag. 881. v. Εὐάγριος.
4. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VIII. pag. 366.
5. *Gennad.* lib. de Vir. illuſtr. cap. XVII.
6. *Holſten.* Append. ad Cod. Regul. pagg. 54-65.
7. *Croi.* Specim. conject. pag. 30.
8. *Cotel.* Mem. eccl. Gr. tom. III. pag. 116.
9. Id. ibid. pagg. 554. ſeq.
10. *Martian.* ad opp. S. Hieron. tom. II. pagg. 269-284.
11. *Vallarſ.* opp. S. Hieron. tom. III. pagg. 689-700.
12. *Nil.* opuſc. pagg. 358-376. edit. Suareſ.
13. *Suareſ.* ad Nili opuſc. pagg. 610. 613. ſeq.
14. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VI. pag. 366.
15. *Baſil.* opp. tom. III. pagg. 80-90. edit. BB.
16. *Cotel.* l. c. pag. 548. b.
17. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pagg. 379-382.
18. *Fontan.* Hiſt. litter. Aquil. lib. V. cap. IX. §§. II. III. pagg. 316-319.

CAPUT XV.

DE

S. AUGUSTINO

EPISCOPO HIPPONENSI.

I. DUas epiſtolas ſancti AUGUSTINI antiſtitis Hipponenſis & eccleſiæ Doctoris eximii, e codice membranaceo bibliothecæ monaſterii Gotwicenſis deſcriptas, publici juris fecit Viennæ Auſtriæ anno 1732. Dn. abbas Godefridus Beſſelius; quæ in editione operum ejuſdem ſancti Doctoris a cll. monachis congregationis ſancti Mauri luculenter adornata deſiderabantur: eodemque ipſo anno proinde cura & ſtudio eruditi viri Jacobi Martin ejuſdem congregationis presbyteri & monachi Pariſiis rurſus prodierunt. Harum epiſtolarum prior, ut fert editio, inſcribitur *de natura & origine animæ ad Optatum epiſcopum Milevitanum*: eſtque num. II. ex iis tribus, quas teſte ſancto Fulgentio [1] ſcripſerat Auguſtinus ad eumdem Optatum: ejuſque inſigne fragmentum, quod rei caput eſt, exſtat apud Eugypium abbatem, qui ſæculo V. definente opus varium ex ſancti Auguſtini ſcriptis contexuit [2]. Poſterior autem epiſtola miſſa perhibetur *ad Petrum & Abraham*: quæ licet in codice Gotwicenſi eamdem inſcriptionem præferat atque prior, *de natura & origine animæ*; ex reſponſo tamen ſancti Auguſtini rectius inſcribendam cenſuit cl. editor, *de pœnis parvulorum qui ſine baptiſmo decedunt*. Utramque porro epiſtolam in Indiculo Poſſidii conſignatam comperimus: ut propterea de earum ſinceritate nullus dubitandi locus relinquatur.

II. Jam vero ſi temporis notatio ſpectetur, quo prior ad Optatum ſcripta eſt epiſtola; ex ipſo Auguſtiniano contextu probe intelligimus. Sic enim ſanctus Doctor ſub initium [3]: *Quinque ferme anni ecce evoluti ſunt*, inquit, *ex quo in orientem miſi librum, non præſumtionis, ſed conſultationis meæ; & adhuc reſcripta non merui*. Quibus ſane verbis innuit Hipponenſis epiſcopus *librum de origine animæ hominis*, ſeu epiſtolam ad ſanctum Hieronymum
A miſſam quæ inter Auguſtinianas numeratur CLXVI. alias XXVIII. [4]. Atqui eam ſcripſiſſe perhibetur Auguſtinus occaſione Oroſii presbyteri anno CCCCXV. in Palæſtinam ſub vernum tempus navigantis, ut ex ejuſdem epiſtolæ §. II. jure colligunt doctiſſimi Benedictini [5]: quorum ſententiæ Vallarſius item vir eruditus accedit [6]. Scripta eſt igitur epiſtola noſtra currente anno CCCCXX. elapſo nimirum ferme quinquennio, ex quo de eodem argumento miſerat ſanctus Doctor in orientem librum per Oroſium ad Hieronymum perferendum.

Poſteriorem autem epiſtolam *ad Petrum & Abraham*, ante annum CCCCXX. conſcriptam fuiſſe ſatis conſtat. Nondum enim abſolverat Auguſtinus librum
B XIV. *de civitate Dei*, ut ipſemet in eadem epiſtola teſtatur his verbis [7]: *Ceteri* (libri) *ab undecimo, quot eſſe potuerint, quorum jam tres abſolvi*, QUARTUM IN MANIBUS HABEO, *ea quæ nos* DE CIVITATE DEI *tenemus & credimus, continebunt*. — *Iſte autem* POST DECEM QUARTUS, *idemque totius operis* QUARTUS DECIMUS LIBER, *ſi Dominus voluerit, enodatas* HABEBIT *omnes quas mihi propoſuiſtis in veſtra epiſtola quæſtiones*. At vero ejuſdem libri XIV. jam abſoluti meminit ſanctus Doctor in libro I. *contra Adverſarium Legis & Prophetarum* [8]: quod quidem opus fuiſſe ſcriptum circiter annum CCCCXX. cenſent cll. editores [9]: adeoque ſcripta fuerit epiſtola qua de agitur, ſive anno
C CCCCXVIII. ſive ut maxime, CCCCXIX. Porro de duabus hiſce Auguſtinianis epiſtolis judicium conſulas velim, quod tulere complures e Societate Sorbonica doctores ſub finem epiſtolæ ad illuſtrem virum March. Scipionem Maffejum [10]; qui & epiſtolæ ad Optatum excerptum, prout exſtat apud Eugypium, addiderunt: unde nos quoque illud hauſimus, atque iiſdem ſancti Doctoris epiſtolis quas heic iterum evulgamus, ſubjecimus.

1. *Fulgent.* lib. III. de Verit. prædeſt. & grat. cap. XVIII.
2. *Eugyp.* Theſaur. cap. CCCXLV.
3. *Aug.* epiſt. ad Optat. §. I. infr. pag. 582.
4. *Aug.* epiſt. CLXVI. opp. tom. II. pag. 583.
5. Præfat. ad tom. II. opp. Aug. in recenſ. epiſt. CLXVI.
6. *Vallarſ.* præfat. ad tom. I. opp. S. Hieron. in recenſ. epiſt. CXXXI.
7. *Aug.* epiſt. ad Petr. & Abr. §. IV. infr. pag. 587.
8. Id. lib. I. contr. Adverſ. Leg. & Proph. cap. XIV. §. XVIII. opp. tom. VIII. pag. 558.
9. Præfat. ad tom. VII. pag. 2. & ad tom. VIII. pagg.
D 547. not. (a) & 548. not. *.
10. *Maff.* Gall. Antiqq. pag. 198. edit. Veron. 1734.

CAPUT XVI.

DE

ANONYMO

AUCTORE BREVIARII FIDEI.

I. DE hoc ſcriptore anonymo, ſed antiquiſſimo, accipe V. C. Sirmondi judicium, qui ejus *Breviarium Fidei* cum aliis quatuor veterum auctorum opuſculis dogmaticis Pariſiis primus evulgavit anno 1630. „ Breviarium Fidei, inquit [1], in codice Corbejenſi & in Pithœano ſimplicius inſcribitur *Breviarium adverſus Arrianos*, aut *Breviarium adverſus hæreticos*: nos *Fidei* nomen titulo adjecimus. Veniebatque in mentem, quum Leonis operibus in utroque codice intextum ſit, ævoque non impar videatur, haud abs re Breviarium fidei credi id poſſe, quod a Juliano Coenſi epiſcopo miſſum

1. *Sirmond.* opp. tom. I. pag. 349. edit. Pariſ.

Leo papa nondum ad se perveniſſe ſignificat [1]: ab A eoque, quiſquis eſt auctor, mutuatos videri tum Eugenium Carthaginienſem in *Ratione fidei*, quam ſuo collegarumque nomine obtulit Hunerico regi, tum Idacium in libro adverſus Varimadum Arrianum. Ad Breviarii enim hujus exemplum ſcripſiſſe ambos, qui animum adjiciet non negabit. De Idacio enim iis aſſentiri non poſſumus, qui ad Theodoſiana illum tempora referunt, eumdemque faciunt cum Idacio altero accuſatore Priſcilliani. Nam juniorem hunc illo fuiſſe declarat libri præfatio, quæ reges tum fuiſſe docet qui Arrianis faverent: quod Theodoſianis temporibus minime congruit; congruit autem Vandalicis. Denique Varimadum hunc, Arrianæ ſectæ diaconum & regis ſui gratia ſubnixum, B illum ipſum eſſe apparet qui litterarum metatheſi Marivadus apud Victorem Uticenſem (Vitenſem) nuncupatur [2], & diaconus item Arrianus atque apud regem Hunericum in honore habitus memoratur. „ Huc uſque vir doctus.

II. Verum de hujuſmodi Breviario fidei Sirmondi conjecturas aliis haud probari comperimus. Quum enim Chiffletius in codice Carthuſiæ Portarum idem opuſculum ita inſcriptum reperiſſet, *Liber Alcuini diaconi contra Arrianos*; ſtatuit ex eo libello neque Eugenium neque Idacium quidquam hauſiſſe, ſed ex his potius Alcuinum ejus auctorem [3]: ſimulque advertit, codicem illum Corbejenſem quo uſus C eſt Sirmondus, pervetuſtum eſſe, æqualemque fortaſſe aut ſupparem ipſi Alcuino. Sententiæ item Sirmondianæ potiori jure adverſatur Queſnellius his verbis [4]: „ Licet ejuſmodi libellus catholicum dogma ſtrenue propugnet, non tanti tamen eſse videtur, ut ad eruditiſſimum pontificem Leonem ab oriente Romam uſque tranſmitti debuerit; præſertim quum Arrianos quorum cauſsa tunc temporis non vertebatur, magis impugnet quam Eutychianos, quibuſcum res erat catholicis epiſcopis. „ Hæc ille. Et recte quidem: qui proinde ſibi perſuadet, Breviarium fidei a Juliano Coenſi ad magnum Leonem miſſum, aliud nihil fuiſſe quam ipſam definitionem Calchedonenſis concilii, quæ *Tractatus fi-* D *dei* alibi pluries vocatur.

III. At vero hac in re multo aptius opinatos fuiſſe exiſtimamus viros eruditiſſimos, qui luculentam operum ſancti Leonis editionem nuper adornarunt [5]. „ Neque enim, inquiunt, in oriente pro orientali eccleſia Breviarium quo de agimus, ſcriptum videtur; ſed potius in occidente, pro iis nimirum occidentis partibus in quibus Arriani dominabantur ac baptiſma iterabant, quod iiſdem hæreticis eo in opuſculo vitio vertitur [6]. Id vero Arrianis orientis, quod ſciamus, non congruit; ſed Africanis vel Hiſpanis qui ſub Vandalis aut Gothis baptiſmum iteraſſe traduntur. „ His porro præmiſſis E ut ſuam ſententiam magis confirment, locum excitant ex eodem Breviario qui ſic ſe habet [7]: *Sicut panem jam ſemel coctum ſi aliquis remittat in aquam, & velit recommiſcere & recoquere, perdit priſtinam dignitatem, & in nigredinem terramque convertitur: ſic talis efficitur, quicumque in ſe permittit baptiſmum iterari.* Atqui, ſubdunt, eadem ſimilitudine uſus Sebaſtianus comes vir catholicus, idem argumentum in Geiſericum Arrianum intorſit, ut refert Victor Vitenſis [8]. Sed locum integrum præſtat in medium adducere. Ita igitur comes regem allocutus: „ Quæſo, inquit, domine rex, ut nunc „ unus panis mundiſſimus ac ſimilaceus adferatur. „ Qui quum ignoraſset Geiſericus Sebaſtiani victoriam, illico juſſit adferri. Apprehendens itaque „ Sebaſtianus mundiſſimum panem, ita effatus eſt: „ Hic panis ut ad tantum decorem ſplendoris veniret, quo menſæ regis neceſſarius haberetur, „ diſcuſſa ſpuria furfuris, ex maſſa ſimilaginis conſperſus, per aquam tranſivit & ignem; idcirco „ & aſpectu clarus, & eſu ſuavis habetur. Ita & „ ego mola catholicæ matris commolitus, & cribro examinationis ut ſimila munda purgatus, rigatus ſum aqua baptiſmatis, & igne ſancti Spiritus coctus. Et ut hic panis de furno; ita & „ ego per officia ſacramentorum divinorum, artifice Deo, de fonte mundus aſcendi. Sed fiat, ſi „ velis, quod ipſe propono. Iſte panis confringatur in fruſta, madidetur aqua, & iterum conſpergatur, mittaturque in furnum: ſi melior „ exierit, faciam quod hortaris. „ Hæc ibi.

IV. Sic porro pergunt viri eruditi: „ Dubitant quidem nonnulli [9], num hanc ſimilitudinem ex noſtro Breviario jam apud Africanos vulgato didicerit Sebaſtianus. Sed Victor Vitenſis eumdem comitem ejuſdem ſimilitudinis & argumenti palam tradit auctorem: *Cui* (Geiſerico,) inquit, *Sebaſtianus rem inveniens miram multiſque neceſſariam, pro tempore acute reſpondit*. Hinc autem veriſimilius videtur, noſtri Breviarii auctorem ex Sebaſtiani comitis reſponſo apud Afros celebri, quippe quod nec Geiſericus nec alii Arriani potuerunt ſolvere, hoc argumentum ſumſiſſe. Sebaſtiani comitis factum contigit circa annum CCCCXLIX. ac propterea in laudata hypotheſi Breviarium paullo poſt ab Africano ſcriptum dici deberet adverſus Arrianos Africam occupantes. „ Hactenus viri docti: & optime quidem, ut fere omnia. Eorum tamen hypotheſin de Africano ſcriptore qui poſt medium ſæculum V. floruerit, haud equidem facile admittendam crediderim; ſed in Tillemontii potius ſententiam conceſſerim: qui ſcilicet *ex libello emendationis* Leporii presbyteri arguit [10], Breviarium fidei tum quidem pervulgatum fuiſſe, adeoque ſæculo V. ineunte: quin & ex eodem Breviario colligit V. C. eo tempore quo auctor ſcribebat, nondum ſatis apud Africanos fuiſſe compertum, Arrianos ſancti Spiritus divinitatem palam impugnaſſe: quod poſt annum demum CCCLX. contigiſſe conſtat. Sic enim auctor [11]: *Nunc vero de ſancti Spiritus deitate pauca de multis teſtimoniis ſunt ponenda; quem non ſolum minorem adſerere, ſed etiam Deum omnino* DICUNTUR HÆRETICI DENEGARE. Quibus ergo rite perpenſis, Breviarii ſcriptorem ſæculo IV. ad finem vergente claruiſſe, jure fortaſſe quis dixerit. Ceterum ſi quo tempore Sirmondi editionem prelo tradidimus, Balleriniana perſpecta nobis fuiſſet [12], ad codices mss. exacta; hanc utique præ illa ſequi magis placuiſſet.

1. *Leon.* epiſt. CXIII. al. LXXXVI. opp. tom. I. pag. 1192. edit. Baller.
2. *Vict. Vit.* Hiſt. perſec. Vand. lib. I. cap. XVI. pag. 19. edit. Pariſ. 1694.
3. *Chifflet.* in præfat. ad Fulgent. Ferrand. §. I. pag. XI.
4. *Queſn.* ad opp. S. Leon. tom. II. pag. 494. not. 2. edit. Lugd. 1700.
5. *Ballerin.* ad opp. S. Leon. tom. II. pag. 283. num. 3. ſeq.
6. *Brev. fid.* ſub fin. infr. pag. 596. A.
7. Ibid. D.
8. *Vict. Vit.* Hiſt. perſ. Vand. lib. I. cap. VI. pag. 9.
9. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XVI. pag. 519.
10. Id. l. c.
11. *Brev. fid.* infr. pag. 592. A.
12. *Baller.* opp. ad S. Leon. tom. II. pagg. 287-304.

CAPUT XVII.

DE

ISAAC EX JUDÆO.

I. QUi de ſcriptore ISAAC ex Judæo mentionem injecerit ex antiquioribus, præter Gennadium novimus neminem. Sic autem ille [1] :
„ ISAAC ſcripſit *de ſanctæ Trinitatis tribus perſonis & incarnatione Domini* librum obſcuriſſimæ „ diſputationis & involuti ſermonis, confirmans ita „ in una deitate tres eſſe perſonas, ut ſit aliquid „ in ſingulis proprium, quod non habeat alia. Patrem ſcilicet hoc habere proprium, quod ipſe ſit „ ſine origine origo aliorum: Filium hoc habere proprium, quod genitus genitore non ſit poſterior: „ Spiritum ſanctum hoc habere proprium, quod „ nec factus ſit nec genitus, & tamen ſit ex altero. De incarnatione vero ita ſcribit, ut manentibus in ea duabus naturis, una credatur Filii „ Dei perſona. „ Hæc Gennadius.

Porro quum hic presbyter Maſſilienſis ſcriptorem noſtrum inter eos collocet, qui paullo ante cccc. Chriſti annum claruerunt, jure proinde arguiſſe videtur Sirmondus qui ejus libellum primus edidit [2], ſæculo IV. exeunte ipſum floruiſſe. Guilielmo Caveo aliiſque aliter opinantibus, Sirmondo aſſentiuntur Fabricius [3] & Wolfius [4]. Quæ quidem temporis notatio vel maxime confirmatur, ſi Tillemontii conjecturam admittamus, exiſtimantis [5] hunc ſcriptorem eumdem eſſe atque illum Iſaacum ex Hebræo, qui Urſinianis partibus adhærens beatum pontificem Damaſum calumniis appetiit. Exſtat ejus mentio in epiſtola concilii Romani ad Gratianum & Valentinianum auguſtos, ubi hæc habentur [6] : *Sic denique*, inquiunt patres, *factio profecit Urſini, ut* ISAAC JUDÆO *ſubornato, qui* FACTO AD SYNAGOGAM RECURSU CÆLESTIA MYSTERIA PROFANAVIT, *ſancti fratris noſtri Damaſi peteretur caput*. Et paullo poſt, imperatores allocuti ſubdunt iidem patres: *Quia igitur veſtræ judicio tranquillitatis probata eſt innocentia memorati fratris noſtri Damaſi, integritas prædicata eſt;* ISAAC *quoque ipſe, ubi ea quæ detulit probare non potuit, meritorum ſuorum ſortem tulit*, cet. In Hiſpaniam nimirum relegatus fuit, ut conſtat ex eorumdem imperatorum reſcripto ad Aquilinum vicarium Urbis, in quo ſic legimus [7] : ISACEM *remotus Hiſpaniæ angulus titulo damnationis incluſit*. Atque in eamdem Tillemontii

A ſententiam conceſſiſſe quoque Sirmondianorum editorem intelligimus [8].

II. Scripſerit igitur ſuum *libellum fidei* noſter Iſaac, & Romæ fortaſſe ut ex modo relatis veterum monimentis aperte ſatis colligi poteſt, ante quam ejurata Chriſtiana religione quam fuerat amplexus, Synagogæ rurſus nomen daret. Ejuſmodi autem libellum cum aliis dogmaticis opuſculis in lucem eduxit Sirmondus anno 1630. ut ſuperius innuimus, de quo hæc habet in monito ad lectorem: „ Quod autem *ex Judæo* converſum adſcripſimus, Pithœanum codicem ſecuti ſumus, in quo titulus his verbis conceptus eſt, *Fides Iſatis ex Judæo*. „ Et

B hæc quidem inſcriptio confirmari poſſe videtur ex iis quæ modo ex epiſtola concilii Romani retulimus: eamque fortaſſis confirmaſſet ex eadem epiſtola ipſemet Sirmondus, ſi tum demum præſto ei fuiſſet ſua illa *codicis Theodoſiani appendix*, quam anno tantum inſequente 1631. evulgavit. Eumdem porro auctoris noſtri libellum ad editionem paraverat Petrus Pithœus qui, ut refert Claudius Peleterius [9], tomo tertio manu ſcriptæ ſuæ conciliorum collectioni hoc opuſculum ex vetuſtiſſimo eccleſiæ Cenomanenſis codice canonum, poſt ſynodum Arvernicam ſe excerpſiſſe adnotavit: ſubditque idem vir illuſtris codicem Pithœanum referre inſcriptionem hujuſmodi, *Fides Iſatis ex Judæo*, non *Iſacis*:

C quam quidem inſcriptionem ſequi maluit deinceps Fabricius [10]. Sed ſi ea demum attendantur quæ tum ex Gennadio, tum ex reliquis antiquioribus teſtibus heic de ſcriptore noſtro protulimus, a vulgata inſcriptione haud recedendum exiſtimamus. Potuit enim manu antiquarius, potuit oculo exſcriptor erraſſe; alteruter ſcilicet ſive deſcribens, ſive legens *Iſatis* pro *Iſacis*.

Verum his miſſis, illud potius animadvertere præſtat, opuſculum quo de agimus, ex codice Pithœano poſt Sirmondum ediſſe denuo laudatum Peleterium ad calcem *Codicis Canonum veteris Eccleſiæ Romanæ* [11], ſimulque nonnullas adnotaſſe lectiones varias a Sirmondiana editione, quas inter

D quatuor præcipuæ ſunt hujuſmodi, ad noſtrum exemplar ex Sirmondiano exſcriptum comparatæ.

In codice Pithœano.	*In editione Sirmondi.*
I. Animam voluntas Dei generat, & virtus ejus facit: factura vero per virtutem *ejus* creatur.	*Pag.* 597. D. *lin.* 5. Animam voluntas Dei generat, & virtus ejus facit, factura vero per virtutem creatur.
II. Hujus enim licet *dicere* naturæ eſt Deus.	*Pag.* 598. C. *lin.* 6. Hujus enim licet *dici* naturæ eſt Deus.
III. Filium eſſe qui ad redimendum genus humanum ſibi ex ſubſtantia ipſius Mariæ *corpus* fabricavit, in quo habitare dignatus eſt.	*Pag.* 598. A. *lin.* 4. Filium eſſe qui ad redimendum genus humanum ſibi ex ſubſtantia ipſius Mariæ fabricavit, in quo habitare dignatus eſt.
IV. Nullus ex mortuis reſurrexit ad immortalitatem, niſi ipſe primus, & exemplum *reſurrectionis* omnibus ſequentibus dedit.	*Ibid.* C. lin. 8. Nullus ex mortuis reſurrexit, niſi ipſe primus, & exemplum *reſurrectionem* omnibus E ſequentibus dedit.

Poſtremus hic locus in noſtro edito reſtitutus compareat, ubi *reſurrectionis* pro *reſurrectionem* reſcripſimus: reliqua vero tria ſupplenda & emendanda. At de his ſatis.

1. *Gennad.* lib. de Vir. illuſtr. cap. XXVI.
2. *Sirmond.* opp. tom. I. pagg. 401. ſeqq. edit. Pariſ. 1696.
3. *Fabric.* ad Gennad. in Bibl. eccl. pag. 16. & Bibl. med. Latin. tom. IV. pag. 535.
4. *Wolf.* Bibl. Hebr. vol. III. pag. 534. num. MCXXXVI.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pag. 409.
6. Append. cod. Theod. inter opp. Sirmond. tom. I. p. 749.
7. Ibid. pag. 752. 8. Ibid. pag. 749. not. (a).
9. *Pelet.* Cod. Can. vet. Eccl. Rom. pag. 361. edit. Pariſ. 1687.
10. *Fabric.* Delect. argum. pag. 258. §. XIX.
11. *Pelet.* l. c. pagg. 362 - 365.

CAPUT XVIII.

DE

S. MARTINO

EPISCOPO TURONENSI.

I. NOn tantum vitæ sanctitate, verum etiam A doctrinæ laude præstantissimum fuisse beatum MARTINUM ecclesiæ Turonicæ antistitem, luculenter satis testatur qui eum probe noverat Sulpicius Severus. Sic enim ille [1]: „ Jam vero, inquit, in verbis & confabulatione ejus quanta „ gravitas, quanta dignitas erat! quam acer, „ quam efficax, & quam in absolvendis scripturarum quæstionibus promtus & facilis! — Jesum „ testor spemque communem, me ex nullius umquam ore tantum scientiæ, tantum ingenii, „ tam boni & tam puri sermonis audisse. Quamquam in Martini virtutibus quantula est ista laudatio? nisi quod mirum est, homini illitterato „ ne hanc quidem gratiam defuisse. „ Et alibi [2]: B „ Jam si ad lævam, Achaiæ sinum paullulum devexus intraveris, sciat Corinthus, sciant Athenæ, non sapientiorem in Academia Platonem, „ nec Socratem in carcere fortiorem: felicem quidem Græciam, quæ meruit audire Apostolum „ prædicantem; sed nequaquam a Christo Gallias „ derelictas, quibus donaverit habere Martinum. „ Hæc Sulpicius.

II. Porro sub tanti Patris nomine circumfertur *Confessio Trinæ unitatis & unius Trinitatis*, stilo simplici & alicubi obscuriore, librariorum fortasse inscitia, conscripta; quam anno 1512. primus edidit cum aliis veterum opusculis Jodocus Clichto- C veus. Deinceps vero sæpius idem libellus, virorum eruditorum Petri Pithœi, Casparis Barthii, Christiani Daumii aliorumque opera, typis denuo consignatus comperitur. Exstat præterea in plerisque Patrum bibliothecis & in collectionibus conciliorum excusus. De eo autem hæc habet Combefisius [3]: „ Exscripseram, inquit, sermonem *de sancta Trinitate*, ejus (Martini) prænotatum nomine, ex codice em. card. Mazarini; sed ita in eo vitiosum, ut non visum sit repræsentare: id inde factum videtur, quod antiquarius ex vetustioribus membranis aut ceris non satis feliciter potuerit exscribere. Est tamen ille, conjecturæ his quæ Severus de illitterati Martini eruditione ac facundia, D tanta scribit obtestatione. „ Ita Combefisius, ea respiciens quæ modo ex Sulpicio recitavimus. Ex priscis item membranis eamdem Confessionem Trajecti evulgavit anno 1514. Theod. Pulmannus, cujus varias lectiones ad suæ editionis calcem quæ Cygneæ prodiit 1677. rejecit Daumius.

III. Verum præ ceteris commendanda videtur Thomæ Beauxamis sollertia; qui tres vetustissimos codices nactus, eorum collatione diligenter instituta, eumdem sancti præsulis Turonensis libellum brevi commentario illustratum subjectumque vitæ beati Martini a Sulpicio Severo conscriptæ, prelo commisit Parisiis anno 1571. Quandoquidem vero hanc editionem reliquis multo emendatiorem secuti sumus, quæ præterea inter rariores recensetur [4]; juverit proinde nonnulla ex eodem Parisiensi editore in medium proferre, quibus dum ille studium suum in hanc opellam impensum prodit, ejus pariter sive integritatem sive pretium adstruit. Sic igitur ille [5]: „ Tria, inquit, e diversis bibliothecis volumina mihi prolata sunt, quæ manus ipsa, satis antiquissima esse contestabatur: characteres enim aliis qui ante mille annos in usu erant, collati, persimiles omnium testimonio habiti sunt. Porro tribus hisce voluminibus emendicatis, triplex Severi Sulpicii historia contexebatur. — Verum quum primo in libri cujusque vestigio *compendium nostræ fidei* a D. MARTINO conscriptum agnovissem; obstupui sane, cur quum toties Severus e prelis prodiret, illius ne mentio quidem facta sit. Sed, ut arbitror, præter characterum antiquitatem, rei ipsius eos difficultas deterrebat. Nec enim suis periodis, virgulis ceterisve notulis contextus definiebatur: adeo ut quibusdam ambiguus, aliis mancus, omnibus abstrusior appareret. Nam quum summa brevitate rem omnium difficillimam complectatur; quis inter dictiones incircumscriptas adeo perplexas, quid certi elicere potuisset? — Operæ pretium igitur duxi suis punctis, quasi vinclis, effluentes dictiones cohibere, sicque facile D. MARTINI *Confessionem* reddere. Et ne quid deesset, adnotatiunculas addidi, ne cujus vocis obscuritas diutius lectorem suspenderet. „ Deinceps vero noster editor Parisiensis libelli præstantiam edisserere pergens, complures hæreses hac sua Confessione B. Martinum evertere ostendit, Ebionis, Cerinthi, Marcionis, Manetis, Apollinarii, Arii, Macedonii ac Eunomii. Quibus enarratis, ita concludit: „ Vides Christiane lector, ut compendiose multas hæreses noster Martinus enecet? Illis quippe temporibus exstitit, quibus aut qui Trinitatem, aut qui unicam divinitatem evertere nitebantur, pullularunt. — Expende vero quot schismata, factiones & sectæ, quo tempore floruit, emerserint: tum facile agnosces non abs re hanc de Trinitatis & unius divinitatis fide editam sententiam. „ Hæc ille. Quæ quidem omnia si quis accurate perpendat, arguet enimvero, mea quidem sententia, nonnullos viros eruditos ejusmodi Confessionem minus recte suspectam habuisse; quæ nimirum in primis vetustissimorum codicum fide & auctoritate munitur: digna plane quæ cum *Expositione fidei* Gregorii Thaumaturgi conferatur [6], si paucas demas duriusculas voces, librariis forte vitio vertendas.

1. *Sulp. Sev.* de vit. B. Mart. cap. xxv. opp. tom. I. pag. 34. edit. Veron. 1741.
2. Id. Dial. III. cap. xvii. ibid. pag. 146.
3. *Combef.* Bibl. conc. tom. viii. pag. 470. not. (*).
4. *Daum.* præfat. ad opusc. de S. Trinit. pag. 7. Hist. litt. de la France, tom. I. part. II. pag. 417.
5. *Beaux.* præfat. pagg. 251. seq.
6. Vid. nostr. Bibl. PP. tom. III. pag. 385.

CAPUT XIX.

DE

THEOPHILO

EPISCOPO ALEXANDRINO.

I. Longum esset ire per singula, quæ de Theophilo ecclesiæ Alexandrinæ antistite veteres litteris tradidere. Neque nostri demum instituti ratio id patitur, quin & ab ejusmodi munere pensoque absolvendo nos prohibet omnino: quum nostra tantummodo intersit, ea summatim attingere, quæ temporis notationem præcipue respiciunt. Anno itaque cccLXXXV. Arcadio Augusto primum & Bautone Coss. teste Socrate [1], sublato ex hac luce Timotheo de quo superius verba fecimus, mense Julio desinente Theophilus sacerdotii administrationem suscepit. Eo instante atque adnitente funditus excisum celeberrimum Serapidis templum: quod contigisse anno cccxci. pluribus ostendit Pagius [2]. Rem fuse describunt præ ceteris Theodoritus [3], Socrates [4] & Sozomenus [5]: neque de hujusmodi facinore siluit Eunapius [6]. Exinde vero profani cultus idolorum reliquias per Ægyptum delevit. Anno circiter cccxcII. synodus Capuana ob sedis Alexandrinæ præcipuam in oriente auctoritatem ipsum delegit ad componendum dissidium inter Flavianum & Evagrium, Paullino demortuo in episcopatu Antiocheno suffectum: ejus tamen judicium Flavianus admittere noluit. Qua de re sanctus Ambrosius ad eumdem Theophilum scribens [7]: *Non habet*, inquit, *quod urgeat Evagrius; habet quod metuat Flavianus, ideoque refugit examen. Dent fratres veniam dolori justo, quia propter ipsos universus orbis concutitur; & illi tamen nostra non compatiuntur dolori*. Plura item legas apud Socratem [8] & Sozomenum [9]. Interfuit præterea concilio Constantinopolitano, desinente anno cccxcIV. coacto, ubi Agapii & Bagadii controversia de Bostrensi episcopatu agitata. Vide sis Zonaram [10] & Balsamonem [11]. Quatuor post annos Constantinopolim remeavit ad inaugurandum sanctum Joannem Chrysostomum in illius regiæ urbis præsulem recens electum: quem tamen deinceps acriter est insectatus, & in synodo Quercensi anno ccccIII. exauctorandum curavit. Denique lethargia correptus supremum diem clausit anno ccccXII. Idibus Octobris, Honorio IX. & Theodosio V. Coss. ut scribit Socrates [12]: adeoque totos XXVII. annos tresque menses haud completos ecclesiam rexit Alexandrinam.

II. Complura litteris consignasse Theophilum, tum ex iis quæ hodienum integra superant, tum vero ex eorum fragmentis quæ interciderunt, apud veteres servatis, intelligimus. Horum autem præcipua tantum breviter heic recensebimus; reliqua vero prætermittimus, internoscenda ex inscriptionibus quæ fontes aperiunt unde illa potissimum hausimus. Itaque inter Theophili scripta principem locum obtinet ejus Cyclus paschalis *quadringentorum octodecim annorum*, ut ait Cyrillus auctoris nepos & successor [13]. Quam quidem periodum paschalem Theodosii magni rogatu contexuit, quum nondum esset episcopus, eidemque Augusto dicavit. At vero *ne forte tot annorum congeries aut fastidium cognoscendi, aut pigritiam describendi quibusdam adferret*, Laterculum centum annorum composuit, *a primo anno consulatus* ejusdem Theodosii, Christi vulgari cccLXXX. initium ducens, ut ex eodem Cyrillo erudimur [14]. De hujusmodi autem Theophili Cyclo & Laterculo, præter Bucherium [15] & Tillemontium [16], plura erudite observat Joannes Vander Haagen in peculiari dissertatione, quam hoc de argumento conscripsit. Superest etiamnum Prologus quem auctor sive suo Cyclo sive Laterculo præfixit: ejusque Græca ex Petavio [17], veterem vero versionem ex laudato Bucherio [18] descripsimus.

III. Theophili epistolis superstitibus *Edicta canonica* X. & *responsa* III. cum Balsamonis commentariis præmisimus, ex Pandectis Canonum Beveregii desumta [19]. Inter epistolas vero statim subjectas illa eminet, quam auctor Palæstinis & Cypriis inscripsit; ubi plura de Origenis erroribus disserit. Hanc autem epistolam magni sane ducendam, ex pervetusto Mediolanensis ms. bibliothecæ Ambrosianæ primus e tenebris eruit eruditissimus Vallarsius: eique præterea ex eodem codice tres alias attexuit, ad eamdem caussam pertinentes; nimirum ad præcedentem Theophili epistolam synodi Hierosolymitanæ responsum, Dionysiique Liddensis seu Diospolitani ad eumdem Theophilum, nec non Anastasii papæ ad Simplicianum epistolas: quas omnes quum sanctus Hieronymus Latio reddiderit, ut ipsemet innuere videtur [20], laudatus Vallarsius in suam Doctoris maximi operum editionem invexit [21]. Exinde vero tres priores epistolas prelo consignandas accepimus, quarta Anastasiana prætermissa quam alibi postea exhibebimus; iisque notas Vallarsianas textus litteram respicientes subjecimus, pauculis nostris intextis.

Heic porro haud est omittendum, existimasse cl. editorem [22] ejusmodi Theophili epistolam esse ipsam illam synodicam, quam ab se fuisse Latine reddi-

1. *Socrat.* Hist. eccl. lib. V. cap. XII.
2. *Pagi* ad ann. 389. §. XII. seq.
3. *Theodor.* Hist. eccl. lib. V. cap. XXII.
4. *Socrat.* lib. V. cap. XVI.
5. *Sozom.* lib. VII. cap. XV.
6. *Eunap.* Vit. philos. cap. IV. pag. 64. seq.
7. *Ambr.* epist. LVI. §. I. opp. tom. II. pag. 1006.
8. *Socrat.* Hist. eccl. lib. V. cap. XV.
9. *Sozom.* lib. VII. cap. XV.
10. *Zonar.* in Can. pag. 525.
11. *Balsam.* in Can. pag. 761.
12. *Socrat.* Hist. eccl. lib. VII. cap. VII.
13. *Cyrill.* Alex. in Prolog. num. 2. apud *Bucher.* de Doctr. temp. pag. 482.
14. Id. ibid. numm. 2. & 6.
15. *Bucher.* de Doctr. temp. pagg. 129. seqq.
16. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XI. pagg. 469. & 639. not. V. *sur Theophile*.
17. *Petav.* de Doctr. temp. tom. II. pag. 501.
18. *Bucher.* l. c. pag. 471-473.
19. *Bever.* Pand. Can. tom. II. pagg. 170-175.
20. *Hieron.* lib. I. Apolog. contr. Rufin. §. XII. opp. tom. II. pag. 468.
21. *Vallars.* edit. Hieron. tom. I. pagg. 537-552.
22. Id. præfat. ad tom. I. pag. XXIX. num. 5. & pag. 537. in not. & tom. XI. in vit. S. Hier. pagg. 183-188.

tam ſcribit ſanctus Hieronymus, ubi ait [1]: *Duas, ſynodicam & paſchalem ejus* (Theophili) *epiſtolas contra Origenem illiuſque diſcipulos —— per hoc ferme biennium interpretatus ſum, & in ædificationem eccleſiæ legendas noſtræ linguæ hominibus dedi*. Verum ejus ſententiam aliis minus probatam comperimus. Noſter certe Hieronymus de Prato pluribus nec levibus argumentis eam infirmaſſe novimus [2]: eique deinceps adhæſiſſe virum doctum Jo. Franc. Bernardum de Rubeis intelligimus [3]. Quam quidem diſceptationem aliis dijudicandam relinquimus.

IV. Hujuſmodi autem Theophilenſem epiſtolam, *encyclicam* potius quam *ſynodicam* fortaſſe appellandam, tres excipiunt *paſchales epiſtolæ* annorum CCCCI. CCCCII. & CCCCIV. Conſtat enim antiſtites Alexandrinos de more illius eccleſiæ quotannis *peracto Epiphaniorum die*, ut inquit Caſſianus [4], epiſtolas promulgaſſe ad ſolemne paſchatis tempus indicendum; *paſchales* propterea, ſive etiam quandoque *feſtales* dictæ. Has vero Theophili epiſtolas Latinis auribus donavit ſanctus Hieronymus, atque inter ejus opera plerumque circumferuntur: ſed in omnibus editis, ſi Vallarſianum excipias, ordine præpoſtero fuere diſpoſitæ. Inverſionem primus detexit eminentiſſimus Noriſius [5], qui proinde ſingulas ſuis annis accurate reſtituit.

Prima itaque, cujus eſt exordium, *Chriſtum Jeſum Dominum*, ſub finem paſcha indicit celebrandum die XIX. menſis Pharmuthi juxta cyclos Ægyptios, nempe apud Latinos juxta ſupputationem Julianam die XIV. Aprilis: qua ſane die in eccleſia

A Romana celebratum eſt feſtum paſchale anno CCCCI. cyclo ſolis XVIII. lunæ III. litt. Dom. F. Hæc autem Theophili epiſtola in vulgatis editionibus *ſecunda* perperam ſignatur.

Secunda porro quæ incipit, *Primum ſolemnitatis auguſtæ ſermo divinus*, quæque antea male in editis tamquam *prima* habebatur, paſcha futurum denuntiat die XI. menſis Pharmuthi, id eſt juxta epocham Julianam die VI. Aprilis: qua quidem die a Latinis anno CCCCII. paſchalia feſta peracta ſunt, cyclo ſolis XIX. lunæ IV. litt. Dom. E.

Tertia denique incipiens, *Nunc quoque Dei viva Sapientia*, paſcha deſignat peragendum die XXII. ejuſdem menſis Pharmuthi: eaque die anno biſſex-

B tili CCCCIV. celebratum fuit cyclo ſolis XXI. lunæ VI. litteris Dom. C. B.

Atque ita quidem trium Theophili epiſtolarum paſchalium ordinem a Noriſio viro doctiſſimo reſtitutum ſecuti ſumus poſt Vallarſium, ex cujus recenſita editione Hieronymiana eas protulimus. Adjecimus præterea earumdem epiſtolarum fragmenta Græca, non ſolum ex Cyrillo Alexandrino ac Theodorito, verum etiam ex Coſma Indicopleuſte deſumta; quod nemini hactenus animadverſum. Adhæc ex actis concilii Epheſini duo alia Græca fragmenta ex ejuſdem Theophili epiſtolis paſchalibus V. & VI. excerpta ſubdidimus.

Quæ vero pone ſubſequuntur epiſtolæ, aliaque

C ex auctoris noſtri operibus deperditis ſimul collecta fragmenta, nec non ipſius apophthegmata: hæc inquam omnia unde ſint demum hauſta, loca ubique ſingillatim præmonſtrata docebunt.

1. *Hieron.* lib. III. contr. Rufin. §. XVI. tom. II. p. 545.
2. *H. de Prato* Differt. VI. ad Sulpic. Sev. tom. I. pagg. 277. ſeqq.
3. *B. de Rub.* Diſſert. de Rufin. cap. XV. pagg. 100. ſeqq.
4. *Caſſian.* Collat. X. cap. II.
5. *Noriſ.* Hiſt. Pelag. lib. I. cap. II. & Diſſert. de ſanct. Siric. Pp. opp. tom. I. pagg. 20. ſeqq. & tom. IV. pagg. 726. ſeqq. edit. Veron.

CAPUT XX.

DE

S. AMBROSIO

EPISCOPO MEDIOLANENSI.

MIratus ſum equidem vehementer ſemel iterumque, doctiſſimos operum ſancti AMBROSII editores Benedictinos *Hiſtoriam Hieroſolymitani Excidii* quæ ſub ementito EGESIPPI nomine circumfertur, magno illi Mediolanenſi antiſtiti uſque adeo abjudicaſſe, ut indubitanter pronuntiarint [1], *eo in opere nihil ineſſe Ambroſiani neque ſtili neque judicii*. Quod ſane factum nollem: quum eam Hiſtoriam fetum eſſe Ambroſianum tam certum ſit, quam quod certiſſimum. Itaque minus æquum ut videtur conſilium ejuſmodi ægre ferens, complura litterarum monimenta congeſſeram; quibus deinceps

D digeſtis, eidem ſancto eccleſiæ Doctori pro viribus Hiſtoriam illam aſſererem. Jamque manus operi admoveram, quum ecce tibi legere occurrit Alexii Symmachi Mazochii luculentam plane hac de re diſſertationem, qua V. C. omni argumentorum genere opus illud docte ſimul & acriter Ambroſio vindicat. Quapropter ne actum agerem, iis incunctanter abjectis quæ in eamdem ſententiam mihi præſto erant, elaboratam eruditiſſimi viri lucubrationem, ad ceptum inſtitutum accommodatam contractamque, heic deſcribere placuit. Ea vero ſic ſe habet [2].

1. Præfat. ad tom. II. opp. S. Ambr. pag. 5.
2. *Mazoch.* Comment. in Kalend. eccl. Neap. vol. III. pagg. 780 - 792.

D I S S E R T A T I O

Qua EGESIPPI ſive verius EX-JOSIPPI *de excidio Hieroſolymitano hiſtoria* S. AMBROSIO *reſtituitur.*

C A P U T I.

De Egeſippi cladis Hieroſolymitanæ hiſtoria ex Joſepho translata. Hunc Ex-Joſippum verius dici debere. Cur ea interpretatio ex S. Ambroſii calamo prodierit, argumenta omnis generis ſigillatim exponenda proponuntur.

EXſtant ſub *Egeſippi* nomine editi libri quinque *de excidio urbis Hieroſolymitanæ*. De qua hiſtoria duo ante omnia pro confeſſis haberi jubeo: quibus demum & tertium aliud adjungam; quod etſi hodie a plerisque negatur, at & alias inter explorata numerabatur, & nunc quoque pro minime dubio haberi oportere, pluribus probare ſatagam.

I. Ac primum dubitari non poteſt, quin ea tota de qua loquor, hiſtoria pro liberiore Joſephi Hebræi interpretatione ſit prorſus habenda: pro translatione inquam ex Joſepho celeberrimo hiſtorico facta; non vero ſive ex ſeniore Hegeſippo eccleſiaſticæ hiſtoriæ conditore [1], ſive ex neſcio quo altero recentiore Hegeſippo, quod aliis in mentem venit [2]. Qui quidem interpres ita filum hiſtoriæ Joſephi *de Bello Judaico* exacte ſequitur, ut eam tamen ex libris ultimis *Antiquitatum*, qua parte idem argumentum retexitur, pinguiorem faciat; interdum vero paucula ad Romanam hiſtoriam pertinentia aliunde arceſſat; poſtremo & nonnulla Chriſtiani dogmatis argumenta alicubi de ſuo aſpergat. Et Egeſippi quidem quatuor priores libri primoribus quatuor Joſephi ejuſdem argumenti reſpondent: at poſteriores Joſephi tres in unum coacti librum valde longum, qui nimirum Egeſippo quintus eſt, cernuntur: quod cur ita factum ſit, aliis de eo judicium libens permitto.

II. Sed & illud æque certum eſt, verum auctoris nomen nec *Egeſippi*, nec ut in aliis mss. ſcribitur, *Ægeſippi*; aut vero, uti recentiores ex ſuo ingenio contra fidem mss. aſperant, *Hegeſippi* habendum eſſe; ſed ea vocabula ab *Joſeppi* hiſtorici nomine fuiſſe detorta. Etenim ævo medio ejus nobiliſſimi ſcriptoris nomen ita ſcribebatur, ut P quidem duplicaretur, vocalis autem media, pro diverſa Græcæ vocalis *Eta* pronuntiatione, modo per E, ſæpius vero per I redderetur. Itaque pro Græco Ιωσήπου (nam in Joſephi operibus per Π non per Φ id nomen ſcribitur) vocabulo, Latini aut *Joſeppum*, aut vero *Joſippum* efferebant atque ſcribebant. Atqui horum duorum prius illud rarius reperies [3]: poſterius autem ferme perpetuum eſt. Itaque in hoc ipſo quo de agimus, Egeſippo haud raro id nomen non alio modo quam *Joſippus* perſcribitur. Ab *Joſippo* igitur, quod pro primitivi hiſtoriographi nomine huic translationi præfigebatur, manavit *Egeſippi* vocabulum. Quo quidem illud facit quod Colomeſius adnotat [4], in perantiquis Iſaaci Voſſii membranis horum quinque Egeſippi librorum, eraſo prio-

A ri nomini, quod tamen JOSIPPI fuiſſe non obſcure perſpicitur, HEGESIPPI ſubrogatum reperiri. Et hactenus quidem dicta, ſaltem pleraque, alii ante me viderant. Confer Gronovii Monobiblon, vel ſaltem qui ad omnium manus eſt, Guilielmum Caveum.

Quo vero pacto *Joſippi* nomen in *Egeſippi* tandem detortum fuerit, id paucis accipe. Nihil enim re vera facilius ea interpolatione fuiſſe puto. Siquidem huic Latinæ interpretationi hic initio titulus præſcribi debuit: *Ex Joſippi hiſtoria de excidio Hieroſolymitano liber primus, ſecundus*, cet. Deinde in aliquibus addebatur, ut infra exponam, interpretis Ambroſii nomen. Atqui quum illud *Ex* cum ſequen-
B te vocabulo, pro coacta ſcilicet antiquorum ſcribendi ratione, coaleſceret; is auctor principio quidem junctim *Exjoſippus*, ſive ex inolita conſuetudine EXGIOSIPPUS vocabatur: at ſemidoctis amanuenſibus quorum auribus celebris ſcriptoris *Hegeſippi* nomen adhuc perſonabat, præſtabilius viſum eſt, eidem illi auctori id opus eſſe tribuendum. Itaque iidem illi pro EXJOSIPPI ſive *Exgioſippi*, alii *Ægeſippi* (nam *Hegeſippus* cum denſo ſpiritu ab noſtri hujus ævi correctoribus fluxit) nomen ſubſtituerunt. Et antiquitus quidem ad ſcriptorem Græcum ex quo transfuſa interpretatio fuerat, id nomen referebatur. At hodie eo audito nomine, quum non alia quam Latini ſcriptoris quem adhuc terimus,
C menti ſpecies occurſet; præſtabit, ſi is nec *Hegeſippus*, nec *Ægeſippus*, nec poſtremo *Egeſippus* (quod ultimum in ſcriptis & editis frequentius eſt) appelletur; ſed potius EX-JOSIPPUS. Quod quidem vocabulum tum erroris originem patefaciet, tum interpreti qui *Ex* Græco *Joſippo* hanc interpretationem expreſſit, aptiſſimum erit. Ea de cauſſa etſi mihi non eſt dubium, quin ſanctus Ambroſius verus ejus translationis auctor fuerit; tamen ut quam minimum ab vulgata hodierna nomenclatione diſcedam, is mihi interpres poſthac *Ex-Joſippus* nuncupabitur: tamdiu certe, donec quibus argumentis eam ſcriptionem Ambroſio vindicatum imus, ea plenis virorum eruditorum ſuffragiis com-
D probari animadverſum fuerit. Et ea quidem duo quæ hactenus expoſui, pro exploratis haberi debere non dubito.

III. Sed ne illud quidem in dubium mihi revocandum videtur, quin hujus hiſtoriæ ex Græco translatæ interpres haud alius ab Ambroſio Mediolanenſi fuerit. Id ejus operis vetuſtiſſimæ membranæ ac primæ editiones teſtantur: idem viri docti XV. & XVI. ſæculi perſuaſum habuerunt; ante

1. Vid. *Gronov.* Monobibl. pagg. 2. 19. 20. & alibi.
2. Vid. *Mabill.* Muſ. Ital. pag. 14.
3. Vid. *Mabill.* l. c.

3. *Colom.* Paralip. de ſcript. eccl. pag. 695. edit. *Fabric.* Vid. *Voſſ.* Append. ad lib. de LXX. Interpp. pag. 127. ſeq.

quam scilicet criticorum gens parum æqua, ne quid gravius dicam, summum dictaturæ imperium in libros invaderet, ut pro sua maxima voluntate auctores quoscumque libitum fuit, de suis veteribus possessionibus dejiceret; quas quidem modo aliis adjudicaret, modo quasi jacentes hereditates ac bona vacantia in medio relinqueret. Eidem Ambrosio favet Cassiodori auctoritas. Quamquam vero hoc opus utpote & historicum & ex Græco tractum, nihil commune cum ceteris sancti antistitis libris habet; tamen haud pauca scita Exjosippo cum Mediolanensi communia deprehendere licuit, quæ non possint auctorem eumdem non prodere. Jam vero stilus, quidquid critici obganniant, est plane Ambrosii αὐτόγραφος, ut infra ostendemus; excepto quod luxuriantem Exjosippi adhuc juvenis copiam maturum Ambrosii judicium, uti fit, opportune depascitur. Adhæc eadem est prorsus dictio, eadem loquendi genera; & quæcumque ab usu remotiora sunt, utrique communia reperio: immo & nominum Hebraicorum orthographiam in utroque parem deprehendo. Quæ quidem ac plura hujus generis ubi sigillatim ostendero; tum credo æquos harum rerum judices non moraturos, quin veterem possessionem viro sanctissimo vindicatum eant.

CAPUT II.

A Cassiodoro primum, deinde ab omnis ætatis manu exaratis codicibus, adhæc prioribus duabus editionibus, nec non Angelo Decembre Exjosippi opus Ambrosio asseri ostenditur.

SEnator, vir pro captu sexti sæculi eruditissimus, ubi se dixisset curasse, ut Josephi xx. Antiquitatum libri in Latinum converterentur, quod eos nondum traductos reperisset, sic de Josepho pergit [1]: *Qui etiam* (præter illos xx. libros Antiquitatum) *& alios septem libros captivitatis Judaicæ mirabili nitore conscripsit: quam translationem alii Hieronymo, alii Ambrosio, alii deputant Rufino: quæ dum talibus viris adscribitur, omnino dictionis eximia merita declarantur.* Qui locus non est dubium quin de Exjosippi historia sit intelligendus, in quam unam illa *dictionis eximia merita* conveniunt. Ac frustra opponunt Benedictini [2], Exjosippi historiam non esse meram Josephi translationem: nam ejus contrarium tum initio cap. I. ostendimus, tum etiam ex tot mss. partim productis, partim infra producendis evincitur, in quibus ea historia pro interpretatione ex Josepho facta habetur, unde & corruptum *Ægesippi* sive verius *Exjosippi* nomen detortum docuimus. Jam vero ex iis quæ proxime Cassiodorus dixerat, satis patet in ejus manus veram Rufini versionem tum Antiquitatum, tum historiæ Judaicæ Josephi non pervenisse: sed tamen quia de Rufini interpretamento, post Ambrosium facto, aliquid forsitan inaudierat; hinc merito Rufinum inter triumviros, in quo scriptionis de qua agimus suspicio caderet, numeravit.

Verum ne multa. In eo potius caput est. Nam quum non nisi in hujus quem terimus, Exjosippi elocutionem *dictionis eximia merita* quæ tantopere, uti dixi, prædicat Cassiodorus, unice congruant; non nisi Exjosippi opus recitatis verbis ab Senatore designari, vix est quod quisquam dubitare queat. Adde quod Rufini librorum belli Judaici translatio si in Cassiodori manus incidisset, simul cum ejusdem Antiquitatum interpretatione se se juncta obtulisset: quas tamen Antiquitates Latine versas negat se vidisse Senator. Ergo adscripta Cassiodori verba non nisi ad Exjosippum digitum intendunt.

Hoc vero perspecto; quum aliunde Exjosippi elocutio tum ab Hieronymi, tum ab Rufini dictione tam longe, quam cælum a terra, removeatur; quumque eadem lacteæ Ambrosii elocutioni perquam simillima sit, uti postea ostendetur: quid aliud relinquitur, nisi ut ex iis triumviris unum Ambrosium, posthabitis scilicet Hieronymo atque Rufino, deligamus, cui eam interpretationem adjudicemus?

Jam vero ex eodem Cassiodori loco intelligitur, eruditum hunc virum in Exjosippi codicem incidisse, cui Ambrosii interpretis nomen præscriptum non cernebatur: cujus similes alii codices hodieque asservantur sine Ambrosii nomine [3].

At interim alibi tunc fuisse plura numero exemplaria, in quibus ea interpretatio disertim Ambrosio episcopo tribuebatur, non est dubitandum, quum hodienum in eorum pluribus antiquissimis Ambrosii nomen præniteat. Testis prodeat Mabillonius qui tempus omne suum in veteribus membranis excutiendis contrivit. Is (ut sæpe innuimus, nunc vero accurate narrabimus) testatur [4], se in hujus historiæ codicem eximiæ vetustatis in Ambrosiana bibliotheca incidisse, in quo præmittebatur libro secundo (nam primus mutilus erat) hic titulus: *Incipit secundus. Ambrosius episcopus e Græco transtulit in Latinum.* Quem quidem codicem sæculo VII. vir sagacissimus parem facit.

Adhæc Carolus Daubuzius initio librorum quos pro testimonio Josephi de Christo scripsit, allata Exjosippi translatione ejus testimonii, non immerito eam interpretationem ab sancto Ambrosio elucubratam ex eo probat, quod in Exjosippi codice ms. bibliothecæ Cantabrigiensis statim fini libri I. subjectam hanc subnotationem invenerit: *Beatissimi Ambrosii episcopi translatio ex Josepho. Liber primus explicit.*

Accedit hoc quoque quod Benedictini monachi testantur [5], in codice ms. horum quinque librorum quem Carmelitæ Claromontani possident, libro IV. hanc præfigi epigraphen: *Sancti Ambrosii episcopi, dispersionis Judæorum Flavii Josephi historiographi capitulum* (hoc est liber) *quartum.*

Huc etiam illud facit, quod Joannes Albertus Fabricius ait [6], reperisse se in catalogo mss. monasterii Cremifanensis in Austria num. 58. *Tractatus*

1. *Cassiod.* lib. de Instit. divin. litter. cap. XVII. opp. tom. II. pag. 520. edit. Ven.
2. Præfat. ad tom. II. opp. S. Ambr. pag. 5.
3. *Mabill.* Mus. Ital. tom. I. pag. 8.
4. Id. ibid. pagg. 13. 14.
5. Præfat. ad tom. II. opp. S. Ambr. pag. 5.
6. *Fabric.* Bibl. Lat. tom. III. pag. 440.

Ambrosii episcopi de (pro ex) *historia Josephi captivi* (*captivum* credo dici, quia aliquamdiu captivus Romanorum fuit) *translati ab ipso de Græco in Latinum*.

Postremo in Glossario ms. Scriveriano hanc interpretationem Ambrosio tribui, refert Joannes Fridericus Gronovius [1]. Hactenus ex manu exaratis codicibus haurire licuit.

Verum non in aliquot tantum, sed in plerisque codicibus Ambrosium exstitisse auctorem, princeps editio fidem facit: de qua jam est dicendum. Etenim in prima præclara Exjosippi hujus editione quam percaram habeo, quæ ex Ascensii prelis anno 1511. Parisiis prodiit, in fronte hic præscribitur index: *Ægesippi historiographi fidelissimi ac di-* B *sertissimi, & inter Christianos antiquissimi* (putavit enim Ascensius hanc interpretationem, non ex Josephi, sed ex Hegesippi notissimi historiæ ecclesiasticæ conditoris Græco fuisse transfusam, ut ipse in epistola dedicatoria declarat) *historia de bello Judaico* cet. *a divo* AMBROSIO *Mediolanensi antistite e Greco Latina facta*. Idem Ascensius in dedicatoria: *Accedit tamen ad hujus historiæ commendationem, sacrum Ambrosium Mediolanensem antistitem, virum undequaque laudatissimum, e Græco fecisse Latinam*. Hoc quum tanta confidentia Jodocus Ascensius asseveraverit; id argumento est Jacobum Fabrum (*qui historiam hanc & anacepha-* C A *læosin diligentia sua*, inquit idem Jodocus, *perquisivit & ad* VARIA *exemplaria collatas* cet. ad ipsum edendas misit) aut in omnibus mss. aut certe in probatioribus Ambrosio Mediolanensi interpreti hos libros tributos reperisse. Ascensianam editionem Coloniensis anni 1559. subsecuta est, a Cornelio Gualthero correcta & perpolita. Et ex suæ quidem editionis titulo Gualtherus interpretis Ambrosii nomen removit: (cujus correctoris in eradendo Ambrosio judicium posteriores ἐκδόσεις sunt imitatæ) satis tamen in sua præfatione Gualtherus declaravit, se non morari, quin Ambrosio interpreti hæc historia adferatur.

Jam vero quinquaginta ante Ascensium annos, hoc est circiter annum 1460. Angelus December, frater Petri Candidi Decembris, scripserat [2], ÆGESIPPUM *esse vocabulum historici Græci, ex capra & equo compositum* (danda autem Decembri venia, ut qui id nomen cum diphthongo in suis membranis scriptum reperit; sicuti & postea Faber Ascensiusque) *qui de bello Titi cum Judæis scripsit, a Doctore* AMBROSIO *Latine translatum*. Ex his liquet non nisi scriptorum codicum consensionem hoc a viris doctis XV. sæculi (cujus sæculi testem locupletissimum pro millibus valiturum, Decembrem produximus) ut Ambrosio auctori suffragarentur, extorsisse.

CAPUT III.

Quid a medio sæculo XVI. *ad Gronovium usque, hoc est ad medium sæculum* XVII. *in ea caussa turbarum fuerit: quidve tandem a Benedictinis decisum, utque his demum accuratissimis Ambrosii editoribus eruditorum chorus assurrexerit omnis*.

Et ineunte quidem atque adulto sequenti sæculo adhuc in possessione sua manserat Mediolanensis antistes. Testis sit Ludovicus Vives, D qui hujus Exjosippi locum de incensis Pentapoleos urbibus producturus, in hunc modum citat [3]: *Hegesippus*, AMBROSIO INTERPRETE, *lib.* IV. cet. Nec ei suffragationi quisquam unus obstrepere visus fuit, donec Erasmo omnium primo addubitare, mox aliis aperte id opus Ambrosio abdicare venisset in mentem. Mihi non vacat criticorum loca conquirere, atque ea huc adscribere. Satis erit inconsulta ista temere motarum litium initia ex Joanne Friderico Gronovio huc adferre [4]: *Erasmo*, inquit, *vix credibile* (Ambrosium scilicet fuisse interpretem) *videtur: Scaligero auctor est infimæ vetustatis* [5]: *Barthius increpat monachorum impudentiam, qui Ambrosium interpretem adfinxerint*. His quartus addi poterat Latinus Latinius; qui episto- E la ad Masium hujus historiæ stilum ab Ambrosiano diffidere conquestus, aliis ejusdem querimoniæ ansam præbuit.

Et ea quidem iniquiora judicia a medio XVI. sæculo ad medium XVII. tenuerunt: quæ tamen nec Valesio ad Ammianum, nec Gronovio se probarunt: quorum hic alter ibidem sic statim pergit: *Ego ut nihil temere affirmem, non valde repugnarim, si quis ætate adolescentiori aut in exordio pontificatus sui opus hoc lusisse disertum antistitem contendat*. Quod suum judicium ex stili similitudine mox confirmat; ac pluribus tum Ambrosii, tum Exjosippi locis e regione positis, Excidii Hierosolymitani historiæ haud alium ab Ambrosio auctorem esse assignandum conjecit. Ejusmodi fuit viri eruditi judicium, quod in suam Monobiblon contulit, quam Daventriæ anno 1651. evulgavit.

Nec dubito quin acris judicii vir, nec inidoneus stili æstimator, numerosum post se adstipulatorum agmen ducturus fuisset, nisi Benedictini monachi Ambrosianorum operum editores obstitissent. Qui in præfatione alteri tomo præfixa rationem allaturi, cur Exjosippum ex ἐκδόσει illa quam dabant, accuratissima exclusissent, non dissimulatis Gronovii argumentis ex locutionum parilitate petitis, respondent, *comparationem istiusmodi fallacem esse, quum ex auctoribus* (stilo) *diversissimis loquendi formulas inter se affines hinc inde resecare* (hoc est, decerpere) & (inter se) *componere cuivis promtum sit*. Mox paucis interjectis, peremtorium illud interponunt decretum suum: *Certe quidem in hoc* (excidii Hierosolymitani) *opere nihil inest Ambrosiani neque stili neque judicii*. Quis postea mirabitur, si definitiva isthæc diligentissimorum editorum (quibus præsertim Ambrosii non modo doctrinam, sed & elocutionis colorem & lineamenta omnia perspectissima esse necesse esset) sententia, Gronoviani paullo indulgentioris judicii hominibus usque

1. *Gronov.* Monobib. Observ. in script. eccl. cap. I.
2. *A. Decemb.* lib. VII. de polit. litter. pag. 566. Vid. *Fabric.* Bibl. Lat. tom. III. pag. 410.
3. *Viv.* in August. XXI. de Civit. cap. V.
4. *Gronov.* Monob. Observ. in scripr. eccl. cap. I.
5. *Scalig.* ad Euseb. ann. MCMI.

adeo offecerit, ut gregatim omnes ineluctabili illustrium criticorum censuræ in posterum obsequerentur?

Ac de stilo quidem quem ab Ambrosiano longe alium esse prædicant, postea viderimus. Nunc ultima illa editorum eorumdem verba quibus similia in Tillemontio reperies [1], quis ferat? *Sed nec facile a nobis quisquam extorquebit, ut a rebus seriis credamus Ambrosio tantum vacasse, quantum necesse erat scribendis non modo his quinque* (excidii Hierosolymitani) *libris, sed etiam aliis quatuor, quos ex totidem Regum* (libris) *ab se compositos auctor* (initio) *affirmat*. Quasi vero necesse sit, hæc ab Ambrosio jam episcopo ordinato elucubrata fuisse: aut vero fieri potuerit, ut qui episcopus ad A tantam in facundia frugis maturitatem processerit, non se antea diu multumque subegerit. Ad Ambrosii ergo juvenilia proludia tum excidium Hierosolymitanum, tum etiam Historia regum Israelitarum quam amisimus, pertinet. Immo hujus certe quam adhuc terimus, interpretationis Josephi stilus ubique fervidos calentis ætatis spiritus anhelat; & ita quidem, ut quantus aliquando Ambrosius, ubi maturuisset, in dicendi facultate exstiturus esset, præ se aperte ferat. Atque hinc etiam catechumeni Ambrosii pietas proditur, quod non profana ad proludendum argumenta delegerit, sed ea primum ex divinæ scripturæ libris Regum petierit; quam deinde historiam cum hac quam B habemus, ex Josepho transfusam continuarit.

CAPUT IV.

Ætas Exjosippi eadem, quæ juvenis Ambrosii fuit. Vossii opinio refellitur. Qui Exjosippi locus ei fraudi fuit, is corrigitur. Videri Exjosippum Excidio Hierosolymitano jam ante a se scripto, adhuc anno CCCLXVIII. *identidem elimando studium impendisse.*

ILlud in primis est animadvertendum, jam pridem a gravi veterno illo viros eruditos evigilasse, quo auctor de quo quærimus, sive *infimæ vetustatis* cum Scaligero putaretur, sive etiam cum Gerardo Vossio ad Nicephori Phocæ tempora, hoc est decimum Christi sæculum amandaretur. Quis autem non istas παραδοξολογίας statim contemnat, si unam modo alteramve Exjosippi pagellam, si concionem unam legerit? Cui quidem nisi locutiones aliquot quarto sæculo usitatæ haud satis cauto subrepsissent; næ is poterat, si minus cum Livio, at certe cum optimis subsequentis ævi scriptoribus comparari. Verum quæ mora est, quin scriptionis hujus ab ipsomet epocham condiscamus? Qui (quod primus monuerat in sua præfatione Gualtherus; a quo mox & Renatus Laurentius Barrensis id arripuit in sua ad Exjosippi editionem quæ tertia numero fuit, præfatione) sic de Antiochia scripsit [2]: *Urbs tertio loco ante ex omnibus quæ in orbe Romano sunt, civitatibus æstimata*, (etenim ante Constantinum Romæ prima, Alexandriæ secunda, Antiochiæ tertia dignatio deferebatur) NUNC *quarto*; postquam *Constantinopolis excrevit, civitas* (antea) *Byzantiorum*. Id autem non ad tempora Constantinopolitani concilii anno CCCLXXXI. habiti est referendum: verum ad annum CCCXXX. quo Constantinopolis a Constantino dedicata, ac *Nova Roma* appellata, alterum post veterem Romam decus est consecuta. Non est inquam, cur illud Exjosippi dictum cum duobus laudatis scriptoribus ad tempora CP. concilii anno CCCLXXXI. celebrati referatur. Nihil enim aliud ei concilio acceptum est referendum, quam quod τὰ πρεσβεῖα sive *priores honoris partes episcopus Constantinopolitanus habeat*. At ridiculum fuisset, si patres de politico dignitatis civitatum gradu quidpiam sibi sanciendum duxissent. Immo ratio ipsa quam suæ sanctionis ibi patres adferunt, satis arguit, jam diu Constantinopolim secundam post Romam fuisse habitam: *Eo quod*, inquiunt, *Constantinopolis sit nova Roma*. Quæ quidem adnotasse non erat mihi opus, nisi Gualtherus & Barrensis alios post se transversos egissent.

C Non morabor autem iis quæ post adscripta verba statim Exjosippus subjecit. Erat, inquit, Antiochia *Persarum quondam caput, nunc repulsorum*. Sic enim legendum, ut habent editio princeps & altera Barrensis; non *repulsorium*, nomen inauditum & ab Exjosippi elegantia abhorrens. Quæ quidem verba eo impulerunt Vossium [3], ut scriptorem hunc recentiorem statueret Nicephoro Phoca, qui anno *968*. Antiochiam a Persis sive Saracenis recepit, auctore Cedreno. Videatur quid Vossio cujus nomen dissimulat, Gronovius responderit [4]: cujus tamen viri erudito responsa mihi nondum fecere satis; maxime quum id frustra cum ceteris laboret, ecquando Antiochia *Persarum repulsorium* D evaserit: quod Noster numquam somniavit. Verum id magis etiam miror Vossianam opinionem non neminem incautum sectatorem reperisse [5]. At missis hisce, interim quod huc attinet, ex recitato loco vides, post annum CCCXXX. compositam fuisse Exjosippi historiam.

At nec diutissime postea scripta fuit, quantum quidem ex *Scotiæ* mentione suspicari possumus, quam in oratione Josephi ad populares suos ubi bellicosissimas quasque gentes Romanis cessisse armis ostendit, injecit his verbis [6]: *Quid attexam Britannias, interfuso mari a toto orbe divisas, & a Romanis in orbem terrarum redactas? Tremit hos* (Romanos) *Scotia, quæ terris* (utpote mari circumflua) *nihil debet: tremit Saxonia inaccessa paludibus, & inviis septa regionibus. Quæ licet belli curam videatur augere, &* E *ipsa* (tamen) *frequenter captiva Romanis accessit triumphis: validissimum genus hominum, præstans ceteris, piraticis tamen myoparonibus, non viribus nititur, fugæ potius, quam bello parata*. Quæ uti vides non tantum præter Josephi sui fidem Exjosippus inseruit, verum & contra temporum rationem ultro anachronismo indulget: in gratiam scilicet recentis victoriæ, quam comes Fla-

1. *Tillem.* extrema nota in S. Petrum.
2. *Ambr.* de Excid. Hierosf. lib. III. cap. V.
3. *Voss.* de Hist. Gr. lib. II. cap. XIV.
4. *Gronov.* l. c. cap. XXI. pagg. 224. & seq.
5. *Aub. Mir.* ad Hieron. de vir. illustr. cap. XXII.
6. *Ambr.* de Excid. Hier. lib. V. cap. XV.

vius Theodosius, Theodosii qui postea imperator A fuit, parens anno (si Tillemontium in Valentiniano I. artic. xvii. sequimur) ccclxvii. de Scotis atque Saxonibus retulit. Res hasce tangit Latinus Pacatus in oratione quam anno cccxci. Theodosio augusto dixit, cap. V. ubi inter parentis ejus gesta duas hasce victorias minime reticet. Qui se rerum a Theodosii parente gestarum copia valde impeditum initio conquestus, sic pergit: *Quid, inquam, faciam? Quæ Rhenus aut Vahalis vidit, aggrediar? Jam se mihi* (ex alia parte) *Sarmatica cæde sanguineus Ister objiciet. Attritam pedestribus præliis Bataviam referam? Saxo* (hoc est gens Saxonica) *consumtus bellis navalibus* (aliunde mihi) *offeretur. Redactum ad paludes suas Scotum loquar? Compulsus* (ex parte alia) *in solitudines avias omnis Alamannus & uterque Maurus occurrent.* Et quæ porro sequuntur. Has easdem victorias Ammianus lib. xxvii. haud parca manu recenset: tangit vero Claudianus in iv. consulatu Honorii, & Symmachus x. 22.

Dices fortasse, hinc quidem satis aperte colligi, non ante annum ccclxvii. Exjosippum libro quinto Excidii operam dedisse: at quis tamen vetabit eamdem interpretationem diu post memoratas victorias fuisse conscriptam?

Verum ea quæ dixi statim relatas victorias illas duas fuisse scripto tradita, etsi certo demonstrari non potest; at æquis æstimatoribus suaderi C haud ægre potest. Ut inde usque ordiar: quæ de Scotia & Saxonia scripsit, quia aperte extra tempora rerum Judaicarum vagantur, satis apparet, ea in victoris comitis Theodosii gratiam (Exjosippo haud dubie amici, ut mox ostendam) fuisse ab Nostro Josephi concioni assuta. At si tantæ curæ erat victoriis ducis Theodosii plaudere, ut extra chorum saltans, eas laudes tam veteri historiæ infarciret; cur cetera præclare gesta reticuit? Cur non ea saltem tangit quæ Pacatus inter ejusdem comitis Theodosii laudes conglobatim enumerat? Nunc vero nihil de Rheno & Vahali, de Sarmatica cæde nihil; de rebus in Batavia prospere gestis, de Alamannis & utraque Mauritania ne verbum quidem. Quod argumento est, Exjosippo nihil aliud fuisse caussæ, ut hæc tantum interpretationi suæ insereret, nisi ut recenti de Scotia atque Saxonibus victoriæ applauderet. Proinde non absurde hæc ab nostro interprete anno ccclxviii. hoc est, sexennio ante initum ab Ambrosio pontificatum, illita chartis fuisse videntur. Nam si serius ea scripsisset; quæ erat invidia, ut de Alamannis uti dixi, anno ccclxviii. aut ccclxix. a comite Theodosio domitis nihil adderet, ac nihil porro de Mauritanica post paucos annos sub ejusdem Theodosii auspiciis insigni victoria?

Jam vero, quod comitem Theodosium Exjosippo veterem amicum fuisse dixi, id ex eo didici, quod sanctus Ambrosius (qui nulla plane re alia ab Exjosippo, quam ætate provectior ab ipsomet juvene, differt: id quod tantisper mihi sumo, donec id ad ultimum pertinacissimo cuique persuasissimum fiat) quod Ambrosius, inquam, ejus epistolæ li. quam ad Theodosium augustum comitis Theodosii filium circa annum cccxc. scripsit, hoc initium fecerit: *Et* veteris amicitiæ *dulcis mihi recordatio est; & beneficiorum quæ crebris meis intercessionibus.... in alios contulisti, gratiæ memini.* Ubi recenti beneficiorum memoriæ (utpote ab imperatore jam facto profectorum) *veteris amicitiæ* (ut quæ ad Theodosii & Ambrosii privatorum tempora sit referenda) recordationem opponit. Nec B dubium esse potest, quin juniori adhuc Ambrosio (nunc quidem, si lubet, Exjosippo) par aut forsitan major cum Theodosio parente, quam cum eo quem hac epistola alloquitur, familiaritas intercesserit, quippe quum senioris claritudo ac virtutes ad eum colendum allexisse Nostrum videantur. En cur Exjosippus Theodosii comitis recenti victoriæ, unius scilicet amicitiæ caussa, acclamaverit.

Postremo quum dico, videri ea quæ de Scotis & Saxonibus adscripsi, sub annum ccclxviii. adumbrata, nolim id sic dictum accipi, quasi eopte prorsus anno Exjosippus libro Excidii quinto elucubrando tum primum operam insumeret. Perquam enim verisimile videtur, eum librum cum superioribus jam antea adumbratum fuisse: deinde, uti fit, ex intervallo aliud alibi adjectum aut elimatum fuisse: ac demum anno ccclxviii. in gratiam ducis Theodosii ea recentia quæ dixi, in Scotia atque Saxonia facinora inserta fuisse. Quivis certe qui totum illud xv. caput legerit, haud ægre secum statuet, totum eum de Scotis & Saxonibus locum insutum post primam scriptionem videri.

Potest & illud fieri, ut quum anno ccclxviii. hoc est statim post Scoticam & Saxonicam comitis Theodosii victoriam, Ambrosius in frequenti amicorum cœtu (necdum enim vetus recitationis mos exoleverat) esset recitaturus quintum Excidii Hiero- D solymitani librum; tunc quidem pro illa temporum circumstantia in ducis amici gratiam illum quem dixi pannum purpuræ assuerit, haud dubie diffuendum atque ex loco non suo removendum, ubi totam illam historiam recensuisset, ut in vulgus spargeretur. Ceterum sacerdotale ministerium quod ei mox reluctanti demandatum fuit, ab ejus historiæ recensione postea virum sanctissimum avocavit. Hactenus ætatis conjectio est, qua ab Exjosippo Judaicum excidium conscriptum videri queat: quod opus, uti dixi, jam antea uti videtur conscriptum, adhuc anno ccclxviii. sexto ante episcopalem Ambrosii cathedram, additis episodiis illustrabatur.

CAPUT V.

Quod Regnorum *historiam quam Exjosippus jam ante Excidium contexuerat, haud obscure sibi alicubi Ambrosius arrogaverit: qui proinde etiam* Excidii *se se auctorem agnoscit.* *Libri* de Elia & jejunio *inscriptio ex occasione corrigitur.*

Quum ex hactenus dictis compertum jam sit, Excidii Hierosolymitani historiam ab Ambrosii nondum episcopi calamo fuisse profectam; adhuc tamen mirabar, si nusquam sanctus antistes ejus operis meminisset. Aut si ad opus illud utpote minus sacrum, & *ultra scripturæ seriem sacræ*, ut in procemio Excidii loquitur, immo & ex eo scriptore transfusum, cujus *perfidiam* ibidem palam criminatur, parum decorum putavit lectores remittere; cur nusquam saltem ad historiam illam rejicit, quam ex divinis quatuor *Regnorum libris* (sic enim ex LXX. vocat eos, qui nobis *Regum libri* inscribuntur) olim contexuerat? Cujus historiæ in ipso limine Exjosippus meminit; sic enim ejus procemium incipit: *Quatuor libros Regnorum quos scriptura complexa est sacra, & jam ipse stilo prosecutus usque ad captivitatem Judæorum murique excidium & Babylonis triumphos, historiæ in modum composui.* Cur ad hanc igitur historiam certe sacram a se olim compositam nusquam in tot operibus digitum intendit, & ibi maxime ubi ad res illorum temporum, quod sæpe facit, digreditur?

Verum mirari desii, quum nuper Ambrosianum librum *de jejunio* legerem: ubi hanc ille excusationem affert [1], cur paucis admodum de Eliæ jejunio commemoratis, omnem de eo propheta sermonem abrumpat: *Sed*, inquit, *de Eliæ gestis plurima jam frequenti diversorum librorum sermone digessimus*: (prior hæc excusatio verissima est, quia passim in suis operibus Eliam personat Ambrosius: mox & alterum addit excusationis caput) *& cavendum arbitror, ne in eadem recurramus, quum præsertim* IN OPERE SUO *ipse laudetur.*

Ex his primum obiter adnotabis, hunc librum falso *de Elia & jejunio* inscribi: (alioqui quod magis *opus* SUUM dixisset, quam quod ipsemet *de Elia & jejunio* præscripsisset?) sed illam esse veram epigraphen, quæ in aliquot mss. reperitur, in quibus tantum *de jejunio* prænotatur. Et certe de Elia vix obiter in hoc opusculo meminit, nec nisi in exemplum specimenque jejunii. Atque id in transcursu dictum esto.

Adhæc autem quum nullus alius sancti Doctoris liber assignari possit, qui sive *de Elia* inscribatur, sive de eo dedita opera agat: nihil aliud restat, nisi ut iis verbis *Regnorum* historia quam ante Excidium scripserat, indicetur. Ad quam dum digitum intendit, recte ait, ibi *in opere suo* Eliam laudari: nam heic SUUM ab *alieno* (cujusmodi est liber *de jejunio*, & quivis alius in quo obiter de Elia agitur) distinguitur. Tam igitur *Regnorum* historiam *opus suum* (ubi scilicet illius prophetæ historia contexenda pro dignitate fuit) dicenda erat, quam hic *de jejunio* liber *opus non suum*, hoc est ab Elia alienum rectissime ab Ambrosio habetur.

Ergo dum ad Regnorum historiam tamquam a se conscriptam, lectorem amandat Ambrosius; næ is eadem simul opera & Excidii Hierosolymitani opus tamquam ab semet elucubratum agnoscit: quia qui *Regna*, idem & prolusit *Excidium*. „

Hactenus eruditissimus Mazochius: cujus tamen dissertationem in septem capita distinctam contraximus, omissis videlicet capitibus V. & VI. quæ sane longius quam instituti nostri ratio ferat, nos abduxissent. Et in altero quidem agit vir doctissimus *de stilo utriusque scriptoris*, simul exhibens *Glossarii specimen ex rarioribus Exjosippi Ambrosiique locutionibus inter se comparatis contexti*: in altero autem comparat *Exjosippi scita ac sententiæ cum paribus Ambrosianis*. Utrumque enimvero lectu dignissimum, miram auctoris sollertiam exquisitamque eruditionem referens.

Ceterum nostram *Historiæ de excidio Hierosolymitano* editionem ad eam exegimus, quam anno 1583. Parisiis evulgavit R. Laurentius de la Barre in sua *Historia Christiana veterum Patrum*; cujus varias lectiones observationesque margini appositas, ad oram paginarum rejecimus: hisque præterea nonnullas intexuimus animadversiones, ad textum in primis restituendum pertinentes; quas inter aliquot exstant potiores ex laudato Mazochii Glossario Ambrosiano desumtæ. Adhæc Tabulas V. Concordantiarum Ambrosium inter & Josephum ex modo memorata Parisiensi editione haustas subjecimus. Denique tres Hymnos addidimus ex Hymnario Thomasiano descriptos, quos asserit sancto Ambrobo codex Vat. LXXXII. teste Thomasianorum editore V. C. Eos namque in nova operum ejusdem sancti Doctoris editione prætermissos comperimus.

1. *Ambr.* de jejun. cap. III. num. 5. opp. tom. I. pag. 537.

INDEX

EORUM QUÆ IN PROLEGOMENIS CONTINENTUR.



INDEX CHRONOLOGICUS VETERUM PATRUM ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM,

QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SÆCULUM IV.

INDEX ALPHABETICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,
QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SANCTI PATRIS

MACARII ÆGYPTII

HOMILIÆ,

ET

OPUSCULA ASCETICA.

ACCESSERUNT

S. MACARII ALEXANDRINI

SERMO DE EXITU ANIMÆ JUSTORUM ET PECCATORUM,

NEC NON

EJUSDEM REGULA ET EPISTOLA AD MONACHOS.

PARS I.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ

ΟΜΙΛΙΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΑΙ, ΠΑΝΥ ΠΟΛΛΗΣ ΩΦΕΛΕΙΑΣ ΠΕΠΛΗΡΩΜΕΝΑΙ,

περὶ τῆς ὀφειλομένης καὶ σπουδαζομένης τοῖς Χριστιανοῖς τελειότητος.



SANCTI PATRIS NOSTRI

MACARII ÆGYPTII

HOMILIÆ SPIRITUALES, PERMAGNA UTILITATE REFERTÆ,

de integritate quæ decet Chriſtianos, cuique operam dare debent.

ΟΜΙΛΙΑ α'.

Ἀλληγορικὴ παράφρασις τῆς παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ τῷ προφήτῃ γεγραμμένης ὀπτασίας.

ΗΝ Ἐζεκιὴλ Προφήτης ὀπτασίαν καὶ ὅρασιν ἔνθεον καὶ ἔνδοξον θεωρήσας, διηγήσατο· καὶ ἔγραψεν ὀπτασίαν μυστηρίων ἀλαλήτων γέμουσαν. εἶδε γὰρ ἐν τῷ πεδίῳ ἅρμα Χερουβὶμ, τέσσαρα ζῶα πνευματικά· ἐν ἑκάστῳ ζῴῳ τέσσαρα πρόσωπα, ἔχοντα, τὸ ἓν πρόσωπον λέοντος, καὶ τὸ ἓν πρόσωπον ἀετοῦ, καὶ τὸ ἕτερον μόσχου, καὶ ἄλλο πρόσωπον ἀνθρώπου. καὶ πτέρυγες καθ' ἕκαστον πρόσωπον, ὡς μὴ ἐννοεῖσθαί τινι τὰ ἔμπροσθεν, ἢ ὀπίσθια. τὰ νῶτα αὐτῶν ὀφθαλμῶν ἔγεμον· καὶ αἱ κοιλίαι ὁμοίως πεπλήρωνται ὀμμάτων. καὶ οὐκ ἦν τόπος τις, ὃς οὐκ ἔγεμεν ὀφθαλμῶν. καὶ τροχοὶ καθ' ἓν πρόσωπον τρεῖς, ὡς ἐν τροχῷ. καὶ ἐν τοῖς τροχοῖς ἦν πνεῦμα, καὶ εἶδεν ὡς ὁμοίωμα ἀνθρώπου, καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ὡς ἔργον σαπφείρου. καὶ ἔφερε τὸ ἅρμα τὰ Χερουβεὶμ, καὶ τὰ ζῶα τὸν ἐποχούμενον δεσπότην. οὗ ἂν ἐβούλετο πορεύεσθαι, κατὰ πρόσωπόν ἐστι. καὶ εἶδεν ὑποκάτω τῶν Χερουβεὶμ, ὡς χεῖρα ἀνθρώπου ὑποβαστάζουσαν καὶ φέρουσαν.

Καὶ τοῦτο ὅπερ εἶδεν ὁ Προφήτης ἐν ἐκστάσει, ἀληθινὸν ἦν καὶ βέβαιον· ὑπεδείκνυτο δέ τι ἕτερον καὶ προετυποῦτο μυστικὸν καὶ θεϊκὸν πρᾶγμα, μυστήριον ἀποκεκρυμμένον ἀληθῶς ἀπὸ τῶν γενεῶν, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν χρόνων φανερωθὲν ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Χριστοῦ. ψυχῆς γὰρ μυστήριον ἐθεώρει, τῆς μελλούσης δέχεσθαι τὸν ἑαυτῆς κύριον, καὶ θρόνος δόξης αὐτῷ γενέσθαι. ψυχὴ γὰρ ἡ καταξιωθεῖσα κοινωνῆσαι τῷ πνεύματι τοῦ φωτὸς αὐτοῦ, καὶ καταλαμφθεῖσα ὑπὸ τοῦ κάλλους τῆς ἀρρήτου δόξης αὐτοῦ, ἑτοιμάσαντι αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς καθέδραν καὶ οἰκητήριον, ὅλη φῶς γίνεται, καὶ ὅλη πρόσωπον, καὶ ὅλη ὀφθαλμός· καὶ οὐδὲν αὐτῆς μέρος μὴ γέμον τῶν πνευματικῶν ὀφθαλμῶν τοῦ φωτός· τοῦτ' ἔστιν οὐδὲν ἐσκοτισμένον, ἀλλ' ὅλη δι' ὅλου φῶς καὶ πνεῦμα ἀπεργασθεῖσα, καὶ ὅλη ὀφθαλμῶν γέμουσα, μὴ ἔχουσα δὲ ὕστερόν τι ἢ ὄπισθεν μέρος, ἀλλὰ πάντῃ κατὰ πρόσωπον τυγχάνει οὖσα, ἐπιβεβηκότος ἐπ' αὐτὴν καὶ ἐπικαθεσθέντος τοῦ ἀρρήτου κάλλους τῆς δόξης τοῦ φωτὸς, τοῦ Χριστοῦ· καὶ ὥσπερ ὁ ἥλιος πάντῃ ὅμοιός

A

HOMILIA I.

Allegorica interpretatio viſionis apud Ezechielem deſcriptæ.

I. QUam Ezechiel Propheta [a] divinam illuſtremque viſionem viderat, eam litterarum monumentis mandavit ac deſcripſit, myſteriis humanæ menti imperviis refertam. Vidit enim in campo currum Cherubim, quatuor animalia ſpiritualia. Quorum ſingulis erant quatuor facies, uni quidem leonis, alteri aquilæ, tertio vituli, quarto hominis facies erat. Singulis quoque faciebus erant alæ, ut neque anteriora, neque poſteriora cognoſci B potuerint. Terga illorum oculis plena: & pectora ſimiliter oculis abundabant, nec ullus erat locus, qui oculis non fuerit pleniſſimus. Et rotæ ſecundum quamque faciem tres, in modum rotæ: & in rotis inerat ſpiritus. Et vidit tamquam ſimilitudinem hominis, & quæ ſubtus pedes ejus erant, erant tamquam opus ſapphiri. Et ferebat currus Cherubim, animalia vero inſidentem Dominum. Quocumque progredi volebant, in faciem erat. Et vidit ſubtus Cherubim veluti manum hominis, geſtantem & fulcientem.

II. Et hoc quod vidit Propheta in ecſtaſi ſeu ſtupore conſtitutus, verum ac certum erat. Signifi- C cabatur enim ac adumbrabatur alia quædam, non minus arcana, quam divina res, myſterium ſcilicet a generationibus revera abſconditum, manifeſtandum tamen ultimis temporibus in apparitione Chriſti. Videbat enim myſterium animæ, quæ dominum ſuum amplexura, & thronus gloriæ futura erat. Anima ſiquidem, quæ de Spiritus ſancti, præparantis illam ſibi in ſedem & habitationem, participare lumine digna judicata, & pulcritudine inenarrabilis gloriæ ejus illuſtrata eſt, tota fit lumen, tota facies & tota oculus: nec ulla eſt ejus pars, quæ oculis ſpiritualibus luminis plena non ſit: hoc eſt, nulla ejus pars tenebris offuſa, ſed tota lumen & Spiritus effecta, & tota oculata, nec anterio- D rem, nec poſteriorem partem ullam habet, ſed undique in facie eſt, deſcendente ſuper illam, & in ea inſidente ineffabili pulcritudine gloriæ luminis Chriſti. Et quemadmodum ſol undiquaque ſui ſimi-

[a] Ezech. I. 1. ſeq. x. 3. ſeq.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

ἐστι, μὴ ἔχων τι μέρος ὕστερον ἢ ἐλλεῖπον, ἀλλ᾽ ὅλος A ἐξ ὅλου δεδόξασται τῷ φωτὶ, καὶ ὅλος φῶς ἐστιν, ὁμοιομερὴς τυγχάνων, ἢ ὥσπερ πῦρ, αὐτὸ τὸ φῶς τοῦ πυρὸς, ὅλον ὅμοιον αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐκ ἔχει ἐν ἑαυτῷ πρῶτον, ἢ ἔσχατον, ἢ μεῖζον, καὶ ἔλαττον. οὕτω καὶ ψυχὴ ἡ καταλαμφθεῖσα τελείως ὑπὸ τοῦ ἀρρήτου κάλλους τῆς δόξης τοῦ φωτὸς τοῦ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, καὶ κοινωνήσασα πνεύματι ἁγίῳ τελείως, καὶ κατοικητήριον καὶ θρόνος Θεοῦ καταξιωθεῖσα γενέσθαι, ὅλη ὀφθαλμὸς, καὶ ὅλη φῶς, καὶ ὅλη πρόσωπον, καὶ ὅλη δόξα, καὶ ὅλη πνεῦμα γίνεται, οὕτως αὐτὴν κατασκευάζοντος Χριστοῦ, τοῦ φέροντος καὶ ἄγοντος, καὶ βαστάζοντος, καὶ φοροῦντος αὐτὴν, καὶ οὕτω εὐτρεπίζοντος, καὶ κατακοσμοῦντος κάλλει πνευματικῷ· καὶ γάρ φησι, χεὶρ ἀνθρώπου ὑποκάτω ἦν τῶν Χερουβείμ. ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐν αὐτῇ βασταζόμενος, καὶ ὁδηγῶν αὐτήν. B

A lis, nullam partem posteram aut imperfectam habet, sed totus omnino lumine coruscat, & totus lumen est, ex similibus partibus conflatus: aut quemadmodum ignis, ipsum scilicet lumen ignis, totus sibi similis est, nec anterius, aut posterius, aut majus, aut minus quid in se habet: sic & anima, ineffabili pulcritudine gloriæ luminis faciei Christi perfecte illustrata, & Spiritus sancti perfecte particeps facta, & quæ fieret habitatio & sedes Dei, digna judicata, tota oculus, tota lumen, tota facies, tota gloria & tota spiritus fit, ita præparante eam Christo, ferente, agente, portante, gestante, sicque exornante ac decorante illam pulcritudine spirituali: inquit enim, *manus hominis e-* B *rat subtus Cherubim*. Quia ipse est, qui in ea vehitur, & qui viam ei commonstrat.


Τύπον δὲ ἔφερον τὰ τέσσαρα ζῶα τὰ φέροντα τὸ ἅρμα, αὐτῶν τῶν ἡγεμονικῶν λογισμῶν τῆς ψυχῆς· ὥσπερ γὰρ ὁ ἀετὸς βασιλεύει τῶν ὀρνέων, καὶ ὁ λέων τῶν ἀγρίων θηρίων, καὶ ὁ ταῦρος τῶν ἡμέρων ζώων, καὶ ὁ ἄνθρωπος τῶν κτισμάτων· οὕτως εἰσὶ καὶ οἱ βασιλικώτεροι λογισμοὶ τῆς ψυχῆς· λέγω δὲ, τὸ θέλημα, ἡ συνείδησις, ὁ νοῦς, ἡ ἀγαπητικὴ δύναμις· δι᾽ αὐτῶν γὰρ τὸ ἅρμα τῆς ψυχῆς κυβερνᾶται, καὶ εἰς τούτους ἐπαναπαύεται ὁ Θεός· κατ᾽ ἄλλον δὲ τρόπον, εἰς τὴν ἐπουράνιον ἐκκλησίαν τὴν τῶν ἁγίων λαμβάνεται. καὶ ὥσπερ ἐκεῖ λέγει· ὅτι τὰ ζῶα ἦν ὑψηλὰ C λίαν, γέμοντα ὀφθαλμῶν, καὶ οὐκ ἦν δυνατόν τινι καταλαβεῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ τὸ ὕψος, ὅτι οὐκ ἐδόθη τούτων ἡ γνῶσις· καὶ ὥσπερ τὰ ἐν οὐρανῷ ἄστρα, τὸ μὲν θεωρεῖν καὶ θαυμάζειν ἐδόθη πᾶσιν ἀνθρώποις, τὸ δὲ εἰδέναι τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν οὐδενὶ δυνατόν· τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῆς ἐπουρανίου ἐκκλησίας τῶν ἁγίων, τὸ μὲν εἰσελθεῖν καὶ ἀπολαύειν εἰς αὐτὴν πᾶσι τοῖς βουλομένοις ἀγωνίσασθαι ἐδόθη· τὸ δὲ ἰδεῖν καὶ καταλαβεῖν τὸν ἀριθμὸν, αὐτῷ μόνῳ Θεῷ ἀπονέμεται γινώσκειν. ἄγεται τοίνυν καὶ φέρεται ὁ ἐποχούμενος ὑπὸ τοῦ ἅρματος, καὶ τοῦ θρόνου τῶν ὁλοφθάλμων ζώων, ἤτοι ὑφ᾽ ἑκάστης ψυχῆς γινομένης αὐτῷ θρόνου καὶ καθέδρας, καὶ οὔσης ὀφθαλμοῦ καὶ φωτὸς, ἐπιβεβηκὼς αὐτῇ καὶ ἡνιοχῶν D ταῖς ἡνίαις τοῦ πνεύματος, καὶ καθὼς ἐπίσταται, ὁδηγῶν αὐτήν· ὥσπερ γὰρ τὰ ζῶα τὰ πνευματικὰ, οὐχ ὅπου ἐβούλοντο πορεύεσθαι ἐπορεύοντο, ἀλλ᾽ ὅπου ᾔδει καὶ ἤθελεν ὁ ἐπικαθήμενος καὶ εὐθύνων. οὕτω καὶ ἐνταῦθα, αὐτὸς ἡνιοχεῖ καὶ ἄγει ὁδηγῶν τῷ πνεύματι αὐτοῦ· οὕτως καὶ πορεύονται, οὐ κατὰ τὸ αὐτῶν θέλημα ὅτε βούλονται ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ἐρριμμένου τοῦ σώματος ἡνιοχεῖ καὶ ἐλαύνει ἐν τοῖς οὐρανοῖς τῷ φρονήματι τὴν ψυχήν· καὶ πάλιν ὅτε βούλεται, ἔρχεται ἐν τῷ σώματι καὶ τοῖς λογισμοῖς· ὅτε δὲ βούλεται εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς· καὶ ἀποκαλύψεις μυστηρίων δείκνυσιν αὐτῇ. ὢ τοῦ καλοῦ καὶ χρηστοῦ, μόνου ἡνιόχου ἀληθινοῦ. οὕτω δὲ καταξιωθήσονται καὶ τὰ σώματα ἐν τῇ ἀναστάσει, τῆς ψυχῆς οὕτω νῦν προδοξαζομένης, καὶ τῷ πνεύματι ἀνακιρνωμένης. E

III. Quatuor autem illa animalia currum ferentia, typum præ se ferebant præcipuarum animæ rationalis partium. Quemadmodum enim aquila ceteris avibus dominatur, & leo agrestibus feris, ac taurus mansuetis animalibus, & homo creaturis præstat: sic & animæ sunt potentiæ, aliæ aliis excellentiores. Dico autem, voluntatem, conscientiam, mentem & diligendi vim. Per illas enim currus animæ gubernatur, & in his requiescit Deus. Aliter vero & ad cælestem sanctorum ecclesiam transferri hoc potest. Et quemadmodum illuc dicit, *quod animalia erant valde sublimia, plena oculis, nec cuiquam licebat comprehendere numerum oculorum, aut sublimitatem*, quia horum cognitio data non est: & quemadmodum sidera in cælo contemplari & admirari datum est omnibus hominibus: numerum vero eorum cognoscere in nullius viribus est: eodem modo in cælestem sanctorum ecclesiam ingredi quidem & refocillari omnibus certamen inituris licet: cognoscere vero & comprehendere numerum, soli Deo adscribitur, illique soli tribuitur. Fertur igitur & vehitur insidens ille a curru & throno oculatorum animalium, aut a qualibet anima, quæ ipsi thronus & sedes facta est, & quæ oculus & lumen exsistit, cum adscenderit super illam, habenis Spiritus eam regens, & prout novit dux viæ ei exsistens. Quemadmodum enim animalia spiritualia, non, quocumque volebant, progrediebantur, sed eo, quo sciebat & volebat ille, qui insidebat & dirigebat: sic quoque hic, ipse habenas tenet ac moderatur, & viam monstrans ducit in Spiritu suo: sic quoque progrediuntur non pro suo lubitu, quo volunt, in cælo. Et abjecto corpore ducit & regit in cælis animam sapientia: & rursus quando libet, venit in corpus & cogitationes; quando autem libet in fines terræ, & revelationes mysteriorum ostendit illi. O bonum & utilem & solum verum agitatorem! Eodem autem & corpora in resurrectione digna judicabuntur honore, quem nunc anima, quæ Spiritui permista est, prius percipit.

Ὅτι δὲ οὐράνιον φῶς γίγνονται αἱ ψυχαὶ τῶν δικαίων, αὐτὸς ὁ κύριος τοῖς Ἀποστόλοις ἔλεγεν, ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. αὐτὸς γὰρ ἀπεργασάμενος αὐτοὺς φῶς, δι᾽ αὐτῶν φωτίζεσθαι τὸν κόσμον προσέταξε· καὶ οὐ καίουσι, φησι, λύχνον, καὶ τιθέασιν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ· οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ἀντὶ τοῦ, μὴ κρύψατε τὸ δόμα ὃ ἐλάβετε παρ᾽ ἐμοῦ, ἀλλὰ δότε πᾶσι τοῖς βουλομένοις. καὶ πάλιν· ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. ἐὰν ᾖ ὁ ὀφθαλμός σου φωτεινὸς,

IV. Quod autem in cæleste lumen evadant animæ justorum, ipse Dominus Apostolis dicit: [a] *vos estis lux mundi*. Ipse enim, qui effecit eos lucem, per illos illuminari mundum jussit ac præcepit. [b] *Non accendunt lucernam*, inquit, *& ponunt illam subter modium, sed super candelabrum, & lucet omnibus, qui sunt in domo; sic luceat lux vestra coram hominibus*, hoc est, ne occultetis donum, quod accepistis a me, sed date omnibus volentibus. Et rursus: [c] *Lucerna corporis est oculus. Cum igitur oculus tuus fuerit lucidus, totum quoque corpus tuum*

a Matth. V. 14. b Ibid. vv. 15. 16. c Matth. VI. 22. 23. Luc. XI. 34.



ὅλον τὸ σῶμά σου πεφώτισται· εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται· εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος, τὸ σκότος πόσον; ὥσπερ γὰρ τοῦ σώματος οἱ ὀφθαλμοὶ φῶς εἰσι, καὶ ἐπὰν οἱ ὀφθαλμοὶ ὑγιεῖς ὦσιν, ὅλον τὸ σῶμα πεφώτισται· ἐπὰν δὲ παρεμπέσῃ τι καὶ σκοτισθῶσιν, ὅλον τὸ σῶμα σκοτεινόν ἐστιν· οὕτως οἱ Ἀπόστολοι, ὀφθαλμοὶ καὶ φῶς ὅλου τοῦ κόσμου ἐτέθησαν· ἔλεγεν οὖν αὐτοῖς παραγγέλλων ὁ κύριος· ἐὰν ὑμεῖς στῆτε, καὶ μὴ παρατραπῆτε, φῶς ὄντες τοῦ κόσμου, ἰδοὺ ὅλον τὸ σῶμα πεφώτισται τοῦ κόσμου. εἰ δὲ ὑμεῖς οἱ ὄντες φῶς σκοτισθῆτε, τὸ σκότος πόσον, ὅ ἐστιν ὁ κόσμος; φῶς οὖν γενόμενοι οἱ Ἀπόστολοι, φῶς διηκόνησαν τοῖς πιστεύσασι, τὰς δὲ καρδίας αὐτῶν φωτίσαντες τῷ ἐπουρανίῳ τοῦ πνεύματος φωτὶ, ᾧ περ καὶ αὐτοὶ πεφωτισμένοι ἐτύγχανον.

A *lucidum erit. Quod si malus erit, totum quoque corpus tuum tenebrosum erit. Si igitur lumen, quod in te est, tenebræ sunt, tenebræ quantæ futuræ?* Quemadmodum enim oculi corporis lumen sunt, & quando oculi incolumes ac sani sunt, totum corpus illuminatur; si vero quid incidat, ut tenebris offundantur, totum corpus tenebrosum redditur: sic Apostoli, oculi & lumen totius mundi constituti ac ordinati sunt: Dixit igitur iis præcipiens Dominus: [a] *Si vos, qui estis lux mundi, perseveraveritis, nec deflectatis, ecce totum corpus mundi illustratum est: si vero vos, qui estis lux, caligine obducti fueritis, quantæ futuræ tenebræ, quæ sunt mundus?* Lux igitur cum essent facti Apostoli, lucem præ- B buerunt credentibus, illuminantes illorum præcordia cælesti Spiritus lumine, quo & ipsi illuminati erant.

Καὶ ἅλας αὐτοὶ ὑπάρχοντες ἤρτυον καὶ ἥλιζον πάσας ψυχὰς πιστεύσασας τῷ ἅλατι τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἔλεγε γὰρ αὐτοῖς ὁ κύριος, ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς, γῆν τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων καλῶν· διηκόνησαν γὰρ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων τὸ ἐπουράνιον ἅλας τοῦ πνεύματος, ἀρτύσαντες αὐτοὺς, καὶ ἀσήπτους καὶ ἀστινεῖς ἀπεργασάμενοι ἐκ πολλῆς δυσωδίας· ὥσπερ γὰρ κρέας, ἐὰν μὴ ἔχῃ ἅλας, σέσηπται, καὶ πολλῆς δυσωδίας μεμέστωται, ὥς τε πάντας ἀποστρέφεσθαι ἐκ τῆς κακίστης ὀσμῆς· καὶ σκώληκες ἕρπουσιν εἰς τὸ σεσηπὸς κρέας, καὶ ἐκεῖ ἐννέμονται καὶ ἐσθίουσι καὶ φωλεύουσιν. ἐπὰν δὲ ἔλθῃ τὸ ἅλας, ἀναιροῦνται καὶ ἀπόλλυνται οἱ ἐκεῖ νεμόμενοι σκώληκες· καὶ ὀσμὴ τῆς δυσωδίας παύεται. ἡ γὰρ φύσις τοῦ ἅλατος ἀναιρετική ἐστι τῶν σκωλήκων, καὶ τῆς δυσωδίας ἀφανιστική· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πᾶσα ψυχὴ ἡ μὴ ἡλισμένη τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ μὴ μετέχουσα τοῦ ἅλατος τοῦ ἐπουρανίου, τοῦτ' ἔστι τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ, σέσηπται, καὶ δυσωδίας πολλῆς λογισμῶν πονηρῶν ἐμπέπλησται, ὥς τε ἀποστρέφεσθαι τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς δεινῆς δυσωδίας τῶν ματαίων λογισμῶν τοῦ σκότους, καὶ τῶν παθῶν τῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ ψυχῇ ἐνοικούντων. καὶ οἱ κακοὶ καὶ δεινοὶ σκώληκες, ἅ ἐστι τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας, καὶ αἱ δυνάμεις τοῦ σκότους ἐν αὐτῇ ἐμπεριπατοῦσι, κἀκεῖ ἐννέμονται, καὶ φωλεύουσι, καὶ ἕρπουσι, καὶ αὐτὴν ἐσθίουσι καὶ φθείρουσι· προσώζεσαν γάρ φησι, καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου. ἐπὰν δὲ προσφύγῃ τῷ Θεῷ, καὶ πιστεύσῃ, καὶ αἰτήσῃ τὸ ἅλας τῆς ζωῆς, τὸ ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον πνεῦμα, τότε ἐλθὸν τὸ ἅλας τὸ οὐράνιον ἀναιρεῖ τοὺς δεινοὺς σκώληκας, καὶ ἀφανίζει τὴν πονηρὰν δυσωδίαν, καὶ καθαίρει αὐτὴν τῇ ἐνεργείᾳ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· καὶ οὕτως ὑγιὴς καὶ ἀστινὴς ἀπεργασθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἅλατος τοῦ ἀληθινοῦ, εἰς χρῆσιν καὶ ὑπηρεσίαν τῷ ἐπουρανίῳ δεσπότῃ ἀποκαθίσταται. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῷ νόμῳ ὑποδείγματι χρώμενος ὁ Θεὸς, ἐκέλευε πᾶσαν θυσίαν ἅλατι ἁλίζεσθαι.

V. Et sal cum essent ipsi, condiebant & saliebant omnem animam credentem, sale Spiritus sancti. Dixit enim iis Dominus, [b] *vos estis sal terræ*, terram vocans animas proborum hominum; subministrabant enim animis hominum sal Spiritus cæleste, condientes illos, & a putredine ac noxa ex multo fœtore vindicantes. Quemadmodum enim caro, si sale non sit conspersa, putrescit, & multo fœtore repletur, adeo ut omnes avertantur ob gravem odorem: & vermes irrepunt in carnem putridam, illicque pascuntur, co- C medunt, & in cavernulis delitescunt: si vero supervenerit sal, interficiuntur & pereunt illic depascentes vermes, & gravis odor fœtoris cessat: natura siquidem salis est, ut interimat vermes, & fœtorem tollat: eodem quoque modo omnis anima, non condita Spiritu sancto, cælestisque salis, hoc est, potentiæ Dei particeps non facta, putredine vitiatur, ac fœtore pravarum cogitationum copioso repletur, adeo ut avertatur facies Dei a gravi fœtore vanarum ac tenebrosarum cogitationum, & affectionum eidem animæ inhærentium. Et noxii atque improbi vermes, qui sunt Spiritus malitiæ, & potestates tenebrarum in ea inambulant, illic pascuntur, delitescunt & repunt, atque eam devo- D rant & corrumpunt: [c] *fœtorem enim præbuerunt, & putruerunt vibices mei*. Si vero ad Deum confugiat, credat & petat salem vitæ, bonum ac humanum Spiritum, tum veniens sal cæleste interimit tetros illos vermes, & sublato pessimo fœtore, exstinguit graveolentiam virtute potentiæ salis: & sic illa incolumis & illæsa effecta per verum sal, in usum & ministerium cælestis Domini ordinatur. Propterea etiam in lege, exemplo utens Deus, [d] jussit omnes victimas sale saliri.

Δεῖ οὖν πρῶτον τυθῆναι ὑπὸ τοῦ ἱερέως, καὶ ἀποθανεῖν, καὶ τότε ἁλισθῆναι μελισθὲν, εἶθ' οὕτως εἰς τὸ πῦρ ἐπιτίθεσθαι. ἐὰν γὰρ μὴ πρότερον θύσῃ καὶ θανατώσῃ τὸ πρόβατον ὁ ἱερεὺς, οὐχ ἁλίζεται, οὔτε εἰς ὁλοκάρπωσιν τῷ δεσπότῃ πρόσαγεται. οὕτω καὶ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν προσερχομένην τῷ ἀληθινῷ ἀρχιερεῖ Χριστῷ, δεῖ τυθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῷ φρονήματι ἀποθανεῖν, καὶ τῇ κακίστῃ ζωῇ, ᾗ ἔζη, τουτέστι τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ ὥσπερ ζωὴν ἐξελθεῖν δεῖ ἐξ αὐτῆς, τὴν τῶν παθῶν πονηρίαν· ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα, ἐπὰν ἐξέλθῃ ἡ ψυχὴ, ἀπέθανε, καὶ οὐκέτι ζῇ τῇ ζωῇ ἐν ᾗ ἔζη, οὔτε ἀκούει, οὔτε περιπατεῖ· οὕτως ἐπὰν θύσῃ καὶ θανατώσῃ τῷ κόσμῳ τὴν ζωὴν ὁ ἐπουράνιος ἀρχιερεὺς Χριστὸς τῇ χάριτι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ἀποθνήσκει τῇ ζωῇ τῆς πονηρίας ᾗ ἔζη,

VI. Oportet igitur primum victimam mactari a E sacerdote, & mori, & tunc dissectam sale condiri, deinde sic igni imponi. Nisi enim prius mactet & occidat ovem sacerdos, non salitur, neque ad holocaustum Domino adducitur: sic & nostram animam accedentem vero Pontifici Christo, oportet mactari ab eo, & cogitationibus ac pessimæ vitæ, cui vivebat, hoc est, peccato mori, & tamquam vitam oportet ex ea egredi pravas affectiones. Quemadmodum enim corpus, postquam evolavit anima, mortuum est, nec amplius vivit vita, qua vivebat, neque audit, neque ambulat: sic postquam mactavit & gratia virtutis suæ interemit mundo vitam nostram cælestis Pontifex Christus, moritur illa vitæ perversæ, secundum quam vivebat, & amplius

[a] Matth. VI. 22. [b] Matth. V. 13. [c] Psalm. XXXVII. 6. [d] Lev. II. 2. 13.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

A καὶ οὐκέτι οὔτε ἀκούει, οὔτε λαλεῖ, οὔτε πολιτεύεται ἐν τῷ σκότει τῆς ἁμαρτίας· ὅτι διὰ τῆς χάριτος ἐξέρχεται, ὥσπερ ψυχὴ αὐτῆς, ἡ πονηρία τῶν παθῶν, καὶ ὁ Ἀπόστολος βοᾷ λέγων, ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. ψυχὴ γὰρ ἡ ἀκμὴν ζῶσα ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ τῷ σκότει τῆς ἁμαρτίας, καὶ μὴ θανατωθεῖσα ἀπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἔτι τὴν ψυχὴν τῆς κακίας, τοῦτ' ἔστι τὴν ἐνέργειαν τοῦ σκότους τῶν παθῶν τῆς ἁμαρτίας ἐν ἑαυτῇ ἔχουσα, καὶ ὑπ' αὐτῆς ποιμαινομένη, οὐκ ἔστι τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἔστι τοῦ σώματος τοῦ φωτός· ἀλλ' ἔστι σῶμα τοῦ σκότους, καὶ ἐκ τῆς μερίδος τοῦ σκότους ἀκμήν ἐστιν. ὥσπερ καὶ πάλιν οἱ ἔχοντες τὴν ψυχὴν τοῦ φωτὸς, τοῦτ' ἔστι τὴν δύναμιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐκ τῆς μερίδος εἰσὶ τοῦ φωτός. B

neque audit, neque loquitur, neque verſatur in tenebris peccati; quia per gratiam diſcedunt, velut anima ejus, malæ affectiones. Et Apoſtolus exclamat, dicens, [a] *mibi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*. Anima enim, quæ in mundo & tenebris peccatorum adhuc vivit, ab eoque non eſt mortificata, ſed adhuc animam malitiæ, hoc eſt, potentiam tenebroſarum peccati affectionum in ſe habet, & ab illa nutritur, non eſt de corpore Chriſti, nec eſt de corpore lucis, ſed eſt corpus tenebrarum, & ex portione tenebrarum adhuc eſt. Quemadmodum e converſo, qui habent animam lucis, hoc eſt, virtutem Spiritus ſancti, ex portione lucis ſunt.

Ἀλλ' ἐρεῖ τις, πῶς σῶμα τοῦ σκότους λέγεις τὴν ψυχὴν, μὴ οὖσαν αὐτοῦ κτίσμα; ὧδε προσέχων καὶ ὀρθῶς νόησον, ὥσπερ ἔνδυμα ἱμάτιον, ὃ φορεῖς, ἄλλος κατεσκεύασε, καὶ σὺ αὐτὸ ἔνδυσαι· ὁμοίως καὶ οἶκον ἕτερος ᾠκοδόμησε καὶ ἔκτισε, καὶ σὺ οἰκεῖς ἐν αὐτῷ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Ἀδὰμ παραβὰς τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀκούσας τοῦ πονηροῦ ὄφεως, ἐπράθη καὶ ἐπώλησεν ἑαυτὸν τῷ διαβόλῳ· καὶ ἐνεδύσατο τὴν ψυχὴν ὁ πονηρὸς, τὸ καλὸν κτίσμα, ὃ κατεσκεύασεν ὁ Θεὸς, πρὸς τὴν αὐτοῦ εἰκόνα, ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, ἐθριάμβευσεν αὐτοὺς ἐν τῷ σταυρῷ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ ἔλευσις τοῦ κυρίου γεγένηται, ἵνα ἐκβάλῃ C αὐτοὺς, καὶ ἀπολάβῃ τὸν ἴδιον οἶκον καὶ ναὸν, τὸν ἄνθρωπον. τούτου τοίνυν ἕνεκεν σῶμα λέγεται ἡ ψυχὴ τοῦ σκότους τῆς πονηρίας, ἕως οὗ ἐστιν ἐν αὐτῇ τὸ σκότος τῆς ἁμαρτίας, ὅτι ἐκεῖ ζῇ εἰς τὸν αἰῶνα τὸν πονηρὸν τοῦ σκότους, καὶ ἐκεῖ κεκράτηται, καθὼς καὶ ὁ Παῦλος, σῶμα ἁμαρτίας, καὶ σῶμα θανάτου καλῶν λέγει, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας. καὶ πάλιν, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; ὁμοίως πάλιν ἡ πιστεύσασα τῷ Θεῷ ψυχὴ καὶ ἐκ τῆς ἁμαρτίας ῥυσθεῖσα, καὶ θανατωθεῖσα ἐκ τῆς ζωῆς τοῦ σκότους, καὶ τὸ φῶς τοῦ ἁγίου πνεύματος ὥσπερ ζωὴν λαβοῦσα, καὶ ἐκεῖθεν ζήσασα, ἐκεῖ λοιπὸν διατρίβει, ὅτι ἐκεῖ κεκράτηται τῷ φωτὶ τῆς θεότητος· οὔτε γὰρ φύσεως τῆς θεότητός ἐστιν ἡ D ψυχὴ, οὔτε φύσεως τοῦ σκότους τῆς πονηρίας, ἀλλ' ἔστι κτίσμα τι νοερὸν, καὶ ὡραῖον, καὶ μέγα, καὶ θαυμαστὸν, καὶ καλὸν ὁμοίωμα καὶ εἰκὼν Θεοῦ· καὶ διὰ τὴν παράβασιν εἰσῆλθεν εἰς αὐτὴν ἡ πονηρία τῶν παθῶν τοῦ σκότους.

VII. Sed dicat aliquis, quo pacto animam dicis corpus tenebrarum, cum non ſit ab illis genita? Huic adhibens mentem bene attendito, quemadmodum veſtem aut indumentum, quod geſtas, alius confecit, & tu eo indueris: ſimiliter & domum alius ædificavit & exſtruxit, & tu nihilominus inhabitas illam: eodem modo Adam tranſgreſſus mandatum Dei, & obtemperans malitioſo ſerpenti, vendidit ſe ipſum diabolo, induitque tum animam ille malitioſus: elegantiſſimam ſcilicet creaturam, quam condiderat Deus, ad ſui imaginem, ut & Apoſtolus dicit: [b] *Exſpolians principatus & poteſtatem, triumphavit de illis in cruce*. Propterea enim & adventus Domini contigit ut ejiceret ipſos, & reciperet propriam domum & templum, hominem ſcilicet. Quocirca dicitur anima corpus tenebrarum malitiæ, quamdiu in illa ſunt tenebræ peccati: quia illic vivit in ſæculo tenebrarum perverſo, & illic capta tenetur: quemadmodum & Paullus corpus peccati & corpus mortis appellat, dicens, [c] *ut deſtruatur corpus peccati*. Et rurſus, [d] *quis me liberabit ex corpore mortis hujus?* Similiter & e converſo anima Deo credens, & a peccati ſordibus ſoluta, ac per mortem ſublata ex vita tenebrarum, poſtquam lumen Spiritus ſancti tamquam vitam acceperit, illic vivens reliquum vitæ terit, quia illic capta tenetur a lumine divino. Neque enim naturæ divinæ eſt anima, neque naturæ tenebrarum malitiæ, ſed eſt quid creatum, intellectuale, pulcrum, inſigne, & admirandum, atque elegans ſimilitudo & imago Dei, in quam propter tranſgreſſionem invaſit malitia affectionum, quæ ſunt tenebrarum.

Τὸ λοιπὸν, ᾧ συγκέκραται, καὶ συνήνωται ἡ ψυχὴ ἐν τοῖς θελήμασιν· ἤτοι οὖν τὸ φῶς τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῇ ἔχουσα, καὶ ἐν αὐτῷ ζῶσα ἐν πάσαις ταῖς ἀρεταῖς, τοῦ φωτὸς τῆς ἀναπαύσεώς ἐστιν. ἤτοι τὸ σκότος τῆς ἁμαρτίας ἔχουσα, τῆς κατακρίσεως τυγχάνει. ψυχὴν γὰρ τὴν θέλουσαν ζῆσαι παρὰ Θεῷ ἐν ἀναπαύσει καὶ φωτὶ αἰωνίῳ, προσελθεῖν δεῖ, ὡς προείρηται, τῷ ἀληθινῷ ἀρχιερεῖ Χριστῷ, καὶ τυθῆναι E καὶ ἀποθανεῖν τῷ κόσμῳ, καὶ τῇ προτέρᾳ ζωῇ τοῦ σκότους τῆς πονηρίας, καὶ μετατεθῆναι ἐν ἑτέρᾳ ζωῇ καὶ ἀνατροφῇ θείᾳ· ὥσπερ ἐάν τις ἀποθάνῃ ἐν πόλει, οὔτε φωνῆς τῶν ἐκεῖ ἀκούει, οὔτε λαλιᾶς, οὔτε ἤχων, ἀλλὰ καθάπαξ ἀπέθανε, καὶ μετατίθεται ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, ἔνθα οὐκ εἰσὶ φωναὶ καὶ κραυγαὶ τῆς πόλεως ἐκείνης· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ, ἐπὰν τυθῇ καὶ ἀποθάνῃ, ἐν ᾗ διατρίβει καὶ ζῇ πόλει τῆς κακίας τῶν παθῶν, οὐκέτι ἀκούει ἐν ἑαυτῇ τῆς φωνῆς τῶν διαλογισμῶν τοῦ σκότους· οὐκ ἔτι ἀκούεται λαλιὰ καὶ κραυγὴ ματαίου διαλογισμοῦ, καὶ ταραχῆς πνευμάτων σκότους· ἀλλὰ μετατίθεται εἰς πόλιν ἀγαθότητος καὶ εἰ-

VIII. Reliquum, cum quo commiſcetur anima, cujuſque tenetur dominio, cum eo quoque voluntatibus conjuncta eſt. Sive igitur lucem Dei in ſe habeat, & in illa vivat omnem virtutum orbem complexa, luce acquieſcentiæ abundat: ſive tenebris peccati obvoluta ſit, condemnationis particeps eſt. Animam igitur, quæ vult vivere apud Deum in requie & luce æterna, accedere oportet, ut dictum eſt, ad verum Pontificem Chriſtum, mactari, & mori mundo ac priori vitæ tenebrarum & malitiarum, atque tranſponi in alteram vitam & educationem divinam. Quemadmodum, ſi quis moritur in civitate, neque voces illorum, qui ibi degunt, neque ſermonem, neque ſonum illum exaudit, ſed prorſus mortuus eſt, & tranſponitur in alium locum, ubi nullæ ſunt voces, nulli clamores illius civitatis: ſic & anima, poſtquam mactata & mortua fuerit civitati malarum affectionum, in qua degebat ac vivebat prius, non amplius exaudit in ſe ipſa vocem cogitationum tenebrarum. Non amplius auditur ſermo & clamor frivolarum diſputationum,

a Gal, VI. 14. b Coloſſ. II, 15. c Rom. VI. 6. d Rom. VII. 24.



ρήνης μεστὴν, εἰς πόλιν φωτὸς θεότητος, κἀκεῖ ζῇ καὶ ἀκούει, κἀκεῖ πολιτεύεται καὶ λαλεῖ, καὶ διαλογίζεται, κἀκεῖ ἐργάζεται ἔργα πνευματικὰ καὶ Θεοῦ ἄξια.

A & turbæ spirituum tenebrarum : sed transfertur in civitatem bonitatis & pacis plenam, in civitatem divinæ lucis, illic vivit & audit, illic conversatur, loquitur & ratiocinatur, illic operatur opera spiritualia & Deo digna.

Παρακαλέσωμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς, τυθῆναι διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ ἀποθανεῖν τῷ αἰῶνι τῆς πονηρίας τοῦ σκότους, καὶ ἀναιρεθῆναι ἐν ἡμῖν τὸ πνεῦμα τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐνδύσασθαι καὶ λαβεῖν ψυχὴν πνεύματος οὐρανίου, καὶ μετατεθῆναι ἐκ τῆς κακίας τοῦ σκότους εἰς τὸ φῶς τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀναπαυθῆναι ἐν ζωῇ ὅλους αἰῶνας· ὥσπερ γὰρ ἐν σταδίῳ τὰ ἅρματα τρέχουσι καὶ προλαμβάνον ἐμποδίζει καὶ ἐπέχει καὶ κωλύει τὸ ἕτερον, τοῦ μὴ προκόψαι, καὶ προλαβεῖν εἰς νῖκος· οὕτως οἱ διαλογισμοὶ τῆς ψυχῆς καὶ τῆς ἁμαρτίας τρέχουσιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· ἐὰν μὲν τύχῃ προλαβεῖν τὸν διαλογισμὸν τῆς ἁμαρτίας, ἐμποδίζει καὶ ἀπέχει, καὶ κωλύει τὴν ψυχὴν, τοῦ μὴ προσεγγίσαι τῷ Θεῷ, καὶ τὸ κατ᾽ αὐτῆς νῖκος ἄρασθαι· ὅπου δὲ αὐτὸς ὁ κύριος ἐπιβαίνει καὶ ἡνιοχεῖ τὴν ψυχὴν, πάντοτε αὐτὸς νικᾷ, ἡνιοχῶν καὶ ὁδηγῶν ἐπιστημόνως τὸ ἅρμα τῆς ψυχῆς εἰς τὸ οὐράνιον καὶ ἔνθεον φρόνημα διὰ παντός. οὔτε γὰρ πολεμεῖ πρὸς τὴν κακίαν, ἀλλ᾽ αὐθέντης καὶ ἐξουσιαστὴς τυγχάνων ἀεὶ, τὴν νίκην αὐτὸς ἐργάζεται. Ἄγεται τοίνυν τὰ Χερουβεὶμ οὐχ ὅπου θέλουσι πορεύεσθαι, ἀλλ᾽ ὅπου ὁ ἐπιβεβηκὼς καὶ ὁ ἡνιοχῶν ὁδηγεῖ, καὶ ὅπου θέλει αὐτὸς, ἐκεῖ πορεύονται, καὶ αὐτὰ βαστάζει. χεὶρ γάρ φησιν, ἀνθρώπου ὑποκάτω αὐτῶν ἦν. ἄγονται αἱ ἅγιαι ψυχαὶ καὶ ὁδηγοῦνται ὑπὸ τοῦ ἡνιοχοῦντος πνεύματος τοῦ Χριστοῦ, ὅπου βούλεται. ὅτε βούλεται, ἐν οὐρανίοις λογισμοῖς· ὅτε βούλεται, ἐν τῷ σώματι. ἔνθα βούλεται, ἐκεῖ αὐτῷ διακονοῦσιν· ὥσπερ γὰρ τοῦ πετεινοῦ οἱ πόδες τὰ πτερά εἰσιν· οὕτω τὸ οὐράνιον φῶς τοῦ πνεύματος ἀναλαμβάνει τὰ πτερὰ τῶν λογισμῶν τῶν ἀξίων ψυχῆς, ὁδηγοῦν καὶ ἡνιοχοῦν ὡς οἶδεν αὐτό.

IX. Oremus igitur & nos, ut per virtutem ejus mactemur, & moriamur sæculo malitiæ tenebrarum, inque nobis exstinguatur spiritus peccati, induamurque & accipiamus animam Spiritus cælestis, ac transferamur ex malitia tenebrarum in lumen Christi, ad requiescendum in vita per omnia sæcula. Veluti enim in cursu stadiorum currus antevertens impedit, reprimit, atque prohibet alterum, ne pro- B grediatur & palmam præripiat : sic & cogitationes animæ & peccati currunt in homine. Si ergo contingat, cogitationem peccati præcedere, id impedit, avertit, & prohibet animam, ne appropinquet Deo, & victoriam adversus peccatum reportet; ubi vero Dominus ipse inscendat & gubernet animam, semper illa victoriam consequitur, regens & ducens scienter currum animæ per omnia ad cælestes ac divinas contemplationes. Non enim bellum gerit contra malitiam, sed cum pro arbitrio & auctoritate sua quidvis agendi potestate habeat, victoriam ipse parat. Aguntur igitur Cherubim, non quo progredi volunt; sed qua sessor & dirigens ducit, quoque libuerit illi, eo progrediuntur, & illos bajulat. C [a] *manus enim*, inquit, *erat sub illis*. Ducuntur animæ sanctæ, & reguntur a Spiritu Christi, qui dirigit illas, quo vult, & interdum pro voluntate sua per cælestes cogitationes, interdum per corpus: ubi libuerit, illic ei ministrant. Quemadmodum enim pedes volucrum sunt alæ : sic cæleste lumen Spiritus accipit alas cogitationum dignarum animæ, eamque diligit ac ducit, prout ipse novit.

Σὺ τοίνυν ὅταν ἀκούῃς ταῦτα, πρόσχες σεαυτῷ, εἰ κέκτησαι ταῦτα ἐν ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ ἐν τῇ ψυχῇ σου· οὐ γάρ εἰσιν ἁπλῶς λόγοι λαλούμενοι, ἀλλ᾽ ἔργον ἀληθείας ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ γιγνόμενον: καὶ εἰ οὐ κέκτησαι, ἀλλὰ πτωχεύεις ἐκ τῶν τηλικούτων πνευματικῶν ἀγαθῶν, λύπην καὶ πένθος καὶ πόνον ἀδιάλειπτον ὀφείλεις ἔχειν· ὡς ἀκμὴν νεκρὸς ὢν ἀπὸ τῆς βασιλείας, καὶ ὡς τραυματίας, ἀεὶ βόα πρὸς τὸν κύριον, καὶ αἴτει πιστῶς, ἵνα καὶ αὐτὸς ταύτης τῆς ἀληθινῆς ζωῆς καταξιωθῇς· ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα τοῦτο ποιήσας ὁ Θεὸς, οὐκ ἐκ τῆς αὐτοῦ φύσεως, οὐδὲ ἐκ τοῦ σώματος ἔδωκεν αὐτῷ ἔχειν τὴν ζωὴν, τὴν βρῶσιν, καὶ τὴν πόσιν, καὶ τὰ ἐνδύματα καὶ τὰ ὑποδήματα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν τῆς ζωῆς ἔξωθεν ἔδωκεν ἔχειν, αὐτὸν καθ᾽ ἑαυτὸ τὸ σῶμα γυμνὸν ποιήσας, καὶ χωρὶς τῶν ἔξωθεν τοῦ σώματος ὄντων ζῆσαι τὸ σῶμα ἀδύνατον, τοῦτ᾽ ἔστι, χωρὶς βρώσεως καὶ πόσεως, καὶ ἐνδυμάτων· ἐὰν δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν μόνον στῇ, μηδὲν τῶν ἔξωθεν προσλαβὼν, διαφθείρεται καὶ ἀπόλλυται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ψυχὴ ἡ μὴ ἔχουσα φῶς θεῖον, κτισθεῖσα δὲ κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ· οὕτως γὰρ αὐτὴν ᾠκονόμησε καὶ εὐδόκησεν ἔχειν τὴν αἰώνιον ζωήν· οὐκ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος, ἐκ τοῦ ἰδίου πνεύματος, ἐκ τοῦ ἰδίου φωτὸς, ἔχει βρῶσιν καὶ πόσιν πνευματικὴν, καὶ ἐνδύματα οὐράνια, ἅ ἐστιν ἡ ὄντως ζωὴ τῆς ψυχῆς.


X. Tu igitur, quando auditu hæc percipis, respice te ipsum, an possideas hæc re ipsa & re vera in anima tua : non enim sunt verba simpliciter ac D nude prolata, sed opus vere in anima efficitur. Et si non possideas, ac tantorum spiritualium bonorum egenus sis, tristitiam, mœrorem, ac luctum perpetuum habeto, velut adhuc mortuus a regno, & velut sauciatus, continuo clama ad Dominum, & pete confidenter, ut te quoque vera hac vita dignetur. Quemadmodum enim Deus, qui hoc corpus condidit, non ex sua ipsius natura, neque ex corpore dedit ei habere vitam, cibum, potum, indumenta & calceamenta : sed, cum corpus creasset per se nudum, & tale quidem, quod absque illis, quæ extra corpus sunt, hoc est, absque cibo, potu & vestimentis, vivere non posset, omnem sustentationem vitæ extrinsecus concessit : quod si in E sua ipsius natura solum constiterit, nullo exteriori assumto, corrumpitur ac interit : eodem modo & anima, divino lumine destituta, condita vero secundum imaginem Dei (sic enim Deo ex dispensatione placuit, eam habere vitam æternam) non ex propria natura, sed ex ipsius Dei divinitate, ex peculiari Spiritu, ac peculiari lumine, habet cibum ac potum spiritualem, & vestimenta cælestia, quæ sunt vera vita animæ.

Ὥσπερ οὖν τῷ σώματι, καθὼς προείρηται, ἡ ζωὴ οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ ἐστιν, ἀλλ᾽ ἔξωθεν αὐτοῦ, τοῦτ᾽ ἔστιν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ χωρὶς τῶν ἔξωθεν αὐτοῦ ὄντων, ἀδύνατον αὐτῷ ζῆσαι· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ, ἐὰν μὴ γε-

XI. Quemadmodum igitur corpus, ut supra dictum, vitam non ex se, sed aliunde habet, hoc est a terra, & absque iis, quæ extra sunt, impossibile est ei vitam ducere : ita & anima, nisi ab

[a] Ezech. x. 21.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



γεννηθῇ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς ἐκείνην τὴν γῆν τῶν ζώντων, A κἀκεῖθεν τραφῇ πνευματικῶς τῷ κυρίῳ προκόπτουσα, καὶ ἀμφιασθῇ ἐκ τῆς θεότητος ἄῤῥητα ἄμφια οὐρανίου κάλλους, χωρὶς ἐκείνης τῆς τροφῆς ζῆσαι αὐτὴν ἐν ἀπολαύσει καὶ ἀναπαύσει ἀφ' ἑαυτῆς ἀδύνατον. Ἔχει γὰρ ἡ θεία φύσις καὶ ἄρτον ζωῆς, τὸν εἰπόντα, ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· καὶ, ὕδωρ ζῶν, καὶ οἶνον εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπου, καὶ, ἀγαλλιάσεως ἔλαιον, καὶ παμποίκιλον τροφὴν οὐρανίου πνεύματος, καὶ ἐνδύματα φωτὸς οὐράνια ἐκ τοῦ Θεοῦ τυγχάνοντα· ἐν τούτοις ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ τῆς ψυχῆς. οὐαὶ σώματι, ὁπόταν εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἑστήκῃ, ὅτι διαφθείρεται καὶ ἀποθνήσκει· καὶ οὐαὶ ψυχῇ, εἰ εἰς τὴν ἑαυτῆς φύσιν μόνον ἕστηκε, καὶ εἰς τὰ ἑαυτῆς ἔργα μόνον πέποιθε, μὴ ἔχουσα θείου πνεύματος κοινωνίαν, ὅτι ἀπο- B θνήσκει ζωῆς αἰωνίου θεότητος μὴ καταξιωθεῖσα· ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων, ἐπὰν μηκέτι τὸ σῶμα δύνηται λαβεῖν τροφὴν, ἀπελπίζουσιν αὐτοὺς, καὶ κλαίουσι πάντες γνήσιοι φίλοι, συγγενεῖς καὶ ἀγαπητοί· οὕτω κλαίει ὁ Θεὸς καὶ οἱ ἅγιοι ἄγγελοι τὰς ψυχὰς τὰς μὴ τρεφομένας τροφὴν οὐράνιον τοῦ πνεύματος, καὶ ἐν ἀφθαρσίᾳ ζησάσας. ταῦτα δὲ καὶ πάλιν φημὶ, οὐκ εἰσὶν ἁπλῶς λόγοι λαλούμενοι, ἀλλ' ἔργον πνευματικῆς ζωῆς, ἔργον ἀληθείας, εἰς τὴν ἀξίαν καὶ πιστὴν ψυχὴν γιγνόμενον.

hoc tempore regeneretur in illam viventium terram, & illic spiritualiter alatur, & spiritualiter Domino proficiens crescat, & arcanis vestimentis cælestis pulcritudinis ex divinitate desumtis induatur, absque illo cibo in gaudio & quiete ex se ipsa vivere plane non potest. Habet enim etiam divina natura panem vitæ, qui dicit, [a] *Ego sum panis vitæ*, &, [b] *aquam viventem*, &, [c] *vinum lætificans cor hominis*, &, [d] *oleum exsultationis*, & multiplicem cælestis Spiritus cibum, & vestimenta luminis cælestia, a Deo profecta. In his consistit æterna animæ vita. Væ corpori, si in sua ipsius natura constiterit, quia corrumpitur & moritur. Væ etiam animæ, si in sua ipsius natura consistat, & suis operibus solum fidat, non habens participationem Spiritus divini, quia moritur, nec vitæ æternæ ac divinæ idonea putatur. Quemadmodum enim infirmis accidit, ut, si corpus amplius cibum capere nequeat, omnem de eorum vita spem abjiciant, omnesque veri amici, cognati atque familiares plorent: sic deplorat Deus & sancti angeli animas, non vescentes cælesti cibo Spiritus, nec in incorruptione viventes. Hæc vero rursus dico, non sunt verba nude & simpliciter prolata, sed opus vitæ spiritualis, opus verum, quod efficitur in anima digna & fideli.

Εἰ τοίνυν ἐγένου θρόνος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπιβέβηκεν ἐπί σε ὁ οὐράνιος ἡνίοχος, καὶ ἐγένετο ἡ ψυχή σου C ὅλη ὀφθαλμὸς πνευματικὸς, καὶ ὅλη φῶς· καὶ εἰ ἐτράφης ἐκείνην τὴν τοῦ πνεύματος τροφὴν, καὶ εἰ ἐποτίσθης ἐκ τοῦ ζῶντος ὕδατος, καὶ εἰ ἐνεδύσω τὰ τοῦ ἀῤῥήτου φωτὸς ἐνδύματα· εἰ τούτων ἁπάντων ὁ ἔσω σου ἄνθρωπος ἐν πείρᾳ καὶ πληροφορίᾳ καθέστηκεν, ἰδοὺ ζῇς καὶ τὴν ὄντως αἰώνιον ζωὴν, ἀπὸ τοῦ νῦν μετὰ τοῦ κυρίου ἀναπαυομένης τῆς ψυχῆς σου. ἰδοὺ κέκτησαι καὶ ἔλαβες ταῦτα παρὰ τοῦ κυρίου ἐν ἀληθείᾳ ἵνα ζῇς ζωὴν ἀληθινήν· εἰ δὲ μηδὲν τούτων σύνοιδας σεαυτῷ, κλαῖε καὶ λυποῦ καὶ ὀδύρου, ὅτι τοῦ αἰωνίου, καὶ πνευματικοῦ πλούτου ἀκμὴν οὐδέπω τετύχηκας, καὶ τὴν ὄντως ζωὴν ἀκμὴν οὐδέπω ἐδέξω. πόνον οὖν ἔχε περὶ τῆς πτωχείας σου, δεόμενος τοῦ κυρίου νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ὅτι εἰς τὴν δεινὴν πενίαν τῆς ἁμαρτίας ἕστη- D κας. Εἴθε δὲ κἂν πόνον τις ἐκέκτητο, διὰ τὴν ἑαυτοῦ πτωχείαν· τὸ μὴ ὥσπερ κεκορεσμένοι ἐν ἀμεριμνίᾳ διήγομεν, ὅτι ὁ πόνον ἔχων καὶ ζητῶν, καὶ αἰτῶν τὸν κύριον ἀδιαλείπτως, ταχέως τεύξεται τῆς ἀπολυτρώσεως, καὶ τοῦ ἐπουρανίου πλούτου, καθὼς ὁ κύριος ἔλεγε περὶ τοῦ ἀδίκου κριτοῦ καὶ τῆς χήρας διεξερχόμενος τὸν λόγον· πόσῳ μᾶλλον ὁ Θεὸς ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας· ναὶ λέγω, ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει. ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν.

XII. Si igitur thronus Dei effectus es, & insederit in te cælestis auriga, & anima tua tota oculus spiritualis, & tota lumen effecta est: si quoque cælesti illo Spiritus cibo enutritus es, & ex aqua vitæ bibisti, atque vestimenta arcani luminis induisti: si denique tuus interior homo hæc omnia expertus ac in fidei abundantia constitutus est, ecce vivis vitam re vera æternam, requiescente anima tua ab hoc momento cum Domino. En adeptus es & accepisti hæc a Domino in veritate, ut vitam veram vivas. Si vero nihil horum tibi conscius es, plora, contristare ac geme, quod æternarum ac spiritualium divitiarum particeps factus nondum es, & veram vitam nondum accepisti. Solicitus ergo esto de inopia tua, supplicans Domino noctes & dies, eo quod in gravi paupertate peccati es constitutus. Utinam vero sit aliquis qui de penuria sua anxius sit! & non velut saturati in securitate vivamus! quia qui laborem ejusmodi sustinet, quærit & indesinenter Dominum obsecrat, mox consequetur redemtionem ac cælestes divitias, quemadmodum Dominus dixit, de injusto judice & vidua sermonem habens: [e] *quanto magis Deus vindictam faciet clamantium ad se nocte & die? certe dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum*. Cui gloria & potentia in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ β'.

Περὶ τῆς βασιλείας τοῦ σκότους, τοῦτ' ἔστι, τῆς ἁμαρτίας· καὶ ὅτι μόνος ὁ Θεὸς δύναται αἴρειν ἀφ' ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ῥύσασθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἄρχοντος τοῦ πονηροῦ. E

Ἡ βασιλεία τοῦ σκότους, ὁ πονηρὸς ἄρχων, αἰχμαλωτεύσας τὸν ἄνθρωπον ἀπαρχῆς, οὕτω περιέθηκε καὶ ἐνέδυσε τὴν ψυχὴν ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ σκότους ὡσανεὶ ἄνθρωπον· καὶ ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα, καὶ ἐνδύσωσιν αὐτὸν ἐνδύματα βασιλικὰ, καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ὀνύχων βασιλικὰ φορῇ. οὕτως τὴν ψυχὴν, καὶ ὅλην τὴν ὑπόστασιν αὐτῆς ἐνέδυσε τὴν ἁμαρτίαν ὁ ἄρχων ὁ πονηρὸς, καὶ ὅλην ἐμίανε, καὶ ὅλην ᾐχμα-

HOMILIA II.

De regno tenebrarum, hoc est, peccato: Et Deum solum posse a nobis peccatum auferre, ac nos liberare e jugo servitutis principis nequissimi.

I. Regnum tenebrarum, malitiosus nimirum ille princeps, homine ab initio captivo reddito, sic circumdedit & induit animam tamquam hominem potestate tenebrarum: *& creent eum Regem, & induant eum vestibus regalibus, & a capite ad ungues regalia ferat vestimenta.* Ita animam, ac totam ejus substantiam peccato induit nequam ille princeps, totam inquinavit, & totam captivam in

[a] Joan. VI. 35. [b] Joan. IV. 10. [c] Psalm. CIV. 15. [d] Psalm. XLV. 8. [e] Luc. XVIII. 7.

λώτευσεν εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀφῆκεν οὔτε ἓν μέλος αὐτῆς ἐλεύθερον ἀπ᾽ αὐτοῦ, οὐ λογισμοὺς, οὐ νοῦν, οὐ σῶμα, ἀλλ᾽ ἐνέδυσεν αὐτὴν πορφυρίδα τοῦ σκότους· ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα οὐχὶ ἓν μέρος, ἢ μέλος, πάσχει, ἀλλ᾽ ὅλον ἐξ ὅλου παθητόν ἐστιν· οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ὅλη ἔπαθε τὰ τῆς κακίας πάθη καὶ ἁμαρτίας. ἐνέδυσεν οὖν τὴν ψυχὴν ὅλην, τὸ ἀναγκαῖον τοῦ ἀνθρώπου μέλος καὶ μέρος ὁ πονηρὸς τὴν κακίαν αὐτοῦ, τοῦτ᾽ ἔστι, τὴν ἁμαρτίαν, καὶ οὕτως τὸ σῶμα παθητὸν καὶ φθαρτὸν ἐγένετο.

A regnum suum abduxit, nec reliquit ullum ejus membrum a se liberum, non cogitationes, non mentem, non corpus, sed amicivit eam purpura tenebrarum. Quemadmodum enim corporis non una pars, aut unum membrum patitur, sed totum omnino passioni obnoxium est: sic & tota anima affectionibus malitiæ & peccati. Induit igitur totam animam, præcipuum hominis membrum ac partem, improbus ille malitia sua, hoc est, peccato: & sic corpus passioni ac corruptioni subjectum est. Secul. IV. circa Ann. Chr. 371.



Οταν γὰρ λέγῃ ὁ Ἀπόστολος, ἐκδύσασθε τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τέλειον λέγει, ὀφθαλμοὺς ἔχοντα πρὸς ὀφθαλμοὺς, κεφαλὴν πρὸς κεφαλὴν, ὦτα πρὸς ὦτα, χεῖρας πρὸς χεῖρας, πόδας πρὸς πόδας· ὅλον γὰρ τὸν ἄνθρωπον ψυχὴν καὶ σῶμα ἐμίανεν ὁ πονηρὸς, καὶ κατέσπασε, καὶ ἐνέδυσε τὸν ἄνθρωπον, παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ μιαρὸν, ἀκάθαρτον, καὶ θεομάχον, καὶ μὴ ὑποτασσόμενον τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, αὐτὴν τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα μηκέτι βλέπῃ, ὡς θέλει ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ἵνα πονηρῶς ὁρᾷ, καὶ πονηρῶς ἀκούῃ, καὶ πόδας ἔχῃ σπεύδοντας ἐπὶ κακοποιΐαν, καὶ χεῖρας ἐργαζομένας ἀνομίαν, καὶ καρδίαν πονηρὰ διαλογιζομένην. Παρακαλέσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν Θεὸν, ἵνα ἐκδύσῃ ἡμᾶς τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ὅτι αὐτὸς μόνος ἆραι ἀφ᾽ ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν δύναται· ὅτι ἰσχυρότεροι ἡμῶν εἰσιν οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς, καὶ κατέχοντες ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτῶν. αὐτὸς δὲ ἐπηγγείλατο τοῦ ῥύσασθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας ταύτης· ὥσπερ γὰρ ὅταν ἥλιος ᾖ, καὶ ἄνεμός τις πνέῃ, ὁ μὲν ἥλιος ἴδιον σῶμα ἔχει καὶ ἰδίαν φύσιν, ὁμοίως καὶ ὁ ἄνεμος ἰδίαν φύσιν ἔχει καὶ ἴδιον σῶμα· καὶ οὐδεὶς δύναται χωρίσαι τὸν ἄνεμον ἀπὸ τοῦ ἡλίου, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεὸς παύσῃ, ἵνα μηκέτι πνέῃ· οὕτω καὶ ἡ ἁμαρτία τῇ ψυχῇ μεμιγμένη ἐστὶν, ἐχούσης ἑκάστης ἰδίαν φύσιν,

II. Cum enim Apostolus dicit, *exuite veterem hominem*, integrum dicit, habentem oculos suis oculis adjectos, caput capiti, aures auribus, manus B manibus, pedes pedibus. Totum enim hominem, animam & corpus, improbus ille polluit & distraxit, subiitque hominem, veterem hominem, pollutum, impurum atque Dei hostem, non subjectum legi Dei, hoc est, ipsum peccatum, ita ut amplius non videat homo pro lubitu suo, sed ut perperam videat, perperam audiat, & pedes habeat ad perpetrandum facinus accelerantes [a], ac manus iniquitatem operantes, & cor cogitans mala. Obsecremus igitur & nos Deum, ut exuat nos homine veteri, quia ipse solus a nobis auferre potest peccatum: quia fortiores sunt, qui nos captivos abduxerunt, & in regno suo detinent. Ipse vero promisit, se liberaturum nos ex servitute hac. Quemadmodum C enim sol cum lucet, & ventus spirat, sol quidem proprium corpus, & propriam naturam habet, item & ventus propriam naturam, & proprium corpus habet, & nemo potest separare ventum a sole, nisi solus Deus ventum, ne amplius spiret, sedaverit: sic & peccatum animæ commistum est, utroque nihilominus propriam naturam habente.

Ἀδύνατον οὖν ἐστι χωρίσαι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐὰν μὴ ὁ Θεὸς παύσῃ καὶ στήσῃ τὸν πονηρὸν τοῦτον ἄνεμον, τὸν ἐνοικοῦντα τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι. καὶ πάλιν, ὥσπερ τις θεωρεῖ πετεινὸν πετόμενον, καὶ βούλεται καὶ αὐτὸς πτῆναι, μὴ ἔχων δὲ πτερὰ ἀδυνάτως ἔχει πέτασθαι· οὕτω καὶ τῷ ἀνθρώπῳ, τὸ μὲν θέλειν παράκειται τοῦ εἶναι καθαρὸν, καὶ ἄμωμον, καὶ ἄσπιλον, καὶ μὴ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὴν κακίαν, ἀλλ᾽ ἀεὶ μετὰ τοῦ Θεοῦ εἶναι, τὸ δύνασθαι δὲ οὐκ ἔχει· πετασθῆναι μὲν εἰς τὸν ἀέρα τὸν θεϊκὸν καὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος θέλει, ἀλλ᾽ ἐὰν μὴ λάβῃ πτέρυγας, οὐ δύναται. Παρακαλέσωμεν οὖν τὸν Θεὸν, ἵνα δῷ ἡμῖν πτέρυγας περιστερᾶς τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἵνα πετασθῶμεν πρὸς αὐτὸν καὶ καταπαύσωμεν, καὶ ἵνα διαχωρίσῃ καὶ παύσῃ ἀπὸ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἡμῶν τὸν πονηρὸν ἄνεμον, αὐτὴν τὴν ἁμαρτίαν τὴν κατοικοῦσαν ἐν τοῖς μέλεσι τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἡμῶν. αὐτῷ γὰρ μόνῳ δυνατὸν τοῦτο ποιῆσαι. ἴδε γάρ φησιν, ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. αὐτὸς μόνος τὴν ἐλεημοσύνην ταύτην ἐποίησε τῶν ἀνθρώπων τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ, ὅτι λυτροῦται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῖς προσδοκῶσιν ἀεὶ καὶ ἐλπίζουσι, καὶ ζητοῦσιν ἀδιαλείπτως, ποιεῖ τὴν σωτηρίαν ταύτην τὴν ἀνεκδιήγητον.

III. Impossibile igitur est, separare animam a peccato, nisi Deus sedet & sistat malitiosum hunc ventum, habitantem in anima & corpore. Et rursum, quemadmodum, si quis cernit avem volantem, vult & ipse volare, alis vero destitutus volare nequit. Sic quoque homini adest voluntas, D purum, irreprehensibilem & impollutum esse, nihil malitiæ in se ipso habere, sed semper cum Deo conversari, facultatem vero non habet. Volare quidem in aerem divinum atque libertatem Spiritus sancti cupit, sed, nisi acceptis alis, non potest. [b] Precemur igitur Deum, ut concedat nobis alas columbæ sancti Spiritus, ut volemus ad eum & requiescamus, ut etiam segreget & tollat ab anima & corpore nostro improbum ventum, ipsum scilicet peccatum in membris animæ & corporis nostri habitans. Ipsi enim hoc facere solum est possibile. [c] *Ecce*, ait enim, *Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*. Ipse solus misericordiam hanc, quod a pecE cato redimat, exhibuit hominibus in se credentibus, & hanc inenarrabilem salutem confert semper exspectantibus, & assidue quærentibus eum, in eoque spem suam ponentibus.

Ὥσπερ ἐν νυκτὶ ζοφερᾷ καὶ μελαίνῃ πνέει ἄνεμός τις ἄγριος, καὶ πάντα τὰ φυτὰ καὶ τὰ σπέρματα κινεῖ, καὶ ἐρευνᾷ, καὶ σείει· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος [illegible] πεσὼν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῆς νυκτὸς τοῦ σκότους, τοῦ διαβόλου, καὶ ὢν ἐν νυκτὶ [illegible] [illegible]

IV. Quemadmodum in nocte caliginosa & obscura vehemens quidam ventus spirat, & omnes plantas ac semina concutit, commovet, & agitat: sic quoque homo lapsus sub potestatem noctis tenebrarum diaboli, & in nocte tenebrisque degens, gravi vento peccati flante commovetur, concutitur & quassatur, qui omnem naturam, animam scilicet,

[a] Psalm. [illegible] [b] Psalm. [illegible] 7. [c] Joan. I. 29.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



χὴν, τοὺς λογισμοὺς αὐτοῦ καὶ τὸν νοῦν. καὶ πάντα σείεται τὰ σωματικὰ μέλη· καὶ οὐδὲν ἐλεύθερον, οὐδὲ ἀπαθὲς μέλος ψυχῆς ἢ σώματός ἐστιν ἀπὸ τῆς ἐνοικούσης ἐν ἡμῖν ἁμαρτίας· ὁμοίως ἐστὶν ἡμέρα φωτὸς καὶ ἄνεμος θεῖος τοῦ ἁγίου πνεύματος, πνέων καὶ ἀναψύχων τὰς ψυχὰς, τὰς οὔσας ἐν ἡμέρᾳ τοῦ φωτὸς τοῦ θεϊκοῦ· καὶ διϊκνούμενος πᾶσαν τὴν ὑπόστασιν τῆς ψυχῆς, καὶ τοὺς λογισμοὺς καὶ πᾶσαν τὴν οὐσίαν, καὶ πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος ἀναψύχων καὶ ἀναπαύων ἀναπαύσει θεϊκῇ καὶ ἀλαλήτῳ. τοῦτο ἔλεγεν ὁ Ἀπόστολος, ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν τέκνα νυκτὸς, οὐδὲ σκότους· πάντες γὰρ ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε, καὶ υἱοὶ ἡμέρας. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖ ἐν τῇ πλάνῃ ἄνθρωπον τέλειον ἀπεδύσατο ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος, καὶ φορεῖ ἔνδυμα βασιλείας σκότους, ἔνδυμα βλασφημίας, ἀπιστίας, ἀφοβίας, κενοδοξίας, ὑπερηφανίας, φιλαργυρίας, ἐπιθυμίας· καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τῆς βασιλείας τοῦ σκότους φορέματα ῥακώδη καὶ ἀκάθαρτα, καὶ μιαρά. οὕτω πάλιν ἐνταῦθα ὅσοι ἀπεδύσαντο τὸν παλαιὸν καὶ καταχθόνιον ἄνθρωπον, καὶ ὅσους ἂν ἐξέδυσεν ὁ Ἰησοῦς τὰ ἐνδύματα τῆς βασιλείας τοῦ σκότους, ἐνεδύσαντο τὸν νέον καὶ ἐπουράνιον ἄνθρωπον Ἰησοῦν Χριστὸν, πάλιν ὁμοίως ὀφθαλμοὺς πρὸς ὀφθαλμοὺς, ὦτα πρὸς ὦτα, κεφαλὴν πρὸς κεφαλὴν, ἵνα ὅλος καθαρὸς ᾖ, καὶ φορῶν τὴν ἐπουράνιον εἰκόνα.

A cogitationes & mentem perscrutatur: omnia denique concutiuntur corporis membra, neque ullum membrum animæ aut corporis immune, nec ullum ab affectionibus peccati, in nobis habitantis, liberum est: similis itaque dies luci, & ventus divinus Spiritui sancto, perspirans & refocillans animas, quæ in die lucis divinæ vivunt, & pertransiens omnem naturam animæ & cogitationes, ac omnem substantiam, & omnia membra corporis recreans & refocillans divina & inenarrabili requie. Id quod dixit Apostolus: [a] *Nos non sumus filii noctis, neque tenebrarum. Omnes enim vos filii lucis estis & filii diei.* Et quemadmodum illic, in via erronea, hominem integrum ac perfectum exuit ho- B mo vetus, & gestat indumentum regni tenebrarum, vestimentum blasphemiæ, diffidentiæ, audaciæ, inanis gloriæ, superbiæ, avaritiæ, & concupiscentiæ, & alia similia regni tenebrarum gestamina pannosa, impura & contaminata: Sic e converso quicumque exuerunt veterem & terrestrem hominem, & quoscumque exuit Jesus vestimentis regni tenebrarum, induerunt illi novum & cælestem hominem Jesum Christum, ut rursus oculi oculis, aures auribus, caput capiti conjungantur, ut totus purus sit, gestans imaginem cælestem.

Καὶ ἐνέδυσεν αὐτοὺς ὁ κύριος ἐνδύματα βασιλείας φωτὸς ἀῤῥήτου, ἐνδύματα πίστεως, ἐλπίδος, ἀγάπης, χαρᾶς, εἰρήνης, ἀγαθωσύνης, χρηστότητος, καὶ πάντα ὁμοίως τὰ ἑξῆς ἐνδύματα φωτὸς, ζωῆς, θεϊκὰ, ζῶντα, ἀναπαύσεως ἀνεκλαλήτου, ἵνα ὥσπερ ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ χαρὰ, καὶ εἰρήνη, καὶ χρηστότης, καὶ ἀγαθωσύνη· οὕτω καὶ ὁ νέος ἄνθρωπος γένηται κατὰ χάριν. καὶ ὥσπερ ἡ βασιλεία τοῦ σκότους καὶ ἡ ἁμαρτία κέκρυπται εἰς τὴν ψυχὴν ἕως ἡμέρας τῆς ἀναστάσεως, ὅταν καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα τῶν ἁμαρτωλῶν τῷ σκότει καλυφθῇ τῷ ἀπὸ τοῦ νῦν κεκρυμμένῳ εἰς τὴν ψυχήν· οὕτω καὶ ἡ βασιλεία τοῦ φωτὸς, καὶ ἡ ἐπουράνιος εἰκὼν Ἰησοῦς Χριστὸς μυστικῶς νῦν τὴν ψυχὴν φωτίζει, καὶ βασιλεύει εἰς τὴν ψυχὴν τῶν ἁγίων· κεκρυμμένος δὲ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἀνθρώπων, μόνοις ἐστὶ Χριστὸς τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς θεωρούμενος ἐν ἀληθείᾳ, ἕως ἡμέρας τῆς ἀναστάσεως, ὅτε καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα καλυφθήσεται καὶ δοξασθήσεται τῷ τοῦ κυρίου φωτὶ, τῷ ὄντι ἀπὸ τοῦ νῦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ εἰς τὴν ψυχὴν, ἵνα καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα συμβασιλεύσῃ τῇ ψυχῇ, τῇ ἀπὸ τοῦ νῦν λαμβανούσῃ τὴν βασιλείαν τοῦ Χριστοῦ, ἀναπαυομένῃ καὶ φωτιζομένῃ φωτὶ αἰωνίῳ· δόξα τοῖς οἰκτιρμοῖς καὶ τῇ εὐσπλαγχνίᾳ αὐτοῦ, ὅτι ἐλεεῖ τοὺς δούλους ἑαυτοῦ, καὶ φωτίζει, καὶ ῥύεται αὐτοὺς ἐκ τῆς βασιλείας τοῦ σκότους, καὶ χαρίζεται αὐτοῖς τὸ ἑαυτοῦ φῶς, καὶ τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

V. Et induit ipsos Dominus indumentis regni lucis arcanæ, indumentis fidei, spei, dilectionis, gau- C dii, pacis, bonitatis, humanitatis & omnibus ceteris indumentis lucis, vitæ, divinis, viventibus, requiei inenarrabilis: ut perinde ac Deus dilectio est, & gaudium, & pax, & benignitas, & bonitas, talis & novus homo fiat per gratiam. Et quemadmodum regnum tenebrarum & peccatum in anima usque ad diem resurrectionis absconditum est, quando ipsum corpus peccatorum cum tenebris nunc in anima occultatis, revelabitur: sic & regnum lucis, & cælestis imago, Jesus Christus, mystice nunc animam illuminat, & dominatur animis sanctorum. Absconditus vero ab oculis hominum Christus, solis oculis animæ vere conspicitur usque ad diem resurrectionis, quando & ipsum corpus revelabitur, D & glorificabitur luce Domini, quæ nunc est in anima hominis, ut & ipsum corpus regnet cum anima, quæ nunc regnum Christi consecuta, requiescit & luce divina illuminatur. Gloria sit commiserationi & misericordiæ ejus, quia miseratur servorum suorum, illuminat, & liberat eos ex regno tenebrarum, ac donat eos lumine & regno suo, cui gloria & potentia in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ γ΄.

Ὅτι οἱ ἀδελφοὶ ἐν εἰλικρινείᾳ, ἐν ἀκεραιότητι, ἐν ἀγάπῃ, καὶ εἰρήνῃ μετ' ἀλλήλων συνδιάγειν, καὶ ἐν τοῖς ἔσω λογισμοῖς ἀγῶνα καὶ πόλεμον ποιεῖν ὀφείλουσιν.

HOMILIA III.


E *Quod fratres in sinceritate, simplicitate, dilectione ac pace inter se conversari, ac in cogitationibus internis bellum gerere debeant.*

Οἱ ἀδελφοὶ ὀφείλουσιν ἐν ἀγάπῃ πολλῇ συνεῖναι ἀλλήλοις, εἴτε εὔχονται, εἴτε ἀναγινώσκουσι τὰς γραφὰς, εἴτε ἔργον τι ποιοῦσιν, ἵνα ἔχωσι τὸν θεμέλιον τῆς ἀγάπης πρὸς ἀλλήλους· καὶ οὕτως δύνανται εὐδοκία γενέσθαι εἰς ἐκείνας τὰς προαιρέσεις, καὶ οἱ εὐχόμενοι, καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες, καὶ οἱ ἐργαζόμενοι, πάντες δύνανται ἐν ἀκεραιότητι καὶ ἁπλότητι διάγοντες μετ' ἀλλήλων ὠφεληθῆναι. τί γὰρ γέγραπται, γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς;

I. Fratres in summa dilectione invicem conversari debent, sive preces faciant, sive legant scripturas, sive operis quid faciant, ut fundamentum caritatis mutuum habeant; & ita approbari poterunt illorum instituta seu studia, & qui precibus operam dant, & qui legunt, & qui operantur, omnes possunt in sinceritate & simplicitate degentes a se invicem adjuvari. Cur enim scriptum est, [b] *fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra*,

[a] I. Thess. V. 5. [b] Matth. VI. 10.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



ἵνα ὃν τρόπον οἱ ἐν οὐρανοῖς ἄγγελοι συνίεισιν ἀλλήλοις, ἐν ὁμονοίᾳ πολλῇ, ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀγάπῃ διάγοντες, καὶ οὐκ ἔστιν ἐκεῖ ἔπαρσις, ἢ φθόνος· ἀλλ' ἐν ἀγάπῃ καὶ εἰλικρινείᾳ μετ' ἀλλήλων εἰσὶν, οὕτως ἵνα καὶ οἱ ἀδελφοὶ ὦσι μετ' ἀλλήλων. συμβαίνει τινὰς εἶναι τεσσαράκοντα ὑπὸ τὸ ἓν, ὅλην τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα οὐ δύνανται προσκαρτερεῖν. ἀλλά τινες μὲν αὐτῶν σχολάζουσι τῇ εὐχῇ ὥρας ἕξ, καὶ βούλονται ἀναγνῶναι· ἄλλοι δὲ προθύμως διακονοῦσιν, ἄλλοι δ' ἐξ αὐτῶν ἐργάζονταί τι ἔργον.

A ut quomodo angeli in cælis inter se congrediuntur in unanimitate summa, in pace & dilectione degentes, nec est ullus illic fastus aut invidia; sed in dilectione & sinceritate mutua conversantur: eodem modo fratres inter se sint. Contingit quosdam ad triginta in unum convenire, totum diem ac noctem una perseverare non possunt; sed quidam eorum dant operam precibus sex horas, & volunt legere: quidam vero promte ac benevole ministrant, ceteri ex ipsis operis quid faciunt.

Ὀφείλουσιν οὖν οἱ ἀδελφοὶ, εἴ τι ποιοῦσι, ἐν ἀγάπῃ καὶ χαρᾷ εἶναι μετ' ἀλλήλων· καὶ ὁ ἐργαζόμενος περὶ τοῦ εὐχομένου οὕτω λεγέτω, ὅτι ὃν ὁ ἀδελφός μου κτᾶται θησαυρὸν, ἐπεὶ κοινός ἐστιν, κἀγὼ ἔχω. καὶ ὁ εὐχόμενος περὶ τοῦ ἀναγινώσκοντος οὕτω λεγέτω, ὅτι ὃ ἐκεῖνος ὠφελεῖται εἰς τὴν ἀνάγνωσιν, εἰς ἐμὸν προσχωρεῖ κέρδος· καὶ ὁ ἐργαζόμενος αὖθις τοῦτο λεγέτω, ὅτι τὴν διακονίαν ἣν ποιῶ, κοινή ἐστιν ὠφέλεια. Ὥσπερ γὰρ τὰ μέλη τοῦ σώματος πολλὰ ὄντα ἕν ἐστι σῶμα, καὶ βοηθοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ ἕκαστον ἴδιον ἐκπληροῖ ἔργον· πλὴν ὁ ὀφθαλμὸς ὑπὲρ ὅλου τοῦ σώματος βλέπει, καὶ ἡ χεὶρ ὑπὲρ ὅλων τῶν μελῶν ἐργάζεται, καὶ ὁ ποὺς περιπατεῖ, ὅλα τὰ μέρη ἐπιφερόμενος, καὶ ἄλλο συμπάσχει· οὕτω καὶ οἱ ἀδελφοὶ μετ' ἀλλήλων ἤτωσαν. καὶ μήτε ὁ εὐχόμενος κρινέτω τὸν ἐργαζόμενον, διότι οὐκ εὔχεται· μήτε ὁ ἐργαζόμενος κρινέτω τὸν εὐχόμενον, ὅτι ἐκεῖνος παραμένει, κἀγὼ ἐργάζομαι· μήτε ὁ διακονῶν κρινέτω τὸν ἕτερον. ἀλλ' ἕκαστος εἴ τι ποιεῖ εἰς δόξαν Θεοῦ ποιείτω. ὁ ἀναγινώσκων τὸν εὐχόμενον ἔχῃ ἐν ἀγάπῃ καὶ χαρᾷ, τοῦτο λογιζόμενος, ὅτι ὑπὲρ ἐμοῦ εὔχεται· καὶ ὁ εὐχόμενος περὶ τοῦ ἐργαζομένου τοῦτο λογιζέσθω, ὅτι ὃ ποιεῖ, εἰς κοινὴν ὠφέλειαν ποιεῖ.

II. Debent igitur fratres, si quid operis faciunt, in caritate & lætitia inter se conversari; & qui operatur, de eo, qui preces facit, sic dicat: *The-* B *saurum quem frater meus possidet, quoniam communis est, & ego habeo:* Et qui precatur, de eo, qui legit, sic dicat, *quod ille percipit commodum ex lectione, in meum cedit lucrum:* Et qui operatur, rursus sic dicat, *ministerium quod præsto, in communem cedit utilitatem.* Quemadmodum enim membra corporis multa cum sint, unum corpus sunt, & se mutuo adjuvant, & unumquodque suo fungitur officio, velut oculus pro toto corpore videt, & manus pro omnibus membris laborat, & pes ambulat omnia membra sustinens, & aliud membrum compatitur: sic & fratres inter se sint. Itaque qui preces facit, non judicet laborantem, quod non precetur: neque qui laborat, condemnet precantem, C quod ille quiescat, ipse vero laboret: neque qui ministrat, alterum damnet. Sed unusquisque, si quid facit, in Dei gloriam faciat. Qui legit, amore & gaudio prosequatur precantem, sic secum colligens, quia pro me orat. Et qui orat, de laborante hoc statuat, quia quod operatur, ad communem utilitatem facit.

Καὶ οὕτω δύναται ὁμοφωνία πολλὴ, καὶ εἰρήνη καὶ συμφωνία ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης κρατεῖν ἀλλήλους, καὶ συνδιάγειν μετ' ἀλλήλων ἐν ἀκεραιότητι, καὶ ἀφελότητι, καὶ εὐδοκίᾳ Θεοῦ· τὸ δὲ κεφαλαιωδέστερον πάντων, δηλονότι ἡ πρὸς καιρὸν καρτέρησίς ἐστι τῆς εὐχῆς· πλὴν δὲ ἓν ζητεῖται, ἵνα ἔχῃ τις θησαυρὸν ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τὴν ζωὴν, ἥτις ἐστὶν ὁ κύριος ἐν τῷ νῷ· εἴτε ἐργάζεται, εἴτε εὔχεται, εἴτε ἀναγινώσκει, ἵνα ἔχῃ ἐκεῖνο τὸ κτῆμα τὸ μὴ παρερχόμενον, ὅ ἐστι τὸ ἅγιον πνεῦμα. εἰσὶ δέ τινες τοῦτο λέγοντες, ὅτι ὁ κύριος μόνους φανεροὺς καρποὺς ἀπαιτεῖ παρὰ τῶν ἀνθρώπων· τὰ δὲ κρυπτὰ ὁ Θεὸς κατορθοῖ. οὐχ οὕτως δέ εἰσι τὰ πράγματα, ἀλλ' ὥσπερ εἰς τὸν ἔξω ἄνθρωπον ἀσφαλίζεται, οὕτως ὀφείλει καὶ ἐν τοῖς λογισμοῖς ποιεῖν ἀγῶνα καὶ πόλεμον· ἀπαιτεῖ σε γὰρ ὁ κύριος, ἵνα ὀργισθῇς σεαυτῷ, καὶ μάχην ποιήσῃς μετὰ τοῦ νοός σου, μήτε συμφωνήσῃς, μήτε συνηδυνθῇς τοῖς λογισμοῖς τῆς κακίας.

III. Et sic summa concordia & pax, animarumque consensus in vinculo pacis eos inter se continere potis erit, ut conversentur in sinceritate & simplicitate & benevolentia Dei. Maximum autem omnium est, videlicet, opportuna precum continuatio. Præterea unum requiritur, ut quis habeat thesaurum in ani- D ma, & vitam, quæ est dominus in animo: sive laboret, sive precetur, sive legat, ut habeat illam possessionem non perituram, quæ est Spiritus sanctus. Non desunt, qui dicant, Dominum manifestos solos fructus requirere ab hominibus: interiora vero Deum corrigere. Non autem res sic se habet: sed quemadmodum adversus exteriorem hominem se munit, sic & adversus cogitationes bellum inire & gerere debet. Exigit enim a te Dominus, ut tibi ipse irascaris, & pugnam committas cum mente tua, neque assentiaris aut delecteris cogitationibus pravis.

Λοιπὸν τὸ ἐκριζῶσαι τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὸ συνὸν κακὸν, τοῦτο τῇ θείᾳ δυνάμει μόνον δυνατόν ἐστι κατορθῶσαι. οὐκ ἔξεστι γὰρ οὔτε δυνατὸν ἀνθρώπῳ ἐξ ἰδίας δυνάμεως ἐκριζῶσαι τὴν ἁμαρτίαν· τὸ ἀντιπαλαῖσαι, τὸ ἀντιμαχεσθῆναι, δεῖραι, δαρῆναι σόν ἐστιν. ἐκριζῶσαι δὲ, Θεοῦ ἐστιν. εἰ γὰρ σὺ ἠδύνω τοῦτο ποιῆσαι, τίς χρεία τῆς ἐλεύσεως τοῦ κυρίου; ὡς γὰρ οὐκ ἔστι τὸν ὀφθαλμὸν ἄνευ φωτὸς βλέπειν, ἢ λαλεῖν ἄνευ γλώττης, ἢ ἀκούειν ἄνευ ὤτων, ἢ περιπατεῖν ἄνευ ποδῶν, ἢ ἐργάζεσθαι ἄνευ χειρῶν. οὕτως οὐ δύνασαι ἄνευ τοῦ Ἰησοῦ σωθῆναι, ἢ εἰσελθεῖν εἰς βασιλείαν οὐρανῶν. εἰ δὲ λέγεις, ὅτι ἐν τοῖς φαινομένοις οὐ πορνεύω, οὐ μοιχεύω, οὐκ εἰμὶ φιλάργυρος, λοιπὸν δίκαιός εἰμι. πεπλάνησαι ἐν τούτῳ, νομίσας ὅτι πάντα ἐξετέλεσας. οὐκ εἰσὶ μόνον τρία μέρη τῆς ἁμαρτίας, εἰς ἃ ὀφείλει τις ἀσφαλίσασθαι, ἀλλὰ

IV. Quod superest, peccatum illique adhærens E malum radicitus evellere, hoc divina solum virtute emendari potest. Non licet enim, neque possibile est homini propriis viribus exstirpare peccatum. Reluctari quidem, repugnare, cædere, vulnerari in tuis viribus est; eradicare vero solius Dei est. Si etenim hoc præstare in tua potestate fuisset, quid opus fuisset adventus Domini? Perinde enim, ut non licet oculum absque luce videre, aut loqui absque lingua, aut audire absque auribus, aut incedere absque pedibus, aut labores perferre absque manibus: sic nec absque Jesu salvari, aut regnum cælorum ingredi potes. Quod si dicas, manifesto stupro aut adulterio me non polluo, nec avaritiæ crimen incurro, consequens est, ut justus sim: toto cælo hic aberras, putans te omnia perfecisse. Non sunt

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.

μωρία· ἡ τύφωσις, ἡ ἀφοβία, ἡ ἀπιστία, τὸ μῖσος, ὁ φθόνος, ἡ δολιότης, ἡ ὑπόκρισις, πόθεν ἐστίν; οὐκ ὀφείλεις πρὸς ταῦτα ἔχειν τὴν πάλην καὶ τὸν ἀγῶνα ἐν τοῖς λεληθόσιν ἐν τοῖς λογισμοῖς; ὥσπερ ἐὰν ᾖ λῃστὴς ἐν τῇ οἰκίᾳ, τὸ λοιπὸν ὑποθλίβει σε, καὶ οὐκ ἐᾷ σε ἀμερίμνειν, ἄρχῃ δὲ καὶ σὺ ἀντιτύπτειν αὐτὸν, δέρεις καὶ δέρῃ· οὕτως ὀφείλει καὶ ἡ ψυχὴ ἀντιτύπτειν καὶ ἀντιμάχεσθαι, καὶ ἀντικρούειν.

A solum tres species peccati, adversus quas quis se muniat oportet, sed infinitæ. Arrogantia, temeritas, diffidentia, odium, invidia, fraus, hypocrisis unde sunt? Nonne tibi adversus hæc certamen & pugna in secretis tuis cogitationibus ineunda est? Quemadmodum, si latro domum tuam invaserit, jam te molestia magna afficit, nec te vacuum esse curis sinit; incipis vero & tu repugnare illi, cædis atque cæderis: ita & anima debet referire, repugnare & retundere.

Λοιπὸν ἡ προαίρεσις ἀντιμαχομένη, καὶ ἔχουσα πόνον καὶ θλίψιν, ἄρχεται ἀνωτέρα γίνεσθαι· πίπτει, ἐγείρεται· πάλιν ῥίπτει ἡ ἁμαρτία εἰς δέκα ἢ εἰς εἴκοσι ἀγῶνας· νικᾷ τὴν ψυχὴν καὶ ῥίπτει, καὶ ἡ ψυχὴ διὰ χρόνου εἰς μίαν ἀγωγὴν νικᾷ τὴν ἁμαρτίαν· πάλιν ἐὰν ἡ ψυχὴ ὑπομείνῃ καὶ μὴ χαυνωθῇ κατὰ μέρος, ἄρχεται πλεονάζειν καὶ διακρίνειν, καὶ ἀποφέρεσθαι τὰ νικητήρια κατὰ τῆς ἁμαρτίας· ἀλλ' εἰ καὶ ἐν τούτοις ἐξετάζεται, ἀκμὴν ἡ ἁμαρτία καταστρέφει τὸν ἄνθρωπον, ἕως οὗ ἔλθῃ εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας, καὶ τελείως νικήσῃ τὸν θάνατον· γέγραπται γὰρ, ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος· καὶ οὕτως ἀνώτεροι γίνονται, καὶ νικηταὶ τοῦ διαβόλου. εἰ δὲ, καθὼς προείπομεν, λέγει τις, οὐ πορνεύω, οὐ μοιχεύω, οὐ φιλαργυρῶ, ἀρκεῖ μοι· οὕτως εἰς τρία μέρη ἠγωνίσατο, καὶ εἰς ἄλλα εἴκοσι, ἅπερ ἔχει ἡ ἁμαρτία κατὰ τῆς ψυχῆς, οὐκ ἠγωνίσατο, ἀλλ' ἡττήθη. ὀφείλει οὖν εἰς πάντα ἀγωνίσασθαι, καὶ ἀθλεῖν· ὁ γὰρ νοῦς, καθὼς πολλάκις εἴπομεν, ἀντίπαλός ἐστι, καὶ ἔχει ἰσόῤῥοπον δύναμιν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ἀντιλέγειν καὶ ἐναντιοῦσθαι τοῖς λογισμοῖς.

V. Demum vero voluntas repugnans, molestia atque afflictione obruta, incipit superior fieri, cadit, erigitur. Denuo peccatum conjicit animam in B decem aut viginti congressus; vincit animam atque prosternit: & anima quidem temporis intervallo decretoria pugna superat peccatum. Rursum si perstiterit anima, nec languidior in parte aliqua fuerit, incipit superior evadere, & discernere, reportare palmas adversus peccatum. Sed in his, si recte res suis ponderibus librata examinetur, tamdiu peccatum hominem subvertit, donec evadat [a] *in virum perfectum, in mensuram ætatis*, & omnino superet mortem. Scriptum enim est, [b] *novissimus hostis aboletur mors*. Et sic superiores evadunt & victores diaboli. Si vero, ut jam diximus, dicat quis, nec scortor, nec adulterio me polluo, nec avarus sum, hoc sufficit mihi; dimicavit is quidem C hoc modo adversus tres peccati species, contra reliquas vero viginti, quas peccatum adversus animam habet, non pugnavit, sed victus est. Pugnandum igitur & dimicandum est illi adversus omnes peccati species. Mens enim, ut sæpius diximus, adversaria est, & æquas habet vires adversus peccatum, ut contradicat & resistat cogitationibus.

Εἰ δὲ λέγεις ἰσχυροτέραν εἶναι τὴν ἐναντίαν δύναμιν, καὶ βασιλεύειν τὸ ὅλον τὴν κακίαν κατὰ τοῦ ἀνθρώπου, ἄδικον ποιεῖς τὸν Θεὸν, κατακρίνοντα τὴν ἀνθρωπότητα, διότι ὑπήκουσε τῷ σατανᾷ, ὁπότε ἰσχυρός ἐστι, καὶ ἀναγκαστικῇ τινι δυνάμει ὑποτάσσει· μείζω καὶ ἰσχυρότερον αὐτὸν ἐποίησας τῆς ψυχῆς. καὶ ἐν τέλει μοι ὑπακούσεις· ὥσπερ ἐὰν ᾖ νεανίσκος, καὶ ἔχῃ πάλην πρὸς παιδίον, καὶ ἐὰν ἡττηθῇ τὸ παιδίον, κατακρίνηται, διότι ἡττήθη, τοῦτο πολλῆς ἀδικίας ἐστίν· ὅθεν ἡμεῖς λέγομεν ἀντίπαλον εἶναι τὸν νοῦν καὶ ἰσόῤῥοπον. καὶ ἡ τοιαύτη ψυχὴ ἐπιζητοῦσα, τυγχάνει βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως, καὶ καταξιοῦται τῆς λυτρώσεως. ἡ γὰρ πάλη καὶ ὁ ἀγὼν ἐπὶ τῇ ἰσοδυναμίᾳ κεῖται. δοξάζωμεν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

VI. Quod si dicas, potentiores esse adversas vires, & malitiam omnino homini dominari, injustum facis Deum, qui condemnet humanam naturam, eo quod satanæ obedierit, quando quidem fortior est, & vi cogente hominem sibi subjicit: majorem & fortiorem eum anima constituis. Sed D tandem me audies. Quemadmodum si juvenis sit, qui luctam ineat cum puello, & si puellus, si succubuerit, condemnetur, quod inferior evaserit, multum hoc habet iniquitatis: perinde dicimus & nos, mentem adversariam esse, & æquis viribus præditam. Et hujusmodi anima, opem & auxilium, si serio quærat, id consequitur, & digna censetur redemtione. Certamen enim & pugna in æqualitate vitium consistit. Glorificemus Patrem & Filium & Spiritum sanctum in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ δ'.

Τὸν δρόμον τοῦ σταδίου τοῦ κόσμου τούτου προσεχόντως καὶ ἀκριβῶς διέρχεσθαι δεῖ τοὺς Χριστιανοὺς, ἵνα ἐπαίνων οὐρανίων παρὰ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων τύχωσι.

ΟΙ τὸν βίον τοῦ χριστιανισμοῦ ἐν πολλῇ ἀκριβείᾳ κατορθῶσαι βουλόμενοι, πρὸ πάντων τοῦ διανοητικοῦ καὶ διακριτικοῦ μέλους τῆς ψυχῆς ἐν πάσῃ δυνάμει ἐπιμελεῖσθαι ὀφείλουσιν, ἵνα τὴν διάκρισιν τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ κακοῦ ἐν ἀκριβείᾳ κτησάμενοι, καὶ τὰ παρὰ φύσιν εἰσαχθέντα τῇ καθαρᾷ φύσει πάντοτε διακρίνοντες, ἀδεῶς καὶ ἀπροσκόπτως πολιτευσώμεθα· ἵνα ὡς ὀφθαλμῷ τῷ τῆς διακρίσεως μέλει χρώμενοι, ἀσυνδύαστοι, καὶ ἀσυνθετοι πρὸς τὰς τῆς κακίας ὑποθέσεις εἶναι δυνηθῶμεν, καὶ οὕτως τῆς θείας δωρεᾶς καταξιωθέντες, ἄξιοι τοῦ κυρίου γενώμεθα. ἀπὸ δὲ


HOMILIA IV.

E *Cursum stadii hujus mundi attente & accurate absolvere oportet Christianos: ut cæleste præconium a Deo & angelis consequantur.*

I. QUi vitam Christianam studio accurato transigere intendunt, eos præ ceteris facultatis intelligendi & discernendi, quæ in anima est, summam curam habere oportet, ut, cum exactam boni malique dijudicationem nacti ea, quæ præter naturam puræ naturæ undiquaque invehantur, distinxerimus, recte & absque offendiculo conversemur; ut velut discernendi facultate oculo utentes, id consequamur, ut idonei non simus, qui cum pravitate & malitia fœdus percutere possimus; sicque divino munere ornati digni Domino fiamus.

a Ephes. IV. 9. b 1. Cor. XV. 26.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



τῶν ὁρωμένων ὑπόδειγμα λάβωμεν· ἔοικε γὰρ τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, καὶ τὰ τοῦ σώματος πράγματα τῇ ψυχῇ, καὶ τὰ φαινόμενα τοῖς κρυφίοις.

Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα ἔχει ὁδηγὸν τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ αὐτὸς ὁρῶν ὅλον ὁδηγεῖ τὸ σῶμα εἰς εὐθύτητα· ὑπόθου δέ μοι διέρχεσθαί τινα διὰ τόπων ὑλωδῶν, καὶ ἀκανθῶν πεπληρωμένων καὶ βορβόρων, ἔνθα καὶ πῦρ ἀναβάλλει, καὶ ξίφη παραπεπήγασι, κρημνοί τε καὶ ὑδάτων πλήθη ἐκεῖ τυγχάνει· τὸ λοιπὸν ὁ γοργὸς καὶ σπουδαῖος καὶ ἀκίνητος, ἔχων τὸν ὀφθαλμὸν ὁδηγὸν, πάνυ προσεχόντως παρέρχεται τοὺς χαλεποὺς ἐκείνους τόπους, συνέχων πανταχόθεν χερσὶ καὶ ποσὶ τὸν χι- B τῶνα ἑαυτοῦ, ἵνα μὴ ἐν ταῖς ὕλαις καὶ ἀκάνθαις περισχισθῇ, ἢ ἀπὸ τοῦ βορβόρου ἀφανισθῇ, ἢ ὑπὸ ξίφους διακοπῇ· καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ὅλον ὁδηγεῖ τὸ σῶμα, φῶς ὢν αὐτοῦ, ἵνα μὴ κρημνοῖς καταῤῥαγῇ, ἢ ὕδασι καταποντισθῇ, ἢ τινι χαλεπῷ καταβλαβῇ. ὁ οὕτω γοργὸς καὶ συνετὸς, καὶ μετὰ πάσης νήψεως παρερχόμενος συσφίγγων τὸν χιτῶνα αὐτοῦ, ὑπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ εὐθέως ὁδηγούμενος, φυλάσσει καὶ ἑαυτὸν ἀβλαβῆ, καὶ τὸν χιτῶνα τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ ἄκαυστον καὶ ἄσχιστον διατηρεῖ· ἐὰν δέ τις ᾖ ἀργὸς καὶ ὀκνηρὸς, καὶ ῥᾴθυμος, καὶ βαρὺς, καὶ χαῦνος, διὰ τῶν τοιούτων παρερχόμενος τόπων, περιῤῥέων ὁ χιτὼν αὐτοῦ ἔνθεν καὶ ἔνθεν, εἰς τὰς ὕλας καὶ ἀκάνθας περισχίζεται, ἢ ὑπὸ τοῦ πυρὸς κατακαίεται, διὰ τὸ μὴ συν- C έχειν πάντοθεν ἀνδρείως τὸ ἔνδυμα· ἢ ὑπὸ τῶν παραπεπηγμένων ξιφῶν παρακόπτεται, ἢ ὑπὸ τοῦ βορβόρου σπιλοῦται, καὶ ἁπαξαπλῶς τάχιον καταφθείρει τὸν καλὸν καὶ καινὸν τοῦ ἐνδύματος χιτῶνα, διὰ τὴν ἀπροσεξίαν, καὶ χαυνότητα, καὶ ὀκνηρίαν αὐτοῦ· εἰ δὲ μὴ καλῶς καὶ εὐθέως τῷ ὀφθαλμῷ προσέχει, καὶ αὐτὸς εἰς φάραγγα πεσεῖται, ἢ ἐν τοῖς ὕδασι καταποντισθήσεται.

Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ψυχὴ φοροῦσα ὥσπερ χιτῶνα καλὸν τὸ ἔνδυμα τοῦ σώματος, ἔχουσα διακριτικὸν μέλος εὐθῦνον ὅλην τὴν ψυχὴν μετὰ τοῦ σώματος, παρερχομένην διὰ τῶν ὑλῶν καὶ ἀκανθῶν τοῦ βίου, καὶ βορβόρου, καὶ πυρὸς, καὶ κρημνῶν, D τοῦτ' ἔστιν ἐπιθυμιῶν, καὶ ἡδονῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀτόπων τοῦ αἰῶνος τούτου, πάντοθεν ὀφείλει μετὰ νήψεως, καὶ ἀνδρείας, καὶ σπουδῆς, καὶ προσοχῆς συσφίγγειν καὶ φυλάσσειν ἑαυτὴν. καὶ τὸν χιτῶνα τοῦ σώματος, μή που περισχισθῇ ἐν ταῖς τοῦ κόσμου ὕλαις καὶ ἀκάνθαις, μεριμνῶν, καὶ ἀσχολιῶν, καὶ περισπασμῶν γηΐνων. καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς τῆς ἐπιθυμίας κατακαυθῇ· οἷον ἐνδεδυμένη τὸν ὀφθαλμὸν ἀποστρέφει, τοῦ μὴ ἰδεῖν πονηρά· τὸ οὖς ὁμοίως ἀποστρέφει, τοῦ μὴ ἀκούειν καταλαλιάν. τὴν γλῶσσαν τοῦ μὴ λαλεῖν μάταια· χεῖρας καὶ πόδας ἀπὸ ἐπιτηδευμάτων κακῶν· ἔχει γὰρ θέλημα ἡ ψυχὴ τοῦ ἀποστρέψαι καὶ κωλῦσαι τὰ μέλη τοῦ σώματος ἀπὸ κακίστων θεαμάτων καὶ ἀκοῆς πονηρᾶς, καὶ αἰσχρᾶς, E καὶ λόγων ἀπρεπῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων κοσμικῶν καὶ πονηρῶν.

Αὐτὸς ὁ λόγος συνὼν, πάντα ἦν αὐτῷ, εἴτε γνῶσις, εἴτε κληρονομία, εἴτε διδασκαλία. καὶ Ἰωάννης τί λέγει περὶ τοῦ λόγου; ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. ὁρᾷς ὅτι ὁ λόγος πάντα ἦν. εἰ δὲ καὶ ἔξωθεν συνῆν αὐτῷ δόξα, οὐ σκανδαλιζώμεθα ἐπὶ τούτῳ, καὶ γὰρ λέγει ὅτι γυμνοὶ ἦσαν, καὶ οὐκ ἔβλεπον ἀλλήλους, καὶ μετὰ τὸ παραβῆσαι τὴν ἐντολὴν, τότε εἶδον αὐτοὺς γυμνοὺς, καὶ ᾐσχύνθησαν.

Responsio.

Verbum ipsum ei adhærens, erat ei omnia, & cognitio, & sensus, & hæreditas, & disciplina. Quidnam enim Joannes inquit de verbo: [d] *In principio erat verbum.* Vides, quod verbum omnia erat. Quod si extrinsecus ei adhærebat gloria, ne offendamur propterea, quia dicit: [e] *quod nudi fuerint*, nec se mutuo videbant, at post trangressionem mandati, tunc se nudos perspexerunt, ac pudore suffusi sunt.

Ερώτησις.

Οὐκοῦν πρὸ τούτου ἦσαν ἀντὶ περιβολαίου ἐνδεδυμένοι δόξαν Θεοῦ;

Interrogatio.

E VIII. *Ergo antea erant loco indumenti induti gloria Dei?*

Ἀπόκρισις.


Ὡς ἐπὶ τῶν προφητῶν ἐνήργει τὸ πνεῦμα καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς, καὶ ἔσωθεν αὐτῶν ἦν, καὶ ἔξωθεν αὐτοῖς παρεφαίνετο· οὕτω καὶ εἰς τὸν Ἀδὰμ, ὅτε ἤθελε τὸ πνεῦμα σὺν αὐτῷ ἦν, καὶ ἐδίδασκε καὶ ὑπετίθετο, οὕτως εἰπὲ καὶ λέγε· πάντα γὰρ ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ ἕως ὅτε ἐνέμενε τῇ ἐντολῇ, φίλος ἦν Θεοῦ. καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐν τούτοις ὢν, παρέ-

Responsio.

Quemadmodum in prophetis operabatur Spiritus, & docebat eos, & intra eos erat, & extra eos apparebat: sic quoque in Adam, quando volebat Spiritus, cum eo erat, & docebat ac præcipiebat: *sic nomina, sic appella.* Verbum ei erat omnia, & intra mandatum subsistebat, gratus erat Deo. Et sane quid mirum, quod hoc in statu degens, trans-

[a] Matth. XXVII. 28. 29. [b] 1. Cor. IV. 14. XI. 1. [c] Rom. VIII. 17. [d] Joan. I. 1. [e] Gen. II. 25.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



βη τὴν ἐντολὴν, ὁπότε καὶ οἱ πεπληρωμένοι πνεύματος ἁγίου, ἔχουσι τοὺς φυσικοὺς λογισμοὺς, καὶ ἔχουσι θέλημα τοῦ συμφωνῆσαι· οὕτως καὶ αὐτὸς συνὼν τῷ Θεῷ ἐν παραδείσῳ, ἀφ' ἑαυτοῦ ἰδίῳ θελήματι παρέβη, καὶ ὑπήκουσε μέρει πονηρῷ· πλὴν καὶ μετὰ τὴν παράβασιν ἔσχε γνῶσιν.

Ἐρώτησις.

Ὁποίαν;

Ἀπόκρισις.

Ὥσπερ ὅταν συλληφθῇ λῃστὴς εἰς δικαστήριον, καὶ ἄρχηται κρίνεσθαι, λέγει αὐτῷ ὁ ἄρχων, ὅτε ἐποίεις τὰ κακὰ, οὐκ ᾔδεις, ὅτι συλληφθῆναι ἔχεις, καὶ ἀποθανεῖν; ἐκεῖνος οὐ τολμᾷ εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ᾔδειν· οἶδε γὰρ, καὶ τιμωρούμενος πάντα μνημονεύων ἐξομολογεῖται· καὶ ὁ πορνεύων, οὐκ οἶδεν ὅτι κακῶς ποιεῖ; καὶ ὁ κλέπτων, οὐκ οἶδεν ὅτι ἁμαρτάνει; οὕτως καὶ ἄνευ γραφῶν, οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ τοῦ φυσικοῦ λογισμοῦ, οὐκ οἴδασιν, ὅτι Θεός ἐστιν; οὐ δύνανται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰπεῖν, οὐκ ᾔδειμεν ὅτι Θεὸς εἶ· λέγει γὰρ αὐτοῖς τὰς γιγνομένας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ βροντὰς, καὶ ἀστραπὰς, οὐκ οἴδατε ὅτι ἐστὶ Θεὸς διοικῶν τὴν κτίσιν; τί οὖν ἔκραζον οἱ δαίμονες, σὺ εἶ ὁ υἱὸς Θεοῦ, τί πρὸ καιροῦ ἦλθες βασανίσαι ἡμᾶς; καὶ ἔτι ἐν τοῖς μαρτυρίοις λέγουσι, καίεις με, καίεις με. οὐκ ᾔδεισαν οὖν τὸ ξύλον τῆς γνώσεως τοῦ καλοῦ καὶ κακοῦ, ἡ παράβασις τοῦ Ἀδὰμ τὴν γνῶσιν ἔδωκεν.

Ἕκαστος γὰρ ἄρχεται ἐπερωτᾷν, ὡς ἐν τίνι ἦν ὁ Ἀδὰμ καὶ τί ἔπραξεν. αὐτὸς γὰρ ὁ Ἀδὰμ τὴν γνῶσιν ἐδέξατο καλοῦ τε καὶ κακοῦ. λοιπὸν ἀκούομεν ἐκ τῶν γραφῶν, ὅτι ἐν τιμῇ, καὶ ἐν καθαρότητι ἦν. καὶ παραβὰς τὴν ἐντολὴν ἐξεβλήθη τοῦ παραδείσου, καὶ ὠργίσθη αὐτῷ ὁ Θεός· λοιπὸν καὶ τὰ καλὰ αὐτοῦ μανθάνει, καὶ τὰ κακὰ μαθὼν ἀσφαλίζεται ἑαυτὸν, ἵνα μηκέτι ἁμαρτήσας ἐμπέσῃ εἰς κρίμα θανάτου. γινώσκομεν δὲ, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοῦ οἰκονομεῖται· αὐτὸς γὰρ ἐποίησεν οὐρανὸν, γῆν, ζῶα, ἑρπετὰ, θηρία, ἃ βλέπομεν, τὸν δὲ ἀριθμὸν ἀγνοοῦμεν· τίς γὰρ ἀνθρώπων οἶδεν, εἰ μὴ μόνον ὁ Θεὸς ὁ ὢν ἐν πᾶσι, καὶ τοῖς ἐμβρύοις δὲ τῶν ζώων; οὐχὶ αὐτὸς ἐπίσταται τὰ ὄντα ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν;

Παραλιπόντες οὖν ταῦτα, μᾶλλον ζητήσωμεν, ὡς καλοὶ ἔμποροι, κληρονομίαν κτήσασθαι ἐπουράνιον, καὶ τὰ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν· μάθωμεν κτήσασθαι κτήματα ἅπερ συμπαραμένει ἡμῖν· ἐὰν γὰρ ἄρξῃ ἄνθρωπος ὢν ἐρευνᾷν τὸν λογισμὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγειν, εὗρόν τι καὶ κατέλαβον, εὑρεθήσεται ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ὑπερβαίνων τὸν λογισμὸν τοῦ Θεοῦ. ἐν τούτῳ δὲ πολὺ πλανᾷ· καὶ ὅσον θέλεις διὰ γνώσεως ἐρευνῆσαι καὶ εἰσελθεῖν, χωρεῖς εἰς βάθος, καὶ οὐδὲν καταλαμβάνεις· αὐτὰς γὰρ τὰς ἐπισκέψεις τὰς γιγνομένας σοι, τί ἐργάζεται καθ' ἡμέραν ἐν σοὶ, καὶ πῶς, ἄρρητά ἐστι, καὶ ἀκατάληπτα, ἢ μόνον δέξασθαι μετὰ εὐχαριστίας καὶ πιστεύειν· τὴν γὰρ σὴν ψυχὴν ἐξ οὗ ἐγεννήθης καὶ ἕως ἄρτι, ἠδυνήθης γνωρίσαι; ἐπεὶ ἐπάγγειλόν μοι ἀπὸ πρωῒ καὶ ἕως ὀψὲ τοὺς βρύοντας ἐν σοὶ λογισμούς· εἰπέ μοι τὰς ἐνθυμήσεις τριῶν ἡμερῶν, ἀλλ' οὐ δύνασαι. εἰ οὖν τοὺς λογισμοὺς τῆς ψυχῆς σου καταλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθης, τοὺς λογισμοὺς τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν νοῦν πῶς δύνασαι εὑρεῖν.

gressus sit mandatum, cum & ii, qui repleti sunt Spiritu sancto, naturalibus cogitationibus occupati sint, habeantque voluntatem, quæ illis consentiat: ita quoque ipse Adam, cum esset cum Deo in Paradiso, ipse sua sponte transgressus est, & obtemperavit parti deteriori: at post transgressionem habuit cognitionem.

Interrogatio.

IX. *Qualem?*

Responsio.


Perinde ac si quando latro deprehensus ad supplicium rapitur, & accusari incipit, judex ei dicit: *cum committeres mala, numquid sciebas, quod comprehensus capitis pœna affici possis?* Ille non audet dicere: Non sciebam. Sciebat enim, & supplicio dum afficitur, omnia in memoriam revocans confitetur. Item qui stuprum committit, nonne scit se male agere? & qui furtum, nonne scit se peccare? Sic etiam absque scripturis homines naturali ratione sola, nonne cognoscunt Deum esse? Non possunt itaque in illa die dicere: *Non scivimus Deum fuisse.* Enarrat enim illis emissa de cælo tonitrua & fulmina, nescitis esse Deum, qui regit creaturam? Quid igitur clamabant Dæmones: [a] *Tu es filius Dei, quære venisti ad cruciandum nos ante tempus?* Insuper in tormentis quoque dicunt: [b] *uris me, uris me.* Non noverant igitur lignum notitiæ boni & mali, transgressio Adæ cognitionem dedit.

X. Quilibet enim incipit interrogare: *in quo statu erat Adam, quidve agebat?* Ipse enim Adam notitiam acceperat boni & mali. Alterum audimus ex scripturis, quod in honore & in puritate erat; at cum transgressus esset mandatum, ejectus est Paradiso, & succensuit ei Deus. Tandem quid in se bonum ac præclarum esset, discit, ac calamitatem suam edoctus cavet sibi, ne ulterius peccando incidat in judicium mortis. Cognoscimus igitur, omnem creaturam Dei per eum regi. Ipse enim fecit cælum & terram, animalia, reptilia, belluas, quas videmus, numerum vero ignoramus. Quis enim hominum novit, excepto solo Deo, qui est in omnibus, etiam in fetibus animalium imperfectis? Nonne ipse scit, quæ sunt sub terra & super cælos?

XI. Relictis igitur his, potius quæramus, velut boni negotiatores, hereditatem cælestem possidere, & ea, quæ conducunt animæ nostræ. Discamus possidere bona, quæ sunt nobiscum permansura. Quod si enim homo cœperit indagare sensum Dei, ac dicere: *inveni quiddam ac comprehendi*, deprehendetur mens humana transcendere sensum Dei. Verum in hoc longe aberrat, & quanto plus volueris per cognitionem scrutari ac penetrare, tanto profundius descendis, nec quidquam percipis. Ipsæ enim considerationes, quæ tibi occurrunt, quid singulis diebus in te peragatur, & quomodo, arcanæ sunt & incomprehensibiles, nisi quod tantum sint cum gratiarum actione suscipiendæ, atque credendum sit. Animam enim tuam, ex quo natus es ad hunc usque diem, potuistine cognoscere? recense ergo mihi a mane ad vesperam usque scaturientes in te cogitationes. Dic mihi cogitationes trium dierum; at non potes. Si igitur cogitationes animæ tuæ comprehendere non potuisti, cogitationes Dei atque mentem Dei quomodo potes scrutari?

a Matth. III. 11. *b* Matth. VIII. 29.

Σæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



Ἀλλὰ σὺ ὅσον εὑρίσκεις ἄρτον φάγε, καὶ ἄφες A ὅλην τὴν γῆν, καὶ ἄπελθε εἰς τὸ χεῖλος τοῦ ποταμοῦ, καὶ πίε ὅσον χρείαν ἔχεις, καὶ πάρελθε, καὶ μὴ ζητήσῃς πόθεν ἔρχεται, ἢ πῶς ῥέει. σπούδασον θεραπευθῆναι τὸν πόδα, ἢ τὸν πόνον τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, ἵνα ἴδῃς τὸ φῶς τοῦ ἡλίου· μὴ ζητήσῃς δὲ πόσον ἔχει φῶς ὁ ἥλιος, ἢ πόσον ἀνατέλλει ζῶον· ὃ προσχωρεῖ σοι εἰς χρῆσιν, λάβε. καὶ τί ἀπέρχῃ εἰς ὄρη, καὶ ζητεῖς πόσοι ἐκεῖ νέμονται ὄναγροι ἢ θηρία; καὶ τὸ παιδίον ὅτε προσέρχεται τῷ μαζῷ τῆς μητρὸς, λαμβάνει τὸ γάλα καὶ τρέφεται· οὐκ οἶδεν δὲ ἐρευνᾷν τὴν ῥίζαν ἢ τὴν πηγὴν, πόθεν οὕτως ἐπιῤῥέει· θηλάζει γὰρ τὸ γάλα, καὶ τὸν ὅρον ὅλον ἀποκενοῖ· καὶ πάλιν ἄλλην ὥραν μεστοῦται ὁ μαζός· τοῦτο οὔτε τὸ παιδίον οἶδεν, οὔτε ἡ μήτηρ αὐ- B τοῦ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἀπὸ ὅλων τῶν μελῶν τῆς μητρὸς ἐξέρχεται τὸ γάλα· εἰ ζητεῖς οὖν τὸν κύριον εἰς βάθος, ἐκεῖ εὑρίσκεις αὐτὸν ποιοῦντα σημεῖα. εἰ ζητεῖς αὐτὸν ἐν λάκκῳ, ἐκεῖ εὑρίσκεις αὐτὸν ἐν μέσῳ δύο λεόντων φυλάσσοντα τὸν δίκαιον Δανιήλ. εἰ ζητεῖς αὐτὸν εἰς πῦρ, ἐκεῖ εὑρίσκεις αὐτὸν βοηθοῦντα τοῖς δούλοις αὐτοῦ. εἰ ζητεῖς αὐτὸν ἐν ὄρει, ἐκεῖ εὑρίσκεις αὐτὸν μετὰ τοῦ Ἠλία καὶ Μωσέως. πανταχοῦ οὖν ἐστι, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, εἴτε ἐν ἡμῖν, πανταχοῦ ἐστιν. οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἐγγύς σού ἐστι, καὶ ἔσωθέν σού ἐστι, καὶ ἔξωθέν σού ἐστιν. ὅπου γὰρ θέλεις, εἰς μακρὰς πατρίδας, ἐκεῖ ἐστιν ὁ νοῦς σου, εἴτε ἐπὶ δυσμὰς, εἴτε ἐπὶ ἀνατολὰς, εἴτε εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἐκεῖ εὑρίσκεται. C

XII. Verum tu quantum invenis, ede panem, ac universam terram dimitte; & abi ad ripam fluminis, ac bibe quantum indiges, mox redi, nec inquire, unde permanet, aut quomodo fluat. Nava operam, ut sanetur pes tuus, aut morbus oculi tui, ut adspicias lumen solis, nec curiose indages, quantum luminis contineat sol, aut in quoto exsurgat signo. Quod cedit in commodum tuum accipe. Et quid ascendis montes, & investigas, quot illic pascantur onagri aut bestiæ? & puellus quando accedit ad ubera matris, lactatur & enutritur. At nescit scrutari radicem aut scaturiginem, unde sic affluat. Sugit enim lac & regionem omnem mamillarum exhaurit: & denuo alia hora repletur mamilla, hocque neque puellus novit, neque mater ejus, quamvis revera ab omnibus membris proveniat lac. Si quæris ergo Dominum in profundo, illic invenis eum signa facientem. Si quæris eum in fovea, illic invenis eum in medio duorum [a] leonum, conservantem justum Danielem. Si quæris eum in igni, illic invenis eum auxilium ferentem ministris [b] suis. Si quæris eum in monte, illic reperis eum cum Elia & [c] Mose. Ubique igitur est, & sub terra, quam super cælis, etiam apud nos, ubique est. Sic quoque anima prope te est, intra te est, & extra te est. Ubi enim volueris, in remotis regionibus, illic est mens tua, sive in occidente, sive in oriente, sive in cælis illic invenitur.

Ζητήσωμεν οὖν προηγουμένως τὸν καυτῆρα τοῦ κυρίου καὶ τὴν σφραγίδα ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν· ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως, γινομένης τῆς ἀποτομίας τοῦ Θεοῦ, καὶ συναγομένων ὅλων τῶν φυλῶν τῆς γῆς ὅλου τοῦ Ἀδὰμ, ὅταν καλέσῃ ὁ ποιμὴν τὴν ἰδίαν ποίμνην, ὅσοι ἔχουσι τὸν καυτῆρα, ἐπιγινώσκουσι τὸν ἴδιον ποιμένα, καὶ ὁ ποιμὴν τοὺς ἔχοντας τὴν ἰδίαν σφραγίδα γνωρίζει, καὶ ἐπισυνάγει ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν· τῆς φωνῆς γὰρ αὐτοῦ ἀκούουσιν οἱ ἴδιοι, καὶ ὑπάγουσιν ὀπίσω αὐτοῦ· εἰς δύο γὰρ μέρη ἵσταται ὁ κόσμος, καὶ γίγνεται μία ποίμνη σκοτεινὴ, ἡ χωροῦσα εἰς πῦρ αἰώνιον. καὶ μία πλήρης φωτὸς, ἡ πρὸς τὴν οὐράνιον λῆξιν ἀναγομένη· αὐτὸ οὖν ὃ νῦν κτώ- D μεθα ἐν ταῖς ψυχαῖς, αὐτὸ ἐκεῖνο λάμπει καὶ φανεροῦται, καὶ τὰ σώματα ἐνδύει δόξαν.

XIII. Studeamus igitur imprimis cauterium & sigillum Domini in nobis habere: quia in die judicii, facta segregatione illa a Deo, & congregatis omnibus tribubus terræ universæ Adæ, quando vocabit pastor suum gregem, quicumque cauterium habuerint, cognoscent pastorem suum, & pastor sigillo insignitos agnoscet, & congregabit ex omnibus gentibus. Vocem enim ejus audiunt, qui sunt sui, & sequuntur eum. In duas enim partes mundus dividitur, & est unus grex tenebrosus, qui discedet in ignem inexstinguibilem & æternum: alter vero plenus lumine, qui ad hereditatem cælestem deducetur. Illud igitur, quod nunc possidemus in animis, illud ipsum splendebit & manifestabitur, & corpora induent gloriam.

Ὥσπερ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ ξανθικοῦ μηνὸς αἱ ῥίζαι κεχωσμέναι ἐν τῇ γῇ, τοὺς ἰδίους καρποὺς, καὶ τὰ ἴδια ἄνθη καὶ κάλλη ἐκβλαστάνουσι, καὶ καρποφοροῦσι, καὶ φανεροῦνται αἱ καλαὶ ῥίζαι, καὶ αἱ τὰς ἀκάνθας ἔχουσαι φανεραὶ γίνονται. οὕτως ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἕκαστος διὰ τοῦ ἰδίου σώματος, ἅπερ ἔπραξεν, ἐμφανίζει, καὶ φανεροῦται τά τε καλὰ καὶ τὰ κακά· ἐκεῖ γάρ ἐστι πᾶσα ἡ κρίσις, καὶ ἡ ἀνταπόδοσις. ἔστι γὰρ ἄλλη τροφὴ παρὰ ταύτην τὴν φαινομένην· καὶ γὰρ Μωϋσῆς ὅτε ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος, ἡμέρας τεσσαράκοντα ἐνήστευσεν ἀνῆλθεν ἄνθρωπος, κατῆλθε E Θεὸν ἔχων. καὶ ἴδε βλέπομεν ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, ἐὰν μὴ ὑποστηριχθῇ τὸ σῶμα βρώμασι, φθείρεται· καὶ αὐτὸς ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις νηστεύσας, πλεῖον ὅλων ἐνδυναμώτερος κατῆλθεν. ἐτρέφετο γὰρ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾠκονομεῖτο αὐτοῦ τὸ σῶμα ἄλλῃ τροφῇ ἐπουρανίῳ· ὁ γὰρ λόγος τοῦ Θεοῦ τροφὴ αὐτῷ ἐγίγνετο, καὶ εἶχε δόξαν εἰς τὸ πρόσωπον· τὸ γενόμενον, τύπος ἦν· ἐκείνη γὰρ ἡ δόξα νῦν ἔσωθεν εἰς τὰς καρδίας τῶν Χριστιανῶν λάμπει· ἀνιστάμενα γὰρ τὰ σώματα ἐν τῇ ἀναστάσει ἄλλῳ ἐνδύματι θεϊκῷ σκεπάζονται, καὶ βρώσει ἐπουρανίῳ τρέφονται.

XIV. Perinde ac tempore mensis Aprilis radices terra coopertæ, suos fructus, suosque flores ac lautitias producunt, fructumque ferunt, ac manifestantur fecundæ radices, uti & quæ spinas ferunt, patefiunt: sic in illa die, quilibet suo corpore, quid egerit, patefaciet, & manifestabuntur mala & bona. Illic enim erit universale judicium, & retributio. Est enim alius cibus præter eum, qui videtur. Moses enim cum ascenderet montem, quadraginta dies jejunavit. Ascendit homo, descendit habens Deum. Et ecce, videmus in nobis, quod per paucorum dierum spatio, nisi corpora suffulciantur cibis, ipsa pereant. Ipse vero quadraginta dies cum jejunus fuisset, fortior omnibus descendit. Alebatur enim a Deo, & corpus ejus sustentabatur alio cibo cælesti. Sermo enim Dei cibus ei erat, & habebat gloriam in facie. Omne quod fiebat, typus erat alterius rei. Illa enim gloria nunc intus in cordibus Christianorum fulget. Resurgentia enim corpora in resurrectione, alio vestimento divino operientur, ac cibo cælesti nutrientur.

a Dan. VI. 17. b Dan. III. 28. c Matth. XVII. 3.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
371.



Ερώτησις.

Τί ἐστι, γυνὴ ἀκατακαλύπτῳ κεφαλῇ προσευχομένη;

Απόκρισις.

Επειδὴ ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀποστόλων ἀφιεμένας εἶχον τὰς τρίχας ἀντὶ σκεπάσματος· διὰ τοῦτο ὁ κύριος, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἦλθον εἰς τὴν κτίσιν καὶ ἐσωφρόνησαν αὐτήν· πλὴν ἡ γυνὴ κεῖται εἰς τύπον τῆς ἐκκλησίας· καὶ ὥσπερ εἰς τὸ φαινόμενον ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐκεῖναι εἶχον ἐξηπλωμένας τὰς τρίχας ἀντὶ σκεπάσματος· οὕτω καὶ ἡ ἐκκλησία τὰ τέκνα αὐτῆς ἐνδύει καὶ περιβάλλει ἐνδύμασι θεϊκοῖς, καὶ δεδοξασμέναις. καὶ εἰς τὸ παλαιὸν δὲ τῆς ἐκκλησίας Ἰσραὴλ, μία ἦν ἡ συναγωγὴ, καὶ ἐσκέπετο ὑπὸ τοῦ πνεύματος, καὶ ἦσαν ἀντὶ δόξης περιβεβλημένοι τὸ πνεῦμα, εἰ καὶ αὐτοὶ οὐκ ἐστοίχησαν. ἐκκλησία οὖν λέγεται καὶ ἐπὶ πολλῶν, καὶ ἐπὶ μιᾶς ψυχῆς· αὐτὴ γὰρ ἡ ψυχὴ συνάγει ὅλους τοὺς λογισμοὺς, καὶ ἔστιν ἐκκλησία τῷ Θεῷ· ἡρμόσθη γὰρ εἰς κοινωνίαν ἡ ψυχὴ τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ, καὶ κιρνᾶται τῷ ἐπουρανίῳ, τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ πολλῶν νοεῖται, καὶ ἐπὶ ἑνός. καὶ γὰρ ὁ προφήτης λέγει περὶ τῆς Ιερουσαλὴμ, εὗρόν σε ἔρημον καὶ γυμνὴν, καὶ ἐνέδυσά σε, καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς ἐπὶ τοῦ ἑνὸς προσώπου εἶπεν·

Interrogatio.

XV. Quid est illud? [a] *fœmina non velato capite orans.*

Responsio.

Quoniam temporibus apostolorum prolixos alebant crines pro velamine, propterea Dominus & apostoli venerunt ad creaturam, ut eum ad modestiam adducerent. Verum mulier typus est ecclesiæ. Et quemadmodum ad aliorum conspectum tempore illo mulieres gerebant passos crines pro velamine: sic ecclesia filios suos induit & amicit vestimentis divinis & gloriosis. Antiquitus autem ecclesiæ Israel una erat congregatio, quæ operiebatur Spiritu: & induti erant Spiritu pro gloria, quamvis ipsi non consentirent. Dicitur ergo ecclesia tam de pluribus quam de una anima. Hæc enim anima congregat omnes cogitationes, atque Deo est ecclesia. Apta enim est anima ad societatem cælestis sponsi, & temperatur cum cælesti. Hoc vero non in pluribus tantum, sed etiam in uno potest intelligi. De Jerusalem enim Propheta inquit: [b] *Inveni te desertam & nudam, & induit te*, & cetera, tamquam de una persona loqueretur.

Ερώτησις.

Τί ἐστιν ὃ ἡ Μάρθα εἶπε τῷ κυρίῳ περὶ τῆς Μαρίας, ὅτι ἐγὼ κάμνω εἰς πολλὰ, καὶ αὕτη παρακαθέζεταί σοι;

Απόκρισις.

Ο ὤφειλεν εἰπεῖν ἡ Μαρία τῇ Μάρθᾳ, ὃ κύριος προλαβὼν εἶπεν αὐτῇ, ὅτι πάντα ἀφῆκεν ἐκείνη, καὶ παρὰ τοὺς πόδας ἐκάθητο τοῦ κυρίου, καὶ τὸν Θεὸν εὐλόγει ὅλην τὴν ἡμέραν. ὁρᾷς προσεδρείαν ὑπὲρ ἀγάπης. ἵνα δὲ σαφέστερον ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ φωτισθῇ, ἄκουσον. εἴ τις ἀγαπᾷ τὸν Ιησοῦν, καὶ προσέχει αὐτῷ, ὀρθῶς καὶ οὐχ ἁπλῶς προσέχει, ἀλλὰ καὶ παραμένει ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἤδη καὶ ὁ Θεὸς λογίζεται ἀντὶ τῆς ἀγάπης ἐκείνης δοῦναί τι ἐκείνῃ τῇ ψυχῇ, εἰ καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐκ οἶδε τί μέλλει λαμβάνειν, ἢ ποῖον μέρος μέλλει ὁ Θεὸς διδόναι τῇ ψυχῇ. καὶ τῇ Μαρίᾳ γὰρ ἀγαπώσῃ αὐτὸν, καὶ παρακαθεζομένῃ παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, οὐχ ἁπλῶς προσετέθη, ἀλλὰ δύναμίν τινα κρυφιμαίαν ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας ἔδωκεν αὐτῇ· αὐτοὶ γὰρ οἱ λόγοι, οὓς ἐλάλει ὁ Θεὸς μετὰ εἰρήνης τῇ Μαρίᾳ, πνεύματα ἦσαν καὶ δύναμίς τις· καὶ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσερχόμενοι εἰς τὴν καρδίαν, ψυχὴ εἰς ψυχὴν, καὶ πνεῦμα εἰς πνεῦμα, καὶ δύναμις θεϊκὴ ἐπληροῦτο εἰς τὴν καρδίαν αὐτῆς· ἐξ ἀνάγκης γὰρ ἐκείνη ἡ δύναμις, ὅπου καταλύσει παράμονος γίγνεται, ὡς κτῆμα ἀναφαίρετον. διὰ τοῦτο ὁ κύριος εἰδὼς, τί ἔδωκεν αὐτῇ, εἶπε, Μαρία τὴν καλὴν μερίδα ἐξελέξατο. μετὰ δὲ καιρὸν ἐκεῖνα ἃ ἐποίει προθύμως περὶ τὴν διακονίαν ἡ Μάρθα, ἤνεγκεν αὐτὴν εἰς τὸ χάρισμα ἐκεῖνο· καὶ αὐτὴ γὰρ ἐδέξατο δύναμιν θείαν τῇ ψυχῇ αὐτῆς.

Interrogatio.

XVI. Quid est, quod Martha dixerat Domino de Maria: *Ego de multis solicita sum, & hæc assidet tibi?*

Responsio.

Quod debebat dicere Maria Marthæ, id Dominus præoccupans, eidem dixit, quod illa omnibus relictis sederet ad pedes Domini, ac Deo benediceret tota die. Vides assidendi beneficium, pro dilectione datum. Ut autem clarius appareat verbum Dei, audi. Si quis diligit Jesum, eique attendit, assidue vero, & non remisse attendit, sed perseverat quoque in dilectione, jam Deus cogitat pro dilectione illa dare aliquid illi animæ, quamvis homo nesciat, quid accepturus sit, aut qualem portionem Deus largiturus sit animæ. Et sane Mariæ, quæ diligebat eum, & assidebat pedibus ejus, non simpliciter se adjunxit; sed virtutem illi quamdam occultam ex sua substantia contulit. Sermones enim quibus alloquebatur Deus in quiete Mariam, spiritus erant & virtus quædam. Hique sermones penetrabant cor, & anima animam, spiritus spiritum, & virtus divina multiplicabatur in corde ejus. Necessario enim virtus illa, quocumque diverterit, illic perseverat, velut possessio, quæ auferri nequit. Quare Dominus sibi conscius, quid Mariæ contulisset, ait: [c] *Maria optimam partem elegit*. Non ita longe postea, quæ benevole egerat Martha circa ministerium, promoverunt eam ad donum illud gratiæ. Illa enim consequuta est virtutem divinam in anima.

Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ οἱ προσερχόμενοι τῷ κυρίῳ, καὶ προσκολλώμενοι σωματικῶς ἐλάμβανον δύναμιν, ὁπότε οἱ ἀπόστολοι ἐλάλουν λόγον, καὶ ἔπιπτεν ἐπὶ τοὺς πιστεύοντας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ὁ Κορνήλιος ἐκ τοῦ λόγου οὗ ἤκουσεν ἔλαβεν δύναμιν· πόσῳ μᾶλλον ὁ κύριος ὅτε ἐλάλει λόγον τῇ Μαρίᾳ, ἢ τῷ Ζακχαίῳ, ἢ τῇ ἁμαρτωλῷ, ἥτις λύσασα τὰς τρίχας, ἀπέ-


XVII. Et sane quid mirum, si qui accedunt ad Dominum, eique corporaliter conjunguntur, receperunt virtutem; cum, apostolis loquentibus verbum Dei, ceciderit super credentes Spiritus? [d] Cornelius ex verbo Dei, quod audivit, accepit virtutem: quanto magis, cum Dominus loqueretur cum Maria, aut Zacchæo, aut peccatrice, quæ

[a] 1. Cor. XI. 5. [b] Ezech. XVI. 6. [c] Luc. X. 42. [d] Act. X. 44. Luc. X. 42. Luc. XIX. 9. Luc. VII. 48. Joan. IV. 14. Luc. XXIII. 43.

μασσε τοὺς πόδας τοῦ κυρίου· ἢ τῇ σαμαρείτιδι, ἢ τῷ A ληστῇ, ἐγίγνετο δύναμις, καὶ συνεκεράσθη ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ νῦν οἱ ἀγαπῶντες τὸν Θεὸν, καὶ καταλιμπάνοντες πάντα, καὶ τῇ εὐχῇ προσκαρτεροῦντες, διδάσκονται ἐν κρυπτῷ, ἃ οὐκ οἴδασιν· αὐτὴ γὰρ ἡ ἀλήθεια κατὰ τὴν προαίρεσιν αὐτῶν φανεροῦται αὐτοῖς, καὶ διδάσκει αὐτοὺς, ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. καὶ αὐτοὶ γὰρ οἱ ἀπόστολοι πρὸ τοῦ σταυροῦ παραμένοντες τῷ κυρίῳ, ἔβλεπον σημεῖα μεγάλα, ὅπως τε λεπροὶ ἐκαθαρίζοντο, καὶ νεκροὶ ἠγείροντο· καὶ οὐκ ᾔδεισαν πῶς ἀναστρέφεται θεία δύναμις καὶ διακονεῖ ἐν καρδίᾳ, καὶ ὅτι ἤμελλον πνευματικῶς ἀναγεννᾶσθαι, καὶ συγκιρνᾶσθαι τῇ ἐπουρανίῳ ψυχῇ, καὶ γίγνεσθαι καινὴ κτίσις. διὰ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει, ἠγάπων τὸν κύριον· λοιπὸν ὁ κύριος ἔλε- B γεν αὐτοῖς, τί θαυμάζετε τὰ σημεῖα, κληρονομίαν μεγάλην δίδωμι ὑμῖν, ἣν οὐκ ἔχει ὁ κόσμος ὅλος.

A passis capillis abstergebat pedes Domini, aut cum Samarita, aut latrone, egressa est virtus, & permixtus est cum eorum anima Spiritus sanctus? Nunc quoque qui Deum amore prosequuntur, & relictis omnibus in oratione perseverant, docentur secreto, quæ non noverant. Ipsa enim veritas secundum illorum propositum apparet illis, & docet eos. [a] *Ego sum veritas*. Et ipsi quoque apostoli ante passionem apud Dominum perseverantes [b], viderunt prodigia magna, scilicet quo pacto leprosi mundarentur, & mortui resuscitarentur. Nec tamen cognoverunt, quomodo conversaretur virtus divina, aut ministraret in corde; & quod spiritualiter renasci & temperari cum anima cælesti eos oporteat, ac B fieri novam creaturam. Propter signa vero, quæ faciebat, diligebant Dominum. Tandem Dominus dixit eis: *quid admiramini signa, hæreditatem magnam do vobis, quam non habet universus mundus.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



Λοιπὸν αὐτοὶ ἐξενίζοντο εἰς τοὺς λόγους αὐτοῦ, ἕως ὅτου ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνήνεγκε τὸ σῶμα ὑπὲρ ἡμῶν, ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν· καὶ τότε εἰσῆλθε καὶ συνεκεράσθη ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον· καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια φανεροῖ ἑαυτὴν εἰς τὰς ψυχὰς τὰς πιστάς· καὶ ἔρχεται ὁ ἐπουράνιος ἄνθρωπος μετὰ τοῦ ἀνθρώπου σου, καὶ γίγνεται εἰς μίαν κοινωνίαν. ὅσοι οὖν εἰσιν εἰς διακονίαν, καὶ προθύμως πάντα ποιοῦσι διὰ ζῆλον, καὶ πίστιν, καὶ ἀγάπην Θεοῦ, αὐτὸ ἐκεῖνο μετὰ καιρόν τινα φέρει αὐτοὺς εἰς γνῶσιν C αὐτῆς τῆς ἀληθείας· ὁ γὰρ κύριος φανεροῦται ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, καὶ διδάσκει αὐτοὺς τὴν ἀναστροφὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος. δόξα καὶ προσκύνησις τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

XVIII. Tamdiu vero hæc verba illis peregrina fuerunt, donec surrexit a mortuis, & extulit corpus pro nobis super cælos. Et tunc introiit ac commixtus est eorum animis Spiritus paracletus. Ipsa quoque veritas manifestat se ipsam animis fidelibus: ac congreditur cælestis homo cum homine tuo, & fit una societas. Quicumque igitur ministerio vario vacant, & alacriter omnia peragunt, zelo, fide, dilectione Dei impulsi, illud ipsum aliquanto C post ducit eos in cognitionem ipsius veritatis. Dominus enim apparet animis illorum, & donet eos conversationem Spiritus sancti. Gloria & adoratio Patri & Filio & Spiritui sancto, in secula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ιγ΄.

Ον καρπὸν ἀπαιτῇ ὁ Θεὸς παρὰ τῶν Χριστιανῶν;

ΠΑντα τὰ φαινόμενα ἔκτισεν ὁ Θεὸς, καὶ ἔδωκε τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀνάπαυσιν καὶ τρυφὴν, καὶ νόμον δικαιοσύνης ἔδωκεν αὐτοῖς· ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἄλλον καρπὸν ζητεῖ ὁ Θεὸς, καὶ ἄλλην D δικαιοσύνην, τὴν καθαρότητα τῆς καρδίας, συνείδησιν ἀγαθὴν, λόγους χρηστοὺς, ἐνθυμήσεις σεμνὰς καὶ ἀγαθὰς, καὶ πάντα τὰ τῶν ἁγίων κατορθώματα· λέγει γὰρ ὁ κύριος, ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ δύνασθε εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, μὴ πορνεύσῃς· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μήτε ἐπιθυμήσῃς, μήτε ὀργισθῇς· χρὴ γὰρ τὸν βουλόμενον φίλον εἶναι Θεοῦ, φυλάττειν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ ῥύπου τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ πυρὸς τοῦ αἰωνίου τοῦ ὄντος ἐν ἡμῖν· τοῦτο ἀξίους τῆς βασιλείας καθίστησιν ἡμᾶς. δόξα τῇ εὐσπλαγχνίᾳ αὐτοῦ, καὶ γενομένῃ εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. Αμήν.

HOMILIA XIII.

Quem fructum a Christianis Deus requirat?

OMnia, quæ videntur, creavit Deus, & dedit hominibus in recreationem & delicias, ac legem illis dedit justitiæ. Ex quo vero Christus D advenit, alium fructum requirit Deus, atque aliam justitiam, puritatem nempe cordis, conscientiam bonam, sermones utiles, cogitationes castas & bonas, atque omnia sanctorum officia. Dicit enim Dominus: [c] *Nisi abundaverit vestra justitia, plus quam Scribarum & Pharisæorum, non potestis ingredi in regnum cælorum. In lege scriptum est: Non committes adulterium: at ego dico vobis, ne concupiscas aut irascaris.* Oportet enim eum, qui exoptat amicum Dei esse, conservare se a cœno peccati, & ignis æterni, qui in nobis viget. Hoc dignos regno constituit. Gloria misericordiæ ejus, & propensæ voluntati erga nos Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

E

ΟΜΙΛΙΑ ιδ΄.

Οἱ τοὺς λογισμοὺς καὶ τὸν νοῦν τῷ Θεῷ ἐπιδιδόντες, τοῦτ' ἐπ' ἐλπίδι τοῦ φωτισθῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ποιοῦσι, καὶ ὁ Θεὸς τοιούτους ἐν ἁγιότητι καὶ καθαρότητι μεγίστῃ μυστηρίων ἀξιοῖ, καὶ μεταδίδωσιν αὐτοῖς ἐκ τῆς χάριτος αὐτοῦ· Καὶ τί ἀγαθῶν ἐπουρανίων τυχεῖν βουλόμενοι ποιεῖν ὀφείλωμεν. λοιπὸν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται ἀφομοιοῦνται τοῖς ἀκτῖσιν ἡλίου διὰ θυρίδος εἰσερχομένοις. Διδάσκει καὶ ἡ ὁμιλία, τίς ἡ γῆ τοῦ σατανᾶ, καὶ τίς τῶν Αγγέλων, καὶ ὅτι ἀμφότερα ἀψηλάφητος καὶ ἀόρατος.

HOMILIA XIV.

Qui cogitationes ac mentem Deo tradunt, hoc sub spe illuminandorum oculorum cordis faciunt: ac Deus hujusmodi in summa sanctimonia ac puritate mysteriis dignos reputat, ac participes facit illos gratiæ suæ. Quidque bona cælestia consecuturi agere debeamus. Tandem apostoli & prophetæ assimilantur radiis solaribus, per fenestram ingressis. Docet quoque Homilia, quæ sit terra Satanæ, & quæ Angelorum, & quod utraque nec contrectari nec videri possit.

a Joan. xiv. 6. b Matth. xi. 5. c Matth. V. 20. seq.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
371.



Πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ φαινόμενα ἔργα ἐπ' ἐλπίδι γίνεται, εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῶν καμάτων· καὶ εἰ μή τις ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ ἀπολαύσῃ τῶν πόνων, οὐδὲν ὠφελεῖται. καὶ γὰρ ὁ γεωργὸς σπείρει ἐπ' ἐλπίδι καρπῶν, καὶ καμάτους ὑποφέρει διὰ τὴν προσδοκίαν· ἐπ' ἐλπίδι, φησὶν, ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷ· καὶ ὁ λαμβάνων γυναῖκα, ἐπ' ἐλπίδι τοῦ ἔχειν κληρονόμους. καὶ ὁ ἔμπορος δίδωσιν ἑαυτὸν εἰς θάλατταν καὶ θάνατον ἕτοιμον διὰ τὸ κέρδος· οὕτω καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ἐπ' ἐλπίδι τοῦ φωτισθῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας, δίδωσί τις ἑαυτὸν, ἀναχωρῶν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, καὶ σχολάζων ἐν εὐχαῖς καὶ δεήσεσι, προσδεχόμενος τὸν κύριον, πότε ἐλθὼν ἐμφανίσει αὐτῷ ἑαυτὸν, καὶ καθαρίσει αὐτὸν ἐκ τῆς ἐνοικούσης αὐτῷ ἁμαρτίας.

A I. Omnia opera, quæ in hoc mundo videntur, sub spe aliqua fiunt fruendi laboribus suis. Et nisi quis plene sibi persuadeat, se fruiturum laboribus, nil commodi percipit. Agricola enim seminat sub spe fructuum, ac labores sustinet propter exspectationem. *In spe*, inquit, *qui arat, debet arare: & qui duxit uxorem, sub spe habendorum heredum.* Mercator quoque committit se mari & morti promtissimæ, lucri gratia. Ita quoque in regno cælorum, sub spe illuminandorum oculorum cordis, tradit aliquis se ipsum, procul abscedens a rebus sæcularibus, intentus precationibus & obsecrationibus, exspectans Dominum, quando veniens, manifestet ei se ipsum, & emundet eum a peccato ei
B inhærente.

Οὐκ ἐπελπίζει δὲ ἐπὶ τοῖς καμάτοις αὐτοῦ, καὶ τῇ πολιτείᾳ, ἕως οὗ τύχῃ τῶν ἐλπιζομένων, ἕως οὗ ἐλθὼν ὁ κύριος οἰκήσῃ ἐν αὐτῷ, ἐν πάσῃ αἰσθήσει καὶ ἐνεργείᾳ πνεύματος. καὶ ὅταν γεύσηται τῆς χρηστότητος τοῦ κυρίου, καὶ τοῖς καρποῖς τοῦ πνεύματος ἐντρυφήσῃ, καὶ περιαιρεθῇ τὸ κάλυμμα τοῦ σκότους, καὶ τὸ φῶς τοῦ Χριστοῦ ἐλλάμψῃ καὶ ἐνεργήσῃ ἐν χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ, τότε πληροφορεῖται ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν κύριον ἐν πολλῇ στοργῇ· ὥσπερ ἐκεῖ ὁ ἔμπορος κερδήσας χαίρει. ἀγῶνα δὲ ἔχει καὶ φόβον τῶν ἀπὸ τῶν λῃστῶν καὶ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, μή πω χαυνωθεὶς ἀπολέσῃ τὸν κάματον, ἕως οὗ καταξιωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ἐν τῇ ἄνω Ἱερουσαλήμ.

II. Nec spem habet in laboribus suis, & vitæ ratione, donec consequatur quæ sperat, quoad veniens Dominus habitet in eo in omni sensu & operatione spiritus. Cumque gustaverit bonitatem Domini, & fructibus spiritus delectatus fuerit, ac sublatum sit velamen tenebrarum, lumenque Christi splendescat, & operetur in lætitia ineffabili: tunc plene confirmabitur, habens secum Dominum in multa dilectione, perinde ac ibi mercator, dum lucrum facit lætatur: multas tamen molestias sustinet, & metuit a latronibus & spiritibus nequitiæ, ne remissior factus perdat operam, donec consequa-
C tur regnum cælorum, supernam Jerusalem.

Παρακαλέσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν Θεὸν, ἵνα ἀποδύσῃ ἡμᾶς τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνδύσῃ τὸν ἐπουράνιον Χριστὸν ἀπὸ τοῦ νῦν, ὅπως ἐν ἀγαλλιάσει γενόμενοι, καὶ οὕτως ὑπ' αὐτοῦ ὁδηγούμενοι ἐν πολλῇ γαλήνῃ ἐσόμεθα· φησὶ γὰρ ὁ κύριος, πληρῶσαι ἡμᾶς τῆς γεύσεως τῆς βασιλείας βουλόμενος, χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν· καίτοι γε διὰ τῶν ἀποστόλων πολλοὺς οἶδε φωτίζειν· κτίσματα γὰρ ὄντες, τοὺς ὁμοδούλους ἐξέτρεφον· καὶ ἀδελφὸν καὶ υἱὸν Χριστοῦ γενέσθαι, περισσόν τι παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ποιεῖν, τουτέστιν αὐτὴν τὴν καρδίαν, αὐτὸν τὸν νοῦν ἀφιεροῦν, καὶ τοὺς λογισμοὺς ἀνατείνειν πρὸς τὸν Θεόν. καὶ οὕτως ὁ Θεὸς δίδωσι κρυπτῶς ζωὴν καὶ βοήθειαν εἰς τὴν καρδίαν, καὶ ἑαυτὸν ἐμπιστεύει αὐτῇ· ὅτι γὰρ τὰ κρυπτὰ τουτέστι τὸν νοῦν καὶ τοὺς λογισμοὺς δίδωσι τῷ Θεῷ, μὴ ἀσχολούμενος, μήτε ῥεμβόμενος ἀλλαχοῦ, ἀλλ' ἑαυτὸν βιαζόμενος, τότε ὁ κύριος μυστηρίων ἀξιοῖ τοῦτον ἐν ἁγιότητι καὶ καθαρότητι πλείονι, καὶ τροφὴν ἐπουράνιον δίδωσιν αὐτὸν, καὶ πόμα πνευματικόν.


III. Obsecremus igitur nos quoque Deum, ut exutos nos veteri homine, induat cælesti Christo ex hoc tempore, ut in exsultatione constituti, sicque ab eo ducti in summa tranquillitate simus. Inquit enim Dominus, replere nos cum vellet gustu regni: [a] *Sine me nihil potestis facere.* Et quidem apostolorum ope multos novit illuminare: creaturæ enim cum essent illi, conservos educabant: & fratrem ac filium Christi fieri, præstantius quid quam ceteri homines, efficere; hoc est, ipsum cor & mentem sanctificabant, itidem & cogitationes, ut ad Deum eas dirigerent, & sic Deus largitur occulte vitam
D & opem cordi, ac se ipsum ei committit. Cum enim secreta, hoc est, mentem & cogitationes quis Deo dedicat, nulla alia re aut cogitatione occupatus ac districtus, sed se ipsum vi quadam cohibens, tunc Dominus mysteriorum participem facit eum, in sanctimonia ac puritate multa, & cibum cælestem exhibet se ipsum, ac potum spiritualem.

Ὥσπερ ἐὰν ᾖ τις κεκτημένος πολλὴν περιουσίαν, καὶ δούλους, καὶ τέκνα, ἄλλην τροφὴν δίδωσι τοῖς δούλοις, καὶ ἄλλην τοῖς ἰδίοις τέκνοις τοῖς ἐκ τοῦ σπέρματος γεγεννημένοις· ἐπειδὴ τὰ τέκνα κληρονομοῦσι τὸν πατέρα, καὶ μετ' αὐτοῦ ἐσθίουσιν, ἀφωμοιωμένα τῷ πατρὶ αὐτῶν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς δεσπότης, πάντα αὐτὸς ἔκτισε, καὶ τρέφει τοὺς πονηροὺς καὶ ἀχαρίστους· τὰ δὲ τέκνα, ἃ ἐγέννησεν ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ οἷς μετέδωκεν ἐκ τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐμορφώθη ὁ κύριος, ἰδίαν ἀνάπαυσιν καὶ τροφὴν, καὶ βρῶσιν, καὶ πόσιν, παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ἐκτρέφει, καὶ δίδωσιν ἑαυτὸν αὐτοῖς ἀναστρεφομένοις μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτῶν, ὥς φησιν ὁ κύριος, ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, καὶ θάνατον οὐ μὴ θεωρήσει· οἱ γὰρ ἔχοντες τὴν ἀληθινὴν κληρονομίαν, ὡς υἱοὶ ἐκ πατρὸς ἐπουρανίου γεγεννημένοι εἰσὶ, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς αὐτῶν διάγουσιν, ὥς φησιν ὁ κύριος, ὁ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ, ὁ δὲ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

IV. Perinde ac quis, qui multa bona, servos ac filios possidet, alium cibum præbet servis, alium filiis ex semine suo procreatis: quia filii sunt heredes patris, & cum eo comedunt, similes scilicet patri suo: sic Christus verus ille Dominus omnia
E creavit, & nutrit improbos ac ingratos: filios vero quos genuit ex semine suo, quosque participes fecit gratiæ suæ, in quibus formatus est Dominus, peculiari refectione, alimento, cibo & potu, præter ceteros homines enutrit, ac præbet se ipsum illis conversantibus cum patre suo, sicut ait Dominus: [b] *Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, & mortem non videbit.* Qui enim possident veram hæreditatem, tamquam filii sunt ex patre cælesti progeniti, & in domo patris sui degunt, ut ait Dominus: [c] *Servus non manet in domo, filius vero manet in æternum.*

a Joan. xv. 5. *b* Joan. vi. 54. *c* Joan. viii. 35.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



Εἴπερ οὖν καὶ ἡμεῖς βουλόμεθα ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐπουρανίου γεννηθῆναι, περισσόντι παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ὀφείλομεν ποιεῖν, σπουδὴν, ἀγῶνα, ζῆλον, ἀγάπην, πολιτείαν ἀγαθὴν, ἐν πίστει καὶ φόβῳ εἶναι, ὡς βουλόμενοι τηλικούτων ἀγαθῶν τυχεῖν, καὶ Θεὸν κληρονομῆσαι· Κύριος γὰρ μερὶς τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου. καὶ οὕτως βλέπων ὁ Κύριος τὴν ἀγαθὴν προαίρεσιν καὶ τὴν ὑπομονὴν, ποιεῖ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ καθαρίσας ἡμᾶς τῷ λόγῳ τῷ οὐρανίῳ, καὶ νοήματα νενεκρωμένα καὶ διεφθαρμένα, διὰ τῆς καλῆς αὐτῶν ἀναστροφῆς καὶ διδασκαλίας, ἀναζωοποιῶν καὶ ἀνεγείρων· κτίσμα γὰρ ἕτερον κτίσμα ἐκτρέφει καὶ ζωοποιεῖ. ὥσπερ τὰ σπέρματα τοῦ σίτου, ἢ τῶν κριθῶν τὰ νέφη, κτίσματα ὄντα· ὁ ὑετός τε καὶ ὁ ἥλιος ζωοποιοῦσι κελευόμενα. ὥσπερ δέ ἐστι φῶς διὰ θυρίδος εἰσερχόμενον, ὁ δὲ ἥλιος ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ τὰς ἀκτῖνας ἐπαφίησιν, οὕτως ἦσαν οἱ προφῆται τοῦ ἰδίου οἴκου μόνον φωστῆρες τοῦ Ἰσραήλ· οἱ δὲ ἀπόστολοι ἥλιοι ἦσαν ἐκλάμποντες τὰς ἀκτῖνας εἰς ὅλα τὰ μέρη τοῦ κόσμου.

A V. Si igitur nos quoque velimus ex patre cælesti pronasci, præstantius quid quam cæteri homines agere debemus, studere nempe, contendere, æmulari, diligere, bene conversari, in fide ac metu vivere, velut consecuturi tanta bona, & Deum hereditario jure possessuri: [a] *Dominus enim pars hereditatis meæ & calicis mei*. Et ita intuens Dominus propositum illud bonum, ac tolerantiam, misericordiam suam exserit: ac purificans nos verbo cælesti, mentes mortuas ac deperditas, per bonam ipsorum apostolorum conversationem & doctrinam, vivificat & suscitat. Creatura siquidem fovet ac vivificat alteram creaturam. Perinde ac semina frumenti aut hordei fovent nubes, quæ creaturæ sunt.
B Pluvia quoque & sol vivificant ea, quum jubentur. Quemadmodum autem se habet lumen, quod per fenestram ingreditur, aç sol, qui per universam terram radios suos extendit: sic erant prophetæ luminaria peculiaris domus Israel. Apostoli vero erant soles, emittentes radios in universam mundi partem.

Ἔστιν οὖν γῆ ἐν ᾗ κατοικοῦσι τὰ τετράποδα· καὶ ἔστι γῆ ἐν τῷ ἀέρι, ἐν ᾗ περιπατοῦσι καὶ ζῶσι τὰ ὄρνεα· καὶ ταῦτα ἐὰν θελήσωσιν ἐν τῇ γῇ στῆναι ἢ περιπατῆσαι, ἔχουσι θηρευτὰς τοὺς κρατοῦντας αὐτά. καὶ ἔστι γῆ τῶν ἰχθύων, τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἕκαστον ἐν ᾧ τόπῳ ἐγεννήθη, καὶ γῇ καὶ ἀέρι, ἔχει ἐκεῖ τὴν διαγωγὴν καὶ τροφὴν καὶ ἀνάπαυσιν. οὕτως ἔστι γῆ καὶ πατρὶς σατανικὴ, οὗ διάγουσι καὶ ἐμπεριπατοῦσι, καὶ ἐπαναπαύονται αἱ δυνάμεις τοῦ σκότους, καὶ τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας· καὶ ἔστι γῆ φωτεινὴ τῆς θεότητος, ὅπου ἐμπεριπατοῦσι καὶ ἐπαναπαύονται αἱ παρεμβολαὶ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἁγίων πνευμάτων· καὶ οὔτε ἡ σκοτεινὴ γῆ τοῖς ὀφθαλμοῖς τούτου σώματος ὁραθῆναι, ἢ ψηλαφηθῆναι δύναται· οὔτε ἡ γῆ τῆς θεότητος ἡ φωτεινὴ ψηλαφᾶται, ἢ ὁρᾶται τοῖς σαρκικοῖς ὀφθαλμοῖς· τοῖς δὲ πνευματικοῖς φαίνεται τῷ ὀφθαλμῷ τῆς καρδίας, καὶ ἡ σατανικὴ τοῦ σκότους, καὶ ἡ φωτεινὴ τῆς θεότητος.


VI. Est igitur terra, in qua quadrupedia habitant: est quoque terra in aere, in qua ambulant ac vivunt volucres. Quæ si velint consistere super terram & deambulare, habent venatores, qui eas capiant; est quoque terra piscium, aqua scilicet maris. At unumquodque, in quo loco fuerit natum,
C sive in terra sive in aere, illic degit, nutritur ac quiescit. Sic quoque terra est patria satanæ, in qua degunt, & circumambulant, ac in qua requiescunt potestates tenebrarum & Spiritus nequitiæ. Est quoque terra lucida divinitatis, in qua circumambulant ac requiescunt, castra & acies angelorum & sanctorum spirituum. Atque nec terra tenebrosa oculis hujus corporis conspici aut contrectari potest; nec terra divinitatis lucida contrectatur aut videtur oculis carneis: spiritualibus vero patet, oculo nempe cordis, tum quæ est satanæ ac tenebrarum, tum etiam quæ est lucida ac divina.

Ὡς δὲ ὁ λόγος τῶν ἔξωθεν λέγει, ἔστιν ὄρη πύρινα, ὅτι ἐκεῖ πῦρ ἐστι, καὶ ἔστιν ἐκεῖ ζῶα ὅμοια τοῖς προβάτοις· λοιπὸν οἱ θηρεύοντες αὐτὰ ποιοῦσι σιδηροῦς τροχοὺς, καὶ βάλλουσιν ἄγκιστρα, καὶ πέμπουσιν εἰς τὸ πῦρ, ἐπειδὴ ἐκεῖνα τὰ ζῶα τὸ πῦρ ἔχει βρῶσιν, τὸ πῦρ ἔχει πόσιν, ἀνάπαυσιν, αὔξησιν, ζωὴν, ἀντὶ πάντων τὸ πῦρ αὐτοῖς ἐστι· καὶ ἐὰν ἐξενέγκῃς αὐτὰ εἰς ἄλλον ἀέρα ἀπόλλυνται, καὶ τὰ ἐνδύματα αὐτῶν ὅταν ῥυπωθῇ, εἰς τὸ ὕδωρ οὐ πλύνονται, ἀλλὰ εἰς τὸ πῦρ, καὶ γίνονται καθαρώτερα καὶ λευκότερα· οὕτως καὶ οἱ Χριστιανοὶ τὸ ἐπουράνιον πῦρ ἐκεῖνο ἔχουσι βρῶσιν· ἐκεῖνο αὐτοῖς ἐστιν ἀνάπαυσις· ἐκεῖνο καθαρίζει, καὶ πλύνει, καὶ ἁγιάζει αὐτῶν τὴν καρδίαν· ἐκεῖνο φέρει αὐτοὺς εἰς αὔξησιν· ἐκεῖνο αὐτοῖς ἐστιν ἀὴρ, καὶ ζωή. ἂν δὲ ἐκεῖθεν ἐξέλθωσιν, ἀπόλλυνται ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, ὥσπερ ἐκεῖ τὰ ζῶα ἐξερχόμενα ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἀποθνήσκει, ὥσπερ οἱ ἰχθύες ἀπὸ τῶν ὑδάτων, ὥσπερ τὰ τετράποδα ζῶα βαλλόμενα εἰς τὴν θάλασσαν πνίγεται, ὥσπερ τὰ πετεινὰ περιπατοῦντα εἰς τὴν γῆν κατέχεται ὑπὸ τῶν θηρευτῶν. οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἡ μὴ μένουσα ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ, συμπνίγεται καὶ ἀπόλλυται· καὶ ἐὰν μὴ ἔχῃ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ θεϊκὸν ἀντὶ βρώσεως καὶ πόσεως, καὶ ἐνδυμάτων, καὶ καθαρισμοῦ καρδίας, καὶ ἁγιασμοῦ ψυχῆς, κατέχεται ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, καὶ διαφθείρεται. ἡμεῖς δὲ σὺν σπουδῇ ζητήσωμεν, εἰ ἐσπάρημεν ἐν τῇ ἀοράτῳ γῇ ἐκείνῃ, καὶ ἐφυτεύθημεν ἐν τῇ ἐπουρανίῳ ἀμπέλῳ. δόξα τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ. ἀμήν.

VII. Verum, ut profanus sermo perhibet, sunt
D quidam montes ignei, quia illic ignis permanet, suntque illic animalia similia ovibus. Ceterum venatores ad ea capienda conficiunt ferreas rotas, & projectos hamos mittunt in ignem, quandoquidem illa animalia ignem habent loco cibi, requiei, incrementi, vitæ, omnium denique loco ignis illis est. Ac si transferas ea alium in aerem, pereunt: & indumenta illorum, si fuerint sordibus inquinata, aqua non eluuntur, sed igni, fiuntque puriora ac candidiora: sic quoque Christiani cælestem illum ignem habent vice alimenti, ille ipsis est requies, ille expurgat, lavat, & sanctificat cor illorum: ille præbet eis augmentum: ille eis est aer & vita. Si vero inde egrediantur, interficiuntur a pravis spiriti-
E bus, velut ibi animalia igni egredientia moriuntur, velut pisces aqua egredientes, velut quadrupedia animalia in mare projecta suffocantur: velus volucres ambulantes super terram capiuntur ab aucupibus: sic quoque anima, quæ non permanet in terra illa suffocatur & periit: & nisi habeat ignem illum divinum loco cibi, potus, indumentorum, purificationis cordis, & sanctificationis animæ, comprehenditur ab improbis spiritibus, ac perit. Nos autem studiose inquiramus, num seminati simus in invisibili illa terra, ac plantati in cælesti vinea. Gloria miserationibus ejus in æternum. Amen.

[a] Psal. xvi. 5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



A

ΟΜΙΛΙΑ ιέ.

Διδάσκει αὕτη ἡ ὁμιλία διὰ πολλῶν, πῶς τὴν ψυχὴν ἐν ἁγιότητι, καὶ ἁγνότητι καὶ καθαρότητι πρὸς τὸν νυμφίον αὐτῆς Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν σωτῆρα τοῦ κόσμου, χρὴ διάκεισθαι. Συνέχει δέ τινας ζητήσεις πολλῆς διδασκαλίας γεμούσας, δηλαδὴ εἰ ἐν τῇ ἀναστάσει ὅλα τὰ μέλη ἀνίστανται; καὶ ἄλλας μυρίας περὶ τοῦ κακοῦ, καὶ τῆς χάριτος καὶ τοῦ αὐτεξουσίου, καὶ τῆς ἀξιότητος τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων.

Ὥσπερ ἀνήρ τις πλούσιος σφόδρα, βασιλεὺς ἔνδοξος, ἐὰν εὐδοκήσῃ ἐπὶ γυναικὶ πενιχρᾷ μηδὲν κεκτημένῃ, εἰ μὴ μόνον τὸ ἴδιον σῶμα, καὶ ταύ- B της ἐραστὴς γένηται, καὶ βουληθῇ ἑαυτῷ νύμφην καὶ σύνοικον αὐτὴν ἀγαγέσθαι, κἀκείνη λοιπὸν πᾶσαν εὔνοιαν ἐνδείκνυται τῷ ἀνδρὶ, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην ἀποσώζουσα· ἰδοὺ ἡ πενιχρὰ ἐκείνη καὶ ἐνδεὴς, ἡ μηδὲν κεκτημένη, πάντων δέσποινα τυγχάνει τῶν τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ὑπαρχόντων· ἐὰν δέ τι παρὰ τὸ δέον καὶ ὀφειλόμενον πράξῃ, καὶ μὴ ἁρμοζόντως ἀναστρέφηται ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, τότε μετὰ ἀτιμίας καὶ ὕβρεως ἐκβάλλεται, τὰς δύο χεῖρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς θεῖσα, καθάπερ καὶ ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως αἰνίττεται περὶ γυναικὸς ἀνυποτάκτου, καὶ μὴ χρησιμευούσης τῷ αὐτῆς ἀνδρί. καὶ τότε λοιπὸν ὀδύνην καὶ πένθος μέγιστον κτᾶται, λογιζομένη, ἐξ οἵου πλούτου ἐξέπεσε, καὶ οἵας δόξης ἐκτὸς γέγονεν, ἀτιμα- C σθεῖσα διὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτῆς.

Οὕτω καὶ ψυχὴ ἣν ἂν μνηστεύσηται νύμφην ὁ ἐπουράνιος νυμφίος Χριστὸς, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μυστικὴν καὶ θείαν κοινωνίαν, καὶ γεύσηται ἐπουρανίου πλούτου, ἐν πολλῇ σπουδῇ γνησίως ἀρέσκειν ὀφείλει τῷ αὐτῆς μνηστῆρι Χριστῷ, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος διακονίαν, ἣν ἐμπεπίστευται, δεόντως καὶ ἁρμοζόντως ἐκπληροῦν, τῷ ἀρέσκειν τῷ Θεῷ ἐν πᾶσι, καὶ τὸ πνεῦμα ἐν μηδενὶ λυπεῖν, καὶ τὴν καλὴν πρὸς αὐτὸν σωφροσύνην καὶ ἀγάπην προσηκόντως τηρεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως καλῶς ἀναστρέφεσθαι ἐν πάσῃ εὐνοίᾳ τῆς δοθείσης χάριτος· ἰδοὺ ἡ τοιαύτη ψυχὴ πάντων τῶν τοῦ κυρίου ἀγαθῶν δέσποινα καθίσταται, καὶ αὐ- D τὸ τὸ ἔνδοξον τῆς θεότητος αὐτοῦ, σῶμα αὐτῆς τυγχάνει· ἂν δὲ σφαλῇ τι, καὶ παρὰ τὸ δέον πράξῃ ἐν τῇ διακονίᾳ αὐτῆς, καὶ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ οὐ πράττῃ, καὶ τῷ θελήματι αὐτοῦ οὐκ ἐξακολουθῇ, οὔτε συνεργὸς τῆς συνούσης τοῦ πνεύματος χάριτος γίνηται, τότε μετὰ ὕβρεως ἀπρεπῶς ἀτιμάζεται, καὶ ἀφορίζεται τῆς ζωῆς ὡς ἀχρεία γενομένη, καὶ ἀνεπιτήδειος τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως· καὶ λοιπὸν ἐπ' ἐκείνῃ τῇ ψυχῇ, λύπη καὶ ὀδύνη, καὶ κλαυθμὸς πᾶσιν ἁγίοις καὶ νοεροῖς πνεύμασι γίνεται· ἄγγελοι, δυνάμεις, ἀπόστολοι, προφῆται, μάρτυρες κλαίουσιν ἐπ' αὐτῇ.

Ὥσπερ γὰρ χαρὰ γίγνεται ἐν οὐρανῷ, ὡς ὁ Κύ- E ριος εἶπεν, ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι· οὕτως λύπη πολλὴ καὶ κλαυθμὸς ἐν τῷ οὐρανῷ γίνεται, ἐπὶ μιᾷ ψυχῇ ἀποπιπτούσῃ τῆς αἰωνίου ζωῆς· καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς γῆς ἐπάν τις πλούσιος ἀποθάνῃ ἀνὴρ, μετὰ μελῳδιῶν, καὶ θρήνου, καὶ κοπετοῦ ἐκκομίζεται τοῦ βίου ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀδελφῶν, καὶ πρὸς συγγενῶν, καὶ φίλων, καὶ γνωρίμων· οὕτως καὶ ἐπὶ τῇ ψυχῇ ἐκείνῃ πάντες οἱ ἅγιοι πενθοῦσι μετὰ θρήνων καὶ μελῳδιῶν· καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ τοῦτο ἡ γραφὴ αἰνίττεται λέγουσα, πέπτωκε πίτυς, πενθεῖτε κέδροι· ὥσπερ γὰρ ὁ Ἰσραὴλ ὅτε ἐδόκει εὐαρεστεῖν τῷ δεσπότῃ, εἰ καὶ μηδέποτε ὃν δεῖ τρόπον εὐηρέστησε, στῦλον νεφέλης εἶχεν ἐπισκιάζοντα, καὶ στῦλον πυρὸς καταυγά-

HOMILIA XV.

Docet homilia hæc prolixe, quo pacto anima in sanctitate, castitate ac puritate erga sponsum suum Christum Jesum, Servatorem mundi, se gerere debeat. Continet vero quasdam quæstiones summa doctrina refertas, videlicet, utrum in resurrectione omnia membra resurgant, & alias infinitas de vitio, de gratia, de libertate arbitrii & dignitate generis humani.


I. Quemadmodum vir quidam, admodum dives, rex illustris, si delectetur femina paupere, nihil præterquam corpus suum possidente, ejusque amator fiat, ac velit eam sibi in sponsam ac conjugem assumere; illa contra omnem benevolentiam præstat viro, amoremque, quo eum prosequitur, conservat: ecce pauper illa ac egena, quæ nihil possidet, omnium bonorum viri sui fit domina: si vero quid præter decorum ac officium commiserit, nec convenienter ac decenter in domo viri sui versata fuerit, tunc cum infamia ac contumelia ejicitur, ambabus manibus capiti impositis; quemadmodum & in lege Moysis obscure innuitur de muliere refractaria, quæ viro suo nihil commodi præstat. Tum demum illa dolorem ac luctum maximum sustinet, cum secum perpendit, quantis divitiis exciderit, qua gloria sit privata, contemta ob dementiam suam.

II. Sic quoque anima, cujus connubium petierit cælestis sponsus Christus in mysticam ac divinam societatem suam, atque gustaverit cælestes divitias, magna in diligentia atque ingenue placere debet suo sponso Christo, & ministerium Spiritus sibi concreditum decenter & convenienter implere, ut placeat Deo in omnibus, & Spiritum in nulla re contristet, ac præclaram erga illum modestiam & dilectionem decenter conservet, atque in domo cælestis regis recte conversetur, sitque concessa gratia ipsi in omnibus grata & accepta. Ecce ejusmodi anima omnium Domini bonorum domina constituitur, atque ipse splendor divinitatis corpus ejus exsistit. Si vero quid aberrarit, ac citra decorum egerit quid in ministerio suo, nec grata ei fecerit, nec voluntati ejus paruerit, neque cooperata cum gratia Spiritus secum habitante fuerit, tunc non absque contumelia ac dedecore, honore exuitur, ac privatur vita tamquam inutilis effecta, minimeque apta societate cælestis regis. Ac tandem propter illam animam tristitia, dolor ac luctus omnes sanctos & intellectuales spiritus invadit: angeli, potestates, apostoli, prophetæ, martyres lugent ejus vicem.

III. Quemadmodum enim [a] *gaudium est in cælo*, ut dixit Dominus, *super uno peccatore pænitentiam agente*; ita tristitia multa est & luctus in cælo super una anima, quæ excidit vita æterna. Et quemadmodum in terris, si quis locuples vir mortuus fuerit, cum cantu lugubri, lamentatione, ac planctu effertur e vita per suos fratres, consanguineos, amicos ac familiares: sic quoque propter eam animam omnes sancti lugent lamentatione ac voce lugubri. Alibi enim scriptura ad hoc obscure alludit, inquiens: [b] *cecidit pinus, lugete cedri.* Quemadmodum enim populus Israel, cum videretur placere Domino, quamvis nullo modo, quo debuit, ei placuerit, [c] columnam nubis habebat obumbrantem,

a Luc. xv. 7. b Zach. xi. 2. c Exod. xiii. 21. xiv. 19.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



ζοντα, θάλασσαν ἑώρα σχιζομένην ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ὕδωρ ἐκ πέτρας διαυγὲς ἐξερχόμενον· ἐπεὶ δὲ ἐστρέφετο ὁ νοῦς αὐτῶν, καὶ ἡ προαίρεσις ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, τότε ὄφεσι παρεδίδοντο, καὶ τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν, ἐν αἰχμαλωσίαις δειναῖς ἀπαγόμενοι, καὶ δουλείαις πικραῖς ἐξεταζόμενοι. τὸ αὐτὸ πάντως καὶ ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν γίνεται· τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῷ προφήτῃ Ἰεζεκιὴλ μυστικῶς ἐμφαῖνον τὸ πνεῦμα περὶ τῆς τοιαύτης ψυχῆς, ὥσπερ Ἱερουσαλὴμ, ἔλεγεν, εὗρόν σε, φησὶν, ἐν τῇ ἐρήμῳ γυμνὴν, καὶ ἔλουσά σε ἐκ τοῦ ὕδατος τῆς ἀκαθαρσίας σου, καὶ ἐνέδυσά σε ἔνδυμα, καὶ ψέλλια περιέθηκα ἐν ταῖς χερσί σου, καὶ μανιάκια περὶ τὸν τράχηλόν σου, καὶ ἐνώτια ἐν τοῖς ὠσί σου, καὶ ἐγένου μοι ὀνομαστὴ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· σεμίδαλιν, καὶ ἔλαιον, καὶ μέλι ἔφαγες, καὶ εἰς ὕστερον ἐπελάθου τῶν εὐεργεσιῶν μου, καὶ ἐπορεύθης ὀπίσω τῶν ἐραστῶν σου, καὶ ἐπόρνευσας ἐν αἰσχύνῃ.

A & columnam ignis illuſtrantem mare videbat dividi coram ipſis, ac limpidam aquam e petra erumpere: poſtquam vero averſa eſt mens & voluntas eorum a Deo, tum ſerpentibus traditi, & hoſtibus ſuis, ac in captivitatem miſerrimam abducti, atque ſervitutibus duris tentati ſunt. Idem prorſus quoque animis noſtris contingit. Quod ipſum quoque per prophetam Ezechielem myſtice commonſtrans Spiritus de hujuſmodi anima, velut de Jeruſalem, loquebatur: [a] *Inveni te*, inquit, *in deſerto nudam, & ablui te aqua ab impuritate tua, & indui te veſtimento, & armillas circumpoſui manibus tuis, & torques circa collum tuum, & inaures in auribus tuis, & facta es mihi nominata inter omnes gentes.* B *Similam & oleum ac mel comediſti, & ad ultimum es oblita beneficia mea. Abiiſti poſt amatores tuos, & cum pudore fornicata es.*

Οὕτως καὶ ψυχῇ τῇ διὰ τῆς χάριτος ἐπιγινωσκούσῃ τὸν Θεὸν, τὸ πνεῦμα παραινεῖ, ἥτις καθαρισθεῖσα ἀπὸ τῶν προτέρων ἁμαρτιῶν καὶ τοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος κοσμίοις κοσμηθεῖσα, καὶ μεταλαβοῦσα θείας καὶ ἐπουρανίου τροφῆς· μὴ δεόντως δὲ ἐν πολλῇ γνώσει ἀναστρεφομένη, καὶ ἁρμοζόντως μὴ τηροῦσα τὴν ὀφειλομένην τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ Χριστῷ εὔνοιαν καὶ ἀγάπην, ἀποῤῥίπτεται καὶ ἐκβάλλεται τῆς ζωῆς ἧς ποτε μέτοχος γέγονε· δύναται γὰρ ὁ σατανᾶς καὶ μετὰ τῶν ἐχόντων τοιαῦτα μέτρα ἐπαίρεσθαι καὶ ὑψοῦσθαι, καὶ κατὰ τῶν τὸν Θεὸν ἐν χάριτι καὶ δυνάμει ἐπιγνόντων, ἀκμὴν ἡ κακία ἐπαίρεται, καὶ ἀγωνίζεται καταράξαι. ἀγωνιστέον τοίνυν καὶ παραφυλακτέον καὶ ἡμᾶς πάσῃ συνέσει μετὰ φόβου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθαι καθὼς γέγραπται. ὅσοι οὖν μέτοχοι τοῦ πνεύματος Χριστοῦ γεγόνατε, ἐν μηδενὶ πράγματι, μήτε ἐν μικρῷ μήτε ἐν μεγάλῳ, καταφρονητικῶς διατεθῆτε, καὶ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος μὴ ἐνυβρίσητε, ἵνα μὴ τῆς ζωῆς ἐκτὸς γένησθε, ἧς μέτοχοι ἤδη γεγόνατε.

IV. Sic quoque animam, quæ per gratiam Deum cognoſcit, Spiritus admonet: quæ purificata quidem a priſtinis peccatis, & Spiritus ſancti ornamentis decorata, ac particeps facta divini ac cæleſtis cibi; minus vero decenter in multa cognitione verſata, nec convenienter, debitam cæleſti ſponſo Chriſto benevolentiam & dilectionem conſervans, projicitur & detruditur a vita, cujus erat particeps facta. Valet namque ſatanas vel adverſus eos, qui ad hos gradus pervenerunt, inſurgere & elevari: & adver- C ſus eos, qui Deum in gratia & virtute cognoverunt, adhuc nequitia inſurgit, ac conatur eos deturbare. Contendendum igitur ac prudenter cavendum quoque nobis eſt, [b] *ut cum timore noſtram ipſorum ſalutem operemur*, ut ſcriptum eſt. Quicumque igitur participes Spiritus Chriſti facti eſtis, in nulla re, ſive parva ſive magna, contemtim ita ſitis animo diſpoſiti, ut hæc contemnatis, neque gratiam Spiritus contumelia afficiatis, ne vita privemini, cujus participes facti eratis.

Καὶ πάλιν ἑτέρῳ προσώπῳ λέξω· ὥσπερ δοῦλος ἐὰν εἰσέλθῃ ἐν παλατίῳ, ὑπηρετῆσαι τὰ σκεύη τῆς ὑπηρεσίας, ἐκ τῶν τοῦ βασιλέως ὑπαρχόντων λαμβάνει, αὐτὸς δὲ γυμνὸς εἰσέρχεται, καὶ ἐν τοῖς τοῦ βασιλέως σκεύεσιν ὑπηρετεῖ τῷ βασιλεῖ. λοιπὸν ὧδε πολλῆς συνέσεως, καὶ διακρίσεως χρεία, ἵνα μήτι παρὰ τὸ δέον διακονήσῃ, ἀλλὰ ἀντὶ ἄλλων ἐδέσματα εἰσαγαγὼν τῇ τοῦ βασιλέως τραπέζῃ, ἀλλὰ κατὰ ἀκολουθίαν τὰ πρῶτα καὶ τὰ ἔσχατα παραθῇ σιτία· εἰ δὲ κατὰ ἄγνοιαν καὶ ἀδιακρισίαν μὴ διακονήσῃ τῷ βασιλεῖ καθεξῆς, κινδύνου καὶ θανάτου ἔνοχος τυγχάνει· οὕτως καὶ ψυχὴ ἐν τῇ χάριτι καὶ τῷ πνεύματι διακονοῦσα τῷ Θεῷ, πολλῆς διακρίσεως καὶ γνώσεως χρήζει, ὅπως μήτι σφαλῇ ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ σκεύεσιν, ἤγουν τῇ τοῦ πνεύματος διακονίᾳ, τὴν ἰδίαν προαίρεσιν μὴ συμφωνοῦσαν τῇ χάριτι ἔχουσα· ἔστι γὰρ ἐν τῇ τοῦ πνεύματος διακονίᾳ κρυπτῶς ὑπὸ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἐπιτελουμένῃ, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις σκεύεσι, τουτέστι τῷ πνεύματι αὐτοῦ διακονεῖσθαι τὸν κύριον ὑπὸ τῆς ψυχῆς· ἄνευ δὲ τῶν αὐτοῦ σκευῶν, τουτέστι τῆς χάριτος, ἀδύνατόν τινα τῷ Θεῷ διακονῆσαι, τουτέστιν εὐαρεστῆσαι εἰς πάντα τὰ τοῦ Θεοῦ θελήματα.

V. Hoc ipſum denuo in alia perſona dicam. Quemadmodum ſervus palatium aliquod ingreſſus, ut tractet vaſa miniſterii, ex regis bonis ſumit, nudus D cum ipſe venerit, atque in ipſis vaſibus quæ ſunt regis, miniſtrat regi. Ceterum hic magna prudentia ac judicio opus eſt, ne præter decorum quid miniſtret, alia pro aliis eſculenta apponens regiæ menſæ, ſed ut ordine ſervato, prima atque poſtrema apponat cibaria. Sin vero ex ignorantia, ac judicii defectu non juxta ordinem regi miniſtret, periculo mortique obnoxius fit. Sic & anima, quæ in gratia & ſpiritu miniſterium Deo exhibet, accurato judicio & cognitione indiget, ne quid aberret in vaſibus divinis, aut miniſterio ſpirituali, propriam voluntatem, non congruentem gratiæ, habens. Licet enim, ut utique in miniſterio ſpirituali, quod clam per interiorem hominem peragitur, & in pro- E priis vaſibus, hoc eſt, ſpiritu proprio, anima Domino miniſtret. Abſque vero Dei vaſibus, hoc eſt, abſque gratia, impoſſibile eſt quempiam Deo ſervire, hoc eſt placere in quacumque Dei voluntate.

Καὶ ὅταν λάβῃ τὴν χάριν, καὶ τότε πολλῆς συνέσεως, καὶ διακρίσεως χρεία, ἅπερ καὶ ταῦτα αὐτὸς δίδωσιν αὐτῇ ζητούσῃ παρὰ Θεοῦ, ὅπως εὐαρέστως αὐτῷ διακονήσῃ ἐν τῷ πνεύματι ὃ λαμβάνει, καὶ ἐν μηδενὶ κρατηθῇ ὑπὸ τῆς κακίας, καὶ σφαλῇ ὑπὸ ἀγνοίας καὶ ἀφοβίας, καὶ ἀμελείας παρατραπεῖσα, καὶ παρὰ τὸ δέον τοῦ δεσποτικοῦ διαπραξαμένη θελήματος, ἐπεὶ τιμωρία, καὶ θάνατος, καὶ πένθος

VI. At ubi acceperit gratiam, tum ſumma prudentia atque judicio opus eſt, quæ etiam ipſa concedit Deus animæ a ſe poſtulanti, ut graviſſima ei poſſit exhibere ſervitia in Spiritu, quem accipit; & in nullo vincatur a malitia, atque fallatur per ignorantiam, temeritatem ac negligentiam averſa, præterque decorum dominicæ voluntatis omnia peragens: quia ſupplicium, mors, & luctus hujuſmodi

a Ezech. XVI. 6. ſeq. b Philipp. II. 12.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

τῇ τοιαύτῃ ἔσται ψυχῇ· ὃ καὶ ὁ θεῖός φησιν ἀπόστολος, μή πως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι· ὁρᾷς, ἀπόστολος ὢν τοῦ Θεοῦ, οἷον εἶχε φόβον; Παρακαλέσωμεν τοίνυν τὸν Θεὸν, ὅπως τὴν διακονίαν τοῦ πνεύματος κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα διακονήσωμεν ἐξαιρέτως, ὅσοι τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ ἐτύχομεν, καὶ μὴ τῇ καταφρονητικῇ συζῶμεν ἐννοίᾳ, ἵνα οὕτως εὐαρέστως αὐτῷ πολιτευσάμενοι, καὶ πνευματικῇ λατρείᾳ κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ λατρεύσαντες αὐτῷ, τὴν αἰώνιον ζωὴν κληρονομήσωμεν.

A animam manet. Quod etiam divus apostolus dixit: [a] *Ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar*. Vides cum Dei apostolus esset, quo fuerit timore? Obsecremus igitur Dominum, ut servitium Spiritus secundum voluntatem ejus inprimis exhibeamus, quicumque gratiæ divinæ participes facti sumus, neque mente ad contemtum disposita convivamus, ut hoc modo gratissima Deo conversatione utentes, ac spirituali cultu secundum voluntatem ejus illi ministrantes, æternæ vitæ hereditatem cernamus.

Ασθένειαν περίκειταί τις, καὶ συμβαίνει τινὰ μέλη ἔχειν αὐτὸν ὑγιᾶ, ὀφθαλμὸν ἴσως ὄψεως, ἤτι ἕτερον, ἀλλὰ τὰ λοιπὰ μέλη ἠφάνισται· οὕτως ἐστὶ καὶ εἰς τὸ πνευματικόν· εἰκός τινα ἔχειν ὑγιᾶ μέλη τοῦ πνεύματος τρία, ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τέλειός ἐστιν· ὁρᾷς πόσοι βαθμοί εἰσι καὶ μέτρα τοῦ πνεύματος. πῶς κατὰ μέρος διϋλίζεται καὶ λεπτύνεται τὸ κακὸν, καὶ οὐχ ἅπαξ. ὅλη ἡ πρόνοια καὶ οἰκονομία τοῦ κυρίου, καὶ τὸ ἀνατέλλειν τὸν ἥλιον, καὶ πάντα τὰ δημιουργήματα, διὰ τὴν βασιλείαν, ἣν μέλλουσι κληρονομεῖν οἱ ἐκλεκτοὶ, γεγόνασι, διὰ τὸ τὴν εἰρηνικὴν καὶ καθ' ὁμόνοιαν συστῆναι βασιλείαν.

VII. Morbo si quis laborat, tamen fieri potest, ut is membra quædam illæsa ac sana habeat, oculum videlicet visionis, aut aliud membrum: reliB qua vero membra afficiuntur: sic quoque habet se res in spiritualibus. Probabile est, quempiam membra spiritus tria habere sana, sed non propterea perfectus est. Vides quot gradus & modi sint spiritus: quomodo per partes defecetur ac minuatur malitia, & non uno momento. Universa, quæ sunt, providentia ac dispensatione divina fiunt, tum quod oriatur sol, tum quod omnes creaturæ propter regnum, quod hereditario jure possessuri sunt electi, factæ sint, ut pacificum ac ex concordia constituant regnum.

Οφείλουσιν οὖν οἱ Χριστιανοὶ εἰς πάντα ἀγωνίζεσθαι, καὶ μήτε κρίνειν ὅλως τινὰ, μὴ πόρνην προεστῶσαν, μὴ ἁμαρτωλοὺς, ἢ ἀτάκτους, ἀλλ' ἁπλῇ προαιρέσει καὶ καθαρῷ ὀφθαλμῷ πάντας ὁρᾷν, ἵν' ὑπάρχῃ τοῦτό τινι ὡς φυσικὸν καὶ πηκτὸν, μηδένα ἐξουδενεῖν, μήτε ἀνακρίνειν, ἢ βδελύσσεσθαι, ἢ ἔχειν αὐτοὺς ἐν διακρίσει. μονόφθαλμον ἐὰν ἴδῃς, μὴ διακριθῇς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ἀλλ' ὡς ὑγιεῖ αὐτῷ πρόσχες· τὸν ἔχοντα κυλλὴν τὴν χεῖρα, ὡς μὴ κεκυλλωμένην ἴδε, τὸν χωλὸν ὡς ὀρθὸν, τὸν παραλυτικὸν ὡς ὑγιαίνοντα· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ καθαρότης τῆς καρδίας, ἵνα ἰδὼν τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἢ ἀσθενεῖς συμπαθήσῃς, καὶ εὔσπλαγχνος ἐπ' αὐτοῖς γένῃ· συμβαίνει γὰρ καὶ ἁγίους κυρίου καθέζεσθαι εἰς θέατρα καὶ βλέπειν τὴν ἀπάτην τοῦ κόσμου· αὐτοὶ δὲ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον λαλοῦσι μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ τὸν ἔξω ἄνθρωπον φαίνονται τοῖς ὀφθαλμοῖς ὡς θεωροῦντες τὰ ἐν τῷ κόσμῳ γινόμενα.

VIII. Debent igitur Christiani per omnia contendere, neque omnino judicare quempiam, ne quidem meretricem prostitutam, nec peccatores, nec C lurcones, sed simplici intentione ac puro oculo omnes aspicere; ut sit hoc cuidam quasi naturale & infixum, ne quemquam contemnat, nec judicet, aut abominetur, aut ipsos habeat in discrimine. Si monoculum aspexeris, ne dijudices in corde tuo, sed eum perinde, ac si sanus esset intuere; mancum aliquem manu minime veluti mutilatum aspice, claudum velut erecto corpore incedentem, paralyticum velut sanum. Hæc enim est puritas cordis, ut visis peccatoribus aut infirmis, compatiaris ac misericors erga eos fis. Contingit enim, ut sancti quoque Domini, velut in specula sedentes, prospiciant deceptiones mundi; quippe qui secundum interiorem hominem cum Deo colloquuntur, secundum vero D exteriorem hominem apparent oculis quasi spectare ea, quæ fiant in mundo.

Ἄλλην οὖν ἔχουσιν οἱ κοσμικοὶ ἐνέργειαν ὑπὸ τοῦ πνεύματος τῆς πλάνης τοῦ φρονεῖν τὰ γήϊνα. οἱ δὲ Χριστιανοὶ ἄλλην ἔχουσι προαίρεσιν, ἄλλον νοῦν, ἄλλου αἰῶνός εἰσιν, ἄλλης πόλεως· πνεῦμα γὰρ Θεοῦ κοινωνεῖ ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, καὶ καταπατοῦσι ἀντικείμενον· γέγραπται γὰρ, ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος· οἱ γὰρ θεοσεβεῖς πάντων εἰσὶ δεσπόται. πάλιν δὲ οἱ χαῦνοι τῇ πίστει, καὶ ἁμαρτωλοὶ, ὅλως εἰσὶ δοῦλοι, καὶ πῦρ αὐτοὺς καίει, καὶ λίθος, καὶ ξίφος ἀποκτείνει· καὶ τελευταῖον δαίμονες αὐτῶν κατακυριεύσουσιν.

IX. Aliam igitur habent seculares virtutem a Spiritu erroris, ut sapiant videlicet terrena. Christiani vero aliam habent intentionem, alium animum, alius sunt seculi, alius civitatis. Spiritus enim Dei societatem init cum illorum animis, & conculcant adversarium. Scriptum enim est: [b] *Novissimus hostis aboletur mors*. Deum enim qui venerantur, omnium sunt Domini. Econtrario vero, qui lenti sunt fide ac peccatores, penitus sunt servi, ignis eos urit, lapisque & gladius eos interficit; ac tandem dæmones dominabuntur in eos.

E

Ερώτησις.

Interrogatio.

Εἰ ἐν τῇ ἀναστάσει ὅλα τὰ μέλη ἀνίστανται;

X. *Utrum in resurrectione omnia membra resurgant.*

Απόκρισις.


Responsio.

Τῷ Θεῷ πάντα εὔκολά ἐστι, καὶ οὕτως ἐπηγγείλατο· ἀνθρωπίνῃ δὲ ἀσθενείᾳ καὶ λογισμῷ ὥσπερ ἀδύνατον τοῦτο καταφαίνεται. ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ χοὸς καὶ τῆς γῆς λαβὼν ὁ Θεὸς, ὡς ἄλλην τινὰ φύσιν κατεσκεύασε τὴν τοῦ σώματος μὴ ἐοικυῖαν τῇ γῇ, καὶ γένη πολλὰ ἐποίησεν, οἷον τρίχας, καὶ δέρμα, καὶ ὀστέα, καὶ νεῦρα. καὶ ὃν τρόπον βαλλο-

Deo omnia facilia sunt, & sic promisit: humanæ vero imbecillitati & cogitationi velut impossibile hoc videtur. Quemadmodum enim Deus e pulvere & terra sumens, velut aliam quamdam naturam condidit, naturam nimirum corporis, terræ minus similem, & genera multa creavit, velut pilos, pellem, ossa & nervos: & quemadmodum projecta

a 1. Cor. IX. 27. b 1. Cor. XV. 26.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



μένη ῥαφὶς εἰς πῦρ, ἀλλάσσει τὴν χρόαν, καὶ μεταβάλλεται εἰς πῦρ· μέντοιγε ἡ φύσις τοῦ σιδήρου οὐκ ἀνῃρέθη, ἀλλὰ συνέστηκεν· οὕτως καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει ὅλα τὰ μέλη ἀνίστανται, καὶ θρὶξ οὐκ ἀπόλλυται, καθὼς γέγραπται, καὶ ὅλα γίγνονται φωτοειδῆ, ὅλα εἰς φῶς καὶ πῦρ βάπτονται, καὶ μεταβάλλονται, ἀλλ' οὐχ ὥς τινες λέγουσιν, ἀναλύεται καὶ γίνεται πῦρ, καὶ οὐκέτι ὑφέστηκεν ἡ φύσις. Πέτρος γὰρ Πέτρος ἐστὶ, καὶ Παῦλος Παῦλος, καὶ Φίλιππος Φίλιππος· ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ φύσει καὶ ὑποστάσει μένει πεπληρωμένος τοῦ πνεύματος. εἰ δὲ λέγεις, ὅτι ἀνελύθη ἡ φύσις, οὐκέτι Πέτρος, ἢ Παῦλος, ἀλλὰ πάντη καὶ πανταχοῦ ὁ Θεὸς, καὶ οὔτε οἱ εἰς γέενναν ἀπερχόμενοι αἰσθάνονται τῆς κολάσεως, οὔτε οἱ εἰς βασιλείαν, τῆς εὐεργεσίας.

A in ignem acus, alterato colore vertitur in ignem: quamquam natura quidem ferri non penitus tollitur, sed subsistit: ita in resurrectione omnia membra resurgent, [a] *nec perit capillus*, ut scriptum est, omniaque lucida redduntur, atque omnia lumine & igni tincta mutantur quidem, sed non, ut nonnulli ajunt, resolvuntur, & in ignem evadunt, adeo ut non amplius subsistat eorum natura. Petrus enim Petrus est, & Paullus Paullus, & Philippus Philippus. Quilibet in sua ipsius natura & substantia permanet repletus Spiritu. Quod si dicas, resolutam esse naturam, non amplius est Petrus aut Paullus, sed prorsus & ubique Deus: nec qui in gehennam abeunt, sentiunt supplicium, nec qui in regnum, B beneficium.

Ὥσπερ ἵνα ᾖ παράδεισος ἔχων παντοῖα δένδρα καρποφόρα, καὶ ᾖν ἐκεῖ ἄπιος, ἢ μῆλον, καὶ ἄμπελος ἔχουσα τὸν καρπὸν, καὶ τὰ φύλλα· συμβῇ δὲ τὸν παράδεισον καὶ ὅλα τὰ δένδρα, καὶ τὰ φύλλα μεταβληθῆναι, καὶ ἀλλαγῆναι εἰς ἄλλην φύσιν, καὶ γενέσθαι τὰ πρῶτα φωτοειδῆ· οὕτως καὶ οἱ ἄνθρωποι ἀλλάσσονται ἐν τῇ ἀναστάσει, καὶ γίγνονται τὰ μέλη αὐτῶν ἅγια, καὶ φωτοειδῆ. οἱ οὖν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι ὀφείλουσιν εὐτρεπίσαι ἑαυτοὺς εἰς ἀγῶνα καὶ ἄθλησιν. Ὥσπερ δὲ νεανίας γενναῖος τὰς ἐπιφερομένας πληγὰς, καὶ τὴν πάλην βαστάζει καὶ ἀντιτύπτει, οὕτω καὶ οἱ Χριστιανοὶ ὀφείλουσι φέρειν τὰς θλίψεις, τούς τε ἔξωθεν, καὶ τοὺς ἔνδοθεν πολέμους, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς τυπτόμενοι νικήσωσιν· ἡ γὰρ ὁδὸς τοῦ χριστιανισμοῦ οὕτως ἐστίν· ὅπου γάρ ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκεῖ ἐπακολουθεῖ οἷον σκιὰ ὁ διωγμὸς, καὶ ἡ πάλη. ὁρᾷς τοὺς προφήτας, πῶς ἐδιώκοντο ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων δι' ὅλου, εἰς οὓς ὅμως ἐνήργει τὸ πνεῦμα· ὁρᾷς, πῶς ὁ κύριος, ὅστις ἐστὶν ὁδὸς καὶ ἀλήθεια, οὐχ ὑπὸ ἄλλου ἔθνους ἐδιώχθη, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰδίων, ὑπὸ τῆς ἰδίας φυλῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐδιώχθη, καὶ ἐσταυρώθη· ὁμοίως καὶ οἱ ἀπόστολοι· ἐξ οὗ γὰρ ὁ σταυρὸς, μετῆλθε τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον, καὶ ἐχώρησεν εἰς τοὺς Χριστιανούς. λοιπὸν οὐδεὶς Ἰουδαίων ἐδιώχθη, ἀλλὰ μόνον Χριστιανοὶ ἐμαρτύρησαν· διὸ οὐκ ὀφείλουσι ξενίζεσθαι, ἀλλὰ ἀνάγκη διώκεσθαι τὴν ἀλήθειαν.

XI. Veluti si sit hortus consitus variis arboribus fructiferis, ac sit illic pyrus, pomus & vitis habens fructum & folia: accidit autem hortum omnesque arbores ac folia mutari, & converti in aliam naturam, fierique priora illa lucida: sic quoque homines mutantur in resurrectione, & fiunt membra eorum sancta & lucida. Quamobrem divini homines debent se præparare ad certamen & pugnam. Perinde autem, ut invenis generosus illatas plagas ac luctam sustinet ac referit: sic quoque Christiani perferre debent afflictiones, tum externas, tum interiora bella, ut percussi per tolerantiam superiores C evadant. Via enim Christianæ religionis sic se habet. Ubi Spiritus sanctus, illic sequitur, velut umbra, persequutio & pugna. Vides prophetas, quomodo persequutione afflicti fuerint ab omnibus contribulibus suis, in quibus nihilominus operabatur Spiritus. Vides quomodo Dominus, qui est [b] *via & veritas*, non ab alio populo persequutionem passus est, sed a suis, a propria scilicet tribu Israel persequutione affectus, ac cruci affixus est. Itidem & apostoli. Ex eo enim tempore, quo cruci affixus est, transiit Spiritus paracletus, & migravit in Christianos. Ceterum nullus Judæorum persequutionem pertulit, sed Christiani solum martyrio affecti sunt. Quare non est, quod Christiani in stuporem adducantur, D verum oportet veritatem persequutionem pati.

Ἐρώτησις.

Τινὲς λέγουσιν ὅτι ἔξωθεν ἐπεισέρχεται τὸ κακὸν, καὶ ἐὰν θέλῃ ὁ ἄνθρωπος, οὐ δέχεται, ἀλλ' ἀποπέμπεται αὐτό.

Interrogatio.

XIII. *Quidam ajunt exterius vitium ingredi, & si velit homo, non recipit, sed rejicit illud.*

Ἀπόκρισις.


Ὥσπερ ὁ ὄφις λαλήσας τῇ Εὔα, διὰ τὴν ὑπακοὴν ἔνδοθεν ἐπεισῆλθεν. οὕτω καὶ νῦν διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐπεισέρχεται ἡ ἁμαρτία ἔξω οὖσα· ἔχει γὰρ ἐξουσίαν καὶ παῤῥησίαν εἰσέρχεσθαι ἡ ἁμαρτία εἰς τὴν καρδίαν· οἱ γὰρ λογισμοὶ οὐκ εἰσιν ἔξωθεν, ἀλλ' ἔνδοθεν ἐκ τῆς καρδίας· λέγει γὰρ ὁ ἀπόστολος, βούλομαι τοὺς ἄνδρας προσεύχεσθαι χωρὶς ὀργῆς, καὶ διαλογισμῶν πονηρῶν· εἰσὶ γὰρ λογισμοὶ ἐξερχόμενοι ἐκ τῆς καρδίας κατὰ τὸ εὐαγγέλιον· ἄπελθε οὖν εἰς εὐχὴν, καὶ ἐπίσκεψαί σου τὴν καρδίαν καὶ τὸν νοῦν, καὶ θέλησον τὴν εὐχήν σου καθαρὰν ἀναπέμψαι τῷ Θεῷ, καὶ βλέψον ἐξαιρέτως ἐκεῖ, εἰ οὐδέν ἐστι τὸ ἐμποδίζον, εἰ γίνεται εὐχὴ καθαρὰ, εἰ ἠσχόληταί σου ὁ νοῦς περὶ τὸν κύριον, ὃν τρόπον τοῦ γεωργοῦ περὶ τὴν γεωργίαν, τοῦ ἀνδρὸς περὶ τὴν γυναῖκα, τοῦ ἐμπόρου περὶ τὴν ἐμπορίαν. εἰ κλίνεις τὰ γόνατά σου εἰς εὐχὴν, καὶ τοὺς λογισμούς σου ἄλλοι μὴ διαρπάζουσιν.

Responsio.

[c] Quemadmodum serpens locutus cum Eva, cum obediret ipsa, introgressus est: sic quoque nunc ob obedientiam hominis ingreditur peccatum, quod extra est. Habet enim peccatum plenam potestatem & libertatem in cor ingrediendi. E Neque enim cogitationes extra sunt, sed intus, ex corde proficiscentes. Inquit enim apostolus, [d] *Volo viros orare sine ira & cogitationibus pravis. Cogitationes* enim [e] *de corde exeunt* secundum evangelium. Accede itaque ad orationem, & examina cor tuum & animum, atque desidera orationem tuam Deo committere puram, atque circumspice ibi potissimum, num quid non sit aliquod impedimentum; num oratio sit pura; num intentus sit animus tuus Domino, perinde ac animus agricolæ agriculturæ, animus viri uxori, & mercatoris negotiationi; num flectas genua tua ad orandum, nec tuas cogitationes alii distrahant.

a Luc. XXI. 18. Marc. IX. 49. b Joan. XVI. 6. c Gen. III. 5. 6. d I. Tim. II. 8. e Matth. XV. 19.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



A Ἀλλὰ λέγεις, ὅτι ὁ κύριος ἐλθὼν διὰ τοῦ σταυροῦ κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν, καὶ οὐκέτι ἐστὶν ἔσω· ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐὰν ᾖ στρατιώτης, καὶ ἀποθῆται τὸ ἅρμα αὐτοῦ εἰς οἰκίαν τινὸς, ὅτι θέλει, ἐξουσίαν ἔχει εἰσιέναι καὶ ἐξιέναι ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ· οὕτως καὶ ἡ ἁμαρτία ἔχει ἐξουσίαν διαλογίζεσθαι ἐν τῇ καρδίᾳ· γέγραπται γὰρ, εἰσῆλθεν ὁ σατανᾶς εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα. εἰ δὲ λέγεις, ὅτι διὰ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Χριστοῦ κατεκρίθη ἡ ἁμαρτία, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκέτι ἔχει νομὴν τὸ κακὸν τοῦ διαλογίζεσθαι ἐν τῇ καρδίᾳ, ἀγνοεῖς ὅτι ἐκ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου μέχρι τοῦ νῦν, ὅσοι ἐβαπτίσθησαν, καὶ πονηρά ποτε ἐλογίσθησαν; ἢ οὐκ εἰς κενοδοξίαν τινὲς αὐτῶν, ἢ πορνείαν, ἢ γαστριμαργίαν ἐτράπησαν; ἀλλὰ ὅλοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κοσμικοὶ, B ἄμωμον καὶ καθαρὰν ἔχουσι τὴν καρδίαν; ἢ εὑρίσκομεν, ὅτι μετὰ τὸ βάπτισμα πολλαὶ ἁμαρτίαι γίγνονται, καὶ πολλοὶ ἁμαρτάνουσιν; ἔχει οὖν νομὴν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα εἰσελθεῖν ὁ λῃστὴς, καὶ πράττειν ἃ θέλει. γέγραπται γὰρ, ἀγαπήσεις κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου. ἀλλὰ λέγεις, ὅτι ἀγαπῶ, καὶ ἔχω πνεῦμα ἅγιον. ἔχεις τὴν μνήμην, καὶ τὸν ἔρωτα, καὶ τὴν καῦσιν πρὸς τὸν κύριον; νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐκεῖ ἀποδέδεσαι; καὶ εἰ μὲν ἔχεις τοιαύτην ἀγάπην, καθαρὸς εἶ· εἰ δὲ οὐκ ἔχεις, ζήτησον ἔτι ὅταν ἔλθωσιν ἀπὸ τῶν γηΐνων πραγμάτων, καὶ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν καὶ πονηρῶν λογισμῶν, εἰ μὴ πρὸς ταῦτα ὑποκλίνῃ· ἀλλὰ πάντοτε εἰς ἀγάπην καὶ πόθον Θεοῦ ἕλκεταί σου ἡ ψυχή· C οἱ γὰρ λογισμοὶ τοῦ κόσμου κατασπῶσι τὸν νοῦν εἰς τὰ ἐπίγεια, καὶ φθαρτὰ, καὶ οὐκ ἐῶσιν ἀγαπῆσαι Θεὸν, ἢ μνημονεῦσαι τοῦ κυρίου. καὶ πολλάκις ἀπέρχεται εἰς προσευχὴν ὁ ἰδιώτης, καὶ κλίνει γόνυ, καὶ εἰσέρχεται ὁ νοῦς αὐτοῦ εἰς ἀνάπαυσιν, καὶ ὅσον σκάπτει καὶ βαθύνει, ῥύσσεται τὸ τεῖχος τῆς κακίας τὸ ἀνθιστάμενον, καὶ εἰσέρχεται εἰς ὅρασιν καὶ σοφίαν, ὅπου οὐ φθάνουσι δυνάσται ἢ σοφοὶ, ἢ ῥήτορες καταλαβεῖν ἢ γνῶναι τὴν λεπτότητα τοῦ νοὸς αὐτοῦ· ἐπειδὴ ἀσχολεῖται εἰς θεῖα μυστήρια· καὶ γὰρ ἄπειρος τοῦ δοκιμάζειν μαργαρίτας, οὐκ οἶδε διατιμήσασθαι τούτους, διὰ τὸ ἄπειρον αὐτὸν τυγχάνειν. οἱ οὖν Χριστιανοὶ τὰ ἔνδοξα τῆς γῆς βδελύσσονται, καὶ ἡγοῦνται ταῦτα ὡς κοπρίαν πρὸς ἐκείνων τῆς σύγκρισιν D τῆς μεγαλειότητος τῆς ἐνεργούσης ἐν αὐτοῖς.

XIV. At inquit, *Dominum*, postquam venit per crucem, [a] *condemnasse peccatum*, nec amplius intus hærere. Verum perinde, ac si miles, qui deponat currum suum in domo alicujus, quando placuerit ei, facultatem habet ingrediendi & egrediendi domum illam: sic quoque peccatum habet potestatem disputationes serendi in corde. Scriptum enim est, [b] *Introiit satanas in cor Judæ*. Si vero instes, per adventum Christi condemnatum esse peccatum, nec post baptismum pabulum habere malum disputandi in corde; ignoras quod ab adventu Domini ad hunc usque diem quot modo baptizati sint, & aliquando tamen nihilominus mala cogitaverint? Aut nonne quidam eorum ad vanam gloriæ cupiditatem, ad stuprum, aut helluationem conversi sunt? Porro, an omnes, qui habitant in ecclesia homines mundani, puro & inculpabili corde præditi sunt? aut nonne reperimus post baptismum multa perpetrari peccata, ac multos errare? Habet igitur pabulum & licentiam latro, etiam post baptismum ingrediendi atque agendi pro lubitu. Scriptum enim est: [c] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*. Verum dicis: *Diligo, & habeo Spiritum sanctum*. Habesne memoriam & amorem, ac flagrans desiderium directum erga Dominum? esne noctu diuque illic devinctus? & siquidem hac dilectione præditus es, purus es. Sin ea minus sis præditus, ultra inquire, ubi se obtulerint negotia terrena, aut cogitationes turpes & pravæ, annon ad hæc declinaveris, an vero perpetuo ad amorem ac desiderium Dei trahatur anima tua? cogitationes enim mundanæ distrahunt mentem ad terrena & corruptibilia, nec permittunt diligere Deum, aut Domini memorem esse. At sæpenumero accedit ad orandum idiota flexo poplite, ingrediturque mens ejus in requiem, & quamdiu fodit ac ima rimatur, perrumpit objectum parietem malitiæ, ac transit in visionem & sapientiam, quo non perveniunt potentes, aut sapientes, aut rhetores, ut comprehendant aut cognoscant subtilitatem mentis ejus: siquidem attentus est ad divina mysteria. Qui enim margaritas probare haud novit, ille nec eas æstimare novit, eo quod imperitus sit ejus rei. Quamobrem Christiani in terra, quæ præclara sunt, exsecrantur, ac pro stercore reputant ea, collatione cum majestate, quæ operatur in illis, instituta.

Ἐρώτησις.

Interrogatio.

Εἰ δύναται πεσεῖν ἄνθρωπος ἔχων χάρισμα;

XVI. *Utrum labi potest homo, qui donum gratiæ habet?*

Ἀπόκρισις.

Responsio.

Ἐὰν ἀμελήσῃ, πίπτει· οἱ γὰρ πολέμιοι οὐδέποτε ἀργοῦσι, οὔτε ὀκνοῦσι πολεμοῦντες· πόσῳ μᾶλλον σὺ οὐκ ὀφείλεις παύσασθαι ἀπὸ τῆς ζητήσεως τῆς πρὸς Θεόν; πολλὴ γάρ σοι ζημία γίγνεται ἀμελοῦντι, εἰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ μυστηρίῳ τῆς χάριτος δοκεῖς ἐξετάζεσθαι.

Si negligat, utique labitur. Inimici enim numquam quiescunt, nec bellum ciere gravantur: quanto magis tu Deum quærere desistere non debes; E non enim exiguum detrimentum manet te, si negligas, quamvis in ipso mysterio gratiæ videare probatus.

Ἐρώτησις.

Interrogatio.

Εἰ παραμένει ἡ χάρις μετὰ τὸ πεσεῖν ἄνθρωπον;

XVII. *Utrum permanet gratia post lapsum hominis?*

Ἀπόκρισις.

Responsio.


Ὁ Θεὸς θέλει τὸν ἄνθρωπον εἰς ζωὴν πάλιν ἀγαγεῖν, καὶ προτρέπεται ἐπὶ τὸ πάλιν προσκλαῦσαι καὶ μετανοῆσαι τὸν ἄνθρωπον. ἐὰν δὲ καὶ παραμείνῃ, ἐπὶ τὸ πάλιν προσκλαῦσαι καὶ μετανοῆσαι τὸν ἄνθρωπον, μετανοοῦντα τὰ ἐφ᾽ οἷς πάλαι ἐπλημμέλησεν.

Deus in votis habet hominem in vitam denuo reducere, atque adhortatur eum iterum ad luctum & resipiscentiam. Sin vero perseveret, ad luctum & pœnitentiam iterum hortatur hominem, ut resipiscat propter ea, quæ olim deliquit.

a Rom. VIII. 3. *b* Luc. XXII. 3. *c* Deut. VI. 5.

A

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
371.



Ερώτησις.

Εἰ τοῖς τελείοις ἐπίκειται θλίψις, ἢ πόλεμος, ἢ τὸ ὅλον ἀμεριμνοῦσιν;

Interrogatio.

XVIII. *Utrum perfectis imminet afflictio aut bellum, aut penitus secure vivunt?*

Απόκρισις.

Ὁ πολέμιος κατ' οὐδενὸς παύεται πολεμῶν, ὁ σατανᾶς δὲ ἄσπλαγχνός ἐστι, καὶ μισάνθρωπος· διὸ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ πολεμεῖν οὐκ ὀκνεῖ. Ἀλλ' οὐ τοῖς αὐτοῖς μέτροις φαίνεται πᾶσιν ἐπιών· καὶ γὰρ ἔπαρχοι καὶ κόμητες φόρους διδόασι τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' οὗτος θαῤῥῶν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ, καὶ τῷ χρυσῷ, καὶ τῷ ἀργύρῳ ὡς ἐκ τῶν περισσευμάτων αὐτοῦ ποιεῖται τὰς συντελείας, οὐ ζημίαν ἡγούμενος· ὥσπερ γὰρ ὁ ποιῶν ἐλεημοσύνην, οὐδέποτε ἡγεῖται ζημίαν· οὕτω καὶ ὁ σατανᾶς, ὡς ἐκ παρέργου ταῦτα ἡγεῖται. ἔστι δὲ πτωχὸς λειπόμενος τροφῆς ἐφημέρου· οὗτος μαστίζεται, καὶ βασανίζεται, μὴ δυνάμενος ἐκεῖνο τὸ συντέλεσμα ἀποπληρῶσαι· καὶ ἔστι ξεόμενος καὶ βασανιζόμενος χαλεπῶς, καὶ οὐκ ἀποθνήσκει· καὶ ἔστιν ἄλλος, ὅτι καὶ ἀπὸ μιᾶς φάσεως κελεύεται ἀποκεφαλισθῆναι, καὶ ἀπόλλυται· οὕτως καὶ εἰς τοὺς Χριστιανούς εἰσιν ἰσχυρῶς πολεμούμενοι καὶ ξεόμενοι ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· καὶ ἔτι εἰς τοὺς πολέμους στερεοῦνται καὶ σοφίζονται, καταφρονοῦντες τῆς ἐναντίας δυνάμεως, καὶ οὐκ ἔχουσι κίνδυνον ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ὅτι ἄπτωτοί εἰσι καὶ ἀσφαλίζονται περὶ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, διὰ τὸ πολλάκις γεγυμνάσθαι ἐν τῷ πολέμῳ τῆς κακίας, καὶ ἐμπείρους γεγενῆσθαι. ἔχοντες δὲ τὸν Θεὸν μεθ' ἑαυτῶν, ὁδηγοῦνται καὶ ἀναπαύονται.

Responsio.

Hostis nemini bellum inferre desinit: satanas vero immisericors est, & odit homines; quapropter etiam omnibus hominibus bellum inferre non pigrescit. Verum non iisdem modis videtur omnes adoriri. Præfecti enim ac comites tributa pendunt regi; verum hic confisus divitiis suis, auro atque B argento, tamquam ex eo quod abundat, sua tributa colligit, damni ratione non habita. Quemadmodum enim, qui eleemosynam præbet, nullo modo jacturam reputat: sic quoque satanas ista tamquam sibi superflua proponit. Ceterum est quidam pauper, destitutus cibo quotidiano. Hic affligitur & torquetur, nec potest opus illud adimplere. Est quoque, qui atteritur angustiis & torquetur, nec tamen moritur. Est quoque alius, qui propter verbum unicum capitis supplicio affici jubetur, & perit. Sic quoque inter Christianos sunt, qui vehementer impugnantur ac vellicantur a peccato: atque insuper adhuc in bello & robur & prudentiam sibi conciliant, spretis adversariorum viribus: & C expertes ac in parte sunt periculi, quia certi ac firmi sunt de salute sua, eo quod valde exercitati sunt in bello adversus vitia, & experientia edocti. Habentes itaque Deum apud se se, diriguntur ac requiescunt.


Ἄλλοι δὲ μηδέπω γυμνασθέντες, εἰς μίαν θλίψιν ἐὰν ἐμπέσωσι καὶ ἐπικινηθῇ πόλεμος, εὐθέως καταπίπτουσιν εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν, ὥσπερ οἱ διοδεύοντες ἐν πόλει, θέλοντες ἰδεῖν τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτῶν καὶ γνωρίμους, εἰ καὶ πολλοῖς συναντῶσιν ἐν ταῖς ἀγοραῖς, οὐκ ἐμποδίζονται ὑπ' αὐτῶν· ἔχουσι γὰρ σκοπὸν τοῦ τοῖς φίλοις ἐντυχεῖν· καὶ ὅταν ἔξωθεν κρούσωσι τὴν θύραν καὶ καλέσωσι, χαίροντες ἀνοίγουσιν οἱ ἀγαπητοὶ αὐτῶν· εἰ δὲ ἀπομείνωσιν ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ κλευάζωνται, ἤτοι ἐπέχωνται ἀπὸ τῶν ἀπαντώντων, ἀποκλείεται ἡ θύρα, καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς ἀνοίγει· οὕτως καὶ οἱ πρὸς τὸν δεσπότην ἡμῶν Χριστὸν τὸν ὄντως ἀγαπητὸν ἐπειγόμενοι φθάσαι, τῶν ἄλλων ἁπάντων ὀφείλουσι καταφρονεῖν καὶ ὑπερορᾷν. ὃν δὲ τρόπον οἱ εἰσερχόμενοι εἰς τὸ παλάτιον πρὸς τὸν βασιλέα, κόμητες μετὰ ὄντες ἢ ἔπαρχοι, ὑπὸ φόβον πολὺν εἰσι, πῶς τὰς ἀποκρίσεις δώσουσι, καὶ μὴ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ πταίσαντες εἰς λόγον καὶ τιμωρίαν ὑποβληθῶσιν. ἄγροικοι δὲ καὶ ἰδιῶται ὄντες, οἱ μηδέποτε θεασάμενοι ἄρχοντα, ἐν ἀμεριμνίᾳ διάγουσιν· οὕτω δὴ καὶ ὁ κόσμος οὗτος ὁ ὑπὸ τῶν οὐρανῶν ἀπὸ βασιλέων ἕως πτωχῶν, τὴν τοῦ Χριστοῦ δόξαν ἀγνοοῦντες, τὴν μέριμναν ἔχουσι περὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων· οὐ ταχέως δέ τις μέμνηται τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως· οἱ δὲ εἰσερχόμενοι τῷ λογισμῷ εἰς τὸ βῆμα τοῦ Χριστοῦ, ὅπου ἐστὶν ὁ θρόνος αὐτοῦ, καὶ κατέναντι αὐτοῦ διὰ παντὸς ὄντες, ὑπὸ φόβον καὶ τρόμον εἰσὶν ἀεὶ, τοῦ μή τι σφαλῆναι περὶ τὰς ἁγίας αὐτοῦ ἐντολάς.

XIX. Alii vero numquam exercitati, si in angustiam aliquam inciderint, aut moveatur bellum, continuo in perniciem aut interitum delabuntur; perinde ac qui proficiscuntur in civitatem, amicos invisuri & familiares suos, quamvis multis in nundinis occurrant, non tamen ab iis impediuntur; scopus enim illorum est, ut amicos conveniant. Et cum foris januam pulsaverint ac vocaverint, læti D aperiunt amici illorum. Sin vero hæreant in foris & plateis, & illudantur aut retineantur ab iis, qui occurrunt, occluditur janua, & nemo illis aperit. Ita, qui ad Dominum nostrum Jesum Christum verum amicum, vadere impelluntur, cetera omnia debent contemnere & despicere. Et quemadmodum, qui palatium ingrediuntur regem visuri, sive sint comites, sive præsides, valde metuunt, quomodo sint responsuri, & ne in respondendo lapsi, in reprehensionem & supplicium incidant; rustici vero ac plebeii homines, qui numquam principem conspexere, nihil soliciti sunt: sic quoque mundus hic, qui sub cælis est, a regibus ad pauperes usque se habet, cum gloriam Christi ignorent, curam gerunt E rerum sæcularium: nec cito quis recordatur divini judicii. Qui vero cogitationibus ad tribunal Christi ascendunt, ubi est thronus ejus, & in ejus conspectu perpetuo sunt, semper metuunt ac tremunt, ne quovis pacto aberrent a sanctis ejus præceptis.

Καὶ ὥσπερ οἱ πλούσιοι τῆς γῆς, ὅταν πολλοὺς καρποὺς εἰσενέγκωσιν εἰς τὰς ἀποθήκας αὐτῶν, πάλιν ἐργάζονται καθ' ἑκάστην ἡμέραν πλεῖον, ἵνα εὐπορῶσι καὶ μὴ ἐλλείπωνται. εἰ δὲ θαῤῥήσουσι τῷ ἐναποκειμένῳ ταῖς ἀποθήκαις πλούτῳ, καὶ ἀμελήσουσι μὴ ἐπισυνάγοντες ἕτερον, ἀλλὰ καταναλίσκοντες τὰ ἀποκείμενα, ταχέως εἰς πενίαν καὶ πτωχείαν ἐμπίπτουσιν· ὅθεν προσοδευόμενοι καὶ εἰσφέροντες ὀφείλουσι

XX. Et quemadmodum divites in terra, sicubi multos fructus in horreo suo reposuerint, denuo majorem laborem singulis diebus sumunt, ut locupletiores sint, & non deficiant: si vero opibus in horreo reconditis freti, alias colligere negligant, ac, quæ reposita erant, consumant, continuo in paupertatem & inopiam incidunt. Propterea percipientes ac inferentes fructus debent operam na-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



κάμνειν καὶ ἐπισυνάγειν, ἵνα μὴ ὑστερηθῶσιν. οὕτως ἐστὶν ἐν τῷ χριστιανισμῷ τὸ γεύσασθαί τινα τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ· γεύσασθε γάρ φησι, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος· ἔστι δὲ ἡ γεῦσις αὕτη ἐνεργητικὴ ἐν πληροφορίᾳ δύναμις πνεύματος, διακονοῦσα ἐν καρδίᾳ· ὅσοι γὰρ υἱοί εἰσι τοῦ φωτὸς, καὶ τῆς διακονίας τῆς καινῆς διαθήκης ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, οὗτοι παρὰ ἀνθρώπων οὐδὲν μανθάνουσι θεοδίδακτοι, γάρ εἰσιν· αὐτὴ γὰρ ἡ χάρις ἐπιγράφει ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν τοὺς νόμους τοῦ πνεύματος. οὐκ ὀφείλουσιν οὖν εἰς τὰς γραφὰς μόνον τὰς διὰ μέλανος γεγραμμένας πληροφορεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰς πλάκας τῆς καρδίας ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐγγράφει τοὺς νόμους τοῦ πνεύματος, καὶ τὰ ἐπουράνια μυστήρια· ἡ γὰρ καρδία ἡγεμονεύει καὶ βασιλεύει ὅλου τοῦ σωματικοῦ ὀργάνου· καὶ ἐπὰν κατάσχῃ τὰς νομὰς τῆς καρδίας ἡ χάρις, βασιλεύει ὅλων τῶν μελῶν, καὶ τῶν λογισμῶν· ἐκεῖ γάρ ἐστιν ὁ νοῦς, καὶ ὅλοι οἱ λογισμοὶ τῆς ψυχῆς καὶ ἡ προσδοκία αὐτῆς· διὸ καὶ διέρχεται ἡ χάρις εἰς ὅλα τὰ μέλη τοῦ σώματος.

Οὕτως πάλιν ὅσοι εἰσὶν υἱοὶ τοῦ σκότους, βασιλεύει τῆς καρδίας ἡ ἁμαρτία, καὶ διέρχεται εἰς ὅλα τὰ μέρη· ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί· καὶ οὕτως ὑπεκχεομένη σκοτίζει τὸν ἄνθρωπον. οἱ δὲ μὴ λέγοντες εἶναι τὸ κακὸν σύντροφον, καὶ συναυξάνον τῷ ἀνθρώπῳ, μήτε μεριμνήσωσι περὶ τῆς αὔριον, μήτε ἐπιθυμήσωσι· καιρῷ γάρ τινι ἐπαύσατο ἐν αὐτοῖς ἐνοχλοῦν τὸ κακόν, τινα ἐπιθυμίαν ὑποβάλλον· ὥστε ἐν ὅρκῳ διαβεβαιοῦσθαι τὸν ἄνθρωπον, ὅτι οὐκέτι ἐπανίσταταί μοι τὸ τοιοῦτον πάθος, καὶ μετ' ὀλίγον καιρὸν κατεκάη τῇ ἐπιθυμίᾳ, ὥστε εὑρεθῆναι αὐτὸν πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ ἐπίορκον· ὥσπερ γὰρ δι' ὀχετοῦ διέρχεται ὕδωρ, οὕτως καὶ διὰ τῆς καρδίας καὶ τῶν λογισμῶν ἡ ἁμαρτία· ὅσοι δὲ τοῦτο ἀναιροῦσιν, ὑπ' αὐτῆς τῆς ἁμαρτίας μελλούσης θριαμβεύεσθαι, ἐλέγχονται καὶ χλευάζονται· σπουδάζει γὰρ τὸ κακὸν λανθάνειν καὶ κρύπτεσθαι ἐν τῇ διανοίᾳ τοῦ ἀνθρώπου.

Εἰ οὖν ἀγαπᾷ τις τὸν Θεὸν, καὶ αὐτὸς συγκιρνᾷ τούτῳ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην· πιστευθεὶς δὲ ἅπαξ ὑπ' αὐτοῦ, προστιθεῖ τούτῳ τὴν ἐπουράνιον πίστιν, καὶ γίνεται διπλοῦς ὁ ἄνθρωπος. ὅπως οὖν ἐκ τῶν μελῶν σου προσφέρῃς αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν ἰδίων ὅμοια μελῶν συγκιρνᾷ τῇ ψυχῇ σου, ἵνα ᾖς πάντα καθαρῶς ποιῶν, καὶ ἀγαπῶν, καὶ προσευχόμενος· μεγάλου γὰρ ἀξιώματός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος· ἴδε πόσος ἐστὶν ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ, ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, καὶ οὐκ εὐδόκησεν ἐν αὐτοῖς ὁ κύριος, εἰ μὴ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ μόνῳ, ἐπαναπαύεσθαι· τιμιώτερος οὖν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὑπὲρ πάντα τὰ δημιουργήματα, τάχα δὲ τολμήσω λέγειν, ὅτι μὴ μόνον τῶν ὁρατῶν δημιουργημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀοράτων, ἤγουν τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων· οὐ γὰρ περὶ Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ, τῶν ἀρχαγγέλων εἶπεν, ὅτι ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· ἀλλὰ περὶ τῆς νοερᾶς οὐσίας τοῦ ἀνθρώπου, τῆς ἀθανάτου λέγω ψυχῆς· καὶ γὰρ γέγραπται, ὅτι παρεμβολαὶ ἀγγέλων κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν. τὰ μὲν οὖν κτίσματα τὰ φαινόμενα, φύσει τινὶ ἀμεταβλήτῳ δέδεται.

Ο οὐρανὸς ἅπαξ τέτακται, ὁ ἥλιος, ἡ σελήνη, ἡ γῆ, καὶ οὐκ εὐδόκησεν ἐν αὐτοῖς ὁ κύριος· ἀλλ' οὐδὲ παρ' ὃ ἐκτίσθησαν μετατραπῆναι δύνανται, οὔτε ἔχουσι θέλημα. σὺ δὲ διὰ τοῦτο εἶ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ, ἐπειδὴ ὥσπερ ὁ Θεὸς αὐτεξούσιός ἐστι, καὶ ὃ θέλει ποιεῖ· ἐὰν θέλῃ, κατὰ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ πέμψει τοὺς δικαίους εἰς γέενναν, καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς εἰς βασιλείαν· ἀλλ' οὐχ αἱρεῖ-

A vare, & acervos accumulare, ne paupertatis jugo premantur. Hoc modo inter Christianos contingit, ut quis deguſtet gratiam Dei: [a] *Guſtate enim*, inquit, *& videte, quoniam ſuavis eſt Dominus*. Eſt autem guſtatio hæc virtus Spiritus in plenitudine fidei operans, quæ in corde miniſtrat. Quotquot enim filii ſunt lucis, & miniſterii novi teſtamenti per Spiritum ſanctum, hi ab hominibus nihil diſcunt.: edocti enim a Deo ſunt. Ipſa enim gratia inſcribit in cordibus illorum leges Spiritus. Non igitur debent in ſcripturis, atramento ſolum deſcriptis, plenam fiduciæ ſpem ponere; verum etiam in tabulis cordis gratia divina inſcribit leges Spiritus, & cæleſtia myſteria. Cor enim dirigit ac gubernat B univerſa corporis organa. Ac ſi paſcua cordis gratia obtinuerit, dominatur omnibus membris ac cogitationibus. Illic enim mens hæret, & omnes cogitationes animæ ejuſque fiducia. Quapropter penetrat etiam gratia in univerſa corporis membra.

XXI. Sic e contrario quotquot ſunt filii tenebrarum, eorum cordi imperat peccatum, ac penetrat omnia membra: [b] *ex corde enim exeunt cogitationes malæ:* & ita diffuſum tenebris offundit hominem. Qui vero afferunt, vitium nequaquam cum homine foveri & creſcere, illi neque de craſtino ſoliciti ſunt, nec concupiſcentia ducuntur. Certo enim C tempore ceſſavit illos moleſtia afficere vitium, quamdam concupicentiam ſuggerendo, ut jurejurando confirmare non vereatur homo, non ultra in ſe aſſurgere talem affectionem; at non ita multo poſt uritur concupiſcentia, ut vel in eo perjurus deprehendatur. Perinde enim ut per fiſtulam tranſit aqua; ſic quoque per cor & cogitationes peccatum. Quicumque vero hæc negant, a peccato ipſo, triumphum acturo, arguuntur & illuduntur. Conatur enim malitia latere & deliteſcere in mente hominis.

XXII. Si igitur quiſpiam Deum diligit, Deus quoque cum eo commiſcet ſuam dilectionem. Et D cum ſemel crediderit in eum, addit illi Deus cæleſtem fidem, & ita evadit homo duplex. Ut igitur ex membris tuis Deo offeras, ille ipſe ex propriis ſimilia membrorum permiſcet cum anima tua, ut omnia ſincere ac pure peragere, diligere atque precari poſſis. Summæ enim dignitatis eſt homo. Vide quantum ſit cælum, terra, ſol & luna: nec tamen placuit in iis Domino, ſed in ſolo homine requieſcere. Præſtantior ergo eſt homo omnibus creaturis, & forſan dicere non verebor, non tantum aſpectabilibus creaturis, verum etiam inviſibilibus, nempe miniſtratoriis ſpiritibus. Non enim de Michaele aut Gabriele, archangelis, Deus dixit: [c] *Faciamus ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*. Sed E de ſubſtantia intellectiva hominis, immortali inquam anima. Scriptum enim eſt: [d] *eſſe ordines angelorum in circuitu timentium eum*. Creaturæ autem viſibiles natura quadam immutabili præditæ ſunt.

XXIII. Cælum ſemel ordinatum eſt, ſol, luna & terra, nec tamen acquievit in iis Dominus, neque aliter ac creata ſunt, converti poſſunt, neque habent voluntatem. Tu vero propterea es ad imaginem & ſimilitudinem Deo factus, quia quemadmodum Deus ſui juris eſt, & quod vult facit: quando ei ita viſum eſt, pro poteſtate & jure ſuo mittit juſtos in gehennam, ac peccatores in regnum;

a Pſalm. xxxiii. 9. b Matth. xv. 19. c Gen. I. 26. d Pſalm. xxxiv. 8.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
371.



ται, οὐδὲ καταδέχεται τοῦτο· δικαιοκρίτης γάρ ἐστιν ὁ κύριος· οὕτως καὶ σὺ αὐτεξούσιος εἶ, καὶ ἐὰν θέλῃς ἀπολέσθαι, τρεπτῆς φύσεως εἶ· εἰ θέλεις βλασφημῆσαι, ποιῆσαι φάρμακα, καὶ ἀποκτεῖναί τινα, οὐδείς σοι ἀντίκειται ἢ κωλύει σε. εἰ θέλει τις, ὑποτάσσεται τῷ Θεῷ, καὶ διοδεύει τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, καὶ κρατεῖ τῶν ἐπιθυμιῶν. ὁ γὰρ νοῦς οὗτος ἀντίπαλός ἐστιν ἐπικρατεῖν δυνάμενος ἐῤῥωμένῳ λογισμῷ τὰς τῆς κακίας ὁρμὰς, καὶ ἐπιθυμίας αἰσχράς.

A (quamvis hoc minime velit, nec placeat ei; justus enim est Dominus:) sic quoque tu tui juris es, & si velis perire, mutabilis naturæ. Si libeat blasphemias effundere, venena conficere aut interficere aliquem, nemo tibi reluctatur aut prohibet te. Si velit quis, morem gerit Deo, & ingreditur viam justitiæ, ac vincit concupiscentias. Mens enim hujusmodi, quæ resistit ac repugnat, potest superare obfirmata ratione, impetus vitiorum & obscœnas concupiscentias.

Εἰ γὰρ ἐν οἰκίᾳ μεγάλῃ, ὅπου ἐστὶ χρυσώματα, χρυσόροφα, καὶ ἀργυρώματα, καὶ ἐσθὴς διάφορος, χρυσός τε καὶ ἄργυρος, νεανίσκοι καὶ νεάνιδες διατρίβοντες ἄγχουσι τὸν ἑαυτῶν νοῦν· εἰ καὶ ἡ φύσις διὰ τὴν συνοικον ἁμαρτίαν πάντων ἐπιθυμεῖ· καὶ διὰ τὸν ἀνθρώπινον φόβον τῶν δεσποτῶν, ἐπέχουσι τὰς ὁρμὰς τῶν ἐπιθυμιῶν· πόσῳ μᾶλλον ὅπου ἐστὶ φόβος Θεοῦ, ἀντιμάχεσθαι καὶ ἀντιπράττειν ὁ νοῦς ὀφείλει τῇ συνούσῃ κακίᾳ; τὰ γὰρ δυνατά σοι προσέταξεν ὁ Θεός. ἡ μὲν οὖν τῶν ἀλόγων ζώων φύσις δετή ἐστιν, οἷον ἡ τοῦ ὄφεως φύσις πικρά ἐστι καὶ ἰοβόλος· ὅλοι οὖν οἱ ὄφεις τοιοῦτοί εἰσιν· ὁ λύκος ἁρπάζειν εἴωθεν· ὅλοι οἱ λύκοι τῆς αὐτῆς εἰσι φύσεως. τὸ ἀρνίον ἀφελὲς ὂν ἁρπάζεται· ὅλα τὰ ἀρνία τῆς αὐτῆς εἰσι φύσεως. ἡ περιστερὰ ἄδολός ἐστι καὶ ἀκέραιος· ὅλαι αἱ περιστεραὶ τῆς αὐτῆς εἰσι φύσεως· ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐχ οὕτως ἐστίν. εἷς ἐστιν ὁ λύκος ἁρπάζων, καὶ εἷς ἐστιν ὡς ἀρνίον ἁρπαζόμενος, ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους τῆς ἀνθρωπότητος ἀμφότερα γενήσεται.

XXIV. Si enim in domo ampla, in qua sunt vasa aurea, auro tecta, & argentea, varii generis vestimenta, aurum atque argentum, adolescentes & B juvenculæ, quæ ibi versantur, cohibent animum suum (quamvis natura propter inhabitans peccatum omnia concupiscat,) & quia metuunt more hominum dominos, reprimunt impetus concupiscentiæ: quanto magis, ubi viget timor Dei, reluctari atque reniti mens debet inhærenti pravitati? Quæ enim possibilia tibi sunt, præcepit Deus. Animalium quidem ratione destitutorum natura vincta est, velut natura serpentis est amara ac venenum emittens: universi igitur serpentes sunt ejusmodi. Lupus rapax esse consuevit: omnes ergo lupi sunt ejusdem naturæ. Agnus, qui simplex est, obnoxius est rapinæ: omnes ergo agni sunt ejusdem naturæ. Columba simplex est ac sincera: omnes ergo colum- C bæ sunt ejusdem naturæ. Homo vero non ita se habet. Quidam enim est lupus rapax, & quidam velut agnus rapinæ patet, & ex eodem genere humano utrumque oritur.


Ἔστι τις μὴ ἀρκούμενος τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ, ἀλλὰ καὶ πορνεύων· Καὶ ἔστιν ἄλλος, ὅστις οὐκ ἐᾷ οὐδὲ ἐπιθυμίαν ἀνελθεῖν ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ· ἔστι τις διαρπάζων τὰ τοῦ πλησίον· καὶ ἔστιν ἄλλος διὰ θεοσέβειαν καὶ τὰ ἴδια διαδιδούς. ὁρᾷς πῶς τρεπτή ἐστιν αὐτὴ ἡ φύσις· ἔστιν ἐπὶ τὸ κακὸν ῥέπουσα, καὶ ἔστιν ἐπὶ τὸ καλὸν αὖθις· καὶ δι' ἀμφοτέρων ἐπιτηδείως ἔχειν οὖσα πρὸς ἃς βούλεται πράξεις· δεκτικὴ οὖν ἡ φύσις τοῦ καλοῦ τε καὶ τοῦ κακοῦ, ἤτοι θείας χάριτος, ἤτοι ἐναντίας δυνάμεως, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαστική· ἐπειδὴ τὸ πρὶν αὐτὸς ὁ Ἀδὰμ ἐν καθαρότητι ὢν, ἐβασίλευε τῶν λογισμῶν αὐτοῦ· ἀφ' οὗ δὲ παρέβη τὴν ἐντολὴν, ὄρη δυσβάστακτα ἐπίκειται τῷ νῷ αὐτοῦ. Καὶ οἱ τῆς κακίας λογισμοὶ παραμιγέντες, ὅλοι ὡς ἴδιοι αὐτοῦ ἐγένοντο, καὶ οὐδὲ εἷς αὐτοῦ ἴδιός ἐστιν, ἐπειδὴ κατέχονται ὑπὸ τῆς κακίας.

XXV. Est qui non contentus uxore sua, scortatur: est quoque alius, qui ne concupiscentiam quidem in corde suo excitari permittit. Est, qui bona proximi diripit: est quoque alius, qui pietatis cultu motus, sua bona distribuit. Vides quam mutabilis sit ipsa natura, tam ad vitia propendens, quam e diverso ad honestum; & secundum utramque proprietatem apta declinare ad quascunque libuerit actiones. Capax igitur est natura tum boni tum mali, D sive divinæ gratiæ, sive adversariæ potestatis: necessitati tamen subjici nequit; quandoquidem ab initio Adam in puritate cum viveret, dominabatur cogitationibus suis; verum ex quo transgressus est mandatum, gravissimi montes ejus incumbunt animo. Ac pravæ cogitationes permixtæ, omnino factæ sunt velut ejus propriæ, nec tamen ulla ipsius propria est, quia possidentur a vitiis.

Λοιπὸν ὀφείλεις ζητῆσαι λύχνον, ἵνα ἀφθῇ καὶ εὕρῃς τοὺς καθαροὺς λογισμούς· οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ φυσικοὶ, οὓς ἐποίησεν ὁ κύριος. οἱ ἀνατραφέντες εἰς θάλασσαν, ἔμαθον κολυμβᾷν, καὶ ὅταν ἐπανιστῶσι κλύδωνες καὶ κύματα, οὐ ξενίζονται· οὕτως εἰσὶν οἱ Χριστιανοί, ὥσπερ νοῦς τριετοῦς παιδίου οὐ δύναται χωρῆσαι ἢ καταλαβεῖν τὸν τελείου σοφιστοῦ, ἐπειδήπερ ἐν μέσῳ παρῆλθε πολύς τις χρόνος· οὕτω καὶ οἱ Χριστιανοὶ ὡς βρέφη νήπια τὸν κόσμον κατανοοῦσιν, ἀφορῶντες εἰς τὸ μέτρον τῆς χάριτος· ξένοι γάρ εἰσι τοῦ αἰῶνος τούτου. ἡ δὲ πόλις αὐτῶν καὶ ἡ ἀνάπαυσις ἄλλη ἐστίν· ἔχουσι γὰρ οἱ Χριστιανοὶ τὴν παράκλησιν τοῦ πνεύματος, δάκρυα, καὶ πένθος, καὶ στεναγμὸν, καὶ αὐτὰ τὰ δάκρυα τρυφὴ αὐτοῖς ἐστιν. ἔχουσι δὲ καὶ φόβον ἐν χαρᾷ καὶ ἀγαλλιάσει· καὶ οὕτως εἰσὶν ὡς ἄνθρωποι βαστάζοντες εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν τὸ αἷμα αὐτῶν, μὴ θαῤῥοῦντες ἑαυτοῖς, ἢ οἰόμενοί τι εἶναι, ἀλλ' ὄντες ἐξουδενούμενοι καὶ ἀποδεδοκιμασμένοι παρὰ πάντας ἀνθρώπους.

XXVI. Debes igitur quærere lucernam, qua accensa reperias puras cogitationes. Illæ enim sunt naturales, quas fecit Dominus; quæ quidem enutritæ in mari didicerunt natare: nec, si quando assurrexerint tempestates ac fluctus, stupescunt. Sicque E sunt Christiani velut mens pueri trimi, quæ non potest assequi aut comprehendere mentem perfecti sophistæ, quia interfluxit multum temporis. Sic quoque Christiani perinde ac infantes mundum despiciunt, intuentes gradum gratiæ. Hospites enim sunt hujus sæculi. Civitas autem illorum & requies est alia. Habent enim Christiani consolationem Spiritus, lacrymas, luctum & planctum: & ipsæ lacrymæ sunt illis vice deliciarum. Habent quoque metum cum gaudio & exsultatione: sicque sunt velut homines gestantes in manibus sanguinem suum, non nimium sibi ipsis confidentes, aut existimantes se aliquid esse, sed sunt neglecti, contemti ac reprobati apud omnes homines.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



Ὥσπερ ἐὰν ὁ βασιλεὺς, καὶ πτωχῷ τινι παράθηται A τὸν ἑαυτοῦ θησαυρὸν, ὁ παραλαβὼν φυλάξαι, οὐκ ἔχει αὐτὸν ὡς ἴδιον, ἀλλ' ὁμολογεῖ πάντοτε τὴν πτωχείαν αὐτοῦ, μὴ τολμῶν διασκορπίσαι ἐκ τοῦ ἀλλοτρίου θησαυροῦ· τοῦτο γὰρ ἐνθυμεῖται πάντοτε, ὡς οὐ μόνον ἀλλότριός ἐστιν ὁ θησαυρὸς, ἀλλὰ καὶ βασιλεὺς δυνάστης παρέθετό μοι αὐτὸν, καὶ ὅταν θέλῃ λαμβάνει αὐτὸν ἀπ' ἐμοῦ· οὕτως ἑαυτοὺς ὀφείλουσιν ἡγεῖσθαι καὶ οἱ ἔχοντες τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ταπεινοφρονεῖν, καὶ ὁμολογεῖν τὴν πτωχείαν αὐτῶν. ὥσπερ γὰρ ὁ πτωχὸς ὁ λαβὼν τὴν παραθήκην τοῦ θησαυροῦ παρὰ τοῦ βασιλέως, ἐὰν πεποιθὼς ἐπὶ τῷ ἀλλοτρίῳ θησαυρῷ, ὡς ἰδίῳ πλούτῳ ἐπαρθῇ, καὶ τύφον λάβῃ ἡ καρδία αὐτοῦ, αἴρει ἀπ' αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ, καὶ μένει ὁ ἐσχηκὼς αὐτὸν ἐν παρα- B καταθήκῃ, οἷος ἦν πρὸ τούτου πτωχός· οὕτως καὶ οἱ ἔχοντες τὴν χάριν, ἐὰν ἐπαρθῶσι καὶ τύφον λάβωσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν, αἴρει ἀπ' αὐτῶν ὁ κύριος τὴν χάριν αὐτοῦ, καὶ μένουσι τοιοῦτοι, οἷοι ἦσαν πρὸ τοῦ λαβεῖν τὴν χάριν παρὰ τοῦ κυρίου.

XXVII. Quemadmodum si rex apud pauperem quemdam deponat suum thesaurum, is qui accepit ad custodiendum, non reputat illum ut suum, sed ubique fatetur paupertatem suam, non audens dilapidare aliquid ex alieno thesauro: hoc semper in animo versans, non esse solum alienum thesaurum, sed etiam regem virum summæ potentiæ eum deposuisse apud se, ac, quando ei visum sit, a se reposcere. Eosdem debent se reputare, qui gratiam divinam consequuti sunt, demisse ac humiliter de se sentire, ac confiteri inopiam suam. Perinde enim ac si pauper, qui thesaurum a rege depositum accepit, alieno thesauro fretus velut suis opibus efferatur, ac cor ejus altos sumat spiritus, aufert ab B eo rex thesaurum suum, ac permanet ille, qui depositi loco eum acceperat, qualis erat antea, pauper. Sic quoque, qui gratiam consecuti sunt, si extollantur, ac superbiam concipiant eorum corda, aufert ab illis Dominus gratiam suam, & remanent tales, quales erant priusquam consequuti essent gratiam a Domino.

Ἀλλὰ πολλοὶ καίτοι συνούσης τῆς χάριτος, κλεπτόμενοι ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας οὐκ οἴδασιν· ὥσπερ ἐὰν ᾖ νεωτέρα ἐν οἴκῳ τινὶ, ὁμοίως καὶ νεώτερος· καὶ λοιπὸν κολακευομένη ὑπ' ἐκείνου αὕτη συνθῆται αὐτῷ, μοιχᾶται, καὶ ἀπόβλητος γίνεται· οὕτω καὶ ὁ δεινὸς ὄφις τῆς ἁμαρτίας σύνεστι τῇ ψυχῇ γαργαλίζων καὶ προτρεπόμενος· καὶ ἐὰν συνθῆται, κοινωνεῖ ἡ ἀσώ- C ματος ψυχὴ τῇ ἀσωμάτῳ κακίᾳ τοῦ πνεύματος, τουτέστι, πνεῦμα πνεύματι κοινωνεῖ, καὶ μοιχεύει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ὁ συντιθέμενος καὶ καταδεχόμενος τὸν λογισμὸν τοῦ πονηροῦ. τὸ οὖν μέτρον τοῦ ἀγῶνός σου τοῦτο ἐστιν, ἵνα μὴ μοιχεύσῃς ἐν τοῖς λογισμοῖς· ἀλλ' ἵνα ἀντιστῇς τῷ νῷ, καὶ ἔσωθεν ποιήσῃς πόλεμον καὶ ἀγῶνα, καὶ μὴ ὑπακούσῃς, μηδὲ συνηδυνθῇς τῇ κακίᾳ ἐν τοῖς λογισμοῖς· καὶ ἐὰν ταύτην τὴν ἑτοιμασίαν εὕρῃ ὁ κύριος ἐν σοὶ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ παραλαμβάνει σε ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

XXVIII. Verum multi, se vel inhabitante in se gratia, a peccato clam subripi non percipiunt. Quemadmodum si sit in domo aliqua quædam juvencula, similiter & adolescens; ceterum hæc verborum illecebris ab eo devicta, illi consentit, stuprum committit, ac, quæ expellatur, meretur: sic C terribilis ille serpens peccati perpetuo adest animæ, eam alliciens ac provocans, quæ si adstipuletur, communicat anima incorporea cum vitio spiritus incorporeo, hoc est, spiritus cum spiritu societatem init, & adulterium committit in corde suo is, qui societate inita recipit cogitationem nequissimi. Modus ergo certaminis tui hic est, ne adulterium committas in cogitationibus tuis, sed ut reluctëris, & internum bellum ac pugnam suscipias, nec morem geras, neve delecteris a nequitia in cogitationibus. Quam animi promtitudinem si Dominus in te deprehendat, in novissimo die recipiet te in regnum cælorum.

Ἔστι γὰρ τινα πράγματα, ἃ οἰκονομεῖ ὁ κύριος, D ἵνα μὴ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ποιήσῃ τῆς θείας χάριτος καὶ τῆς κλήσεως αὐτοῦ· καὶ ἔστι τινὰ πράγματα, ἃ οὕτως οἰκονομεῖ κατὰ παραχώρησιν, ἵνα δοκιμασθῇ καὶ γυμνασθῇ ὁ ἄνθρωπος, ἵνα ἀποδειχθῇ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ ἀνθρώπου· οἱ γὰρ ἐν θλίψεσι καὶ πειρασμοῖς ὄντες, ἐὰν ὑπομείνωσιν, οὐκ ἀποτυγχάνουσι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· οἱ οὖν Χριστιανοὶ ἐν τοῖς θλιβεροῖς πράγμασιν οὐκ ἄχθονται ἢ λυποῦνται· ἐὰν ἐν πενίᾳ ἢ κακουχίᾳ ἐξετασθῶσιν, οὐκ ὀφείλουσι ξενίζεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον συνηδύνεσθαι τῇ πτωχείᾳ, καὶ ἡγεῖσθαι ἀντὶ πλούτου, τὴν νηστείαν ἀντὶ τρυφῆς, τὴν ἀτιμίαν καὶ ἀδοξίαν ἀντὶ δόξης· πάλιν δὲ, ἐὰν ἐμπέσωσιν εἰς πράγματα ἔνδοξα τῷ βίῳ τούτῳ, ἅπερ προτρέπεται αὐτοὺς εἰς ἀνάπαυσιν σαρκικὴν, ἢ πλοῦ- E τον, ἢ δόξαν, ἢ τρυφὴν, ὀφείλουσι μὴ συνήδεσθαι τούτοις, ἀλλ' ἀποφεύγειν ὡς ἀπὸ πυρός.


XXIX. Sunt enim quædam, quæ ita moderatur Dominus, ne nullum testimonium gratiæ divinæ & vocationis suæ ediderit: sunt item & alia, quæ ita permittendo administrat Deus, ut probetur & exerceatur homo, ac patefiat liberum voluntatis humanæ arbitrium. Afflictionibus enim ac tentationibus oppressi, si sustinuerint, non excidunt regno cælorum. Christiani ergo in rebus asperis nullo nec dolore nec tristitia afficiuntur. Si inopia aut contumelia explorantur, non debent admiratione adfici; potius paupertate delectari, ac pro divitiis habere, jejunium pro deliciis, ignominiam pro gloria. Ex adverso si inciderint in res in hac vita præclaras, quæ eos allectant ad quietem carnalem, ad divi- E tias, ad gloriam, aut ad delicias, omnino non his delectari debent, sed velut ab igni aufugere.

Εἰς τὸ φαινόμενον· ἔθνος ἐὰν ἐλάχιστον ἐπικινηθῇ τῷ βασιλεῖ πρὸς πόλεμον, οὐ κάμνει πολεμῶν αὐτὸς, ἀλλ' ἀποστέλλει στρατιώτας μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν, καὶ ποιοῦνται τὸν πόλεμον· ἐὰν δὲ ἔθνος μέγιστον ᾖ τὸ ἐπικινηθὲν, δυνάμενον ἐμπορθῆσαι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ἀναγκάζεται αὐτὸς ὁ βασιλεὺς σὺν τοῖς ἐν τῷ παλατίῳ καὶ τοῖς στρατοπέδοις αὐτοῦ ἀπελθεῖν συγκροτῆσαι τὸν πόλεμον. βλέπε οὖν σου τὸ ἀξίωμα, ὅτι ὁ Θεὸς ἐκινήθη μετὰ τοῦ ἰδίου στρατοπέδου, τῶν ἀγγέλων λέγω καὶ τῶν ἁγίων πνευμάτων, εἰς τὴν

XXX. Idem oculis subjiciamus: si gens aliqua exigua moveatur ad bellum regi inferendum, non valde solicitus est ipse in eo conficiendo, sed mittit milites cum ducibus, qui bellum gerant. Si vero gens mota non sit exigui numeri, quæ nempe possit evertere regnum ejus, cogitur ipse rex cum domesticis & exercitu suo in bellum procedere, atque collectis copiis bellum profligare. Respice ergo dignitatem tuam, nempe, [a] Deum exsurrexisse cum suo exercitu, angelorum inquam & san-

[a] Psalm. xxxiv. 8.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



πρεσβείαν δι' ἑαυτοῦ ἐλθὼν, ἵνα σε λυτρώσηται ἐκ τοῦ θανάτου. ἀσφάλισαι οὖν σεαυτὸν, καὶ ἐννοήθητι οἷα πρόνοια διὰ σὲ γεγένηται. ὑποδείγματι δὲ βιωτικῷ κεχρήμεθα, ὡς ἐν βίῳ· ὥσπερ ἂν ᾖ βασιλεὺς, καὶ εὕρῃ τινὰ ἐνδεῆ, καὶ ἔχοντα πάθη, καὶ μὴ ἐπαισχυνθῇ αὐτὸν, ἀλλὰ φαρμάκοις ἰαματικοῖς θεραπεύσῃ αὐτοῦ τὰ τραύματα, καὶ ἀπενέγκῃ αὐτὸν εἰς τὸ ἑαυτοῦ παλάτιον, καὶ ἐνδύσῃ αὐτὸν τὴν προφυρίδα καὶ τὸ διάδημα, καὶ ποιήσῃ αὐτὸν κοινωνὸν τῆς τραπέζης αὐτοῦ· οὕτως καὶ ὁ ἐπουράνιος βασιλεὺς Χριστὸς, ἐλθὼν πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἔχοντα πάθη ἰάσατο, καὶ ἐποίησε κοινωνὸν τῆς βασιλικῆς αὐτοῦ τραπέζης· καὶ τοῦτο οὐ βιασάμενος τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀλλὰ προτρεψάμενος αὐτὸν εἰς τὴν τοιαύτην ἵστησι τιμήν.

A ctorum spirituum, ut ea, quæ ad se spectat, legatione ipse perfunctus te redimeret a morte. Obfirma igitur te ipsum, ac cogita, quanta providentia tui gratia facta sit! Ceterum utimur exemplo e vita humana petito tamquam in vita adhuc exsistentes. Perinde ac si rex incidat in quemdam pauperem, infirmitate affectum, nec erubescat salubribus medicamentis ejus curare vulnera; & eum in palatium suum illatum induat purpura ac diademate, atque participem faciat mensæ suæ: sic cælestis rex Christus accedens ad hominem graviter affectum, sanavit eum atque socium fecit regiæ mensæ suæ; & hoc quidem nulla vi ejus voluntatem compellens, sed alliciens in tantam dignitatem eum constituit.

B

Καὶ γὰρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται, ὅτι ἀπέστειλε τοὺς ἑαυτοῦ δούλους ὁ κύριος, καλῶν τοὺς θέλοντας, δηλώσας αὐτοῖς· ὅτι τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασται· αὐτοὶ δὲ οἱ κεκλημένοι παρῃτήσαντο λέγοντες, ὃς μὲν, ἠγόρασα, φησὶ, ζεῦγη βοῶν, ἄλλος, γυναῖκα ἡρμοσάμην· ὁρᾷς ὅτι ὁ κλήτωρ ἕτοιμος, οἱ δὲ κληθέντες ἀντεῖπον. ἄρα αὐτοὶ ἑαυτῶν αἴτιοι γεγόνασι. τοσοῦτον οὖν ἐστι τὸ ἀξίωμα τῶν Χριστιανῶν. βλέπε ὅτι ὁ κύριος ἡτοίμασεν αὐτοῖς τὴν βασιλείαν, καὶ καλεῖ αὐτοὺς εἰσελθεῖν, αὐτοὶ δὲ οὐ θέλουσι. πρὸς τὸ δόμα οὖν ὃ μέλλουσι κληρονομεῖν, τοῦτο ἄν τις ὀρθῶς εἴποι, εἰ ἕκαστος ἀφ' οὗ ἐκτίσθη ὁ Ἀδὰμ, ἕως τῆς συντελείας τοῦ κόσμου, ἐπολέμει πρὸς τὸν σατανᾶν, καὶ ὑπέμενε τὰς θλίψεις, οὐδὲν μέγα ἐποίει πρὸς τὴν δόξαν ἣν μέλλει κληρονομεῖν· συμβασιλεύσει γὰρ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας μετὰ Χριστοῦ. δόξα τῷ οὕτως ἀγαπήσαντι τὴν τοιαύτην ψυχὴν, ὅτι αὐτὸν αὐτὸς καὶ τὴν χάριν αὐτοῦ ἔδωκε, καὶ ἐνεπίστευσε τῇ ψυχῇ. δόξα τῇ μεγαλοσύνῃ αὐτοῦ.

XXXI. Scriptum enim est in evangelio: [a] *Dominum dimisisse servos ad vocandum eos, qui volunt venire, denuntians illis, prandium meum paratum est. Qui vero vocati erant excusarunt se, dicentes: alter quidem, emi*, inquit, *juga boum: alius, uxorem duxi*. Vides paratum fuisse qui vocavit, vocatos vero renuisse. Profecto hi sui ipsius rei facti sunt. Tanta est igitur dignitas Christianorum. Perpende, Dominum præparasse illis regnum, & vocasse illos ad ingrediendum, ipsos vero noluisse. De munere ergo, quod Christiani hereditario jure possessuri sunt, recte hoc quis dicere possit; si quisque, ex quo creatus est Adam, usque ad con- C summationem mundi, dimicaret contra satanam, & sustineret afflictiones, nihil magni perageret respectu gloriæ, quam consecuturus est. Regnabit enim in infinita secula una cum Christo. Gloria sit illi, qui tanto prosecutus est amore talem animam, ut se ipsum ac suam gratiam contulerit ac crediderit animæ. Gloria sit magnificentiæ ejus.

Κατὰ τὰ φαινόμενα πράγματα, ἰδοὺ πάντες οἱ καθεζόμενοι ἀδελφοὶ μίαν εἰκόνα ἔχομεν, καὶ ἓν πρόσωπον τοῦ Ἀδάμ· ἆρα καὶ εἰς τὸ κρυπτὸν, καὶ εἰς τὰ ἐνδότατα πράγματα, μία ἐστὶν ἡ προαίρεσις πάντων; καὶ μία καρδία; πάντες ἄρα ἕν ἐσμεν, ἀγαθοὶ καὶ θεοσεβεῖς. ἢ ἄρα εἰσί τινες ἐξ ἡμῶν, ὅτι οἱ μὲν κοινωνοῦσι Χριστῷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, οἱ δὲ τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς δαίμοσι· καὶ ὅλοι ὡς εἷς φαινόμενοι ὁμοῦ καθεζόμεθα· ἓν πρόσωπον τοῦ Ἀδὰμ πάντες ἔχομεν. ὁρᾷς πῶς ἀλλοτία ἐστὶν ἡ νοερὰ οὐσία, ὁ ἔσω ἄνθρωπος, παρὰ τὸν ἔξω; ὅτι ὡς φαινόμεθα οἱ πάντες· καὶ οἱ μὲν μετὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων εἰσίν· οἱ δὲ μετὰ τοῦ σατανᾶ καὶ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων. εἰ οὖν ἡ καρδία βάθος τι ἔχει ἀπέραντον, ἐκεῖ εἰσι τρίκλινοι, καὶ κοιτῶνες, θύραι, καὶ πρόθυρα, καὶ διακονίαι πολλαὶ, καὶ διέξοδοι· ἐκεῖ ἐστι τὸ ἐργαστήριον τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἀδικίας· ἐκεῖ ὁ θάνατος· ἐκεῖ ἐστιν ἡ ζωή· ἐκεῖ ἐστιν ἡ ἀγαθὴ ἐμπορεία, καὶ ἡ ἐναντία.


XXXII. Secundum ea, quæ oculis patent, ecce nos omnes fratres, qui sedemus, una sumus præditi imagine, atque una facie Adæ. Estne ergo etiam in secretis & intimis rebus, una omnium voluntas? unum cor? omnes ergo unum erimus, boni & religiosi: an utique quidam ex nobis sunt, qui so- D cietatem injerunt cum Christo ejusque angelis; reliqui vero cum satana & dæmonibus utcumque omnes velut unus videamur sedere? unam quippe faciem Adæ gestamus. Videsne, quomodo aliud quippiam sit substantia intellectiva, interior videlicet homo, quam exterior? omnes enim tamquam unus esse videmur. Et hi quidem cum Christo & angelis ejus sunt, illi vero cum satana & immundis spiritubus. Cum ergo cor profunditatem infinitam habeat, ibi sunt triclinia, cubicula, fores, vestibula, ministeria multa & exitus: ibi est officina justitiæ, atque injustitiæ: ibi mors, ibique vita: ibi bona negotiatio & contraria.

V. Deus incircumſcriptus eſt & incomprehenſus, ubique apparens, & in montibus, & in mari, & ſubter abyſſum; & id quidem non ratione tranſitus, ſicut angeli deſcendunt e cælo in terram. Eſt enim in cælo, eſt quoque hic. Verum objicies mihi, quo pacto poteſt Deus eſſe in gehenna, aut quo pacto poteſt in tenebris eſſe, aut in ſatana, aut in locis graveolentia fœtidis? Reſpondeo tibi, pati ipſum E non poſſe, atque omnia continere: incircumſcriptus enim eſt, Satanas vero, qui eſt ejus creatura, ligatur. Bonum autem ipſum nec ſordibus inquinatur, nec tenebris offunditur. Quod ſi neges, eum omnia continere, & gehennam, & ſatanam, ipſum facis circumſcriptum, quoad eum locum, in quo habitat ille nequam, ut inde inquiramus alium eo ſuperiorem. Neceſſe eſt enim, Deum ipſum ubique ſuperiorem eſſe. Verum propter myſteria divinitatis & ſubtilitatem ejus, tenebræ quæ ab eo capiuntur, eum non comprehendunt: nec quod malum eſt, particeps eſſe poteſt puritatis, quæ eſt apud Deum. In Deo ergo nihil mali ſubſiſtit, quia re omnino nulla lædi poteſt.

[a] Joan. I. 5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



A Ἡμῖν δέ ἐστι κακὸν διὰ τὸ οἰκεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐνεργεῖν, ὑποβάλλον λογισμοὺς πονηροὺς καὶ ῥυπαροὺς, καὶ μὴ συγχωροῦν καθαρῶς προσεύχεσθαι, ἀλλ' αἰχμαλωτίζον τὸν νοῦν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον. ἐνδέδυται οὖν τὰς ψυχὰς, ἥψατο δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ὀστέων μελῶν. ὥσπερ οὖν ἐστιν εἰς τὸν ἀέρα ὁ σατανᾶς, καὶ ὁ Θεὸς παρὼν ἐκεῖ οὐδὲν ἀδικεῖται, οὕτως καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἐστιν ἡ ἁμαρτία, ὁμοίως δὲ καὶ χάρις Θεοῦ σύνεστι μηδὲν ἀδικουμένη. ὥσπερ ἐὰν ᾖ δοῦλος ἐγγὺς τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, οὗτος πάντοτε ἔγγιστα αὐτοῦ ὢν ὑπὸ φόβον ἐστὶ, μηδὲν ἄνευ αὐτοῦ διαπραττόμενος· οὕτως καὶ ἡμεῖς τῷ δεσπότῃ Χριστῷ τῷ καρδιογνώστῃ τοὺς λογισμοὺς ἡμῶν ἀνατιθέναι καὶ φανεροῦν ὀφείλομεν, καὶ ἔχειν τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν πεποίθησιν ἐπ' αὐτὸν, ὅτι αὐτός μου ἐστὶ δόξα, καὶ αὐτός μου ἐστὶ πατὴρ, καὶ αὐ- B τός μου ἐστὶ πλοῦτος. πάντοτε οὖν ἐν τῇ συνειδήσει ὀφείλεις ἔχειν τὴν μέριμναν καὶ τὸν φόβον. ἐὰν δὲ καί τις μὴ ἔχῃ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ πεφυτευμένην καὶ πεπηγμένην ἐν ἑαυτῷ, ἔστω νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὡς φυσικὸν εἶναι προσκεκολλημένον τῇ ψυχῇ, τὸ καθ' ὥραν ὁδηγοῦν αὐτὸν καὶ διϋπνίζον, καὶ ὑπορθοῦν εἰς τὰ ἀγαθά. ἵνα γοῦν τὴν μέριμναν ἔχῃ, τὸν φόβον, τὸν πόνον, ὡς φυσικὸν καὶ ἄτρεπτον τὸ συντριμμὸν τῆς καρδίας πάντοτε πεπηγμένον.

VI. In nobis vero hæret malum, eo quod habitet in corde, & vires suas ibidem exserat, suggerens cogitationes pravas & obscœnas, nec permittens preces effundere puras, sed captivam ducens mentem in hoc sæculum. Induit igitur animas, atque attigit quoque ossea membra. Quemadmodum igitur satanas est in aere, & Deus, qui præsto ibi est, nihil læditur omnino: sic peccatum est in anima, similiter quoque gratia divina, nec tamen læditur. Perinde ac si sit servus juxta dominum suum, qui cum perpetuo, dum ab ejus latere est, sit sub metu, nihil absque ejus jussu suscipit: sic quoque nos Domino Christo cordium exploratori cogitationes nostras exponere atque aperire, ac spem & fiduciam B in eo collocatam habere debemus, dicentes: *Ipse est gloria mea, ipse est pater meus, ipsa divitiæ meæ*. Perpetuam igitur in conscientia habere debes solicitudinem ac metum. Quod si quis gratiam divinam plantatam & infixam in se se non habeat, noctu diuque curet, ut, tamquam naturale sit, adhæreat animæ id, quod ad horam ipsum ducit, excitat, atque dirigit ad ea, quæ bona sunt, ut saltem curam habeat, metum ac laborem, tamquam naturalem & immutabilem contritionem cordis perpetuo infixam.

Ὥσπερ δὲ μέλισσα κρυπτῶς ἐργαζομένη τὸ κηρίον ἐν τῷ κοσκίνῳ, οὕτως καὶ ἡ χάρις κρυπτῶς ἐργάζεται ἐν ταῖς καρδίαις τὴν ἑαυτῆς ἀγάπην, καὶ μετα- C βάλλει ἀπὸ πικρότητος εἰς γλυκύτητα, ἀπὸ τραχύτητος εἰς λειότητα· ὥσπερ δὲ ἀργυροκόπος καὶ ἀναγλυφάριος ἀναγλύφων δίσκον κατὰ μέρος σκεπάζει ἅπερ γλύφει διάφορα ζώδια. ἐπὰν δὲ τελέσῃ, τότε φανεροῖ αὐτὸν ἐξαστράπτοντα τῷ φωτί· οὕτως καὶ ὁ κύριος ἀληθινὸς τεχνίτης ἀναγλύφει τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ ἀνακαινίζει ἐν μυστηρίῳ, ἕως οὗ ἐκδημήσωσιν ἐκ τοῦ σώματος, καὶ τότε φαίνεται τῆς ψυχῆς τὸ κάλλος. οἱ γὰρ θέλοντες σκεύη κατασκευάσαι, καὶ ἐνυφάναι ζώδια, πρῶτον κηροπλαστοῦσι, καὶ οὕτως ἐκχέουσι καθ' ὁμοιότητα ἐκείνου, ὥστε τὸ ἔργον κατ' ἐκεῖνο ἀποτελεσθῆναι τὸ σχῆμα· οὕτως καὶ ἡ ἁμαρτία πνεῦμα οὖσα εἰκόνα ἔχει, καὶ μεταβάλλεται εἰς μορφὰς πολλάς. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἔσω ἄνθρωπος ζώ- D διόν ἐστί τι, ἔχον εἰκόνα καὶ μόρφωσιν· ὁμοίωμα γάρ ἐστι τοῦ ἔξω ἀνθρώπου ὁ ἔσω. μέγα οὖν ἐστι τὸ σκεῦος καὶ τίμιον, ἐπειδὴ ἀπὸ πάντων τῶν κτισμάτων ἐκεῖ εὐδόκησεν ὁ κύριος. καὶ οἱ μὲν ἀγαθοὶ λογισμοὶ τῆς ψυχῆς ἐοίκασι λίθοις τιμίοις καὶ μαργαρίταις, οἱ δὲ ἀκάθαρτοι λογισμοὶ μεμεστωμένοι εἰσὶν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας, καὶ δυσωδίας.


VII. Quemadmodum autem apis secreto favum fingit ac construit in alveo; sic quoque gratia se- C creto exercet in cordibus dilectionem suam, & quod amarum est mutat in dulce, quod autem asperum, in id quod leve est. Sicut autem faber argentarius & sculptor, quando discum sculpit, aliquatenus operit varia illa, quæ sculpit animalia: ubi vero opus fecerit, tunc profert illum in luce splendentem: sic quoque Dominus verus ille artifex, sculpit corda nostra, ac occulte renovat, donec e corpore discedant, atque tum conspicua fit animæ pulcritudo. Qui enim supellectilem parare in eaque animalcula exprimere volunt, primum ceram effigiant, atque tum ad imaginem illam fundunt, ut opus secundum effigiem illam absolutum reddatur: non aliter peccatum, cum sit spiritus, imaginem habet, ac in D varias formas convertitur. Similiter interior quoque homo animalculum quoddam est, imagine & forma præditum: siquidem similitudo est exterioris hominis interior. Præclarum ergo ac pretiosum vas est, quia præ omnibus creaturis in eo Domino complacitum est. Et bonæ quidem cogitationes assimilantur lapidibus pretiosis & margaritis; impuræ vero cogitationes plenæ sunt ossium mortuorum, & omnis spurcitiei ac fœtoris.

Οἱ οὖν Χριστιανοὶ ἄλλου αἰῶνός εἰσιν, υἱοὶ Ἀδὰμ τοῦ ἐπουρανίου, γέννημα καινὸν, τέκνα πνεύματος ἁγίου, ἀδελφοὶ Χριστοῦ φωτεινοὶ, ὅμοιοι τῷ πατρὶ αὐτῶν, Ἀδὰμ τῷ πνευματικῷ καὶ φωτεινῷ, ἐκείνης τῆς πόλεως, ἐκείνου τοῦ γένους, ἐκείνης τῆς E δυνάμεως, οὐκ εἰσὶ τοῦ κόσμου τούτου, ἀλλὰ ἄλλου κόσμου εἰσίν· αὐτὸς γὰρ λέγει, οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· ἀλλ' ὥσπερ ἔμπορος ἀπὸ πολλῶν μονῶν ἀπερχόμενος, καὶ πολυπλασιάζων αὐτοῦ τὴν ἐμπορίαν, ἀποστέλλει πρὸς τοὺς ἰδίους ἐπὶ τῷ κτισθῆναι αὐτῷ οἴκους, παραδείσους, ἐνδύματα ἀναγκαῖα· καὶ ὅταν ἀναλύσῃ εἰς τὰ ἴδια, τότε πλοῦτον πολὺν ἐπιφέρεται· μετὰ πολλῆς δὲ χαρᾶς προσδέχονται αὐτὸν οἱ ἴδιοι αὐτοῦ καὶ προσγενεῖς· οὕτω κἂν τοῖς πνευματικοῖς, εἴ τινες ἐμπορεύονται τὸν ἐπουράνιον πλοῦτον, ἴσασιν οἱ συμπολῖται, τουτέστι τὰ πνεύματα τῶν ἁγίων καὶ τῶν ἀγγέλων, καὶ θαυμάζουσι λέγοντες, εἰς μέγαν πλοῦτον

VIII. Christiani ergo alterius sunt sæculi, filii Adæ cælestis, germen novum, filii Spiritus sancti, illustres fratres Christi, similes patris sui, Adæ spiritualis, & illustris illius civitatis, illius generis ac E illius virtutis; nequaquam sunt hujus mundi, sed alterius mundi sunt. Ipse enim ait: [a] *Non estis de hoc mundo, quoniam nec ego sum de hoc mundo*. Verum perinde ac mercator ex longa peregrinatione reversus, auctaque sua negotiatione ad suos mittit, ut construant sibi domos & hortos, ac vestimenta conficiant necessaria: & cum pervenerit ad sua, tum magnas divitias adfert; magna vero excipiunt eum lætitia, tum domestici, tum cognati. Sic quoque se res habet in spiritualibus rebus, si quidam mercati fuerint cælestes divitias norunt id eorum cives, hoc est, spiritus sanctorum & angelorum, & admiratione ducti, dicunt: *Immensas divitias consecuti sunt fratres nostri, qui in terris sunt*. Hi er-

a Joan. XVII. 16.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



εἰσῆλθον οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν οἱ ἐπὶ τῆς γῆς. ἔχοντες οὖν οὗτοι μεθ᾽ ἑαυτῶν τὸν κύριον ἐν τῇ ἀναλύσει, ἐν μεγάλῃ χαρᾷ ἔρχονται πρὸς τοὺς ἄνω, καὶ δέχονται αὐτοὺς οἱ τοῦ κυρίου, ἐκεῖ εὐτρεπίσαντες αὐτοῖς οἴκους καὶ παραδείσους, καὶ ἐνδύματα ὁλόλαμπρα καὶ πολυτελῆ.

A go cum secum habeant Dominum, cum discedunt, magna cum lætitia veniunt ad cælestes incolas; quos excipiunt, qui sunt a latere Domini, ac qui illic eis domos & hortos & splendida atque sumtuosa vestimenta præparant, excipiunt.

Νήψεως οὖν ἐν πᾶσι χρεία, ἵνα μὴ καὶ ἃ δοκοῦμεν ἔχειν ἀγαθὰ, πρὸς βλάβην ἡμῶν γένωνται· καὶ γὰρ οἱ χρηστοὶ κατὰ φύσιν, ἐὰν μὴ ἀσφαλίσωνται, κατὰ μικρὸν δι᾽ αὐτῆς τῆς χρηστότητος ὑποσύρονται, καὶ οἱ ἔχοντες σοφίαν, δι᾽ αὐτῆς τῆς σοφίας κλέπτονται. δεῖ οὖν ἐν πᾶσι τοῖς μέρεσι, συγκεκραμένον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τὸ χρηστὸν μετὰ τοῦ ἀποτόμου, τὸ σοφὸν μετὰ διακρίσεως, τὸν λόγον μετὰ τοῦ ἔργου, τὸ ὅλον πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, καὶ μὴ ἐφ᾽ ἑαυτόν· ἡ γὰρ ἀρετὴ διὰ πολλῶν ἀρτύεται, ὥσπερ ἔδεσμά τι τῶν ἀναγκαίων διὰ κονδίτου ἢ ἑτέρου τινὸς, καὶ τοῦτο οὐ μόνον διὰ μέλιτος, ἀλλὰ καὶ πεπέρεως, καὶ οὕτως εὑρίσκεται χρήσιμον.

IX. Sobrietate igitur in omnibus opus est, ne, quæ videmur possidere bona, in perniciem nostram vertantur. Nam qui natura sunt benigni, ni sibi caveant, parum abest, quin ab ipsa bonitate subtrahantur: & qui sapientia pollent, quin ab ea ipsa surripiantur. Oportet ergo in omnibus partibus, temperatum esse hominem, nempe humanitatem B cum severitate permixtam habere, sapientiam cum judicio, sermonem cum opere, atque omnino fiduciam suam in Domino, non se ipso collocare. Virtus enim conditur variis modis, tamquam cibus quidam necessarius condito aut alio quodam, & hoc non tantum melle, sed etiam pipere, & ita reperitur utilis.

Οἱ λέγοντες μὴ εἶναι τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, οὕτως εἰσὶν, ὡς ὑπὸ πλημμύρας ὑδάτων πολλῶν καταπεποντισμένοι, καὶ τοῦτο μὴ ὁμολογοῦντες, ἀλλὰ λέγοντες, ἦχον ὑδάτων ἠκούσαμεν· οὕτω καὶ αὐτοὶ καταπεποντισμένοι ὑπὸ τοῦ βυθοῦ τῶν κυμάτων τῆς κακίας, οὐ λέγουσιν εἶναι ἐν τῷ νῷ καὶ τοῖς λογισμοῖς αὐτῶν τὴν ἁμαρτίαν· ἄλλοι οὖν εἰσιν, οἱ λόγον μὲν ἔχοντες καὶ λαλοῦντες, μὴ ἠρτυμένοι δὲ τῷ ἐπουρανίῳ ἅλατι, καὶ διηγοῦνται περὶ τραπέζης βασιλικῆς μηδὲν φαγόντες, ἢ κτησάμενοι· ἄλλος δέ ἐστιν ὁ θεασάμενος αὐτὸν τὸν βασιλέα, καὶ ἀνοιγέντων αὐτῷ θησαυρῶν, εἰσελθὼν, καὶ κληρονομήσας καὶ φαγὼν καὶ πιὼν ἐκ τῶν ἐδεσμάτων ἐκείνων τῶν πολυτελῶν.

X. Qui asserunt, non esse peccatum in homine, perinde sunt, ac qui inundatione ingentium aquarum demersi, hoc ipsum fateri verentur, sed ajunt: *sonum aquarum audivimus*. Sic quoque profundis malitiæ fluctibus demersi, negant in mente ac cogitationibus suis peccatum hærere. Alii sunt igitur, C qui sermone quidem valent, & loquuntur, non tamen sale cælesti conditi sunt; narrantque multa de mensa regia; cum tamen nihil comederint, nec quidquam adepti sint. Alius vero est, qui conspecto rege, apertisque sibi thesauris, ingreditur, ac hereditatem cernit, edens & bibens de cibis illis pretiosissimis.


Ὥσπερ ἐὰν ἡ μήτηρ ἔχουσα υἱὸν μονογενῆ, εὐειδέστατον, σοφὸν, πᾶσι κεκοσμημένον ἀγαθοῖς, ἐφ᾽ ᾧ ἔχει πάσας τὰς ἐλπίδας, καὶ συμβῇ τοῦτον ταφῆναι ὑπ᾽ αὐτῆς, λοιπὸν προσγίνεται αὐτῇ πόνος ἄπαυστος, καὶ πένθος ἀπαραμύθητον· οὕτως καὶ ὁ νοῦς ὡς ἀποθανούσης ἀπὸ Θεοῦ τῆς ψυχῆς, ὀφείλει πένθος ἀναλαβεῖν καὶ δάκρυα, πόνον ἄπαυστον, συντετριμμένην ἔχειν καρδίαν, ὑπὸ φόβον εἶναι καὶ μέριμναν, ἔχειν δὲ καὶ τὴν πεῖναν καὶ δίψαν τοῦ ἀγαθοῦ πάντοτε· τὸν τοιοῦτον λοιπὸν διαδέχεται χάρις Θεοῦ καὶ ἐλπὶς, καὶ οὐκέτι ἐστὶν ἐν τῷ τοιούτῳ πένθος, ἀλλὰ χαίρει ὡς ὁ εὑρὼν θησαυρὸν, καὶ πάλιν τρέμει μή πως ἀπολέσῃ αὐτόν. ἐπέρχονται γὰρ οἱ λῃσταί. ὥσπερ ἐάν τις εἰς πολλὰς λῃστουργίας, καὶ ζημίας ἐμπεσὼν, μετὰ πολλοῦ καμάτου διαφύγῃ, καὶ μετὰ ταῦτα εὕρῃ περιουσίαν μεγάλην, καὶ ὑπόστασιν πολλὴν, καὶ οὐκέτι δέδοικε ζημίαν διὰ τὸν πλεονάσαντα πλοῦτον· οὕτως καὶ οἱ πνευματικοὶ, πρῶτον διελθόντες ἐν πολλοῖς πειρασμοῖς καὶ φοβεροῖς τόποις· εἶτα χάριτος πληρωθέντες καὶ μεμεστωμένοι τῶν ἀγαθῶν, οὐκέτι δεδοίκασι τοὺς θέλοντας αὐτοὺς συλῆσαι, ἐπειδὴ ὁ πλοῦτος οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ὀλίγος· ἔχουσι δὲ καὶ φόβον, οὐ τῶν φοβουμένων τὰ πονηρὰ πνεύματα, ἀλλὰ φόβον καὶ μέριμναν, πῶς διοικήσουσι τὰ ἐμπιστευθέντα αὐτοῖς πνευματικὰ χαρίσματα.

XI. Perinde vero ac matrem, habentem unicum filium, formosissimum, sapientem, omnique bonorum genere exornatum, in quo omnem spem sitam habet, si eum contingat ab illa terris mandari, nihil nisi dolor assiduus, & luctus consolationem non admittens occupat: sic quoque mens, quasi a Deo D mortua sit anima, lugere debet, ac lacrymas effundere, continuoque mærore affici, contritum habere cor, cum metu & solicitudine vitam agere, & continua fame ac siti ipsius boni laborare. Talem postmodum amplectitur gratia Dei & spes, nec ultra est in luctu, sed gaudio perfunditur, perinde ac ille qui thesaurum reperit, ac rursus intremiscit, ne quo pacto eum perdat. Insurgunt enim latrones. Perinde vero ac qui in multas latronum rapinas & pericula illapsus, non absque magno labore evadit, ac postea, ingentibus opibus ac facultatibus inventis, non amplius damnum illud propter affluentiam divitiarum metuit: sic quoque spirituales homines, qui prius per multas tentationes & for- E midabilia loca transierunt: deinde gratia impleti, bonisque cumulati sunt, non amplius illos formidant, qui deprædari eos volebant, quoniam haud exiguæ sunt ipsorum opes; non tamen prorsus metu ac timore omni carent, metu, inquam, non qualis est, qui extimescunt malos spiritus; sed hoc metu ac solicitudine urgentur, quomodo rite administrent concredita sibi spiritualia dona.

Ἔχει δὲ ὁ τοιοῦτος ἐξουδενούμενον ἑαυτὸν παρὰ πάντας ἁμαρτωλοὺς, καὶ ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὸν τοιοῦτον λογισμὸν ἐμφυτευθέντα ὡς φυσικὸν, καὶ ὅσον εἰσέρχεται εἰς γνῶσιν Θεοῦ, τοσοῦτον ἔχει αὐτὸν ἰδιώτην. καὶ ὅσον μανθάνει, εἰς μηδὲν εἰδὼς ἐστι. ταῦτα δὲ ἡ χάρις διακονοῦσα, ὡς φυσικὰ ἐν τῇ ψυχῇ ἀπεργάζεται· ὥσπερ ἐὰν ἢ παιδίον ὑπὸ νεανίσκου βασταζό-

XII. Verum qui ejusmodi est, reputat se abjectiorem omnibus peccatoribus, talemque cogitationem, velut naturalem, sibi insitam habet; & quanto magis in notitia Dei proficit, tanto simpliciorem se existimat idiotam: & quanto magis didicerit, eo rudiorem se reputat. Hæc autem gratia directrix velut innata animæ, peragit. Quemadmo-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



μενον καὶ ὁ βαστάζων, αὐτὸ περιφέρει ὅπου θέλει· οὕτω καὶ κατὰ βάθος ἐνεργουμένη χάρις βαστάζει τὸν νοῦν, καὶ ἀναφέρει εἰς τοὺς οὐρανοὺς, εἰς τὸν τέλειον κόσμον, εἰς τὴν αἰώνιον κατάπαυσιν. καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ χάριτί εἰσι μέτρα καὶ ἀξιώματα· ἄλλος ἐστὶν ὁ στρατηλάτης ἔχων παῤῥησίαν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ὁ ἄλλος ἐστὶν ὁ ἡγεμών. ὥσπερ οἶκος πεπληρωμένος καπνοῦ ὑπερεκχεῖ τοῦτον, καὶ εἰς τὸν ἔξω ἀέρα· οὕτως κἂν τῇ ψυχῇ μεμεστωμένη ἡ κακία ὑπερεκχεῖται ἔξωθεν καὶ ἐπιτελεῖ καρποὺς. ὡς οἱ ἐγκεχειρισμένοι ἀρχὰς ἐπαρχότητος, ἢ θησαυρὸν βασιλικὸν, πάντα τὸν χρόνον ἐν μερίμνῃ εἰσὶ, μήπως ἄρα προσκρούσωσι τῷ βασιλεῖ· οὕτω καὶ οἱ ἐμπιστευθέντες ἔργον πνευματικὸν ἀεὶ ἐν μερίμνῃ εἰσὶ, καὶ ἔχοντες ἀνάπαυσιν, ὥσπερ οὐκ εἰσὶν ἀναπεπαυμένοι· ἡ βασιλεία B γὰρ τοῦ σκότους ἡ ἐπεισελθοῦσα τῇ πόλει, τουτέστι τῇ ψυχῇ, καὶ οἱ διακατέχοντες βάρβαροι τὰς νομὰς αὐτῆς, ἐξωθοῦνται ἀπ' αὐτῆς.

A dum si sit infans, qui a juvene gestetur, is qui eum portat, circumfert eumdem quocumque libuerit: sic quoque gratia, in profundo vires suas exserens, gestat animum, eumque defert ad cælos, ad mundum perfectum, ad æternam requiem. Verum in ipsa gratia sunt gradus & dignitates. Alius enim est præfectus militum, qui liberam habet adeundi regis potestatem: alius vero est dux. Perinde vero ut domus fumo repleta, eum effundit in aerem externum; sic etiam in anima redundans malitia effunditur foras, ac fructus producit. Et sicut ii, quibus gerendæ præfecturæ, aut custodiendi thesauri regii, cura commissa est, numquam curis vacant, ne quo pacto regem offendant: sic quoque quorum fidei opus aliquod spirituale commissum est, continua solicitudine tenentur; & ita quiete fruuntur, perinde ac si ea carerent. Regnum enim tenebrarum subintrans civitatem, hoc est, animam, & barbari occupantes ejus pascua, ex illa expelluntur.

Ἀποστέλλει γὰρ ὁ βασιλεὺς Χριστὸς εἰς ἐκδίκησιν τῆς πόλεως, καὶ δεσμοῖ τοὺς τυράννους, καὶ στρατηγίαν ἐπουράνιον, καὶ παράταξιν πνευμάτων ἁγίων ἐκεῖ κατοικίζει, ὥσπερ πατρίδα ἰδίαν· καὶ λοιπὸν φαίνει ὁ ἥλιος ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ αἱ ἀκτῖνες αὐτοῦ διατρέχουσιν εἰς ὅλα τὰ μέλη. καὶ ἔστιν ἐκεῖ λοιπὸν βαθεῖα εἰρήνη ἡ βασιλεύουσα. ὁ δὲ ἀγὼν τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἡ ἄθλησις, καὶ δοκιμασία, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν εὔνοια τότε φαίνεται, ὅτε τῆς χάριτος ὑποστελλομένης ἀνδρίζεται C καὶ βοήσει πρὸς τὸν Θεόν· ἀλλὰ σὺ ἀκούων, ὅτι εἰσὶ ποταμοὶ δρακόντων, καὶ στόματα λεόντων, καὶ δυνάμεις αἱ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν σκοτειναὶ, καὶ πῦρ φλέγον, καὶ καχλάζον ἐν τοῖς μέλεσιν, ὡς οὐδὲν ἡ γῆ, μὴ εἰδὼς ὅτι ἐὰν μὴ δέξῃ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι τοῦ σώματος, κατέχουσί σου τὴν ψυχὴν, μὴ ἐῶντές σε ἀνελθεῖν εἰς τοὺς οὐρανούς· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀξιώματος τῆς ψυχῆς ἀκούων, πῶς ἐστι τιμία ἡ νοερὰ οὐσία, οὐ συνιεῖς, ὅτι οὐκ εἶπε περὶ ἀγγέλων, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὸ, ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν· καὶ, ὅτι ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρέρχεται· σὺ δὲ εἰς υἱοθεσίαν, εἰς ἀδελφότητα, εἰς νύμφην βασιλέως· ἐν τοῖς D φαινομένοις γὰρ πάντα τὰ τοῦ νυμφίου τῆς νύμφης εἰσὶ, καὶ πάντα τὰ τοῦ κυρίου ὅσα εἰσὶν ἐμπιστεύει σοι· ἦλθε γὰρ εἰς πρεσβείαν σὴν δι' ἑαυτοῦ, ἵνα σε ἀνακαλέσηται· καὶ σὺ οὐδὲν νοεῖς, οὐδὲ συνῆκας τὴν εὐγένειάν σου; δικαίως οὖν ὁ πνευματοφόρος πενθεῖ σου τὴν πτῶσιν, λέγων, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε. παρεσυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. δόξα πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

XIII. Mittit enim rex Christus, qui vindictam de civitate illa sumant, & tyrannos in vincula conjicit, ac exercitum cælestem, & ordines spirituum sanctorum illic collocat, tamquam in patria propria. Tum vero sol in corde splendet, & radii ejus penetrant omnia membra, atque ibi summa pax imperium tenet. Verum certamen ac pugna hominis, probatio, & erga Deum benevolentia tunc apparet, quando gratia se subducente, virum se præstat, & clamat ad Dominum. Cum vero audis, fluvios esse draconum, ora leonum, & potestates sub cælo caliginosas, ignem urentem, & strepitantem in omnibus membris (ut nihil tale terra contінет,) & ignoras, nisi acceperis arrhabonem Spiritus sancti, dum e corpore discedis; animam hæc tuam comprehendunt, nec ad cælos tibi adscensum concedunt. Itidem de dignitate animæ ubi audieris, quam præclara sit substantia illa intellectu prædita, non intelligis, quod Deus non de angelis, sed de natura humana dixerit illud: [a] *Faciamus ad imaginem & similitudinem nostram*, & quod cælum & terra transeant, tu vero ad immortalitatem vocatus sis, ut sis filius, frater & sponsa regis? In rebus enim quæ in hoc sæculo videntur, omnia quæ sunt sponsi, ad sponsam pertinent; sic quoque omnia, quæ sunt Domini, quanta quanta sint, committit ille tuæ fidei. Venit enim ipse ad legationem tui causa obeumdam, ut te revocaret. Tu vero nihil intelligis, neque percipis nobilitatem: ac merito ergo deplorat casum tuum ille Spiritu plenus, inquiens: [b] *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Gloria Patri, & Filio, & Spirtui sancto, in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ιζ΄.

Περὶ τῆς πνευματικῆς τῶν Χριστιανῶν χρίσεως καὶ δόξης, καὶ ὅτι ἄνευ Χριστοῦ σωθῆναι ἢ ζωῆς αἰωνίου μέτοχον γίνεσθαι ἀδύνατόν ἐστι.

HOMILIA XVII.

E *De spirituali Christianorum unctione & gloria: & quod absque Christo salvari, aut vitam æternam consequi impossibile sit.*

ΟΙ τέλειοι Χριστιανοὶ οἱ καταξιωθέντες ἐλθεῖν εἰς μέτρα τελειότητος, καὶ γενέσθαι ἐγγύτατοι βασιλέως, οὗτοι τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ πάντοτε ἀφιερωμένοι εἰσίν· ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν προφητῶν τὸ χρίσμα ἦν ὅλον τιμιώτερον, ἐπειδὴ εἰς βασιλεῖς καὶ προφήτας ἐχρίοντο, οὕτω νῦν οἱ πνευματικοὶ τὸ ἐπουράνιον χρίσμα χριόμενοι, γίνονται Χριστιανοὶ κατὰ χάριν, ὥστε εἶναι αὐτοὺς βασιλεῖς καὶ προφήτας ἐπουρανίων μυστηρίων· οὗτοί εἰσι καὶ υἱοὶ, καὶ κύριοι, καὶ Θεοὶ, δεδεμένοι, ᾐχμαλωτισμένοι, βεβυθισμένοι, ἐσταυρωμένοι,

I. CHristiani perfecti, qui digni habentur attingere gradum perfectionis, ac fieri regi proximi, hi cruci Christi perpetuo consecrati sunt. Quemadmodum enim prophetarum temporibus unctio erat res omnino pretiosa, cum in reges & prophetas ungerentur: sic quoque nunc spirituales, cælesti unctione peruncti, evadunt Christiani per gratiam, ut ipsi sint reges & prophetæ cælestium mysteriorum. Quinimo hi sunt filii & domini & dii, vincti ac captivi, abjectissimi, crucifixi, ac conse-

[a] Gen. I. 26. [b] Psalm. xcix. 21.

ἀφιερωμένοι· εἰ γὰρ τὸ χρῖσμα τοῦ ἐλαίου, ὅπερ ἦν φυτοῦ φαινομένου, καὶ ξύλου ὁρατοῦ, τοσαύτην εἶχε δύναμιν, ὥστε τοὺς χριομένους ἀναντιῤῥήτως ἀξίωμα λαμβάνειν· ἦν γὰρ κεκυρωμένον, ὥστε καθίστασθαι αὐτοὺς βασιλεῖς· ὁ καὶ Δαβὶδ χρισθεὶς εὐθέως διωγμοῖς περιέπεσε καὶ ἐθλίβετο, καὶ μετὰ ἑπτὰ ἔτη ἐγένετο βασιλεύς· πόσῳ μᾶλλον ὅσοι χρίονται κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, τὸ ἁγιαστικὸν καὶ χαροποιὸν ἔλαιον τῆς ἀγαλλιάσεως, τὸ οὐράνιον καὶ πνευματικὸν, δέχονται τὸ σίγνον τῆς βασιλείας ἐκείνης τῆς ἀφθάρτου καὶ ἀϊδίου δυνάμεως, τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ παράκλητον; ἄκουε δὲ παράκλητον, καὶ τὸ παρακαλεῖν καὶ χαροποιεῖν τοὺς ἐν θλίψεσιν ὄντας.


Οὗτοι ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκ τοῦ φυτοῦ τοῦ ἐπουρανίου χριόμενοι, καταξιοῦνται ἐλθεῖν εἰς μέτρα τῆς τελειότητος, τῆς βασιλείας λέγω καὶ τῆς υἱοθεσίας, ὄντες συμμύσται ἐπουρανίου βασιλέως, ἔχοντες παῤῥησίαν πρὸς τὸν παντοκράτορα, εἰσερχόμενοι εἰς τὸ παλάτιον αὐτοῦ, ἔνθα οἱ ἄγγελοι καὶ τὰ πνεύματα τῶν ἁγίων, καὶ ἔτι ὄντες ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ· μήπω γὰρ τὴν τελείαν κληρονομίαν λαβόντες τὴν ἡτοιμασμένην αὐτοῖς ἐν ἐκείνῳ τῷ αἰῶνι, ἀσφαλεῖς εἰσιν ἀπὸ τοῦ ἀῤῥαβῶνος, οὗ ἐδέξαντο νῦν, ὡς ἤδη ἐστεφανωμένοι, καὶ βασιλεύοντες. καὶ οὐ ξενίζονται μέλλοντες συμβασιλεύειν Χριστῷ, ἐπὶ τῷ πλεονασμῷ, καὶ τῇ παῤῥησίᾳ τοῦ πνεύματος. διὰ τί; ἐπειδὴ ὄντες ἔτι ἐν τῇ σαρκὶ, εἶχον τὸν νόστον ἐκεῖνον τῆς γλυκύτητος, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἐκείνην τῆς δυνάμεως.

Ὃν γὰρ τρόπον ὅταν ᾖ τις φίλος βασιλέως, σχολάζων τῷ παλατίῳ, γνωρίζων τὰ μυστήρια, καὶ ὁρῶν αὐτοῦ τὴν πορφύραν· συμβῇ δὲ τοῦτον γενέσθαι βασιλέα, καὶ στεφανωθῆναι, οὐ ξενίζεται, οὔτε πτοεῖται, ἐπειδὴ ἐν πολλῷ χρόνῳ ἐνεγυμνάσθη εἰς τὰ μυστήρια τοῦ παλατίου· οὐ γὰρ ἐνδέχεταί τινα τῶν ἀγελημαίων καὶ ἰδιωτῶν καὶ ξένων τῶν μυστηρίων εἰσελθεῖν, καὶ βασιλεῦσαι, εἰ μὴ τοὺς ἐμπείρους καὶ πεπαιδευμένους· οὕτως καὶ οἱ Χριστιανοὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ αἰῶνι μέλλοντες βασιλεύειν, οὐ ξενίζονται, ἤδη προεγνωκότες τὰ μυστήρια τῆς χάριτος· ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἄνθρωπος παρέβη τὴν ἐντολὴν, ὁ διάβολος ὅλην τὴν ψυχὴν ἐκάλυψε καλύμματι σκοτεινῷ. λοιπὸν οὖν ἔρχεται ἡ χάρις, καὶ ἀπεκδύεται ὅλον τὸ σκέπασμα, ὥστε λοιπὸν τὴν ψυχὴν καθαρὰν γενομένην καὶ ἀπολαβοῦσαν τὴν ἰδίαν φύσιν, τὸ κτίσμα τὸ ἄμωμον καὶ καθαρὸν, πάντοτε λοιπὸν καθαρῶς ἐν τοῖς καθαροῖς ὀφθαλμοῖς τὴν δόξαν τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ καθορᾷν, καὶ τὸν ἀληθινὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐξαστράπτοντα αὐτῇ τῇ καρδίᾳ.

Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ συντελείᾳ περιαιρουμένου τοῦ στερεώματος, λοιπὸν οἱ δίκαιοι ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ τῷ φωτὶ, καὶ τῇ δόξῃ διάγουσι, μηδὲν ἕτερον ὁρῶντες, ἢ καθὼς ὁ Χριστὸς ἐν δόξῃ ἐστὶ πάντοτε ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός· οὕτως καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς ἐκεῖνον τὸν αἰῶνα ἁρπαχθέντες, καὶ αἰχμαλωτισθέντες, πάντα τὰ ἐκεῖ κάλλη, καὶ τὰς θαυματουργίας ὁρῶσιν· ἡμεῖς γὰρ ἐπὶ γῆς ὄντες, ἐν οὐρανοῖς ἔχομεν τὸ πολίτευμα, εἰς ἐκεῖνον τὸν κόσμον ἔχοντες τὴν διαγωγὴν καὶ τὴν πολιτείαν, κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. ὥσπερ γὰρ ὁ φαινόμενος ὀφθαλμὸς καθαρὸς ὢν, καθαρῶς ὁρᾷ πάντοτε τὸν ἥλιον· οὕτως καὶ ὁ νοῦς τελείως καθαρισθεὶς, πάντοτε ὁρᾷ τὴν δόξαν τοῦ φωτὸς τοῦ Χριστοῦ, καὶ σύνεστι τῷ κυρίῳ νυκτὸς καὶ

A crati. Si enim unctio olei, a planta aspectabili & ligno visibili profecta, tantam habuit virtutem, ut eo peruncti dignitatem citra omnem controversiam consequerentur (ratum enim erat, ut constituerentur ipsi reges:) quo etiam David [a] inunctus, statim persequutionibus & afflictionibus expositus est, ac septimo post anno rex factus [b]: quanto magis ii, qui secundum mentem & interiorem hominem, sanctificante & lætificante, [c] cælesti ac spirituali exsultationis oleo, peruncti sunt, recipiunt signum regni illius incorruptibilis, æternæque virtutis, arrhabonem scilicet Spiritus, ipsum Spiritum sanctum & paracletum? (intellige vero paracletum, qui consoletur, & gaudio perfundat afflictionibus oppressos.)

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



B II. Hi unguento ex ligno vitæ Jesu Christi, & planta cælesti inuncti, idonei habentur, qui perveniant ad gradum perfectionis, regni, inquam, & adoptionis; quippe qui sunt secretarii regis cælestis, ac freti fiducia omnipotentis, ingrediuntur palatium ipsius, ubi sunt angeli & spiritus sanctorum, & qui adhuc in hoc sunt mundo. Licet enim integram hereditatem, sibi in illo sæculo præparatam, nondum adierint, certissimi tamen sunt ex arrhabone, quem modo receperunt, ac si jam coronati essent, & regni clavum tenerent; neque obstupescunt, ut in re insolita ac nova, quod cum Christo regnaturi sint, propter abundantiam & fiduciam Spiritus. C Quamobrem? eo, quod cum adhuc in carne essent, suavitate illa ac dulcedine, atque efficacia facultatis illius tenebantur.

III. Quemadmodum enim, si aliquis est qui erat amicus regis, & palatio dat operam, ac secreta regis cognoscit, atque regiam conspicit purpuram; eumque contingat fieri regem, & coronari, novitate rerum non obstupescit, nec metu percellitur, eo quod longo tempore in arcanis palatii exercitus fuerit: nequaquam enim fieri solet, ut quis e gregariis, simplicibus atque mysteriorum ignaris hominibus, accedat ad regni administrationem, sed solum ii, qui doctrina & experientia instructi sunt. Sic quoD que Christianis, qui regnaturi sunt in illo sæculo, nihil novi & inexspectati accidit, quippe qui antea jam noverunt mysteria gratiæ: propterea enim, quod homo transgressus sit fines mandati, diabolus universam animam caliginoso velamine operuit: verum postmodum accedit gratia, & exuitur prorsus velamen illud, ita ut postea anima, pristinæ puritati atque propriæ statui naturæ, creaturæ scilicet puræ atque irreprehensibili, restituta perpetuo ac pure purisque oculis gloriam veri luminis conspiciat, verumque solem justitiæ in visceribus cordis, fulgoris in modum splendentem.

IV. Sicut enim in consummatione perituri firmaE menti, justi in posterum in regno, lumine atque gloria victuri sunt, nihil aliud intuentes, quam quo pacto Christus in gloria perpetuo sit ad dextram patris: sic quoque hi, qui ex hoc in aliud sæculum abrepti atque captivi abducti sunt, quæcumque sunt ibi pulcra atque admiratione digna, contemplantur. Nos enim, qui adhuc in terra sumus, in cælis habemus conversationem, in illo sæculo vitam agentes, atque conversantes secundum mentem & interiorem hominem. Quemadmodum enim oculus exterior, si purus sit, solem pure semper adspicit: sic quoque mens exacte puritati restituta, semper intuetur gloriam luminis Christi,

a I. Sam. XVI. 13. b II. Sam. II. 4. c Psalm. XLV. 8.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



ἡμέρας, ὃν τρόπον τὸ σῶμα τοῦ κυρίου συναφθὲν τῇ θεότητι, πάντοτε συνέστι τῷ ἁγίῳ πνεύματι· ἀλλὰ ταῦτα τὰ μέτρα οὐκ εὐθέως καταλαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι, εἰ μὴ διὰ καμάτου, καὶ θλίψεως, καὶ ἀγῶνος πολλοῦ. εἰσὶ γάρ τινες, ὅτι συνέστιν αὐτοῖς ἡ χάρις ἐνεργοῦσα καὶ ἀναπαύουσα, συνέστι δὲ καὶ ἡ κακία ἔνδον, καὶ τὰ δύο πολιτεύματα εἰς μίαν ἐνεργεῖ καρδίαν τοῦ φωτὸς, καὶ τοῦ σκότους.

A estque cum Domino noctu diuque, perinde ac corpus Domini divinitati conjunctum perpetuo est cum Spiritu sancto. Verum hosce gradus non statim assequuntur homines, nisi cum labore, afflictione atque pugna multa. Non desunt enim, in quibus licet gratia vim suam in ipsis exserat atque requiescat, intus tamen aliqua latet malitia, atque duæ adsunt conversandi rationes, lucis scilicet & tenebrarum, in uno corde vim suam exercentes.

Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι, τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ποῦ γὰρ τὸ θεῖον φῶς ἐπισκοτίζεται καὶ θολοῦται, καὶ τὸ ἀμίαντον καὶ καθαρὸν ποῦ μιαίνεται; γέγραπται γὰρ, καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβε. μονοτρόπως οὖν οὐ χρὴ τὰ πράγματα νοεῖσθαι, οὔτε μονομερῶς· εἰς τοσοῦτον γάρ τινες ἀναπαύονται ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ὅτι ἀνδρειότεροι γίνονται τῆς συνούσης αὐτοῖς κακίας, καὶ ἔχοντες εὐχὴν, καὶ ἀνάπαυσιν πολλὴν πρὸς τὸν Θεὸν, ἄλλῃ ὥρᾳ ἐνεργοῦνται ὑπὸ λογισμῶν πονηρῶν, καὶ κλέπτονται ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἔτι ὄντες ἐν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ· οἱ δὲ ἐλαφροὶ καὶ ἰδιῶται, μερικῶς ἐνεργούσης ἐν αὐτοῖς τῆς χάριτος, νομίζουσι μηκέτι εἶναι τὴν ἁμαρτίαν· οἱ δὲ ἔχοντες διάκρισιν, καὶ ὄντες φρόνιμοι, οὐ τολμῶσιν ἀρνήσασθαι, ὅτι ἔχοντες τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐνεργούμεθα ὑπὸ αἰσχρῶν καὶ ῥυπαρῶν λογισμῶν.

V. Atqui omnino dices mihi, quæ societas luci cum tenebris? ubinam lux divina tenebris offunditur atque inquinatur, & ubi quod impollutum ac purum est, polluitur atque turbatur? Scriptum enim B est: [a] *& lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Non ergo simpliciter nec uno modo hæc sunt intelligenda. Quidam enim in tantum conquiescunt in gratia Dei, quod fortiores evadant, quam est conjuncta illis malitia; atque summa erga Deum devotione & oblectatione teneantur: alia tamen hora pravis cogitationibus agitantur, ac surripiuntur a peccato, adhuc tamen exsistentes in gratia Dei. Simpliciores vero atque idiotæ, ubi vires suas aliqua ex parte in illis exseruerit gratia, se prorsus a peccato liberos existimant. At, qui acumine judicii ac prudentia pollent, verentur negare, quod, licet gratia divina donati simus, turpibus atque obscœnis cogitationibus non exerceamur.

C

Πολλάκις γὰρ εὕρομεν ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, ὅτι τοσαύτην εὗρον χαρὰν καὶ χάριν, ὥστε ἐν πέντε καὶ ἓξ ἔτεσι λέγειν αὐτοὺς, ὅτι ἐξηράνθη ἡ ἐπιθυμία, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἐνόμισαν ἠλευθερῶσθαι ἀπ' αὐτῆς, ἐγκρυβεῖσα ἡ κακία ἐπικινήθη αὐτοῖς, καὶ κατεκαύθησαν τῇ ἐπιθυμίᾳ, ὥστε ξενίζεσθαι αὐτοὺς καὶ λέγειν, ὅτι μετὰ τοσοῦτον χρόνον πόθεν ἡμῖν ἐπανέστη τοσαύτη κακία; οὐδεὶς οὖν τῶν ἐχεφρόνων τολμᾷ εἰπεῖν, ὅτι συνούσης μοι τῆς χάριτος τὸ ὅλον ἠλευθέρωμαι τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τὰ δύο πρόσωπα ἐν τῷ νῷ ἐνεργεῖται· οἱ γὰρ ἄπειροι τῶν πραγμάτων, μικρόν τι ἐνεργησάσης εἰς αὐτοὺς τῆς χάριτος, νομίζουσιν, ὅτι ἤδη ἐνίκησαν, καί εἰσι Χριστιανοὶ τέλειοι. ἐγὼ δὲ οὕτως φημὶ τὰ πράγματα εἶναι, ὥσπερ ὅταν ἢ ἐν οὐρανῷ ἥλιος ἐν καθαρῷ ἀέρι καταλάμπων, καὶ ἔλθωσι περὶ αὐτὸν νεφέλαι, καὶ καλύπτωσιν αὐτὸν, καὶ παχύνωσιν τὸν ἀέρα, οὐδὲν ἠδίκηται αὐτὸς ἐνδότερος ὢν ἐκ τοῦ φωτὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως· οὕτως εἰσὶν οἱ μὴ τελείως καθαρισθέντες. ὄντες δὲ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, καὶ κατεχόμενοι ἐν βάθει ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἔχουσι τὰ φυσικὰ κινήματα καὶ τοὺς λογισμοὺς αὐτοὺς ἐρρωμένους πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ μὴ ὄντες τοῦ ἀγαθοῦ ὁλοτελῶς.

VI. Sæpenumero enim quosdam in fratribus reperimus, tantum ipsos gaudium & gratiam esse consecutos, ut ad quinque aut sex annorum spatium concupiscentiam exaruisse assererent, atque in posterum ab eo se liberatos putarent. Verum vitium latens insurrexit in illos, atque concupiscentiæ igni adeo combusti sunt, ut attoniti ac perculsi dicerent: *unde nam tanto post tempore nobis prodiit tantum vitium?* Nemo ergo sanæ mentis dicere audeat, *quia mecum est gratia, a peccatis prorsus liberatus sum*: sed duæ personæ vim suam in mente exercent. Imperiti enim qui sunt rerum, ubi modicum quid in illis operata fuerit gratia, se jam vicisse atque per- D fectos Christianos esse statuunt. Ego vero sic se rem habere puto, perinde ac si sit in cælo sol, qui in puro aere lucet, & nubes advenientes eum operiant, atque aerem crassiorem reddant, nullo pacto (quippe quum interius lateat) nec in lumine, nec in substantia læditur: sic se habent, qui plene nondum sunt purificati; qui licet gratia Dei prædiri sint, in imis tamen peccato detenti, habent simul motus naturales, & cogitationes erga Deum firmas, quippe a parte boni nondum plene stantes.

Οὕτως πάλιν οἱ κατεχόμενοι ἐν βάθει ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ μέρους, τῆς χάριτος λέγω, ἔτι εἰσὶ δοῦλοι καὶ ὑποχείριοι τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς, καὶ τῷ μέρει τῆς κακίας. πολλῆς οὖν χρεία διακρίσεως, ἵνα διὰ πείρας τις γνῷ ταῦτα τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. λέγω δέ σοι, ὅτι καὶ οἱ ἀπόστολοι ἔχοντες τὸν παράκλητον, ὁλοτελῶς οὐκ ἦσαν ἀμέριμνοι· συνῆν γὰρ τῇ χαρᾷ καὶ τῇ ἀγαλλιάσει φόβος καὶ τρόμος ἐξ αὐτῆς τῆς χάριτος, οὐ τοῦ μέρους τῆς κακίας, ἀλλὰ αὐτὴ ἡ χάρις ἠσφαλίζετο αὐτοὺς, ἵνα μὴ κἂν εἰς μικρόν τι ἐκτραπῶσιν· ὥσπερ γὰρ εἴ τις βιζάκιον λίθου ῥίψας εἰς τεῖχος, οὐδὲν ἔβλαψεν ἢ παρεκίνησε τὸ τεῖχος· ἢ ὥσπερ βέλος ἀποστελλόμενον κατὰ τοῦ φοροῦντος κλίβανον, οὐδὲν ἠδίκησεν ἢ τὸν σίδηρον, ἢ τὸ σῶμα· ἀντικρούει γὰρ καὶ ἀντιπίπτει· οὕτως εἰ καὶ προσήγγιζέ τι μέρος κακίας τοῖς ἀποστόλοις, οὐκ ἔβλαπτεν αὐτοὺς, ἐπειδὴ ἦσαν ἐνδεδυμένοι τὴν τελείαν δύναμιν τοῦ Χρι-

VII. Sic e converso, qui secundum ima, sub bona portione, gratia, inquam, tenentur, adhuc sunt servi, atque obnoxii pravis cogitationibus ac parti E vitiosæ. Summo igitur judicio opus est, ut per experientiam quis cognoscat, hæc se ita habere. Dico autem tibi, etiam apostolos, quibus erat paracletus, non fuisse ex omni parte securos; gaudio enim & exsultationi aderat timor & tremor, ab ipsa gratia, non ex parte vitiosa profectus: verum ipsa gratia tuebatur illos, ne vel minimum quid diverterent. Perinde enim ac si quis frustulum lapidis projecerit in murum, murum nullatenus offendit aut commovit: aut sicut telum projectum contra eum, qui fert clibanum, nullo modo læsit nec ferrum nec corpus, (refert enim ac repercutit;) ita licet quid vitii ad apostolos appropinquaret, nequaquam tamen ipsos lædebat, quippe qui erant perfecta Christi vir-

[a] Joan. I. 5.

στοῦ· καὶ οὗτοι δὲ αὐτοὶ τέλειοι ὄντες, εἶχον τὴν ἐλευθερίαν τοῦ ἀπεργάσασθαι τὰς δικαιοσύνας.

A tute induti : illique cum eſſent perfecti, poterant libere operari juſtitiæ opera.

Ἐπειδὴ οὖν τινες λέγουσιν, ὅτι μετὰ τὴν χάριν ἀμεριμνία ἐστὶ τῆς ψυχῆς, ὁ Θεὸς καὶ ἐν τοῖς τελείοις ἐπιζητεῖ τὸ θέλημα τῆς ψυχῆς εἰς διακονίαν τοῦ πνεύματος, ὅπως συμφωνήσωσι· λέγει γὰρ ὁ ἀπόστολος, τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε. τινὲς μὲν οὖν ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἤθελον ἐπιβαρεῖς ἄλλοις γίνεσθαι, τινὲς δὲ ἑαυτοῖς ἐστοίχουν· ἄλλοι δὲ λαμβάνοντες παρὰ κοσμικῶν διεδίδοσαν τοῖς πτωχοῖς· τοῦτο δὲ ἀξιώτερόν ἐστιν· οἱ μὲν γὰρ ἔχοντες τὴν χάριν, τὸ ἑαυτῶν μόνον μεριμνῶσιν· ἄλλοι δὲ, καὶ ἑτέρας ψυχὰς ὠφελῆσαι σπουδάζουσιν· οὗτοι πολλῷ ἐκείνων ὑπερέχουσιν. ἄλλοι δὲ τὴν χάριν ἔχοντες ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ τὰ σώματα B αὐτῶν παραδιδόασιν εἰς ὕβρεις καὶ πάθη· πάλιν οὗτοι ἐκείνων ἀνώτεροί εἰσι. τινὲς ἀρετὴν μετιόντες θέλουσι κομπάζειν καὶ τιμᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, λέγοντες Χριστιανοὶ εἶναι, καὶ μετέχειν πνεύματος ἁγίου· ἄλλοι δὲ κρύπτειν ἑαυτοὺς καὶ ἀπὸ συντυχίας ἀνθρώπων σπουδάζουσιν· οὗτοι πολλῷ ἐκείνων ὑπερέχουσιν· ὁρᾷς, πῶς καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τελειότητι εὑρίσκεται εὔνοια πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ φυσικοῦ θελήματος ἐπιτελουμένη, ἀνωτέρα καὶ πλεονάζουσα;

VIII. Quoniam igitur aſſerunt quidam, quod poſt acceptam gratiam nulla animæ ſolicitudo ſuperſit, Deus quoque in perfectis requirit voluntatem animæ in miniſterium Spiritus, ut ſcilicet conſentiant. Inquit enim apoſtolus: [a] *Spiritum nolite exſtinguere*. Nonnulli igitur illorum nolunt aliis moleſti eſſe, alii vero ſibi ipſi greſſus ſuos dirigunt; reliqui vero a ſæcularibus accipientes largiuntur pauperibus: quod utique præſtantius eſt. Quidam enim, qui gratia præditi ſunt, eorum quæ ſua ſunt, unice curam gerunt: alii vero aliorum quoque animas juvare laborant: hi illos multum præſtant: alii vero gratiam habentes pro nomine Dei corpora ſua contumeliis & afflictionibus exponunt: hi illis iterum ſuperiores ſunt. Nonnulli virtutem perſequentes, gloriari, & ab hominibus honoribus affici volunt, dicentes: ſe Chriſtianos & Spiritus ſancti participes eſſe: alii vero ſe occultare & ab hominum occurſu nituntur: qui illos longe ſuperant. Vides quomodo vel in ipſa perfectione benevolentia erga Deum, quæ a voluntate naturali efficitur, præſtantior atque abundantior reperiatur?

Ὥσπερ εἴ τις πενιχρὰ ἐνδύματα περιβεβλημένος ἐν ὁράματι ἑαυτὸν ἴδῃ πλούσιον, ἀναστὰς δὲ ἐξ ὕπνου πάλιν ἴδῃ ἑαυτὸν πένητα καὶ γυμνόν· οὕτως καὶ οἱ C λόγον πνευματικὸν λαλοῦντες τῇ ἀκολουθίᾳ δοκοῦσι λαλεῖν· μὴ ἔχοντες δὲ τὸ ἔργον τῶν λόγων ἐν γεύσει τινὶ καὶ δυνάμει, καὶ πληροφορίᾳ, ἐν τῷ νῷ κεκυρωμένον, ἐν φαντασίᾳ τινὶ ἑστήκουσιν. ἢ ὥσπερ γυνὴ ἔχουσα ὁλοσήρικα, καὶ μαργαρίτας περιβεβλημένη, εἰς πορνεῖον προέστηκεν, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡ καρδία αὐτῶν πορνεῖόν ἐστιν ἀκαθάρτων πνευμάτων, καὶ λαλεῖν θέλουσι περὶ δικαιοσύνης, μὴ παρακύψαντες εἰς τὰ πράγματα.

IX. Perinde ac ſi quis vilibus indutus veſtimentis per viſum ſe ipſum conſpiciat divitem; ſurgens autem e ſomno, rurſum ſe pauperem & nudum videat: ſic quoque, qui ſermonem ſpiritualem loquuntur, convenienter loqui videntur; ſi vero non habeant rem ipſam cum quodam guſtu, potentia ac certitudine fidei, in mentem firmatam, in nuda quadam opinione conſiſtunt. Aut veluti fœmina, holoſericorum ac margaritarum cultu exornata, proſtat in lupanari: ſic quoque cor ejuſmodi hominum lupanar quoddam eſt ipſorum immundorum ſpirituum; ac volunt ſane ſermones habere de juſtitia, cum opera ipſa non attigerint.

Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστι δυνατὸν ἰχθὺν ἄνευ ὕδατος ζῆσαι, ἢ ἄνευ ποδῶν περιπατῆσαί τινα, ἢ ἄνευ ὀφθαλμῶν ἰδεῖν φῶς, ἢ ἄνευ γλώσσης λαλεῖν, ἢ ἄνευ D ὤτων ἀκούειν· οὕτως ἄνευ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, καὶ τῆς ἐνεργείας τῆς θείας δυνάμεως, οὐκ ἔστι γινώσκειν μυστήρια καὶ σοφίαν Θεοῦ, ἢ εἶναί τινα πλούσιον καὶ Χριστιανόν. οὗτοι γάρ εἰσιν ἀληθῶς σοφοὶ, καὶ πολεμισταὶ, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ φιλόσοφοι Θεοῦ, οἱ ὁδηγούμενοι καὶ ποιμαινόμενοι κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον ὑπὸ τῆς θεϊκῆς δυνάμεως· οἱ γὰρ φιλόσοφοι τῶν Ἑλλήνων, λόγους μανθάνουσι· καὶ ἄλλοι εἰσὶν ἰδιῶται τῷ λόγῳ, εὐφραινόμενοι καὶ ἀγαλλιῶντες ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ἄνδρες θεοσεβεῖς. διακρίνωμεν νῦν ποῖοί εἰσι βελτίονες. ἐν ἔργῳ, φησὶ, καὶ δυνάμει ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐν λόγῳ.

X. Quemadmodum enim fieri non poteſt, ut piſcis abſque aqua vitam ducat, aut abſque pedibus aliquis progrediatur, aut abſque oculis lumen intueatur, aut abſque lingua loquatur, aut abſque auribus audiat: ſic quoque abſque Domino Jeſu & virtutis divinæ efficacia, non licet cognoſcere myſteria & ſapientiam Dei; aut eſſe divitem & Chriſtianum. Hi enim ſunt re vera ſapientes, milites fortes ac philoſophi Dei, qui diriguntur & gubernantur ſecundum interiorem hominem a potentia divina: philoſophi enim Græcorum eloquentiam ediſcunt; alii vero ſunt rudes eloquentiæ, ſed lætantur & exſultant de gratia divina, quippe qui ſint viri cultui divino addicti. Judicemus igitur, qui ſint præſtantiores. [b] *In opere*, inquit, *& virtute eſt regnum Dei, non in ſermone*.

E

Τὸ οὖν εἰπεῖν τινα, ὅτι ὁ ἄρτος οὗτος ἀπὸ σίτου γεγένηται, εὔκολόν ἐστι· πῶς δὲ λεπτῶς κατασκευάζεται, καὶ πέπτεται ἄρτος, χρὴ εἰπεῖν. τὸ οὖν λαλῆσαι περὶ ἀπαθείας καὶ τελειότητος, ὀλίγων ἐστί. τὸ γὰρ εὐαγγέλιον ἐν συντόμῳ ἀπεφήνατο, μὴ ὀργισθῇς, μὴ ἐπιθυμήσῃς· ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, παράθες καὶ τὴν ἄλλην· ἐάν τις κρίνῃ ἆραί σου τὸ ἱμάτιον, δὸς αὐτῷ καὶ τὸν χιτῶνα· ὁ δὲ ἀπόστολος ἐπακολουθῶν, πῶς χρὴ κατὰ μικρὸν τὸ ἔργον τῆς καθάρσεως μετὰ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας γίνεσθαι, διὰ πολλῶν διδάσκει, πρῶτον γαλακτοτροφῶν ὡς νηπίους, εἶτα φέρων εἰς αὔξησιν καὶ

XI. Quid ergo eſt, ut dicat aliquis, panem hunc e frumento eſſe confectum; nam id facile eſt. Verum hoc convenit dicere, quo pacto minutim præparetur, & coquatur panis. Diſputare ergo de affectionum vacuitate & perfectione, paucis datum eſt. Evangelium enim conciſe loquitur: [c] *Ne iraſcaris: ne concupiſcas. Si quis impegerit alapam in dextram maxillam, præbe quoque & alteram. Si quis te trahat in judicium, ut tunicam tollat, dato ei quoque pallium*. Verum apoſtolus, hæc imitatus, qua ratione paullatim opus puritatis cum patientia & longaminitate fieri debeat pluribus docet, primum

[a] I. Theſſ. V. 19. [b] 1. Cor. IV. 20. [c] Luc. VI. 29. Matth. V. 40.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

τελειότητα· εἶπε γὰρ τὸ εὐαγγέλιον γενέσθαι ἀπὸ ἐρέας στιχάριον· ὁ δὲ ἀπόστολος ἐμήνυσε τὴν λεπτότητα, πῶς κατασκευάζεται.

lacte nutriens velut infantes, deinde promovens ad incrementum & perfectionem. Evangelium enim dixit, ex lana fieri veſtimentum: apoſtolus vero ſignificavit, per minuta quomodo conſuatur.

Οἱ οὖν λόγους πνευματικοὺς λαλοῦντες ἄνευ τῆς γεύσεως, τοιούτῳ τινὶ ἐοίκασιν, ὥσπερ ἵνα τις ἐπιβαλόντος καύσωνος διοδεύηται πεδίῳ ἐρήμῳ, καὶ ὢν ἔκδιψος διαγράφῃ πηγὴν ῥέουσαν ὕδωρ, σκιογραφῶν ἑαυτὸν πίνοντα, ὁπότε τὰ χείλη αὐτοῦ κατεξήρανται, καὶ ἡ γλῶσσα, ἐκ τῆς καταλαβούσης δίψης· ἢ ἵνα τις λαλήσῃ περὶ μέλιτος, ὅτι γλυκύ ἐστι, μὴ γευσάμενος δὲ, οὐκ οἶδε τὴν δύναμιν τῆς γλυκύτητος· οὕτως καὶ οἱ λόγον λαλοῦντες περὶ τελειότητος, καὶ ἀγαλλιασμοῦ, ἤτοι ἀπαθείας, μὴ ἔχοντες ἐνέργειαν καὶ πληροφορίαν, τὰ πράγματα οὐχ ὡς λαλοῦσιν, οὕτως εἰσὶν ἅπαντα· ὅταν γὰρ ὁ τοιοῦτος καταξιωθῇ ποτε μερικῶς ἐν ἔργῳ εὑρεθῆναι, διακρίνει καθ᾽ ἑαυτὸν, ὅτι οὐ καθὼς ὑπελάμβανον οὕτως εὗρον· ἄλλως γὰρ ἐλάλουν, καὶ ἄλλως τὸ πνεῦμα ἐργάζεται.

XII. Qui igitur verba ſpiritualia proferunt, quorum non habent guſtum, ſimiles ſunt ei, qui, maximo æſtu premente, deſertum agrum perambulat, & ſitibundus depingit ſibi fontem emittentem aquam, adumbrans ſe ipſum bibentem, cum tamen labra ejus ac lingua exareſcant præ ſiti, qua tenetur: aut ſi quis diſſerat de mellis ſuavitate, & vim dulcedinis ejus, eo quod non deguſtarit, ignoret: ſic ſe habent, qui de perfectione, exſultatione aut affectuum vacuitate ſermonem ſuſcipiunt, vi ac certitudine fidei carentes, certe non omnia, ut loquuntur, ſic ſe habent. Cum enim ejuſmodi homo dignus aliquando fuerit habitus, ut ex parte ſaltem in opere ipſo reperiatur, ſecum ipſe dijudicabit: *non quemadmodum arbitrabar, ſic reperi; aliter enim loquebar, aliter Spiritus operabatur.*

Ὁ γὰρ Χριστιανισμὸς βρῶσίς ἐστι καὶ πόσις· καὶ ὅσον τις ἐσθίει ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἡδύτητος ἐπιπλεῖον ἐρεθίζεται ὁ νοῦς ἀκατάσχετος καὶ ἀκόρεστος ὑπάρχων, καὶ ἀπλήστως ἐπιζητῶν καὶ ἐσθίων· ἢ ὥσπερ ἐὰν ᾖ τις διψῶν, καὶ ἐπιδοθῇ αὐτῷ πόμα γλυκὺ, εἶτα ἀρξάμενος τῆς γεύσεως σφοδροτέρως ἐγγίζει τῷ ποτῷ, μειζόνως ἐκκαιόμενος, καὶ σχεδὸν ἄπαυστός ἐστιν ἡ γεῦσις τοῦ πνεύματος, ὡς τοιούτῳ τινὶ δικαίως ἀπεικάζεσθαι· καὶ ταῦτα οὐ λόγοι ψιλοί. ἐργασία γάρ ἐστι τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν μυστηρίῳ διακονοῦσα τῷ νῷ. νομίζουσι δέ τινες ὅτι ἀπεχόμενοι γυναικὸς, καὶ πάντων τῶν φαινομένων, ἤδη ἅγιοί εἰσιν· ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως ἐστίν· ἔστι γὰρ ἡ κακία ἐν τῷ νῷ, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ ζῇ καὶ ἐπαίρεται· οὗτος δέ ἐστιν ἅγιος, ὁ καθαρθεὶς καὶ ἁγιασθεὶς κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. ὅπου γὰρ ἡ ἀλήθεια ἀνακύπτει, ἐκεῖ μάχεται ἡ πλάνη, σπουδάζουσα καλύψαι καὶ θολῶσαι.

XIII. Chriſtianorum enim cultus eſt eſus atque potus; & quanto plus quis ex eo comederit, tanto vehementius ſuavitate illa allicitur animus, adeo ut retineri aut expleri nequeat, atque inſatiabiliter inquirat & comedat. Aut veluti, cum quis ſiti laborat, præbeaturque ei potus ſuavis, ipſeque ubi deguſtare cœperit, propius ad poculum accedit; ardentius ſcilicet accenſus: ſic guſtus Spiritus ferme ſedari nequit, ut hujuſmodi rei non immerito comparetur. Et hæc quidem non ſunt verba nuda, ſed opus Spiritus ſancti, arcana ratione inſerviens animo. Exiſtimant vero nonnulli eos, qui a muliere, & ab omnibus, quæ viſui patent, abſtinent, eſſe jam ſanctos. Verum non ita ſe res habet. Hæret enim malum in mente, atque in corde vivit & extollitur. Ille vero ſanctus eſt, qui purificatus & ſanctificatus eſt ſecundum interiorem hominem. Ubi enim veritas paulliſper inſpexit, illic error pugnat atque ſe velare & obtegere conatur.

Ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι ἐκράτουν τὴν ἱερωσύνην, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔθνους ἐδιώκοντο καὶ ἐθλίβοντο, ἐπειδὴ εἱστήκεισαν ἐν τῇ ἀληθείᾳ, Ἐλεάζαρος καὶ οἱ Μακκαβαῖοι· νῦν δὲ ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ καταπετάσματος ἀνεχώρησεν ἐξ αὐτῶν τὸ πνεῦμα, λοιπὸν ὧδε ἀπεκαλύφθη καὶ ἐνεργεῖ ἡ ἀλήθεια· πάλιν οὖν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔθνους διώκονται. ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἔθνους ἐδιώκοντο καὶ ἐθλίβοντο, ἵνα γένωνται μάρτυρες οἱ φιλαλήθεις· πῶς γὰρ φανήσεται ἡ ἀλήθεια, εἰ μὴ ἔχει τοὺς ὑπεναντίους ψευδεῖς ὄντας καὶ κατὰ ἀληθείας τρέχοντας; εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀδελφοῖς βαστάζοντες πάθη καὶ θλίψεις· πολλῆς δὲ χρήζουσιν ἀσφαλείας, ἵνα μὴ πέσωσιν· εἷς γάρ τις τῶν ἀδελφῶν συνευχόμενός τινι, ᾐχμαλωτίσθη ὑπὸ θείας δυνάμεως, καὶ ἁρπαχθεὶς εἶδε τὴν ἄνω πόλιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ εἰκόνας φωτεινὰς καὶ φῶς ἄπειρον· καὶ ἤκουσε φωνῆς λεγούσης, οὗτός ἐστιν ὁ τόπος τῆς καταπαύσεως τῶν δικαίων· καὶ μετὰ μικρὸν φυσιωθεὶς, καὶ νομίσας περὶ ἑαυτοῦ ἑωρακέναι, μετὰ ταῦτα εὑρέθη ἐμπεσὼν εἰς τὰ ἄδυτα καὶ βαθύτατα τῆς ἁμαρτίας, εἰς μυρία κακά.

XIV. Cum Judæi ſacerdotio potirentur, ſane ex illa ipſa gente perſecutionem patiebantur, graviterque affligebantur, eo quod in veritate perſiſtebant, Eleazarus & Machabæi. Nunc vero, cum a tempore crucis & veli ſciſſi receſſerit ab eis Spiritus; atque hic revelata ſit, & operetur in nobis veritas, propterea rurſum quidam ex hac gente perſecutionem ſuſtinent. Ex illa vero gente perſecutione & afflictione opprimebantur, ut martyres evaderent, qui veritati ſtudebant. Quomodo enim apparebit veritas, niſi habuerit adverſarios, qui & ſint mendaces, & veritatem invadant? Sunt quoque in fratrum numero, qui affectionibus aut afflictionibus obnoxii ſunt. Quibus quidem magna cautio adhibenda eſt, ne labantur. Quidam enim ex fratribus, cum precaretur cum alio, captus eſt divina virtute, eaque abreptus vidit ſupernam civitatem Jeruſalem, & perſonas illuſtres, lumenque immenſum; atque audivit vocem dicentem: *hic eſt locus requietis juſtorum*: paulloque poſt inflatus, & exiſtimans de ſe ipſo ea vidiſſe, poſtea repertus eſt, in adyta & profundiſſima peccatorum, atque in infinita mala incidiſſe.

Εἰ οὖν ὁ ἐσώτερος καὶ ὑψηλὸς ἔπεσε, πῶς δύναται λέγειν ὁ τυχὼν, ὅτι νηστεύων καὶ ξενοδοχῶν καὶ διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα ἤδη ἅγιός εἰμι; οὐ γὰρ ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν αὕτη ἐστὶν ἡ τελείωσις, ἀλλ᾽ εἰ εἰσῆλθες εἰς τὸν νοῦν τὸν ἠφανισμένον, καὶ ἀπέκτεινας τὸν ὄφιν τὸν κατώτερον τοῦ νοῦ, καὶ βαθύτερον τῶν λογισμῶν, εἰς τὰ λεγόμενα ταμιεῖα καὶ ἀποθήκας

XV. Si ergo internus & ſublimis homo lapſus eſt, quo pacto poteſt dicere quivis alius e vulgo: *quia jejuno, hoſpitalitatem exerceo, ac bona mea diſtribuo, jam ego ſanctus ſum?* Non enim a malis ſe cohibere ipſa perfectio eſt, ſed ſi inquinatam mentem tuam ingreſſus, occideris ſerpentem in interioribus mentis ac profundioribus cogitationum tua-

τῆς ψυχῆς φονεύοντά σε καὶ φωλεύοντα· ἄβυσσος γάρ ἐστιν ἡ καρδία· εἰ τοίνυν ἐκεῖνον ἐφόνευσας, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν σοὶ ἀκαθαρσίαν ἐξέβαλες· ὅλοι γὰρ οἱ φιλόσοφοι καὶ ὁ νόμος καὶ οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἡ τοῦ σωτῆρος ἔλευσις περὶ καθαρότητος ποιοῦνται· πᾶς γὰρ ἀνθρώπων εἴτε Ἰουδαίων, εἴτε Ἑλλήνων, ἀγαπᾷ τὴν καθαρότητα, καὶ οὐ δύνανται καθαρεύειν. χρὴ οὖν ἐπιζητῆσαι, πῶς καὶ διὰ τίνων δύναται τὸ καθαρὸν τῆς καρδίας γενέσθαι. οὐδαμῶς ἑτέρωθεν, εἰ μὴ διὰ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθέντος· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς, ἡ ζωὴ, ἡ ἀλήθεια, ἡ θύρα, ὁ μαργαρίτης, ὁ ζῶν καὶ ὁ οὐράνιος ἄρτος. καὶ οὐκ ἐγχωρεῖ τινα ἄνευ ἐκείνης τῆς ἀληθείας, ἀλήθειαν γνῶναι, ἢ σωθῆναι· ὥσπερ οὖν εἰς τὸν ἔξω ἄνθρωπον καὶ εἰς τὰ φαινόμενα πράγματα, ἀπετάξω πᾶσι, καὶ διέδωκας τὴν ὕπαρξίν σου· οὕτω καὶ ἐν τῇ σοφίᾳ τῇ κοσμικῇ, εἰ γνῶσιν ἔχεις καὶ λόγων ἰσχὺν, ἀπορρίψασθαι πάντα ὀφείλεις, καὶ μηδὲν ἡγήσασθαι, ἵν' οὕτω δυνηθῇς ἐπὶ τῇ μωρίᾳ τοῦ κηρύγματος οἰκοδομηθῆναι, ὅπερ κήρυγμά ἐστιν ἡ ἀληθὴς σοφία, οὐκ ἔχουσα κόμπον λόγων, ἀλλὰ δύναμιν δι' ἁγίου σταυροῦ ἐνεργουμένην. δόξα τῇ ὁμοουσίῳ τριάδι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A rum delitescentem, quippe in conclavibus & repositoriis animæ ad te interimendum nidum suum componit (cor enim est abyssus,) si inquam illum interfeceris, & omnem, qua inquinatus es, spurcitiem ejeceris. Omnes enim philosophi, lex & apostoli atque etiam Salvatoris adventus circa puritatem laborant. Omnes siquidem homines, sive Judæi, sive Græci, puritatem exoptant, & assequi nequeunt. Inquirendum igitur est, quomodo & quibus modis puritas cordis comparari possit. Nequaquam aliunde, quam per eum, qui pro nobis crucifixus est. Ipse enim est via, vita, veritas, ostium, margarita, vivus ac cælestis panis; nec licet alicui, absque illa veritate, veritatem cognoscere, & servari. B Quemadmodum quoad exteriorem hominem, & ea, quæ subjacent oculis, omnibus renuntiasti, & bona tua distribuisti; sic quoque ad sapientiam mundanam, si rerum notitiam aut facultatem dicendi es adeptus, hæc universa abjicere debes, ac pro nihilo ducere, ut ita possis super stultitia prædicationis ædificari, quæ quidem prædicatio est vera sapientia, carens ornatu verborum, sed prædita virtute, per sanctam crucem operante. Gloria consubstantiali Trinitati in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ιη'.

Περὶ τοῦ θησαυροῦ τῶν Χριστιανῶν, δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου, διαφόρως ἀσκοῦντος αὐτοὺς πρὸς τὸ φθάναι εἰς τὴν τελειότητα.

Εἴ τις ἐν τῷ κόσμῳ πλούσιος σφόδρα τυγχάνει, καὶ θησαυρὸν ἀπόκρυφον κέκτηται, ἐκ τοῦ θησαυροῦ καὶ πλούτου οὗπερ ἔχει, πάντα ὅσα θέλει, κτᾶται· καὶ οἷα βούλεται ἐν τῷ κόσμῳ κτήματα, εὐχερῶς ἐπισυνάγει, τῷ θησαυρῷ πεποιθὼς, ὅτι δι' αὐτοῦ πᾶσαν κτῆσιν, ἣν ἂν βούληται, εὐκόλως κτᾶται· οὕτως καὶ οἱ πρῶτον ζητοῦντες παρὰ Θεῷ, καὶ εὑρόντες, καὶ ἔχοντες τὸν ἐπουράνιον τοῦ πνεύματος θησαυρὸν, αὐτὸν τὸν κύριον ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐλλάμποντα, πᾶσαν δικαιοσύνην ἀρετῶν, καὶ πᾶσαν κτῆσιν ἀγαθότητος τῶν ἐντολῶν τοῦ κυρίου, ἐκ τοῦ θησαυροῦ τοῦ ἐν αὐτοῖς ὄντος Χριστοῦ ἐπιτελοῦσι, καὶ δι' αὐτοῦ πλείονα πλοῦτον οὐράνιον ἐπισυνάγουσι. διὰ γὰρ τοῦ ἐπουρανίου θησαυροῦ πᾶσαν ἀρετὴν δικαιοσύνης κατεργάζονται, πεποιθότες ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ ἐν αὐτοῖς πλούτου πνευματικοῦ, καὶ εὐκόλως πᾶσαν δικαιοσύνην καὶ ἐντολὴν τοῦ κυρίου διὰ τοῦ ἀοράτου τῆς χάριτος ἐν αὐτοῖς πλούτου ἐργάζονται· φησὶ δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος, ἔχοντες τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι, τουτέστιν, ὃν ἐν σαρκὶ ὄντες κτήσασθαι ἐν αὐτοῖς κατηξιώθησαν, τὴν ἁγιαστικὴν δύναμιν τοῦ πνεύματος· καὶ πάλιν, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις.

Ὁ οὖν εὑρὼν καὶ ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν ἐπουράνιον τοῦτον τοῦ πνεύματος θησαυρὸν, πᾶσαν δικαιοσύνην ἐντολῶν, καὶ πᾶσαν ἐργασίαν ἀρετῶν, ἀμώμως καὶ καθαρῶς ἐν τούτῳ κατεργάζεται, ἀβιάστως λοιπὸν καὶ εὐκόλως. Παρακαλέσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν Θεὸν, καὶ ἐκζητήσωμεν καὶ δεηθῶμεν αὐτοῦ, ἵνα τὸν θησαυρὸν τοῦ πνεύματος αὐτοῦ χαρίσηται ἡμῖν, καὶ οὕτως ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ πάσαις ἀμώμως καὶ καθαρῶς ἀναστραφῆναι δυνηθῶμεν, καὶ τὴν δικαιοσύνην τοῦ πνεύματος πᾶσαν καθαρῶς καὶ τελείως ἀποπληρῶσαι, διὰ τοῦ ἐπουρανίου θησαυροῦ, ὅς ἐστι Χριστός· ὁ γὰρ πένης καὶ πτωχὸς καὶ λιμώττων, ἐν κόσμῳ οὐδὲν δύναται κτήσασθαι, τῆς πενίας αὐτὸν συνεχούσης· ὁ δὲ ἔχων θησαυρὸν, ὡς προειρη-

HOMILIA XVIII.

De thesauro Christianorum, videlicet Christo & Spiritu sancto, variis modis exercente eos, ut ad perfectionem perveniant.

C

I. Si quis in hoc mundo valde opulentus sit, reconditumque thesaurum possideat, per eum atque divitias omnia, quæcumque libuerit, consequitur: & quascumque voluerit in mundo possessiones, absque omni labore, thesauro suo fretus, corradit; eo quod ejus ope omnem possessionem, quamcumque voluerit, facile consequatur. Sic qui primum & ante omnia quærunt a Deo & inveniunt ac consequuntur cælestem thesaurum Spiritus, ipsum scilicet Dominum, in cordibus illorum, illi omnem justitiam virtutum, omnemque possessionem bonitaD tis præceptorum Domini, ope illius thesauri, qui hæret in eis Christo, perficiunt, atque ejus ope cælestes divitias accumulant. Thesauri enim cælestis beneficio, omnem virtutem justitiæ, freti copia divitiarum spiritualium, quæ sunt in iis, operantur, nulloque negotio omnem justitiam ac mandatum Domini, invisibilium divitiarum gratiæ, quæ est in ipsis, ope, reipsa peragunt. Inquit vero & apostolus quoque: [a] *Habentes thesaurum istum in vasis fictilibus*, hoc est, quem, qui in carne adhuc sunt, consequi digni habiti sunt, virtutem scilicet Spiritus sanctificatricem. Et rursus: [b] *Qui factus nobis est a Deo sapientia, justitia, sanctificatio & redemtio.*

E II. Quicumque igitur reperit ac possidet apud se cælestem hunc thesaurum Spiritus, ille omnem justitiam præceptorum, ac omnem operationem virtutum, absque omni reprehensione & macula, ejus ope peragit, & quidem nullo negotio, nec ulla vi. Obsecremus igitur nos quoque Deum, postulemus ac deprecemur eum, ut thesaurum Spiritus sui nobis largiatur, ut hoc modo in mandatis ejus omnibus sine reprehensione & macula versari, & omnem justitiam Spiritus pure ac perfecte complere, cælestis thesauri, qui est Christus, beneficio possimus. Pauper enim ac mendicus, & qui fame laborat, in mundo nihil potest comparare, paupertate eum premente. Qui vero thesaurum possidet, ut prædictum

[a] II. Cor. IV. 6. [b] I. Cor. I. 30.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

ται, εὐχερῶς, οἷα βούλεται κτήματα, καὶ ἀνωδύνως κτᾶται. οὕτως καὶ ψυχὴ ἡ γυμνὴ καὶ ἔρημος ἀπὸ κοινωνίας πνεύματος, καὶ ὑπὸ τὴν δεινὴν πτωχείαν τῆς ἁμαρτίας οὖσα, οὐδὲν δύναται, κἂν θέλῃ τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος τῆς δικαιοσύνης ἐξ ἀληθείας ποιῆσαι, πρὸ τῆς μεταλήψεως τοῦ πνεύματος.

A eſt, abſque omni negotio & moleſtia, quaſcumque exoptarit poſſeſſiones, conſequitur: ſic quoque anima nuda, ac ſocietate Spiritus deſtituta, & ad duram paupertatem peccati redacta, nullum poteſt, quantopere voluerit, Spiritus juſtitiæ fructum re vera producere, antequam Spiritus particeps facta ſit.

Ὅμως βιάζεσθαι χρὴ ἕκαστον ἑαυτὸν εἰς τὴν αἴτησιν τοῦ κυρίου, ἵνα καταξιωθῇ λαβεῖν, καὶ εὑρεῖν τὸν ἐπουράνιον τοῦ πνεύματος θησαυρὸν, ὥστε ἀκοπιάστως καὶ εὐχερῶς δυνηθῆναι ποιῆσαι πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου, ἀμώμως καὶ καθαρῶς, ἃς πρὶν μετὰ βίας οὐκ ἠδύνατο κατορθῶσαι· πένης γὰρ καὶ γυμνὸς ἀπὸ κοινωνίας πνεύματος ὑπάρχων, πῶς ἠδύνατο τοιαῦτα πνευματικὰ κτήματα κτήσασθαι, ἄνευ θησαυροῦ καὶ πλούτου πνευματικοῦ; ἡ δὲ εὑροῦσα ψυχὴ τὸν κύριον διὰ ζητήσεως πνεύματος, καὶ πίστεως, καὶ ὑπομονῆς πολλῆς, τὸν ἀληθινὸν θησαυρὸν, τοὺς καρποὺς τοῦ πνεύματος κατεργάζεται, ὡς προείρηται, εὐχερῶς, πᾶσάν τε δικαιοσύνην καὶ ἐντολὰς τοῦ κυρίου, ἃς ἐνετείλατο τὸ πνεῦμα ἐν αὐτῇ, καὶ δι' αὐτῆς ποιεῖ καθαρῶς καὶ τελείως καὶ ἀμώμως.

III. Verumtamen vi quadam ſe quemque compellere oportet, ad rogandum Deum, ut dignus judicetur, qui conſequatur & inveniat cæleſtem theſaurum Spiritus, ac poſſit abſque omni moleſtia & labore perficere omnia præcepta Domini, pure ac ſine reprehenſione, quæ prius, ne vi quidem adhi-
B bita, non poterat recte perficere. Pauper enim cum eſſet & nudus, ac ſocietate Spiritus deſtitutus, qua ratione bona hæc ſpiritualia conſequi potuit, abſque theſauro & ſpiritualibus divitiis? Verum anima, quæ Dominum, per inveſtigationem Spiritus, fidem ac multam patientiam, verum nempe theſaurum reperit, fructus Spiritus producit, ut dictum eſt, abſque omni labore, omnemque juſtitiam, ac præcepta Domini, quæ Spiritus mandavit, in ſe, & per ſe, pure & integre, & ſine reprehenſione perficit.

Ἢ πάλιν ἑτέρῳ ὑποδείγματι χρησώμεθα· ὥσπερ ἐὰν τις ᾖ πλούσιος καὶ ποιήσῃ δεῖπνον πολυτελὲς, ἐκ τοῦ πλούτου αὐτοῦ καὶ θησαυροῦ οὗπερ ἔχει, ἀναλίσκει, καὶ οὐ δέδοικε, μή τινος αὐτῷ ἐνδεήσει πλοῦτον ἔχοντι μέγαν· καὶ οὕτως εὐφραίνει τοὺς δαιτυμόνας πολυτελῶς καὶ λαμπρῶς τοὺς κληθέντας ὑπ' αὐτοῦ, διάφορα καὶ καινότερα παρέχων αὐτοῖς ἐδέσματα· ὁ δὲ πένης καὶ ἐνδεὴς πλούτου, ἐὰν βουληθῇ δεῖπνον κατασκευάσαι τινὶ, πάντα κιχρᾶται, καὶ αὐτὰ τὰ σκεύη, καὶ ἱμάτια, καὶ ἄλλα εἴδη· καὶ εἶθ' οὕτως μετὰ τὸ δειπνῆσαι τοὺς κληθέντας, ὡς ἐν δείπνῳ πένητος, ὕστερον ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποδίδωσιν, ὅθεν ἐχρήσατο σκεῦος ἀργυροῦν, ἢ ἱμάτιον, ἢ ἕτερον εἶδος· καὶ οὕτως ἑκάστῳ ἀποδοθέντων πάντων, αὐτὸς πένης καὶ γυμνὸς ἀπομένει, μὴ ἔχων ἴδιον πλοῦτον ἐξ οὗ εὐφραίνεσθαι δύναται.


IV. Aut rurſus alio utamur exemplo. Quemadmodum ſi ſit aliquis dives, qui cum cœnam exquiſitiſſimis rebus inſtructam præparet, ex divitiis ſuis
C & theſauro, quem poſſidet, ſumtus facit, nec metuit, ne ſibi aliquid deſit, divitias multas poſſidenti: ſicque laute & ſplendide convivas a ſe vocatos exhilarat, variis ac novis ſubinde appoſitis cibis. At pauper qui eſt, omnique rerum abundatia deſtitutus, ſi voluerit quibuſdam cœnam apparare, mutuatur omnia, vel ipſam ſuppellectilem, veſtes, ac reliquas ſpecies: ſicque poſtea, ubi cœnaverint, qui erant vocati, ut fieri ſolet in convivio pauperis, denique unicuique, unde mutuo ſumſerat, reſtituit ſuppellectilem argenteam, veſtes ac reliquum ornatum: quibus omnibus unicuique ſic reſtitutis, ipſe pauper ac nudus remanet, non habens proprias facultates, ex quibus poſſit recreari.

D

Οὕτως καὶ οἱ πλούσιοι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ἔχοντες τὸν πλοῦτον τὸν ἐπουράνιον ἐν ἀληθείᾳ, καὶ κοινωνίαν πνεύματος ἐν αὐτοῖς, ἐπάν τισι λαλῶσι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπάν τισι κοινωνῶσι λόγον πνευματικὸν, καὶ εὐφρᾶναι ψυχὰς θελήσωσιν, ἐκ τοῦ ἰδίου πλούτου καὶ ἐκ τοῦ ἰδίου θησαυροῦ, οὗ κέκτηνται ἐν ἑαυτοῖς, ἐξ αὐτοῦ λαλοῦσι, καὶ ἐξ αὐτοῦ εὐφραίνουσι τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων τὸν πνευματικὸν λόγον, καὶ οὐ δεδοίκασι μὴ ἐνδεήσειεν αὐτοῖς, ὅτι κέκτηνται ἐν αὐτοῖς θησαυρὸν οὐράνιον ἀγαθωσύνης, ἐξ οὗ προφέρουσι καὶ εὐφραίνουσι τοὺς πνευματικῶς ἑστιωμένους· ὁ δὲ πένης καὶ μὴ κεκτημένος ἐκ τοῦ πλούτου τοῦ Χριστοῦ, μήτε ἔχων πλοῦτον πνευματικὸν ἐν τῇ ψυχῇ, τὸν βρύοντα πᾶσαν ἀγαθωσύνην λόγων τε καὶ ἔργων, καὶ ἐνθυμημάτων θείων, καὶ μυστηρίων ἀλαλήτων, εἰ καὶ βούλεται οὗτος λόγον ἀληθείας λαλεῖν, καὶ εὐφραίνειν τινὰς τῶν ἀκουόντων, ἀλλ' ἐν δυνάμει καὶ ἀληθείᾳ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μὴ κεκτημένος ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ μόνον ἀπομνημονεύων καὶ κιχρώμενος λόγους ἐξ ἑκάστης γραφῆς, ἢ παρὰ πνευματικῶν ἀνδρῶν ἀκούσας καὶ διηγούμενος καὶ διδάσκων, ἰδοὺ ἄλλους μὲν δοκεῖ εὐφραίνειν, καὶ ἄλλοι ἀπολαύουσι τῶν λόγων· μετὰ δὲ τὸ διηγήσασθαι αὐτὸν, ἕκαστος λόγος πρὸς τὰ ἴδια ἀφ' ὧν ἤρθη, ἀπέρχεται, καὶ αὐτὸς πάλιν γυμνὸς ἀπομένει καὶ πένης, μὴ ἔχων ἴδιον θησαυρὸν πνεύματος, ἀφ' οὗ προφέρει, καὶ ὠφελεῖ, καὶ εὐφραίνει ἑτέρους, αὐτὸς πρῶτος μὴ εὐφραινόμενος, μηδὲ ἀγαλλιώμενος τῷ πνεύματι·

V. Sic quoque, qui ſunt Spiritu ſancto locupletes, ac cæleſtes divitias revera conſecuti communionem Spiritus in ſe habent, ſi quibuſdam verba veritatis loquantur, & ſermonem ſpiritualem quibuſdam communicent, ac animas reficere ſtatuerint; ex propriis opibus, & ex proprio theſauro, quem poſſident apud ſe, ex eo, inquam, loquuntur, ex eoque reficiunt animas audientium ſpiritualem ſermonem, nec pertimeſcunt, nequid ſibi deſit: eo quod poſſideant in ſe cæleſtem bonitatis theſaurum, e quo proferant & recreant eos, qui ſpirituali cibo veſcuntur. Pauper vero, qui nec divitias Chriſti poſſidet, nec ſpirituales obtinet in anima opes,
E producentes ſcaturiginis inſtar omnem bonitatem ſermonum, operum, cogitationum divinarum, & myſteriorum ineffabilium, hic inquam, licet velit verbum veritatis eloqui, ac recreare quoſdam audientes, cum tamen ſecundum virtutem ac in veritate ſermonem Dei non obtineat; verum illos modo ſermones, quos aut a quacumque ſcriptura mutuatur, aut ab aliis ſpiritualibus audivit, exponat & doceat; en videtur quidem ille alios recreare, & ſane fruuntur alii ſermonibus: ubi vero eum ſermonem recitaverit, unumquodque verbum ad ſua, unde tranſlatum erat, revertitur: tum ille denuo nudus ac pauper remanet, carens proprio theſauro Spiritus, e quo promat, juvet & recreet alios, ac primus ipſe non reficitur, nec Spiritu exſultat.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



Διὰ τοῦτο χρὴ πρῶτον ζητῆσαι παρὰ Θεοῦ ἐν πόνῳ καρδίας καὶ πίστει, ἵνα δῷ ἡμῖν εὑρεῖν τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, τὸν ἀληθινὸν θησαυρὸν τοῦ Χριστοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, ἐν δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ πνεύματος· καὶ οὕτως πρότερον ὠφέλειαν ἐν ἑαυτοῖς, καὶ σωτηρίαν, καὶ ζωὴν αἰώνιον εὑρόντες, τὸν κύριον, τότε καὶ ἄλλους, ὡς δυνατὸν καὶ ἐφικτόν ἐστιν, ὠφελήσωμεν, ἀπὸ τοῦ ἔνδον θησαυροῦ τοῦ Χριστοῦ προφέροντες πᾶσαν ἀγαθωσύνην λόγων πνευματικῶν, καὶ μυστηρίων ἐπουρανίων ποιούμενοι διήγησιν· οὕτως γὰρ εὐδόκησεν ἡ ἀγαθότης τοῦ θελήματος τοῦ πατρὸς, τοῦ κατοικῆσαι ἐν παντὶ τῷ πιστεύοντι καὶ αἰτουμένῳ αὐτόν· ὁ γὰρ ἀγαπῶν μέ, φησιν, ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ πατρός μου, κἀγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν. καὶ πάλιν, ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. οὕτως ἡ ἄπειρος χρηστότης τοῦ πατρὸς ἠθέλησεν, οὕτως ἡ ἀνεννότητος ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ εὐδόκησεν, οὕτως ἡ ἄρρητος ἀγαθότης τοῦ πνεύματος ἐπηγγείλατο. δόξα τῇ ἀρρήτῳ εὐσπλαγχνίᾳ τῆς ἁγίας τριάδος.

A VI. Propterea imprimis postulandum est a Deo cum contentione cordis ac fide, det nobis, ut inveniamus divitias ejus, verum thesaurum Christi in cordibus nostris in virtute ac efficacia Spiritus. Et hac ratione, ubi prius in nobis commodum, salutem, ac vitam æternam, Dominum scilicet consequuti fuerimus, postmodum quoque alios pro facultate & viribus nostris adjuvemus, ex interiori Christi thesauro promentes omnem bonitatem spiritualium sermonum, ac cælestium mysteriorum enarrationem instituentes. Sic enim placuit bonitati voluntatis Patris, habitare apud omnem, qui credit in eum, eumque postulat. [a] *Qui enim diligit me*, inquit, *diligetur a Patre meo, & ego diligam eum,* B *& manifestabo ei me ipsum*. Et iterum: [b] *Veniemus ego & pater meus, & mansionem apud eum faciemus*. Sic infinitæ clementiæ Patris visum est, sic incomprehensibili caritati Christi placuit: sic ineffabilis bonitas Spiritus promisit. Gloria sit ineffabili misericordiæ sanctæ Trinitatis.

Οἱ γὰρ καταξιωθέντες τέκνα γενέσθαι Θεοῦ, καὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου ἄνωθεν γεννηθῆναι, καὶ τὸν Χριστὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς ἐλλάμποντα καὶ ἀναπαύοντα αὐτοὺς, ἐν ποικίλοις καὶ διαφόροις τρόποις πνεύματός εἰσιν ὁδηγούμενοι, καὶ ἀοράτως ἐν τῇ καρδίᾳ, ἐν ἀναπαύσει πνευματικῇ ὑπὸ τῆς χάριτος ἐνεργούμενοι. πρόσωπα δὲ ἐκ τῶν φαινομένων ἐν κόσμῳ ἀπολαύσεων ἐνέγκωμεν, τὰς ἐν ψυχῇ ἀναστροφὰς τῆς χάριτος ἐκ παραδειγμάτων μερικῶς ὑποδεικνύντες. ἔστιν ὅτε γίνονται ὡς ἐν βασιλικῷ δείπνῳ εὐφραινόμενοι, καὶ ἀγαλλιῶντες ἀγαλλιάσει καὶ εὐφροσύνῃ ἀνεκλαλήτῳ· ἄλλῃ ὥρᾳ εἰσὶν ὥσπερ νύμφη συναναπαυομένη ἐν κοινωνίᾳ τῷ νυμφίῳ αὐτῆς ἀναπαύσει θεϊκῇ. ἄλλοτε γίνονται ὥσπερ ἄγγελοι ἀσώματοι, ἐν τοσαύτῃ κουφότητι καὶ ἐλαφρότητι ὄντες μετὰ τοῦ σώματος. ἄλλοτέ εἰσιν ὥσπερ ἐν μέθῃ ποτοῦ, εὐφραινόμενοι καὶ μεθύοντες τῷ πνεύματι, μέθην θείων μυστηρίων πνευματικῶν.

VII. Qui enim evadere filii Dei, & ex Spiritu sancto desuper renasci digni sunt habiti, atque Christum illuminantem ac recreantem eos in se possident, variis ac diversis modis a Spiritu diriguntur, & invisibiliter in corde cum requie spirituali a gratia ducuntur. Proferamus vero ex iis, quæ in mundo sunt conspicua, personarum figuras, ut, qua ra- C tione gratia in anima se gerat, aliqua ex parte exemplis veluti demonstremus. Sunt interdum, qui a gratia ducuntur, ut qui in cœna regia lætantur, & exsultant exsultatione ac lætitia ineffabili: alia vero hora similes sunt sponsæ, quæ fruitur in conjugio cum sponso suo voluptate divina. Aliquando fiunt veluti angeli incorporei, in tanta levitate ac subtilitate una cum corpore constituti. Interdum sunt, ut qui potu inebriati & Spiritu delectantur, inebriantur, ebrietate scilicet divinorum ac spiritualium mysteriorum.

Ἄλλοτέ εἰσιν ὡς ἐν κλαυθμῷ καὶ ὀδυρμῷ ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ δεόμενοι ὑπὲρ ὅλου τοῦ Ἀδὰμ, πένθος καὶ κλαυθμὸν ἀναλαμβάνουσιν ὑπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος εἰς τὴν ἀνθρωπότητα ἐκκαιόμενοι. ἄλλοτε ἐν τοσαύτῃ ἀγαλλιάσει καὶ ἀγάπῃ ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐκπυροῦνται, ὡς, εἰ δυνατὸν, πάντα ἄνθρωπον ἐν τοῖς ἰδίοις σπλάγχνοις ἐμβαλεῖν, μὴ διακρίνοντες κακὸν ἀπὸ ἀγαθοῦ· ἄλλοτε τοσοῦτον ταπεινοῦνται ὑποκάτω παντὸς ἀνθρώπου ἐν ταπεινοφροσύνῃ τοῦ πνεύματος, ὡς ἑαυτοὺς πάντων ἐσχατωτέρους καὶ ἐλάττους νομίζειν. ἄλλοτε ἐν χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ ὑπὸ τοῦ πνεύματος διατηροῦνται. ἄλλοτέ εἰσιν ὥσπέρ τις δυνατὸς, λαβὼν πανοπλίαν βασιλικὴν, καὶ κατελθὼν ἐν πολέμῳ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἰσχυρῶς καταγωνίσεται τούτους νικήσας· ὁμοίως γὰρ καὶ πνευματικὸς λαμβάνει ὅπλα ἐπουράνια τοῦ πνεύματος, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς κατέρχεται καὶ πολεμεῖ, καὶ ὑποτάσσει αὐτοὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

VIII. Interdum sunt velut in luctu & lamentatione propter genus humanum, ac precibus pro D toto genere humano effusis, ad lacrymas, & ad luctum prolabuntur, dilectione spirituali erga humanum genus accensi. Interdum vero ad tantam exsultationem ac dilectionem a Spiritu inflammantur, ut, si fieri possit, omnes homines in sua viscera conjicerent, nulla nec bonorum nec malorum habita ratione. Interdum vero demittuntur infra omnes homines in humilitate Spiritus, ut se ipsos omnium abjectissimæ ac infimæ conditionis reputent. Interdum in gaudio ineffabili a Spiritu conservantur. Interdum sunt velut fortis quispiam, qui universam armaturam regis induens, & in prælium descendens, adversus hostes fortiter dimicat, eosque vincit. [c] Eodem modo spiritualis homo, assumtis E cælestibus armis Spiritus, hostes invadit, prælioque commisso subjicit illos pedibus suis.

Ἄλλοτε ἐν πολλῇ τινι ἡσυχίᾳ, καὶ γαλήνῃ, καὶ εἰρήνῃ ἡ ψυχὴ ἀναπαύεται, εἰς μόνην ἡδονὴν πνευματικὴν καὶ ἀνάπαυσιν ἄρρητον οὖσα, καὶ εὐθηνίαν. ἄλλοτε ἐν συνέσει τινὶ καὶ σοφίᾳ ἀρρήτῳ, καὶ γνώσει πνεύματος ἀνεξερευνήτου ὑπὸ τῆς χάριτος σοφίζεται, ἅπερ διὰ γλώσσης καὶ στόματος λαλῆσαι ἀδύνατον. ἄλλοτε ὥσπερ εἷς τῶν ἀνθρώπων γίγνεται. οὕτω ποικίλως ἐν αὐτοῖς ἡ χάρις ἀναστρέφεται, καὶ πολυτρόπως ὁδηγεῖ τὴν ψυχὴν ἀναπαύουσα κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ γυμνάζει αὐτὴν διαφόρως, ἵνα τε-

IX. Interdum in summo silentio, tranquillitate & pace requiescit anima, in sola spirituali voluptate, & ineffabili requie atque in optimo statu existens. Interdum in intelligentia quadam ac sapientia ineffabili, & notitia Spiritus inscrutabili a gratia instituitur, circa ea, quæ nec lingua nec ore efferri queunt. Interdum ut quivis hominum fit. Ita varie gratia versatur in iis, ac multis modis ducit animam, recreans juxta voluntatem divinam, exercetque eam diversimode, ut illam integram,

[a] Joan. XII. 21. [b] Joan. XIV. 23. [c] Ephes. VI. 11. seq.



SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

λείαν καὶ ἄμωμον καὶ καθαρὰν τῷ ἐπουρανίῳ πατρὶ ἀποκαταστήσῃ.

A irreprehensibilem atque puram apud cælestem Patrem constituat.

Ταῦτα δὲ τὰ προειρημένα τοῦ πνεύματος ἐνεργήματα, μεγάλων μέτρων εἰσὶ τῶν ἐγγὺς τῆς τελειότητος ὄντων. αἱ γὰρ προειρημέναι τῆς χάριτος ποικίλαι ἀναπαύσεις, διαφόρως μὲν λαλοῦνται, ἀδιαλείπτως δὲ εἰς αὐτοὺς ἐνεργοῦνται, ἐνέργειαν ἐνεργείας διαδεχομένης· ὅταν γὰρ ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν τελειότητα τοῦ πνεύματος καταντήσῃ, τελείως πάντων τῶν παθῶν ἀποκαθαρισθεῖσα, καὶ τῷ παρακλήτῳ πνεύματι διὰ τῆς ἀῤῥήτου κοινωνίας ἑνωθεῖσα καὶ ἀνακραθεῖσα, καὶ καταξιωθῇ πνεῦμα γενέσθαι συγκεκραμένη τῷ πνεύματι, τότε ὅλη φῶς, ὅλη ὀφθαλμὸς, ὅλον πνεῦμα, ὅλον χαρὰ, ὅλον ἀνάπαυσις, ὅλον ἀγαλλίασις, ὅλον ἀγάπη, ὅλον σπλάγχνα, ὅλον ἀγαθότης καὶ χρηστότης γίνεται. ὥσπερ γὰρ ἐν ἀβύσσῳ θαλάσσης λίθος πανταχόθεν ὕδατι περιέχεται· οὕτως οὗτοι παντὶ τρόπῳ πνεύματι ἁγίῳ ἀνακεκραμένοι, ἀφομοιοῦνται τῷ Χριστῷ, τὰς ἀρετὰς τῆς δυνάμεως τοῦ πνεύματος ἀτρέπτως ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες, ἔσωθεν ὄντες ἄμωμοι, καὶ ἄσπιλοι καὶ καθαροί.

X. Ceterum prædictæ hæ Spiritus operationes ad summum gradum pertinent eorum, qui proxime a perfectione absunt. Illæ enim, quarum mentionem fecimus, variæ moderationes gratiæ, varie quidem exprimuntur, assidue tamen in homines agunt, actione actionem excipiente. Ubi enim anima ad perfectionem Spiritus pervenerit, perfecte ab omnibus affectibus expurgata, & spiritui paracleto arcana societate unita & permixta, ac temperata cum Spiritu digna habetur fieri Spiritus; tum tota lux, tota oculus, tota Spiritus, tota gaudium, tota de-
B lectatio, tota exsultatio, tota dilectio, tota viscera, tota bonitas, & clementia fit. Sicut enim lapis in profundo maris undique aqua circumdatur: sic hi omni modo Spiritui sancto permixti, similes fiunt Christi, virtutes potentiæ Spiritus constanter in se ipsis obtinentes, intus exsistentes, omnis maculæ ac reprehensionis expertes atque puri.

Διὰ γὰρ τοῦ πνεύματος καταρτισθέντες, πῶς δύνανται καρπὸν ἔξωθεν κακίας προαγαγεῖν; ἀλλὰ πάντοτε διὰ πάντων, οἱ καρποὶ τοῦ πνεύματος ἐν αὐτοῖς διαλάμπουσι. Παρακαλέσωμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς τὸν Θεὸν, καὶ πιστεύσωμεν ἐν ἀγάπῃ καὶ ἐλπίδι πολλῇ, ἵνα δῴη ἡμῖν τὴν ἐπουράνιον χάριν τῆς δωρεᾶς τοῦ πνεύματος, ἵνα καὶ ἡμᾶς αὐτὸ τὸ πνεῦμα κυβερνήσῃ καὶ ὁδηγήσῃ εἰς πᾶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀναπαύσῃ ἡμᾶς ἐν τῇ ποικιλότητι τῆς ἀναπαύσεως αὐτοῦ, ἵνα διὰ τῆς τοιαύτης κυβερνήσεως καὶ τοῦ γυμνασμοῦ τῆς χάριτος, καὶ προκοπῆς πνευματικῆς καταξιωθῶμεν εἰς τὴν τελειότητα τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ φθάσαι, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Χριστοῦ. καὶ πάλιν, μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. ἐπηγγείλατο ὁ κύριος πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ, καὶ αἰτουμένοις ἐν ἀληθείᾳ δωρήσασθαι τὰ μυστήρια τῆς ἀῤῥήτου κοινωνίας τοῦ πνεύματος· καὶ ἡμεῖς οὖν ὁλοτελῶς ἑαυτοὺς τῷ κυρίῳ ἀναθέντες τῶν προειρημένων ἀγαθῶν τυχεῖν σπεύσωμεν, ψυχῇ καὶ σώματι ἀφιερωθέντες, καὶ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ προσηλωθέντες, ἄξιοι τῆς αἰωνίου βασιλείας γενώμεθα, δοξάζοντες πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

XI. Cum enim per Spiritum sint restaurati, quomodo extra possunt fructum malitiæ proferre? Verum perpetuo per omnia fructus Spiritus in iis enitescunt. Oremus igitur quoque nos Deum, & credamus in dilectione ac spe magna, ut largiatur no-
C bis cælestem gratiam doni Spiritus, ut & nos ipse Spiritus gubernet, & ducat ad omnem voluntatem divinam, ac nos reficiat variis requiei modis, ut ope hujus gubernationis, & exercitationis gratiæ, ac promotionis spiritualis, digni habeamur ad perfectionem plenitudinis Christi pervenire, ut inquit apostolus. [a] *Ut impleamini in omnem plenitudinem Christi*. Et rursum: [b] *Donec perveniamus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi*. Promisit Dominus omnibus in se credentibus, & in veritate postulantibus, se largiturum mysteria ineffabilis communionis Spiritus. Quapropter penitus nos ipsos Domino consecremus, & ad prædicta bona consequenda festinemus, corpore animo-
D que consecrati, & cruci Christi affixi, digni regno æterno fiamus, glorificantes Patrem, Filium, & Spiritum sanctum in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ιθ'.

Οἱ Χριστιανοὶ προκόπτειν καὶ αὐξάνεσθαι βουλόμενοι, ὀφείλουσιν ἑαυτοὺς βιάζεσθαι πρὸς πᾶν τὸ ἀγαθὸν, ὥστε λυτροῦσθαι αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἐνοικούσης ἁμαρτίας, καὶ πνεύματος ἁγίου πληροῦσθαι.

HOMILIA XIX.

Christiani proficere & crescere volentes, debent se vi compellere, ad omne id quod bonum est, ut liberentur ab inhabitante peccato, & Spiritu sancto repleantur.

Ὁ βουλόμενος προσελθεῖν τῷ κυρίῳ, καὶ ζωῆς αἰωνίου καταξιωθῆναι καὶ κατοικητήριον τοῦ Χριστοῦ γενέσθαι, καὶ πνεύματος ἁγίου πληρωθῆναι, ἵνα τοὺς καρποὺς τοῦ πνεύματος, καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ δυνηθῇ ποιῆσαι καθαρῶς καὶ ἀμώμως, οὗτος ὀφείλει ἄρξεσθαι πρῶτον πιστεύειν τῷ κυρίῳ βεβαίως, καὶ ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν ἐξ ὅλου τοῖς λόγοις τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, καὶ ἀποτάξασθαι τῷ κόσμῳ κατὰ πάντα, ἵνα μὴ περί τι τῶν φαινομένων ὅλος ὁ νοῦς ἀσχολῆται. καὶ εἰς τὴν εὐχὴν χρὴ αὐτὸν πάντοτε προσκαρτερεῖν, ἐν πίστει προσδοκίας τοῦ κυρίου τὴν ἐπίσκεψιν καὶ βοήθειαν αὐτοῦ πάντοτε ἐκδεχόμενον, τὸν σκοπὸν τοῦ νοὸς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἔχοντα διὰ παντός· εἶτα βιάζεσθαι χρὴ ἑαυτὸν εἰς πᾶν ἔργον ἀγα-


I. QUI exoptat accedere ad Dominum, & vita æterna dignus haberi, domicilium Christi
E fieri, ac Spiritu sancto repleri, quo fructus Spiritus producere, & mandata Christi facere pure & absque reprehensione possit, ille hinc initium sumat, ut imprimis firmiter Domino credat, seque totum tradat præceptis ac mandatis ejus, ac renunciet mundo per omnia, ne ullo modo circa ea, quæ oculis patent, tota ejus mens occupetur. Deinde quoque oportet eum perpetuo in oratione perseverare, in fide quæ exspectat Dominum, visitationem & auxilium ejus semper exspectantem, scopumque mentis suæ eo semper dirigentem. Deinde compellere oportet se ipsum ad omne opus bo-

a Ephes. III. 19. b Ephes. IV. 13.

θὸν καὶ εἰς πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου, διὰ τὴν A συνοῦσαν αὐτῷ ἁμαρτίαν. οἷον, βιαζέσθω ἑαυτὸν εἰς τὸ ταπεινοφρονεῖν ἐνώπιον παντὸς ἀνθρώπου, καὶ ἑαυτὸν ἐλάττω ἡγεῖσθαι καὶ χείρονα, μὴ ζητῶν τιμὴν, ἢ ἔπαινον, ἢ δόξαν ἀνθρώπων παρά τινος, καθὼς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται· ἀλλὰ μόνον ἀεὶ τὸν κύριον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, αὐτῷ βουλόμενος ἀρέσκειν μόνῳ εἰς τὴν πραότητα τῆς καρδίας, ὥς φησιν ὁ κύριος, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.

A num, & ad omnia mandata Domini, propter innatum sibi peccatum. Veluti compellat se ipsum ad demissionem animi coram omnibus hominibus, ac se inferiorem & abjectiorem existimet, non quærens honorem, laudem, aut gloriam a quoquam hominum, ut in evangelio scriptum est: sed solum Dominum semper ob oculos habeat, & mandata ejus, ipsi soli placere studens in mansuetudine cordis, ut inquit Dominus: [a] *Discite a me quod mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



Ὁμοίως εἰς τὸ εἶναι ἐλεήμονα, χρηστὸν, εὔσπλαγχνον, ἀγαθὸν, ὅση δύναμις, ἑαυτὸν ἐθιζέτω, ὥς φησιν ὁ κύριος, γίνεσθε ἀγαθοὶ καὶ χρηστοὶ, καB θὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστί. καὶ πάλιν φησὶν, ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε· καὶ πάλιν, βιάζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς θύρας. ἐπὶ πᾶσι τὴν τοῦ κυρίου ταπείνωσιν καὶ πολιτείαν, καὶ τὴν πραότητα, καὶ τὴν ἀναστροφὴν, ὥσπερ ὑπόγραμμον ἐν πάσῃ μνήμῃ ἀληθαργήτῳ ἐχέτω, ταῖς εὐχαῖς προσκαρτερείτω, διὰ παντὸς δεόμενος καὶ πιστεύων, ἵνα ἐλθὼν ὁ κύριος ἐνοικήσῃ ἐν αὐτῷ, καὶ καταρτίσῃ καὶ δυναμώσῃ αὐτὸν ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ· καὶ ἵνα αὐτὸς ὁ κύριος γένηται κατοικητήριον τῆς ψυχῆς· καὶ οὕτως ἃ νῦν μετὰ βίας ἀκούσης τῆς καρδίας ποιεῖ, ἑκουσίως πράξει ποτὲ, ἐθίζων ἑαυτὸν διὰ παντὸς εἰς τὸ ἀγαθὸν, καὶ τοῦ κυρίου μνημονεύων ἀεὶ, καὶ προσδοκῶν ἀεὶ C ἐν πολλῇ ἀγάπῃ αὐτόν. τότε θεωρῶν ὁ κύριος τὴν τοιαύτην προαίρεσιν, καὶ τὴν ἀγαθὴν αὐτοῦ σπουδὴν, πῶς βιάζεται ἑαυτὸν εἰς μνήμην τοῦ κυρίου, καὶ εἰς τὸ ἀγαθὸν ἀεὶ καὶ εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην καὶ πραότητα καὶ ἀγάπην ἄγει καὶ μὴ θέλουσαν τὴν καρδίαν, καὶ ἄγει ὅση δύναμις αὐτῷ μετὰ βίας, ποιεῖ μετ' αὐτοῦ εἰς ἔλεος αὐτοῦ, καὶ λυτροῦται αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ τῆς ἐνοικούσης ἁμαρτίας, πνεύματος ἁγίου ἐμπιπλῶν αὐτόν· καὶ οὕτω λοιπὸν ἄνευ βίας καὶ καμάτου ποιεῖ πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου ἐξ ἀληθείας· μᾶλλον δὲ ὁ κύριος ποιεῖ ἐν αὐτῷ τὰς ἰδίας ἐντολὰς, καὶ τοὺς καρποὺς τοῦ πνεύματος τότε καρποφορεῖ καθαρῶς.

II. Itidem ut sit misericors, benignus, pronus ad miserandum ac bonus, pro viribus suis se assueB faciat, ut inquit Dominus: [b] *Estote boni ac benigni, sicut pater vester cælestis misericors est.* Et rursus inquit: [c] *Si diligitis me, præcepta mea servate*, Et rursus: [d] *Contendite intrare per portam angustam.* Præ omnibus humilitatem Domini, ejusque vivendi rationem, mansuetudinem, ac conversationem, tamquam exemplar in omni memoria minime obliviosa retineat, in orationibus perseveret, semper orans in fide, ut Dominus veniat, habitet in eo, consummet, ac corroboret eum, in omnibus mandatis suis; atque etiam ipse Dominus fiat domicilium animæ; & ita quæ nunc vi inviti cordis facit, sponte aliquando peragat, assuefaciens se ipsum perpetuo ad id quod bonum est, Domini C semper recordans, & exspectans eum perpetuo in summa dilectione. Tum vero Dominus cognito tanto ejus proposito & consilio ac laudabili ejus studio, nimirum quomodo se compellat, ut Dominum in memoria retineat, & ad id quod bonum est, ad mansuetudinem ac dilectionem cor vel invitum compellat, ac dirigat pro viribus suis omni violentia; exercet in eum misericordiam suam, & redimit eum ab inimicis suis, & inhabitante peccato, Spiritu eum sancto replens: & ita postmodum absque ulla vi ac labore vere facit omnia mandata Domini. Quinimo Dominus in eo sua mandata facit, & fructus spirituales tunc pure producit.

Χρὴ δὲ πρότερον προσελθόντα τινὰ τῷ κυρίῳ, οὕτω βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὸ ἀγαθὸν καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας, προσδοκῶντα διὰ παντὸς ἐν πίστει ἀδιστάκτῳ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὴν ἀγάπην, μὴ ἔχοντα ἀγάπην· βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὴν πραότητα, μὴ ἔχοντα πραότητα· βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὸ οἰκτείρειν, καὶ ἐλεήμονα ἔχειν καρδίαν· βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὸ καταφρονεῖσθαι, εἰς τὸ καταφρονούμενον μακροθυμεῖν, καὶ ἐξουδενούμενον ἢ ἀτιμαζόμενον μὴ ἀγανακτεῖν κατὰ τὸ εἰρημένον, μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ἀγαπητοί. βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὴν εὐχὴν, μὴ ἔχοντα εὐχὴν πνευματικήν· καὶ οὕτως ὁ Θεὸς θεωρῶν τὸν οὕτως ἀγωνιζόμενον, καὶ βίᾳ ἑαυτὸν ἄγχοντα, μὴ θελούσης τῆς καρδίας, δίδωσιν εὐχὴν ἀληθινὴν πνεύματος, δίδωσιν ἀγάπην ἀληθινὴν, πραότητα ἀληθείας, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα ἀληθινὴν, καὶ ἁπαξαπλῶς, πληροῖ αὐτὸν τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος.

D III. Oportet autem primum quempiam sic accedentem ad Dominum vi compellere se ipsum ad bonum, quamvis renitatur animus, exspectantem perpetuo in fide indubitata misericordiam ejus, ac compellere se ipsum ad dilectionem, si dilectione destitutus sit: compellere se ipsum ad mansuetudinem, si ea careat: compellere se ipsum ad misericordiam, & ad animum ad miserendum pronum: compellere se ipsum ad contemtum perferendum, & in eo fortiter perdurandum, ne despectui habitus aut dehonestatus indignetur, juxta dictum: [e] *Non vosmet ipsos ulciscentes carissimi:* compellere se ipsum ad preces, si preces spirituales non haE beat. Sic itaque Deus conspiciens eum, qui tantopere contendit, ac vi, reluctante animo, se ipsum constringit, veram Spiritus precationem largitur, veram dilectionem concedit, veram mansuetudinem, viscera misericordiæ, clementiam veram, atque, ut unico verbo dicam, replet eum fructu Spiritus.

Εἰ δέ τις εἰς τὴν εὐχὴν μόνην ἑαυτὸν βιάζεται, μὴ ἔχων εὐχὴν, ἵνα σχῇ εὐχῆς χάριν, εἰς δὲ τὴν πραότητα καὶ ταπεινοφροσύνην καὶ ἀγάπην καὶ τὰς λοιπὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου ἑαυτὸν οὐ βιάζεται, οὔτε μέριμναν καὶ πόνον καὶ ἀγῶνα ἔχει ἐκεῖνα κατορθῶσαι, ὅσον τὸ ἐκ προαιρέσεως, καὶ αὐτεξουσίου θελή-

IV. Quod si quis, cum affectu precandi careat, ad preces solas se ipsum adigat, ut consequatur precationis gratiam: ad mansuetudinem vero, humilitatem animi, dilectionem, & reliqua mandata Domini, minus se ipsum compellat, nec ullam curam, laborem ac studium adhibeat, ut ea recte

a Matth. XI. 29. *b* Luc. VI. 36. *c* Joan. XIV. 15. *d* Luc. XIII. 24. *e* Rom. XII. 19.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

ματος, ἐνίοτε δίδοται αὐτῷ εὐχῆς χάρις ἐν ἀναπαύσει καὶ εὐφροσύνῃ τοῦ πνεύματος μερικῶς κατὰ τὸ αἴτημα αὐτοῦ. τοῖς δὲ τρόποις ὅμοιός ἐστι καθ᾽ ὃ καὶ πρὶν ἦν. οὐκ ἔχει πρᾳότητα, ὅτι οὐκ ἐζήτησε πόνον, καὶ προετρέπετο ἑαυτὸν οὕτως γενέσθαι· οὐκ ἔχει ταπεινοφροσύνην, ἐπειδὴ οὐκ ᾔτησε, καὶ ἑαυτὸν οὐκ ἐβιάσατο εἰς τοῦτο. οὐκ ἔχει ἀγάπην πρὸς πάντας, ἐπειδὴ περὶ τούτου μέριμναν καὶ ἀγῶνα οὐκ ἔσχεν ἐν τῇ αἰτήσει τῆς εὐχῆς· καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπιτηδεύσει τοῦ ἔργου, οὐκ ἔχει πίστιν καὶ πεποίθησιν πρὸς τὸν Θεὸν, ἐπειδὴ ἔγνωκεν ἑαυτὸν, οὐκ ἐδοκίμασεν μὴ ἔχειν, καὶ οὐκ ἐπόνησεν ἐν θλίψει, ζητῶν παρὰ κυρίου σχεῖν τὴν πρὸς αὐτὸν βεβαίαν πίστιν, καὶ πεποίθησιν ἀληθινήν.

A constituat: quoad illius propositum ac liberam voluntatem, conceditur illi interdum precandi gratia cum delectatione ac lætitia Spiritus, ex parte tamen juxta petitionem ejus: moribus tamen idem est, quibus antea erat, destitutus mansuetudine, eo quod non laborarit, nec se præpararit, ut talis evaderet: destitutus humilitate, eo quod non postularit, nec se ipsum ad eam compulerit: destitutus dilectione erga omnes, eo quod de ea nihil omnino solicitus fuerit in postulatione orationis suæ: & in ipsa operis administratione non habet fidem, nec fiduciam erga Deum, eo quod in cognitione sui carere se non expertus est, neque contendit cum afflictione Dominum postulare, ut obtineat firmam B in illum fidem ac veram fiduciam.

Χρὴ γὰρ ἕκαστον ὥσπερ εἰς τὴν εὐχὴν βιάζεσθαι ἑαυτὸν καὶ ἄγχειν, μὴ θελούσης τῆς καρδίας· οὕτως καὶ εἰς τὴν πεποίθησιν, οὕτως καὶ εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην, οὕτως εἰς τὴν ἀγάπην, οὕτως εἰς τὴν πρᾳότητα, ἀκεραιότητά τε καὶ ἁπλότητα· οὕτως εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν καταγεγραμμένον μετὰ χαρᾶς· οὕτως βιάζεσθαι εἰς τὸ ἑαυτὸν ἐξουθενεῖν. καὶ πτωχὸν καὶ ἔσχατον λογίζεσθαι. οὕτως εἰς τὸ μὴ ὁμιλεῖν τὰ μὴ ὄντα χρήσιμα, ἀλλὰ ἀεὶ τὰ τοῦ Θεοῦ μελετᾷν, καὶ λαλεῖν στόματι καὶ καρδίᾳ· οὕτως εἰς τὸ μὴ θυμοῦσθαι, καὶ κραυγάζειν κατὰ τὸ εἰρημένον, πᾶσα πικρία, καὶ θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ᾽ ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ. οὕτως εἰς πάντας τοὺς τοῦ κυρίου τρόπους, εἰς πᾶσαν ἄσκησιν ἀρετῆς, καὶ πολιτείας ἀγαθῆς καὶ καλῆς· εἰς πᾶσαν ἀναστροφὴν ἀγαθότητος, εἰς πᾶσαν ταπεινοφροσύνην πρᾳότητος, εἰς τὸ μὴ ἐπαίρεσθαι, καὶ ὑψηλοφρονεῖν, καὶ φυσιοῦσθαι, καὶ λαλεῖν κατά τινος.

V. Oportet enim unumquemque perinde ut ad preces se compellere atque adigere, repugnante animo; sic quoque ad fiduciam, sic quoque ad humilitatem, sic quoque ad dilectionem, sic quoque ad mansuetudinem, sinceritatem, & simplicitatem: sic quoque ad omnem patientiam & longanimitatem cum gaudio ac promte collimare: sic quoque se compellere ad sui ipsius despectum, ac se pauperem infimæque sortis homuncionem reputare: sic, ne intentus sit rebus minus utilibus, sed semper quæ Dei sunt meditetur, & proferat ore & corde: sic ne ira excandescat aut clamitet, sicuti dictum est: [a] *Omnis amarulentia, & clamor, & ira, & vociferatio, & maledicentia tollatur a vobis cum omni malitia*. Sic ad omnes mores Domini induendos, ad C omnem virtutis, probi honestique vitæ instituti exercitationem, ad omnem conversationem bonitatis, ad omnem humilitatem mansuetudinis; nec extollatur, nec altum sapiat, aut infletur, vel cujusdam famam detrectet.

Εἰς ταῦτα πάντα ὀφείλει βιάζεσθαι ἑαυτὸν, ὁ θέλων εὐδοκιμῆσαι καὶ εὐαρεστῆσαι Χριστῷ, ἵν᾽ οὕτως ὁ κύριος ἰδὼν αὐτοῦ τὴν προθυμίαν, καὶ προαίρεσιν, τοῦ οὕτως εἰς πᾶσαν ἀγαθότητα καὶ ἁπλότητα, καὶ χρηστότητα, καὶ ταπεινοφροσύνην, καὶ ἀγάπην, καὶ εὐχὴν ἄγχοντος ἑαυτὸν, καὶ ἄγοντος μετὰ βίας, δώσῃ ἑαυτὸν ὅλον αὐτῷ, αὐτὸς ὁ κύριος ποιῶν ἐξ ἀληθείας ταῦτα πάντα καθαρῶς ἐν αὐτῷ ἀκόπως, καὶ ἀβιάστως, ἃ πρὶν οὐδὲ μετὰ βίας φυλάξαι ἠδύνατο, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ οἰκοῦσαν ἁμαρτίαν· καὶ γίνεται αὐτῷ τὰ τῆς ἀρετῆς πάντα ἐπιτηδεύματα ὡς φύσις· τὸ λοιπὸν ἐλθὼν ὁ κύριος, καὶ γενόμενος ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ κυρίῳ, αὐτὸς ποιεῖ ἐν αὐτῷ τὰς ἰδίας ἐντολὰς ἄνευ καμάτου, πληρῶν αὐτὸν τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος. εἰ δὲ εἰς εὐχὴν μόνον βιάζεταί τις ἑαυτὸν, ἕως οὗ λάβῃ χάρισμα παρὰ Θεοῦ, εἰς ταῦτα δὲ τὰ προειρημένα ὁμοίως ἑαυτὸν οὐ βιάζεται, καὶ ἄγχει καὶ ἐθίζει, οὐ δύναται ἐξ ἀληθείας, καθαρῶς καὶ ἀμώμως αὐτὰ ποιῆσαι. ἀλλ᾽ οὕτω χρὴ προευτρεπίζειν ἑαυτὸν ὅσον δυνατὸν εἰς τὸ ἀγαθόν· ἐνίοτε γὰρ γίνεται πρὸς αὐτὸν ἡ θεία χάρις αἰτοῦντα καὶ δεόμενον· ἀγαθὸς γὰρ καὶ χρηστός ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτὸν δίδωσι τὰ αἰτήματα αὐτῶν· μὴ ἔχων δὲ, μήτε ἐθίσας, μήτε προευτρεπίσας ἑαυτὸν εἰς τὰς προειρημένας, εἴγε λάβοι, ἀπολεῖ τὴν χάριν ἣν ἔλαβε, καὶ πίπτει ὑψηλοφρονήσας, ἢ οὐ προκόπτει καὶ αὔξει ἐν τῇ χάριτι τῇ πρὸς αὐτὸν γενομένῃ, ἐπειδὴ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ κυρίου ἐκ προαιρέσεως ἑαυτὸν οὐ δίδωσι· τὸ γὰρ κατοικητήριον καὶ ἡ ἀνάπαυσις τοῦ πνεύματος, ἡ ταπεινοφροσύνη ἐστὶν, ἡ ἀγάπη τε καὶ πρᾳότης, καὶ αἱ λοιπαὶ τοῦ κυρίου ἐντολαί.

VI. Ad hæc omnia se compellere debet qui cupit probari ac placere Christo, ita ut Dominus, conspecta ejus promtitudine, ac intentione, ejus, inquam, qui ad probitatem, simplicitatem, benignitatem, humilitatem, dilectionem & precationem D se ipsum compellit, ac vi quadam adigit, se totum illi offerat: ipse, inquam, Dominus, implens revera hæc omnia in eo pure absque ullo labore & vi, quæ ne vi quidem ulla antea observare poterat, propter inhabitans in eo peccatum. Fiuntque illi hæc omnia virtutum exercitia & studia, velut altera natura. Postmodum Dominus adveniens & versatus cum eo, & ille cum Domino, ipse perficit in eo sua mandata citra omnem laborem, replens cum fructu Spiritus. Quod si vero ad solam precationem se quis adigit, donec consequatur gratiam hanc a Deo; ad ea vero, quæ prædicta sunt, se non compellat, cogat & adsuefaciet, ille vere, pure, ac sine reprehensione hæc adimplere nequit. E Verum ita convenit se præparare pro viribus ad id quod bonum est. Interdum enim pervenit ad eum petentem ac precantem gratia divina. Bonus enim & benignus est Deus, ac petentibus a se largitur quæ petierant. Verum qui caret iis, de quibus locuti sumus antea, nec se ad ea adsuefacit, aut præparat, gratiam quam consecutus jam erat, perdit, ac cadit præ nimia arrogantia; aut nihil proficit, nec augetur in gratia sibi concessa, quoniam mandatis Domini deliberato animo se non dedit: domus enim & requies Spiritus est humilitas, dilectio & mansuetudo, & reliqua Domini mandata.

[a] Ephes. IV. 31.

Ὀφείλει οὖν ὁ βουλόμενος ἐξ ἀληθείας εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ, καὶ δέξασθαι παρ' αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον τοῦ πνεύματος χάριν, καὶ αὐξῆσαι καὶ τελειωθῆναι ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ βιάζεσθαι ἑαυτὸν, καὶ μὴ θέλουσαν τὴν καρδίαν ὑποτάσσειν κατὰ τὸ εἰρημένον· διὰ τοῦτο πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς σου κατωρθούμην, πᾶσαν ὁδὸν ἄδικον ἐμίσησα· ὥσπερ γάρ τις εἰς τὴν προσκαρτέρησιν τῆς εὐχῆς βιάζεται ἑαυτὸν καὶ ἄγχει, ἕως οὗ τοῦτο κατορθώσῃ· ὁμοίως ἐὰν θέλῃ καὶ εἰς πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπιτηδεύματα βιάζεται ἑαυτὸν καὶ ἄγχει, καὶ ἐθίζει ἔθος ἀγαθὸν, καὶ οὕτως αἰτούμενος καὶ δεόμενος τοῦ κυρίου διὰ παντὸς, καὶ τυχὼν τῆς αἰτήσεως, καὶ μεταλαβὼν γεύσεως Θεοῦ, καὶ πνεύματος ἁγίου μέτοχος γενόμενος, αὔξειν ποιεῖ καὶ θάλλειν τὸ χάρισμα τὸ δοθὲν αὐτῷ, ἀναπαυόμενον ἐν τῇ ταπεινοφροσύνῃ αὐτοῦ, ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῇ πραότητι.

VII. Debet ergo, quicumque Deo vere placere cupit, ab eoque recipere cœlestem Spiritus gratiam & in Spiritu sancto crescere ac perfici, ad omnia præcepta Dei se ipsum compellere, & vel invitum animum subjugare, secundum quod dicitur: [a] *Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.* Quemadmodum enim aliquis ad perseverandum in precatione se ipsum compellit atque adigit, donec id recte constituerit: eodem modo, si libuerit, ad omnia quoque virtutum exercitia se ipsum compellit atque adigit, bonæ consuetudini adsuescens; & sic, ubi assidue Dominum obtestatus ac deprecatus, & quæ petierit, adeptus fuerit, Deum gustare cœpit, ac Spiritus sancti particeps factus fuerit, hoc agit, ut crescat & foveat gratiam sibi concessam, requiescentem in humilitate, in dilectione & mansuetudine ejus.

Αὐτὸ τὸ πνεῦμα χαρίζεται αὐτῷ ταῦτα, καὶ διδάσκει αὐτὸν ἀληθινὴν εὐχὴν, ἀληθινὴν ἀγάπην, ἀληθινὴν πραότητα, ἃ προεβιάσατο καὶ ἐζήτησε, καὶ ἐμερίμνησε, καὶ ἐμελέτησε, καὶ ἐδόθη αὐτῷ· καὶ οὕτως αὐξήσας καὶ τελειωθεὶς ἐν Θεῷ, κληρονόμος τῆς βασιλείας γενέσθαι καταξιοῦται· ὁ γὰρ ταπεινὸς οὐδέ ποτε πίπτει· πόθεν γὰρ πεσεῖν ἔχει ὑποκάτω πάντων ὤν; μεγάλη ταπείνωσις, ἡ ὑψηλοφροσύνη· καὶ μεγάλη ὕψωσις, καὶ τιμιότης, καὶ ἀξίωμα, ἡ ταπεινοφροσύνη. καὶ ἡμεῖς τοίνυν βιασώμεθα καὶ ἄγχωμεν ἑαυτοὺς εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας, καὶ εἰς τὴν πραότητα, καὶ εἰς τὴν ἀγάπην δεόμενοι καὶ παρακαλοῦντες τὸν Θεὸν ἐν πίστει, καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ, ἀδιαλείπτως ἐν προσδοκίᾳ τοιαύτῃ καὶ σκοπῷ, ἵνα ἀποστείλῃ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, ἵνα εὐξώμεθα καὶ προσκυνήσωμεν τῷ Θεῷ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ.

VIII. Ipse Spiritus largitur hæc ei, atque instruit eum vera precandi ratione, vera dilectione, vera mansuetudine, ad quæ antea vi se compellebat, quæ inquirebat, de quibus solicitus erat, ac quæ meditabatur, quæque donata tandem ei sunt: & ita auctus & consummatus in Deo, qui heres regni evadat, dignus habetur. Humilis enim numquam labitur. Unde enim labi liceret ei, qui sub omnibus est? Nimia itaque animi elatio summa est humilitas: humilitas vero magna est exaltatio, existimatio atque dignitas. Nos ergo quoque nos compellamus atque cogamus nos ipsos ad humilitatem, vel invito animo, & ad mansuetudinem, & ad dilectionem, precantes atque obsecrantes Deum in fide, spe ac dilectione, indesinenter hac exspectatione atque scopo freti, ut mittat Spiritum suum in corda nostra, quo precemur & adoremus Deum in Spiritu & veritate.

Καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα διδάξει ἡμᾶς εὐχὴν ἀληθινὴν, ἣν νῦν καὶ μετὰ βίας οὐ δυνάμεθα ποιεῖν· σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα, καὶ πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου, διδάξει ἡμᾶς ποιῆσαι ἐξ ἀληθείας ἀλύπως καὶ ἀβιάστως, ὡς αὐτὸ τὸ πνεῦμα οἶδε πληροῦν ἡμᾶς τὸν καρπὸν αὐτοῦ, καὶ οὕτως τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ πληρωθεισῶν ὑφ' ἡμῶν διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ, τοῦ μόνου γινώσκοντος τὸ θέλημα τοῦ κυρίου, καὶ τελειώσαντος ἡμᾶς τοῦ πνεύματος εἰς ἑαυτὸ, καὶ τελειωθέντος εἰς ἡμᾶς καθαρισθέντας ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ καὶ σπίλου τῆς ἁμαρτίας, ὥσπερ νύμφας καλὰς, τὰς ψυχὰς ἡμῶν καθαρὰς καὶ ἀμώμους παραστήσει τῷ Χριστῷ, ἀναπαυομένων ἡμῶν ἐν Θεῷ, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, καὶ ἀναπαυομένου τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας. δόξα τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ καὶ τῷ ἐλέει, καὶ τῇ ἀγάπῃ, ὅτι εἰς τοιαύτην τιμὴν καὶ δόξαν κατηξίωσε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, υἱοὺς πατρὸς ἐπουρανίου κατηξίωσεν αὐτοὺς, καὶ ἰδίους ἀδελφοὺς προσηγόρευσεν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

IX. Ipse quoque Spiritus docebit nos veram precum rationem, quas nunc, ne vi quidem adhibita, possumus facere. Viscera quoque misericordiæ, benignitatem, & omnia mandata Domini, docebit nos facere revera absque ulla molestia aut coactione, prout novit Spiritus ille replere nos fructu suo. Atque hoc pacto mandatis Dei a nobis impletis beneficio Spiritus sui, qui solus novit voluntatem Domini, quique Spiritus nos consummat in se, ac perfectus in nobis, purificatis ab omni inquinamento, ac sordibus peccati, velut sponsas venustas, animas nostras puras & immaculatas Christo exhibebit, requiescentibus nobis in Deo, in regno ejus, ac Deo requiescente in nobis in infinita sæcula. Gloria sit miserationibus ejus, misericordiæ ac dilectioni, quod tanto honore & gloria dignatus sit genus humanum, quos dignos judicaverit, ut vocaret filios Patris cælestis ac proprios fratres. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ κ'.

HOMILIA XX.

Μόνος ὁ Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἰατρὸς, θεραπεῦσαι δύναται τὴν ψυχὴν, καὶ αὐτὴν τῷ τῆς χάριτος ἐνδύματι διακοσμῆσαι.

Solus Christus, verus medicus interioris hominis, sanare potest animam, eamque vestimento gratiæ suæ exornare.

Εἴ τις γυμνός ἐστιν ἀπὸ τοῦ ἐνδύματος τοῦ θεϊκοῦ καὶ ἐπουρανίου, ὅπερ ἐστὶν ἡ τοῦ πνεύματος δύναμις, καθὼς εἴρηται· εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ· κλαιέτω καὶ παρακαλείτω τὸν κύριον, ἵνα λάβῃ τὸ ἐξ οὐρανοῦ πνευματικὸν

I. Si quis nudus sit & careat indumento divino ac cælesti, quod est potentia Spiritus, sicut dictum est: [b] *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus:* ploret atque obsecret Dominum, ut cælitus consequatur spirituale indumen-

a Psalm. CXVIII. 104. b Rom. VIII. 9.

ἔνδυμα· ἵνα ἀμφιασθῇ, τὴν ἀπὸ θείας ἐνεργείας γεγυμνωμένην ψυχήν. ὅτι πολλὴν αἰσχύνην ἀτιμίας παθῶν περιβέβληται, ὁ μὴ ἐνδεδυμένος τὸ τοῦ πνεύματος ἔνδυμα. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς φαινομένοις ἐάν τις γυμνὸς ᾖ, ἐν πολλῇ αἰσχύνῃ καὶ ἀτιμίᾳ ἐστὶ, καὶ φίλοι φίλους ἀποστρέφονται γυμνοὺς, καὶ γνήσιοι ἰδίους, καὶ τέκνα ἰδόντα γεγυμνωμένον πατέρα ἔστρεψαν τὰς ἑαυτῶν ὄψεις, τοῦ μὴ ἐνατενίσαι γυμνῷ τῷ σώματι τοῦ πατρὸς, καὶ ὀπισθοφανῶς ἀπελθόντες ἐπεκάλυψαν αὐτὸν, καὶ οὕτως ἐπέστρεψαν τὰς ὄψεις. οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἀπέστραπται τὰς ψυχὰς τὰς μὴ ἐνδεδυμένας τὸ τοῦ πνεύματος ἔνδυμα ἐν πληροφορίᾳ, τοὺς μὴ ἐνδεδυμένους τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν δυνάμει καὶ ἀληθείᾳ.

tum, quo induat animam divina virtute spoliatam: quia multo pudore ac infamia affectionum induitur, qui vestimento Spiritus amictus non est. Quemadmodum enim in rebus externis, si quis nudus sit, summo pudore atque infamia afficitur; & amici nudos aversantur amicos, & germani suos, & liberi viso nudo patre, averterunt facies suas, [a] ne intuerentur nudum corpus patris, & retrorsum progressi operuerunt eum, & sic averterunt vultum: eodem modo Deus aversatur animas, non exornatas indumento Spiritus cum fidei certitudine, eos inquam, qui non induerunt Dominum Jesum Christum in virtute & veritate.

Αὐτὸς ὁ πρῶτος ἄνθρωπος θεασάμενος ἑαυτὸν γυμνὸν ᾐσχύνθη· τοσαύτη ἀτιμία τῇ γυμνότητι πρόσεστιν. εἰ οὖν ἐπὶ τῶν σωματικῶν τοσαύτην αἰσχύνην δείκνυσιν ἡ γυμνότης, πόσῳ μᾶλλον ἡ γυμνὴ ἀπὸ θείας δυνάμεως ψυχὴ, ἡ μὴ φοροῦσα καὶ ἠμφιεσμένη τὸ ἄῤῥητον καὶ ἄφθαρτον, καὶ πνευματικὸν ἔνδυμα, αὐτὸν τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν ἀληθείᾳ, πλείονα καὶ αἰσχύνην καὶ ἀτιμίαν παθῶν περιβέβληται; καὶ πᾶς τις ὢν γυμνὸς ἀπὸ τῆς θείας ἐκείνης δόξης, οὕτως ὀφείλει ἑαυτὸν ἐπαισχύνεσθαι, καὶ γινώσκειν ἀτιμίαν αὐτοῦ, ὥσπερ σωματικῶς Ἀδὰμ ᾐσχύνετο γυμνὸς ὢν, κἂν ἐποίησεν ἑαυτῷ ἐκ συκῆς φύλλων περίβλημα, ὅμως τὴν αἰσχύνην ἐφόρει τὴν πτωχείαν ἑαυτοῦ ἐπιγινώσκων. αἰτείτω οὖν ἡ τοιαύτη ψυχὴ παρὰ τοῦ διδόντος καὶ ἀμφιεννύντος δόξαν Χριστοῦ ἐν φωτὶ ἀῤῥήτῳ, μὴ ποιοῦσα ἑαυτῇ ἱμάτιον λογισμῶν ματαίων, δοκήσει ἰδίας δικαιοσύνης ἀπατωμένη καὶ νομίζουσα ἔχειν ἄμφιον σωτηρίας.

II. Primus quoque homo, conspiciens se nudum esse, erubuit. [b] Tanta ignominia nuditatem comitatur. Si ergo in rebus corporalibus tantum dedecus conciliat nuditas, quanto majore anima, quæ denudata est virtute divina, nec gestat, aut exornata est ineffabili, incorruptibili ac spirituali indumento, ipso scilicet Domino Jesu Christo in veritate, quanto majore, inquam, pudore atque ignominia affectionum circumdata & amicta est? Quicumque ergo caret divina illa gloria, ita debet sui ipsius pudore duci, atque agnoscere suam ipsius ignominiam, sicut Adam erubuit corpore nudus cum esset. [c] Quamvis construxisset sibi ex foliis ficus amictum, nihilominus pudore afficiebatur, mendicitate & nuditate sua cognita atque perspecta. Postulet igitur ejusmodi anima a Christo, qui largitur atque exornat eam gloria in lumine arcano: nec consuta sibi veste vanarum cogitationum arbitretur, propriæ justitiæ opinione decepta, se habere vestimentum ipsius salutaris.

Εἴ τις γὰρ ἐν τῇ ἑαυτοῦ μόνον ἵσταται δικαιοσύνῃ καὶ ἀπολυτρώσει, ματαίως καὶ κενῶς κοπιᾷ· πᾶσα γὰρ ἡ οἴησις τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης φανεροῦται ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, ὥς φησιν Ἡσαΐας ὁ προφήτης. ἐγενήθη πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης. αἰτήσωμεν οὖν καὶ δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ ἐνδύσασθαι τὸ ἱμάτιον τοῦ σωτηρίου, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸ ἄῤῥητον φῶς, ὃν φορέσασαι ψυχαὶ οὐκ ἀποδυθήσονται εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλ' ἐν τῇ ἀναστάσει καὶ τὰ σώματα αὐτῶν δοξασθήσονται ὑπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς, οὗ περιβέβληνται ἀπὸ τοῦ νῦν αἱ πισταὶ καὶ εὐγενεῖς ψυχαὶ, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ἡμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ἡμῖν. δόξα τῇ ἀῤῥήτῳ εὐσπλαγχνίᾳ, καὶ τῷ ἀφράστῳ ἐλέει αὐτοῦ.


III. Si enim in sua justitia atque redemtione solum quis perstiterit, frustra ac temere labores ille suscipit. Omnis enim opinio justitiæ ejus, velut pannus menstruatæ apparet in extremo die, ut inquit propheta Iesaias: [d] *Facta est universa justitia nostra tamquam pannus menstruatæ.* Obsecremus igitur Deum atque rogemus, ut amiciamur indumento ipsius salutaris, Domino nimirum Jesu Christo, arcano lumine, quem gestantes animæ non exuentur in sæculum; sed in resurrectione corpora quoque eorum glorificabuntur gloria luminis, quo amictæ nunc sunt fideles ac generosæ animæ, sicut apostolus ait: [e] *Qui excitavit Christum ex mortuis, vivificabit & mortalia corpora nostra, propter ipsius Spiritum inhabitantem in nobis.* Gloria sit ineffabili ejus miserationi, atque inenarrabili misericordiæ ejus.

Καὶ πάλιν, ὥσπερ ἡ αἱμοῤῥοοῦσα γυνὴ πιστεύσασα ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἁψαμένη τοῦ κρασπέδου τοῦ κυρίου, εὐθέως ἰάσεως ἔτυχε, καὶ ἐξηράνθη ἡ ῥύσις τῆς ἀκαθάρτου πηγῆς τοῦ αἵματος· οὕτω πᾶσα ψυχὴ ἔχουσα τὸ ἀνίατον τραῦμα τῆς ἁμαρτίας, τὴν πηγὴν τῶν ἀκαθάρτων καὶ πονηρῶν λογισμῶν, ἐὰν προσέλθῃ τῷ Χριστῷ, καὶ δεηθῇ πιστεύσασα ἐν ἀληθείᾳ, ἰάσεως σωτηρίου τυγχάνει ἐκ τῆς ἀνιάτου πηγῆς τῶν παθῶν, καὶ ξηραίνεται ἐκλείπουσα ἡ πηγὴ ἐκείνη, ἡ τοὺς ἀκαθάρτους λογισμοὺς βρύουσα, διὰ τῆς δυνάμεως Ἰησοῦ μόνου· ἄλλῳ δέ τινι ἰάσασθαι τὸ τραῦμα τοῦτο ἀδύνατον· οὕτως γὰρ ἐπετήδευσεν ὁ ἐχθρὸς ἐν τῇ τοῦ Ἀδὰμ παραβάσει, ὥστε τραυματίσαι καὶ σκοτίσαι τὸν ἔσω ἄνθρωπον, τὸν ἡγεμόνα νοῦν τὸν ὁρῶντα Θεόν. διέβλεψαν λοιπὸν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὰ κακὰ καὶ τὰ πάθη, ἀποκλεισθέντες τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν.

IV. Et iterum, [f] quemadmodum mulier fluxu sanguinis laborans cum crederet fide vera, & fimbriam vestimenti Domini contingeret, statim sanitatem consecuta est, atque exsiccatus est fluxus impuri fontis sanguinis: sic omnis anima incurabili vulnere peccati percussa, ac fonte obscœnarum pravarumque cogitationum obruta, si progressa ad Christum supplices preces fecerit, eique vere crediderit, sanitatem salutarem consequitur ab incurabili fonte affectionum, atque exsiccatur fons ille deficiens, qui immundas cogitationes ejaculabatur, virtute solius Jesu: alius vero hoc vulnus curare prorsus nequit. Tantam enim operam ac diligentiam adhibuit hostis in Adæ transgressione, ut vulneraret ac tenebris offunderet interiorem hominem, mentem nimirum ducem hominis, quæ Deum intuebatur. Respexerunt ergo postmodum oculi ejus ad vitia & affectiones, a bonis cælestibus exclusi.

a Gen. IX, 23. b Gen. III, 7. c Ibid. d Isa. LXIV, 6. e Rom. VIII. 11. f Matth. IX. 20.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



Οὕτως οὖν ἐτραυματίσθη, ὥστε μηδενὶ δυνατὸν εἶναι ἰάσασθαι, εἰ μὴ μόνῳ τῷ κυρίῳ, τούτῳ μόνῳ δυνατόν ἐστιν· αὐτὸς γὰρ ἐλθὼν ἦρε τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, τουτέστι τὴν ἀκάθαρτον πηγὴν τῶν διαλογισμῶν τῆς ψυχῆς ἐξήρανεν· ὥσπερ γὰρ ἐκείνη ἡ αἱμοῤῥοοῦσα πάντα τὰ ἑαυτῆς δαπανήσασα τοῖς ἰατροῖς δυναμένοις, παρ' οὐδενὸς ἐθεραπεύθη τούτων, ἕως οὗ προσήγγισε τῷ κυρίῳ, πιστεύσασα ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἁψαμένη τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ, καὶ οὕτως εὐθέως ᾔσθετο τῆς ἰάσεως· καὶ ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος· οὕτω τὴν ψυχὴν τραυματισθεῖσαν ἐξ ἀρχῆς τραῦμα ἀνίατον παθῶν κακίας, οὐδεὶς οὔτε δικαίων, οὔτε πατέρων, οὔτε προφητῶν, οὔτε πατριαρχῶν ἴσχυσε θεραπεῦσαι. A

B

Μωϋσῆς ἦλθεν, ἀλλ' οὐκ ἠδυνήθη ἴασιν παντελῆ δοῦναι· ἱερεῖς, δῶρα, ἀποδεκατώσεις, σαββατισμοὶ, νεομηνίαι, βαπτίσματα, θυσίαι, ὁλοκαυτώσεις, καὶ πᾶσα ἡ λοιπὴ δικαιοσύνη ἐπετελεῖτο ἐν τῷ νόμῳ, καὶ ἡ ψυχὴ ἰαθῆναι ἀπὸ τῆς ἀκαθάρτου ῥύσεως τῶν κακῶν λογισμῶν οὐκ ἠδυνήθη, καὶ πᾶσα ἡ δικαιοσύνη αὐτῆς θεραπεῦσαι αὐτὸν οὐκ ἴσχυσεν, ἕως οὗ ἦλθεν ὁ σωτὴρ ὁ ἀληθινὸς ἰατρὸς, ὁ δωρεὰν ἰώμενος, ὁ ἑαυτὸν ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων λύτρον δοὺς· αὐτὸς μόνος τὴν μεγάλην καὶ σωτήριον λύτρωσιν καὶ ἴασιν τῆς ψυχῆς ἐποίησεν· αὐτὸς ἠλευθέρωσεν αὐτὴν ἐκ τῆς δουλείας, καὶ ἐξήγαγεν αὐτὴν ἐκ σκοτίας, ἰδίῳ φωτὶ δοξάσας αὐτήν· αὐτὸς ἐξήρανε τὴν ἐν αὐτῇ πηγὴν τῶν ἀκαθάρτων λογισμῶν· ἰδοὺ γάρ φησιν, C ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

Οὐ γὰρ ἠδύνατο τὰ ἴδια ἐκ γῆς φάρμακα, τουτέστι τὰ ἑαυτῆς δικαιώματα μόνον θεραπεῦσαι καὶ ἰάσασθαι αὐτὴν ἐκ τῆς τηλικαύτης ἀοράτου πληγῆς, ἀλλὰ διὰ τῆς οὐρανίου καὶ θείας φύσεως τῆς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ τούτου φαρμάκου μόνου ἠδυνήθη ἰάσεως τυχεῖν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ζωῆς ἐφικέσθαι, καθαρισθεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν καρδίαν. ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖ ἡ γυνὴ κἂν ἰαθῆναι οὐκ ἠδυνήθη, καὶ τετραυμάτιστο, ἀλλ' ὅμως πόδας εἶχε τοῦ ἐλθεῖν πρὸς τὸν κύριον, καὶ ἐλθοῦσα τυχεῖν ἰάσεως· ὁμοίως καὶ ὁ τυφλὸς ἐκεῖνος, κἂν ὑπερβῆναι οὐκ ἠδύνατο, D καὶ ἐλθεῖν πρὸς τὸν κύριον διὰ τὸ μὴ βλέπειν, ἀλλ' ὀξυτέραν ἀγγέλων ἀπέστειλε τὴν φωνήν. ἔλεγε γὰρ, υἱὲ Δαβὶδ ἐλέησόν με· καὶ οὕτω πιστεύσας, ἰάσεως ἔτυχεν, ἐλθόντος τοῦ κυρίου πρὸς αὐτὸν καὶ διαβλέψαι ποιήσαντος· οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ, κἂν τετραυμάτισται τραύμασι παθῶν ἀτιμίας, κἂν τετύφλωται ὑπὸ τοῦ σκότους τῆς ἁμαρτίας, ἀλλ' ὅμως ἔχει θέλημα τοῦ βοῆσαι καὶ καλέσαι Ἰησοῦν, ἵνα αὐτὸς ἐλθὼν λύτρωσιν αἰώνιον ποιήσῃ τῇ ψυχῇ.

Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ τυφλὸς, εἰ μὴ ἐβόησε, καὶ ἡ αἱμοῤῥοοῦσα προσῆλθε τῷ κυρίῳ, οὐκ ἂν ἐτύγχανον ἰάσεως· οὕτως ἐὰν μή τις ἐκ τοῦ ἰδίου θελήματος, καὶ E ὅλης προαιρέσεως ἔλθῃ πρὸς κύριον, καὶ μετὰ πληροφορίας πίστεως δεηθῇ, ἰάσεως οὐ τυγχάνει· διὰ τί γὰρ ἐκεῖνοι πιστεύσαντες ἰῶντο εὐθέως, ἡμεῖς δὲ οὔπω διεβλέψαμεν ἐξ ἀληθείας, καὶ οὐκ ἰάθημεν ἐκ τῶν κρυφίων παθῶν; καί τοι μᾶλλον ὁ κύριος φροντίδα ποιεῖται ὑπὲρ τῆς ἀθανάτου ψυχῆς, ἢ ὑπὲρ τοῦ σώματος· ἥτις ἐὰν διαβλέψῃ κατὰ τὸν λέγοντα, ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, οὐκέτι εἰς τὸν αἰῶνα τυφλωθήσεται, καὶ ἰαθεῖσα οὐκέτι τραυματισθήσεται. εἰ γὰρ ἐπιμέλειαν τῶν φθαρτῶν σωμάτων ὁ κύριος ἐποιήσατο, ἐλθὼν ἐπὶ τῆς γῆς, πόσῳ μᾶλλον τῆς ἀθανάτου, καὶ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ πεποιημένης ψυχῆς; ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπιστίαν ἡμῶν, διὰ τὴν διχοστασίαν

V. Tantis igitur vulneribus affectus eſt, ut nemini datum ſit ea curare, niſi ſoli Domino, cui ſoli poſſibile eſt. Ipſe enim veniens [a] *ſuſtulit peccata mundi*, hoc eſt, impurum illum fontem cogitationum animæ exſiccavit. Quemadmodum enim illa, quæ ſanguinis profluvio laborabat, [b] cum omnia ſua bona in medicos impendiſſet, a nullo tamen eorum curata eſt; donec progreſſa ad Dominum, & credens in veritate, tetigit fimbriam veſtimenti ejus; & ſic mox ſanitatem ſe conſecutam eſſe ſenſit, ac ſtetit profluvium ſanguinis: ſic quoque animam ſauciatam ab initio vulnere incurabili vitioſarum affectionum, nullus nec juſtorum, nec patrum, nec prophetarum, nec patriarcharum curare potuit.


XXII. Perinde ac si sit acies Persarum, atque acies Romanorum, atque prodeant ex iis pennati adolescentes duo, viribus æquales, qui lucta contendant; ita adversaria potestas & mens æquas vires obtinent adversus se invicem: ac parem facultatem habet satanas adhortandi & alliciendi animam ad voluntatem suam, atque anima e diverso pugnam habet, ut contradicat, & in nulla re ei obsequatur. Exhortatione enim excitari possunt ambæ facultates, tum ad bonum, tum ad malum, non tamen compelli. Huic igitur liberæ electioni datur divina remuneratio, potestque dimicando sumere arma de cælo, atque eorum beneficio eradicare ac superare peccatum. Contradicere enim peccato potest quidem anima: sine Deo vero superare aut exstirpare vitium nequit. Verum qui asserunt, peccatum esse velut strenuum gigantem, animam vero velut pusillum, perperam dicunt. Si enim adeo essent res dissimiles, ut peccatum sit velut gigas, anima vero velut pusillus, iniquus esset legislator, qui legem tulit homini, ut pugnam ineat adversus satanam.

XXIII. Hoc autem est fundamentum viæ ad Deum deducentis, in tolerantia multa, in spe, in humilitate, in paupertate spiritus, in mansuetudine viam vitæ peragere; & horum beneficio quis obtinere potest justitiam in se ipso: dicimus autem justitiam, ipsum Dominum. Hæc enim mandata, quæ hunc in modum præcipiunt, sunt tamquam lapides miliares fixi, & signa regiæ viæ, deducentis ad cælestem civitatem inambulantes. Inquit enim: [a] *Beati pauperes spiritu; Beati mites; Beati misericordes; Beati pacifici.* Hunc dicito esse Christianismum. Si vero quis hac via non inambulet, per devia errat, malo fundamento usus. Gloria miserationibus Patris, & Filii, & Spiritus sancti in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ κη'.

Διαγράφει καὶ ἀποδύρεται αὕτη ἡ ὁμιλία τὴν ξυμφορὰν τῆς ψυχῆς, ὅτι διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ κύριος οὐκ οἰκεῖ ἐν αὐτῇ. καὶ περὶ τοῦ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, D ὅτι οὐδεὶς ἐν γεννητοῖς γυναικῶν αὐτοῦ μείζων ἐστί.

Ὥσπερ ὀργισθεὶς ὁ Θεός ποτε Ἰουδαίοις, παρέδωκε τὴν Ἱερουσαλὴμ εἰς τὸ προφανὲς ἐχθροῖς, καὶ ἐκυρίευον αὐτῶν οἱ μισοῦντες αὐτούς, καὶ οὐκ ἦν ἔτι ἐκεῖ ἑορτή, οὔτε προσφορά· οὕτω καὶ τῇ ψυχῇ ὀργισθεὶς, διὰ τὴν παράβασιν τῆς ἐντολῆς, παρέδωκεν αὐτὴν τοῖς ἐχθροῖς, δαίμοσί τε καὶ πάθεσι· καὶ οὕτω πλανήσαντες αὐτὴν, τελείως ἠφάνισαν, καὶ οὐκέτι ἦν ἐκεῖ οὔτε ἑορτή, οὔτε θυμίαμα, οὔτε προσφορὰ δι᾽ αὐτῆς τῷ Θεῷ ἀναπεμπομένη. πλησθέντων ἐν ταῖς ὁδοῖς τῶν γνωρισμάτων αὐτῆς θηρίων δεινῶν, καὶ ἑρπετῶν πνευμάτων πονηρίας ἐν αὐτῇ καταλυόντων· E καὶ ὥσπερ οἶκος, ἐὰν μὴ ἔχῃ τὸν δεσπότην κατοικοῦντα, σκότος, καὶ ἀτιμίαν, καὶ ὕβριν ἐνδύεται, καὶ ῥυπαρίας καὶ κοπριῶν ἐμπέπλησται· οὕτω καὶ ψυχὴ ἡ μὴ ἔχουσα τὸν δεσπότην αὐτῆς μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐν ἑαυτῇ χορεύοντα, σκότους ἁμαρτίας, καὶ αἰσχύνης παθῶν, καὶ πάσης ἀτιμίας ἐμπίμπλαται.

Οὐαὶ ὁδῷ, ἐὰν μηδεὶς ἐν αὐτῇ περιπατῇ, μήτε ἀκούῃ ἐν αὐτῇ φωνῆς ἀνθρώπου· ὅτι καταλυτήριον θηρίων τυγχάνει. οὐαὶ ψυχῇ, ὁπόταν μὴ ὁδεύῃ ἐν αὐτῇ ὁ κύριος, καὶ τῇ φωνῇ αὐτοῦ φυγῇ ἐξ αὐτῆς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας θηρία. οὐαὶ οἰκίᾳ, ὁπότε ὁ δεσπότης οὐκ οἰκεῖ ἐν αὐτῇ. οὐαὶ γῇ, ὁπότε μὴ ἔχει τὸν ἐργαζόμενον αὐτὴν γεωργόν· οὐαὶ πλοίῳ, ὁ-

HOMILIA XXVIII.

Describit ac deplorat hæc Homilia calamitatem animæ, in qua propter peccatum non habitat Christus. Et de Joanne Baptista, quod inter natos mulierum nullus eo sit major.

I. Quemadmodum olim Deus infensus Judæis tradidit Jerusalem in spectaculum hostibus, & dominati sunt in eos, qui oderant illos, nec erat amplius ibi festum, neque oblatio: sic etiam iratus animæ, propter transgressionem mandati, tradidit eam hostibus, dæmonibus & affectionibus: qui cum sic seduxissent eam, penitus eam deformarunt: nec amplius illic erat festum, nec incensum, nec oblatio per eam Deo offerebatur, repletis in viis insignibus ejus diris feris, ac reptilibus spiritibus in ea diversantibus. Et quemadmodum domus, si careat Domino inhabitante, tenebras, probrum ac contumeliam induit, sordibusque ac stercore repletur; sic quoque anima destituta Domino suo, cum angelis in se tripudiante, tenebris peccati, turpitudine affectionum atque omni ignominia repletur.

II. Væ viæ, si nemo in ea ambulet, nec audiat in ea vocem hominis! quia receptaculum est bestiarum. Væ animæ, si non ambulet in ea Dominus, atque voce sua fuget ex ea spirituales nequitiæ bestias! Væ domui, si non dominus eam inhabitet! Væ terræ, si caruerit, qui exerceat eam, colono! Væ navi, si destituatur gubernatore, quo-

a Matth. V. 3. seq.

πότε μὴ ἔχῃ τὸν κυβερνήτην, ὅτι ἀπὸ τῶν κυμάτων καὶ τοῦ σάλου τῆς θαλάσσης φερόμενον ἀπόλλυται· οὐαὶ ψυχῇ, ὁπόταν μὴ ἔχῃ τὸν ἀληθινὸν κυβερνήτην Χριστὸν ἐν αὐτῇ, ὅτι ἐν τῇ θαλάσσῃ τῆς πικρίας τοῦ σκότους τυγχάνουσα, καὶ ὑπὸ τοῦ σάλου τῶν παθῶν κυματουμένη, καὶ ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων χειμαζομένη, τὸ τέλος ἀπώλειαν κτᾶται. οὐαὶ ψυχῇ, ὁπόταν μὴ ἔχῃ τὸν ἐργαζόμενον αὐτὴν ἐπιμελῶς Χριστὸν, ἵνα καρποὺς ἀγαθοὺς τοῦ πνεύματος ἐνεγκεῖν δυνηθῇ, ὅτι ἔρημος οὖσα, καὶ ἀκανθῶν καὶ τριβόλων μεστὴ, τὸ τέλος καῦσιν πυρὸς καρποῦται· οὐαὶ ψυχῇ, ὁπόταν μὴ ἔχῃ τὸν δεσπότην αὐτῆς Χριστὸν ἐν ἑαυτῇ κατοικοῦντα, ὅτι ἔρημος οὖσα καὶ δυσωδίας παθῶν ἐμπεπλησμένη καταλυτήριον κακίας τυγχάνει.

A niam fluctibus & tempeſtate maris jactata perit! Væ animæ, cum verum gubernatorem Chriſtum in ſe non habuerit! quoniam in acerbo tenebrarum mari degens, & fluctibus affectionum quaſſata, atque a ſpiritibus nequam, velut hiemali tempeſtate jactata, tandem interitum conſequitur. Væ animæ, ſi caruerit, qui excolat illam diligenter, Chriſto, ut bonos fructus Spiritus producere poſſit! quia cum ſit deſerta, ſpinis ac tribulis plena, tandem exuſtionem ignis pro fructu producit ac conſequitur. Væ animæ, ſi non habuerit Dominum ſuum Chriſtum in ſe habitantem! quia cum ſit deſerta, ac fœtore affectionum ſcateat, diverſorium exſiſtit vitiorum.

B

Ὥσπερ γὰρ ὁ γεωργὸς ἐπὰν πορεύηται ἐργάσασθαι τὴν γῆν, δέον τὰ ἐργαλεῖα καὶ ἄμφια πρὸς τὴν ἐργασίαν λαμβάνειν. οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ὁ βασιλεὺς ὁ ἐπουράνιος καὶ ἀληθινὸς γεωργὸς, ἐλθὼν πρὸς τὴν ἐρημωθεῖσαν ὑπὸ τῆς κακίας ἀνθρωπότητα, ἐνδυσάμενος τὸ σῶμα καὶ ὡς ἐργαλεῖον τὸν σταυρὸν βαστάσας, εἰργάσατο τὴν ἔρημον ψυχήν· καὶ ἔλαβεν ἐξ αὐτῆς τὰς ἀκάνθας καὶ τριβόλους τῶν πονηρῶν πνευμάτων, καὶ τὰ ζιζάνια τῆς ἁμαρτίας ἐξέτιλλε, καὶ πάντα χόρτον ἁμαρτημάτων αὐτῆς πυρὶ κατέκαυσε· καὶ οὕτως ἐργασάμενος αὐτὴν τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ, ἐφύτευσεν ἐν αὐτῇ τὸν παγκάλλιστον παράδεισον τοῦ πνεύματος, πάντα καρπὸν ἡδὺν καὶ ἐπιθυμητὸν φέροντα ὡς δεσπότῃ Θεῷ.

III. Quemadmodum enim colonum, ſi accingat ſe ad excolendam terram, oportet inſtrumenta atque indumenta ad culturam accommoda ſumere: ita Chriſtus, rex ille cæleſtis ac verus agricola, veniens ad deſolatam per vitium humanitatem, aſſumto corpore, ac pro inſtrumento crucem portando, excoluit animam deſertam, & ex ea decerpſit ſpinas & tribulos pravorum ſpirituum, & lolia peccati evulſit, atque omne fœnum peccatorum ejus igni combuſſit: cumque ſic exercuiſſet illam ligno crucis, plantavit in ea pulcherrimum hortum Spiritus, omnis generis ſuaviſſimum & gratiſſimum fructum Deo velut Domino producentem.

C

Καὶ ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ τριημέρου σκότους γενομένου, οὐκ ἔβλεπεν υἱὸς πατέρα, οὔτε ἀδελφὸς ἀδελφὸν, οὔτε φίλος γνήσιον φίλον, τοῦ σκότους καλύψαντος αὐτούς· οὕτω τοῦ Ἀδὰμ παραβάντος τὴν ἐντολὴν, καὶ πεσόντος ἀπὸ τῆς προτέρας δόξης, καὶ ὑπὸ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου γεγονότος, καὶ τοῦ καλύμματος τοῦ σκότους ἐλθόντος ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἀπ᾽ αὐτοῦ, καὶ μέχρι τοῦ ἐσχάτου Ἀδὰμ τοῦ κυρίου, οὐκ ἔβλεπε τὸν ἀληθινὸν πατέρα τὸν ἐπουράνιον, καὶ τὴν ἀγαθὴν καὶ χρηστὴν μητέρα τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, καὶ τὸν γλυκὺν καὶ ποθούμενον ἀδελφὸν τὸν κύριον, καὶ τοὺς φίλους καὶ γνησίους ἀγγέλους ἁγίους, μεθ᾽ ὧν ἔχαιρε χορεύων καὶ ἑορτάζων. οὐ μόνον δὲ ἕως τοῦ ἐσχάτου Ἀδὰμ, ἀλλ᾽ ἔτι καὶ νῦν ἐφ᾽ οὓς οὐκ ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης Χριστὸς, καὶ ὧν οὐκ ἠνοίγησαν οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὶ, ἀπὸ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς φωτισθέντες, ὑπὸ τὸ αὐτὸ σκότος τῆς ἁμαρτίας ἔτι τυγχάνουσι, τὴν αὐτὴν τῶν ἡδονῶν ἐνέργειαν ἔχοντες, τῇ αὐτῇ τῇ τιμωρίᾳ ὑποκείμενοι, ὀφθαλμοὺς βλέποντας τὸν πατέρα μηδέπω ἔχοντες.

IV. Et ſicut in Ægypto, triduis tenebris factis, non videbat filius patrem, nec frater fratrem, nec amicus ſincerum ac germanum amicum, tenebris obvelantibus eos: ſic poſtquam Adamus tranſgreſſus eſt mandatum, & a priſtina gloria excidit, ac ſpiritui mundi obnoxius eſt factus, velamine quoque tenebrarum veniente in animam ejus, ipſius culpa, vel uſque ad poſtremum Adamum, nempe Dominum, non videbat verum patrem cæleſtem, bonam ac benignam matrem, gratiam Spiritus; dulcem ac deſideratum fratrem, Dominum; amicos & germanos, ſanctos angelos, quibuſcum gaudebat tripudians, & feſta celebrans. Non ſolum autem uſque ad poſtremum Adamum; ſed etiamnum hi, quibus non eſt exortus ſol juſtitiæ Chriſtus, quorumque oculi animæ non ſunt aperti, a vero lumine illuminati, ſub iiſdem adhuc hærent tenebris peccati, eadem voluptatum agente vi præditi, eidem ſupplicio ſubjecti, oculos, qui patrem videant, nondum conſecuti.

D


Τοῦτο γὰρ ὀφείλει γινώσκειν ἕκαστος, ὅτι εἰσὶν ὀφθαλμοὶ ἐνδότεροι ὀφθαλμῶν τούτων, καὶ ἔστιν ἀκοὴ ἐνδοτέρα τῆς ἀκοῆς ταύτης· καὶ ὥσπερ οὗτοι οἱ ὀφθαλμοὶ αἰσθητῶς βλέπουσι καὶ κατανοοῦσι τὸ πρόσωπον τοῦ φίλου, ἢ τοῦ ἀγαπητοῦ· οὕτως καὶ οἱ τῆς ἀξίας καὶ πιστῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὶ πνευματικῶς φωτισθέντες φωτὶ θεϊκῷ, βλέπουσι καὶ κατανοοῦσι τὸν ἀληθινὸν φίλον, καὶ γλυκύτατον, καὶ πολυπόθητον νυμφίον τὸν κύριον, καταλαμπομένης τῆς ψυχῆς ὑπὸ τοῦ προσκυνητοῦ πνεύματος· καὶ οὕτω βλέπουσα νοερῶς τὸ ἐπιθυμητὸν καὶ μόνον ἀνεκλάλητον κάλλος εἰς ἔρωτα θεῖον τιτρώσκεται. καὶ εἰς πάσας ἀρετὰς τοῦ πνεύματος κατευθύνεται, καὶ οὕτως ἀόριστον καὶ ἀνέκλειπτον κέκτηται ἀγάπην, πρὸς τὸν ὑπ᾽ αὐτῆς ποθούμενον κύριον. τί τοίνυν μακαριώτερον τῆς ἀϊδίου φωνῆς ἐκείνης Ἰωάννου, δεικνύοντος πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν κύριον λέγοντος, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου;

E

V. Hoc enim quilibet perſpectum habere debet, eſſe oculos interiores horum oculorum, & interiorem auditum hujus auditus. Et quemadmodum hi oculi ſenſibiliter conſpiciunt ac cognoſcunt faciem amici aut dilecti: ſic quoque pretioſæ ac fidelis animæ oculi ſpiritualiter illuminati divino lumine, intuentur ac cognoſcunt verum amicum, ſuaviſſimum, multiſque votis deſideratum ſponſum Dominum, & quidem illuminata anima a Spiritu adorando. Quæ ſic intellectu conſpiciens deſideratam ac ſolam inenarrabilem pulchritudinem, amore divino ſauciatur, atque ad omnes virtutes Spiritus dirigitur, atque adeo immenſam & perpetuam conſequitur dilectionem, erga ſæpius a ſe deſideratum ſponſum. Quid igitur beatius æterna voce illa Joannis, monſtrantis ob oculos Dominum, ac dicentis: [a] *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi?*

[a] Joan. I. 29.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



Ἀληθῶς, ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐδεὶς μείζων Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ· πλήρωμα γὰρ πάντων τῶν προφητῶν τυγχάνει· καὶ πάντες μὲν προεφήτευσαν περὶ τοῦ κυρίου, μήκοθεν δεικνύοντες αὐτὸν παραγινόμενον· αὐτὸς δὲ προφητεύων περὶ τοῦ σωτῆρος, ἐδείκνυε παρ' ὀφθαλμοῖς πᾶσι, βοῶν καὶ λέγων, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, τί ἡδεῖα καὶ καλὴ ἡ φωνὴ εὐθὺ δεικνύοντος τὸ ὑπ' αὐτοῦ κηρυσσόμενον; μείζων Ἰωάννου ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐδείς· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν, οἱ ἄνωθεν ἐκ τοῦ Θεοῦ γεννηθέντες, ἀπόστολοι, οἱ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ παρακλήτου πνεύματος λαβόντες· οὗτοι γὰρ συνδικάσαι καὶ σύνθρονοι κατηξιώθησαν γενέσθαι, οὗτοι λυτρωταὶ τῶν ἀνθρώπων γεγόνασιν. εὑρίσκεις αὐτοὺς σχίζοντας θάλασσαν δυνάμεων πονηρῶν, καὶ διαγαγόντας ψυχὰς πιστευούσας· εὑρίσκεις αὐτοὺς γεωργοὺς τὴν ἄμπελον τῆς ψυχῆς ἐργαζομένους· εὑρίσκεις αὐτοὺς παρανύμφους, νυμφεύοντας ψυχὰς Χριστῷ· ἡρμοσάμην γάρ, φησιν, ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρί· εὑρίσκεις αὐτοὺς διδόντας ζωὴν τοῖς ἀνθρώποις· καὶ ἁπαξαπλῶς εὑρίσκεις αὐτοὺς πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως διακονοῦντας τῷ πνεύματι· οὗτος οὖν ἐστιν ὁ μικρὸς ὁ μείζων Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ.

VI. Revera [a] *inter natos mulierum nullus major Joanne Baptista*. Complementum enim est omnium prophetarum. Et omnes quidem vaticinati sunt de Domino, procul monstrantes eum venturum. Ipse vero de Salvatore prophetans, commonstrabat ante omnium oculos, clamans ac dicens: [b] *Ecce agnus Dei!* Quid erat suavis ac præclara vox recta monstrantis eum, quem prædicabat? [c] *Major Joanne inter eos qui nascuntur e mulieribus nullus; qui autem minor est in regno cælorum, major est illo.* Qui desuper ex Deo nati sunt apostoli & primitias Spiritus paracleti acceperunt: hi siquidem, ut una judices essent, ac in eodem throno sederent, digni reputati sunt: hi redemtores hominum facti sunt. Invenis eos dividentes mare pravarum potestatum, atque educentes fideles animas. Invenis eos colonos, vineam animæ excolentes. Invenis eos paranymphos, desponsantes animas Christo. [d] *Despondi enim*, inquit, *vos uni viro*. Invenis eos largientes vitam hominibus, & summatim invenis eos variis ac diversis modis ministrantes Spiritui. Hic igitur est ille parvus, qui major est Joanne Baptista.

Ὥσπερ γὰρ ὁ γεωργὸς ζυγὸν βοῶν κατέχων, ἐργάζεται τὴν γῆν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς, ὁ καλὸς καὶ ἀληθινὸς γεωργός, δύο ἀποστόλους ζεύξας, ἀπέστειλεν αὐτοὺς μετ' αὐτῶν ἐργαζόμενος τὴν γῆν τῶν ἀκουόντων, καὶ ἐν ἀληθείᾳ πιστευόντων, πλὴν καὶ τοῦτο εἰπεῖν ἄξιον, ὡς οὐκ ἐν λόγῳ μόνῳ ἀκοῆς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ τῶν ἀποστόλων κήρυγμα, ὡς ἄν τις εἰδὼς λόγους καὶ ἑτέροις ἐκδιηγούμενος, ἀλλ' ἐν δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ πνεύματος ἡ βασιλεία τυγχάνει. ταῦτα γὰρ πεπόνθασι καὶ Ἰσραηλιτῶν παῖδες, μελετῶντες τὰς γραφὰς ἀεί, καὶ περὶ τοῦ κυρίου δῆθεν τὴν μελέτην ἔχοντες, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν μὴ δεξάμενοι, ἑτέροις τὴν αὐτὴν κληρονομίαν ἀπέδοντο· οὕτως καὶ οἱ λόγους τοῦ πνεύματος διηγούμενοι ἑτέροις, αὐτοὶ τὸν λόγον ἐν δυνάμει μὴ κεκτημένοι, ἄλλοις ἀποδίδονται τὴν κληρονομίαν. δόξα πατρί, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

VII. Quemadmodum enim agricola jugum boum dirigens excolit terram: eodem quoque modo Dominus Jesus, præclarus ac verus agricola, binos apostolos copulans, emisit eos, cum illis excolens terram audientium ac vere credentium. Ceterum hoc quoque dictu dignum est, non in solo verbo auditus regnum Dei, & apostolorum prædicationem esse, veluti si quis dicendi facultate polleat, atque apud alios peroret; sed in virtute atque efficacia Spiritus regnum consistere. Hæc enim obtigerunt quoque Israelitarum filiis, continuo meditantibus scripturas, utpote qui de Domino meditationem suscipiebant, ipsam vero hereditatem aliis tradebant: ita qui sermones Spiritus aliis enarrant, cum ipsi verbum in virtute non possideant, aliis tradunt hereditatem. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ κθʹ.

Κατὰ δισσὸν τρόπον τὰς οἰκονομίας τῆς χάριτος εἰς τὸ γένος τῆς ἀνθρωπότητος ἐξεργάζεται ὁ Θεός, μέλλων τῆς αὐτῆς καρποὺς ἐν δικαίῳ κρίματι πάλιν ἀπαιτῆσαι.

HOMILIA XXIX.

Duplici ratione dispensationem gratiæ in genus humanum exercet Deus, fructus ejus justo judicio iterum repetiturus.

Ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία ἄπειρος καὶ ἀκατάληπτος οὖσα, ἀκαταλήπτως καὶ ἀνεξιχνιάστως τὰς οἰκονομίας τῆς χάριτος εἰς τὸ γένος τῆς ἀνθρωπότητος ἐξεργάζεται ποικίλως, πρὸς τὴν τοῦ αὐτεξουσίου θελήματος δοκιμασίαν, ὥστε φανερωθῆναι τοὺς ἐξ ὅλης καρδίας ἀγαπῶντας αὐτόν, καὶ πάντα κίνδυνον καὶ πόνον διὰ τὸν Θεὸν ὑπομένοντας· οἷς μὲν γὰρ προαπαντῶσι τὰ χαρίσματα, καὶ τὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος δωρήματα, εὐθὺς ἅμα τῷ προσελθεῖν μετὰ πίστεως καὶ αἰτήσεως, ἄνευ καμάτων καὶ ἱδρώτων καὶ πόνων, ἔστιν ὅτε ἐν τῷ κόσμῳ τυγχάνουσιν· ἔτι δίδωσι τὴν χάριν ὁ Θεός, οὐκ ἀργῶς, οὐδὲ ἀκαίρως, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ σοφίᾳ τινὶ ἀρρήτῳ, καὶ ἀκαταλήπτῳ, εἰς τὸ δοκιμασθῆναι τὴν προαίρεσιν, καὶ τὸ αὐτεξούσιον θέλημα τῶν ταχέως ἐπιτυχόντων τῆς θείας χάριτος, εἰ ᾔσθοντο τῆς εὐεργεσίας, καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς γενομένης χρηστότητος, καὶ γλυκύτητος τοῦ Θεοῦ, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἄνευ πόνων ἰδίων χάριτος, ἧς καταξιωθέντες ὀφείλουσι σπουδήν, καὶ δρόμον, καὶ ἀγῶνα, καὶ τὸν ἐκ θελήματος καὶ προαιρέσεως ἀγάπης καρπὸν ἐπιδείξασθαι, καὶ τὴν ἀμοιβὴν τῶν χαρισμάτων ἀνταποδοῦναι, τουτέστιν ὅλους

I. Sapientia Dei, cum sit infinita & incomprehensibilis, incomprehensibili & impervestigabili modo dispensationes gratiæ erga genus humanum varie exercet, ad liberam arbitrii voluntatem probandam, ut manifestentur, qui ex toto corde Deum diligunt, atque omne periculum ac laborem ejus caussa sustinent. Quos enim præoccupant charismata, ac Spiritus sancti dona, hi quamprimum accesserunt cum fide & postulatione, absque labore, sudore & fatigatione interdum in mundo degunt. Insuper largitur gratiam illam Deus non otiose, non frustra, neque fortuito; sed arcana quadam & incomprehensibili sapientia ad probandam intentionem ac liberam arbitrii voluntatem eorum, qui statim divinam gratiam consequuntur, an perceperint beneficium, & sibi præstitam benignitatem ac dulcedinem Dei, juxta proportionem gratiæ absque propriis laboribus oblatæ; qua digni habiti, debent studium, cursum, conatum ac fructum dilectionis a voluntate & proposito perfectum, demonstrare, ac retributionem charismatum rependere, hoc est, se totos dilectioni Domini addictos dedere, ipsius

a Matth. XI. 11. b Joan. I. 29. c Matth. XI. 11. d II. Cor. XI. 2.

ἑαυτοὺς διδόντες ἐκδότους εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἀγάπην, καὶ τὸ αὐτοῦ θέλημα μόνον ἐπιτελοῦντες, καὶ πάσης σαρκικῆς ἐπιθυμίας τελείως ἀναχωροῦντες.

Οἷς δὲ καὶ ἀναχωρήσασι τοῦ κόσμου, καὶ ἀρνησαμένοις τὸν αἰῶνα τοῦτον κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἐν πολλῇ προσκαρτερήσει εὐχῆς καὶ νηστείας, καὶ σπουδῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν τυγχάνουσιν, οὐκ εὐθὺς ὁ Θεὸς δίδωσι τὴν χάριν καὶ τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ ἀγαλλίασιν τοῦ πνεύματος, μακροθυμῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς καὶ τὴν δωρεὰν ἐπέχων· καὶ τοῦτο οὐκ ἀργῶς, οὐδὲ ἀκαίρως, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ σοφίᾳ τινὶ ἀῤῥήτῳ εἰς δοκιμασίαν τοῦ αὐτεξουσίου θελήματος, τοῦ ἰδεῖν, εἰ πιστὸν καὶ ἀληθῆ ἥγηνται τὸν Θεὸν τὸν ἐπαγγειλάμενον τοῖς αἰτοῦσι διδόναι, καὶ τοῖς κρούουσιν ἀνοίγειν θύραν ζωῆς, τοῦ ἰδεῖν καὶ πιστεύσαντας ἐξ ἀληθείας τῷ λόγῳ αὐτοῦ, εἰ ἕως τέλους παραμένουσιν ἐν πληροφορίᾳ πίστεως καὶ σπουδῆς, αἰτοῦντες καὶ ζητοῦντες, εἰ μὴ περικακήσαντες καὶ ὑποστείλαντες ἀποστραφῶσι, καὶ ἀπιστήσαντες καὶ ἀπελπίσαντες ὀλιγωρήσωσι, μὴ εἰς τέλος ὑπομείναντες διὰ τὴν παραβολὴν τοῦ χρόνου, καὶ τὸ δοκιμάσαι τὸ θέλημα καὶ τὴν προαίρεσιν.


Ὁ γὰρ μὴ τάχιον λαμβάνων, διὰ τῆς ἀναβολῆς καὶ μακροθυμίας τοῦ Θεοῦ πλέον ἐκκαίεται, καὶ πλέον ὀρέγεται τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν, καὶ πλείονα πόθον καὶ σπουδὴν, καὶ δρόμον καὶ ἀγῶνα, καὶ πᾶσαν ἀρετῆς κατάστασιν, καὶ πεῖναν, καὶ δίψαν, εἰς τὸ ἀγαθὸν ὁσημέραι προστίθησι, μὴ χαυνούμενος ὑπὸ τῶν τῆς κακίας λογισμῶν τῶν συνόντων τῇ ψυχῇ, καὶ εἰς ὀλιγωρίαν, καὶ ἀνυπομονησίαν, καὶ ἀπελπισμὸν ἐκτρεπόμενος, ἢ πάλιν προφάσει μακροθυμίας εἰς χαύνωσιν ἑαυτὸν ἐπιδώσῃ, λογισμῷ τοιούτῳ χρώμενος, ὡς ὅτι ὅτε δήποτε λαμβάνω τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ; κἀντεῦθεν εἰς ἀμέλειαν ὑπὸ τῆς κακίας ὑποκλεπτόμενος. ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ὅσον αὐτὸς ὁ κύριος διὰ τῆς ἀναβολῆς μακροθυμεῖ ἐπ᾽ αὐτῷ, δοκιμάζων τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ θελήματος αὐτοῦ, αὐτὸς ὀξυτέρως, καὶ ἐκτενέστερως, καὶ ἀνενδεῶς, καὶ ἀπερικακήτως ὀφείλει ζητεῖν τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, ἅπαξ πεπιστευκὼς καὶ πληροφορήσας ἑαυτὸν, ὅτι Θεὸς ἀψευδὴς καὶ ἀληθινός ἐστιν, ἀπαγγειλάμενος διδόναι τοῖς μετὰ πίστεως αἰτοῦσι τὴν χάριν αὐτοῦ ἕως τέλους, ἐν πάσῃ ὑπομονῇ.

Ταῖς γὰρ πισταῖς ψυχαῖς πιστὸς καὶ ἀληθὴς ἡγεῖται ὁ Θεὸς, καὶ ἐσφράγισαν ὅτι ἀληθής ἐστι, κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον. ἀκολούθως οὖν τῇ προειρημένῃ τῆς πίστεως ἐννοίᾳ ἀνακρίνουσιν ἑαυτὰς, ἐν τίσιν ὑστεροῦσι τὸ ὅσον ἐξ αὐτῶν, ἢ πόνῳ, ἢ ἀγῶνι, ἢ σπουδῇ, ἢ πίστει, ἢ ἀγάπῃ, ἢ τῇ λοιπῇ τῶν ἀρετῶν καταστάσει· καὶ ἀνακρίνουσαι ἐν πάσῃ ἀκριβείᾳ λεπτότητος, βιάζονται, ὅση δύναμις, καὶ ἄγχουσιν εἰς τὴν εὐαρέστησιν τοῦ κυρίου, ἅπαξ πιστεύσασαι, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθὴς ὢν οὐ στερήσει τῆς τοῦ πνεύματος δωρεᾶς αὐτὰς, εἰ παραμείνωσιν ἕως τέλους εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν διὰ πάσης σπουδῆς λατρείαν καὶ ἀναμονὴν, ἀλλὰ καταξιωθήσονται τῆς οὐρανίου χάριτος, ὡς ἔτι ἐν σαρκὶ τυγχάνουσαι, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς τεύξονται.

Καὶ οὕτως κινοῦσιν ὅλην τὴν ἀγάπην αὐτῶν πρὸς τὸν κύριον, ἀρνησάμεναι πάντα, καὶ αὐτὸν μόνον ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ πείνῃ καὶ δίψει προσδοκῶσαι, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν καὶ παράκλησιν τῆς χάριτος ἐκδεχόμεναι πάντοτε, καὶ ἐπὶ μηδενὶ τούτου τοῦ κόσμου παρακαλούμεναι, καὶ ἀναπαυόμεναι, καὶ δεσμούμεναι ἑκουσίως· ἀλλὰ πάντοτε τοῖς ὑλικοῖς λογισμοῖς ἀντιλέγουσαι, τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν καὶ ἀντίληψιν μόνον προσ-

voluntatem solam peragere, & ab omni carnali concupiscentia penitus recedere.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



II. Quibus vero, quamvis secesserint a mundo, & renuntiarint huic sæculo secundum evangelium, atque assidue in continuatione precum, jejunii, diligentiæ, reliquarumque virtutum perseverarint, non statim Deus concedit gratiam, requiem & exsultationem spiritus, longanimitate erga eos usus, donumque retinens: nec quoque hoc otiose, neque intempestive, neque fortuito facit, sed secreta quadam sapientia ad probandam liberi arbitrii voluntatem, ut videat, an fidelem ac veracem reputent Deum, qui pollicitus sit, se daturum petentibus, ac pulsantibus aperturum januam vitæ: ut perspiciat quoque, an qui vere credunt verbo suo, ad finem usque permansuri sint in plena fiducia fidei ac industriæ, postulantes ac quærentes: an non afflicti, & remissiores facti avertantur, ac diffidentes & desperantes contemnant, non perdurantes ad finem usque propter interjectionem temporis, ac probationem voluntatis & propositi.

III. Qui enim non confestim accipit, propter dilationem ac longanimitatem Dei, ardentius accenditur, vehementiusque appetit cælestia bona, atque majus desiderium, studium, cursum, certamen, omnem virtutis statum, esuriem & sitim ad bonum quotidie apponit, non factus remissior a malitia cogitationum animæ inhærentium, & in contemtum, impatientiam ac desperationem conversus: aut contra, prætextu longanimitatis, socordiæ se ipsum dedat, hac cogitatione usus, nempe, *Quando consequar gratiam Dei?* inde ad negligentiam a malitia subreptus. At vero quanto magis Dominus ipse differendo longanimum se præstat erga eum, examinans fidem ac dilectionem voluntatis ejus; tanto acrius, tanto diligentius, irremisse ac indefatigabiliter inquirere debet donum Dei, semel credens, ac certa fiducia sibi persuadens, Deum mendacii expertem ac veracem esse, qui promisit, se daturum gratiam suam in fide eam petentibus, usque ad finem cum omni patientia.

IV. Fideles enim animæ fidelem ac veracem existimant Deum, [a] *& obsignaverunt, quod verax sit*, ut verus sermo perhibet. Consequenter igitur juxta prædictam fidei notitiam dijudicant se ipsas, quarum rerum inopiam patiantur, quantum possunt, sive labore, sive certamine, sive studio, sive fide, sive dilectione, sive reliqua virtutum acie: & ubi se examinarint omnino accurate & subtiliter, compellunt, pro viribus, atque adigunt se ipsas ad bene placendum Domino; quippe quæ semel crediderunt, Deum, qui verax est, non privaturum eas dono Spiritus, si permanserint usque ad finem in cultu atque exspectatione cum omni diligentia, sed dignas se reputatum iri cælesti gratia, ut adhuc in carne exsistentes, atque vitam æternam consecuturas.

V. Atque hoc pacto mota omni dilectione sua ad Dominum, repudiatisque omnibus, eum solum summo desiderio, esurie & siti exspectant; & recreationem & consolationem gratiæ perpetuo præstolantes, in nulla re hujus mundi consolationem accipiunt & requiescunt, ac ultro ligatæ sunt: sed crassis semper cogitationibus contradicentes, auxilium atque remunerationem Dei tantum exspectant,

[a] Joan. III. 33.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

A δοκοῦσιν, ὁπότε ταῖς τοιαύτην σπουδὴν ϰ προαίρεσιν ϰ ὑπομονὴν ἀναδεχομέναις ψυχαῖς αὐτὸς ὁ κύριος ἤδη κρυπτῶς συνέστι, ϰ βοηθεῖ, ϰ διαφυλάττει, καὶ ὑποστηρίζει ἕκαστον τῆς ἀρετῆς καρπόν· κἂν ἐν πόνῳ ϰ θλίψει τυγχάνωσι, κἂν ἐν ἐπιγνώσει ἀληθείας, ϰ φανερώσει ψυχῆς, οὐδέπω ἐκομίσαντο τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, ϰ τὴν ἀνάπαυσιν τῆς ἐπουρανίου δωρεᾶς, ϰ ἐν πληροφορίᾳ οὐκ ᾔσθοντο ταύτης διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἄῤῥητον σοφίαν, ϰ τὰ ἀνεκδιήγητα κρίματα, δοκιμάζοντος διαφόρως τὰς πιστευούσας ψυχὰς, ϰ εἰς τὴν ἐκ θελήματος ϰ προαιρέσεως ἀγάπην ἀποσκοποῦντος. ὅροι γὰρ ϰ μέτρα ϰ σταθμοὶ τῆς αὐτεξουσίου προαιρέσεώς εἰσι, ϰ τοῦ θελήματος τῆς ἀγάπης, ϰ τῆς εἰς πάσας τὰς ἁγίας αὐτοῦ ἐντολὰς, ὅση δύναμις διαθέσεως· καὶ οὕτως ἀναπληροῦσαι αἱ ψυχαὶ τὸ τῆς B ἀγάπης αὐτῶν ϰ ὀφειλῆς μέτρον, τῆς βασιλείας ϰ τῆς αἰωνίου ζωῆς καταξιοῦνται.

Δίκαιος γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ δίκαια τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ προσωποληψία παρ' αὐτῷ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κατὰ ἀναλογίαν τῶν εὐεργεσιῶν, ἤτοι σωματικῶν, ἢ πνευματικῶν, ἤτοι γνώσεως, ἤτοι συνέσεως, ἢ διακρίσεως, ἃ καὶ ἐν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ὁ Θεὸς διαφόρως ἐνέθηκεν, ἕκαστον κρίνων τοὺς καρποὺς τῆς ἀρετῆς ἐπιζητήσει, ϰ κατ' ἀξίαν ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ δυνατοὶ δυνατῶς ἐτασθήσονται· ὁ γὰρ ἐλάχιστος συγγνωστός ἐστιν ἐλέους· καὶ ὁ κύριος λέγει, δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ C ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς· ὁ δὲ μὴ γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας· παντὶ δὲ ᾧ ἐδόθη πολὺ, πολὺ ζητήσεται παρ' αὐτοῦ· καὶ ᾧ πολὺ παρέθεντο, περισσότερον ἀπαιτήσουσιν αὐτόν. τὴν δὲ γνῶσιν καὶ σύνεσιν διαφόρως νόει, ἤτοι κατὰ χάριν ϰ δόμα ἐπουράνιον τοῦ πνεύματος, ἤτοι κατὰ φυσικὴν ἀκολουθίαν συνέσεως ἢ διακρίσεως, ϰ διὰ τῶν θείων γραφῶν παιδεύσεως· ἕκαστος γὰρ τοὺς καρποὺς ἀπαιτηθήσεται τῆς ἀρετῆς, κατὰ ἀναλογίαν τῶν παρὰ Θεοῦ γενομένων εἰς αὐτὸν εὐεργεσιῶν, ἤτοι φυσικῶν, ἤτοι ἐκ θείας χάριτος δεδομένων· ἀναπολόγητος τοίνυν ἐστὶ πᾶς ἄνθρωπος παρὰ Θεῷ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· ἕκαστος γὰρ καθ' ὃ ἔγνω τοὺς καρποὺς τῆς πίστεως, καὶ D ἀγάπης, ϰ πάσης ἀρετῆς τῆς πρὸς αὐτὸν, ἐκ προαιρέσεως ϰ θελήματος ἀνταπόδοσιν ἀπαιτηθήσεται, ἤτοι δι' ἀκοῆς, ἤτοι μηδέποτε λόγον ἀκούσας Θεοῦ.

Ἀποσκοποῦσα γὰρ ἡ ψυχὴ ἡ πιστὴ ϰ φιλαλήθης, εἰς τὰ ἀποκείμενα αἰώνια ἀγαθὰ τοῖς δικαίοις, καὶ εἰς τὴν ἄῤῥητον τῆς μελλούσης ἐπιφοιτᾷν θείας χάριτος εὐεργεσίαν, ἀναξίαν ἑαυτὴν, ϰ τὴν σπουδὴν αὐτῆς, ϰ πόνον, ϰ κάματον ἡγεῖται πρὸς τὰς ἀῤῥήτους ἐπαγγελίας τοῦ πνεύματος. οὗτός ἐστιν ὁ πτωχὸς τῷ πνεύματι, ὃν ὁ κύριος μακαρίζει. οὗτός ἐστιν ὁ πεινῶν ϰ διψῶν τὴν δικαιοσύνην· οὗτός ἐστιν ὁ συντετριμμένος τὴν καρδίαν. οἱ τοιαύτην προαίρεσιν ἀναλαμβάνοντες, ϰ σπουδὴν, ϰ πόνον, ϰ πόθον ἀρετῆς, καὶ E ἕως τέλους ἐν αὐτῷ διαμένοντες, τῆς ζωῆς ϰ τῆς αἰωνίου βασιλείας ἐπιτυχεῖν ἐξ ἀληθείας δυνήσονται. μὴ τοίνυν τις τῶν ἀδελφῶν κατεπαιρέσθω τοῦ ἀδελφοῦ, ϰ εἰς οἴησιν προκοπτέτω, ὑπὸ τῆς κακίας ὑποκλεπτόμενος, ὡς ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ χάρισμα πνευματικὸν κέκτημαι· οὐκ ἔστι γὰρ ἄξιον ταῦτα Χριστιανοὺς ἐνθυμεῖσθαι. τί γὰρ ποιεῖ ἡ αὔριον εἰς ἐκεῖνον οὐκ οἶδας· ϰ ποῖον τέλος ἐκείνου, ϰ ποῖον τὸ σὸν ἀγνοεῖς· ἀλλ' ἕκαστος ἑαυτῷ προσέχων, ἀνακρινέτω τὴν ἰδίαν συνείδησιν πάντοτε, ϰ δοκιμαζέτω τὸ ἔργον αὐτοῦ τῆς καρδίας, ποίαν σπουδὴν ϰ ἀγῶνα ὁ νοῦς ἔχει πρὸς τὸν Θεόν. ϰ εἰς τὸν τέλειον σκοπὸν τῆς ἐλευθερίας, ϰ ἀπαθείας, ϰ τῆς καταπαύσεως τοῦ πνεύματος ἀποσκοπῶν,

A cum hujuſmodi ſtudio, intentione ac patientia præditis animis ipſe Dominus jam occulte adſit, ſuppetias ferat, conſervet & ſuffulciat omnem virtutis fructum: ac licet in labore & afflictione ſint, & in cognitione veritatis & illuſtratione animæ, nondum tamen conſecutæ ſunt gratiam Spiritus, ac recreationem cæleſtis doni, nec in plena fide conſtitutæ perceperunt eam, propter arcanam ſapientiam, & inenarrabilia judicia Dei, qui variis modis fideles animas probat, & dilectionem ex voluntate & propoſito manantem intuetur. Termini enim quidam ſunt, menſuræ ac trutinæ, liberæ intentionis, & voluntariæ dilectionis, atque affectionis erga omnia ſancta ejus mandata, quantum licet. Quo B fit, ut animæ, quæ implent amoris atque officii ſui menſuram, regno ac vita æterna idoneæ judicantur.

VI. Juſtus enim Deus eſt, & juſta judicia ejus, neque reſpectus perſonarum apud eum ullus: ſed pro modo beneficiorum, ſive corporalium, ſive ſpiritualium, ſive ſcientiæ, ſive intellectus (quæ Deus naturæ quoque humanæ varie indidit) judicaturus unumquemque, fructus virtutis requiret, & pro dignitate reddet cuique juxta opera ejus; & [a] *potentes potenter tormenta patientur*. Minimus enim venia ac miſericordia dignus. Et Dominus ait: [b] *Servus, qui cognovit voluntatem Domini ſui, & non* C *ſe præparavit, nec fecit ſecundum voluntatem ejus, plagis vapulabit multis. Qui autem non cognovit, & fecit digna plagis; vapulabit paucis. Porro cuicumque multum datum eſt, multum quæretur ab eo, & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.* Scientiam autem & intellectum diverſimode intellige, tam ſecundum gratiam & donum cæleſte Spiritus, quam ſecundum naturalem progreſſum intellectus & diſcretionis, atque e ſacris litteris profectæ inſtitutionis. Ab unoquoque enim repoſcentur fructus virtutis, pro modo a Deo in ſe collatorum beneficiorum; ſive naturalium, ſive a divina gratia conceſſorum. Inexcuſabilis ergo eſt omnis homo apud Deum in die judicii. A quolibet enim, pro- D ut novit, fructus fidei, & dilectionis, atque omnis ſibi conceſſæ virtutis, intentionis ac voluntatis ratione habita, reſtitutio exigetur, ſive auditu perceperit, ſive numquam verbum Dei audiverit.

VII. Anima enim fidelis, ac veritatis amans, intuens æterna bona juſtis repoſita, atque ineffabile venturæ gratiæ divinæ beneficium, ſe ipſam, ac ſtudium ſuum, laborem atque fatigationem indignam ſtatuit arcanis promiſſionibus Spiritus. Hic [c] *pauper eſt Spiritu*, quem Dominus *beatum prædicat*: hic eſurit & ſitit juſtitiam: hic eſt contritus corde. Qui hujuſmodi intentionem ſuſcipiunt, ſtudium, laborem, ac deſiderium virtutis, & ad finem uſque E in eo permanent, vitam & regnum æternum vere conſequi poterunt. Ne igitur quis fratrum extollatur adverſus fratrem, nec ad arrogantem ſui exiſtimationem procedat, a malitia ſubreptus, inquiens, nempe, *Ego donum ſpirituale conſecutus ſum*. Non enim decet Chriſtianos hæc cogitare. Quid enim craſtina lux illi allatura ſit, ignoras: & quis finis ejus, quiſve tuus futurus ſit, neſcis. Verum quiſque ſibi attendat, & propriam conſcientiam aſſidue dijudicet, ac probet opus cordis ſui, quo ſtudio, quove conatu mens ſua Deum proſequatur: & ad perfectum ſcopum libertatis, & affectionum vacuitatis, atque quietis ſpiritualis collimans, citra omnem intermiſſionem ac ſegnitiem currat, in nullo

a Sap. vi. 7. b Luc. xii. 47. c Matth. V. 3.

ἀπαύστως τρεχέτω καὶ ἀόκνως, ἐν μηδενὶ χαρίσματι, ἢ καὶ δικαιώματι πληροφορούμενος. δόξα καὶ προσκύνησις πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A charismate aut justificatione collocata fiducia. Gloria & adoratio Patri, & Filio, & Spiritui sancto in sæcula. Amen.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

ΟΜΙΛΙΑ λ΄.

Ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος δεῖ γεννηθῆναι τὴν μέλλουσαν εἰσελθεῖν εἰς βασιλείαν Θεοῦ ψυχήν· καὶ ὃν τρόπον τοῦτο γένηται.

HOMILIA XXX.

Ex Spiritu sancto renasci oportet animam, quæ regnum Dei ingressura est, & quo pacto hoc fiat.

ΟΙ τὸν λόγον ἀκούοντες, ἔργον τοῦ λόγου ἐν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς ὀφείλουσιν ἐπιδείξασθαι. ὁ λόγος γὰρ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔστι λόγος ἀργὸς, ἀλλ' ἔργον ἔχει εἰς τὴν ψυχὴν γιγνόμενον· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἔργον λέγεται, ἵνα καὶ ἔργον εὑρεθῇ ἐν τοῖς ἀκούουσι. παράσχοι τοίνυν ὁ κύριος τὸ ἔργον τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς ἀκούουσιν, ἵνα ὁ λόγος ἔγκαρπος εὑρεθῇ εἰς ἡμᾶς· ὥσπερ γὰρ σκιὰ προάγει τὸ σῶμα· ἡ σκιὰ δὲ τὸ σῶμα δηλοῖ, καὶ ἡ ἀλήθεια τὸ σῶμά ἐστι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ λόγος ὥσπερ σκιὰ τυγχάνει τῆς ἀληθείας τοῦ Χριστοῦ· προάγει δὲ ὁ λόγος τὴν ἀλήθειαν. οἱ ἐπὶ γῆς πατέρες ἐκ τῆς ἑαυτῶν φύσεως γεννῶσι τέκνα ἐκ τοῦ σώματος αὐτῶν, καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ γεννηθέντα πάσῃ σπουδῇ ἐπιμελῶς παιδεύουσιν ὡς ἑαυτῶν τέκνα, ἕως τέλειοι ἄνδρες γένωνται, καὶ διάδοχοι καὶ κληρονόμοι· τοῖς γὰρ πατράσιν ἐξ ἀρχῆς σκοπὸς, καὶ σπουδὴ πᾶσα γίγνεται πρὸς τὸ γεννῆσαι τέκνα, καὶ σχεῖν κληρονόμους, καὶ εἰ μὴ ἐγέννησαν, μεγίστην λύπην καὶ ὀδύνην ἂν εἶχον, ὥστε πάλιν γεννήσαντες, χαρὰν ἔσχον. χαίρουσι δὲ καὶ οἱ συγγενεῖς, καὶ οἱ γείτονες.

I. QUI verbum audiunt, opus verbi in suis ipsorum animis demonstrare debent. Verbum enim Dei non est otiosum, sed opus habet, quod in anima perficitur: propterea enim opus appellatur, ut opus quoque inveniatur apud eos, qui audiunt. Exhibeat igitur Dominus opus veritatis audientibus, ut verbum fructuosum reperiatur in nobis. Perinde enim ac umbra præcedit corpus; umbra autem corpus demonstrat, at veritas est ipsum corpus: sic quoque est verbum velut umbra veritatis Christi. Præcedit itaque verbum veritatem. Patres, qui in terris sunt, e sua ipsorum natura generant liberos, e corpore suo & anima, eosque natos omni studio, & accurata diligentia instituunt, ut suos filios, donec perfecti viri evadant, & successores ac heredes. Omnis enim scopus patrum, & omne studium, ab initio eo tendit, ut procreent liberos, ac heredes habeant; & nisi genuerint, summa tristitia ac mœrore afficiuntur; sicut e diverso, ubi procreaverint, liberos, gaudio perfunduntur: gaudent quoque cognati & vicini.

Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου σωτηρίας φροντίσας, πᾶσαν οἰκονομίαν καὶ σπουδὴν ἐπετέλεσεν ἐξ ἀρχῆς διὰ πατέρων, πατριαρχῶν, διὰ νόμου καὶ προφητῶν· ἔσχατον καὶ αὐτὸς παραγενόμενος, καὶ σταυροῦ αἰσχύνης καταφρονήσας, ὑπέμεινε θάνατον. καὶ οὗτος ὅλος ὁ κάματος, καὶ ἡ σπουδὴ αὐτοῦ γέγονεν, ὅπως γεννήσῃ ἐξ ἑαυτοῦ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως τέκνα ἐκ τοῦ πνεύματος, ἄνωθεν εὐδοκήσας γεννηθῆναι ἐκ τῆς αὐτοῦ θεότητος. καὶ ὥσπερ οἱ πατέρες οὗτοι, ἐὰν μὴ γεννήσωσι, λυποῦνται. οὕτως καὶ ὁ Κύριος ἀγαπήσας τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ὡς ἰδίαν εἰκόνα, ἠθέλησεν αὐτοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος γεννῆσαι τῆς θεότητος· εἴ τινες οὖν μὴ θελήσωσιν εἰς τοιαύτην γέννησιν ἐλθεῖν, καὶ ἐκ τῆς γαστρὸς τοῦ πνεύματος τῆς θεότητος γεννηθῆναι, πολλὴν λύπην ὁ Χριστὸς ἀναδέχεται, παθὼν δι' αὐτοὺς καὶ ὑπομείνας, ἵνα τούτους σώσῃ.


II. Eodem modo Dominus noster Jesus Christus de hominis salute solicitus, omnem dispensationem ac studium perfecit a principio, ministerio patrum patriarcharum, legis ac prophetarum, postremo quoque ipse adveniens, ac crucis ignominiam spernens, mortem pertulit. Omnis itaque labor ille, & studium ejus in eo fuit, ut generaret ex se ipso, e sua ipsius natura filios e Spiritu, placide acquiescens, quod supernitus nascerentur e sua divinitate. Et quemadmodum patres hi, nisi genuerint, tristitia & dolore afficiuntur: eodem modo Dominus, qui diligens genus hominum ut propriam imaginem, voluit eos ex ipso semine divino procreare. Si qui ergo renuerint ad hujusmodi generationem venire, & de ventre Spiritus divini nasci, summum dolorem suscipit Christus, qui propter eos passus est, ac pertulit, ut eos servaret.

Πάντας γὰρ ἀνθρώπους θέλει ὁ κύριος τῆς γεννήσεως καταξιωθῆναι ταύτης. ὑπὲρ πάντων γὰρ ἀπέθανε, καὶ πάντας εἰς ζωὴν ἐκάλεσε. ζωὴ δέ ἐστιν ἡ ἄνωθεν ἐκ τοῦ Θεοῦ γέννησις· ἄνευ γὰρ ταύτης ζῆσαι ψυχὴν ἀδύνατον, ὡς φησὶν ὁ κύριος, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· ὥστε πάλιν ὅσοι πιστεύουσι τῷ κυρίῳ, καὶ προσερχόμενοι καταξιοῦνται τῆς γεννήσεως ταύτης, χαρὰν ἐμποιοῦσι καὶ μεγάλην ἀγαλλίασιν ἐν οὐρανοῖς τοῖς γεννήσασι γονεῦσι· πάντες τε ἄγγελοι, καὶ δυνάμεις ἅγιαι χαίρουσι τῇ ψυχῇ τῇ ἐκ πνεύματος γεννηθείσῃ, καὶ γενομένῃ πνεῦμα· τοῦτο γὰρ τὸ σῶμα ὁμοίωμα τυγχάνει τῆς ψυχῆς, ἡ δὲ ψυχὴ εἰκὼν τοῦ πνεύματος ὑπάρχει· καὶ ὥσπερ τὸ σῶμα χωρὶς τῆς ψυχῆς νεκρόν ἐστι, μηδὲν δυνάμενον διαπράξασθαι· οὕτως ἄνευ τῆς ἐπουρανίου ψυχῆς, χωρὶς τοῦ θείου πνεύματος, νεκρὰ τυγχάνει ἀπὸ τῆς βασιλείας ἡ ψυχὴ, μηδὲν δυναμένη διαπράξασθαι τῶν τοῦ Θεοῦ, ἄνευ τοῦ πνεύματος.

III. Omnes enim homines vult Dominus hanc nativitatem consequi, pro omnibus siquidem mortuus est, & omnes ad vitam vocavit. Vita vero est desuper ex Deo generatio: absque hac enim vivere animam, impossibile, ut inquit Dominus: [a] *Nisi quis natus fuerit e supernis, non poterit videre regnum Dei*. Ut contra, quicumque Domino crediderint, & accedentes nativitatem hanc consecuti fuerint, gaudium conciliant & summam exsultationem in cælis parentibus, qui eos procrearunt. Et omnes angeli sanctæque virtutes lætantur de anima, quæ e Spiritu prognata & Spiritus effecta est. Hoc enim corpus similitudo est animæ; anima vero imago Spiritus exsistit. Et quemadmodum corpus absque anima mortuum est, nec quid peragere valet: sic absque cælesti anima, absque divino Spiritu, mortua est a regno anima, nec potest quidquam peragere eorum, quæ ad Deum pertinent, absque Spiritu.

[a] Joan. III. 3.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
371.



Ὥσπερ γὰρ ὁ εἰκονογράφος προσέχει τῷ προσώπῳ τοῦ βασιλέως, καὶ γράφει· καὶ ἐπὰν ἐξ ἐναντίας ᾖ τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως προσέχον αὐτῷ γράφοντι, εὐκόλως καὶ καλῶς ἐκεῖνος ζωγραφεῖ τὴν εἰκόνα. ἐπὰν δὲ ἀποστρέψῃ τὸ πρόσωπον, οὐ δύναται γράψαι, διὰ τὸ μὴ ἀτενίζειν αὐτὸ τῷ γράφοντι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ καλὸς ζωγράφος Χριστὸς, τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ καὶ ἀτενίζουσιν διὰ παντὸς πρὸς αὐτὸν, εὐθέως ζωγραφεῖ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐπουράνιον ἄνθρωπον, ἐκ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος, ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ τοῦ φωτὸς τοῦ ἀνεκλαλήτου, γράφει εἰκόνα οὐράνιον, καὶ δίδωσιν αὐτῇ τὸν καλὸν καὶ ἀγαθὸν αὐτῆς νυμφίον. εἴ τις οὖν οὐκ ἀτενίζει διὰ παντὸς πρὸς αὐτὸν τῶν πάντων ὑπεριδὼν, οὐ μὴ γράψῃ ὁ κύριος αὐτοῦ τὴν εἰκόνα ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ φωτός. χρὴ τοίνυν ἀτενίζειν ἡμᾶς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, καὶ ἀγαπῶντας αὐτὸν, πάντα ῥίψαντας, καὶ αὐτῷ προσέχοντας· ἵνα γράψας τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα τὴν ἐπουράνιον, ἀποστείλῃ ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, καὶ οὕτως φορέσαντες τὸν Χριστὸν ζωὴν αἰώνιον λάβωμεν, καὶ ἀπεντεῦθεν πληροφορηθέντες ἀναπαυώμεθα.

A IV. Quemadmodum enim statuarius attendit ad faciem regis, tum pingit: ac, si ex adversa parte sit facies regis, intendens in ipsum pictorem, facile atque eleganter ille imaginem ad vivum depingit: sin vero faciem avertat, pingere nequit, eo quod intentis oculis non intuebatur pingentem: eodem quoque modo insignis ille pictor Christus, credentibus ei, & fixis eum oculis semper intuentibus, confestim depingit ad imaginem suam hominem cælestem, ex ipso Spiritu, ex substantia ipsius luminis arcani, pingit imaginem cælestem, & largitur ei præclarum & bonum illius sponsum. Si quis ergo immotis oculis eum non semper intueatur, spretis omnibus, nequaquam pinget Dominus imaB ginem ejus e suo ipsius lumine. Oportet ergo fixis oculis intueri nos eum, credere, & diligere illum, omnia projicere eique attendere, ut pingat sui ipsius imaginem cælestem & immittat animis nostris: atque sic nos gestantes Christum, vitam æternam consequamur, & hinc certiori fiducia fulti requiescamus.

Ὥσπερ τὸ νόμισμα τοῦ χρυσίου, ἐὰν μὴ λάβῃ καὶ ἐντυπωθῇ τὴν βασιλικὴν εἰκόνα, οὔτε εἰς ἐμπορίαν ἀπέρχεται, οὔτε εἰς βασιλέως θησαυροὺς ἀποτίθεται, ἀλλὰ ἀπόβλητον τυγχάνει· οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ, ἐὰν μὴ ἔχῃ εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου πνεύματος ἐν φωτὶ ἀρρήτῳ, Χριστὸν ἐντετυπωμένον ἐν αὐτῇ, οὐ χρησιμεύει εἰς τοὺς ἄνω θησαυροὺς, καὶ ὑπὸ τῶν ἐμπόρων τῆς βασιλείας τῶν καλῶν ἀποστόλων ἀπόβλητος γίνεται. καὶ γὰρ ὁ κληθεὶς καὶ μὴ φορῶν τὸ ἔνδυμα τοῦ γάμου, ὡς ἀλλότριος ἐξεβλήθη εἰς τὸ ἀλλότριον σκότος, μὴ φορῶν τὴν εἰκόνα τὴν ἐπουράνιον· τοῦτο γὰρ σημεῖον καὶ σίγνον ὑπάρχει τοῦ κυρίου ἐντυπούμενον ταῖς ψυχαῖς, πνεῦμα φωτὸς ἀρρήτου ὑπάρχον· καὶ ὥσπερ ὁ νεκρὸς ἀχρεῖος, καὶ ὅλως μὴ χρησιμεύων τοῖς ἐκεῖ ἐστι· διὸ καὶ ἐκκομίζουσιν αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως καὶ κατατίθενται· οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἡ μὴ φέρουσα τὴν ἐπουράνιον τοῦ θεϊκοῦ φωτὸς εἰκόνα, τὴν ζωὴν τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ἀδόκιμος καὶ πάντῃ ἀπόβλητος τυγχάνει· οὐ χρησιμεύει γὰρ εἰς ἐκείνην τὴν πόλιν τῶν ἁγίων νεκρὰ ψυχὴ, μὴ φέρουσα φωτεινὸν καὶ θεϊκὸν πνεῦμα· ὥσπερ γὰρ ἐν κόσμῳ ζωὴ τοῦ σώματος ἡ ψυχή ἐστιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ αἰωνίῳ καὶ ἐπουρανίῳ κόσμῳ τῆς ψυχῆς ἡ ζωὴ, τὸ πνεῦμα τῆς θεότητος ὑπάρχει.

V. Perinde ac moneta aurea, nisi impressam habuerit regiam imaginem, non in commercio versari potest, nec in regis thesauros reconditur, sed rejicitur: sic quoque anima, nisi habuerit imaginem cælestis Spiritus in lumine arcano, Christum in se insculptum, non est commoda ad supernos C thesauros, & a mercatoribus regni, præclaris apostolis, respuitur. Qui enim invitatus fuerat, non exornatus veste nuptiali, tamquam alienus ejectus est in exteriores tenebras, eo quod non gestaret imaginem cælestem. Hoc enim est signum ac sigillum Domini animis impressum, Spiritus nimirum luminis arcani. Et quemadmodum mortuus inutilis est, nec omnino quid commodat iis, qui hic vivunt; quapropter exportant quoque eum ex urbe, & humi deponunt: sic quoque anima, quæ non gestat cælestem divini luminis imaginem, vitam scilicet animæ, velut reproba ac plane rejectitia evadit. Non enim commodat illi civitati sanctorum anima mortua, quæ non gerit lucidum ac divinum D Spiritum. Quemadmodum enim in mundo vita corporis est anima: sic quoque in æterno ac cælesti mundo animæ vita est Spiritus divinus.

Χρὴ τοίνυν τὸν ζητοῦντα πιστεῦσαι καὶ προσελθεῖν τῷ κυρίῳ, παρακαλεῖν ἐντεῦθεν λαβεῖν τὸ θεϊκὸν πνεῦμα· αὐτὸ γάρ ἐστιν ἡ ζωὴ τῆς ψυχῆς, καὶ διὰ τοῦτο ἐποιήσατο τὴν ἔλευσιν ὁ κύριος, ἵνα ζωὴν ἐντεῦθεν δῷ τῇ ψυχῇ, τὸ πνεῦμα αὐτοῦ· ἕως γὰρ, φησι, ἔχετε τὸ φῶς, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς· ἔρχεται νὺξ, ὅτε οὐκέτι δύνασθε ἐργάζεσθαι· εἴ τις τοίνυν οὐκ ἐζήτησεν ἐντεῦθεν καὶ ἔλαβε ζωὴν τῇ ψυχῇ τὸ θεϊκὸν φῶς τοῦ πνεύματος, ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι τοῦ σώματος, ἐν τοῖς ἀριστεροῖς τόποις τοῦ σκότους ἤδη ἀφορίζεται, εἰς βασιλείαν οὐρανῶν μὴ εἰσερχόμενος, ἐν γεέννῃ τὸ τέλος ἔχων μετὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. ἢ ὥσπερ χρυσίον ἢ ἀργύριον, ἐπὰν ἐμβληθῇ τῷ πυρὶ, καθαρώτερον καὶ δοκιμώτερον γίνεται, καὶ οὐδὲν δύναται ἀλλοιῶσαι αὐτὸ, οἷον ξύλα, ἢ χόρτος· πάντα γὰρ ἐσθίει τὰ προσερχόμενα αὐτῷ, πῦρ γὰρ γίγνονται· οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἐν τῷ πυρὶ τοῦ πνεύματος ἀναστρεφομένη, καὶ τῷ θεϊκῷ φωτὶ ὑπ' οὐδενός τι κακὸν πείσεται τῶν πονηρῶν πνευμάτων. εἰ δὲ καὶ προσεγγίσει τι αὐτῇ, ἀναλίσκεται ὑπὸ τοῦ ἐπουρανίου πυρὸς τοῦ πνεύματος. ἢ ὥσπερ πετεινὸν, ἐπὰν ἐν ὕψει πετασθῇ, ἀμέριμνόν ἐστιν, ὡς μηδὲν δεδοικὼς θηρατὰς, ἢ θηρία πονηρά· ἄνω γάρ που ὂν καταγελᾷ πάντων· οὕτω καὶ ψυχὴ λαβοῦσα τὰς

VI. Oportet igitur quærentem credere, & accedere ad Dominum, obsecrare, ut hinc consequatur Spiritum divinum: ipse enim est vita animæ, & propterea advenit Dominus, ut hinc vitam largiretur animæ, Spiritum nempe suum. [a] *Dum enim*, inquit, *lucem habetis, credite in lucem: Venit nox, quando nemo potest operari*. Si quis ergo non quæsierit hinc, & consecutus fuerit vitam animæ, divinum lumen Spiritus, ille ubi migrabit e corpore, in sinistra loca tenebrarum jam segregatur, E in regnum cælorum non ingrediens, nactus finem in gehenna cum diabolo & angelis ejus. Aut quemadmodum aurum vel argentum, conjectum in ignem, purius & probatius efficitur, nec quidquam potest illud mutare, nempe vel lignum vel herba. Omnia enim sibi adjecta consumit, quæ quidem in ignem evadunt: sic quoque anima in igne Spiritus, & in lumine divino conversans, nihil a quoquam pravorum spirituum patitur: & licet appropinquet quidpiam illi, consumitur id a cælesti igne Spiritus. Aut veluti volucris, si in altum evolarit, secura est, velut nihil metuens aucupes, aut noxias bestias; siquidem supra dum est, deridet omnes: sic quoque anima, acceptis alis Spiritus,

a Joan. IX. 4.

πτέρυγας τοῦ πνεύματος, καὶ εἰς τὰ ὑψηλὰ τοῦ οὐρανοῦ πεπωμένη, πάντων ἀνωτέρα οὖσα, πάντων καταγελᾷ.

A in sublimes cœli regiones evolans, cum sit omnibus sublimior, omnia risui habet.

Καὶ ὁ μὲν κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, ποτὲ σχίσαντος Μωσέως τὴν θάλασσαν, διήρχοντο κάτω· οὗτοι δὲ τέκνα Θεοῦ ὄντες, ἐπάνω περιπατοῦσιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν τῆς πικρίας τῶν πονηρῶν δυνάμεων· τὸ σῶμα γὰρ καὶ ἡ ψυχὴ αὐτῶν οἶκος Θεοῦ γεγόνασιν· ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὅτε ἔπεσεν ὁ Ἀδὰμ, ἦλθεν ὁ Θεὸς περιπατῶν ἐν τῷ παραδείσῳ, ἔκλαυσεν, ὡς εἰπεῖν, ἰδὼν τὸν Ἀδὰμ, καὶ εἴρηκεν, ἐκ ποίων ἀγαθῶν, ποῖα ἠρετίσω κακά; ἐκ ποίας δόξης ποίαν αἰσχύνην φορεῖς; τί σκοτεινὸς εἶ νῦν; τί δυσειδής; τί σαπρός; ἐκ ποίου φωτὸς οἷον σκότος ἐκάλυψέ σε; καὶ πεσόντος τοῦ Ἀδὰμ καὶ ἀποθανόντος ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, B ἔκλαυσεν αὐτὸν ὁ ποιητὴς, ἄγγελοι, πᾶσαι αἱ δυνάμεις, οὐρανοὶ, γῆ, καὶ πάντα τὰ κτίσματα ἐπένθησαν ἐπὶ τῷ θανάτῳ, καὶ τῇ πτώσει αὐτοῦ· τὸν γὰρ δοθέντα αὐτοῖς βασιλέα δοῦλον εἶδον γεγονότα ἐναντίας καὶ πονηρᾶς δυνάμεως· σκότος τοίνυν ἐνεδύσατο ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, σκότος πικρὸν, καὶ πονηρόν· ἐβασιλεύθη γὰρ ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος τοῦ σκότους. οὗτος ἦν ὁ τραυματισθεὶς ὑπὸ τῶν λῃστῶν, καὶ ἡμιθανὴς γεγονὼς κατερχόμενος ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχώ.

VII. Et quidem populus Israel secundum carnem, cum tunc divideret Moses mare, deorsum trajecit: hi vero, cum sint filii Dei, sursum deambulant super mare acerbissimum perversarum potestatum. Corpus enim & animam illorum domus Dei facta sunt. Die illa, qua lapsus est Adam, accessit Deus, ambulans in paradiso, lamentatus est, ut ita dicam, conspecto Ada, ac dixit: *Quibus e bonis qualia excitasti mala? E qua gloria quale dedecus geris? Cur tenebrosus es modo? cur deformis? cur putridus? quali ex lumine tales tenebræ obvelaverunt* B *te?* Et quidem, cum cecidisset Adam, & a facie Dei mortuus esset, luxit eum Creator, angeli, virtutes omnes, cæli, terra, & omnes creaturæ luxerunt mortem & casum ejus: eum enim, qui datus erat illis rex, servum videbant factum esse adversariæ & pravæ potestatis. Tenebris igitur induit suam animam, & quidem tenebris acerbis ac pravis: siquidem redactus est sub imperium principis tenebrarum. Is erat, qui [a] vulneratus a latronibus, semimortuus relictus est, cum descenderet ab Jerusalem versus Jericho.

Καὶ γὰρ καὶ Λάζαρος, ὃν ὁ κύριος ἀνέστησεν, ὁ πολλῆς δυσωδίας γέμων, ὥστε μηδένα δύνασθαι τῷ μνήματι προσεγγίσαι, σύμβολον ἦν τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ C πολλὴν δυσωδίαν ἐν τῇ ψυχῇ προσλαβόντος, καὶ μελανίας καὶ σκότους πληρωθέντος. ἀλλὰ σὺ, ὅταν ἀκούσῃς περὶ Ἀδὰμ, καὶ περὶ τοῦ τετραυματισμένου, καὶ τοῦ Λαζάρου, μὴ ἀπολύσῃς σου τὸν νοῦν ὥσπερ εἰς ὄρη, ἀλλ' ἔνδον ἐν τῇ ψυχῇ σου γίγνου, ὅτι καὶ σὺ τὰ αὐτὰ τραύματα, καὶ τὴν αὐτὴν δυσωδίαν, καὶ τὸ αὐτὸ σκότος φορεῖς: ἐκείνου γὰρ πάντες ἐσμὲν υἱοὶ τοῦ σκοτεινοῦ γένους, καὶ πάντες τῆς αὐτῆς δυσωδίας μετέχομεν. ὅπερ οὖν πέπονθε πάθος ἐκεῖνος, τοῦτο πάντες ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀδὰμ ὄντες πεπόνθαμεν· τοιοῦτον γὰρ πάθος συμβέβηκεν, ὥς φησιν Ἡσαΐας· οὐκ ἔστι τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα, οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους ποιῆσαι. οὕτως ἀνίατον τραῦμα ἐτραυματίσθημεν, D μόνῳ τῷ κυρίῳ δυνατὸν θεραπεῦσαι αὐτό· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δι' ἑαυτοῦ ἦλθεν, ὅτι μηδεὶς τῶν ἀρχαίων, οὔτε ὁ νόμος αὐτὸς, οὔτε οἱ προφῆται τοῦτο ἠδυνήθησαν θεραπεῦσαι· οὗτος δὲ μόνος ἐλθὼν, ἐθεράπευσε τὴν πληγὴν ἐκείνην τῆς ψυχῆς τὴν ἀνίατον.

VIII. [b] Quinimo Lazarus quoque, quem Dominus excitavit, adeo multo fœtore plenus, ut nemo C posset monumento appropinquare, typus erat Adæ, qui multum fœtoris & graveolentiæ in animam ascivit, & caligine ac tenebris repletus fuit. Ceterum tu, cum audieris de Adamo, de vulnerato, & Lazaro, ne dimittas mentem tuam velut in montem, sed intus in anima tecum habita; quia tu quoque eadem vulnera, eumdem fœtorem, easdemque tenebras gestas. Omnes enim filii sumus illius tenebrosi generis, & omnes illius graveolentiæ participes sumus. Qua igitur laboravit affectione ille, eadem omnes, qui ex semine Adæ sumus, laboramus. Talis enim affectio contigit, uti Jesaias inquit: [c] *Non est vulnus, non est cicatrix, non est plaga, quæ saniem emittat. Non datur fomentum apponere vel o-* D *leum, nec obligaturam facere*: usque adeo incurabili vulnere fauciati sumus, quod non nisi solus Dominus potuit curare. Propterea enim ille ipse venit, quia nemo ex veteribus, neque lex ipsa, nec prophetæ illud potuerunt sanare. Hic vero solus cum venisset, curavit plagam illam animæ insanabilem.

Προσδεχώμεθα τοίνυν τὸν Θεὸν καὶ κύριον, τὸν ἀληθινὸν θεραπευτὴν, ὃς μόνος δυνατός ἐστιν ἐλθὼν ἰάσασθαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν, κεκοπιακὼς πολλὰ δι' ἡμᾶς. κρούει γὰρ ἀεὶ τὰς θύρας τῶν καρδιῶν ἡμῶν, ἵνα ἀνοίξωμεν αὐτῷ, καὶ εἰσελθὼν ἀναπαῇ εἰς τὰς ψυχὰς ἡμῶν, καὶ νίψωμεν, καὶ ἀλείψωμεν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ μονὴν παρ' ἡμῖν ποιήσει· καὶ γὰρ E ἐκεῖ ὀνειδίζει ὁ κύριος τὸν μὴ νίψαντα τοὺς πόδας αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει, ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, ἐάν ἀκούσῃ τις φωνῆς μου, καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτόν· διὰ τοῦτο γὰρ πολλὰ παθεῖν ὑπέμεινε, δοὺς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα εἰς θάνατον, καὶ ἐξαγοράσας ἡμᾶς τῆς δουλείας, ἵνα ἐλθὼν τῇ ψυχῇ ἡμῶν μονὴν ποιήσῃ παρ' αὐτῇ· διὰ τοῦτο ἐκείνοις τοῖς ἐξ ἀριστερῶν ἐν τῇ κρίσει ὑπ' αὐτοῦ πεμπομένοις εἰς γέενναν μετὰ τοῦ διαβόλου φησὶν ὁ κύριος, ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· ἐπείνων, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψων, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με. ἡ γὰρ τροφὴ αὐτοῦ καὶ ἡ πόσις, καὶ ἄμφιον, καὶ στέγη, καὶ ἀνάπαυσις ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐστιν. ἀεὶ

IX. Suscipiamus ergo ipsum Deum ac Dominum, verum medicum, qui solus veniens, potest sanare animas nostras, postquam ingentes nostri caussa sustinuit labores. Pulsat enim perpetuo fores cordium nostrorum, ut aperiamus ei, quo ingressus requiescat in animis nostris; ut & abluamus & ungamus pe- E des ejus; & mansionem ipse apud nos faciet. [d] Etenim illic exprobat Dominus ei, qui non laverat pedes ejus. Et rursum alibi dicit: [e] *Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit januam intrabo ad illum.* Propterea enim multa perpessus sustinuit, tradens suum ipsius corpus morti, nos redimens a servitute, ut veniret ad animam nostram, & mansionem faceret in ea. Quapropter ad illos, qui a sinistris stantes in judicio, ab eo mittuntur in gehennam cum diabolo, ait Dominus: [f] *Hospes eram, & non collegistis me. Esurivi, & non dedistis mihi cibum. Sitivi, & non dedistis mihi potum.* Cibus enim & potus, indumentum, domicilium & requies ejus est in animis nostris. Semper

a Luc. x. 30. b Joan. ix. 39. c Jes. I. 5. 6. d Luc. vii. 44. e Apoc. III. 10. f Matth. xxv. 42. 43.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

A τοίνυν κρούει, βουλόμενος εἰσελθεῖν πρὸς ἡμᾶς. δεξώμεθα τοίνυν αὐτὸν, καὶ εἰσαγάγωμεν ἔνδον ἡμῶν, ὅτι καὶ ἡμῶν ἡ τροφὴ, καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἡ πόσις, καὶ ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος αὐτός ἐστιν· καὶ πᾶσα ψυχὴ ἡ μὴ δεξαμένη αὐτὸν ἔνδον νῦν καὶ ἀναπαύσασα, μᾶλλον δὲ ἀναπαῆσα ἐν αὐτῷ, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μετὰ τῶν ἁγίων κληρονομίαν οὐκ ἔχει, οὔτε εἰς τὴν ἐπουράνιον πόλιν εἰσελθεῖν δύναται. αὐτὸς δὲ κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, εἰσάγαγε ἡμᾶς εἰς αὐτὴν, δοξάζοντας σου τὸ ὄνομα σὺν πατρὶ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

ergo pulsat, volens ad nos ingredi. Quocirca suscipiamus eum, & introducamus intra nos; siquidem noster cibus, vita, potus & vita æterna ipse est. Itaque omnis anima, quæ non susceperit nunc eum intus ac requieverit, imo in ipso recreata fuerit, in regno cælorum cum sanctis hereditatem non cernit, neque in cælestem civitatem ingredi potest. Ipse vero Domine Jesu Christe, introduc nos in illam, glorificantes nomen tuum cum Patre & sancto Spiritu, in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ λα΄.

Ὁ γὰρ κύριος καλεῖ τὸν ἄνθρωπον εἰς τὴν ἀνάπαυσιν λέγων, δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. καὶ ὅσαι ψυχαὶ πείθονται καὶ προσέρχονται, ἀναπαύει αὐτὰς ἀπὸ τούτων τῶν βαρέων καὶ φορτικῶν καὶ ἀκαθάρτων λογισμῶν, καὶ ἀργοῦσιν ἀπὸ πάσης ἀνομίας, σαββατίζουσαι σάββατον ἀληθινὸν, τρυφερὸν, ἅγιον· D καὶ ἑορτάζουσιν ἑορτὴν πνεύματος, χαρᾶς, καὶ ἀγαλλιάσεως ἀνεκλαλήτου· καὶ λατρεύουσι λατρείαν καθαρὰν, καὶ εὐάρεστον τῷ Θεῷ, ἐκ καθαρᾶς καρδίας· τοῦτό ἐστι τὸ ἀληθινὸν καὶ ἅγιον σάββατον. παρακαλέσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν Θεὸν εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν ταύτην, τοῦ ἀργεῖν ἡμᾶς ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν, καὶ πονηρῶν, καὶ ματαίων διαλογισμῶν, ἵνα οὕτως δυνηθῶμεν λατρεῦσαι τῷ Θεῷ ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ ἑορτάσαι ἑορτὴν πνεύματος ἁγίου· μακάριος οὖν ὁ εἰσελθὼν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν· δόξα τῷ οὕτως εὐδοκήσαντι πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

HOMILIA XXXV.

De Sabbatho antiquo & novo.

I. IN umbra legis per Mosen datæ mandavit Deus, unumquemque requiescere in sabbatho, & nihil agere. Hoc autem figura erat & umbra veri sabbathi, quod animæ donatur a Domino. Anima enim, quæ digna censetur ab obscœnis & turpibus cogitationibus liberari, tum verum sabbathum celebrat, tum veram requiem requiescit, otium agens & liberata ab omnibus operibus tenebrosis. Illic enim in typici sabbathi celebratione, etsi corpora quiescebant, verumtamen animæ nequitiis ac vitiis erant illigatæ. Hoc vero, verum sabbathum vera est requies animæ, quæ vacat, & expurgata est a cogitationibus satanæ, & requiescit in perpetua quiete & lætitia Domini.

II. Quemadmodum enim tunc mandavit, ut ipsa quoque bruta animalia sabbatho quiescerent, ne bos sub jugum necessarium traheretur; ne asino onera imponerentur; quiescebant enim ipsa quoque animalia a duris operibus; sic quoque cum venisset Dominus, & verum æternumque sabbathum contulisset, refocillavit animam oneribus iniquitatis, immundarumque cogitationum gravatam & onustam, & operantem iniquitatis opera necessario, quippe quæ sub acerborum dominorum servitutem erat redacta; & levavit eam ob oneribus intolerabilibus, variis atque obscœnis cogitationibus, sublatoque gravi jugo operum iniquorum recreavit eam, cogitationibus impuris laborantem.

III. Dominus enim vocat hominem ad recreationem, inquiens: [a] *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos*. Itaque quæcumque animæ crediderint & accesserint, reficiet eas ab his gravibus, molestis, & immundis cogitationibus, quæ vacantes ab omni iniquitate, celebrant sabbathum verum, deliciarum plenum & sanctum: peragunt festum Spiritus, gaudii & exsultationis inenarrabilis, & serviunt servitium purum & Deo gratum ex puro corde, hoc est, verum & sanctum sabbathum. Obsecremus ergo nos quoque Deum, ut ingrediamur in hanc requiem, ut feriemur a turpibus, malitiosis atque vanis cogitationibus, quo hoc pacto possimus servitium exhibere Deo ex puro corde, ac celebrare festum Spiritus sancti. Beatus ergo, qui ingressus est illam requiem. Gloria Patri, cui sic placuit, & Filio, & Spiritui sancto, in sæcula. Amen.

E

ΟΜΙΛΙΑ λϛ΄.

Περὶ διττῆς ἀναστάσεως τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων, καὶ διαφόρου δόξης τῶν ἀνισταμένων.

ΑΝάστασις τῶν νεκρῶν ψυχῶν ἀπὸ τοῦ νῦν γίνεται. ἀνάστασις δὲ τῶν σωμάτων ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· ὥσπερ δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ πεπηγμένοι ὄντες οἱ ἀστέρες, οὐκ ἴσοι πάντες εἰσὶν, ἀλλ᾽ εἷς τοῦ ἑνὸς διαφέρει ἐν τῇ λαμπρότητι καὶ μεγαλειότητι· οὕτω κἂν τοῖς πνευματικοῖς, κατὰ τὸ μέτρον τῆς πίστεώς εἰσι προκοπαὶ ἐν αὐτῷ τῷ πνεύματι, εἷς πλουσιώτερος τοῦ ἑτέρου· καὶ ἡ γραφὴ λέγει, ὅτι ὁ λαλῶν ἐν γλώσσῃ, πνεύματι Θεοῦ λαλεῖ· οὗτος πνευματικός ἐστι Θεῷ λα-

HOMILIA XXXVI.

De duplici resurrectione animarum & corporum, & diversa resurgentium gloria.


I. RESurrectio mortuarum animarum ab hoc momento fit: resurrectio vero corporum in illa die. Quemadmodum vero in cælo, quæ fixæ sunt stellæ, non sunt omnes æquales, sed una ab altera differt splendore & magnitudine; sic in rebus spiritualibus pro modo fidei sunt promotiones in ipso Spiritu, unus locupletior altero. Scriptura quoque ait: [b] *Qui loquitur lingua, Spiritu Dei loquitur*. Hic spiritualis est, qui cum Deo loquitur: *at*

[a] Matth. xi, 28. [b] 1. Cor. xiv. 2.

λῶν· ὁ δὲ προφητεύων, ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ. οὗτος περισσείαν ἔχει τῆς χάριτος· ὁ μὲν γὰρ ἑαυτὸν μόνον οἰκοδομεῖ, ὁ δὲ ἑαυτὸν καὶ τὸν πλησίον. τοῦτο δέ ἐστιν, ὥσπερ κόκκος σίτου σπειρόμενος ἐν τῇ γῇ, καὶ ὁ αὐτὸς ἐκ τῆς μιᾶς καρδίας πολλοὺς καὶ διαφόρους κόκκους ἐκφέρει. καὶ πάλιν αὐτοὶ οἱ στάχυες, οἱ μέν εἰσι μειζότεροι, οἱ δὲ μικρότεροι, ὅλοι δὲ εἰς μίαν συνάγονται ἅλωνα, εἰς μίαν ἀποθήκην, διάφοροι ὄντες εἷς ἐξ αὐτῶν γίνεται ἄρτος.

A *qui prophetat, ecclesiam ædificat.* Iste abundantiam adeptus est gratiæ. Ille enim se ipsum dumtaxat ædificat, hic vero se ipsum & proximum. Hoc porro se habet, ut granum frumenti in terram conjectum: idem ex uno corde plura & diversa grana producit. Et rursum ex spicis ipsis aliæ sunt ampliores, aliæ tenuiores; universæ vero in unam congregantur aream, in unum horreum; & licet diversæ sint, unus ex ipsis conficitur panis.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



Ἢ ὥσπερ εἰσὶν ἐν πόλει πλήθη ἀνθρώπων, καὶ οἱ μέν εἰσι παιδία νήπια, οἱ δὲ ἄνδρες, ἢ νεανίσκοι· πάντες δὲ ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ὕδωρ πίνουσι, καὶ ἀπὸ ἑνὸς ἄρτου ἐσθίουσιν, ἕνα ἀέρα ἔχοντες. ἢ ὥσπερ εἰσὶ λύχνοι, καὶ ὁ μὲν ἔχει δύο μυκτῆρας, ὁ δὲ ἑπτά· ἀλλ᾽ ὅπου ἐστὶν ἡ περίσσεια τοῦ φωτὸς ἄλλως φωτίζει· οὕτως ὅσοι εἰσὶν ἐν πυρὶ καὶ φωτὶ, οὐ δύνανται εἶναι ἐν σκότει· ἀλλὰ διαφορὰ πολλή ἐστιν· ὥσπερ ἂν εἴ τις πατὴρ ὢν υἱοὺς ἔχει δύο, τὸν μὲν παιδίον, τὸν δὲ νεανίσκον, καὶ τὸν μὲν εἰς πόλεις ἀποστέλλει καὶ πατρίδας, τὸ δὲ νήπιον πάντοτε δορυφορεῖ, ἐπεὶ μηδὲν δύναται ποιεῖν. δόξα τῷ Θεῷ. Ἀμήν.

II. Aut quemadmodum in civitate sunt hominum multitudines, & nonnulli sunt pueri pusilli, alii vero viri vel adolescentes; omnes vero ex uno fonte aquam bibunt, unum panem comedunt, unumque B aerem spirant. Aut perinde ut sunt lucernæ, & hæc quidem habet duo luminaria, illa vero septem; at ubi est abundantia lucis, ibi aliter illuminat: sic quicumque sunt in igne & lumine, nequeunt esse in tenebris: verum magna inter eos est discrepantia. Veluti ac si pater quispiam habeat duos filios, hunc pusillum, alterum adolescentem, hunc quidem in urbes mittit & regiones, pusillum autem semper tuetur, quia nihil potest agere. Gloria Deo. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ λζ΄.

Περὶ τοῦ παραδείσου, καὶ νόμου πνευματικοῦ.

Ἡ Φιλία τοῦ κόσμου κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἔχθρα ἐστὶν εἰς Θεόν· διὸ ἡ γραφὴ κελεύει πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν ἕκαστον τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν, ἵνα τις ὡς παράδεισον φυλάσσων ἐν αὐτῇ τὸν λόγον, ἀπολαύσῃ τῆς χάριτος, μὴ ἀκούων τοῦ ἔνδον εἱλισσομένου ὄφεως συμβουλεύοντος τὰ πρὸς ἡδονὴν, δι᾽ ἧς γεννᾶται θυμὸς ὁ ἀδελφοκτόνος, καὶ θνήσκει ψυχὴ ἡ τίκτουσα· ἀλλ᾽ ἀκούων τοῦ κυρίου λέγοντος, ἐπιμελεῖσθε πίστεως καὶ ἐλπίδος, δι᾽ ὧν γεννᾶται ἡ φιλόθεος καὶ φιλάνθρωπος ἀγάπη, ἡ τὴν αἰώνιον ζωὴν παρέχουσα. εἰς τοῦτον τὸν παράδεισον εἰσῆλθε Νῶε, τὴν ἐντολὴν φυλάσσων καὶ ἐργαζόμενος, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης ἐλυτρώθη τῆς ὀργῆς. τοῦτον φυλάσσων Ἀβραὰμ φωνὴν Θεοῦ ἤκουσε. τοῦτον φυλάσσων Μωϋσῆς δόξαν εἰς τὸ πρόσωπον ἐλάμβανεν. ὁμοίως Δαβὶδ τοῦτον φυλάσσων εἰργάζετο, ὅθεν τῶν ἐχθρῶν ἐκυρίευεν· ἀλλὰ καὶ Σαοὺλ ἕως οὗ ἐφύλασσε τὴν καρδίαν, εὐωδοῦτο· ὅτε δὲ εἰς τέλος παρέβη, εἰς τέλος ἐγκατελήφθη. ἐν μέτρῳ γὰρ κατὰ ἀναλογίαν μετέρχεται ἕκαστον ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ὅσον ἐπικρατεῖ τις, τοσοῦτον ἐπικρατεῖται. καὶ ὅσον φυλάσσει, τοσοῦτον φυλάσσεται.

HOMILIA XXXVII.

De Paradiso & lege spirituali.


C I. A*Micitia* [a] *hujus mundi*, ut scriptum est, *inimicitia est Dei.* Quapropter scriptura jubet unumquemque omni custodia observare [b] cor suum, ut quis, velut paradisum, conservans in eo verbum, fruatur gratia, nec audiat serpentem intus se implicantem, & consulentem quæ voluptati inserviunt, ex qua nascitur iracundia ad fratricidium committendum adigens, & moritur anima pariens; verum audiat Dominum dicentem: *Curam habete fidei ac spei, e quibus proficiscitur caritas, & Dei & hominum amans, quæ vitam æternam largitur.* In hujusmodi paradisum ingressus est Noe, mandatum observans atque exsequens, atque per caritatem servatus est ab ira. Hunc conservans Abraham D divinæ voci obtemperavit. Hunc custodiens Moses, gloriam in facie recepit. Itidem & David hunc custodiens, effecit, unde dominium in hostes adeptus est. Verum etiam Saul, quamdiu custodivit cor, felici rerum successu utebatur; quando vero sub finem transgressus est, tandem est circumventus. Juxta mensuram enim & ex proportione pervenit ad unumquemque verbum Dei, quantum quis possederit, tantum possidebitur: & quantum quis custodierit, tantum custodietur.

Διὰ τοῦτο πᾶς ὁ χορὸς τῶν ἁγίων προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, τὸν λόγον ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐφύλαττον, μηδὲν ἕτερον μεριμνῶντες, ἀλλὰ τὰ γήϊνα ὑπερορῶντες, καὶ ἐν ἐντολῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος διαμένοντες καὶ τὸ τοῦ πνεύματος φιλόθεον, καὶ ἀγαθὸν πάντων προκρίνοντες, οὐ λόγῳ μόνῳ ἢ γνώσει ψιλῇ, ἀλλ᾽ ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ δι᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων· ἀντὶ πλούτου ἑλόμενοι πτωχείαν, ἀντὶ δόξης ἀτιμίαν, ἀντὶ ἡδονῆς ταλαιπωρίαν, ὅθεν καὶ ἀντὶ τοῦ θυμοῦ ἀγάπην· μισοῦντες γὰρ τὰ ἡδέα τοῦ βίου, τοὺς ἀφαιρουμένους αὐτὰ μᾶλλον ἠγάπων, ὡς συνεργοῦντας αὐτοῖς πρὸς τὸν σκοπὸν, ἀπεχόμενοι τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· οὔτε γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἠρνοῦντο, οὔτε τοὺς πονηροὺς ᾐτιῶντο, πάντας ἀποκρισιαρίους τῆς δεσποτικῆς οἰκονομίας ἡγούμενοι. πρὸς πάντας οὖν εἶχον εὐδιάθετον εὔνοιαν· ὅτε γὰρ ἤκουον τοῦ κυρίου, ἄφετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν,

II. Propterea universus chorus sanctorum prophetarum, apostolorum, & martyrum verbum in cordibus suis custodierunt, de nulla re soliciti, sed deE spicientes terrena in mandato Spiritus sancti permanserunt, eligentes quod Deo Spiritui gratum & bonum erat: non verbo solo aut cognitione nuda, sed verbo & opere, ac rebus ipsis: pro divitiis eligentes paupertatem, pro gloria honorum contemtum, pro voluptate miseriam, unde etiam pro ira dilectionem: odio enim prosequentes quæ jucunda sunt in hac vita, eos qui hæc auferebant, vehementius diligebant, tamquam opitulantes sibi ad scopum attingendum, prohibiti a cognitione boni malique: neque enim bonos repellebant, nec improbos accusabant: eos omnes legatos administrationis dominicæ esse existimantes. Quocirca erga omnes gerebant animum benevole affectum. Cum enim

a Jac. IV. 4. b Prov. IV. 23.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



A τότε τοὺς ἀδικοῦντας εὐεργέτας ἐλογίζοντο εἰς ἄφεσιν ἔχοντες τὰς παρ' αὐτῶν ἀφορμάς· ὅτε δὲ πάλιν ἤκουον, καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς, τότε καὶ τοὺς ἀγαθοὺς κατὰ συνείδησιν ἠγάπων. ἀφέντες γὰρ τὴν δικαιοσύνην ἑαυτῶν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην ζητήσαντες, εὗρον ἀκολούθως καὶ τὴν ἀγάπην ἐν αὐτῇ κατὰ φύσιν ἐγκεκρυμμένην.

audirent Dominum dicentem: [a] *Remittite, & remittetur vobis*, tunc qui se læderent, beneficos reputabant, velut ab iis consecuti occasionem remittendi. Cum vero rursus audirent: [b] *Quemadmodum vultis, ut faciant vobis homines, ita vos quoque facite illis*, tunc quoque probos in conscientia diligebant. Relinquentes enim suam justitiam, & justitiam Dei quærentes, consequenter invenerunt & caritatem in ea naturaliter reconditam.

Καὶ γὰρ ὁ κύριος πολλὰ περὶ τῆς ἀγάπης ἐντειλάμενος, τὴν δικαιοσύνην ἐκέλευσε ζητεῖν τοῦ Θεοῦ· οἶδε γὰρ ταύτην μητέρα τῆς ἀγάπης ὑπάρχειν· οὐκ ἔστι γὰρ ἄλλως σωθῆναι, εἰ μὴ διὰ τοῦ πλησίον, καθὼς ἐνετείλατο, ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· οὗτός ἐστιν ὁ B πνευματικὸς νόμος, ὁ ἐν καρδίαις πιστοῖς γραφόμενος, τὸ πλήρωμα τοῦ πρώτου νόμου· οὐκ ἦλθον γάρ φησι, καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι· πῶς δὲ πληροῦται, μάθε· ὁ πρῶτος νόμος διὰ τῆς εὐλόγου ἀφορμῆς τοῦ ἁμαρτήσαντος κατέκρινε περισσοτέρως τὸν ἀδικηθέντα· ἐν ᾧ γάρ φησι, κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις· ἐν ᾧ δὲ ἀφίησιν, ἀφεθήσεται αὐτῷ· οὕτως γὰρ ὁ νόμος λέγει, ἀνὰ μέσον κρίσεως κρίσις, καὶ ἀνὰ μέσον ἀφῆς ἀφή.

III. Dominus enim cum multa de caritate præciperet, jussit quærere justitiam Dei: novit enim hanc matrem caritatis esse. Non licet enim salvari, nisi per proximum, ut præcepit: [c] *Remittite, & remittetur vobis*. Hæc est lex spiritualis, quæ in cordibus fidelibus scribitur, complementum nimirum prioris legis. [d] *Non enim*, inquit, *veni ad destruendam legem, sed ut compleam*. Quo ergo pacto impleatur, accipe. Prior lex sumta occasione benedicendi ei, qui peccaverat, fortius condemnavit eum, qui læsus est. [e] *In quo*, inquit, *judicas alterum, in eo te ipsum condemnas: in quo vero remittit, remittetur ei*. Ita enim lex inquit: *In medio judicii judicium, & in medio remissionis remissio*.

Πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἄφεσις τυγχάνει. πρῶτον δὲ νόμον εἰρήκαμεν, οὐχ ὅτι ὁ Θεὸς δύο νόμους παρέθετο τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἕνα πνευματικὸν μὲν κατὰ φύσιν, κατὰ δὲ τὴν ἐκδίκησιν, δικαίαν ἐπιφέρων ἑκάστῳ τὴν ἐκδίκησιν, τῷ ἀφιέντι ἀφίησι, καὶ τῷ παραζηλοῦντι παραζηλοῖ. φησὶ γάρ· μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις· διὰ τοῦτο C οἱ πνευματικῶς αὐτὸν ἐκτελοῦντες, καὶ ἀναλόγως τῆς χάριτος μετέχοντες, οὐ μόνον τοὺς εὐεργετοῦντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀνειδίζοντας καὶ διώκοντας ἠγάπων, τὴν πνευματικὴν ἀγάπην, ἀνταπόδοσιν ἐκδεχόμενοι τῶν ἀγαθῶν· ἀγαθῶν δὲ λέγω, οὐχ ὅτι τὰ ἀδικήματα συνεχώρησαν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀδικούντων εὐηργέτησαν· οὕτω γὰρ αὐτοὺς παρετίθεντο τῷ Θεῷ, ὡς δι' αὐτῶν τοῦ μακαρισμοῦ τυγχάνοντες, καθώς φησι, μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσιν, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμᾶς ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ.

IV. Plenitudo ergo legis remissio est. Ceterum *priorem legem* diximus, non quod Deus duas leges præscripserit hominibus, sed unicam, & quidem illam spiritualem ex natura: quoad vindictam vero, justam inferens unicuique ultionem, remittenti remittit, & æmulum æmulatur. Inquit enim: [f] *Cum electo, electus eris, & cum perverso, perverse ages*. Quapropter, qui spiritualiter eam implent, & pro modo participes sunt gratiæ, non beneficos solum, sed etiam convitiantes ac persecutores diligunt, spiritualem caritatem exspectantes pro remuneratione bonorum: *bonorum* autem dico, non quia offensas remiserunt, verum quia animas injuriam inferentium beneficio quoque affecerunt. Sic enim eos obtulerunt Deo, ac si per eos beatitudinem consecuti essent, quemadmodum inquit: [g] *Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversus vos, mentientes propter me*.

Ὑπὸ δὲ τοῦ πνευματικοῦ νόμου, οὕτω φρονεῖν ἐδιδάσκοντο· ὑπομενόντων γὰρ αὐτῶν, καὶ τὴν νοερὰν πραότητα τηρούντων, ὁ κύριος βλέπων τὴν ὑπομονὴν τῆς D καρδίας πολεμουμένης, καὶ τῆς ἀγάπης μὴ ἐξισταμένης, διέρρηξε τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ τὴν τελείαν ἔχθραν ἀπεβάλλοντο, καὶ οὐκέτι μετὰ βίας, ἀλλὰ μετὰ βοηθείας εἶχον τὴν ἀγάπην· ὁ γὰρ κύριος λοιπὸν κατείργει τὴν στρεφομένην ῥομφαίαν, τὴν κινοῦσαν τοὺς λογισμούς, καὶ εἰσήρχοντο εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν ὁ κύριος· καὶ ἐνετρύφων τοῖς καρποῖς τοῦ πνεύματος, καὶ τὰ μέλλοντα ἐν βεβαιότητι καρδίας θεασάμενοι, καὶ κατὰ τὸν ἀπόστολον, οὐκέτι ἐν ἐσόπτρῳ, καὶ ἐν αἰνίγματι ἔλεγον, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐ- E τόν. ἀλλ' ἐγὼ τοῦτο θαυμαστὸν ἐπερωτήσω.

V. A lege spirituali, ut sic sentirent, edocti sunt. Dum enim patienter ferunt, & animi mansuetudinem servant, Dominus intuens patientiam cordis bello oppressi, & caritate minime labascente, diruit [h] *interstitium maceriæ*, atque adeo ingentem inimicitiam expulerunt, ut non amplius vi, sed cum auxilio caritatem sibi subjectam habeant. Dominus enim posthac coercet versatilem gladium, excitantem cogitationes, & ingrediuntur interiora velaminis, quo præcursor pro nobis introiit Dominus: & cum delectatione fruuntur fructibus Spiritus, atque futura cum animi constantia contemplantes, nec, ut apostolus ait, amplius [i] *in speculo atque ænigmate* versantes, inquiunt: [k] *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se*. Verum ego hanc admirandam quæstionem movebo.

Ἐρώτησις.

Interrogatio.

Εἰ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὑμεῖς αὐτὰ πῶς οἴδατε· μάλιστα ὁμολογήσαντες ἐν ταῖς πράξεσιν, ὁμοιοπαθεῖς ἡμεῖς εἶναι ἄνθρωποι;

VI. *Si in cor hominis non ascenderunt, vos quo pacto illa nostis: qui maxime confiteamini in Actis* [l], *vos esse homines iisdem cum nobis affectionibus subjectos?*

[a] Luc. VI. 37. [b] Matth. VII. 12. [c] Luc. VI. 37. [d] Matth. V. 17. [e] Rom. II. 1. 2. [f] Psal. XVIII. 26. [g] Matth. V, 11. [h] Ephes. II, 14. [i] I. Cor. XIII. 12. [k] I. Cor. II. 9. [l] Act. XIV. 15.

A

Απόκρισις.

Αλλ' ἀκούετε, τί πρὸς ταῦτα ἀποκρίνεται Παῦλος· ἡμῖν δέ φησιν, ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ· τὸ γὰρ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι αὐτοῖς ἐδόθη τὸ πνεῦμα ὡς ἀποστόλοις, ἡμῖν δὲ κατὰ φύσιν ἀχώρητον τοῦτο, ἀλλαχοῦ ἐπευχόμενος λέγει, ἵνα δώῃ ὑμῖν ὁ Θεὸς κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ δύναμιν κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. καὶ πάλιν· ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν· ὅπου δὲ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. καὶ πάλιν, εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. B

Responsio.

Sed audite, quid ad hæc respondeat Paullus: [a] *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei.* Verum ne quis dicat, ipsis datum esse Spiritum tamquam apostolis, a nobis vero secundum naturam comprehendi hoc non posse, alicubi deprecans ait: [b] *ut det vobis Deus juxta divitias gloriæ suæ, ut fortitudine corroboremini in internum hominem, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris.* Et rursum: [c] *Dominus autem Spiritus est. Ubi vero Spiritus Domini, ibi libertas.* Et rursum: [d] *Si quis vero Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.*

Εὐξώμεθα τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἐν πληροφορίᾳ καὶ αἰσθήσει μεταλαβεῖν τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ εἰσελθεῖν ὅθεν ἐξεληλύθαμεν, καὶ τοῦ λοιποῦ ἀποστραφῆναι ἀφ' ἡμῶν τὸν θυμοκτόνον ὄφιν, καὶ κενόδοξον σύμβουλον τὸ πνεῦμα τῆς μερίμνης καὶ κραιπάλης· ὅθεν βεβαίως πιστεύσαντες τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου φυλάξωμεν, καὶ αὐξηθῶμεν ἐν αὐτῷ εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας, τοῦ μηκέτι κατακυριεύεσθαι ὑπὸ τῆς ἀπάτης τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀλλ' ἐν πληροφορίᾳ τοῦ πνεύματος εἶναι, καὶ μὴ ἀπιστεῖν, ὅτι καὶ εἰς ἁμαρτωλοὺς μετανοοῦντας ἡ χάρις Θεοῦ εὐδοκεῖ· τὸ γὰρ κατὰ χάριν δωρούμενον, οὐκέτι ἐν παρεικασμῷ τῆς προλαβούσης ἀσθενείας μετρεῖται· ἐπεὶ ἡ χάρις, οὐκέτι ἐστὶ χάρις, ἀλλὰ τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ πιστεύσαντες, ἁπλῇ, καὶ ἀπεριέργῳ καρδίᾳ προσέλθωμεν τῷ διὰ πίστεως τὴν μετουσίαν τοῦ πνεύματος χαριζομένῳ, καὶ οὐ διὰ παρεικασμοῦ πίστεως ἔργων· φησὶ γάρ, οὐκ ἐξ ἔργων νόμου τὸ πνεῦμα ἐλάβετε, ἀλλὰ δι' ἀκοῆς πίστεως.

VII. Obsecremus ergo quoque nos in certitudine fidei & sensu, ut participes fiamus Spiritus sancti, & ingrediamur unde egressi sumus: & ut inposterum avertatur a nobis serpens & interfector animi, superbus & vanus consultor, Spiritus solicitudinis & crapulæ: ut inde firmiter credentes mandata Domini servemus, & crescamus in eo [e] *in virum perfectum, in mensuram ætatis*, ne ultra dominetur nobis deceptio hujus sæculi, sed in certitudine fidei Spiritus simus, neque diffidamus: quia peccatores quoque resipiscentes gratia Dei benevole suscipit. Quod enim per gratiam donatur, id non licet amplius, comparando cum antecedente infirmitate, metiri; quia gratia jam non esset gratia, sed in Deum omnipotentem credentes, simplici & curis vacuo corde accedamus ad eum, qui per fidem participationem Spiritus largitur, non per assimilationem operum fidei: inquit enim: [f] *Non ex operibus legis Spiritum accepistis, sed ex auditu fidei.* C

Ερώτησις.

Εἶπες, πάντα ἐν τῇ ψυχῇ πνευματικῶς ἀποκρύπτεσθαι, τί ἐστι, θέλω πέντε λόγους ἐν ἐκκλησίᾳ διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι;

Interrogatio.

VIII. Dixisti, omnia spiritualiter in anima esse recondita. Quid est ergo: [g] *Volo quinque verba in ecclesia mente mea loqui?*

Απόκρισις.

D

Εκκλησία ἐν δυσὶ προσώποις νοεῖται, τῷ συστήματι τῶν πιστῶν, καὶ τῷ συγκρίματι τῆς ψυχῆς. ὅταν οὖν πνευματικῶς εἰς τὸν ἄνθρωπον λαμβάνηται, ἐκκλησία ἐστὶν ὅλον αὐτοῦ τὸ σύγκριμα· πέντε δὲ λόγοι εἰσὶν αἱ περιεκτικαὶ ἀρεταί, ὅλον τὸν ἄνθρωπον οἰκοδομοῦσαι, πολυτρόπως διαιρούμεναι· ὥσπερ γὰρ ὁ λαλῶν ἐν κυρίῳ, διὰ τῶν πέντε λόγων πᾶσαν περιέλαβεν τὴν σοφίαν· οὕτως ὁ ἀκολουθῶν τῷ κυρίῳ διὰ τῶν πέντε ἀρετῶν πολλὴν οἰκοδομεῖ τὴν εὐσέβειαν· πέντε γὰρ οὖσαι λοιπὰς πάσας περιέχουσι πρώτῃ εὐχῇ. λοιπὸν ἐγκράτεια, ἐλεημοσύνη, πτωχεία, μακροθυμία, ταῦτα πόθῳ καὶ προαιρέσει ἐπιτελούμενα, λόγοι εἰσὶ ψυχῆς ὑπὸ κυρίου λαλούμενοι, καὶ ὑπὸ καρδίας ἀκουόμενοι· ὁ γὰρ κύριος ἐνεργεῖ· καὶ τὸ πνεῦμα τότε νοερῶς λαλεῖ, καὶ ἡ καρδία ὅσον ἐπιποθεῖ, τοσοῦτον καὶ φανερῶς ἐπιτελεῖ.

Responsio.

Ecclesia in duabus personis intelligitur, congregatione scilicet fidelium, & in concretione animæ. Si ergo spiritualiter in homine accipiatur, ecclesia est tota ejus compages. Quinque autem verba sunt virtutes, quibus comprehenditur, quæ totum hominem construunt, variis modis divisæ. Quemadmodum enim qui loquitur in Domino, per quinque verba omnem complectitur sapientiam; sic qui sequitur Dominum per quinque virtutes, summopere pietatis cultum ædificat. Quæ cum sint quinque, reliquas omnes comprehendunt, prima nimirum oratione. Ceteræ continentia, misericordia, paupertas, longanimitas, hæ desiderio ac voluntate implentur; suntque verba animæ, quæ a Domino proferuntur, & in corde exaudiuntur. Dominus enim operatur, & tunc Spiritus loquitur in intellectu: & cor quantum desiderat, tantum quoque in aperto operatur. E

Αἱ δὲ ἀρεταὶ ὅσον εἰσὶ περιεκτικαὶ πασῶν, τοσοῦτον ἀλλήλων γεννητικαί· τῆς πρώτης γὰρ ἀπούσης, ἀναιροῦνται πᾶσαι· ὁμοίως διὰ τῆς δευτέρας, αἱ ἀκόλουθοι· ὡσαύτως αἱ καθεξῆς· πῶς γὰρ εὔξεταί τις μὴ ὑπὸ πνεύματος ἐνεργηθείς; καὶ μαρτυρεῖ μοι ἡ γραφὴ λέγουσα, οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν κύριον Ιησοῦν, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. πῶς δὲ ὑπομενεῖ ὁ χωρὶς

IX. Virtutes autem illæ, in quantum omnes comprehendunt, tantum se se mutuo generant. Sublata enim prima, tolluntur omnes. Itidem per secundam quæ sequuntur: & ita deinceps. Quo pacto enim quis precabitur non a Spiritu impulsus? Et attestatur mihi scriptura, quæ dicit: [h] *Nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi per Spiritum sanctum.* In-

a I. Cor. II. 10. b Ephes. III. 16. 17. c II. Cor. III. 17. d Rom. VIII. 9. e Ephes. IV. 13. f Gal. III. 2. g I. Cor. XIV. 19. h I. Cor. XII. 3.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

ἀρχῆς ἐγκρατευόμενος ἀβοηθήτως; ὁ δὲ ἐν παντὶ μὴ ἐγκρατευόμενος, πῶς ἐλεήσει τὸν πεινῶντα ἢ ἀδικοῦντα; ὁ δὲ οὐκ ἐλεῶν, οὐδὲ πτωχεύειν ἑκουσίως καταδέχεται. πάλιν δὲ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας ὁ θυμὸς σύντροφος, κἂν ἔχῃ χρήματα, κἂν μὴ ἔχῃ· ἡ δὲ ἐνάρετος ψυχὴ οὕτως προσοικοδομεῖται τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐχ ὅτι ἐποίησεν, ἀλλ' ὅτι ἐπόθησεν· οὐ γὰρ τὸ ἴδιον ἔργον σώζει τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ὁ χαρισάμενος τὴν δύναμιν· εἰ οὖν ὑπομένει τις τὰ στίγματα τοῦ δεσπότου, μὴ οἰηθῇ ἔν τινι, κἂν τὸ τυχὸν πεποίηκεν, ἀλλ' ἢ μόνον τὸ ἀγαπῆσαι, καὶ ἐπιτηδεῦσαι πρὸς τὰς ἐνεργείας. μὴ οὖν δόξῃς ποτὲ ἐν ἀρετῇ προειληφέναι τὸν κύριον κατὰ τὸν λέγοντα, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας.

A super quo pacto absque orationis auxilio continens permanebit? Et qui non est per omnia continens, quo pacto miserebitur esurientis aut injuriam passi? Verum qui misericordia non ducitur, ille neque spontaneo motu paupertatem suscipit. Rursum vero iracundia est alumna & nutrix cupiditatis pecuniarum; sive pecuniam habeat, sive non. Ceterum prædita virtutibus anima ita ædificatur in ecclesia, non quia operata est, sed quia desideravit. Non enim proprium opus salvat hominem, sed qui operandi facultatem largitur. Si ergo quis stigmata Domini perfert, ne existimet aliquid esse, licet quidvis fecerit, vel etiam, quod summo amore atque animi conatu operi producendo incubuerit. Ne igitur existimes te in virtute prævenisse Dominum, B secundum eum qui dicit: [a] *Ipse est qui operatur in vobis, velle & perficere, pro bona voluntate.*

Ερώτησις.

Τί οὖν ἡ γραφὴ παραγγέλλει τῷ ἀνθρώπῳ ποιεῖν;

Interrogatio.

X. *Quid igitur præcipit scriptura homini facere?*

Απόκρισις.

Προείπομεν, ὅτι τὴν ἐπιτήδευσιν ἔχει ὁ ἄνθρωπος κατὰ φύσιν, καὶ ταύτην ὁ Θεὸς ἐπιζητεῖ· παραγγέλλει οὖν, ἵνα πρῶτον νοήσῃ, καὶ νοήσας ἀγαπήσῃ, καὶ θελήματι ἐπιτηδεύσῃ· τὸ δὲ ἐνεργηθῆναι τὸν νοῦν, ἢ ὑπομεῖναι τὸν κόπον, ἢ τελέσαι τὸ ἔργον, ἡ χάρις τοῦ κυρίου παρέχει τῷ θελήσαντι καὶ πιστεύσαντι· τὸ οὖν θέλημα τοῦ ἀνθρώπου ὡς παράστασις ὑποστατική· μὴ παρόντος δὲ θελήματος, οὐδὲ αὐτὸς ὁ Θεός τι ποιεῖ, καίπερ δυνάμενος, διὰ τὸ αὐτεξούσιον· ἡ οὖν τελεσιουργία τοῦ πνεύματος ἐν τῷ θελήματι τοῦ ἀνθρώπου κεῖται. πάλιν, ἐὰν ὅλον τὸ θέλημα δῶμεν, ὅλον τὸ ἔργον ἡμῖν ἐπιγράφει, θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν πᾶσι, καὶ ἀπερινόητος τὸ σύνολον· ἄνθρωποι δὲ μέρος τι τῶν θαυμασίων αὐτοῦ λαλεῖν ἐπιχειροῦμεν, τῇ γραφῇ ἐπερειδόμενοι, μᾶλλον δὲ ὑπ' αὐτῆς συνεταζόμενοι. τίς γάρ φησιν, ἔγνω νοῦν κυρίου; αὐτὸς δέ φησι, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σου, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; ὡς ἐκ τούτου πιστεύειν, ὅτι αὐτὸς ἡμᾶς ἐπισυνάγει. ἡμῶν δὲ μόνον παραζητεῖ τὸ θέλημα· τίς δὲ ἡ φανέρωσις τοῦ θελήματος, εἰ μὴ πόνος ἑκούσιος;

Responsio.

Antea diximus, promtitudinem animi hominem habere a natura, quam quoque Deus requirit. Præcipit igitur, ut primum cognoscat, & cum cognorit, diligat, & voluntate incumbat. Ut autem exer- C ceatur mens, aut laborem toleret, aut opus aliquod perficiat, gratia Domini largitur volenti & credenti. Voluntas ergo hominis est velut adjutorium a natura insitum: absente vero voluntate, neque ipse Deus quippiam operatur, quamvis possit; propter liberam nimirum arbitrii voluntatem. Perfectio igitur operis Spiritus, in voluntate hominis sita est. Rursum, si totam voluntatem concedamus, integrum opus nobis adscribit, mirabilis ille Deus in omnibus, & qui animo comprehendi omnino non potest: nos homines vero portiunculam aliquam mirabilium ejus explicare conamur, scriptura nixi, quin potius ab illa edocti. [b] *Quis enim*, ait, *cognovit sensum Domini?* Ipse vero dixit: [c] *Quoties volui congrega-* D *re filios tuos, & noluistis?* Itaque ex hoc credamus, quod ipse nos congregat; a nobis autem solam requirit voluntatem. Quæ vero voluntatis erit declaratio nisi labor spontaneus?

Ὥσπερ γὰρ σίδηρος πελεκῶν, ἐκκόπτων, γεωργῶν, καταφυτεύων, αὐτὸς μὲν ὑποθλιβόμενος ἐνδίδωσι, πλὴν ἄλλος ἐστὶν ὁ κινῶν, καὶ ἐπάγων, καὶ ἐν τῷ συντριβῆναι πυρῶν καὶ ἀνακαινίζων· οὕτως καὶ ὁ ἄνθρωπος κἂν θλίβηται καὶ κοπιᾷ ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' ὁ κύριος λανθανόντως ἐν αὐτῷ ἐργάζεται, καὶ ἐν τῷ κοπιᾶσαι καὶ συντριβῆναι, τὴν καρδίαν παρακαλεῖ καὶ ἀνακαινίζει, καθὼς καὶ ὁ προφήτης λέγει, μὴ δοξασθήσεται ἀξίνη ἄνευ τοῦ κόπτοντος; ἢ ὑψωθήσεται πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντος; οὕτως δέ ἐστι καὶ εἰς τὸ κακὸν, ὅτε ὁ ἄνθρωπος ὑπακούει καὶ ἑτοιμάζεται· τότε καὶ ὁ σατανᾶς ἐλαύνει καὶ παροξύνει αὐτὸν ὡς ὁ λῃστὴς τὸ ξίφος. σιδήρῳ δὲ παρεικάσαμεν τὴν καρδίαν, διὰ τὴν ἀναισθησίαν τῶν πραγμάτων καὶ πολλὴν σκληρότητα· οὐκ ἔδει δὲ ἡμᾶς ἀγνοεῖν τὸν κρατοῦντα ὡς ἀναίσθητος σίδηρος· ἐπεὶ ταχέως ἀπὸ τοῦ γεωργοῦ λόγου εἰς τὸν τοῦ πονηροῦ λογισμὸν οὐ μεταπίπτομεν· ἀλλὰ μᾶλλον ὡς ὁ βοῦς καὶ ὁ ὄνος εἰδέναι τὸν ἐλαύνοντα καὶ ὁδηγοῦντα κατὰ διάνοιαν· φησὶ γὰρ, ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω. εὐξώμεθα τοίνυν δέξασθαι

XI. Quemadmodum enim ferrum, dum secat, scindit, arat, plantat, ipsum quidem quatenus impellitur, aliquid porrigit: alius tamen est, qui movet & agitat ferrum, & ubi fuerit attritum, inflammat atque renovat. Sic quoque homo, licet prematur & laboret, operans quod bonum est, Dominus tamen clam in ipso operatur, & dum labore defatigatur & atteritur ille, cor consolatur atque recreat, ut quoque propheta inquit: [d] *num gloriabitur securis absque scindente? aut in altum tolletur* E *serra sine trahente?* Eodem modo se res quoque habet in commitendo malo: quando homo obtemperat, & promtum se exhibet, tum quoque satanas impellit & exacuit illum, velut latro ensem. Ferro autem assimilavimus cor, ob imperitiam rerum summamque duritiem. Tametsi non decebat nos ignorare eum, qui gubernat nos, velut ferrum sensu carens; (quoniam celeriter ab agricolæ verbo ad malitiæ cogitationem non dilabimur;) sed potius veluti bos & asinus nosse debemus eum, qui impellit & dirigit pro mentis agitatione. Inquit enim: [e] *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe*

a Philipp. II. 13. b II. Cor. II. 16. Rom. xi. 34. c Luc. xiii. 34. Matth. xxiii. 37. d Jes. x. 15. e Jes. I. 2.

γνῶσιν Θεοῦ, καὶ πνευματικῷ παιδευθῶμεν νόμῳ εἰς ὑπούργησιν τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐντολῶν, δοξάζοντες πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A *domini sui; Israel autem me non cognovit*. Precemur igitur ut consequamur cognitionem Dei, & in spirituali erudiamur lege, ad obsequium sanctorum mandatorum ejus, glorificantes Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, in sæcula. Amen.

SECUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

ΟΜΙΛΙΑ λή.

Πολλῆς ἀκριβείας καὶ συνέσεως χρεία ἐστὶν, ἐν τῷ δοκιμάσαι τοὺς ἀληθινοὺς Χριστιανοὺς, καὶ τίνες ἐκεῖνοι ὦσιν.

HOMILIA XXXVIII.

Accurato judicio atque intellectu opus est in discernendis veris Christianis, & quinam sint illi.

ΠΟλλοὶ δίκαιοι φαινόμενοι νομίζονται εἶναι Χριστιανοὶ, τεχνιτῶν δέ ἐστι καὶ πεπειραμένων δοκιμάσαι, εἰ ἀληθῶς οἱ τοιοῦτοι ἔχουσι τὸ σίγνον καὶ B τὴν εἰκόνα τοῦ βασιλέως· μήπως ἄρα παρακεχάρακται τεχνιτῶν ἔργα, καὶ θαυμάζουσι τεχνῖται καὶ ψέγουσιν. ἐὰν δὲ μὴ ὦσι τεχνῖται, οὐ δύνανται δοκιμάσαι τοὺς δολίους ἐργάτας, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ ἐπιφέρονται σχῆμα μοναζόντων, ἤτοι Χριστιανῶν· καὶ γὰρ οἱ ψευδαπόστολοι ἔπασχον ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτοὶ εὐηγγελίζοντο βασιλείαν οὐρανῶν. διὰ τοῦτο λέγει ὁ ἀπόστολος, ἐν κινδύνοις περισσοτέρως, ἐν θλίψεσιν ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, θέλων δεῖξαι ὅτι πλεῖον αὐτῶν ἔπαθε.

I. MUlti qui justi apparent, habentur pro Christianis: verum artificum est & peritorum probare, num tales revera habeant signum & imaginem regis; an forsitan adulterino impresso signo cusa sint artificum opera, an admirentur artifices, & reprehendant; si vero defuerint artifices, non poterunt probari dolosi fabricatores: quoniam ipsi quoque gerunt habitum eorum, qui solitariam vitam agunt aut Christianorum. Etenim pseudapostoli pro Christo patiebantur, & ipsi annuntiabant regnum cælorum. Quapropter inquit apostolus: [a] *In periculis copiosius, in afflictionibus supra modum, in carceribus abundantius*: volens ostendere, se plura, quam ipsi, passum esse.

Χρυσὸς εὐχερῶς εὑρίσκεται· μαργαρεῖται δὲ καὶ λίθοι τίμιοι προχωροῦντες εἰς διάδημα βασιλέως σπανίως εὑρίσκονται· πολλάκις γὰρ ἐξ αὐτῶν οὐχ εὑρίσκονται προχωροῦντες. οὕτως καὶ οἱ Χριστιανοὶ ἐποικοδομοῦντες εἰς τὸν στέφανον τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κοινωνοὶ γένωνται τῶν ἁγίων αἱ ψυχαὶ ἐκεῖναι. δόξα τῷ οὕτως ἀγαπήσαντι τὴν ψυχὴν ταύτην, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς παθόντι καὶ ἀναστήσαντι αὐτὴν ἐκ νεκρῶν. ὥσπερ δὲ τῷ Μωϋσεῖ κάλυμμα ἐπετίθετο εἰς τὸ πρόσωπον, πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι προσέχειν τῷ προσώπῳ αὐτοῦ τὸν λαόν· οὕτω καὶ νῦν ἐπὶ τὴν καρδίαν σου κεῖται κάλυμμα πρὸς τὸ μὴ βλέπειν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. ὅταν δὲ περιαιρεθῇ τοῦτο, τότε ἐπιφαίνεται καὶ ἐμφανίζει ἑαυτὸν τοῖς Χριστιανοῖς, καὶ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, καὶ ἐκζητοῦσιν ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς λέγει, ὅτι ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτὸν, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσω.

II. Aurum facile reperitur; margaritæ vero & lapides C pretiosi, commodi ad diadema regium, rarius inveniuntur; sæpenumero enim ex iis reperias, qui minus sint idonei: sic quoque inter Christianos, qui superstruuntur coronæ Christi, ut sociæ sanctorum fiant animæ illæ. Gloria sit ei, qui usque adeo dilexit animam hanc, & pro illa passus est, & suscitavit eam a mortuis. Quemadmodum autem Mosi velamen [b] imponebatur in vultum, quia non poterat intendere in faciem ejus populus; sic quoque nunc cordi tuo injectum est velamen, ne conspicias gloriam Dei. Ubi vero illud fuerit ablatum, tum apparet & manifestat se ipsum Christianis, & diligentibus se, & inquirentibus in veritate, ut ait: [c] *Manifestabo ei me ipsum, & mansionem apud eum faciam.* D

Σπουδάσωμεν οὖν προσελθεῖν τῷ ἀψευδεῖ Χριστῷ, ἵνα τύχωμεν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τῆς καινῆς διαθήκης, ἣν ἀνεκαίνισεν ὁ κύριος διὰ σταυροῦ καὶ θανάτου διαρρήξας πύλας ᾅδου, καὶ ἁμαρτίας· καὶ ἐξαγαγὼν τὰς πιστὰς ψυχὰς, καὶ δοὺς αὐταῖς ἔνδον παράκλητον, καὶ ἀνενέγκας εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. συμβασιλεύσωμεν οὖν αὐτῷ καὶ ἡμεῖς εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ τὴν πόλιν αὐτοῦ, εἰς τὴν ἐπουράνιον ἐκκλησίαν, εἰς τὸν χορὸν τῶν ἁγίων ἀγγέλων· οἱ δὲ ἐπὶ πολὺν χρόνον γυμνασθέντες ἀδελφοὶ καὶ δοκιμασθέντες, οὗτοι δύνανται τοῖς ἀπείροις βοηθῆσαι, καὶ συμπαθῆσαι.


III. Contendamus ergo accedere ad Christum mendacii expertem, ut consequamur promissionem & novum testamentum, quod renovavit Dominus per crucem & mortem, effractis portis inferni & peccati; cum eduxisset animas fideles, donavit eisdem interius Paracletum, atque reduxit illas in regnum suum. Una ergo cum illo nos quoque regnemus, in Jerusalem civitate ejus, in cælesti ecclesia, in choro sanctorum angelorum. Qui vero fratrum longo tempore exercitati & probati sunt, hi possunt rudibus suppetias ferre & compati.

Τινὲς γὰρ ἀσφαλισάμενοι ἑαυτοὺς καὶ ὑπὸ χάριτος Θεοῦ ἐνεργηθέντες μεγάλως, οὕτως εὗρον τὰ μέλη αὐτῶν ἡγιασμένα, ὥστε λογίζεσθαι αὐτοὺς, ὅτι οὐ συμβαίνει εἰς χριστιανισμὸν γίνεσθαι ἐπιθυμίαν, ἀλλὰ κέκτηνται νοῦν σώφρονα καὶ ἁγνόν· καὶ ἔστι λοιπὸν ὁ ἔσω ἄνθρωπος μετέωρος εἰς τὰ θεῖα καὶ ἐπουράνια, ὥστε πάντως νομίσαι τὸν τοιοῦτον ἤδη ἐφθακέναι εἰς τὰ τέλεια μέτρα. καὶ ὡς ἐνόμιζε προσηγγικέναι ἤδη τῷ εὐδίῳ λιμένι, ἐπανέστησαν αὐτῷ κλύδωνες, ὥστε πάλιν εὑρεθῆναι εἰς τὸ μέσον τοῦ πελάγους, καὶ εἰσενεχθῆναι ὅπου ἡ θάλασσα, οὐρανὸς, καὶ θάνατός ἐστιν ἕτοιμος. οὕτως ἡ ἁμαρτία ἐπεισελθοῦσα κατειργάσατο πᾶσαν ἐπιθυμίαν κα-

E IV. Quidam enim munientes se ipsos, & a gratia Dei imprimis agitati, adeo sanctificata membra sua repererunt, ut existimarent, non contingere, ut in Christianismum cadat cupiditas; sed eos possidere mentem sobriam & castam; & quoad reliqua interiorem hominem pendere a divinis & cælestibus: ut omnino existimarent, talem jam ad perfectum pervenisse gradum, qui cum putaret, appulisse se jam ad portum tranquillum, insurrexerunt ei fluctus, ut denuo inventus sit in medio pelagi, illucque delatus, ubi mare, cælum & mors prompta: adeo peccatum ingressum produxerat omnem malam cupiditatem. Rursum vero tales, aliqua gratia di-

a II. Cor. XI. 23. b Exod. XXXIV. 33. 35. II. Cor. III. 13. c Joan. XIV. 21. 23.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



κήν· αὖθις δὲ οἱ τοιοῦτοι χάριτός τινος ἀξιωθέντες, A καὶ, ὥσπερ εἰπεῖν, ἀπὸ ὅλου βυθοῦ τῆς θαλάσσης ψεκάδα τινὰ δεξάμενοι, εὑρίσκουσιν αὐτὸ ἐκεῖνο καθ' ὥραν, καὶ καθ' ἡμέραν τοσαύτην θαυματουργίαν γιγνομένην, ὥστε τὸν ἐνεργούμενον ἐπὶ τῇ παραδόξῳ, καὶ ξένῃ καὶ θεϊκῇ ἐργασίᾳ θαμβεῖσθαι καὶ ἐκπλήττεσθαι πῶς ἐσοφίσθη. λοιπὸν φωτίζει ἡ χάρις αὐτὸν, ὁδηγεῖ, εἰρηνεύει, ἀγαθύνει, τὰ πάντα οὖσα θεία καὶ ἐπουράνιος· ὥστε πρὸς σύγκρισιν ἐκείνου βασιλεῖς καὶ δυνάστας, σοφοὺς καὶ ἀξιωματικοὺς ὡς ἐλαχίστους καὶ εὐτελεῖς ἡγεῖσθαι· μετὰ δὲ καιρὸν καὶ ὥραν μεταβάλλεται τὰ πράγματα, ὥστε ἐξ ἀληθείας τὸν τοιοῦτον ἑαυτὸν ἡγεῖσθαι ἁμαρτωλότερον πάντων ἀνθρώπων· καὶ πάλιν ἄλλῃ ὥρᾳ, ὁρᾶν ἑαυτὸν οἷον βασιλέα μέγιστον ἐξαίσιον, ἢ δυνάστην φίλον βασι- B λέως· πάλιν ἄλλῃ ὥρᾳ ἑαυτὸν ὁρᾶν ἀσθενῆ καὶ πτωχόν· λοιπὸν εἰς ἀμηχανίαν ἐμπίπτει ὁ νοῦς, διὰ τί οὕτως, καὶ πάλιν οὕτως; ὅτι ὁ σατανᾶς μισόκαλος ὢν, τὰ πονηρὰ ὑποβάλλει τοῖς τὴν ἀρετὴν κατορθοῦσι, καὶ ἀγωνίζεται αὐτοὺς μεταστρέψαι· ἔργον γὰρ ἔχει τοῦτο.

Ἀλλὰ σὺ τούτῳ μὴ ὑποταγῇς, τὴν ἐν τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ ἐπιτελουμένην δικαιοσύνην ἐργαζόμενος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Χριστοῦ βῆμα ἕστηκεν ἅμα τῷ ἀχράντῳ ἁγιαστηρίῳ, ὅπως τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεώς σου καυχήσηται ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ καθαρίσαντός σου τὴν συνείδησιν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, ἵνα τῷ πνεύματί σου Θεῷ λατρεύσῃς, ἵνα γνῷς τί προσκυνεῖς C κατὰ τὸν εἰπόντα, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· πείσθητι τῷ ὁδηγοῦντί σε Θεῷ, κοινωνησάτω ἡ ψυχή σου τῷ Θεῷ, ὡς κοινωνεῖ νύμφη νυμφίῳ· τὸ γὰρ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστί, φησιν, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἄμωμον ψυχήν. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ λγ'.

Τίνος ἕνεκεν ἐδόθη ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἡ θεία γραφή;

Ὥσπερ βασιλεὺς γράψας ἐπιστολὰς, οἷς βούλεται κωδικέλους καὶ δωρεὰς ἰδίας χαρίσασθαι, ση- D μαίνει πᾶσιν, ὅτι ταχέως σπουδάσατε ἐλθεῖν πρός με, ἵνα λάβητε παρ' ἐμοῦ δωρεὰς βασιλικὰς, καὶ εἰ μὴ ἀπέλθωσι καὶ λάβωσιν, οὐδὲν ὠφελήθησαν, ἀναγνόντες τὰς ἐπιστολὰς, μᾶλλον δὲ καὶ θανάτου εἰσὶν ἔνοχοι μὴ θελήσαντες ἀπελθεῖν, καὶ ἐκ χειρὸς βασιλέως τιμῆς ἀξιωθῆναι· οὕτως καὶ τὰς θείας γραφὰς ὥσπερ ἐπιστολὰς ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς Θεὸς τοῖς ἀνθρώποις, δηλώσας δι' αὐτῶν, ἵνα παρακαλέσαντες τὸν Θεὸν, καὶ πιστεύσαντες αἰτήσωσι καὶ λάβωσι δωρεὰν οὐράνιον ἐκ τῆς ὑποστάσεως τῆς θεότητος αὐτοῦ· γέγραπται γὰρ, ἵνα γενώμεθα θείας κοινωνοὶ φύσεως. ἐὰν δὲ μὴ προσέλθῃ, καὶ αἰτήσῃ, καὶ λάβῃ ὁ ἄνθρωπος, οὐδὲν ὠφελήθη ἀναγνοὺς τὰς γραφὰς, μᾶλλον δὲ καὶ θανάτου ἔνοχός ἐστιν, ὅτι παρὰ βασιλέως οὐρανίου οὐκ ἠ- E θέλησε λαβεῖν ζωῆς δωρεὰν, ἧς ἄνευ ἀδύνατόν ἐστι ζωῆς ἀθανάτου τυχεῖν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ μ'

Ὅτι πᾶσαι αἱ ἀρεταὶ, καὶ πάντα κακὰ ἀλλήλων ἐκδέδενται, καὶ ὡσπερεὶ ἅλυσίς τις μία τῆς μιᾶς ἤρτηνται.

Περὶ τῆς φαινομένης ἀσκήσεως, καὶ ποῖον ἐπιτήδευμα μεῖζον, καὶ πρῶτον τυγχάνει, τοῦτο γινώσκετε ἀγαπητοὶ, ὅτι ἀλλήλων ἐκδέδενται πᾶσαι

A gni habiti, &, ut ita dicam, ex imo maris profundo guttulis quibusdam irrorati, reperiunt hoc ipsum singulis horis, singulisque diebus tam admirandam operationem fieri, ut qui operetur ob inopinatam, peregrinam & divinam effectionem obstupescat & admiretur, qua ratione deceptus sit. Porro gratia ipsum illuminat, dirigit, pacificum reddit, ac bonum efficit, quæ gratia per omnia divina & cælestis; ut collatione ejus reges, potentes, sapientes, & in dignitate constituti velut minimi ac viles reputentur. Exiguo vero temporis aut horæ spatio post, res immutantur, ut re vera is ipse se ipsum reputet graviorem peccatorem omnibus hominibus: & rursum alia hora videat se ipsum veluti B regem maximum & ingentem, aut potentem amicum regis: rursum alia hora se ipsum videat infirmum & pauperem. Ceterum in perplexitatem labitur animus, quamobrem sic, & rursum sic. Quia satanas, cum id quod bonum est odio prosequatur, mala suggerit his, qui virtutem consectantur, eosque avertere contendit; hoc enim ejus est opus.

V. Verum ne illi subjiciaris, sed operare justitiam, quæ in interiori homine perficitur, in quo Christi altare consistit una cum impolluto sanctuario, ut testimonium conscientiæ tuæ glorietur in cruce Christi, qui expurgat conscientiam tuam ab operibus mortuis, ut spiritu tuo Deo ministres, ut C noris quid adoras, secundum eum qui dicit: [a] *Nos adoramus, quod scimus*: Confide dirigenti te Deo, consortium habeat anima tua cum Deo, ut sponsa societatem colit cum sponso. [b] *Mysterium enim hoc magnum est: Ego vero dico, inter Christum* & incontaminatam animam, Cui gloria in sæcula. Amen.

HOMILIA XXXIX.

Ad quid scriptura divina nobis a Deo donata sit?

I. Quemadmodum rex, qui scribit litteras ad eos, quibus vult codicillos & peculiaria munera largiri, notum facit omnibus, nempe: *Contendite confestim ad me venire, ut accipiatis a me munera regia*: qui nisi venerint & acceperint, nihil ipsis proderit, quod has legerint; quin potius mortis supplicio fiunt obnoxii, quod renuerint venire, & e manu regis honorarium consequi: sic quoque divinas scripturas velut epistolas misit rex Deus hominibus, iis significans, ut invocantes Deum, & credentes petant & consequantur donum cæleste ex hypostasi divinitatis ejus. Scriptum enim est: [c] *Quo fiamus divinæ consortes naturæ*. Si vero non accesserit, non petierit, nec acceperit, nihil ei proderit, quod legerit scripturas, imo potius capitali supplicio tenebitur, quod a rege cælesti noluerit accipere donum vitæ; sine quo fieri nequit, ut vitam immortalem, quæ est Christus, consequatur. Cui gloria in sæcula. Amen.


HOMILIA XL.

Cunctas virtutes, & cuncta vitia inter se colligata esse, & velut catenam unam ab altera dependere.

I. De exteriori exercitatione, & quodnam institutum sit potius & primum hoc scitote, dilecti, quod inter se devinctæ sint omnes virtutes,

[a] Joan. IV. 22. [b] Ephes. V. 32. [c] II. Pet. I. 4.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



αἱ ἀρεταί· ὥσπερεὶ γάρ τις πνευματικὴ ἅλυσις, μία τῆς μιᾶς ἤρτηται· ἡ εὐχὴ ἀπὸ τῆς ἀγάπης, ἡ ἀγάπη ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ἡ χαρὰ ἀπὸ τῆς πρᾳότητος, ἡ πρᾳότης ἀπὸ τῆς ταπεινώσεως, ἡ ταπείνωσις ἀπὸ τῆς διακονίας, ἡ διακονία ἀπὸ τῆς ἐλπίδος, ἡ ἐλπὶς ἀπὸ τῆς πίστεως, ἡ πίστις ἀπὸ τῆς ὑπακοῆς, ἡ ὑπακοὴ ἀπὸ τῆς ἁπλότητος. ὥσπερ καὶ τὸ ἐναντίον μέρος ἓν ἀφ᾽ ἑνὸς τὰ κακὰ ἐκδέδενται· τὸ μῖσος ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, ὁ θυμὸς ἀπὸ τῆς ὑπερηφανίας, ἡ ὑπερηφανία ἀπὸ τῆς κενοδοξίας, ἡ κενοδοξία ἀπὸ τῆς ἀπιστίας, ἡ ἀπιστία ἀπὸ τῆς σκληροκαρδίας, ἡ σκληροκαρδία ἀπὸ τῆς ἀμελείας, ἡ ἀμέλεια ἀπὸ τῆς χαυνώσεως, ἡ χαύνωσις ἀπὸ τῆς ἀκηδίας, ἡ ἀκηδία ἀπὸ τῆς ἀνυπομονησίας, ἡ ἀνυπομονησία ἀπὸ τῆς φιληδονίας· καὶ τὰ λοιπὰ μέλη τῆς κακίας ἀλλήλων εἰσὶν ἐκκρεμάμενα· B οὕτως κἀν τῷ ἀγαθῷ μέρει ἀλλήλων εἰσὶν ἐκκρεμάμεναι αἱ ἀρεταὶ καὶ ἀπηρτημέναι.

A Velut enim quædam spiritualis catena una ab altera dependet; precatio a dilectione, dilectio a gaudio, gaudium a mansuetudine, mansuetudo ab humilitate, humilitas ab obsequio, obsequium a spe, spes a fide, fides ab auditu, auditus a simplicitate. Quemadmodum etiam ex adversa parte vitia, unum ab altero, dependent; odium ab ira, ira a superbia, superbia a vana gloria, vana gloria ab infidelitate, infidelitas a duritie cordis, durities cordis a negligentia, negligentia a pigritia, pigritia ab acedia, acedia ab impatientia, impatientia a voluptate, & reliqua membra vitiorum ab invicem dependentia; sic quoque in bona parte ab invicem dependent, & suspensæ sunt virtutes.

Κεφάλαιον δὲ πάσης σπουδῆς ἀγαθῆς, καὶ κορυφαῖον τῶν κατορθωμάτων ἐστὶ τὸ προσκαρτερεῖν τῇ εὐχῇ, ἀφ᾽ ἧς καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς διὰ τῆς παρὰ Θεοῦ αἰτήσεως ὁσημέραι προσκτᾶσθαι δυνάμεθα· ἐντεῦθεν γὰρ ἐγγίνεται τοῖς καταξιουμένοις ἡ κοινωνία τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγιότητος, καὶ τῆς πνευματικῆς ἐνεργείας, καὶ ἡ συνάφεια τῆς τοῦ νοῦ διαθέσεως, ὡς πρὸς τὸν κύριον, ἐν ἀγάπῃ ἀῤῥήτῳ. ὁ γὰρ ἑαυτὸν ὁσημέραι τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖν ἀναγκάζων, εἰς ἔρωτα θεῖον καὶ πόθον ἔμπυρον ὑπὸ τῆς πνευματικῆς ἀγάπης ἐκκαίεται πρὸς Θεόν, καὶ τὴν χάριν τῆς τοῦ πνεύματος ἁγιαστικῆς τελειότητος ὑποδέχεται.

II. Caput autem totius boni instituti, & vertex honestarum actionum est perdurare in precatione, cujus ope ceteras quoque virtutes per postulationem a Deo quotidie consequi possumus. Hinc enim provenit iis qui digni habentur, communicatio divinæ sanctimoniæ & spiritualis efficaciæ, & connexio affectionis animi erga Dominum, velut per arcanam dilectionem. Qui enim se ipsum quotidie ad perseverandum in oratione compellit, ille in amorem divinum & desiderium ardens a spirituali dilectione C accenditur erga Deum, & gratiam perfectionis sanctificantis Spiritus suscipit.

Ἐρώτησις.

Ἐπειδή τινες πωλοῦσι μὲν τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δούλους ἐλευθεροῦσι, καὶ ποιοῦσιν ἐντολάς, οὐ ζητοῦσι δὲ λαβεῖν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τὸ πνεῦμα, ἄρα ζῶντες οὕτως οὐκ ἀπέρχονται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν;

Interrogatio.

III. *Quoniam quidam vendunt facultates suas, servos libertate donant, & implent mandata, non tamen student consequi in hoc mundo Spiritum, num qui sic vivunt, non abeunt in regnum cælorum?*

Ἀπόκρισις.

Ὁ λόγος οὗτος λεπτός ἐστι· τινὲς γὰρ λέγουσι μίαν βασιλείαν, καὶ μίαν γέενναν· ἡμεῖς δὲ λέγομεν βαθμοὺς πολλοὺς καὶ διαφοράς, καὶ μέτρα· καὶ ἐν αὐτῇ τῇ βασιλείᾳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ γεέννῃ· ὥσπερ δέ ἐστι μία ψυχὴ ἐν ὅλοις τοῖς μέλεσι, καὶ ἄνω ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἐνεργεῖ, καὶ κάτω τοὺς πόδας αὐτὴ κινεῖ, οὕτως καὶ ἡ θεότης πάντα τὰ κτίσματα τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ὑποκάτω τῆς ἀβύσσου περιέχει, καὶ πανταχοῦ πεπλήρωται ἐν τῇ κτίσει, εἰ καὶ ἐξωτέρα τῶν κτισμάτων ἐστί, διὰ τὸ ἀμέτρητον καὶ ἀπερίληπτον· προσέχει οὖν αὐτὴ ἡ θεότης τοῖς ἀνθρώποις, καὶ οἰκονομεῖ πάντα κατὰ λόγον· καὶ ἐπειδή τινες μὲν εὔχονται μὴ εἰδότες τί ζητοῦσι· τινὲς δὲ νηστεύουσιν, ἄλλοι στήκουσιν εἰς διακονίαν, ἑκάστῳ κατὰ τὸ μέτρον τῆς πίστεως, ὁ Θεὸς δικαιοκρίτης ὢν ἀποδίδωσι τὸν μισθόν· ἃ γὰρ ποιοῦσι, διὰ φόβον Θεοῦ ποιοῦσιν. ἀλλ᾽ οὐκ εἰσὶν οὗτοι πάντες υἱοί, οὔτε βασιλεῖς οὔτε κληρονόμοι.

Responsio.

Disputatio hæc subtilis est. Quidam enim ajunt [1] unicum esse regnum, & unicam gehennam. Nos D autem asserimus, multos esse gradus, differentias atque mensuras, non solum in ipso regno, verum etiam in gehenna. Quemadmodum ergo est una anima in omnibus membris, nihilominus ea sursum in cerebro vim suam exerit, & deorsum pedes commovet: sic quoque divinitas omnes creaturas, tum cælestes, tum quæ subtus abyssum sunt, continet, & ubique plene est in creaturis, quamvis aliena a creaturis sit, eo quod sit dimensionis & comprehensionis expers. Attendit ergo ipsa divinitas hominibus, & gubernat omnia cum ratione. Et quoniam nonnulli precantur, ignorantes quid quærant; quidam vero jejunant; alii consistunt in ministerio, unicuique pro modo fidei, Deus, qui justus judex E est, reddit mercedem. Quæ enim faciunt, metu Dei peragunt: verum non omnes isti filii, aut reges, aut hæredes sunt.

Εἰσὶ δὲ ἐν τῷ κόσμῳ οἱ μὲν φονεῖς, ἄλλοι πόρνοι, καὶ ἄλλοι ἅρπαγες· οἱ δὲ πάλιν τὰ ἴδια πτωχοῖς διαδιδόντες, προσέχει καὶ τούτοις κἀκείνοις ὁ κύριος, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοποιοῦσιν ἀνάπαυσιν καὶ μισθὸν δίδωσιν· εἰσὶ γὰρ μέτρα ὑπερέχοντα, καὶ μέτρα μικρά· καὶ ἐν αὐτῷ τῷ φωτὶ καὶ τῇ δόξῃ διαφορά ἐστι· καὶ ἐν αὐτῇ τῇ γεέννῃ, καὶ τῇ κολάσει φαίνονται οἱ φαρμακοί, καὶ οἱ λῃσταί, καὶ ἄλλοι οἱ μικρὰ πλημμελήσαντες. οἱ δὲ λέγοντες, μία ἐστὶ βασιλεία, καὶ μία γέεννα, καὶ οὐκ εἰσὶ

IV. Ceterum in mundo alii sunt homicidæ, alii stupro dediti, alii raptores: rursum nonnulli sua pauperibus largiuntur; attendit quoque his & illis Dominus, & quidem bene agentibus, quietem & præmium largitur. Sunt enim mensuræ exiguæ. Et in ipso lumine ac gloria discrepantia quædam est. In ipsa porro gehenna & supplicio inveniuntur venefici, latrones & alii, qui levia peccata commiserunt. Qui vero asserunt, unicum esse regnum, & unicam gehennam, nec esse gradus, perperam lo-

1. Unicum accipe pro uniformi & pari.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

βαθμοὶ, κακῶς λέγουσι. πόσοι γάρ εἰσι κοσμικοὶ νῦν εἰς θέατρα στήκοντες, καὶ λοιπὰς ἀταξίας; καὶ πόσοι εἰσὶν ἄρτι εὐχόμενοι καὶ φοβούμενοι τὸν Θεόν; τούτοις οὖν κἀκείνοις ὁ Θεὸς προσέχει· καὶ ὡς δικαιοκρίτης, τοῖς μὲν ἀνάπαυσιν ἑτοιμάζει, τοῖς δὲ κόλασιν.

A quuntur. Quot enim sunt modo mundani, qui spectaculis & aliis absurdis rebus hærent intenti? & quot sunt modo qui deprecantur ac metuunt Deum? His igitur & illis attendit Deus, & velut justus judex, his requiem, illis vero supplicium præparat.

Ὥσπερ δὲ ζευγνύοντες ἄνθρωποι ἵππους, καὶ ἅρματα ἡνιοχοῦσι, καὶ κατ' ἀλλήλων ἐλαύνουσιν· ἕκαστος γὰρ ἀγωνίζεται, πῶς ῥίψει καὶ νικήσει τὸν ἐξ ἐναντίας· οὕτως ἐστὶν ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν ἀγωνιζομένων, θέατρον τῶν πονηρῶν πνευμάτων παλαιόντων τῇ ψυχῇ, καὶ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων θεωρούντων τὸν ἀγῶνα· λοιπὸν καθ' ἑκάστην ὥραν κτίζονται ὑπὸ τῆς ψυχῆς πολλοὶ λογισμοὶ νεαροί. ὁμοίως καὶ ὑπὸ τῆς κακίας ἔνδον· καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ πολλοὺς ἀποκρύφους ἔχει λογισμούς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ προφέρει καὶ γεννᾷ· καὶ αὐτὴ ἡ κακία λογισμοὺς ἔχει πολλούς, καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ καθ' ὥραν γεννᾷ λογισμοὺς νεκροὺς κατὰ τῆς ψυχῆς. καὶ γὰρ ὁ νοῦς ἡνίοχός ἐστι καὶ ζεύγνυσι τὸ ἅρμα τῆς ψυχῆς κατέχων ἡνίας τῶν λογισμῶν· καὶ ὧδε τρέχει κατὰ τοῦ ἅρματος τοῦ σατανᾶ, ὅπου καὶ αὐτὸς ἔζευξε κατὰ τῆς ψυχῆς.

V. Quemadmodum autem homines qui jungunt equos, currus dirigunt, & adversus se invicem impellunt; quilibet enim eorum contendit, qua ratione prosternat & superet adversarium: ita se habet in corde certantium, spectaculum improborum spirituum cum anima luctantium, Deo & angelis certamen spectantibus. Itaque singulis horis producun- B tur ab anima multæ recentes cogitationes; itidem a vitio quoque interius. Anima enim multas reconditas habet cogitationes, quas ad horam ipsam procreat & gignit. Ipsum quoque vitium permultas habet cogitationes & studia, & ad horam producit cogitationes novas adversus animam. Mens etenim auriga est, quæ jungit currum animæ, tenens habenas cogitationum: & currit illic contra currum satanæ ubi ipse quoque junxit currum adversus animam.

Ἐρώτησις.

Εἰ ἀνάπαυσίς ἐστιν ἡ [1] ψυχή, πῶς λέγουσί τινες ὅτι οὐ δυνάμεθα εὔξασθαι, οὐδὲ ὑπομένουσιν ἐν τῇ εὐχῇ;

Interrogatio.

VI. *Si quies est anima, quo pacto dicunt aliqui, nos non posse orare, nec perseverant in oratione?*

C

Ἀπόκρισις.

Αὐτὴ ἡ ἀνάπαυσις πλεονάζουσα δίδωσι σπλάγχνα καὶ διακονίας ἑτέρας, οἷον τοῦ ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφούς, τοῦ εἰς τὸν λόγον διακονῆσαι· καὶ αὐτὴ ἡ φύσις θέλει ἀπελθεῖν καὶ ἰδεῖν τοὺς ἀδελφοὺς λαλῆσαι λόγον· οὐδὲν γὰρ ἐν πυρὶ βαλλόμενον δύναται μένειν ἐν τῇ ἰδίᾳ φύσει, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ αὐτὸ γίνεσθαι πῦρ· ὃν τρόπον ἐὰν βάλλῃς κάχληκας εἰς πῦρ, ὀλίγος γίνεται ἄσβεστος· καὶ εἰ εἰς θάλασσαν, ἐπιπολὺ καταδῦναι καὶ ἀπελθεῖν εἰς μέσον πέλαγος, καταποντίζεται καὶ ἀφανὴς γίνεται· ὁ δὲ κατὰ βαθμὸν εἰσερχόμενος, πάλιν ἀναβῆναι θέλει, καὶ ἐπιπλεῦσαι καὶ ἐξελθεῖν εἰς λιμένα, καὶ ἰδεῖν τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους. οὕτως καὶ εἰς τὸ πνευματικὸν εἰσέρχεταί τις εἰς βάθος χάριτος, καὶ πάλιν μνημονεύει τῶν ἑταίρων αὐτοῦ, καὶ αὐτὴ ἡ φύσις θέλει ἀπελθεῖν εἰς ἀδελφούς, ἀποπληρῶσαι τὴν ἀγάπην, πληροφορῆσαι λόγον.

Responsio.

Ipsa requies si abundet, suppeditat viscera misericordiæ atque alia obsequia, velut, visitandi fratres, ministrandi verbo. Ipsa quoque natura desiderat progredi, & visere fratres ad loquendum verbum. Nihil enim est, quod in ignem conjectum, potest permanere in sua natura, sed necesse est ipsum quoque in ignem converti: veluti si projicias lapillos in ignem, pauxillum producitur calcis. Sin in mare mittas quempiam, fit utplurimum, ut demersus & delatus in medium pelagus, fluctibus obruatur, & visum effugiat. Qui vero per gradus ingre- D ditur, denuo adscendere desiderat, adnavigare & egredi ad portum, ut adspiciat, qui sunt in terris, homines: sic quoque in re spirituali, aliquis in profundum gratiæ ingressus, rursum recordatur sociorum suorum, quinimo ipsa natura desiderat accedere ad fratres, implere caritatem, & corroborare verbum.

Ἐρώτησις.

Πῶς δύναται τὰ δύο πρόσωπα εἶναι ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ ἡ χάρις καὶ ἡ ἁμαρτία;

Interrogatio.

VII. *Quo pacto possunt duæ personæ in corde consistere, gratia nimirum & peccatum?*

Ἀπόκρισις.

Ὥσπερ ὅταν ᾖ πῦρ ἔξωθεν χαλκίου, λοιπὸν ἐὰν ὑποβάλῃς ξύλα, ἰδοὺ ἔκπυρον γίνεται, καὶ τὸ ἔσωθεν τοῦ σκεύους ἕψεται, καὶ βράσσει, τοῦ πυρὸς ἔξωθεν ὑποκαιομένου. εἰ δέ τις ἀμελήσῃ καὶ μὴ ὑποβάλῃ ξύλα, ἄρχεται χλιαρώτερον γίγνεσθαι τὸ πῦρ, καὶ ὥσπερ κατασβέννυσθαι· οὕτως καὶ ἡ χάρις τὸ πῦρ τὸ οὐράνιον καὶ ἔσωθέν σού ἐστι. λοιπὸν ἐὰν εὔξῃ, καὶ δώσῃς τοὺς λογισμούς σου εἰς ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, ἴδε πῶς ὑπέβαλες τὰ ξύλα, καὶ γίνονται οἱ λογισμοί σου πῦρ, καὶ βάπτονται εἰς τὸν πόθον τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ καὶ ὑποχωρεῖ τὸ πνεῦμα ὡς ἐξώτερόν σου γινόμενον, ἀλλὰ καὶ ἔσωθέν σου ἐστι, καὶ ἔξωθέν σου παραφαίνεται. ἐὰν δὲ ἀμελήσῃ τις, ὀλίγον ἐκδοὺς ἑαυτόν, ἢ εἰς κοσμικὰ πράγματα, ἢ εἰς ῥεμβασμόν,

Responsio.

E Quemadmodum si sit ignis extra vas æneum, ceterum si subjeceris ligna, ecce accenditur ille, & quod intra vas est, coquitur, & fervet, igne extrinseco accenso: si vero quis negligat, nec ligna submittat, incipit tepidior evadere ignis, & propemodum exstingui: sic quoque gratia, ignis nimirum cælestis, intra te est: itaque si precatus fueris, ac contuleris cogitationes tuas ad dilectionem Christi, vide quo pacto subjeceris ligna, & evadunt cogitationes tuæ in ignem, & tinguntur desiderio Dei. Et licet secedat Spiritus, qui extra te est, nihilominus etiam intra te est, & extra te apparet. Quod si vero quis socordia diffluens, paullisper se ipsum tradat aut mundanis rebus aut occupationibus, de-

1. Εὐχὴ *oratio*, legi debet.

πάλιν ἔρχεται ἡ κακία, καὶ ἐνδύεται τὴν ψυχὴν, A
καὶ ὅλον τὸν ἄνθρωπον ἄρχεται θλίβειν. μνημονεύει οὖν ἡ ψυχὴ τῆς προτέρας ἀναπαύσεως καὶ ἄρχεται θλίβεσθαι, καὶ συνεχέστερον ταλαιπωρεῖν.

Πάλιν προσέσχεν ὁ νοῦς πρὸς τὸν Θεὸν, ἤρξατο προσεγγίζειν αὐτῷ ἡ προτέρα ἀνάπαυσις, ἄρχεται σφοδροτέρως ἐπιζητεῖν· δέομαί σου, φησι, κύριε· κατὰ μικρὸν προστίθεται αὐτῷ τὸ πῦρ ἐξάπτον καὶ ἀναπαῦον τὴν ψυχήν. ὥσπερ τὸ ἄγκιστρον αἴρει ἐκ τοῦ βυθοῦ τὸν ἰχθὺν κατὰ μικρόν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, καὶ ἐγεύετο τοῦ πικροῦ καὶ τοῦ θανάτου, πῶς ἠδύνατο διακρῖναι τὸ πικρὸν ἀπὸ τοῦ γλυκέος, καὶ τὸν θάνατον ἀπὸ τῆς ζωῆς, καὶ εὐχαριστῆσαι τῷ ζωοποιῷ πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶ- B
νας; Ἀμήν.

nuo accedit vitium, induitque animam, ac totum hominem affligere incipit. Recordatur ergo anima prioris requiei, atque incipit affligi, & continuis ærumnis affici.

VIII. Iterum intendit animus in Deum, cœpit illi appropinquare prior requies, incipit vehementius inquirere. *Deprecor te*, ait, *Domine*. Paullatim apponitur ei ignis & accendens & recreans animam: quemadmodum hamus paullatim extrahit e profundo piscem. Nisi enim hoc ita esset, ac gustaret amaritudinem & mortem, quo pacto posset discernere amarum a dulci, & mortem a vita, & gratum se exhibere vivificanti Patri, & Filio, & Spiritui sancto in sæcula? Amen.

ΟΜΙΛΙΑ μα´.

Βαθέα λίαν τὰ τῆς ψυχῆς ταμεῖα, τῆς ἀπὸ μέρους τῇ χάριτι καὶ ταῖς κακίαις συναυξανομένης.

ΤΟ τίμιον σκεῦος τῆς ψυχῆς ἐν πολλῇ βαθύτητι τυγχάνει, ὥς πού φησιν, ἄβυσσον καὶ καρδίαν αὐτὸς ἐρευνᾷ· ἐκτραπέντος γὰρ τοῦ ἀνθρώπου τῆς ἐντολῆς, καὶ ὑπὸ ἀπόφασιν ὀργῆς γεγενημένου, λαβοῦσα αὐτὸν ὑποχείριον ἡ ἁμαρτία, καὶ αὐτὴ ὥσπερ ἄβυσσός τις πικρίας ἐν λεπτότητι καὶ βαθύτητι τυγχάνουσα, εἰσελθοῦσα ἔνδον, τὰς νομὰς τῆς ψυ- C
χῆς κατέσχεν, ἕως τῶν βαθυτάτων αὐτῆς ταμείων. τοιούτῳ δὲ τρόπῳ παρεικάσομεν τὴν ψυχὴν καὶ τὴν ἁμαρτίαν, μιγεῖσαν, ὥσπερ ὅταν ᾖ δένδρον μέγιστον, ἔχον πολλοὺς κλῶνας· ἔχῃ δὲ καὶ τὰς ῥίζας ἐν τοῖς βαθυτάτοις τῆς γῆς· οὕτως τὰς νομὰς τῶν βαθυτάτων τῆς ψυχῆς ταμείων ἡ παρελθοῦσα ἁμαρτία κατασχοῦσα, ἐν συνηθείᾳ γέγονε καὶ προλήψει ἑκάστῳ νηπιόθεν συναυξανομένη, καὶ συνανατρεφομένη, καὶ τὰ κακὰ ἐκδιδάσκουσα.

Ἐπὰν τοίνυν χάριτος θείας ἐνέργεια ἐπισκιάσῃ τῇ ψυχῇ κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου πίστεως, καὶ δέξηται ἄνωθεν βοήθειαν, ἀκμὴν ἐν μέρει τινὶ ἐπεσκίασεν ἡ χάρις. μὴ νομίσῃ οὖν, τίς ὅλην τὴν ψυ- D
χὴν πεφωτίσθαι. ἀκμὴν πολλὴ νομὴ τῆς κακίας ἔνδον ἐστὶ, καὶ πολλοῦ πόνου χρεία καὶ καμάτου τῷ ἀνθρώπῳ συμφωνοῦντος τῇ πρὸς αὐτὸν χάριτι. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀπὸ μέρους ἤρξατο ἡ θεία χάρις ἐπιφοιτᾷν τῇ ψυχῇ, δυναμένη ῥοπῇ ὥρας τὸν ἄνθρωπον καθαρίσασα τελειῶσαι. ἀλλ' ἵνα δοκιμάσῃ τὴν προαίρεσιν τοῦ ἀνθρώπου, εἰ τὴν ἀγάπην πρὸς Θεὸν ὁλόκληρον ἀποσώζει, μὴ συνδυάζων τῷ πονηρῷ ἐν μηδενὶ, ἀλλ' ὅλον τῇ χάριτι ἑαυτὸν ἐκδιδούς· καὶ οὕτως εὐδοκιμοῦσα ἡ ψυχὴ χρόνοις καὶ καιροῖς, καὶ τὴν χάριν ἐν μηδενὶ λυποῦσα, μήτε ἐνυβρίζουσα, ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον βοηθεῖται. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ χάρις νομὴν λαμβάνει ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ ἕως τῶν βαθυτάτων αὐτῆς μερῶν καὶ διαλογισμῶν ῥιζοῦται, ἐν καιροῖς πλείο- E
σιν εὐδοκιμούσης καὶ συμφονούσης τῆς ψυχῆς τῇ χάριτι· ἕως οὗ ὅλη ἡ ψυχὴ περιληφθῇ ὑπὸ τῆς ἐπουρανίου χάριτος, λοιπὸν βασιλευούσης ἐν αὐτῷ τῷ σκεύει.

Ἐὰν δέ τις μὴ ᾖ ἐν ταπεινοφροσύνῃ πολλῇ, παραδίδοται οὗτος τῷ σατανᾷ, καὶ ἀπογυμνοῦται τῆς πρὸς αὐτὸν γενομένης θείας χάριτος, καὶ πειράζεται ἐν θλίψεσι πολλαῖς, καὶ τότε φανεροῦται αὐτοῦ ἡ οἴησις, ὅτι γυμνὸς καὶ ταλαίπωρος ὑπάρχει. ὀφείλει οὖν ὁ πλουτῶν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ἐν πολλῇ ταπεινοφροσύνῃ καὶ συντριμμῷ καρδίας ὑπάρχειν· καὶ ὡς πτω-

HOMILIA XLI.

Profunda valde sunt penetralia animæ, quæ paullatim incrementa gratiæ aut vitiorum accipit.

I. PRetiosum vas animæ in summa profunditate consistit, ut alicubi inquit: [a] *Abyssum & cor ipse scrutatur*. Ubi enim diverterit homo a mandato, & sententiæ iræ obnoxius factus fuerit, redigit illum in suam potestatem peccatum, quod cum sit velut abyssus quædam acerbitatis in subtilitate & profunditate consistens, ingressum intro, pascua animæ occupavit, usque ad ima ejus receptacula. Hunc autem in modum assimilabimus animam & peccatum permixtum, perinde ac si sit arbor ingens, quæ habeat multos ramos, habeat quoque radices profundæ terræ infixas: sic quoque pascua intimorum animæ receptaculorum ubi penetrans peccatum occupavit, in consuetudinem abit & præoccupationem, cum unoquoque ab infantia simul augmentum sumens conversatur, & vitia edocet.

II. Ubi ergo gratiæ divinæ efficacia obumbraverit animæ pro modo uniuscujusque fidei, atque desuper auxilium receperit, adhuc aliqua in parte adumbrat gratia. Ne ergo arbitreris, quempiam tota anima esse illuminatum: adhuc multum pabulum vitii intus latet, summoque labore indiget homo, & defatigatione, quæ consentiat collatæ ipsi gratiæ. Propterea enim particulatim incipit divina gratia adventare in animam, quæ vel unius horæ momento possit hominem, ubi expurgarit eum, perfectum reddere; verum ut probet intentionem hominis, an dilectionem erga Deum integram conservet, nullo prorsus habito commercio cum improbo; sed totum gratiæ se ipsum tradat: hocque pacto probata tempore & opportunitate anima, gratiamque in nulla prorsus re contristans, nec ulla contumelia afficiens, a modico sumto initio auxilium consequitur. Ipsa quoque gratia pastum in anima sumit, & ad profundissimas usque ejus partes & cogitationes radices mittit, cum in multis occasionibus probata sit, & consentiens gratiæ anima, donec tota anima absorpta est a cælesti gratia, postmodum in ipso vase regnante.

III. Quod si vero quis non studuerit summæ humilitati, traditur iste satanæ, & denudatus divina sibi collata gratia, tentatur afflictionibus multis; & tum manifestatur ejus existimatio, quod nudus & ærumnosus sit. Debet ergo, qui locuples est gratia divina, in multa humilitate & contritione cordis versari, & velut pauperem ac nihil habentem

[a] Eccli. XLII. 18.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

χὸν καὶ μηδὲν ἔχοντα ἑαυτὸν ἡγεῖσθαι· ἀλλότριον A αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἄλλος ἔδωκεν αὐτῷ, καὶ ὅτε βούλεται αἴρει αὐτό· ὁ οὕτως ταπεινῶν ἑαυτὸν ἐπὶ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, δύναται διαφυλάξαι τὴν πρὸς αὐτὸν γενομένην χάριν, καθώς φησιν, ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται· καίπερ ὢν ἐκλεκτὸς Θεοῦ, παρ' ἑαυτῷ ἀποδεδοκιμασμένος ἤτω· καὶ ὢν πιστὸς, ὡς ἀνάξιον ἑαυτὸν ἡγείσθω· τοιαῦται γὰρ ψυχαὶ εὐαρεστοῦσι Θεῷ, καὶ ζωοποιοῦνται ἐν Χριστῷ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

se ipsum existimare; alienum est quod habet, aliusque sibi dedit, & quando vult, aufert illud. Qui hoc pacto se ipsum humiliat, tam apud Deum quam homines, potest conservare collatam sibi gratiam, ut inquit: *Qui se humiliat, exaltabitur.* Et quamvis sit electus Dei, apud se reprobatus esto: quamvis sit fidelis, velut indignum se ipsum reputet. Ejusmodi enim animæ Deo summopere placent, & vivificantur per Christum. Cui gloria & potentia in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ μβ'.

Μὴ τὰ ἔξωθεν, ἀλλὰ τὰ ἔνδοθεν προάγει ἢ βλάπτει τὸν ἄνθρωπον, δηλαδὴ τὸ τῆς χάριτος πνεῦμα, ἢ τὸ πνεῦμα τῆς πονηρίας. B

HOMILIA XLII.

Non externa sed interna promovent aut lædunt hominem, veluti Spiritus gratiæ, aut Spiritus nequitiæ.

Ὥσπερ ἐὰν ἡ πόλις μεγάλη, ἔρημος δὲ ἢ τῶν τειχέων διαλελυμένων, καὶ ὑπὸ ἐχθρῶν ληφθῇ, οὐδὲν τῆς μεγαλειότητος ὄφελος· ζητητέον οὖν [1] καὶ τὸ μέγεθος, ἵνα ἔχῃ καὶ τείχη ὀχυρὰ πρὸς τὸ μὴ τοὺς ἐχθροὺς εἰσιέναι· οὕτω δὴ καὶ ψυχαὶ αἱ κεκοσμημέναι γνώσει καὶ συνέσει, καὶ νῷ ὀξυτάτῳ, ὡς πόλεις εἰσὶ μεγάλαι· ἀλλὰ ζητητέον, εἰ ὠχύρωνται τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος, μήποτε οἱ ἐχθροὶ εἰσελθόντες ἐρημώσωσιν αὐτάς· οἱ γὰρ σοφοὶ τοῦ κόσμου, Ἀριστοτέλης, ἢ Πλάτων, ἢ Σωκράτης φρόνιμοι ὄντες ἐν γνώσει, ὥσπερ πόλεις μεγάλαι ἐτύγχανον, ἀλλ' ἔρημοι ἦσαν ὑπὸ ἐχθρῶν, διὰ τὸ μὴ εἶναι πνεῦμα C Θεοῦ ἐν αὐτοῖς,

I. Quemadmodum si fuerit urbs ingens, eaque sit deserta, muris videlicet dissolutis, atque ab hostibus capta, nulla magnitudinis est utilitas. Expetendum ergo est præter magnitudinem, ut habeat quoque muros firmos, ne hostes invadant: sic sane quoque animæ, exornatæ scientia & intellectu, & ingenio acutissimo, velut magnæ sunt urbes. Ceterum quærendum, an munitæ sint virtute Spiritus, ne quando hostes irruentes desolentur eas. Sapientes enim hujus mundi Aristoteles, Plato vel Socrates, qui rerum notitiam callebant, instar magnarum erant urbium; verum vastati erant ab hostibus, eo quod non esset Spiritus Dei in ipsis.

Ὅσοι δέ εἰσιν ἰδιῶται μέτοχοι τῆς χάριτος, ὥσπερ πόλεις μικραί εἰσιν ὠχυρωμέναι τῇ δυνάμει τοῦ σταυροῦ. ἐκπίπτουσι δὲ τῆς χάριτος ἀπὸ δύο πραγμάτων, καὶ ἀπόλλυνται· ἢ ὅτι τὰς ἐπιφερομένας θλίψεις οὐχ ὑπομένουσιν· ἢ ὅτι εἰς τὰς ἡδονὰς τῆς ἁμαρτίας [2] ἐνηδυνθεῖσαι ἀπέμειναν· οὐ δύνανται γὰρ οἱ διοδεύοντες ἄνευ πειρασμῶν διελθεῖν· ὥσπερ δὲ ἐν τῷ τοκετῷ ἡ προσαίτης καὶ ἡ βασιλὶς τὰς αὐτὰς ὠδῖνας ἔχουσιν, ὁμοίως καὶ ἡ γῆ τοῦ πλουσίου, καὶ τοῦ πένητος, εἰ μὴ τὴν δέουσαν λάβῃ, οὐ δύναται καρποὺς ἀξίους ἐνεγκεῖν· οὕτω καὶ ἐν τῇ ἐργασίᾳ τῆς ψυχῆς, οὐ σοφὸς, D οὐ πλούσιος ἐν τῇ χάριτι βασιλεύει, εἰ μὴ δι' ὑπομονῆς, καὶ θλίψεων, καὶ καμάτων πολλῶν· ὁ γὰρ Χριστιανῶν βίος ὀφείλει τοιοῦτος εἶναι. ὥσπερ τὸ μέλι γλυκὺ τυγχάνον, οὐδὲν ἐπιδέχεται τῶν πικρῶν, ἢ τῶν ἰοβόλων μεταλαβεῖν· οὕτως αὐτοὶ πᾶσι τοῖς ἐπερχομένοις εἴτε ἀγαθοῖς, εἴτε πονηροῖς χρηστοὶ τυγχάνουσιν, ὥς φησιν ὁ κύριος, γίνεσθε χρηστοὶ, ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος· τὸ γὰρ βλάπτον καὶ μιαῖνον τὸν ἄνθρωπον, ἔνδοθέν ἐστιν· ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐκπορεύονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, καθὼς ὁ κύριος λέγει, ὅτι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον ἔνδοθέν ἐστιν.

II. Quicumque vero ex idiotis participes sunt gratiæ, velut urbes parvæ sunt, munitæ virtute crucis. Excidunt vero a gratia duplici de caussa, & pereunt, aut quod illatas afflictiones non sustineant, aut quod voluptatibus peccati se deliniri permiserint. Non enim possunt qui transmeant, absque tentationibus penetrare. Quemadmodum ergo in partu, paupercula & regina eosdem dolores sustinent; itidem quoque terra divitis & pauperis, nisi convenientem acceperit imbrem, non potest fructus dignos producere: sic quoque in operatione animæ, non sapiens, non locuples in gratia regnum obtinet, nisi per tolerantiam, afflictiones &, labores multos; Christianorum enim vita ejusmodi esse debet. Perinde ac mel dulce quod est, nihil suscipit amari, nec venenati quid admittit: sic isti quæcumque evenerint, sive bona, sive mala benigni sunt, ut inquit Dominus: [a] *Estote benigni, sicut Pater vester cælestis. Quod enim lædit & inquinat hominem, intus est. Nam de corde exeunt cogitationes malæ*, ut Dominus ait, quoniam quæ inquinant hominem, interna sunt.

Ἔνδοθεν οὖν ἐστιν ἐν τῇ ψυχῇ ἕρπον καὶ προϊὸν πνεῦμα πονηρίας, λογιστικὸν κινητικὸν, ὅπερ ἐστὶ τὸ E κάλυμμα τοῦ σκότους, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος, ὃν δεῖ τοὺς τῷ Θεῷ προσφεύγοντας ἀποδύσασθαι, καὶ ἐνδύσασθαι τὸν ἐπουράνιον καὶ καινὸν ἄνθρωπον, ὅς ἐστι Χριστός· οὐδὲν οὖν τῶν ἔξωθεν βλάπτειν δύναται τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ τὸ ζῶν καὶ ἐνεργητικὸν τὸ ἐνοικοῦν ἐν τῇ καρδίᾳ πνεῦμα σκότους· ὥστε οὖν τὸν ἀγῶνα ἕκαστος ἐν τοῖς λογισμοῖς ὀφείλει κεκτῆσθαι, ἵνα ἐπιλάμψῃ τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ὁ Χριστός. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

III. Intus ergo est in anima repens & progrediens spiritus malitiæ, rationale impulsivum, quod est velamen tenebrarum, vetus nimirum homo, quem oportet eos, qui ad Dominum confugiunt, exuere, atque induere cælestem & novum hominem, qui est Christus. Nihil ergo eorum, quæ externa sunt, lædere potest hominem, nisi qui vivit, operatur, & habitat in corde spiritus tenebrarum. Quocirca unusquisque in cogitationibus suis debet certamen inire, ut illucescat cordi ejus Christus. Cui gloria in sæcula: Amen.

[a] Luc. VI. 36. Matth. XV. 11.

1. Alii κατά.

2. Alii ἐνδυναμωθεῖσαι ὑπέμειναν.

A

ΟΜΙΛΙΑ μγ΄.

Περὶ τῆς προκοπῆς τοῦ Χριστιανοῦ ἀνδρὸς, ἧς πᾶσα ἡ δύναμις ἐκ τῆς καρδίας ἀποκρεμαμένη ἐστὶν, ὥσπερ ποικίλως ἐνταῦθα διαγράφεται.

Ὥσπερ ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἅπτονται λύχνοι πολλοὶ καὶ λαμπάδες καιόμεναι. πᾶσαι δὲ αἱ λαμπάδες καὶ οἱ λύχνοι ἀπὸ μιᾶς φύσεως ἀνάπτονται καὶ φαίνουσιν· οὕτως καὶ οἱ Χριστιανοὶ, ἀπὸ μιᾶς φύσεως ἀνάπτονται, καὶ φαίνουσι, τοῦ πυρὸς τοῦ θείου τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔχουσι τὰς λαμπάδας καιομένας εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν, καὶ φαίνουσι κατενώπιον αὐτοῦ ἐν γῇ ὄντες, καθὼς καὶ αὐτός· λέγει γὰρ, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως. διὰ τοῦτο Χριστὸς ἐπεκλήθη, ἵνα τῷ αὐτῷ ἐλαίῳ, ᾧ αὐτὸς ἐχρίσθη, καὶ ἡμεῖς χρισθέντες γενώμεθα χριστοὶ, τῆς αὐτῆς, ὡς εἰπεῖν, οὐσίας καὶ ἑνὸς σώματος. λέγει πάλιν, ὅ, τε ἁγιάζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες.

Ἐοίκασιν οὖν οἱ Χριστιανοὶ ἐν ἑνὶ μέρει λυχνίαις ἐχούσαις τὸ ἔλαιον ἐν αὐταῖς, τουτέστι τοὺς καρποὺς τῆς δικαιοσύνης. ἐὰν δὲ μὴ ἀφεθῇ λύχνος ἐκ τοῦ λύχνου τῆς θεότητος ἐν αὐτοῖς, οὐδέν εἰσιν· ὁ κύριος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος, διὰ τὸ πνεῦμα τῆς θεότητος τὸ μένον οὐσιωδῶς ἐν αὐτῷ, καὶ ἐκκαῖον αὐτοῦ τὴν καρδίαν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· ὥσπερ γὰρ ἐὰν ᾖ βαλάντιον σαπρὸν πεπληρωμένον μαργαριτῶν, οὕτω καὶ οἱ Χριστιανοὶ τῷ ἔξωθεν ἀνθρώπῳ ταπεινοὶ ὀφείλοντες εἶναι καὶ εὐκαταφρόνητοι, ἔνδοθεν εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον ἔχουσι τὸν πολύτιμον μαργαρίτην· ἕτεροι δέ εἰσι τάφοις κεκονιασμένοις ἐοικότες, ἔξωθέν μὲν ἐζωγραφημένοι καὶ περικαλλεῖς, ἔσωθεν δὲ γέμοντες ὀστέων νεκρῶν, καὶ δυσωδίας πολλῆς, καὶ πνευμάτων ἀκαθάρτων· νεκροί εἰσιν ἀπὸ Θεοῦ, καὶ πᾶσαν αἰσχύνην καὶ ῥυπαρίαν, καὶ τὸ σκότος τοῦ ἀντικειμένου ἐνδεδυμένοι.

Ὁ ἀπόστολος λέγει, ὅτι ὁ νήπιος, ἕως ὅτε μικρός ἐστιν, ὑπὸ ἐπιτρόπους καὶ οἰκονόμους τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἐστὶν, ἅτινα πνεύματα οὐ θέλουσι τὸν νήπιον αὐξῆσαι· ἵνα μὴ γενόμενος ἀνὴρ τέλειος, ἄρξηται ἐπιζητεῖν τὰ κατὰ τὸν οἶκον, καὶ ἐκδικεῖν τὴν κυριότητα· ὁ Χριστιανὸς πάντοτε ὀφείλει τὴν μνήμην τοῦ Θεοῦ ἔχειν· γέγραπται γὰρ, ἀγαπήσεις κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, ἵνα μὴ μόνον, ὅτε εἰσέρχεται εἰς τὸ εὐκτήριον, ἀγαπᾷ τὸν κύριον, ἀλλὰ καὶ περιπατῶν, καὶ ὁμιλῶν, καὶ ἐσθίων ἔχῃ τὴν μνήμην τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν στοργήν· λέγει γὰρ, ὅπου ὁ νοῦς σου, ἐκεῖ καὶ ὁ θησαυρός σου· εἰς ὃ γὰρ πρᾶγμα ἡ καρδία τινὸς δέδεται, καὶ ὅπου ἡ ἐπιθυμία ἕλκει αὐτὸν, ἐκεῖνό ἐστιν αὐτοῦ ὁ Θεός. ἐὰν ἐπιθυμῇ ἡ καρδία πάντοτε τοῦ Θεοῦ, αὐτός ἐστι κύριος τῆς καρδίας αὐτοῦ· ὁ δὲ ἀποταξάμενός τις γενόμενος ἀκτήμων, καὶ ἄπολις, καὶ νηστεύων, οὕτως εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον ἀκμὴν δέδεται, ἢ εἰς τὰ κοσμικὰ πράγματα, ἢ εἰς οἰκίαν, ἢ εἰς φίλτρον γονέων. ὅπου ἐδέθη αὐτοῦ ἡ καρδία, καὶ ὁ νοῦς ᾐχμαλωτίσθη, ἐκεῖνο αὐτοῦ ἐστι Θεός· καὶ εὑρίσκεται, διὰ μὲν τῆς πλατείας θύρας ἐξελθὼν τοῦ κόσμου, διὰ δὲ τῆς παραθύρου εἰσελθὼν καὶ ἐμπεσὼν εἰς τὸν κόσμον. ὥσπερ τὰ φρύγανα ἐπιρριπτόμενα εἰς τὸ πῦρ, οὐ δύνανται ἀντιστῆναι τῇ δυνάμει τοῦ πυρὸς, ἀλλ' εὐθέως κατακαίονται· οὕτως καὶ οἱ δαίμονες θέλοντες πολεμεῖν ἀνθρώπῳ πνεύματος ἠξιωμένῳ, καίονται καὶ καταναλίσκονται ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως τοῦ πυρὸς, μόνον ἵνα ὁ ἄνθρωπος πάντοτε προσκολλώμενος ᾖ τῷ κυρίῳ,

HOMILIA XLIII.

De progressu viri Christiani, cujus tota vis ex corde dependet, ut hic varie describitur.


I. Quemadmodum ab igni accenduntur lucernæ multæ & lampades ardentes; cunctæ vero lampades & lucernæ ab una natura accenduntur & splendent: sic quoque Christiani ab una natura accenduntur & lucent, ignis nimirum divini, Filii Dei: & habent lampades ardentes in cordibus suis, lucentque in conspectu ejus, vel adhuc
B in terra degentes, sicut & ipse. Inquit enim: [a] *Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ*. Idcirco appellatus est Christus, ut eo ipso oleo, quo ipse est unctus, nos quoque uncti fiamus Christi, ejusdem ut ita dicam, substantiæ, & unius corporis. Inquit rursum. [b] *Qui sanctificat, & qui sanctificantur ex uno omnes*.

II. Similes igitur sunt Christiani ex aliqua parte lucernis habentibus oleum in se, hoc est fructus justitiæ, & nisi accendatur lucerna in eis a lucerna divina, nihil sunt. Dominus erat lucerna ardens, propter Spiritum divinitatis manentem substantialiter in ipso, & accendentem ejus cor pro humana na-
C tura. Perinde vero ac si sit marsupium putidum, plenum margaritis: sic quoque Christiani, quoad externum hominem, humiles debent esse, & vilis conditionis, intus vero in interiori homine obtinent pretiosam margaritam. Nonnulli vero sunt sepulcris dealbatis similes, [c] exterius quidem depicti & valde splendidi; intus vero pleni ossium mortuorum, fœtoris multi, & spirituum immundorum; mortui sunt a Deo: atque omni turpitudine, sordibus & tenebris adversarii induti.

III. Apostolus ait: [d] *Puer quamdiu parvulus est, sub tutoribus & curatoribus* spirituum immundorum agit, qui spiritus nolunt puerum crescere, ne, ubi
D in virum perfectum evaserit, incipiat quærere, quæ ad familiam pertinent, & vindicare dominium. Christianus nullo non tempore debet memoriam Dei habere. Scriptum enim est: [e] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*: ne solum, quando ingreditur oratorium, diligat Dominum, sed etiam ambulans, colloquens, & comedens, in memoria Deum habeat, diligat, & amore prosequatur. Inquit enim: [f] *Ubi mens tua, ibi quoque thesaurus tuus*. Ad quacumque enim rem cor alicujus alligatur, & quo eum trahit cupido, illa res est ejus Deus. Si desideret cor ubique Dominum, ipse est Dominus cordis ejus. Quispiam vero, qui abrenuntiavit, omnibusque suis facultatibus, & ur-
E be relictis, jejunio dat operam, iste sui ipsius homini adhuc alligatus hæret, aut rebus mundanis, aut familiaribus, aut amori parentum: ubi alligatum est ejus cor, & mens ejus captivata, id ipsum est ejus Deus: & deprehenditur quidem per amplam portam e mundo excessisse, per ostiolum autem ingressus in mundum incidisse. Quemadmodum sarmenta in ignem projecta nequeunt resistere vi ignis, sed confestim comburuntur; sic quoque dæmones, qui bellum volunt inferre homini Spiritum consecuto, comburuntur & consumuntur a divina virtute ignis, modo homo perpetuo Domino adhæreat, fiduciamque & spem in eum collocet. Et si

a Psal. XLV. 8. b Hebr. II. 11. c Matth. XXIII, 27. d Gal. IV. 1. e Deut. VI. 5. f Matth. VI. 21.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



καὶ τὴν πεποίθησιν καὶ τὴν ἐλπίδα πρὸς αὐτὸν ἔχων. A καὶ ἐὰν ὦσιν οἱ δαίμονες ἰσχυροὶ ὡς ὄρη ἰσχυρὰ, ὑπὸ τῆς εὐχῆς καίονται, καθάπερ ὁ κηρὸς ὑπὸ πυρός· μέγας δὲ ἐν τῷ μεταξὺ κεῖται ἀγὼν καὶ πόλεμος τῇ ψυχῇ πρὸς αὐτούς· ποταμοί εἰσι δρακόντων ἐκεῖ, καὶ στόματα λεόντων· πῦρ ἐστι φλεγόμενον εἰς τὴν ψυχήν. ὥσπερ ὁ τέλειος κακοποιὸς μεθύων εἰς τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης ἢ φονεύων, ἢ μοιχεύων, ἀκόρεστός ἐστιν εἰς τὸ κακόν· οὕτως καὶ οἱ Χριστιανοὶ βεβαπτισμένοι εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἄπειροι γίνονται τοῦ κακοῦ· οἱ δὲ ἔχοντες χάριν, καὶ ἔτι μεμιγμένοι τῇ ἁμαρτίᾳ, οὗτοι ὑπὸ φόβον εἰσὶ, καὶ διὰ φοβερὸν τόπον ὁδεύουσι.

fuerint dæmones fortes, robore montibus haud absimiles, ab oratione comburuntur, velut cera ab igni. Ingens vero interea intercedit certamen ac bellum animæ adversus eosdem. Fluvii draconum sunt illic, atque ora leonum; ignis accendens animam. Quemadmodum ergo perfectus in malo committendo, inebriatus spiritu erroris, homicidio aut adulterio deditus, exsaturari malitia nequit: sic quoque Christiani, baptizati in Spiritum sanctum, rudes evadunt vitiorum. Qui vero consequuti gratiam adhuc permiscentur peccato, hi sub metu sunt, & per formidabilem locum iter faciunt.

B Καθάπερ γὰρ οἱ ἔμποροι πλέοντες κἂν εὕρωσιν ἴδιον ἄνεμον καὶ γαληνιῶσαν τὴν θάλασσαν, μήπω δὲ φθάσωσιν εἰς τὸν λιμένα, ἀεὶ ὑπὸ φόβον εἰσὶ, μήπως ἄφνω ἐναντίου κινηθέντος ἀνέμου κλυδωνισθῇ ἡ θάλασσα, καὶ κινδυνεύσῃ τὸ πλοῖον· οὕτω καὶ οἱ Χριστιανοὶ εἰ καὶ ἔχουσιν ἐν αὐτοῖς αἴσιον ἄνεμον τοῦ ἁγίου πνεύματος πνέοντα, ἀλλ' ἔτι ὑπὸ φόβον εἰσὶ, μήπως ὁ ἄνεμος τῆς ἐναντίας δυνάμεως πνεύσῃ ἐπελθὼν, καὶ ταραχήν τινα καὶ κλύδωνα κινήσῃ ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν. σπουδῆς οὖν πολλῆς χρεία, ἵνα φθάσωμεν εἰς τὸν λιμένα τῆς καταπαύσεως, εἰς τὸν τέλειον κόσμον, εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν καὶ τρυφὴν, εἰς τὴν πόλιν τῶν ἁγίων, εἰς τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν πρωτοτόκων· ἐὰν δὲ μὴ διέλθῃ τις τὰ μέτρα ἐκεῖνα, ὑπὸ φόβον ἐστὶ πολὺν, C μήπως ἐν τῷ μεταξὺ πτῶσίν τινα ἡ πονηρὰ δύναμις ἐργάσηται.

IV. Quemadmodum enim mercatores dum navigant, licet nacti sint secundum ventum & tranquillum mare, nec dum pervenerint ad portum, continuo sub metu sunt, ne derepente contrario excitato vento fluctibus mare agitetur, & navis in periculum incidat: sic quoque Christiani, licet habeant in se prosperum ventum sancti Spiritus flantem, nihilominus metuunt, ne aliquando ventus contrariæ potestatis spiret & insurgat, & tempestatem quandam ac fluctus excitet animis eorum. Diligentia ergo summa opus, ut perveniamus ad portum requiei, ad mundum perfectum, ad vitam & delicias æternas, [a] ad civitatem sanctorum, ac cælestem Jerusalem, ad ecclesiam primogenitorum. Nisi vero quis gradus illos transierit, summopere metuit, ne forte interea lapsum quemdam adversaria potestas moliatur.

Ὥσπερ δὲ γυνὴ συλλαβοῦσα ἐντὸς ἔχει τὸ βρέφος αὐτῆς ἐν σκότει, ὡς εἰπεῖν, καὶ ὑλώδει τόπῳ· ἐὰν δὲ συμβῇ λοιπὸν ἐξελθεῖν τὸ παιδίον ἐν δέοντι καιρῷ, βλέπει κτίσιν καινοτέραν, ἣν οὐδέποτε εἶδεν, οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ ἡλίου· καὶ εὐθὺς οἱ φίλοι καὶ συγγενεῖς ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ δέχονται αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας. ἐὰν δὲ συμβῇ ὑπὸ ἀταξίας τινὸς σπασθῆναι ἔνδον τὸ παιδίον, ἀνάγκη λοιπὸν τοὺς εἰς τοῦτο τεταγμένους ἰατροὺς ξίφει χρήσασθαι· καὶ λοιπὸν εὑρίσκεται τὸ παιδίον ἀπὸ θανάτου εἰς θάνατον χωροῦν, καὶ ἀπὸ σκότους εἰς σκότος· οὕτως ἀνάλαβε D καὶ εἰς τὸ πνευματικὸν, ὅσοι ὑπεδέξαντο τὸν σπόρον τῆς θεότητος, οὗτοι ἀοράτως ἔχουσιν αὐτὸν, καὶ διὰ τὴν σύνοικον ἁμαρτίαν, ἐν σκοτεινοῖς καὶ φοβεροῖς τόποις κρύπτουσιν. ἐὰν οὖν ἀσφαλίσωνται ἑαυτοὺς, καὶ τυρήσωσι τὸ σπέρμα, οὗτοι τῷ δέοντι καιρῷ ἀναγεννῶντες εἰς τὸ φανερὸν, καὶ λοιπὸν ἐν τῇ διαλύσει τοῦ σώματος οἱ ἄγγελοι καὶ πάντες οἱ ἄνω χοροὶ ἱλαροῖς προσώποις προσδέχονται αὐτούς. ἐὰν δὲ ὑποδεξάμενος τὰ ὅπλα τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸ πολεμῆσαι ἀνδρείως χαυνωθῇ, εὐθέως ὁ τοιοῦτος παραδίδοται τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ἐν τῇ διαλύσει τοῦ σώματος, ἀπὸ σκότους τοῦ νῦν περιέχοντος αὐτὸν, εἰς ἄλλο χαλεπώτερον σκότος χωρεῖ καὶ ἀπώλειαν.

V. Perinde vero ac mulier quæ concepit, intus habet infantem suum in tenebris, ut ita dicam, & denso loco: si vero postmodum contingat egredi puerum tempore debito, intuetur novam creaturam, quam numquam viderat, cæli, terræ & solis. Et amici atque cognati continuo hilari vultu excipiunt eum in ulnas. Quod si vero contingat a confusione quadam divelli intus infantem, necessario superest, ut ad hoc constituti medici cultello utantur; itaque deprehenditur postea infans a morte in mortem pergere, a tenebris in tenebras. Sic accipe quoque in re spirituali. Quicumque susceperunt semen divinitatis, hi invisibili modo obtinent illud, & propter inhabitans sibi peccatum in tenebricosis & timendis locis occultant. Si ergo muniant se ipsos, & conservent semen, isti debito tempore producunt in lucem, & tandem in dissolutione corporis, angeli & omnes superni chori læto vultu excipiunt illos. Si vero quis susceptis armis Christi ad bellum fortiter gerendum, socordia diffluerit, ejusmodi qui est, quam primum traditur hostibus, & in dissolutione corporis a tenebris, quæ nunc comprehendunt illum, in alias molestiores tenebras, & in interitum pergit.

E Ὥσπερ δὲ ἐὰν ᾖ παράδεισος ἔχων δένδρα καρποφόρα, καὶ ἄλλα φυτὰ εὐώδη, καὶ ὅλως ᾖ καλῶς εἰργασμένος καὶ πεφιλοκαλλημένος, ἔχῃ δὲ καὶ μικρὸν τεῖχος ἀντὶ θριγγίου φυλάσσον αὐτόν· συμβῇ δὲ ἐκεῖ ποταμὸν ὁρμητιαῖον διέρχεσθαι, εἰ καὶ μικρὸν τοῦ ὕδατος προσκρούσει τῷ τείχῳ, ὑποφθείρει τὸν θεμέλιον, λαμβάνει ἀγωγὴν, καὶ κατὰ μικρὸν λύει τὸν θεμέλιον, καὶ εἰσελθὼν διαῤῥήσσει καὶ ἐκριζοῖ πάντα τὰ φυτὰ, καὶ ὅλην τὴν ἐργασίαν ἀφανίζει, καὶ ἄκαρπον ποιεῖ· οὕτως ἐστὶ καὶ ἡ καρδία τοῦ ἀνθρώπου, ἔχει τοὺς λογισμοὺς τοὺς καλοὺς, πλησιάζουσι δὲ πάντοτε καὶ οἱ ποταμοὶ τῆς κακίας τῇ καρδίᾳ, θέλοντες αὐτὴν καταβαλεῖν καὶ ῥίψαι εἰς τὸ ἴδιον μέρος.

VI. Perinde vero ac si sit hortus, arboribus fructiferis, & aliis fragrantibus plantis consitus, atque per omnia bene excultus & exornatus, munitus quoque pro vallo, exiguo pariete conservante eum; contingat vero fluvium rapidum illic transcurrere, licet modicum aquæ allidat parieti, corrumpit fundamentum, sumtaque eductione paullatim dissolvit fundamentum, atque irruens affringit & exstirpat omnes plantas, & universam culturam delet, & sterilem reddit: sic quoque se habet cor hominis, possidet cogitationes honestas; appropinquant vero cordi perpetuo & fluvii vitiorum, volentes illud dejicere, atque in suam partem protrahere. Itaque si

[a] Hebr. xii. 22. 23.

λοιπὸν ἐὰν ᾖ μικρὸν κοῦφος ὁ νοῦς, καὶ ἥξῃ τοῖς ἀκαθάρτοις λογισμοῖς, ἰδοὺ ἔλαβον νομὴν τὰ πνεύματα τῆς πλάνης, καὶ εἰσῆλθον καὶ κατέστρεψαν τὰ ἐκεῖ κάλλη, ἠφάνισαν τοὺς ἀγαθοὺς λογισμοὺς, καὶ ἠρήμωσαν τὴν ψυχήν.

A animus paullulum levis factus, illabatur in impuras cogitationes, ecce acceperunt pabulum spiritus erroris, & ingressi everterunt illius ornamenta, exstinctisque bonis cogitationibus animam devastarunt.

Ὥσπερ ἐστὶν ὁ ὀφθαλμὸς μικρὸς παρ' ὅλα τὰ μέλη, καὶ αὐτὴ ἡ κόρη μικρὰ οὖσα, μέγα ἐστὶ σκεῦος. βλέπει γὰρ ὑφ' ἓν, οὐρανὸν, ἀστέρα, ἥλιον, σελήνην, πόλεις καὶ ἄλλα κτίσματα· ὁμοίως καὶ αὐτὰ τὰ ὁρώμενα ὑπὸ τὸ ἓν, τῇ μικρᾷ κόρῃ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐμμορφοῦται καὶ ἐνεικονίζεται· οὕτως ἐστὶ καὶ ὁ νοῦς εἰς τὴν καρδίαν. καὶ αὐτὴ ἡ καρδία, μικρόν τι σκεῦός ἐστι, καὶ ἐκεῖ οἱ δράκοντες, καὶ ἐκεῖ οἱ λέοντες, ἐκεῖ τὰ ἰοβόλα θηρία, καὶ ὅλοι οἱ θησαυροὶ τῆς κακίας· καὶ ἐκεῖ αἱ τραχεῖαι καὶ ἀνώμαλοι ὁδοὶ, ἐκεῖ αἱ φάραγγες· ὁμοίως πάλιν ἐκεῖ ὁ Θεὸς, ἐκεῖ καὶ οἱ ἄγγελοι, ἐκεῖ ἡ ζωὴ καὶ ἡ βασιλεία, ἐκεῖ τὸ φῶς καὶ οἱ ἀπόστολοι, ἐκεῖ οἱ θησαυροὶ τῆς χάριτος. ἐκεῖ τὰ πάντα ἐστίν· ὥσπερ γάρ ἐστιν ὁμίχλη εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην ἐπικειμένη, καὶ ἄνθρωπος ἄνθρωπον οὐχ ὁρᾷ· οὕτως ἐστὶ καὶ τὸ σκότος τοῦ αἰῶνος τούτου ἐπικείμενον πάσῃ τῇ κτίσει καὶ πάσῃ φύσει ἀνθρώπου ἀπὸ τῆς παραβάσεως· ὅθεν ἐπισκιαζόμενοι ἐκ τοῦ σκότου ἐν νυκτί εἰσι καὶ ἐν φοβεροῖς τόποις ἔχουσι τὴν διαγωγήν· καὶ ὥσπερ καπνοῦ πλῆθός ἐστιν ἐν οἴκῳ ἑνί, οὕτως ἐστὶ καὶ ἡ ἁμαρτία μετὰ τῶν ῥυπαρῶν λογισμῶν αὐτῆς, ἐγκαθεζομένη καὶ ἐφέρπουσα εἰς τοὺς λογισμοὺς τῆς καρδίας, καὶ ἄπειρον πλῆθος δαιμόνων.

VIII. Quemadmodum vero oculus omnium membrorum est minimus, & ipsa pupilla, quæ est exigua, est vas ingens. Intuetur enim uno momento, cælum, astra, solem, lunam, urbes, & alias creaturas: eodem quoque modo, quæ conspiciuntur uno eodemque momento, in illa parva pupilla oculi formantur & effinguntur: sic quoque se mens habet in corde: ipsumque cor est vas quoddam exiguum, B ibique sunt dracones, ibi leones, ibi venenosæ bestiæ, ibi cuncti vitiorum thesauri: ibi quoque asperæ & salebrosæ viæ, ibi præcipitia: itidem e diverso, ibi est Deus, ibi quoque angeli, ibi vita & regnum, ibi lumen & apostoli, ibi thesauri gratiæ: ibi sunt omnia. Quemadmodum enim est nebula super universam terram extensa, & homo hominem non videt; sic quoque sunt tenebræ sæculi hujus expansæ super omnem creaturam & universam naturam humanam a tempore transgressionis; unde tenebris offusi sunt in nocte, & in formidabilibus locis vitam agunt. Et quemadmodum magna fumi copia est in domo quapiam; sic quoque peccatum cum obscœnis cogitationibus suis insidet & serpit in C cogitationes cordis, & infinita multitudo dæmonum.

Ὥσπερ δὲ ἐν τοῖς φαινομένοις πολέμου συγκροτουμένου, οὐκ ἀπέρχονται οἱ σοφοὶ καὶ μεγιστᾶνες ἐκεῖ, ἀλλὰ φοβούμενοι τὸν θάνατον ἀπομένουσι· λοιπὸν προβάλλονται οἱ τίρωνες, καὶ οἱ πένητες, καὶ οἱ ἰδιῶται, καὶ συμβαίνει ὅτι νίκην ἐργάζονται κατὰ τῶν πολεμίων, καὶ διώκουσιν αὐτοὺς ἐκ τῶν ὁρίων, καὶ τὰ ἐπινίκια καὶ τοὺς στεφάνους λαμβάνουσιν ἀπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ ἔρχονται εἰς προκοπὰς καὶ ἀξιώματα, κἀκεῖνοι οἱ μεγάλοι ὀπίσω τούτων εὑρίσκονται· οὕτως ἐστὶ καὶ τὸ μέρος τὸ πνευματικόν· οἱ ἰδιῶται ἀκούοντες ἐξ ἀρχῆς τὸν λόγον, φιλαληθεῖ λογισμῷ τὸ ἔργον αὐτοῦ ποιοῦσι, καὶ λαμβάνουσι παρὰ Θεοῦ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος· οἱ δὲ σοφοὶ καὶ λεπτῶς ζητοῦντες τὸν λόγον, οὗτοι φεύγουσι τὸν πόλεμον, καὶ οὐ προκόπτουσι, καὶ ὀπίσω εὑρίσκονται τῶν πολεμησάντων καὶ νικησάντων.

IX. Sicut vero in rebus oculorum aciei subjectis, bello indicto, non proficiscuntur sapientes aut magnates eo, sed, mortem formidantes, domi remanent; ergo proferuntur tirones, pauperes & idiotæ; & accidit, ut victoria comparata adversus hostes persequantur eos extra limites usque, atque victoriæ præmiis ac coronis a rege acceptis, ad dignitates & honorum gradus promoveantur; illi vero magni longe ab horum tergo reperiuntur: sic quoque se res habet spiritualis. Rudes ac plebeii, audientes initio verbum, veritatis amanti cogitatione opus ejus D perficiunt, & accipiunt a Deo gratiam Spiritus; sapientes vero, & qui subtilitatem verborum requiquirunt, hi fugiunt bellum, nec proficiunt, sed posteriores inveniuntur iis, qui bello gesto victoriam reportarunt.

Ὥσπερ δὲ οἱ ἄνεμοι σφοδρῶς πνέοντες πάντα τὰ κτίσματα τὰ ὑπὸ τῶν οὐρανῶν κινοῦσι, καὶ ἦχον πολὺν ἀποτελοῦσιν· οὕτως ἡ δύναμις τοῦ ἐχθροῦ κρούει καὶ φέρει τοὺς λογισμοὺς, καὶ σαλεύει τὰ βάθη τῆς καρδίας πρὸς τὸ ἑαυτοῦ θέλημα, καὶ εἰς τὴν διακονίαν αὐτοῦ σκορπίζει τοὺς λογισμούς. ὥσπερ εἰσὶν οἱ τελῶναι καθεζόμενοι εἰς τὰς στενὰς ὁδοὺς, καὶ κατέχοντες τοὺς παριόντας καὶ διαστείοντες, οὕτως καὶ οἱ δαίμονες ἐπιτηροῦσι καὶ κατέχουσι τὰς ψυχὰς, καὶ ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι αὐτὰς ἐκ τοῦ σώματος, ἐὰν μὴ τελείως καθαρισθῶσιν, οὐκ ἐπιτρέπονται ἀνελθεῖν εἰς τὰς μονὰς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀπαντῆσαι τῷ δεσπότῃ αὐτῶν· καταφέρονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἀερίων δαιμόνων· οἱ δὲ ὑπάρχοντες ἐν σαρκὶ, ἔτι διὰ πόνου καὶ ἀγῶνος πολλοῦ τὴν ἐξ ὕψους παρὰ κυρίου κτήσονται χάριν· δηλαδὴ οὗτοι μετὰ τῶν δι' ἐναρέτου ἀναπαυσαμένων πολιτείας, πρὸς τὸν κύριον ἀπελεύσονται, καθὼς ἐπηγγείλατο, ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται· καὶ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας συμβασιλεύσουσι τῷ πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

X. Quemadmodum vero venti vehementer flantes omnes creaturas, quæ sunt sub cælis, commovent, atque sonum ingentem edunt; sic potentia hostis pulsat, fert cogitationes, atque agitat profunda cordis pro suo ipsius lubitu, & in ministerium sui dispergit cogitationes. Sicut publicani sedent juxta vias angustas, & retinent atque concutiunt prætereuntes: sic quoque dæmones observant & detinent animas, E & dum decedunt eæ e corpore, nisi perfecte fuerint expurgatæ, non permittunt eis adscendere ad mansiones cæli, & occurrere Domino suo: evertuntur enim ab aeriis dæmonibus. Qui vero versantur in carne, nihilominus summo labore ac certamine supernam a Domino consequentur gratiam: nempe hi cum illis, qui per honestam quieverunt conversationem, ad Dominum proficiscentur, ut pollicitus est: [a] *Ubi sum ego, illic & minister meus erit.* Et per infinita sæcula regnabunt cum Patre & Filio, & Spiritu sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

a Joan. XII. 26.

A

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.

ΟΜΙΛΙΑ μδ'.

Ποίαν ἐν ἀνθρώπῳ Χριστιανῷ μεταβολὴν καὶ ἀνακαίνισιν ἀπεργάζηται ὁ Χριστὸς, ὁ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη καὶ νόσους θεραπεύσας.

Ο Προσερχόμενος τῷ Θεῷ, καὶ Χριστοῦ πάρεδρος ἐν ἀληθείᾳ θέλει εἶναι, τούτου χάριν τοῦ σκοποῦ ὀφείλει προσέρχεσθαι τοῦ ἀλλαγῆναι αὐτὸν, καὶ μεταβληθῆναι ἀπὸ τῆς προτέρας καταστάσεως, καὶ ἀναστροφῆς, καὶ καλὸν καὶ καινὸν ἄνθρωπον ἀποδειχθῆναι, μηδέν τι τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου ἐπιφερόμενον. εἴ τις γάρ φησιν, ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· καὶ γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ τοῦτο παραγέγονεν, ὥστε τὴν B φύσιν ἀλλάξαι καὶ μεταβαλεῖν καὶ ἀνακαινίσαι, καὶ ἀνακτίσαι τὴν ψυχὴν ταύτην τὴν κατεστραμμένην τοῖς πάθεσι διὰ τὴν παράβασιν, κεράσας τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ πνεύματι τῆς θεότητος. καινὸν νοῦν, καὶ καινὴν ψυχὴν, καὶ καινοὺς ὀφθαλμοὺς, καινὰ ὦτα, καινὴν γλῶτταν πνευματικὴν, καὶ ἁπαξαπλῶς καινοὺς ἀνθρώπους τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ ἦλθεν ἀπεργάσασθαι, ἤτοι καινοὺς ἀσκοὺς, χρίσας αὐτοὺς τῷ ἑαυτοῦ φωτὶ τῆς γνώσεως, ἵνα μεταβάλῃ νέον οἶνον, ὅ ἐστι τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. οἶνον γάρ φησι, νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον.

Ωσπερ γὰρ ὁ ἐχθρὸς λαβὼν τὸν ἄνθρωπον ὑποχείριον, καινὸν αὐτὸν εἰς ἑαυτὸν εἰργάσατο, πάθεσι κακίας περιβαλὼν, καὶ χρίσας τῷ πνεύματι τῆς ἁ- C μαρτίας, τὸν οἶνον τῆς ἀνομίας πάσης καὶ κακίας διδασκαλίας ἐνέβαλεν εἰς αὐτόν· οὕτως καὶ ὁ κύριος λυτρωσάμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ, καινὸν ἀπειργάσατο· χρίσας τῷ ἑαυτοῦ πνεύματι, καὶ τὸν τῆς ζωῆς οἶνον, τὴν καινὴν τοῦ πνεύματος διδασκαλίαν εἰς αὐτὸν ἐνέχεεν· ὁ γὰρ μεταβαλὼν τὴν φύσιν τῶν πέντε ἄρτων εἰς φύσιν πλήθους, καὶ φύσει ὄνου ἀλόγῳ δοὺς φωνὴν, καὶ τὴν πόρνην εἰς σωφροσύνην μεταστρέψας, καὶ πυρὸς φύσιν καυστικοῦ δροσίζειν τοὺς ἐν τῇ καμίνῳ παρασκευάσας, καὶ φύσιν λεόντων ἀγρίων θηρίων τῷ Δανιὴλ ἡμερώσας, οὗτος δύναται καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἔρημον καὶ ἀγριωθεῖσαν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μεταβαλεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα, καὶ χρηστότητα, καὶ εἰρήνην τῷ πνεύματι τῆς D ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ καὶ ἀγαθῷ.

Ον γὰρ τρόπον ποιμὴν τὸ ψωριῶν πρόβατον δύναται θεραπεῦσαι, καὶ ἀπὸ λύκων φυλάξαι· ὡσαύτως ὁ ἀληθινὸς ποιμὴν Χριστὸς ἐλθὼν, μόνος ἠδυνήθη θεραπεῦσαι, καὶ ἐπιστρέψαι τὸ ἀπολωλὸς καὶ ψωριῶν πρόβατον, τὸν ἄνθρωπον, ἀπὸ τῆς ψώρας καὶ λέπρας τῆς ἁμαρτίας· οἱ γὰρ πρὶν ἱερεῖς καὶ λευῖται καὶ διδάσκαλοι οὐκ ἠδυνήθησαν θεραπεῦσαι τὴν ψυχὴν ταῖς προσφοραῖς τῶν δώρων καὶ θυσιῶν, καὶ ῥαντισμοῖς αἵματος, ὅπουγε οὐδὲ αὐτοὺς ἠδυνήθησαν θεραπεῦσαι· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀσθένειαν περιέκειντο· ἀδύνατον γάρ φησιν, αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφε- E λεῖν ἁμαρτίαν. ὁ δὲ κύριος ἔλεγε, δεικνὺς τὴν ἀσθένειαν τῶν τότε ἰατρῶν, πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην, ἰατρὲ θεράπευσον σεαυτόν· ἀντὶ τοῦ, οὐκ εἰμι ἐγὼ ὡς ἐκεῖνοι, οἱ μήτε ἑαυτοὺς δυνάμενοι θεραπεῦσαι. ἐγώ εἰμι ὁ ἀληθινὸς ἰατρὸς, καὶ καλὸς ποιμὴν, ὁ θεὶς τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ τῶν προβάτων, ὁ δυνάμενος θεραπεύειν πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ψυχῆς· ἐγώ εἰμι τὸ ἄμωμον πρόβατον, τὸ ἅπαξ προσενεχθὲν, καὶ τοὺς ἐμοὶ προσερχομένους δυνάμενος θεραπεῦσαι· ἡ γὰρ ἀληθινὴ ἴασις τῆς ψυχῆς ἀπὸ κυρίου μόνου γίνεται· ἴδε γάρ φησιν, ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, τῆς ψυχῆς δηλονότι πιστευσάσης αὐτῷ, καὶ ἀγαπώσης αὐτὸν ἐξ ὅλης καρδίας.

HOMILIA XLIV.

Quantam in homine Christiano mutationem & renovationem faciat Christus, qui animæ affectiones ac morbos sanavit.


I. QUi accedit ad Deum, & Christi adsessor re vera esse desiderat, hujus scopi gratia accedere debet, ut convertatur ipse, & transmutetur a priori statu & conversatione, ac bonum & novum hominem demonstret, qui nihil veteris hominis gestet, [a] *si quis enim*, inquit, *in Christo, nova creatura*. Dominus enim noster Jesus Christus B propterea venit, ut naturam converteret, mutaret & renovaret, atque rursum conderet animam hanc eversam affectionibus propter transgressionem, commiscens eamdem cum suo Spiritu divino. Novam mentem, novam animam, novos oculos, novas aures, novam linguam spiritualem, & ut omnino dicam, novos homines credenres ei ut efficeret, venit, seu novos utres, ungens eos suo ipsius lumine cognitionis, ut infunderet vinum novum; quod est Spiritus ejus. [b] *Vinum enim*, ait, *novum in utres novos mittendum*.

II. Quemadmodum enim hostis nactus hominem sibi subjugatum, eum novum in sui gratiam effe- C cit, vitiosisque affectionibus circumvolutum unxit Spiritu peccati, ac vinum omnis iniquitatis & pravæ doctrinæ in eum immisit: sic quoque Dominus, cum redemisset eum ab hoste, novum constituit: cumque unxisset suo ipsius Spiritu, vinum quoque vitæ & novam Spiritus doctrinam in eum infudit. Qui enim mutavit naturam quinque panum in naturam multitudinis; & naturæ asini ratione destitutæ vocem dedit, & meretricem ad temperantiam convertit, & ignis, adurendi vi præditi, naturam ad irrigandos eos, qui erant in camino, idoneam reddidit, & naturam leonum agrestium ferarum propter Danielem mansuefecit; hic quoque potest animam desertam & agre- D stem a peccato effectam, convertere in suam ipsius bonitatem, clementiam & pacem, Spiritu promissionis sancto & divino.

III. Perinde enim ac pastor scabiosam ovem potest curare, & a lupis custodire; eodem modo verus pastor Christus veniens solus potuit curare & convertere perditam & scabiosam ovem, hominem, a scabie & lepra peccati. Priores enim sacerdotes, Levitæ atque magistri, non potuerunt sanare animam oblationibus munerum & sacrificiorum, atque adspersionibus sanguinis, cum nec se ipsos potuerint curare, etenim ipsi quoque infirmitate erant amicti. [c] *Non enim potest*, inquit, *sanguis taurorum & hircorum auferre peccata*. Dominus vero dixit, com- E monstrans infirmitatem tum temporis medicorum: [d] *Omnino dicetis mihi hanc similitudinem, medice cura te ipsum*. Pro eo: *Non sum ego ut illi, qui nec se ipsos possunt curare*. Ego sum verus medicus, & bonus pastor, qui pono animam meam pro ovibus, qui possum curare omnem morbum & omnem imbecillitatem animæ. Ego sum immaculata ovis, quæ semel oblata est, & qui accedunt ad me, eos possum curare. Vera enim sanitas a Domino solo proficiscitur. *Ecce*, enim inquit, [e] *Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*: animæ nimirum credentes ei, & diligentis eum ex toto corde.

[a] II. Cor. V. 17. [b] Matth. IX. 17. [c] Hebr. X. 4. [d] Luc. IV. 23. [e] Joan. I. 29.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
371.



Ὁ ποιμὴν τοίνυν, ὁ καλὸς τὸ ψωριῶν πρόβατον θεραπεύει. πρόβατον δὲ πρόβατον θεραπεῦσαι οὐ δύναται. καὶ εἰ μὴ θεραπευθῇ τὸ λογικὸν πρόβατον, ὁ ἄνθρωπος, εἰς ἐκκλησίαν κυρίου τὴν ἐπουράνιον οὐκ εἰσέρχεται· οὕτως γὰρ καὶ ἐν τῷ νόμῳ εἴρηται διὰ σκιᾶς καὶ εἰκόνος· περὶ γὰρ τοῦ λεπροῦ, καὶ μῶμον ἔχοντος, ταῦτα αἰνίσσεται μηνύον τὸ πνεῦμα· λεπρός, φησιν, ἢ μῶμον ἔχων, οὐκ εἰσελεύσεται εἰς ἐκκλησίαν κυρίου. ἀλλὰ προσέταξε τῷ λεπρῷ ἀπέρχεσθαι πρὸς τὸν ἱερέα, καὶ παρακλήσει πολλῇ ἄγειν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τῆς σκηνῆς αὐτοῦ, καὶ ἐπιτιθέναι τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν λέπραν, σημειούμενον τὸν τόπον τῆς ἀφῆς τῆς λέπρας, καὶ θεραπεύειν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ Χριστὸς ὁ ἀληθὴς ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ταῖς λεπρώσαις ψυχαῖς λέπραν ἁμαρτίας ἐπικαμπτόμενος, εἰσέρχεται εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ σώματος αὐτῶν, καὶ θεραπεύει καὶ ἰᾶται τὰ πάθη· καὶ οὕτως δυνήσεται ἡ ψυχὴ εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐπουράνιον ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων τοῦ ἀληθινοῦ Ἰσραήλ· πᾶσα γὰρ ψυχὴ φοροῦσα λέπραν ἁμαρτίας παθῶν, καὶ μὴ προσελθοῦσα τῷ ἀληθινῷ ἀρχιερεῖ, καὶ θεραπευθεῖσα νῦν, εἰς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων, εἰς τὴν ἐπουράνιον ἐκκλησίαν οὐκ εἰσέρχεται· ἄμωμος γὰρ οὖσα καὶ καθαρά, ἀμώμους καὶ καθαρὰς ψυχὰς ζητεῖ. μακάριοι γάρ φησιν, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.

IV. Pastor ergo bonus scabiosam ovem curat. Ovis autem ovem curare nequit. Et nisi curata fuerit rationalis ovis, homo scilicet, in Ecclesiam Domini cælestem non ingreditur. Ad hunc enim modum in lege quoque dictum est sub umbra & imagine. De leproso enim aut maculam habente hæc obscure loquens significat Spiritus: [a] *Leprosus*, inquit, *& maculam habens, non ingredietur in Ecclesiam Domini*. Verum præcepit leproso, ut abeat ad sacerdotem, & precibus multis adducat eum in domum tabernaculi sui, & imponat manus suas super lepram, locum nimirum notatum tactu lepræ, & curet. Eodem quoque modo Christus verus Pontifex futurorum bonorum ad leprosas animas, lepra peccati laborantes inclinas, ingreditur tabernaculum corporis illarum, & curat ac sanat affectiones. Atque hoc pacto poterit anima ingredi in cælestem ecclesiam sanctorum veri Israelis. Quæcumque enim anima, laborans lepra affectionum peccati, non accesserit ad verum Pontificem, & nunc curata fuerit, in ordinem sanctorum, in cælestem ecclesiam non ingreditur. Immaculata enim cum sit & pura, incontaminatas & puras quærit animas. [b] *Beati enim*, inquit, *mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt*.

Δεῖ γὰρ τὴν ψυχὴν τὴν ἐν ἀληθείᾳ πιστεύουσαν Χριστῷ, μετατεθῆναι, καὶ ἀλλαγῆναι ἀπὸ τῆς νῦν πονηρᾶς καταστάσεως, εἰς ἑτέραν κατάστασιν ἀγαθήν, καὶ ἀπὸ τῆς νῦν φύσεως ταπεινῆς, εἰς ἑτέραν θείαν φύσιν, καὶ καινὴν αὐτὴν ἀπεργασθῆναι διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ οὕτως δύναται χρησιμεῦσαι εἰς τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν. τυχεῖν δὲ τούτων ἡμῖν ἔσται πιστεύουσι, καὶ ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἁγίαις αὐτοῦ ἐντολαῖς ἀναστρεφομένοις· εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἐλισσαίου τὸ φύσει κοῦφον ξύλον ἐν τοῖς ὕδασι βληθὲν ἀνήνεγκε τὸ φύσει βαρὺ σίδηρον, πόσῳ μᾶλλον ἐνταῦθα ἀποστελεῖ ὁ κύριος τὸ κοῦφον, καὶ ἐλαφρόν, καὶ ἀγαθόν, καὶ ἐπουράνιον αὐτοῦ πνεῦμα, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν βεβυθισμένην τοῖς ὕδασι τῆς πονηρίας ψυχὴν ἀνενεγκεῖ, καὶ κουφίσει, καὶ πτερώσει πρὸς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν, καὶ μεταβαλεῖ καὶ ἀλλάξει αὐτὴν ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως;

V. Oportet enim animam, quæ vere Christo credit, transferri ac mutari ab hoc pravo statu, in alium statum bonum, & ab hac humili natura, in alteram divinam naturam, eamque novam effici virtute Spiritus sancti; & hac ratione poterit idonea esse ad cæleste regnum. Consequi autem hæc nostrum est, qui credimus & vere diligimus illum, & in omnibus sanctis mandatis ejus conversamur. [c] Si enim tempore Elisæi, lignum, quod natura leve est, in aquam conjectum, extulit ferrum, quod natura grave est: quanto magis mittet huc Dominus levem, subtilem, bonum & cælestem suum Spiritum, ejusque ope submersam aquis nequitiæ animam extollet, & elevabit atque evolare faciet ad sublimia cælorum, ac transmutabit & convertet eam a natura sua?

Καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς φαινομένοις οὐδεὶς δύναται δι' ἑαυτοῦ περάσαι καὶ διελθεῖν τὴν θάλασσαν, εἰ μὴ ἔχει τὸ κοῦφον καὶ ἐλαφρὸν πλοῖον, τὸ ἐκ ξύλου κατασκευασθέν, τὸ μόνον ἐπάνω τῶν ὑδάτων περιπατεῖν δυνάμενον· καταποντίζεται γὰρ καὶ ἀπόλλυται, ἂν ἐπιβαίνῃ τις ἐν τῇ θαλάσσῃ· τὸν αὐτὸν τρόπον ἀδύνατον ψυχὴν δι' ἑαυτῆς διελθεῖν καὶ ὑπερβῆναι, καὶ διαπεράσαι τὴν πικρὰν θάλασσαν τῆς ἁμαρτίας, καὶ τὴν χαλεπὴν ἄβυσσον τῶν πονηρῶν δυνάμεων τοῦ σκότους τῶν παθῶν, εἰ μὴ τὸ ἐλαφρὸν καὶ ἐπουράνιον, καὶ ἄπτερον τοῦ Χριστοῦ πνεῦμα δέξεται, ἐπάνω τῆς πονηρίας ὅλης περιπατοῦν καὶ διοδεῦον, δι' οὗ εὐθυδρόμως καὶ ὀρθῶς εἰς τὸν ἐπουράνιον λιμένα τῆς ἀναπαύσεως, εἰς τὴν πόλιν τῆς βασιλείας δυνήσεται καταντῆσαι· ὥσπερ δὲ οἱ ἐν τῷ πλοίῳ ἐκ τῆς θαλάσσης οὐκ ἀρύονται καὶ πίνουσιν, οὔτε ἐξ αὐτῆς τὰ ἐνδύματα, καὶ τὰς τροφὰς ἔχουσιν, ἀλλ' ἔξωθεν ἐν τῷ πλοίῳ ἐπικομίζονται· οὕτως αἱ ψυχαὶ τῶν Χριστιανῶν, οὐκ ἐκ τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀλλ' ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ τροφὴν οὐράνιον, καὶ ἐνδύματα πνευματικὰ λαμβάνουσι, κἀκεῖθεν ζῶσαι ἐν τῇ νηῒ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος ἐμβᾶσαι, παρέρχονται τὰς ἐναντίας τῶν ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν πονηρὰς δυνάμεις. καὶ ὥσπερ ἐκ μιᾶς φύσεως ξύλου πάντα τὰ πλοῖα κατασκευάζονται, δι' ὧν παρελθεῖν οἱ ἄνθρωποι τὴν πικρὰν δυνήσονται θάλασσαν· οὕτως ἐκ μιᾶς θεό-

VI. Et quemadmodum in rebus conspicuis, nemo potest per se transire & trajicere mare, nisi habeat levem & tenuem naviculam, ex ligno constructam, quæ sola super aquas incedere potest; demergitur enim & interit, si ambulet quis in mari: eodem modo nequit anima per se ipsam transire, superare aut trajicere acerbum mare peccati, & difficilem abyssum pravorum spirituum caliginis affectionum, nisi subtilem, cælestem & volatilem Christi Spiritum susceperit, super omnem nequitiam ambulantem & incedentem, cujus ope, auxilio, recto & minus erroneo cursu ad cælestem portum quietis, ad civitatem regni poterit pervenire. Quemadmodum autem qui sunt in navi, e mari non hauriunt nec bibunt, nec ex eo vestimenta aut victum accipiunt; sed aliunde in navem important: sic quoque animæ Christianorum non ex hoc sæculo, sed supernitus e cælo cibum cælestem & indumenta spiritualia accipiunt: atque inde viventes, in navi boni & vivifici Spiritus ambulant, & transgrediuntur adversarias principum & potestatum pravas facultates. Et quemadmodum ex unica natura ligni omnes naves construuntur, quarum beneficio homines amarum possunt transmeare mare: sic ex unica divinitate lucis cælestis diversorum gratiæ donorum unius

a Lev. xxi. 18. b Matth. V. 8. c iv. Reg. vi. 5.

τητος φωτὸς οὐρανίου τῶν διαφόρων χαρισμάτων τοῦ ἑνὸς πνεύματος, πᾶσαι τῶν Χριστιανῶν αἱ ψυχαὶ δυναμούμεναι τὴν ὅλην περίπτανται πονηρίαν.

A Spiritus, omnes Christianorum animæ corroboratæ universam supervolant nequitiam.

Ἐπεὶ δὲ τὸ πλοῖον, καὶ κυβερνήτου χρήζει, καὶ εὐκράτου, καὶ ἡδέος ἀνέμου πρὸς τὸ διαπλεῦσαι καλῶς, ταῦτα πάντα αὐτός ἐστιν ὁ κύριος ἐν τῇ πιστῇ ψυχῇ γινόμενος, καὶ διαπερῶν αὐτὴν τοὺς δεινοὺς χειμῶνας, καὶ τὰ ἄγρια τῆς πονηρίας κύματα, καὶ τὰς καταιγίδας τῶν βιαίων τῆς ἁμαρτίας ἀνέμων, δυνατῶς καὶ ἐμπύρως, καὶ ἐπιστημόνως, ὡς αὐτὸς ἐπίσταται, διαλύων τὸν κλύδωνα αὐτῶν· ἄνευ γὰρ τοῦ ἐπουρανίου κυβερνήτου Χριστοῦ, ἀδύνατόν τινι παρελθεῖν τὴν πονηρὰν θάλασσαν τῶν δυνάμεων τοῦ σκότους, καὶ τῶν πικρῶν πειρασμῶν τὰ καταφυσήματα· ἀναβαίνουσι γάρ φησιν, ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῶν ἀβύσσων· πᾶσαν δὲ κυβερνητικὴν ἐπιστήμην καὶ πολέμων καὶ πειρασμῶν ἐπίσταται, ὑπεράνω τῶν ἀγρίων κυμάτων ἐπιβαίνων· αὐτὸς γάρ φησι, πειρασθεὶς δύναται πειραζομένοις βοηθῆσαι.

VII. Verum cum navis & gubernatore indigeat, & temperato & amœno vento, ad feliciter navigandum; hæc omnia est ipse Dominus in anima fideli degens, & perferre eam faciens molestas tempestates, & feroces malitiæ fluctus, atque impetus violentorum peccati ventorum; & quidem fortiter, ferventer ac scite, ut ipse novit, dissoluto eorum æstu. Absque cælesti enim gubernatore, Christo, non potest quispiam trajicere perversum mare potestatum tenebrarum, ac molestarum tentationum afflatus. B [a] *Ascendunt enim*, inquit, *usque ad cælos, & descendunt usque ad abyssos*. Omnem porro gubernandi scientiam, item bellorum ac tentationum novit, super feroces fluctus incedens. [b] *Ipse enim*, inquit, *tentatus, potest iis, qui tentantur, succurrere*.

Δεῖ τοίνυν ἀλλαγῆναι, καὶ μεταβληθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀπὸ τῆς νῦν καταστάσεως εἰς ἑτέραν κατάστασιν, καὶ φύσιν θείαν, καὶ γενέσθαι καινοὺς ἐκ παλαιῶν, τουτέστιν ἀγαθοὺς καὶ χρηστοὺς, καὶ πιστοὺς, ἐκ πικρῶν καὶ ἀπίστων· καὶ οὕτω χρησίμους γενομένους εἰς τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν ἀποκατασταθῆναι· καὶ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος περὶ τῆς μεταβολῆς αὐτοῦ καὶ καταλήψεως, ἧς κατελήφθη ὑπὸ κυρίου, γράφει ταῦτα· διώκω δὲ, εἰ καταλάβω, ἐφ᾽ ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ Χριστοῦ· πῶς τί ἄρα καταλαμβάνεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ; ὥσπερ γὰρ ἐὰν αἰχμαλωσίαν τινὰ τύραννος ἁρπάσας ἀπάγῃ, εἶτα καταληφθῇ ὑπὸ τοῦ ἀληθινοῦ βασιλέως· οὕτω καὶ Παῦλος, ὅτε ὑπὸ τοῦ τυραννικοῦ πνεύματος τῆς ἁμαρτίας ἐνηργεῖτο, τὴν ἐκκλησίαν ἐδίωκε, καὶ ἐσκύλευεν. ἀλλ᾽ ἐπεὶ μὴ ζήλῳ Θεοῦ κατὰ ἄγνοιαν ἐποίει, ὡς ὑπὲρ ἀληθείας ἀγωνιζόμενος, οὐ παρωράθη, ἀλλὰ κατέλαβεν αὐτὸν ὁ κύριος, περιλάμψας ἀῤῥήτως ὁ ἐπουράνιος καὶ ἀληθινὸς βασιλεὺς, φωνῆς τῆς αὐτοῦ τοῦτον ἀξιώσας, καὶ ῥαπίσας ὡς δοῦλον ἠλευθέρωσεν. ἴδε δεσπότου ἀγαθότητα καὶ μεταβολὴν, πῶς δύναται μεταβαλεῖν ψυχὰς τὰς τῇ κακίᾳ συμπλακείσας, καὶ ἀγρίας ἀποκαταστάσας, καὶ ῥοπῇ ὥρας εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα, καὶ εἰρήνην μετενεγκεῖν.

VIII. Oportet ergo converti ac transmutari animas nostras a præsenti statu in alterum statum, & divinam naturam; & fieri novos e veteribus, hoc est, bonos, benignos ac fideles, ex acerbis & infidelibus; & sic idoneos cælesti regno fieri & constitui. Beatus enim Paullus de conversione & assumtione sua, qua comprehensus est a Domino, scribit C hæc: [c] *sed sector, si etiam apprehendam, quatenus & apprehensus sum a Christo*. Quo igitur pacto comprehenditur a Deo? Quemadmodum enim si captivos quosdam, quos rapuerat, tyrannus abducat, deinceps ipse comprehendatur a vero rege; ita quoque Paullus, cum a tyrannico spiritu peccati torqueretur, Ecclesiam persequebatur & devastabat: verum cum non odio Dei, sed per ignorantiam hoc ageret, tamquam pro veritate dimicans, non est neglectus; sed apprehendit eum arcanoque splendore circumfudit Dominus, cælestis & verus rex, eumque voce sua dignatus, in faciem percussit, atque ut servum liberavit. Vide Domini bonitatem & conversionem, quo pacto possit mutare animas vitio adD glutinatas, & feroces effectas, atque momento horæ in suam ipsius bonitatem & pacem traducere!

Πάντα γὰρ δυνατὰ παρὰ Θεῷ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ λῃστοῦ γέγονε, ῥοπῇ ὥρας διὰ τῆς πίστεως μετεβλήθη, καὶ εἰς παράδεισον ἀποκατέστη. διὰ τοῦτο ἦλθεν ὁ κύριος, ἵνα τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀλλάξῃ καὶ ἀνακτίσῃ, καὶ ποιήσῃ αὐτὰς καθὼς γέγραπται, θείας κοινωνοὺς φύσεως, καὶ δοῦναι εἰς τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἐπουράνιον ψυχὴν, τουτέστι πνεῦμα θεότητος ὁδηγοῦν ἡμᾶς εἰς πᾶσαν ἀρετὴν, ὅπως ζωὴν αἰώνιον ζῆσαι δυνηθῶμεν. εἴη τοίνυν ἐξ ὅλης καρδίας πιστεῦσαι ἡμᾶς ταῖς ἀνεκδιηγήτοις αὐτοῦ ἐπαγγελίαις, ὅτι ἀληθής ἐστιν ὁ ἐπαγγειλάμενος. χρὴ οὖν ἀγαπῆσαι τὸν κύριον, καὶ σπουδάσαι παντοίως ἐν πάσαις ἀρεταῖς, καὶ αἰτῆσαι ἐπιμόνως καὶ ἐνδελεχῶς, ὥστε δέξασθαι τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος αὐτοῦ ὁλοκλήρως καὶ τελείως, ἵνα ζωοποιηθῶσιν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν, ὡς ἔτι ἐν σαρκί ἐσμεν· ἐὰν μὴ γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ δέξηται ἡ ψυχὴ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ πνεύματος διὰ πολλῆς πίστεως, καὶ δεήσεως, καὶ κοινωνὸς θείας φύσεως γένηται, ἀνακραθεῖσα τῇ χάριτι, δι᾽ ἧς πᾶσαν ἐντολὴν ἀμώμως, καὶ καθαρῶς ἐπιτελεῖν δυνήσεται, ἀποίητός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ὅπερ γάρ τις ἐντεῦθεν ἀγαθὸν ἐκτήσατο, τοῦτο αὐτὸ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἔσται αὐτοῦ ζωὴ διὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

XII. Quam primum enim anima Ægyptios effugit, accedens divina potentia opitulatur, deducens eam ad veritatem. Ubi vero cognoverit spiritualis ille Pharao, rex tenebrarum peccati, deficere a se animam, & effugere regni sui cogitationes, quibus olim detinebatur; (hæ enim sunt ejus facultates;) existimavit ac spem sibi fecit horribilis ille, illam reversuram ad se. Ubi vero intellexit, animam omnino evitare suam tyrannidem, cæde primogenitorum & furto cogitationum impudentius accurrit, veritus ne forsan anima prorsus effugiente, nemo E reperiatur, qui voluntatem & opus suum impleat. Persequitur ergo eam afflictionibus, tentationibus ac bellis invisibilibus. Hic probatur, hic tentatur, hic apparet amor, quo eum, qui eduxit ex Ægypto, complectitur: siquidem traditur, ut probetur, & variis modis tentetur.

Θεωρεῖ γὰρ τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ βουλομένην ἐπελθεῖν, καὶ θανατῶσαι καὶ μὴ ἐξισχύουσαν. μέσος γὰρ αὐτῆς καὶ τῶν Αἰγυπτίων πνεύματα ἕστηκεν κύριος. θεωρεῖ δὲ καὶ ἔμπροσθεν θάλασσαν πικρίας καὶ θλίψεως, ἢ ἀπογνώσεως, καὶ οὔτε εἰς τὰ ὀπίσω ἀνύσαι ἰσχύει, ὁρῶσα ἑτοίμους τοὺς ἐχθροὺς, οὔτε εἰς τὰ

XIII. Videt enim facultatem hostis volentem irruere & interficere, nec tamen posse; medius enim inter eam & Ægyptios spiritus consistit Dominus. Spectat autem ab interiori parte mare amaritudinis & afflictionis aut desperationis; & nec in posteriora quidquam efficere potest; quippe quæ vi-

[a] Exod. XIV. 19. 20.

ἔμπροσθεν χωρῆσαι· δειλία γὰρ θανάτου καὶ θλίψεις δειναὶ καὶ ποικίλαι περιέχουσαι, θάνατον ὁρᾶν ποιοῦσιν. ἀπελπίζει οὖν ἑαυτὴν, τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐν ἑαυτῇ ἔχουσα ἡ ψυχὴ, διὰ τὸν περικυκλώσαντα αὐτὴν τῶν πονηρῶν ἑσμόν. καὶ ἐπειδὰν ἴδῃ ὁ Θεὸς δειλίᾳ θανάτου περιπεσοῦσαν τὴν ψυχὴν· καὶ τὸν ἐχθρὸν καταπιεῖν αὐτὴν ἑτοίμως ἔχοντα, τότε δὲ δίδωσι μικρὰν βοήθειαν, μακροθυμῶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν, καὶ δοκιμάζων αὐτὴν, εἰ τῇ πίστει ἕστηκεν, εἰ τὴν ἀγάπην τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχει· τοιαύτην γὰρ ὁ Θεὸς ἔθετο τὴν ὁδὸν, τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν μετὰ θλίψεως εἶναι καὶ στενοχωρίας, καὶ δοκιμασίας πολλῆς, καὶ πειρασμῶν πικροτάτων, ἵνα ἐντεῦθεν καταντήσῃ λοιπὸν ἡ ψυχὴ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν θλίψιν καὶ τὸν παρ' ὀφθαλμοῖς θάνατον. τοτηνικαῦτα χειρὶ κραταιᾷ καὶ ὑψηλῷ βραχίονι διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τῆς ἐπιλάμψεως ῥήσσει τὴν δύναμιν τοῦ σκότους, καὶ διέρχεται ἡ ψυχὴ τοὺς φοβεροὺς τόπους ἐκφυγοῦσα, καὶ διαπεράσασα τὴν θάλασσαν τοῦ σκότους, καὶ τοῦ παμφάγου πυρός.

A deat hostes promtos; nec in anteriora secedere; metus enim mortis, & graves ac variæ afflictiones, quibus circumdatur, mortem ob oculos ei ponunt. Desperat ergo de se ipsa, sententiam mortis in se habens, anima, propter circumdantem illam malorum multitudinem. Et ubi conspexerit Deus metu mortis collabi animam, hostemque ad eam absorbendam promtissimum, tum præbet quidem exiguum auxilium, longanimis erga animam, & probans eam, an in fide stet, & an dilectionem erga eum habeat. Talem enim Deus constituit viam, deducentem ad vitam, degere in afflictione, in angustia, in probatione multa, & in tentationibus acerbissimis, ut inde postea occurrat anima B per ingentem afflictionem, & mortem ante oculos positam: tunc manu valida & excelso brachio sancti Spiritus illuminatione dirumpit vim tenebrarum, & transit anima horrenda loca evitans, atque trajiciens mare tenebrarum & ignis omnia devorantis.

Ταῦτα μυστήριά ἐστι ψυχῆς ἀληθῶς γιγνόμενα ἐν ἀνθρώπῳ σπουδάζοντι ἐλθεῖν πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τῆς ζωῆς, καὶ λυτρουμένῳ ἐκ τῆς βασιλείας τοῦ θανάτου, καὶ λαμβάνοντι ἀῤῥαβῶνα παρὰ Θεοῦ, καὶ μετέχοντι πνεύματος ἁγίου. εἶτα ῥυσθεῖσα ἡ ψυχὴ ἐκ τῶν ἐχθρῶν αὐτῆς, καὶ τὴν πικρὰν θάλασσαν τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ διελθοῦσα, καὶ ὁρῶσα τοὺς πολεμίους ἀπολλυμένους πρὸ ὀφθαλμῶν, οἷς τὸ πρὶν ἐδούλευεν, ἀγαλλιᾶται χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ, καὶ δεδοξασμένη, παρακαλουμένη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀναπαυομένη ἐν κυρίῳ· τότε τὸ πνεῦμα ὅπερ ἔλαβε, καινὸν ᾆσμα τῷ Θεῷ ᾄδει, διὰ τοῦ τυμπάνου, ἤγουν τοῦ σώματος, καὶ τῶν τῆς κιθάρας, ἤτοι ψυχῆς, λογικῶν χορδῶν καὶ λεπτοτάτων λογισμῶν, καὶ τοῦ πλήκτρου τῆς θείας χάριτος, καὶ ἀναπέμπει αἴνους τῷ ζωοποιῷ Χριστῷ. ὡς γὰρ διὰ τοῦ αὐλοῦ τὸ πνεῦμα διερχόμενον λαλεῖ, οὕτω διὰ τῶν ἁγίων καὶ πνευματοφόρων ἀνθρώπων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν ὑμνοῦν, καὶ ψάλλον, καὶ προσευχόμενον τῷ Θεῷ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ. δόξα τῷ ῥυσαμένῳ τὴν ψυχὴν ἐκ τῆς δουλείας Φαραὼ, καὶ θρόνον ἴδιον καταστήσαντι, καὶ οἶκον, καὶ ναὸν, καὶ νύμφην καθαρὰν, καὶ εἰσαγαγόντι αὐτὴν εἰς βασιλείαν ζωῆς αἰωνίου, ἔτι οὖσαν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ.

XIV. Hæc sunt mysteria animæ, quæ vere fiunt in homine, qui contendit pervenire ad promissam vitam, & qui liberatus e regno mortis, accipit arrhabonem a Deo, particeps Spiritus sancti factus. Deinceps liberata ab hostibus suis anima, acerbo mari virtute divina trajecto, ubi conspicit hostes, quibus antea inserviebat, ante oculos interiisse, C exsultat gaudio ineffabili, & glorificata consolationem a Deo accipit, & in Domino requiescit. Tum Spiritus, quem accepit, Deo canticum canit novum, tympano, nempe corporis, & citharæ, sive animæ chordis rationalibus, ac subtilissimis cogitationibus, & plectro divinæ gratiæ; mittitque laudes ad Christum vivificum. Quemadmodum enim per tibiam spiritus transiens, sonum edit; ita per sanctos & spiritu præditos homines Spiritus sanctus psallit, & precatur Deum in puritate cordis. *Gloria sit ei, qui redemit animam e servitute Pharaonis, thronumque suum eam constituit, domicilium, templum & sponsam puram; atque introduxit eam in regnum vitæ æternæ, vel adhuc in hoc sæculo ex-* D *sistentem.*

Ἐν τῷ νόμῳ ζῶα ἄλογα προσεφέροντο εἰς θυσίαν, καὶ εἰ μὴ ἐσφάζοντο, οὐκ ἦσαν δεκταὶ αἱ προσφοραί· καὶ νῦν ἐὰν μὴ σφαγῇ ἡ ἁμαρτία, οὐκ ἔστι δεκτὴ ἡ προσφορὰ παρὰ τῷ Θεῷ καὶ ἀληθινή. ἦλθεν ὁ λαὸς εἰς Μερὰν, ὅπου ἦν πηγὴ πικρὸν ὕδωρ βρύουσα, καὶ ἄχρηστον πρὸς πόσιν. κελεύει οὖν ὁ Θεὸς Μωσέα ἀποκνήσαντα ξύλον ῥίψαι εἰς τὸ πικρὸν ὕδωρ, καὶ ἐμβληθέντος οὕτως τοῦ ξύλου, ἐγλυκάνθη τὸ ὕδωρ· καὶ μεταβληθὲν ἐκ τῆς πικρότητος, χρήσιμον καὶ πότιμον ἐγένετο τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ψυχὴ πεπίκρανται ἐκπιοῦσα τὸν οἶνον τοῦ ὄφεως, καὶ ὁμοιωθεῖσα τῇ πικρᾷ αὐτοῦ φύσει, καὶ ἁμαρτωλὸς γενομένη. διὸ ἐμβάλλει ὁ Θεὸς τὸ ξύλον τῆς ζωῆς εἰς αὐτὴν τὴν πικρὰν πηγὴν τῆς καρδίας, καὶ γλυκαίνεται ἐκ τῆς πικρότητος μεταβαλλομένη, καὶ συγκιρνωμένη τῷ πνεύματι τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὕτως εὔχρηστος γενομένη, εἰς διακονίαν τοῦ δεσπότου αὐτῆς προχωρεῖ· γίνεται γὰρ πνεῦμα σαρκοφόρον. δόξα τῷ μεταβάλλοντι τὴν πικρότητα ἡμῶν εἰς τὴν ἡδύτητα καὶ χρηστότητα τοῦ πνεύματος· οὐαὶ ἐκείνῳ, ἐν ᾧ οὐκ ἐβλήθη τὸ ξύλον τῆς ζωῆς· οὐ δύναται μεταβολήν τινα κτήσασθαι ἀγαθήν.

XV. In lege animalia ratione destituta offerebantur in sacrificium, quæ nisi mactarentur, non erant gratæ oblationes. Nunc quoque nisi mactetur peccatum, non est grata oblatio apud Deum, & vera. Venit populus [a] in Maran, ubi erat fons, amaram aquam e scaturigine mittens, eamque inutilem ad bibendum. Jubet ergo Deus Mosem metu correptum lignum projicere in aquam amaram; hoc pacto injecto ligno dulcis effecta est aqua, & mutata amaritudine, utilis & potabilis reddita est populo Dei. Eodem modo quoque anima, epoto vino E serpentis, amaritudinem contraxit, factaque est similis amaræ ejus naturæ, ac peccatrix evasit. Quapropter immittit Deus lignum vitæ in ipsum amarum fontem cordis, qui dulcescit, ab amaritudine transmutatus, & admixtus Spiritui Christi: atque hoc pacto utilis effectus in obsequium Domini sui cedit: evadit enim Spiritus carnem gestans. Gloria sit ei qui mutat amaritudinem nostram in suavitatem & bonitatem Spiritus. Væ illi, in quem non missum est lignum vitæ! non potest enim aliquam bonam mutationem consequi.

Ἡ ῥάβδος Μωϋσέως δύο ἔφερεν εἰκόνας. τοῖς μὲν γὰρ ἐχθροῖς ὡς ὄφις ἀπήντα, δάκνων καὶ ἀναιρῶν·

XVI. Virga Mosis duplicem gerebat imaginem. Hostibus velut serpens occurrebat, mordens & in-

[a] Exod. xv. 25.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.

τοῖς Ἰσραηλίταις δὲ βακτηρία, ἐφ᾽ ἣν ἐπεστηρίζοντο. οὕτω καὶ τὸ ἀληθινὸν ξύλον τοῦ σταυροῦ, ὅ ἐστι Χριστὸς, τῶν μὲν ἐχθρῶν ἐστι θάνατος, τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας· τῶν δὲ ψυχῶν ἡμῶν βακτηρία καὶ ἕδρασμα ἀσφαλὲς καὶ ζωὴ, ἐφ᾽ ἣν ἐπαναπαύονται· τύποι γὰρ καὶ σκιαὶ τὸ πρὶν ἐγίγνοντο τῶν ἀληθινῶν τούτων πραγμάτων· σκιὰ γάρ ἐστι, καὶ εἰκὼν ἡ παλαιὰ λατρεία τῆς νῦν λατρείας· καὶ ἡ περιτομὴ, καὶ ἡ σκηνὴ, καὶ ἡ κιβωτὸς, καὶ ἡ στάμνος, καὶ τὸ μάννα, καὶ ἱερατεία, καὶ τὸ θυμίαμα, καὶ τὰ βαπτίσματα, καὶ ἁπαξαπλῶς πάντα ὅσα γέγονεν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως, ἢ ἐν τοῖς προφήταις, διὰ τὴν ψυχὴν ταύτην γέγονε, τὴν κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένην, καὶ πεσοῦσαν ὑπὸ ζυγὸν δουλείας, καὶ ὑπὸ βασιλείαν σκότους πικρίας.

A perficiens, Israelitis vero erat baculus, quo fulciebantur. Sic quoque verum lignum crucis, quod est Christus, hostium quidem est mors, spirituum nempe malitiæ; animarum vero nostrarum baculus, sedes tuta, & vita, in qua conquiescunt. Figuræ enim & umbræ prius fuerunt, quam veræ hæ res; siquidem antiquus cultus præsentis cultus umbra & imago est. Item circumcisio, tabernaculum, arca, urna, manna, sacerdotium, incensum & ablutiones, &, ut summatim dicam, quæcumque fiebant in Israelitico populo, in lege Mosis, aut prophetarum temporibus, propter animam ipsam facta sunt, quæ secundum imaginem Dei condita, atque sub jugum servitutis, & sub regnum molestarum tene- B brarum lapsa est.

Ταύτῃ γὰρ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς κοινωνῆσαι, καὶ ταύτην ἡρμόσατο ἑαυτῷ εἰς νύμφην βασιλέως, καὶ ταύτην καθαρίζει ἀπὸ τοῦ ῥύπου καὶ ἐκπλύνων λαμπρύνει ἀπὸ τῆς μελανίας καὶ τῆς αἰσχρότητος αὐτῆς, καὶ ζωοποιεῖ ἐκ τῆς νεκρώσεως, καὶ ἰᾶται ἐκ τῆς συντρίψεως, καὶ εἰρηνεύει αὐτῆς τὴν ἔχθραν καταλλάσσων· κτίσμα γὰρ οὖσα εἰς νύμφην τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως ἡρμόσθη, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δυνάμει ὁ Θεὸς παραδέχεται αὐτὴν κατὰ μικρὸν συμμεταβαλλόμενος αὐτὴν, ἕως αὐξήσῃ αὐτὴν τῇ ἰδίᾳ αὐξήσει· τείνει γὰρ αὐτὴν καὶ μηκύνει, εἰς ἀπέραντον καὶ ἀμέτρητον αὔξησιν, ἕως ἂν ἄμωμος καὶ ἀξία αὐτοῦ νύμφη γένηται. πρῶτον γὰρ γεννᾷ αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ, καὶ αὐξάνει δι᾽ ἑαυτοῦ, ἕως ἀπολάβῃ τὸ τέλειον μέτρον τῆς ἀγάπης αὐτοῦ· αὐτὸς γὰρ ὢν τέλειος νυμφίος, λαμβάνει αὐτὴν τελείαν νύμφην εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μυστικὴν καὶ ἄχραντον κοινωνίαν τοῦ γάμου, καὶ τότε συμβασιλεύει αὐτῷ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας. Ἀμήν.

XVII. Cum hac enim voluit Deus communicare, hanc aptavit sibi in sponsam regis, hanc expurgat a sordibus, & abluta nigredine & turpitudine sua splendidam reddit, e mortificatione vivificat, e contritione curat, & pacat, inimicitiis ejus conciliatis. Creatura enim cum sit, in sponsam filio regis aptata est, Deusque propria virtute suscipit eam, paullatim eamdem immutans, donec auxerit eam suo ipsius incremento. Extendit enim & producit eam ad infinitum & immensum augmentum, donec incontaminata & digna eo sponsa evadat. Primum enim gignit eam apud semet ipsum, atque auget C per se ipsum, donec consequatur integram mensuram dilectionis ejus. Ipse enim cum sit sponsus perfectus, assumit eam sponsam perfectam, in sanctam, arcanam & impollutam societatem nuptiarum; tumque regnat simul cum eo in infinita sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ μη´

Περὶ τῆς τελείας πίστεως εἰς Θεόν.

Ὁ Κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς εἰς τελείαν πίστιν ἀγαγεῖν βουλόμενος, ἔλεγεν· ὁ ἐν ὀλίγῳ ἄπιστος, καὶ ἐν πολλῷ ἄπιστός ἐστι. καὶ ὁ ἐν ὀλίγῳ πιστὸς, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι. τί ἐστι τὸ ὀλίγον, καὶ τί ἐστι τὸ πολύ; τὸ ὀλίγον τὰ ἐπαγγέλματά ἐστι τοῦ αἰῶνος τούτου, ἅπερ ὑπέσχετο παρασχεῖν τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ, οἷον τροφὰς, ἐνδύματα, καὶ τὴν λοιπὴν τοῦ σώματος ἀνάπαυσιν, ἢ ὑγίειαν, καὶ τοιαῦτα. προστάξας μὴ μεριμνᾷν ὅλως περὶ τούτων, ἀλλὰ τῇ εἰς αὐτὸν πεποιθήσει ἐλπίζειν, ὅτι κύριος προνοητὴς τῶν εἰς αὐτὸν καταφευγόντων κατὰ πάντα γίνεται. τὸ δὲ πολὺ τὰ τοῦ αἰωνίου καὶ ἀφθάρτου αἰῶνος δωρήματά ἐστιν, ἅπερ ὑπέσχετο παρασχεῖν τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ, καὶ ἀδιαλείπτως περὶ ἐκείνων μεριμνῶσι, καὶ αἰτοῦσιν αὐτὸν, ὅτι οὕτως ἐνετείλατο· ὑμεῖς δέ, φησι, πρῶτον ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν· ὅπως ἐκ τῶν ὀλίγων τούτων καὶ προσκαίρων δοκιμασθῇ ἕκαστος, εἰ πιστεύει τῷ Θεῷ, ὅτι ἐπηγγείλατο παρασχεῖν, ἡμῶν ἀμερίμνων περὶ τὰ τοιαῦτα ὄντων, καὶ μόνον περὶ τῶν μελλόντων αἰωνίων τὴν φροντίδα ἐχόντων.

HOMILIA XLVIII.

De perfecta fide in Deum.

I. Dominus in evangelio suos discipulos ad perfectam fidem deducere volens, dixit: [a] *Qui in modico infidelis est, & in multo infidelis est. Et qui* D *in minimo fidelis est, & in multo fidelis est.* Quid est modicum, & quid est multum? Modicum, sunt promissiones sæculi hujus, quæ promisit se præstiturum credentibus ei, velut victum, vestitum & reliquam corporis recreationem, aut sanitatem, & similia; præcipiens, omnino non solicitum esse de his [b], sed per fiduciam in eum sperare, quod Dominus provisor eorum, qui ad eum confugiunt, per omnia futurus sit. Multum autem, sunt æterni atque incorruptibilis sæculi dona, quæ promisit se collaturum credentibus in eum, & iis qui absque ulla intermissione de iis sunt soliciti, & poscunt ab eo, quia sic præcepit. [c] *Vos autem*, inquit, *quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc o-* E *mnia adjicientur vobis:* ut ex his modicis & temporaneis quisque probetur, an credat Deo, quod promiserit se largiturum, modo nos de talibus nihil simus soliciti; sed dumtaxat de futuris rebus æternis curam suscipiamus.

Καὶ τότε φανερόν ἐστιν, ὅτι πιστεύει περὶ τῶν ἀφθάρτων, καὶ ὄντως ζητεῖ τὰ αἰώνια ἀγαθὰ, εἰ περὶ τῶν εἰρημένων ὑγιῆ τὴν πίστιν ἀποσώζει· ὀφείλει γὰρ ἕκαστος τῶν ὑπακουόντων τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ, δοκιμάζειν ἑαυτὸν, καὶ ἀνακρίνειν, ἤτοι ὑπὸ πνευματικῶν ἀνδρῶν ἀνακρίνεσθαι καὶ δοκιμάζεσθαι, πῶς ἐπίστευσε, καὶ ἔδωκεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ· εἰ ὄντως ἐν ἀληθείᾳ κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ, ἢ οἰήσει δικαιώσεως

II. Et tunc manifestum est, illum credere de incorruptibilibus, & revera quærere æterna bona, si de jam dictis sanam fidem conservat. Debet enim quisque eorum, qui obtemperant veritatis verbo, probare se ipsum, ac discutere, vel a spiritualibus viris dijudicari atque probari, qua ratione crediderit, & Deo se ipsum tradiderit: an revera in veritate juxta verbum ejus, an opinione justificationis

a Luc. XVI. 10. b Matth. VI. 31. c Ibid. ℣. 33.

καὶ πίστεως, ἐν ἑαυτῷ πιστεύειν νομίζων· ἕκαστος γὰρ εἰ ἐν τῷ ὀλίγῳ πιστός ἐστι, περὶ τῶν προσκαίρων λέγω, δοκιμάζεται, καὶ ἐλέγχεται. τὸ δὲ πῶς, ἄκουε. πιστεύειν λέγεις βασιλείας οὐρανῶν καταξιοῦσθαι, καὶ υἱὸς Θεοῦ γεννηθεὶς ἄνωθεν γενέσθαι, καὶ συγκληρονόμος τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς αἰῶνας ὅλους συμβασιλεύειν αὐτῷ, καὶ τρυφᾷν ἐν φωτὶ ἀῤῥήτῳ, ἐν ἀπεράντοις καὶ ἀναριθμήτοις αἰῶσιν, ὡς ὁ Θεός; πάντως ἐρεῖς· ναί· διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν ἀναχωρήσας τοῦ κόσμου, ἐμαυτὸν τῷ κυρίῳ δέδωκα.

& fidei, quam habet apud se, se credere existimet. Quilibet enim an in modico fidelis sit, de temporaneis loquor, probatur & arguitur. Quo pacto autem, audi; *ais ne te credere, regno cælorum dignum haberi, & filium Dei natum desuper esse, & coheredem Christi, atque per cuncta sæcula te regnaturum cum eo, & fruiturum deliciis in lumine arcano, per infinita & innumerabilia sæcula, quemadmodum & Deus?* Utique dices; *immo*. Propter hanc enim caussam digressus e mundo, me ipsum Domino dedidi.

Δοκίμασον τοίνυν σεαυτὸν, μή ποτέ σε μέριμναι γήϊναι κατέχουσιν ἔτι, καὶ φροντὶς πολλὴ περὶ τῆς τοῦ σώματος τροφῆς καὶ ἐνδύσεως, καὶ τῆς λοιπῆς ἐπιμελείας καὶ ἀναπαύσεως, ὡς τῇ σῇ δυνάμει περιγιγνόμενος, καὶ προνοούμενος ἑαυτοῦ, ἃ προσετάχθης μὴ μεριμνᾷν ὅλως περὶ σεαυτοῦ. εἰ γὰρ πιστεύεις τὰ ἀθάνατα, καὶ αἰώνια, καὶ παράμονα καὶ ἄφθονα λήψεσθαι, πόσῳ μᾶλλον ταῦτα τὰ παρερχόμενα καὶ γήϊνα, ἅπερ ὁ Θεὸς δέδωκε καὶ ἀσεβέσιν ἀνθρώποις, καὶ θηρίοις, καὶ πετεινοῖς, οὐ πιστεύεις παρασχέσθαι σοι τὸν κύριον, ὥσπερ καὶ ἐνετείλατο, μὴ μεριμνᾷν ὅλως περὶ τούτων εἰπών, μὴ μεριμνήσητε τί φάγητε, ἢ τί πίητε, ἢ τί περιβάλλησθε· ταῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ; εἰ δὲ περὶ ταῦτα ἔτι μέριμναν ἔχεις, καὶ οὐκ ἐνεπίστευσας ὅλον σεαυτὸν τῷ λόγῳ αὐτοῦ, γνῶθι, ὅτι τὰ αἰώνια ἀγαθὰ, ἅπερ ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀκμὴν οὐκ ἐπίστευσας λαβεῖν, καὶ νομίζεις πιστεύειν, ἔτι ἐν τοῖς μικροῖς καὶ φθαρτοῖς ἄπιστος εὑρισκόμενος· καὶ πάλιν, ὥσπερ τὸ σῶμα τιμιώτερόν ἐστι τοῦ ἐνδύματος, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τιμιωτέρα ἐστὶ τοῦ σώματος. πιστεύεις τοίνυν, ὅτι ἡ ψυχή σου ὑπὸ Χριστοῦ ἴασιν δέχεται, ἀπὸ τῶν αἰωνίων καὶ ἀθεραπεύτων παρὰ ἀνθρώποις τραυμάτων, τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας, δι' ἣν καὶ ἦλθεν ἐνταῦθα ὁ κύριος, ἵνα νῦν τὰς ψυχὰς τῶν πιστῶν θεραπεύσῃ ἐκ τῶν ἀνιάτων παθῶν, καὶ καθαρίσῃ ἐκ τοῦ ῥύπου τῆς λέπρας τῆς κακίας, ὁ μόνος ἀληθινὸς ἰατρὸς καὶ θεραπευτής;

III. Examina ergo te ipsum, num forte te detineant adhuc curæ terrenæ, & solicitudo multa de corporis victu & amictu, nec non reliqua studia & recreatio; quasi tua facultate promtus sis ac provideas tibi ipsi, quæ mandata tibi sunt, ne omnino sis solicitus de te ipso. Si enim credis, te immortalia, æterna & permanentia atque invidia carentia consecuturum esse: quanto magis hæc caduca & terrena, quæ Deus contulit vel impiis hominibus, bestiis ac volucribus, credere debes Dominum tibi largiturum, ut quoque præcepit, prorsus non de his solicitum esse, dicens: [a] *Ne soliciti sitis quid manducetis, aut quid bibatis, aut quo operiamini. Hæc enim omnia gentes inquirunt?* Sin de his adhuc curam geris, nec credis te ipsum totum verbo illius, scito, te, quod æterna bona, quæ sunt regnum cælorum, consecuturus sis, nondum credere, quamvis putes te credere, vel adhuc in exiguis & corruptibilibus incredulus deprehensus. Et iterum: [b] *Sicut corpus plus est, quam vestimentum, sic anima plus est quam corpus*. Credis ergo, *animam tuam per Christum medelam consequi a perpetuis & incurabilibus apud homines vulneribus, ignominiosis nimirum affectionibus, propter quam quoque huc venit Dominus, ut nunc animas fidelium curet a non curabilibus affectionibus, & repurget a sordibus lepræ nequitiæ, qui solus verus medicus & curator est?*

Ἐρεῖς, πάντως πιστεύω. εἰς τοῦτο γὰρ ἕστηκα, καὶ ταύτην ἔχω τὴν προσδοκίαν. γνῶθι τοίνυν, ἐρευνήσας σεαυτὸν, μή ποτέ σε τὰ σαρκικὰ πάθη πρὸς ἰατροὺς γηΐνους ἀποφέρει, ὡς Χριστοῦ, ᾧ ἐπίστευσας, μὴ δυναμένου σε θεραπεῦσαι. ἴδε πῶς σεαυτὸν ἀπατᾷς, ὅτι νομίζεις πιστεύειν, μηδέπω πιστεύων, ὡς δεῖ ἐξ ἀληθείας· εἰ γὰρ τὰ αἰώνια καὶ ἀθεράπευτα τῆς ἀθανάτου ψυχῆς τραύματα, καὶ πάθη κακίας ἐπίστευσας ὑπὸ Χριστοῦ θεραπευθῆναι, ἐπίστευες ἂν αὐτῷ δυνατῷ ὄντι θεραπεύειν, καὶ τὰ πρόσκαιρα τοῦ σώματος πάθη καὶ νοσήματα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἂν μόνον κατέφυγες ὑπερορῶν ἰατρικῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ θεραπειῶν· ὁ γὰρ τὴν ψυχὴν κτίσας, αὐτὸς καὶ τὸ σῶμα πεποίηκε· καὶ ὁ ἐκείνην τὴν ἀθάνατον ἰώμενος, αὐτὸς τὸ σῶμα δύναται ἀπὸ τῶν προσκαίρων παθῶν καὶ νοσημάτων θεραπεῦσαι.

IV. Dices: *Utique credo. In hoc enim consisto, & hanc foveo spem ac fiduciam.* Quapropter cognosce ac scrutare te ipsum, num aliquando morbi corporei ad medicos terrenos te deducant, perinde ac si Christus, cui credidisti, nequeat te curare. Vide quo pacto te ipsum decipias, quia putas te credere, qui nondum, ut oportet, vere credis. Si enim æterna & incurabilia immortalis animæ vulnera & affectiones vitiosas credidisses a Christo curari, crederes quoque eum posse curare temporaneas corporis affectiones & morbos, atque ad eum solum confugeres neglecta medicorum industria & cura. Qui enim animam condidit, ipse quoque corpus creavit: & qui illam immortalem sanat, idem quoque corpus a temporaneis affectionibus & morbis curare potest.

Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι ταῦτα· τῷ σώματι ἔδωκεν ὁ Θεὸς εἰς θεραπείαν, τάς τε βοτάνας τῆς γῆς, καὶ τὰ φάρμακα, καὶ ἰατρῶν ἐπιτηδεύματα, πρὸς τὰ τοῦ σώματος πάθη προευτρέπισε, τὸ ἀπὸ γῆς ὂν σῶμα θεραπεύεσθαι οἰκονομήσας, ἐκ τῶν τῆς γῆς διαφόρων εἰδῶν· σύμφημι κἀγὼ ταῦτα οὕτως ἔχειν· ἀλλὰ πρόσεχε, καὶ γνώσῃ τὸν τρόπον, τίσι ταῦτα δέδοται, καὶ τίσιν ᾠκονόμηται ὁ Θεὸς, κατὰ πολλὴν καὶ ἄπειρον φιλανθρωπίαν καὶ χρηστότητα. ἐκπεσὼν ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ τῆς ἐντολῆς ἧς εἰλήφει, καὶ ὑπὸ τὴν ἀπόφασιν ὀργῆς γεγονὼς, καὶ ὥσπερ εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ ἀτιμίαν, ἢ

V. Verum utique hæc mihi dices: *Ad medendum corpori concessit Deus tum herbas terræ, tum pharmaca, atque medicorum officia ad corporis morbos præparavit; disponens, ut corpus e terra sumtum variis e terra ortis speciebus curetur.* Confiteor quoque ego hæc ita se habere; verum attende, & intelliges modum, quibus hæc data sint, & quibus hæc concesserit Deus summa & infinita humanitate ac benignitate ductus. Cum excidisset homo a mandato, quod acceperat, & judicio iræ obnoxius factus esset, & velut in captivitatem & infamiam,

[a] Matth. VI. 32. [b] Ibid. ℣. 25.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

μετάλλου τινὸς ἐργασίαν, ἐκ τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἐξορισθεὶς, καὶ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ σκότους γεγονὼς, καὶ ἄπιστος τῶν παθῶν καταστὰς, ὑπὸ τὰ πάθη λοιπὸν, καὶ τὰ νοσήματα τῆς σαρκὸς πέπτωκεν, ὁ πρὶν ἀπαθὴς, καὶ ἄνοσος. δῆλον δὲ ὅτι καὶ πάντες οἱ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντες τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν ὑποπεπτώκασιν.

& in cujusdam metalli officinam, a delitiis paradisi in hunc mundum exterminatus, & sub potestatem tenebrarum redactus, infidelis errore affectionum redditus esset, tandem in affectiones & morbos carnis incidit, qui prius omnis affectionis & morbi erat expers. Patet ergo, omnes quoque ex eo progenitos in easdem affectiones delapsos esse.

Ὠικονόμησε τοίνυν ταῦτα τοῖς ἀσθενέσι καὶ ἀπίστοις ὁ Θεὸς, μὴ βουληθεὶς παντελῶς ἐξολοθρεῦσαι τὸ ἁμαρτωλὸν τῶν ἀνθρώπων γένος διὰ πολλὴν χρηστότητα· ἀλλ' ἔδωκεν εἰς ψυχαγωγίαν καὶ θεραπείαν καὶ ἐπιμέλειαν τοῦ σώματος τὰ φάρμακα τοῖς τοῦ κόσμου ἀνθρώποις, καὶ τοῖς ἔξω πᾶσι· κἀκείνοις συνεχώρησε τούτοις χρᾶσθαι τοὺς τῷ Θεῷ μηδέπω δυναμένους ἐξ ὅλου ἑαυτοὺς ἐμπιστεύειν· σὺ δὲ ὁ μονάζων, ὁ προσεληλυθὼς τῷ Χριστῷ, καὶ υἱὸς Θεοῦ βουλόμενος εἶναι, καὶ ἄνωθεν ἐκ πνεύματος γεννηθῆναι, καὶ ἀνωτέρας, καὶ μείζους τοῦ πρώτου καὶ ἀπαθοῦς ἀνθρώπου ἐπαγγελίας ἐκδεχόμενος, τὴν εὐδοκίαν τῆς τοῦ κυρίου ἐπιδημίας, καὶ ξένος τοῦ κόσμου γεγονὼς, καινοτέραν τινὰ καὶ ξένην πίστιν, καὶ ἔννοιαν, καὶ πολιτείαν παρὰ πάντας τοὺς τοῦ κόσμου ἀνθρώπους κεκτῆσθαι ὀφείλεις. δόξα πατρὶ καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

VI. Concessit ergo hæc Deus infirmis & infidelibus, nolens omnino perire obnoxium peccatis genus humanum, pro summa sua clementia. Sed dedit ad refocillandum, sanandum, & curandum corpus, pharmaca hujus mundi hominibus & extraneis omnibus: quibus etiam eos uti permisit, qui nondum Deo se totos concredere possunt. Tu vero, qui solitariam agis vitam, qui accessisti ad Christum, qui filius Dei esse desideras, qui desuper e Spiritu nasci expetis; qui sublimiores & ampliores, quam primus homo, omnis affectionis expers, promissiones accepisti, gratissimum nimirum Domini adventum, qui peregrinus hujus mundi es factus, magis novam quamdam & peregrinam fidem, intellectum & conversandi rationem præter omnes hujus mundi homines obtinere debes. Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto, in sæcula Amen.

ΟΜΙΛΙΑ μθ'.

Οὐκ ἐπαρκεῖ, τῆς τρυφῆς τούτου τοῦ κόσμου ἀπαλλαγῆναι, ἐὰν μήτις τὴν μακαρίαν ἄλλου τοῦ κόσμου λάβῃ.

HOMILIA XLIX.

Non satis est hujus sæculi delitias reliquisse, nisi quis alterius sæculi beatitudinem consequatur.

Ἐάν τις ἐξελθὼν τῶν ἰδίων, καὶ ἀποταξάμενος τῷ κόσμῳ τούτῳ, καὶ τῆς τρυφῆς τοῦ κόσμου ἀπαλλαγεὶς, καὶ κτημάτων, καὶ πατρὸς, καὶ μητρὸς, ἕνεκεν τοῦ κυρίου, καὶ ἑαυτὸν σταυρώσας, ξένος καὶ πένης, καὶ ἐνδεὴς γένηται, ἀντὶ δὲ τῆς ἀναπαύσεως τοῦ κόσμου ἀνάπαυσιν θεϊκὴν ἐν ἑαυτῷ μὴ εὕρῃ, καὶ ἀντὶ τῆς προσκαίρου τρυφῆς, τρυφὴν πνεύματος εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν μὴ αἴσθηται, καὶ ἀντὶ τῶν φθαρτῶν ἐνδυμάτων, ἐνδύματα φωτὸς θεότητος μὴ ἀμφιάσηται, εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ ἀντὶ τῆς προτέρου καὶ σαρκικῆς κοινωνίας ταύτης, κοινωνίαν τοῦ ἐπουρανίου ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ ἐν πληροφορίᾳ μὴ γνῷ, καὶ ἀντὶ τῆς φαινομένης τοῦ κόσμου τούτου χαρᾶς, χαρὰν πνεύματος ἔνδον μὴ σχῇ, καὶ παράκλησιν οὐρανίου χάριτος, καὶ χορτασίαν θείαν ἐν τῇ ψυχῇ μὴ λάβῃ ἐν τῷ ἐποφθῆναι αὐτῷ τὴν δόξαν τοῦ κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ ἁπαξαπλῶς ἀντὶ ταύτης τῆς προσκαίρου ἀπολαύσεως, ἀπόλαυσιν ἄφθαρτον ἐπιθυμητὴν, ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ μὴ κτήσηται νῦν· οὗτος γέγονεν ἅλας μωρόν· οὗτος ἐλεεινός ἐστι παρὰ πάντας ἀνθρώπους· οὗτος καὶ τῶν ἐντεῦθεν ἐστερήθη, καὶ τῶν θεϊκῶν οὐκ ἀπέλαυσε· μυστήρια θεῖα δι' ἐνεργείας τοῦ πνεύματος οὐκ ἔγνω ἐν τῷ ἔσω αὐτοῦ ἀνθρώπῳ.

I. Si quis egressus e propriis, huic mundo renuntiet, & delitiis hujus sæculi, tum possessionibus, tum patre, tum matre, Domini gratia, relictis & amotis, se ipsum crucifigendo, peregrinus, pauper & egenus fiat; pro quiete autem hujus sæculi requiem divinam in se ipso non inveniat; & pro delitiis temporaneis, delitias Spiritus in sua ipsius anima non sentiat; & pro corruptibilibus vestimentis, vestimenta divinæ lucis non induat in interiori homine; & pro priori & carnali societate hac, societatem cælestem in sua ipsius anima, certa fiducia nixus, non agnoscat; & pro conspicuo hujus mundi gaudio, gaudium Spiritus intus non habeat, & consolationem cælestis gratiæ, & satietatem divinam in anima non consequatur, dum apparet ei gloria Domini, ut scriptum est; &, ut semel dicam, pro momentanea hac voluptate, voluptatem incorruptibilem desideratam in sua ipsius anima nunc non obtineat, hic factus est sal insipidum, hic miserabilior est quam cuncti homines: hic & sæcularibus privatus est, & divinis non fruitur: mysteria divina per operationem Spiritus in homine interiore non cognovit.

Διὰ τοῦτο γὰρ ξένος τοῦ κόσμου γεγένηταί τις, ἵνα εἰς ἕτερον κόσμον καὶ αἰῶνα τῷ φρονήματι μετελθῃ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀπόστολον· ἡμῶν γὰρ, φησι, τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· καὶ πάλιν, ἐπὶ γῆς περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα. δεῖ τοίνυν τὸν ἀποταξάμενον τῷ κόσμῳ τούτῳ, βεβαίως πιστεῦσαι, ὅτι χρὴ εἰς ἕτερον αἰῶνα τῷ φρονήματι ἀπὸ τοῦ νῦν διὰ τοῦ πνεύματος μεταβῆναι, κἀκεῖ πολιτεύεσθαι καὶ τρυφᾶν, καὶ ἀπολαύειν πνευματικῶν ἀγαθῶν, καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον ἐκ πνεύματος γεννηθῆναι, καθὼς ὁ κύριος εἶπεν· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν· ἐπειδή ἐστιν ἄλλος θάνατος παρὰ τὸν φαινόμενον, καὶ ἄλλη ζωὴ παρὰ τὴν φαινομένην· λέγει γὰρ ἡ γραφή.

II. Propterea enim alienus mundo fieri quis solet, ut ad alium mundum & sæculum intellectu transeat anima ejus, secundum Apostolum: [a] *Nostra enim*, inquit, *conversatio in cælis est*. Et rursum: [b] *In carne ambulantes, non secundum carnem militamus*. Oportet ergo eum, qui renuntiavit huic mundo, firmiter credere, quod oporteat in aliud sæculum animo jam nunc per spiritum transcendere, ibique conversari ac delectari, & frui spiritualibus bonis, & interiorem hominem e Spiritu nasci: ut dixit Dominus; [c] *Qui credit in me, transit a morte in vitam*. Siquidem est alia mors præter eam quæ videtur, & alia vita præter eam quæ videtur. Ait enim scriptura: [d] *Quæ in delitiis est, vivens*

a Philipp. III. 20. b II. Cor. x. 3. c Joan. V. 25. d I. Tim. V. 6.

ὅτι ἡ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκεν. καὶ ἄφετε τοὺς νεκροὺς A θάπτειν τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· ὅτι οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε κύριε, ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες εὐλογήσομέν σε.

Ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος ἀνατείλας ἐπὶ τὴν γῆν, ὅλος ἐν τῇ γῇ ἐστιν· ἐπὰν δὲ πρὸς δυσμὰς γένηται, πάσας αὐτοῦ τὰς ἀκτῖνας συνάγει, πορευόμενος ἐν τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ· οὕτως καὶ ψυχὴ, ἡ μὴ ἄνωθεν ἐκ τοῦ πνεύματος ἀναγεννηθεῖσα, ὅλη ἐν τῇ γῇ ἐστι τοῖς λογισμοῖς αὐτῆς καὶ τῷ φρονήματι ἐπὶ γῆς ἐκτεινομένη, ἕως τῶν περάτων αὐτῆς· ἐπὰν δὲ καταξιωθῇ τὴν ἐπουράνιον λαβεῖν τοῦ πνεύματος γέννησιν καὶ κοινωνίαν, πάντας αὐτῆς τοὺς λογισμοὺς συνάγουσα, καὶ μεθ' ἑαυτῆς ἔχουσα, εἰσέρχεται πρὸς τὸν κύριον εἰς τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἀχειροποίητον κατοικητήριον, καὶ B πάντες οἱ λογισμοὶ αὐτῆς οὐράνιοι, καὶ καθαροὶ, καὶ ἅγιοι γίγνονται, χωροῦντες εἰς ἀέρα θεϊκόν· ῥυσθεῖσα γὰρ ἡ ψυχὴ ἐκ τῆς φυλακῆς τοῦ σκότους τοῦ πονηροῦ ἄρχοντος τοῦ πνεύματος τοῦ κόσμου, εὑρίσκει λογισμοὺς καθαροὺς καὶ θείους, ὅτι εὐδόκησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ποιῆσαι θείας φύσεως κοινωνόν.

Εἰ οὖν ἀναχωρήσεις πάντων τῶν ἐν τῷ βίῳ πραγμάτων, καὶ προσκαρτερεῖς τῇ εὐχῇ σου, μᾶλλον τὸν κάματον τοῦτον ἀναπαύσεως μεστὸν ἡγήσῃ· καὶ τὴν ὀλίγην θλῖψιν, καὶ τὸν πόνον χαρᾶς καὶ ἀνέσεως ἀνάπλεων νομίσεις μεγίστης· εἰ γὰρ καὶ τὸ σῶμά σου καὶ ἡ ψυχή σου καταδεδαπάνητο κατὰ πᾶσαν ὥραν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ διὰ τηλικαῦτα ἀγαθὰ, τί τοῦτο ἦν; C ὢ τῆς ἀρρήτου εὐσπλαγχνίας τοῦ Θεοῦ, ὅτι δωρεὰν ἑαυτὸν χαρίζεται τοῖς πιστεύουσιν, ἐν ὀλίγῳ καιρῷ Θεὸν κληρονομῆσαι, καὶ Θεὸν οἰκῆσαι ἐν σώματι ἀνθρώπου, καὶ ἔχειν τὸν κύριον οἰκίαν καλὴν τὸν ἄνθρωπον. ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἔκτισεν εἰς τὸ κατοικῆσαι τὸν ἄνθρωπον, οὕτως καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου ἔκτισεν εἰς ἰδίαν οἰκίαν, εἰς τὸ ἐνοικῆσαι καὶ ἀναπαῆναι, ὡς ἐν ἰδίῳ οἴκῳ, τῷ σώματι, ἔχων νύμφην καλὴν τὴν ἐράσμιον ψυχὴν, τὴν κατ' εἰκόνα αὐτοῦ πεποιημένην· ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς, φησὶν ὁ ἀπόστολος, ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. καὶ πάλιν, οὗ οἶκος ἐσμὲν ἡμεῖς. ὥσπερ γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μετὰ σπουδῆς πάντα τὰ ἀγαθὰ ἀποθησαυρί- D ζει· οὕτω καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι, ἀποτίθεται καὶ θησαυρίζει τὸν πλοῦτον τοῦ πνεύματος τὸν οὐράνιον. οὔτε δὲ σοφοὶ διὰ τῆς σοφίας, οὔτε φρόνιμοι διὰ τῆς φρονήσεως αὐτῶν ἠδυνήθησαν καταλαβεῖν ψυχῆς λεπτότητα, ἢ εἰπεῖν περὶ αὐτῆς ὡς ἔστιν, εἰ μὴ μόνον οἷς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀποκαλύπτεται ἡ κατάληψις καὶ γνῶσις ἀκριβὴς περὶ ψυχῆς γνωρίζεται· ἀλλ' ἐνταῦθα θεώρει, καὶ διάκρινον, καὶ σύνες, πῶς, ἄκουσον· οὗτος Θεὸς, αὕτη οὐ Θεός· οὗτος κύριος, αὕτη δούλη· οὗτος κτίστης, αὕτη κτίσμα· οὗτος ποιητὴς, αὕτη ποίημα· οὐδὲν κοινὸν τῆς αὐτοῦ φύσεως, καὶ αὐτῆς τυγχάνει· ἀλλὰ διὰ τὴν ἄπειρον, καὶ ἄρρητον, καὶ ἀνεννόητον ἀγάπην, καὶ εὐσπλαγχνίαν αὐ- E τοῦ, εὐδόκησεν εἰς τοῦτο τὸ ποίημα καὶ κτίσμα νοερὸν, καὶ τίμιον καὶ ἐξαίρετον ἔργον ἐνοικῆσαι, ὥς φησιν ἡ γραφὴ, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, εἰς τὴν αὐτοῦ σοφίαν καὶ κοινωνίαν, εἰς ἴδιον κατοικητήριον, εἰς ἰδίαν καὶ καθαρὰν νύμφην.

Τοιούτων οὖν ἀγαθῶν προκειμένων, καὶ τοιούτων ἐπαγγελιῶν ἐπαγγελθεισῶν, καὶ τοιαύτης εὐδοκίας ὑπὸ κυρίου εἰς ἡμᾶς γεγενημένης, μὴ ἀμελήσωμεν, ὦ τέκνα, μήτε ὀκνήσωμεν ἐπαχθῆναι πρὸς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ ἑαυτοὺς ὁλοτελῶς τῇ τοῦ κυρίου εὐα-

A mortua est. Item: [a] *Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos.* [b] *Quia non mortui laudabunt te Domine, sed nos qui vivimus.*


III. Quemadmodum enim sol exortus super terram, totus in terra est, ubi autem ad occasum vergit, omnes radios suos colligit, procedens in domum suam; sic quoque anima, quæ desuper e Spiritu renata non fuerit, tota est in terra cogitationibus & meditationibus suis, super terram extensa usque ad ejus limites: ubi autem digna habetur cælestem consequi Spiritus generationem & communionem, cunctas suas cogitationes colligit, easque secum habens, ingreditur ad Dominum, in domicilium cæ- B leste non manufactum, omnesque cogitationes ejus, cælestes, puræ & sanctæ evadunt, migrantes in aerem divinum. Anima enim liberata e carcere tenebrarum improbi principis spiritus sæculi, reperit cogitationes puras & divinas, quia placuit Deo hominem naturæ divinæ participem facere.

IV. Si igitur recesseris a cunctis, quæ sunt in vita, rebus, & in oratione perseveraveris, potius hunc laborem quietis plenum arbitrabere; & modicam afflictionem & laborem, gaudio & remissione repletum existimabis maxima. Si etenim & corpus & anima tua consumerentur singulis horis per to- C tum vitæ curriculum propter tanta bona, quidnam hoc esset? O ineffabilem misericordiam Dei! qui gratis se ipsum largitur credentibus, se post exiguum tempus Deum hereditario jure possessuros, & Deum habitaturum in corpore hominis, & habiturum Dominum speciosam domum, hominem. Sicut enim Deus cælum & terram creavit, ut in iis habitet Dominus; sic quoque corpus & animam hominis creavit in domicilium suum, ut inhabitet & requiescat in corpore, velut in domo sua: habens sponsam speciosam, dilectam animam, ad imaginem suam conditam. [c] *Despondi enim vos*, inquit Apostolus, *uni viro virginem castam exhibere Christo*. Et iterum: [d] *Cujus domus sumus nos*. Quemadmo- D dum enim vir in domo sua summa diligentia, omnis generis bona in thesaurum colligit; sic quoque Dominus in domum suam, animam & corpus, reponit & colligit divitias Spiritus cælestes. Neque vero sapientes sapientia sua, neque prudentes prudentia sua potuerunt animæ subtilitatem comprehendere, aut de illa dicere, quo pacto se haberet, nisi solum iis, quibus per Spiritum sanctum revelatur comprehensio, & exacta animæ cognitio perspicitur. Ceterum hic contemplare, discernito & intellige, quo pacto, audi: hic Deus est, illa non est Deus; hic Dominus, illa ancilla; hic creator, illa creatura; hic opifex, illa figmentum. Nihil commune inter hujus & illius naturam est. At per in- E finitam, ineffabilem, & incomprehensibilem dilectionem & misericordiam ejus placuit illi, in hoc ipso figmento & creatura intellectuali, pretiosa & electa inhabitare, ut ait scriptura. [e] *Ut simus nos initium aliquod creaturarum ejus*, in sapientiam & societatem ejus, in proprium ejus habitaculum, in propriam ac mundam sponsam.

V. Tantis igitur bonis propositis, tantis promissionibus factis, tantaque benignitate a Domino nobis exhibita, ne contemnamus, o filii, neve cunctemur ad vitam æternam proficisci, & nos ipsos penitus Domini beneplacito tradere. Obsecremus

a Luc. IX. 60. b Psal. CXV. 17. c II. Cor. XI. 2. d Hebr. III. 6. e Jac. I. 18.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



ρεσήσει ἐπιδεῖξαι· παρακαλέσωμεν τοίνυν τὸν κύριον, ἵνα τῇ ἰδίᾳ τῆς θεότητος δυνάμει λυτρώσηται ἡμᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς τοῦ σκότους τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας, καὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα, καὶ τὸ πλάσμα ἐκδικήσας ἀναλάμψαι ποιήσῃ, σώαν καὶ καθαρὰν τὴν ψυχὴν ἀπεργασάμενος, καὶ οὕτως ἀξιωθῶμεν τῆς κοινωνίας τοῦ πνεύματος, δοξάζοντες πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ergo Dominum, ut sua divina virtute liberet nos e carcere tenebrarum ignominiosarum affectionum, & imaginem suam & figmentum vindicet, ac splendidum reddat, salvam & puram constituat animam; & ut hac ratione digni habeamur societate Spiritus, glorificantes Patrem, Filium & Spiritum sanctum, in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ν´.

Θεός ἐστιν ὁ διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ θαυματουργῶν.

HOMILIA L.

Deus est, qui per sanctos suos & creaturas edit miracula.

Τίς ἦν ὁ κλείσας τὰς θύρας τῶν οὐρανῶν; Ἠλίας, ἢ ὁ Θεὸς ἦν ἐν αὐτῷ, ὁ ἐπιτάξας καὶ τῷ ὑετῷ; νομίζω, ὅτι ὁ ἐξουσιαστὴς τῷ οὐρανῷ, αὐτὸς ἐνεκαθέσθη ἐντὸς τοῦ νοὸς αὐτοῦ, καὶ διὰ τῆς γλώττης αὐτοῦ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐκώλυσε τοῦ μὴ κατελθεῖν ὑετὸν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πάλιν εἶπε, καὶ ἠνοίγησαν αἱ πύλαι τῶν οὐρανῶν, καὶ κατῆλθεν ὁ ὑετός· ὁμοίως καὶ Μωϋσῆς ἔθηκε ῥάβδον, καὶ ἐγένετο ὄφις· καὶ πάλιν εἶπε, καὶ ἐγένετο ῥάβδος· καὶ ἔλαβεν ἀπὸ καμίνου τέφραν, καὶ ἐσκόρπισε, καὶ ἐγένετο ἕλκη· καὶ πάλιν ἐπέταξε, καὶ ἐγένετο σκνίπες, καὶ βάτραχοι. ἆρα ταῦτα φύσις ἀνθρώπων ποιεῖν ἠδύνατο; εἶπε τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐμερίσθη· τῷ ποταμῷ, καὶ μετεβλήθη εἰς αἷμα. ἀλλὰ δῆλον, ὅτι οὐρανία δύναμις ᾤκει ἐν τῷ νῷ αὐτοῦ, καὶ διὰ Μωσέως ἐποίει τὰ σημεῖα ταῦτα.

I. Quis, qui clausit portas cælorum? Elias [a], an Deus erat in eo, qui imperabat etiam pluviæ? puto eum, qui potestatem habet in cælum, insedisse in animo illius, verbumque Dei per linguam ejus prohibuisse, ne descenderet pluvia super terram [b]. Iterum locutus est, & apertæ sunt portæ cælorum, ac descendit pluvia. Similiter quoque Moses ponebat [c] virgam, & fiebat serpens; & rursus locutus est, & fiebat virga. Et accepit a camino cinerem, & dispersit, & producebantur ulcera [d], & iterum percussit, & fiebant ciniphes & ranæ. Num hæc natura humana facere potuit? Locutus est mari, & divisum est [e]: fluvio, & mutatus est in sanguinem. Verum patet, quod cælestis virtus habitaverit in ejus animo, & per Mosen ediderit hæc signa.

Ὁ Δαβὶδ πῶς ἄνευ ὅπλου ἠδύνατο μετὰ τοιούτου γίγαντος συμβαλεῖν εἰς πόλεμον; καὶ ὅτε ἔρριψε τὸν λίθον κατὰ τοῦ ἀλλοφύλου, διὰ τῆς χειρὸς Δαβὶδ, χεὶρ Θεοῦ ὡδήγει τὸν λίθον, καὶ αὐτὴ ἡ θεία δύναμις ἀπέκτεινεν αὐτὸν ποιήσασα τὴν νίκην· οὐ γὰρ Δαβὶδ ἠδύνατο ἀσθενὴς ὢν τῷ σώματι. Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ὅτε ἀπῆλθεν εἰς Ἱεριχὼ περιεκαθέσθη ἑπτὰ ἡμέρας μηδὲν δυνάμενος ποιῆσαι τῇ ἰδίᾳ φύσει, ἀλλ᾽ ὅτε ὁ Θεὸς ἐκέλευσε, τὰ τείχη ἀφ᾽ ἑαυτῶν κατέπεσε. καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, λέγει αὐτῷ ὁ κύριος, ἄπελθε εἰς πόλεμον· ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, ζῇ κύριος, οὐ μὴ ἀπέλθω ἄνευ σοῦ. καὶ τίς ἐστιν ὁ ἐπιτάξας τῷ ἡλίῳ στῆναι ἄλλας δύο ὥρας ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου, ἡ φύσις αὐτοῦ μόνη, ἢ ἡ συνοῦσα αὐτῷ δύναμις; καὶ Μωϋσῆς ὅτε συνέβαλε τῷ Ἀμαλὴκ, εἰ μὲν ἐξέτεινε τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς τὸν Θεὸν, ἐπάτει τὸν Ἀμαλήκ· εἰ δὲ ἔκλινε τὰς χεῖρας, ὁ Ἀμαλὴκ περιεγένετο.

II. David quo pacto potuit absque armis in bellum congredi cum tali gigante? Et cum projiceret lapidem [f] in alienigenam sua manu David, manus Dei dirigebat lapidem, ipsa quoque virtus divina interfecit illum, parans victoriam. Non enim David hoc poterat, qui erat imbecillis corpore. Jesus, filius Nave [g], cum venisset Jericho, sedit septem dies, nihil efficere valens sua ipsius natura: at ubi jussit Deus, muri sua sponte corruerunt. Et cum ingrederetur terram promissionis, dicit ei Dominus: *Proficiscere in bellum;* respondit Jesus; [h] *Vivit Dominus! non procedam sine te.* Et quis est, qui mandavit soli, ut subsisteret duas alias horas in conflictu belli? An sola ipsius natura, an quæ illi assistebat potentia? [i] Moses quoque, cum manus consereret cum Amalecho, quando extendebat manus in cælum ad Deum, conculcabat Amalech: quando autem declinaret manus, Amalech superior erat.

Σὺ δὲ ἀκούων ταῦτα γινόμενα, μὴ μακράν σου ἀπέλθῃ ὁ νοῦς· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἐκεῖνα τύπος ἦν καὶ σκιὰ τῶν ἀληθινῶν πραγμάτων, ἀνάλαβε εἰς ἑαυτὸν ταῦτα· ὅτε γὰρ ἐκτενεῖς τὰς χεῖρας τοῦ νοός σου, καὶ τοὺς λογισμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ θελήσεις προσκολληθῆναι τῷ κυρίῳ, κατώτερος τῶν λογισμῶν σου γίνεται ὁ σατανᾶς. καὶ ὥσπερ εἰς Ἱεριχὼ τὰ τείχη ἔπεσον διὰ δυνάμεως Θεοῦ, οὕτω καὶ νῦν τὰ τείχη τῆς κακίας τὰ κωλύοντά σου τὸν νοῦν, καὶ αἱ πόλεις τοῦ σατανᾶ, καὶ οἱ ἐχθροί σου ἐξολοθρεύονται διὰ δυνάμεως Θεοῦ· οὕτως ἐν τῇ σκιᾷ, Θεοῦ δύναμις ἀδιαλείπτως συνῆν τοῖς δικαίοις, ποιοῦσα θαυμάσια φανερά· καὶ ἔσωθεν δὲ ἐν αὐτοῖς ᾤκει ἡ θεία χάρις· ὁμοίως καὶ εἰς τοὺς προφήτας ἐνήργει, καὶ διηκόνει τὸ πνεῦμα ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν τοῦ προφητεύειν, καὶ λαλεῖν, ὅτε χρεία ἦν πράγματα μεγάλα εἰπεῖν τῷ κόσμῳ· οὐ γὰρ πάντοτε ἐλάλουν, ἀλλ᾽

III. Tu vero quando hæc auditu percipis, ne procul a te procedat mens tua; verum quia illa typus erant & umbra verarum rerum; accommoda eadem tibi ipsi. Quandocumque enim extenderis manus animi tui & cogitationes in cælum, atque volueris adglutinari Domino, inferior cogitationibus tuis fit satanas. Et quemadmodum [k] Jericho muri corruerunt virtute divina, sic quoque nunc muri malitiæ impediunt mentem tuam, atque urbes satanæ & inimici tui perdentur virtute divina. Ad hunc modum in umbra legis virtus divina indesinenter aderat justis, edens manifesta miracula. Atque intus in ipsis habitabat divina gratia. Itidem quoque in prophetis operabatur, atque suppeditabat animis eorum Spiritum prophetandi, & loquendi & dicendi mundo res ingentes, necessitate id poscente. Non enim semper loquebantur, sed quando

a 1. Reg. xvii. 1. b 1. Reg. xviii. 44. 45. c Exod. vii. 10. d Exod. viii. 17. e Exod. xiv. 16. 21. f 1. Reg xvii. 49. g Jos. vi. 20. h Jos. x. 13. i Exod. xvii. 11. k Jos. vi. 20.

ὅτε ἤθελε τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα· πλὴν ἡ δύναμις πάντοτε συνῆν.

Εἰ οὖν εἰς τὴν σκιὰν τοσοῦτον ἐξεχύθη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πόσῳ μᾶλλον εἰς τὴν καινὴν διαθήκην, εἰς τὸν σταυρὸν, εἰς τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ, ὅπου ἐγένετο ἡ ἔκχυσις καὶ ἡ μέθη τοῦ πνεύματος; ἐκχεῶ γάρ φησιν, ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. τοῦτο ἐστιν ὃ εἶπεν αὐτὸς ὁ κύριος· ὅτι μεθ' ὑμῶν ἔσομαι ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· πᾶς γὰρ ὁ ζητῶν εὑρίσκει. εἰ γάρ φησιν, ὑμεῖς πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος δώσει πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτὸν, δυνάμει καὶ πληροφορίᾳ πολλῇ κατὰ τὸν ἀπόστολον; τὰ οὖν τοιαῦτα καὶ μέτρῳ, καὶ πόνῳ, καὶ κόπῳ πολλῷ, καὶ ὑπομονῇ, καὶ φιλίᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν εὑρίσκεται, γυμναζομένων τῶν αἰσθητηρίων τῆς ψυχῆς, κατὰ τὸ εἰρημένον, διὰ καλοῦ τε καὶ κακοῦ, δηλαδὴ διά τε τῶν μηχανῶν καὶ ἐπιβουλῶν, καὶ πολυτρόπων περιστάσεων, καὶ ἐνεδρῶν τῆς κακίας· ὁμοίως δὲ καὶ διὰ τῶν διαφόρων χαρισμάτων καὶ ποικίλων ἀντιλήψεων τῆς ἐνεργείας καὶ δυνάμεως τοῦ πνεύματος· ὁ γὰρ γνωρίζων τὴν ἐπουλὴν τῆς κακίας διὰ τῶν παθῶν μιαίνουσαν τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ μὴ ἐπιγινώσκων ἐν αὐτῷ τὴν ἀντίληψιν τοῦ ἁγίου πνεύματος τῆς ἀληθείας, ἐνδυναμοῦσαν αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν καὶ ἀνανεοῦσαν τὴν ψυχὴν ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας, ὁ τοιοῦτος ἐν ἀδιακρισίᾳ πορεύεται, μὴ γνωρίζων γε μὴν τὴν πολύτροπον οἰκονομίαν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ εἰρήνης. καὶ πάλιν δὲ ὁ βοηθούμενος ὑπὸ τοῦ κυρίου, καὶ εὑρισκόμενος ἐν εὐφροσύνῃ πνευματικῇ καὶ χαρίσμασι ἐπουρανίοις, ἐὰν νομίσῃ μηκέτι ἀνακεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἀπατᾶται κλεπτόμενος, μὴ διακρίνων λεπτότητα τῆς κακίας· καὶ μὴ συνιὼν τὴν κατὰ μέρος γενομένην τῆς νηπιότητος αὔξησιν, καὶ τελειότητα ἐν Χριστῷ. διὰ γὰρ τῆς ἐπιχορηγίας τοῦ ἁγίου καὶ θείου πνεύματος, δοξάζομεν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A volebat, qui in ipsis erat, Spiritus: nihilominus facultas semper aderat.

IV. Si igitur in umbram tantopere est effusus Spiritus sanctus, quanto magis in novum testamentum, in crucem, in adventum Christi, quando facta est effusio & ebrietas Spiritus? [a] *Effundam enim*, inquit, *de Spiritu meo super omnem carnem*. Hoc est, quod ipsemet Dominus dixit, nempe: [b] *Vobiscum ero usque ad consummationem sæculi. Omnis enim qui quærit, invenit.* [c] *Si etenim*, inquit, *vos, qui estis mali, nostis bona dona dare filiis vestris, quanto magis pater vester cælestis dabit Spiritum petentibus eum cum virtute & summa fidei certitudine*
B secundum apostolum? Ceterum ista modo, tempore, labore summo, patientia atque dilectione ejus comparantur, dum exercentur organa animæ sensitiva, ut dictum est, & bono & malo, videlicet, machinis, insidiis & multiplicibus circumstantiis atque deceptionibus malitiæ: itidem quoque diversis gratiæ donis, variis auxiliis, a virtute & efficacia Spiritus profectis. Qui enim cognoscit cicatrices malitiæ, affectionibus inquinantes interiorem hominem; & non perspicit in se auxilium sancti Spiritus veritatis, corroborantem infirmitatem suam atque renovantem animam in exsultatione cordis, ejusmodi qui est, sine discretione graditur non perspiciens multiformem dispensationem gratiæ pacisque divinæ.
C Et e diverso, qui adjuvatur a Domino, & affluit lætitia spirituali, ac donis cælestibus, si existimet, se non amplius obnoxium peccato, decipitur occulte, quippe qui non habeat facultatem discernendi subtilitatem malitiæ, nec intelligat paullatim fieri incrementum pueritiæ, atque perfectionem in Christo: subministratione ergo & instructione Spiritus sancti & divini glorificamus Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, in sæcula. Amen.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

a Act. II. 16. 17. Joel. II. 20. *b* Matth. XXVIII. 20. *c* Matth. VII. 11.



SANCTI PATRIS

MACARII ÆGYPTII

HOMILIÆ,

ET

OPUSCULA ASCETICA.



ACCESSERUNT

S. MACARII ALEXANDRINI

SERMO DE EXITU ANIMÆ JUSTORUM ET PECCATORUM,

NEC NON

EJUSDEM REGULA ET EPISTOLA AD MONACHOS.



PARS II.



ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΦΥΛΑΚΗΣ ΚΑΡΔΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ.

MACARII MAGNI

DE CUSTODIA CORDIS

LIBER.

Πῶς δύναται λέγειν ὁ τυχὼν, ὅτι νηστεύων, A καὶ ξενιτεύων, καὶ ψωμίζων μου τὰ ὑπάρχοντα ἅγιός εἰμι; ἅγιός ἐστιν, οὐ καθαρθεὶς τὸν ἔσω ἄνθρωπον; οὐ γὰρ ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν ἐστιν ἡ κάθαρσις, ἀλλ' ἡ κατὰ συνείδησιν τελεία κάθαρσις· εἴσελθε γὰρ ὦ οὗτος διὰ τῆς τῶν λογισμῶν σου ἐπιτάσεως πρὸς τὸν αἰχμάλωτον, καὶ δοῦλον τῆς ἁμαρτίας νοῦν σου, καὶ ἴδε τὸν κατώτερον τοῦ νοῦ καὶ βαθύτερον τῶν λογισμῶν, εἰς τὰ λεγόμενα ταμιεῖα τῆς ψυχῆς σου τὸν ἕρποντα καὶ ἐμφωλεύοντα ὄφιν, τὸν φονεύσαντά σε διὰ τῶν καιριοτέρων τῆς ψυχῆς σου μελῶν· ἄβυσσος γάρ ἐστιν ἀκατάληπτος ἡ καρδία· καὶ ἐὰν τοῦτον φονεύσῃς, καύχησαι τῷ Θεῷ περὶ καθαρότητος, εἰ δὲ μή, ταπεινωθεὶς ὡς ἐνδεὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ὑπὲρ τῶν κρυφίων B σου δεόμενος τοῦ Θεοῦ.

I. Quomodo potest dicere quilibet: Jejunans, peregre degens, divisis dispertitisque bonis meis omnibus, sanctus sum? An ille sanctus est, qui nondum emundavit interiorem hominem? non enim qualiscumque abstinentia a malis, sed quæ intimos conscientiæ sinus omni inquinamento cum diligentia expurgat, perfecta demum emundatio est. Ergo ingredere sis heus tu, in laxa penitus conclavia late intus vagantium cogitationum tuarum, ad tuam captivam & servam peccati mentem; & vide in intimo ejus fundo, sub turba bullientium cogitationum, in ipsis, quæ animæ penetralia dicuntur, occultissimis conscientiæ recessibus, reptantem nidulantemque anguem, qui te occidit, veneno suo infectis vitalibus animæ tuæ partibus ac membris. Abyssus enim imperscrutabilis cor est, & si quidem istum interfeceris, tunc sane aude apud Deum gloriari de tua puritate: sin minus, humiliatus, ut indigens & peccator, accede ad Deum, & coram illo procide orans, ut te ab occultis tuis mundet.

Ὁ ἀληθινὸς θάνατος ἔνδοθεν ἐν τῇ καρδίᾳ κέκρυπται· καὶ ὁ ἄνθρωπος ἔσω νενέκρωται· εἴ τις οὖν μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν ἐν τῷ κρυπτῷ, οὗτος ἀληθῶς εἰς τοὺς αἰῶνας ζῇ, καὶ οὐκ ἀποθνήσκει· ἀλλ' εἰ καὶ τὰ σώματα τῶν τοιούτων λύεται πρὸς καιρόν τινα, ἀλλ' οὖν ἡγιασμένα τί εἰσι καὶ ἐγείρονται σὺν δόξῃ· διὸ καὶ ὕπνον λέγομεν τὴν κοίμησιν τῶν ἁγίων.

II. Vera mors intus in corde abscondita est, qua exterior homo, utcumque spirare videatur, revera est mortuus. Si quis igitur in illo arcano cordis a morte ad vitam transit, is vere vivit vita perenni, nec amplius moritur. Etsi enim talium quoque corpora, separantibus se statuto tempore ab iis animabus, certo spatio solvuntur; eadem tamen, utpote sanctificata, resurgent cum gloria. Propterea somnum C vocamus mortem sanctorum.

Ὅλος ὁ ἀγὼν τοῦ ἀντικειμένου οὗτός ἐστιν, ἵνα δυνηθῇ τὸν νοῦν ἡμῶν ἀπὸ τῆς πρὸς Θεὸν μνήμης καὶ ἀγάπης ἐκσπάσαι, δελεάσμασι γηΐνοις χρώμενος, καὶ ἀπὸ τοῦ ὄντως καλοῦ παρεκτρέπων ἐπὶ τὰ δοκῆσαι, ἀλλ' οὐκ ὄντως καλά· πᾶν γὰρ ὃ ἐὰν ποιῇ ἄνθρωπος καλὸν, σπιλοῦν καὶ μιαίνειν ὁ πονηρὸς βούλεται, καὶ τὴν ἰδίαν ἐπισπορὰν τῆς κενοδοξίας ἢ οἰήσεως τῇ ἐντολῇ συμμιγεῖν ἀγωνίζεται· ἵνα μὴ διὰ Θεὸν καὶ μόνον κατὰ προθυμίαν ἀγαθὴν τὸ γινόμενον ἀγαθὸν γένηται.

III. Totum adversarii certamen in eo desudat, ut queat mentem nostram a Dei recordatione & amore abstrahere, illecebras ad id adhibens terrenas, omnique arte satagens affectum sensumque nostrum ab eo, qui unus vere bonus est, ad ea, quæ sola opinione, non autem solida veritate, bona sunt, avertere. Quodcumque enim homo bonum facit, polluere ac contaminare improbus conatur, maximeque contendit, cum quem videt legi observandæ operam dantem, operi bono aut vanæ gloriæ, aut tumidæ sui præfidentiæ labem inspergere, ne Dei solius caussa, & ex bono vereque laudabili proposito, quod exterius bene fit interius geratur.

Τί οὖν; ἡμεῖς οἱ μηδόλως εἰς τὴν καρδίαν εἰσελ- D θόντες, πῶς ἀρξώμεθα; διὰ νηστείας καὶ προσευχῆς ἔξω ἑστῶτες κρούομεν, καθὼς ὁ Κύριος ἐκέλευσεν εἰπών· κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. ἐὰν γὰρ ἐμμείνωμεν τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ πτωχείᾳ, καὶ τῷ ταπεινῷ φρονήματι, καὶ πάσαις ταῖς τῶν ἐντολῶν ἀρεταῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας κρούοντες εἰς τὴν πνευματικὴν τοῦ Κυρίου θύραν, δυνησόμεθα τυχεῖν τοῦ ζητουμένου· διὰ ταύτης γὰρ τῆς θύ-

IV. Quid igitur? nos numquam ac nusquam soliti in cor nostrum ingredi, quomodo incipiemus? Per jejunium & orationem foris stantes pulsemus, prout Dominus jussit, dicens: [a] *Pulsate & aperietur vobis*. Si enim permanserimus in verbo Domini, & in sensu intime demisso mendicitatis & vilitatis nostræ; ac simul exercitio cunctarum quæ per mandata imperantur, virtutum, nocte ac die perseveraverimus pulsantes spiritualem Domini januam,

[a] Matth. VII. 7. Luc. XI. 9.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

ρας δύναται ἀπολυτρώσεως τυχεῖν πᾶς ὁ βουλόμενος φυγεῖν τοῦ σκότους· εὑρίσκει γὰρ ἐκεῖ τὴν ἐλευθερίαν τῆς ψυχῆς, καὶ ἀπολαμβάνει τοὺς λογισμοὺς αὐτῆς, καὶ κτᾶσθαι τὸν ἐπουράνιον βασιλέα Χριστόν.

A poterimus potiri eo, quod quærimus. Per hanc enim januam potest liberationem assequi quicumque vult fugere a captivitate tenebrarum. Invenit quippe ibi libertatem animæ, & recipit congruas ipsi cogitationes; ac tandem eo usque provehitur, ut possideat cælestem regem Christum.

Οταν ὁ νοῦς ἐπιλάθηται τῆς νοερᾶς καὶ εὐσεβοῦς θλίψεως, τότε καὶ τῶν ἐντολῶν ἐπελάθετο· καὶ ὅθεν ἂν δοκῇ τρέχειν, παρεκτρέπεται τῆς λείας, καὶ σκολιάζων πολιτεύεται· διὰ τοῦτο συναντᾷ θηρίοις· εἰ γὰρ μὴ τὸν τῆς εὐχῆς καὶ ἐλπίδος κόπον ἐκκόπτομεν, οὐκ ἂν ἐπλημμελήσαμεν· τοῖς γὰρ περὶ ψυχῆς θλιβομένοις λέγει ἡ γραφή· πιστὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε· ἀπαιδεύτοις δὲ συναντήσαι κακά.

V. Quando mens oblita fuerit mentalis & piæ adflictionis, tunc & mandatorum obliviscitur; quando videtur currere, errat a via plana, & obliquis gyrans semitis ambulat: propter quod in feras incurrit bestias. Nisi enim orationis & spei laborem excidissemus, non utique peccavissemus. His porro, qui animo angustiantur, dicit scriptura: [a] *Fi-* B *delis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis.* [b] *Qui autem indociles sunt, eis occurrent mala.*

Ωσπερ οἱ ἔξω ὀφθαλμοὶ βλέπουσι μακρόθεν τὰς ἀκάνθας, καὶ τοὺς κρημνούς· οὕτω καὶ ὁ προβλεπτικὸς νοῦς προβλέπει ταχὺς ὢν τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιβουλὰς, καὶ ἀσφαλίζεται τὴν ψυχὴν, ὡς ὀφθαλμὸς ὢν αὐτῆς.

VI. Sicut exteriores oculi longe prospiciunt spinas & præcipitia; sic & acri providendi perspicacia prædita mens cito prospicit adversariæ potestatis artes insidiasque, ac contra eas præmunit animam, cujus est oculus.

Αγὼν πολλοῦ καὶ πάνυ κρυπτοῦ καὶ ἀοράτου χρεία, λογισμῶν ἐρευνὰν ποιεῖσθαι, καὶ τὰ ἠσθενηκότα τῆς ψυχῆς ἡμῶν αἰσθητήρια γυμνάζειν πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ· δεῖ πάντοτε καὶ ἀναζωπυρεῖν διὰ τοῦ νοὸς πρὸς Θεὸν ἐπείξεως τὰ ἐξησθενηκότα τῇ ψυχῇ μέλη· τοῦ νοῦ ἡμῶν προσκολλωμένου μετὰ τοῦ Κυρίου πάντοτε, ἵνα γένηται εἰς ἓν πνεῦμα κατὰ τὸ λόγιον Παύλου. τοῦτον δὲ τὸν κρυπτὸν ἀγῶνα καὶ μελέτην Κυρίου καὶ πόνον νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἔχειν ἡμᾶς χρὴ εἰς πᾶσαν ἐπιτήδευσιν ἐντολῆς, εἴτε εὐχομένων, εἴτε ἐσθιόντων, ἢ διακονούντων, ἢ πινόντων, ἢ ἕτερόν τι ποιούντων, ἵνα πᾶν ὃ γίνεται ἀγαθὸν ἐπιτήδευμα, εἰς δόξαν Θεοῦ γένηται. ἁγιάζεται γὰρ καὶ ἡ τῶν ἐντολῶν πᾶσα ἀκολουθία· καὶ καθαρῶς ὑφ' ὑμῶν ἐπιτελεῖται, διὰ τῆς ἀδιαλείπτου μνήμης τοῦ Θεοῦ, καὶ φόβου καὶ ἀγάπης τῆς πρὸς Θεὸν, καὶ γινόμεθα ἐκτὸς ἀπὸ τοῦ μιαίνοντος τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ.

VII. Contentione multa, & labore, eoque occulto & invisibili, est opus in scrutatione cogitationum facienda: & in hebetatis [c] *animæ nostræ sensibus acuendis, exercitandisque ad discretionem boni* C *& mali.* Oportet omnino undecumque exsuscitare conatu mentis ad Deum se incitantis, debilitata animæ membra: mente nostra cum Domini adjutorio semper nos provocante, ut cum illo coalescamus [d] *in unum spiritum* juxta oraculum Paulli. Hoc autem certamen occultum, & meditationem Domini, ac laborem diu noctuque necesse est nos habere ad omnem studiosam exsecutionem mandati præscribentis quippiam sive orantibus, sive comedentibus, sive ministrantibus, sive bibentibus, sive aliud quidvis agentibus, ut quodcumque fit opus bonum, in Dei gloriam fiat. Sanctificatur enim tota series mandatorum, & pure perfecteque a nobis exsecutioni traditur per indesinentem memoriam Dei, perque timorem & caritatem erga Deum; per hæc enim nos disjungimus seorsimque locamus ab eo, qui polluit mandata Dei.

Καὶ γὰρ ὁ πατριάρχης Αβραὰμ ἐκ τῶν ἀκροθινίων τῷ ἱερεῖ τοῦ Θεοῦ Μελχισεδὲκ προσήνεγκε, καὶ οὕτως τὴν εὐλογίαν ἐδέξατο παρ' αὐτοῦ. τί δ' ἄλλο διὰ τούτων αἰνίττεται τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἢ ὑψηλοτέραν θεωρίαν ἐμφαίνων που, τὰ ἄκρα καὶ τὰ ὀστᾶ τοῦ ὅλου συγκρίματος τῆς φύσεως ἡμῶν· τουτέστιν, αὐτὸν τὸν νοῦν, αὐτὴν τὴν συνείδησιν, αὐτὴν τὴν διάθεσιν, αὐτὸν τὸν λογισμὸν, αὐτὴν τῆς ψυχῆς τὴν ἀγαπητικὴν δύναμιν, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ὅλου ἡμῶν ἀνθρώπου τῷ Θεῷ πρότερον κομίζειν δεῖν πάντοτε, τὴν τῆς καρδίας ἱερὰν θυσίαν· τὰ ἀκροθίνια, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ἀγαθῶν λογισμῶν εἰς τὴν αὐτὴν μνήμην καὶ μελέτην διὰ παντὸς ἀπασχολοῦντος· καὶ οὕτως δυνάμεθα ὁσημέραι τὴν αὔξησιν καὶ προκοπὴν λαμβάνειν βοηθούμενοι ὑπὸ τῆς θείας χάριτος, καὶ τὸ φορτίον τῆς δικαιοσύνης τῶν ἐντολῶν, ἐλαφρὸν ἡμῖν καταφανήσεται, καθαρῶς καὶ ἀμώμως ταύτας ἐπιτελοῦντες, συνεργούμενοι ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ἡμῶν πίστεως. περὶ δὲ τῆς φαινομένης ἀσκήσεως, καὶ ποῖον ἀγαθὸν ἐπιτήδευμα μεῖζον καὶ πρῶτον τυγχάνει, τοῦτο γινώσκετε, ἀγαπητοὶ, ὅτι ἀλλήλων πᾶσαι αἱ ἀρεταὶ κρέμανται, καὶ ἀλλήλων συνδέδενται, καὶ ὥσπερ ἱερά τις πνευματικὴ ἅλυσις, μία ἀπὸ μιᾶς ἤρτηται· ἡ εὐχὴ ἀπὸ τῆς ἀγάπης, ἡ ἀγάπη ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ἡ χαρὰ ἀπὸ τῆς πρᾳότητος,

D VIII. Etenim patriarcha Abraham [e] e primitiis sacerdoti Dei Melchisedech obtulit; & sic benedictionem accepit ab ipso; quid vero aliud per hæc adumbrat Spiritus? sublimiori nimirum intelligentia significare vult, utique summa & intima, verticem & ossa totius concretionis naturæ nostræ; hoc est, ipsam mentem, ipsam conscientiam, ipsam dispositionem, ipsam cogitationem, ipsam amandi potentiam, tamquam primitias totius nostri hominis, Deo ante omnia debere nos adferre, & velut sacram cordis nostri offerre victimam, primitias & summitates bonarum cogitationum, in eamdem Dei memoriam & meditationem, omni alia occupatione sepofita, vacantis. Et sic possumus quotidie aug- E mentum & profectum accipere, adjuti a divina gratia; & onus justitiæ mandatorum leve nobis adparebit, pure & irreprehensibiliter ea implentibus, cooperante ad hoc nobis ipso Domino per nostram in ipsum fidem. De adparente vero exercitatione, & quodnam bonum studium majus inter omnia & primum sit, illud scitote, dilectissimi, hærere committique invicem virtutes omnes, & nexu pendere mutuo devinctas unam ab altera, sic constituentes sacram quamdam & spiritualem catenam, in qua oratio caritati, caritas gaudio, gaudium man-

[a] 1. Cor. x. 13. [b] Deut. xxxi. 29. [c] Hebr. V. 14. [d] 1. Cor. vi. 17. [e] Gen. xiv. 18.

ἡ πρᾳότης ἀπὸ τῆς ταπεινώσεως, ἡ ταπείνωσις ἀπὸ τῆς διακονίας, ἡ διακονία ἀπὸ τῆς ἐλπίδος, ἡ ἐλπὶς ἀπὸ τῆς πίστεως, ἡ πίστις ἀπὸ τῆς ὑπακοῆς, ἡ ὑπακοὴ ἀπὸ τῆς ἁπλότητος. ὥσπερ καὶ τὸ ἐναντίον, ἐφ᾽ ἑνὸς τὰ κακὰ ἐκδίδονται· τὸ μῖσος ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, ὁ θυμὸς ἀπὸ ὑπερηφανίας, ἡ ὑπερηφανία ἀπὸ τῆς κενοδοξίας, ἡ κενοδοξία ἀπὸ τῆς ἀπιστίας, ἡ ἀπιστία ἀπὸ τῆς σκληροκαρδίας, ἡ σκληροκαρδία ἀπὸ τῆς ἀμελείας, ἡ ἀμέλεια ἀπὸ τῆς χαυνώσεως, ἡ χαύνωσις ἀπὸ τῆς ὀλιγωρίας, ἡ ὀλιγωρία ἀπὸ τῆς ἀκηδίας, ἡ ἀκηδία ἀπὸ τῆς μικροψυχίας, ἡ μικροψυχία ἀπὸ τῆς φιληδονίας, καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς κακίας ἀλλήλων εἰσὶν ἐκκρεμάμενα. οὕτως ἐν τῷ ἀγαθῷ μέρει αἱ ἀρεταί εἰσιν ἀπηρτημέναι. Κεφαλὴ δὲ πάσης ἀρετῆς καὶ κορυφὴ τῶν κατορθωμάτων ἐστὶν ἡ προσευχῆς προσκαρτέρησις. δι᾽ ἧς καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς διὰ τῆς παρὰ Θεοῦ αἰτήσεως ὁσημέραι κτᾶσθαι δυνάμεθα.


A suetudini, mansuetudo humilitati, humilitas ministrationi, ministratio spei, spes fidei, fides obedientiæ, obedientia simplicitati, subjuncta insertaque connectitur. Sicut e contrario vitia quoque inter se se junguntur, & ex uno aliud germinat; puta odium ab ira, ira a superbia, superbia à vana gloriatione, vana gloriatio ab infidelitate, infidelitas a duritie cordis, durities cordis a negligentia, negligentia a languore, languor a despicientia, despicientia a pigritia, pigritia a pusillanimitate, pusillanimitas ab amore voluptatis, & sic alia membra malitiæ suspensa nexaque trahuntur invicem. Pari exemplo atque in parte meliori virtutes ex se mutuo pendent. Caput vero virtutis omnis & supremus B vertex operum laudabilium est constans in oratione perseverantia, per quam reliquas quoque virtutes a Deo continua petitione impetratas adipisci quotidie possumus.

Ἐὰν μὴ ἡ ταπεινοφροσύνη, καὶ ἡ ἁπλότης, καὶ ἡ ἀγαθότης, κατακοσμήσῃ ἡμᾶς, τὸ σχῆμα τῆς εὐχῆς ἡμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. οὐ μόνον δὲ περὶ τῆς εὐχῆς λέγομεν, ἀλλὰ καὶ περὶ παντὸς καμάτου, ἢ πόνου, ἢ παρθενίας, ἢ εὐχῆς, ἢ οἱουδήποτε καμάτου καὶ ἐργασίας ἀρετῆς ἕνεκεν ἐπιτελουμένου· ἐὰν μὴ τοὺς καρποὺς τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης καὶ χαρᾶς καὶ πρᾳότητος καὶ ταπεινότητος, ἁπλότητός τε καὶ ἀφελότητος, πίστεως καὶ μακροθυμίας, ἀφθόνως ἐν ἑαυτοῖς εὑρίσκομεν, εἰκῆ καὶ μάτην οἱ κάματοι ἡμῶν γεγόνασι· ἡ πᾶσα γὰρ ἐκείνη ἐργασία, καὶ οἱ κάματοι διὰ τοὺς καρποὺς γίνεσθαι ὀφείλουσι· τῶν δὲ καρπῶν τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης μὴ εὑρισκομένων ἐν ἡμῖν, εἰκῆ καὶ μάτην ἡ ὅλη ἐργασία γίνεται· οἱ γὰρ χωρὶς τούτων ἐργαζόμενοι κατὰ τὰς πέντε μωρὰς παρθένους ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀποδείκνυνται, αἵτινες διὰ τὸ μὴ ἐντεῦθεν ἀποκομίσασθαι ἐν τοῖς τῆς καρδίας ἀγγείοις τὸ πνευματικὸν ἔλαιον, ὅπερ ἐστὶ τῶν προειρημένων ἀρετῶν, μωραὶ ὠνομάσθησαν, καὶ τοῦ πνευματικοῦ τῆς βασιλείας νυμφῶνος ἀπεκλείσθησαν· καὶ ὁ τῆς παρθενίας κάματος διὰ τῶν ἀρετῶν ἔλλειψιν καὶ στέρησιν τῆς ἐναργοῦς ἐνοικήσεως τοῦ πνεύματος, εἰς οὐδὲν ἐλογίσθη. ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ γεωργίᾳ τῆς ἀμπέλου πᾶσα ἐπιμέλεια καὶ διὰ τὴν τῶν καρπῶν ἀπόλαυσιν γίνεται, καρπῶν δὲ μὴ εὑρισκομένων ἐν τῇ ἀμπέλῳ εἰκῆ καὶ μάτην πᾶσα ἐμπόνησις τῆς ἐργασίας γίνεται; οὕτως ἐὰν μὴ διὰ τῆς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος καρποὺς ἀγάπης καὶ εἰρήνης καὶ χαρᾶς καὶ ταπεινώσεως, καὶ τῶν λοιπῶν παρὰ τῷ ἀποστόλῳ ῥηθέντων ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ καὶ αἰσθήσει πνευματικῇ ἐν ἑαυτοῖς ἐπιγνῶμεν, εἰκῆ ὁ τῆς παρθενίας κάματος, καὶ εὐχῆς, καὶ ψαλμῳδίας, νηστείας τε καὶ ἀγρυπνίας ὁ πόνος εἰς οὐδὲν ἀποδείκνυται. οὗτοι γὰρ οἱ πόνοι ψυχῆς καὶ σώματος ἐπ᾽ ἐλπίδι πνευματικῶν καρπῶν ἐπιτελεῖσθαι ὀφείλουσιν· ἡ δὲ τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς ἀρεταῖς καρποφορία ἀπόλαυσίς ἐστι πνευματικὴ ἐν ἡδονῇ ἀφθάρτῳ, ἐν καρδίαις πισταῖς, ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐνεργουμέναις· ἐν πολλῇ γὰρ διακρίσει συνέσεως ἡ ἐργασία καὶ πόνος καὶ κάματοι τῆς φύσεως ἡγείσθωσαν διὰ πίστεως καὶ ἐλπίδος ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῖς ἀξίοις ἐνεργούμενοι. καλόν ἐστιν ἡ νηστεία, ἡ ἀγρυπνία, ἡ ξενιτεία· ἀλλὰ ταῦτα ἀκμὴ πολιτείας ἐστὶν ἀγαθῆς· πλὴν ἡ τάξις τῶν Χριστιανῶν ἐσωτέρα ἐστὶ τούτων, καὶ οὐκ ὀφείλει τις ἐπὶ τούτοις τὴν πεποίθησιν ἔχειν καὶ μόνοις. συμβαίνει δὲ ὅτι εἰσί τινες χάριτος μέτοχοι· καὶ ἡ κακία ἔτι οὖσα τεχνάζεται, καὶ παραχωρεῖ ἑκοῦσα, καὶ οὐκ ἐνεργεῖ· ἀλλὰ ποιεῖ νομίσαι τὸν ἄνθρωπον, ὅτι ἐκαθαρίσθη ὁ νοῦς αὐτοῦ· καὶ λοιπὸν φέρει αὐτὴν οἴησιν· ὅτι Χριστιανός εἰμι τέλειος, καὶ μετὰ ταῦτα, ὅταν νομίσῃ ὁ ἄνθρωπος ὅτι ἐλεύθερός εἰμι,

IX. Nisi humilitas & simplicitas, & benignitas exornet nos, habitus orationis nihil nobis proderit. Non solum autem id de oratione dicimus, sed & de quavis alia contentione & labore, sive in virginitatis custodia, in precibus recitandis, in alia qualibet ærumnosa functione virtutis causa suscepta; nisi fructus caritatis, pacis, gaudii, mansuetudinis, humilitatis, simplicitatis, sinceritatisque, fidei, longanimitatis candide in nobis ipsis reperiamus, in C vanum & vacuum nostri labores suscipiuntur; omnis enim ista exercitatio & contentio propter hos fructus suscipi debet. Quare his fructibus non comparentibus intra nos, frustranea & irrita illa omnis fuit operatio, adeoque, qui sine his operantur, similes in die judicii deprehendentur fatuis quinque virginibus [a], quæ, quod hinc non asportassent in vasis cordis spirituale oleum, quo prius memoratæ virtutes designantur, fatuæ nominatæ sunt, & spirituali regni thalamo exclusæ. Laborque virginitatis, propter defectum virtutum, & privationem manifestæ inhabitationis Spiritus, pro nihilo reputatus est. Sicut enim in cultura vineæ omnis industria & labor ad fructuum perceptionem refertur; D quæ si demum fallat, non repertis uvis in vite, nequidquam & sine operæ pretio existimatur desudasse vinitor; ita nisi per operationem Spiritus sancti fructus caritatis, pacis, gaudii, humilitatis, aliorumque enumeratorum ab apostolo donorum [b], in omni certitudine ac sensu spirituali in nobis ipsis agnoscamus, frustra contentionem virginitatis, orationis, psalmodiæ, jejunii & vigiliarum laborem suscepisse convincemur. Hi quippe labores animæ ac corporis, spe spiritualium ejusmodi fructuum exerceri debent: Spiritus vero in virtutibus fructificatio, fruitio est spiritualis in voluptate incorrupta, in cordibus fidelibus operatione Spiritus sancti animatis. In multa siquidem discretione prudentiæ, E operatio, labores, & ærumnæ naturæ, existimentur per fidem & spem a sancto Spiritu iis, qui digni sunt, efficaciter inditi. Bonum est jejunium; bona vigilia; bona fuga patriæ & conversationis humanæ in solitudine. Sed hæc flos ipse ac vigor sunt conversationis bonæ. Ceterum ordo Christianorum interior est his; & non debet quis his inniti solis ad confidentiam. Contingit autem esse quosdam participes gratiæ; in quibus malitia, cum revera subsit, insidiose latere satagit, ultro agere cessans & se abscondens, ipsumque, in quo habitat, fallat, male persuadens, esse suam mentem jam purgatam; unde in arrogantiam inflatur, ajens: perfectus ego Christianus sum, at dum miser isti fiduciæ homo

a Matth. xxv. 8. b Gal. V, 22.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



καὶ ἀμεριμνεῖ, τότε λῃστρικῷ τρόπῳ ἔρχεται αὐτῷ ἡ A κακία ἔγκρυμμα ποιοῦσα, καὶ πειράζει αὐτὸν, καὶ καταφέρει αὐτὸν εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς. εἰ γὰρ ἄνθρωποι πολλάκις λῃσταὶ ὄντες ἢ στρατιῶται κατὰ πολεμίων οἴδασι τεχνάζεσθαι, καὶ ὑποκαθέζονται, καὶ ποιοῦσιν ἔγκρυμμα, καὶ λαμβάνουσι τὰ νῶτα τῶν ἐχθρῶν, καὶ περικυκλοῦσιν αὐτοὺς ἀθρόως, καὶ ἀποκτείνουσι· πολλῷ μᾶλλον ἡ κακία οὖσα τοσούτων χιλιάδων τοῦτο τὸ ἔργον ἔχουσα, τόσας ἀπολέσασα ψυχὰς, οἶδεν οὖν ἔγκρυμμα ποιεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ, κατὰ καιροὺς μὴ ἐνεργεῖν, ἵνα ἐνέγκῃ τὴν ψυχὴν εἰς οἴησιν τελειότητος;

A indormit, liberum se nunc demum prædicans, opprimitur ab irruente in eum, latronum more, e latebris, ubi subsederat, malitia, quæ nihil minus opinantem tentatione vehementi adoriens, vincit & deprimit in terræ infima. Si enim homines sæpe latrocinio aut militiæ dediti, strategemate uti sciunt, subsidentes in locis occultis, & ex insidiis repente coorientes in hostium terga, ipsosque circumventos vi subita trucidant; quanto magis malitia, quæ tot millibus annorum hoc opus exercuit, tot perdens animas, notam habebit artem insidiarum in imo corde struendarum, ut aliquando cesset ab agendo, quo persuasione ista imbuat animam, se esse perfectam?

B

Ὁ θεμέλιος τοῦ Χριστιανισμοῦ οὗτός ἐστιν, ἵνα ἂν ποιήσῃ ὁ ἄνθρωπος δικαιοσύνας, μὴ ἐπαναπαύῃ ἐν αὐταῖς, καὶ ἔχῃ ἑαυτὸν μέγαν, ἀλλ' ᾖ πτωχὸς τῷ πνεύματι· καὶ ἐὰν γένηται μέτοχος χάριτος, μὴ νομίσῃ ἑαυτὸν κατειληφέναι τι, καὶ οἰηθῇ εἶναί τις, καὶ ἄρξηται διδάσκειν· ἀλλ' ἵνα ὢν καλῆς ξενιτείας καὶ πολιτείας, νηστεύων πολὺ, ξενιτεύων, εὐχόμενος, μετέχων χάριτος, μὴ ἡγήσηται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τιμίαν· ἀλλὰ τότε μάλιστα, ὅταν ἀρχὴ χάριτος γένηται, ἵνα ἔχῃ τὸν πόνον, τὴν δίψαν, ἵνα μὴ κεκορεσμένος ἔχῃ ἑαυτὸν δίκαιον ἢ πλούσιον ἐν χάριτι· ἀλλ' ᾖ πενθῶν καὶ δακρύων· καὶ ὃν τρόπον ἐὰν ἡ μήτηρ, καὶ ἔχῃ υἱὸν μονογενῆ καὶ παιδεύσῃ αὐτὸν, καὶ ὅταν γένηται ἀνὴρ, συμβῇ αὐτῷ ἀποθανεῖν· καὶ C λοιπὸν ὅσοι ἂν ὦσι παραμυθούμενοι τὴν μητέρα, μᾶλλον ἐπεγείρουσιν αὐτῇ τὸ πένθος, καὶ ἀπαραμύθητός ἐστιν· οὕτω χρὴ κλαίειν τὸν Χριστιανὸν τὴν πτῶσιν αὐτοῦ, καὶ ἀδιαλείπτως δακρύειν· πρὸ πάντων δὲ ἔχειν συντετριμμένην τὴν καρδίαν.

X. Fundamentum christianismi hoc est, ne homo post quantalibet bona opera, in ipsis acquiescat, aut se magnum putet, sed perseveret esse pauper spiritu: ac quum gratiæ particeps factus fuerit, ne existimet, se quidpiam adeptum, putetque, se esse aliquem, incipiatque magistrum agere. Neve se aliquem supra vulgus, quin etiam, cum secesserit in solitudinem & bene ambulaverit, multum jejunans, exsilium mundi fortiter tolerans, pie orans, gratiæ donorum compos, nihilo tamen magis animam suam pretiosam habeat. Immo tum maxime, quando primum sentit appulsum gratiæ, solicite laboret; sitimque monstret ulterioris profectus; valde cavens, ne quasi jam satiatus, se abunde justum, aut locupletem habeat; e contrario potius lugeat, & lacrymetur. Quomodo si mater educaverit a puero cura magna unicum filium, ubi, cum ad virilem pervenit ætatem, mori eum contingat; qui consolari eam aggrediuntur, incentiva luctus magis accumulant; sic flere indesinenter Christianum oportet lapsum suum, & ante omnia habere cor contritum.

Ὥσπερ εἰ οἶκος βασιλέως ἔχων διαίτας πολλὰς καὶ αὐλὰς διαφόρους, καὶ πρόθυρα πολλὰ, καὶ ἐσωτέρους οἴκους, ἔνθα μένει ὁ βασιλεὺς, καὶ ἡ πορφύρα, καὶ οἱ θησαυροὶ ἀπόκεινται· λοιπὸν ὁ εἰσερχόμενος εἰς τὰς ἐξωτέρας αὐλὰς μὴ νομίσῃ, ὅτι ἤδη εἰς τοὺς ἐσωτέρους οἴκους ἦλθεν, ὅπου ἡ δόξα τοῦ βασιλέως, καὶ D ἡ πορφύρα, καὶ οἱ θησαυροί· οὕτως εἰς τὸ πνευματικὸν, οἱ νηστεύοντες, οἱ ἀγρυπνοῦντες, οἱ ψάλλοντες καὶ εὐχόμενοι, μὴ νομίσωσιν, ὅτι εἰσῆλθον εἰς τὴν κατάπαυσιν, ὡς δὲ ἀκμὴν εἰς τὰ πρόθυρα καὶ εἰς τὰς αὐλὰς εἰσέρχονται, οὐχ ὅπου ἡ πορφύρα, καὶ οἱ θησαυροί· οὐκ ὀφείλουσιν οὖν ἀδελφοὶ τῇ ἔξω πολιτείᾳ θαῤῥεῖν, καὶ λέγειν· ὅτι εἰμί τις· εἰ δὲ καὶ χάριτος μέτοχος γένηται, οἰηθῆναι ὡς καταλαβὼν, ἢ γενάμενος ἐγγύτατος τοῦ βασιλέως· ἀκμὴν γὰρ εἰς τοὺς ἐξωτέρους οἴκους διατρίβει· οὐκ ὀφείλει ἐρευνᾷν ἕκαστον, εἰ εὗρεν ἐν τῷ ὀστρακίνῳ σκεύει τὸν θησαυρὸν, ἢ ἐνεδύσατο τὴν πορφύραν τοῦ πνεύματος, ἢ εὗρε τὸν βασιλέα, καὶ ἀνεπαύσατο· ἡ γὰρ ψυχὴ τοιαύτη ἐστίν· ἔχει βάθος τι καὶ μέλη πολλά· καὶ λοι- E πὸν ἡ ἁμαρτία ἐπεισελθοῦσα κατέχει αὐτῆς ὅλα τὰ μέλη, καὶ τὰ νοήματα τῆς καρδίας· εἶτα ἐπιζητοῦντος τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται ἡ χάρις πρὸς αὐτὸν, καὶ κατέχει δύο μέλη τῆς ψυχῆς· ὁ οὖν ἄπειρος παρακαλούμενος τῇ χάριτι, νομίζει ὅτι ἐλθοῦσα ἡ χάρις ὅλα τὰ μέλη τῆς ψυχῆς κατέσχε, καὶ ἐξεῤῥιζώθη ἡ ἁμαρτία· τότε οὖν πλεῖστον μέρος ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κρατεῖται, καὶ ἓν μέρος ὑπὸ τῆς χάριτος, καὶ ὑποκλέπτεται καὶ οὐκ οἶδεν· ἔστι γὰρ ἡ χάρις πολλάκις ἐνεργοῦσα ἀδιαλείπτως, ὃν τρόπον ὁ ὀφθαλμὸς ἐν τῷ σώματι πέπρακται· καὶ ἁμαρτία σύνεστιν ὑποκλέπτουσα τὸν νοῦν· καὶ ὁ ἀδιάκριτος, ὡς ἤδη καταλαβὼν, οἴεταί τι περὶ αὐτοῦ καὶ τυφοῦται ὡς ἐλευθερωθείς· οὐχ οὕτως γάρ ἐστι τὰ πράγματα· καθὼς γὰρ εἶπον, ἔγκρυμμα ποιεῖ ὁ σατανᾶς, εἰς

XI. Ut si palatium regis cujuspiam multa habeat cubicula, & multa vestibula & atria, ac interiora conclavia, ubi residet rex, ubi purpura & thesauri reponuntur, aliquis exteriorum tenus atriorum ingrediens, ne putet, se jam in intima quasi viscera D tantarum ædium penetrasse, atque adeo tenere apothecas, in quibus gaza & gloria regis, purpura & thesauri custodiuntur: sic, ista imagine ad spirituale negotium translata, ne putent jejunantes, vigilantes, psallentes, orantes, pervenisse se jam ad fruitionem pacis: utpote qui adhuc in vestibula tantum & prima atria ingressi sunt, nondum eo, ubi purpura, ubi thesauri jacent. Non debent igitur fratres exteriori conversatione ac disciplina niti magnopere, nec de se propter illam dicere; ego sum aliquis; nec, simul ac quispiam gratiam adipiscitur, præfidentia niti, quasi jam comprehenderit, aut regi sit intime admotus; modo enim in extimis dumtaxat adhuc diversatur ædium partibus: nec conve- E nit scrutari unumquemque, num forte inveniat in vase fictili thesaurum, aut regiam induerit Spiritus purpuram, an regem invenerit, & quiete fruatur. Sic quippe comparata est hominis anima, habet profunditatem quamdam & membra velut plurima. In eam porro subintrans peccatum, cuncta ejus occupat membra, & cogitationes cordis; deinde cum homo quærit, venit ad ipsum gratia, & occupat duo membra animæ. Qui ergo inexpertus rerum, sentit adpulsum provocantis gratiæ; continuo putet, quod adveniens gratia omnes animæ partes occupaverit, planeque ac radicitus exstirpatum sit peccatum; quum tamen pleraque adhuc animæ membra revera a peccato detineantur, unum tantum ex his quodpiam gratia possidente; nesciente ipso homine, & supine sinente sibi imponi. Est enim gratia ple-

A χείρους μὴ ἐνεργῶν, ἵνα ποιήσῃ νομίσαι τὸν ἄνθρωπον· ὅτι εἰμὶ καθαρὸς καὶ τέλειος· μὴ ὁ φυτεύων ἀμπελῶνα ἀθέως λαμβάνει σταφυλὴν, ἢ γεωργεῖ οἶνον, καὶ ὁ σπείρων τὸ σπέρμα ἐν τῇ γῇ, ἤδη ἐθέρισε καὶ ἔλαβε καρποὺς, καὶ τὸ γεννώμενον παιδίον ἀθέως δυνάται εἰς ἄνδρα τέλειον ἐλθεῖν, ἢ στρατευόμενος τίρων ἤδη ἐγένετο ἀξιωματικός; χρὴ γὰρ αὐτὸν πρῶτον κοπιάσαι, καὶ εἰσελθόντα πόλεμον λαβεῖν τὰ νικητήρια καὶ στεφανωθῆναι.


rumque indesinenter operans, ficut oculus defixus in corpore. Et peccatum fubeft mentem clam furripiens. Et tunc qui difcretione caret, temere autumans fe perfectionis culmen tenere, intumefcit opinione fui, plene jam fe liberatum putans, quod non ita eft; uti enim dixi, fubeft dolus latentis in infidiis fatanæ; aliquando nihil fe moventis, ut credatur abeffe, ac fic noxiam fiduciam ingeneret homini, falfo arbitranti, purum fe ac perfectum effe. Atqui nequ eplantans vineam ftatim ex ea uvam maturam aut vinum legit; neque feminans triticum in terra, eodem tempore fegetes metit, & fructus capit; neque modo natus puer fubito poteft in virum adolefcere: nec militiæ prima rudimenta ponens tiro, jam præfecturis militaribus aptus gerendis eft: oportet enim hunc primum longa patientia infuefcere labori; tum facta pugnæ copia fortiter in campo ftare, vincereque hoftem ac coronari.

B Καλὸν οὖν ἐστιν ἡ ἀκτημοσύνη καὶ ἡ ψαλμῳδία, καὶ ἡ νηστεία καὶ ἡ ἀγρυπνία, καὶ τὸ λαβεῖν χάριν Θεοῦ· ὁ δὲ ἀκμὴν οὔπω ἤρξατο ὡς δεῖ σκάπτειν καὶ τιθέναι θεμέλιον· καὶ ἐν τοιούτοις ὁ νοῦς δεῖ ἀνεπίληπτος εἶναι καὶ μέτοχος χάριτος· λοιπὸν οἴεται περὶ αὐτῶ, καὶ ἔχει τιμίαν τὴν ψυχήν. ἀπόβλεψον εἰς τὸν Ἰησοῦν. ἀπὸ ποίας δόξης υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεὸς ὢν, εἰς ποῖα πάθη καὶ σταύρωσιν ἦλθε; διὰ ταύτην οὖν τὴν ταπεινοφροσύνην ὑπερυψώθη ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθεσθείς· καὶ ὁ ὄφις ἐξ ἀρχῆς ὑπέσπειρε τῷ Ἀδὰμ ὕψωμα· ὅτι ὡς Θεὸς γίνῃ· διὰ ταύτης τῆς ὑψηλοφροσύνης εἶδες οὖν εἰς ὁποίαν ἀτιμίαν κατῆλθε τὸ γένος τοῦ Ἀδάμ. ἐπιζητῶ δὴ ἄνθρωπον πτωχὸν τῷ πνεύματι, καὶ οὐχ εὑρίσκω· ὥσπερ ἵνα ᾖ τις πλούσιος ἔχων ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ θησαυροὺς, καὶ ᾖ ἐπιδεόμενος, καὶ πτωχὸς καὶ παρὰ πάντων ζητῇ. οὕτως εἰσὶ Χριστιανοὶ ἔχοντες χάριν, πλούσιοι εἰς Θεὸν, πτωχοί εἰσι τῷ πνεύματι, ὡς μηδὲν ἔχοντες· εἰσὶ πρὸς λόγον ἑκατὸν λίτραι χρυσίου ἃς ὀφείλει κτήσασθαι· ὁ λαβὼν πέντε λίτρας ἐκορέσθη· εἰσὶ δέ τινες πρὸς λόγον δέκα οὐγκίας ἔχοντες τῆς χάριτος. καὶ ποιοῦσιν αὐτὰς ἑκατὸν, καυχώμενοι. καὶ εἰσι πολλάκις πέντε οὐγκίας ἔχοντες τῆς ἁμαρτίας, καὶ ποιοῦσιν αὐτὰς ἡμιούγκια· τοῦτο δὲ αὐτοῖς συμβαίνει, ἢ κατ' ἄγνοιαν, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ χάριτι ὑποκλεπτόμενοι οὐκ οἴδασιν. ἢ κατὰ κενοδοξίαν, αἰσχυνόμενοι εἰπεῖν ὅτι ἐνεργεῖ τὸ κακόν· ἤδη γὰρ κηρύττουσιν εἶναι ἑαυτοὺς τελείους. τὸ δὲ δίκαιον δεῖ ποιεῖν καὶ λέγειν τὸν ἄνθρωπον· καὶ τὰ τῆς χάριτος ὁμολογεῖν, καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς ἁμαρτίας· ψεύδεται γὰρ ὁ τοιοῦτος καθαρὰν λέγων ἔχειν τὴν καρδίαν· οὐχ οὕτως γάρ ἐστι τὰ πράγματα, ὡς ἅμα τὴν χάριν ἐπιδημῆσαι ἤδη καθαρὸν γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον· παραδέδονται γὰρ τοῖς πολεμίοις καὶ τοῖς πειρατηρίοις εἰς γυμνασίαν, καὶ παίδευσιν, ὃν τρόπον καὶ ὁ Ἰὼβ τῷ πειρασμῷ. συνεργεῖ γὰρ τὸ κακὸν τῷ ἀγαθῷ, προαιρέσει οὐ καλῇ· τὸν δὲ Χριστιανὸν δεῖ πέντε οὐγκίας τῆς ἁμαρτίας ἔχοντα, λέγειν· ὅτι εἴκοσιν ἔχω, καὶ πεπληρωμένος εἰμὶ τοῦ κακοῦ. καὶ ἔχοντα πρὸς λόγον οὐγκίας εἴκοσι τοῦ ἀγαθοῦ, λέγειν· ὅτι ἡμιούγκιον ἔχω. εἰ δὲ τοῦτο κατὰ κενοδοξίαν αἰσχύνεται εἰπεῖν, τὸ δίκαιον γοῦν εἰπάτω. ὁμολογησάτω μὲν καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς χάριτος· ὁμολογησάτω δὲ καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐν μέρει· καθὼς οὖν προεῖπον περὶ τῆς ψυχῆς, ὅτι ἔχει βάθος, ὑποδείγμασι χρώμεθα διαγράφοντες αὐτῆς τὰ μέλη. ὥσπερ ἵνα ᾖ ἥλιος, καὶ ὦσιν ἐξ αὐτοῦ ἀκτῖνες πολλαί· ἢ ἵνα ᾖ δένδρον ὑψηλὸν, καὶ ἔχῃ κλάδους· ἢ ἵνα ἡ πόλις μεγάλη, καὶ ἔχῃ γείτονας πολλάς· οὕτως ἐστὶν ἡ νοερὰ οὐσία, ἡ ἀθάνατος ψυχὴ, κάλλος τίμιον ὑπὲρ πάντα τὰ δημιουργήματα, εἰκὼν καὶ ὁμοίωμα Θεοῦ. λοιπὸν ἐλθοῦσα ἡ χάρις, εἰς δύο ἀκτῖνας τῆς ψυχῆς ἐπιλάμπει· ἢ ἀπὸ ὅλου τοῦ δένδρου εἰς κλάδους δύο. ἢ ἀπὸ πάσης τῆς πόλεως εἰς δύο γειτονίας. ἔτι δὲ τὰ πλείονα μέρη τῆς ψυχῆς κατέχεται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας· καὶ νομίζει ὅτι

XII. Pulchræ igitur & bonæ res funt, inopia voluntaria, pfalmodia, jejunium, vigiliæ, & gratia potiri; fed parum profunt ei, qui nondum, ut oportuerat, cœpit fodere, ubi fundamentum ponat. Nec fe decipi mens in eo patiatur, utcumque gratiæ particeps; aut inde fibi aduletur, pretiofam æftimans fuam animam. Refpice in Jefum, a quali gloria Dei filius, Deus ipfe, in quas paffiones ufque ad crucifixionem venit? Propter hanc ergo humilitatem exaltatus eft, in dextera Patris fedens. At ferpens a principio infevit Adamo exaltationis amorem fuggerens: [a] *Eritis ficut dii*, per iftam autem affectationem fublimitatis, vides in quam ignominiam defcendit genus humanum. Sane quæro C hominem pauperem fpiritu, nec invenio. Ut fi quis habens reconditos domi thefauros, tamen circumeat mendicans & ab omnibus petens: fic funt Chriftiani gratiæ poffeffione apud Deum divites, humili fui æftimatione pauperes, & quafi nihil habentes. Debentur alicui centum auri libræ; fi ille quinque acceptis fit contentus, nec ultra quidquam quærat; an aget fapienter? Pejus etiam fibi confulunt quidam, habentes, ut fic dicam, decem uncias gratiæ; & eas vano tumore gloriationis falfæ in centum multiplicantes: e contrario vero plerumque nonnulli habentes quinque uncias peccati, eas in femiunciam extenuant. Id ipfis accidit vel per ignorantiam, quod quantula fint impertiti menfura D gratiæ ex vero non norunt, vel per vanæ gloriæ appetitum, non fuftinentes fateri, quam in fe experiuntur, operationem mali. Jam enim prædicant fe perfectos. Oportet autem & fieri & dici ab homine quod juftum eft; & gratiæ quam accipit, dona profiteri; & non diffimulare, quam fentit in fe fe peccati operationem. Mentitur quippe talis purum ajens fe habere cor; haud enim in hunc modum fe res habent; quafi ad primam ftatim advenientem gratiam purus omni ex parte homo reddatur: traditur quippe hoftibus, & horum tentationibus exponitur ad exercitationem & difciplinam: quomodo Job tentatione probatus eft. Cooperatur quippe & malum bono, intentione non bona. Chriftianum E vero convenit quinque uncias peccati habentem, dicere humiliando fe; viginti uncias habeo, & plenus fum iniquitate: habentem autem, exempli cauffa, uncias viginti bonitatis, dicere: vix boni femunciam habeo. Si autem hoc dicere, ob vanæ gloriæ ftudium, erubefcit; faltem quod juftum eft proferat, fateaturque tum quid in fe operetur gratia, tum quid ex parte altera peccatum moliatur. Jam circa id quod dixi de anima, ineffe illi profunditatem latebrofam, exemplis utemur membra ipfius defcribentes. Quemadmodum enim ut fol eft, ita funt ex ipfo plures radii; ut arbor alta eft, ita & ramos habet; ut civitas magna eft & circum habet

[a] Gen. III. 5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



ὅλη δἰ ὅλου, τοῦ ἀγαθοῦ μέρους καὶ τῆς χάριτος καὶ τῆς λαμπρότητος γέγονε· πρὸς λόγον πέντε λίτρας χρυσίου κτησάμενος, δοκεῖ αὐτῷ ὅτι ἑκατὸν λίτρας ἐκτήσατο· μὴ τὸ ἔμβρυον ἐν τῇ μήτρᾳ ἤδη γέγονεν ἄνθρωπος; ἢ ὅτι θεὶς ἕνα λίθον τοῦ θεμελίου, ἤδη ἐτελείωσε τὸ οἰκοδόμημα; ἢ ὁ σπόρος ὁ χωσθεὶς ἐπὶ τῆς γῆς, ἤδη ἐγένετο στάχυς; μὴ ὁ πραγματευόμενος ἅμα τοῦ ἄρξασθαι τῆς πραγματείας, ἤδη ἐπλήρωσε τὴν ἀποθήκην; καὶ ὁ μετέχων χάριτος μικρᾶς, παρὰ τοῦτο γέγονε Χριστιανός; ἀκμὴν οἱ πρῶτοι καὶ οἱ μεγάλοι οὕτως εἰσὶ πρὸς τελειότητα, ὡς ὁ ὀφφικιάλιος πρὸς ἡγεμόνα· ἢ ὡς ῥύαξ μικρὸς πρὸς Εὐφράτην ποταμόν· ὁ ἔχων πρόθεσιν ἀπελθεῖν εἰς πόλιν μακρὰν τριάκοντα μονῶν, δύο ἢ τρεῖς ἐὰν ἀπέλθῃ, μὴ νομίσῃ ὅτι εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν· ἐπειδὴ οὖν ἡ ἐναντία δύναμις προτρεπτική ἐστιν, οὐκ ἀναγκαστική. καὶ θεία χάρις προτρεπτική ἐστι διὰ τὸ αὐτεξούσιον καὶ λιτὸν τῆς φύσεως, λοιπὸν ἐὰν ποιήσῃ κακὰ ὁ ἄνθρωπος προτρεπτόμενος ὑπὸ τοῦ σατανᾶ, οὐ κρίνεται ἀντ᾽ αὐτοῦ ὁ σατανᾶς· ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος τιμωρεῖται καὶ κολάζεται, ὡς ὑπήκοος γεγονὼς τῆς κακίας ἰδίῳ θελήματι· ὁμοίως καὶ ἐὰν τραπῇ ὁ ἄνθρωπος εἰς τὸ ἀγαθὸν, καὶ περιγένηται χάρις Θεοῦ, οὐκ ἐπιγράφῃ τὸ ἀγαθὸν ἑαυτῇ ἡ χάρις. ἀλλ᾽ ἀποδίδωσι τῷ ἀνθρώπῳ καὶ δοξάζει αὐτόν· ἐπειδὴ ἑαυτῷ ἐγίνετο ὁ ἄνθρωπος αἴτιος τοῦ ἀγαθοῦ· αὐτῆς γάρ ἐστι τῆς φύσεως οὗτος· καὶ οὐχ οἷον ἐρχομένη ἡ χάρις πρὸς αὐτὸν ἀναγκαστικῇ δυνάμει δεσμεῖ αὐτοῦ τὸ θέλημα, καὶ λοιπὸν ἑκόντα καὶ ἄκοντα ποιεῖ αὐτὸν ἄτρεπτον ἀγαθοῦ, ἀλλὰ παραχωρεῖ τῷ αὐτεξουσίῳ καὶ συνοῦσα ἡ θεία δύναμις, ἵνα ἀποδειχθῇ τὸ θέλημα τοῦ ἀνθρώπου, εἰ τιμᾷ τὴν ψυχὴν ἢ οὐ τιμᾷ· εἰ συμφωνεῖ ἢ οὐ συμφωνεῖ· πολλοὶ γὰρ ἐτίμησαν καὶ συνεφώνησαν. ἄλλοι δὲ ἐξετράπησαν. λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος, ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖτε. τῇ γὰρ φύσει νόμος οὐ κεῖται, ἀλλὰ τῇ αὐτεξουσίῳ προαιρέσει δυναμένῃ τραπῆναι ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν· διὸ λέγει ὁ Κύριος· πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἠθέλησα εἰ ἤδη ἀνήφθη· θέλει ὁ Κύριος ἀναφθῆναι τὸ οὐράνιον πῦρ εἰς τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων, καὶ οἱ μὲν θέλουσιν, οἱ δὲ οὐ θέλουσιν· ὁμοίως πάλιν λέγει· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν ὑμᾶς, ὡς ὄρνις τὰ ἑαυτῆς νοσσία, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; ὁρᾷς ὅτι ὁ Κύριος θέλει· καὶ αὖ οἱ ἄνθρωποι οὐ θέλουσι προσεγγίσαι τῷ Κυρίῳ, καὶ εὑρεῖν ἔλεος.

A urbes multas: sic est intellectualis substantia, immortalis anima, pulchritudo pretiosa super omnes creaturas, imago & simulacrum Dei; in hanc veniens gratia duobus ei radiis affulget, aut ex universa arbore, duos illuminat ramos, aut binas dumtaxat ex universa provincia urbes ingreditur: quod allegorice significat, unam tantum & alteram animæ potentiam gratia contingi, adhuc vero plurimas ejus quasi membro peccato teneri. Utcumque autumet se totam ex toto transisse in partem meliorem, & in solidum a gratia possideri, & ejus radiis splendere; perperam subductis rationibus; ita ut cum vix quinque libras auri vere habeat, sibi tamen persuadeat non minus libris centum se possidere. B An fœtus adhuc informis in utero, homo jam perfectus est? An qui unum in fundamentum lapidem jecit, jam perfecit ædificium? utrum semen sulco ingestum, jam spica est? Num mercator, qui modo incipit negotiari, replevit jam apothecas? non sane magis, qui primæ gratiæ particeps est factus, jam Christianus est. Atqui primi ipsi ac magni sic se ad perfectionem habent, ut minister ad imperatorem, ut rivulus ad Euphraten fluvium. Habens propositum in urbem eundi triginta dierum itinere dissitam; ne ubi biduum aut triduum viæ peregerit, jam se putet ingressum esse civitatem illam. Quoniam igitur adversaria potestas instigare, non autem adferre necessitatem potest; divina item C gratia hortatur, propter sui potens arbitrium & libertatem innatam naturæ; itaque si mala fecerit homo persuasus a satana, non judicatur vice ipsius satanas, sed ipse homo castigatur ac punitur, quod malitiæ obediens factus fuerit ex propria voluntate. Similiter si vergat homo ad bonum, & vincat gratia Dei; haud adscribat ipsi sibi bonum gratia; sed attribuit homini & glorificat ipsum; quoniam sibi homo caussa boni factus est; talis enim hic est naturæ; non autem ut veniens ad ipsum gratia liget ejus voluntatem, inducente necessitatem potentia; ac de cetero volentem nolentem ipsum immobiliter affigat bono; sed dat locum libero arbitrio, etiam cum illi præsens adest divina vis: ut demonstretur, D utrum hominis voluntas animam in pretio habeat, an non habeat; consentiat, an non consentiat? Multi enim in pretio habuerunt, & consenserunt; alii aversi abierunt; dicit enim Apostolus: [a] *cum spiritu ceperitis, carne consummamini*. Naturæ quippe lex non est posita, sed sui compoti arbitrio & electioni, quæ verti ad bonum & malum potest. Propterea dicit Dominus: [b] *Ignem veni mittere in terram, & quid volo? nisi ut accendatur*. Vult Dominus accendi cælestem ignem in cordibus hominum; horum vero quidam volunt, quidam nolunt. Similiter rursus dicit: [c] *Quoties volui congregare vos ut gallina congregat pullos suos, & noluistis?* Vides Dominum velle, rursus autem homines nolle accedere ad Dominum, & misericordiam nancisci.


Ὁ βουλόμενος προσελθεῖν τῷ Κυρίῳ, καὶ ζωῆς αἰωνίου καταξιωθῆναι, καὶ κατοικητήριον Θεοῦ γενέσθαι, καὶ πνεύματος ἁγίου καταξιωθῆναι, ἵνα τοὺς καρποὺς αὐτοῦ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου δυνηθῇ ἀμώμως καὶ καθαρῶς ποιεῖν, οὕτως ὀφείλει ἐνάρξασθαι. Πρῶτον πιστεῦσαι τῷ Κυρίῳ βεβαίως, καὶ ἐπιδοῦναι ἐξ ὅλου ἑαυτὸν τοῖς λόγοις τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, καὶ ἀποτάξασθαι τῷ κόσμῳ κατὰ πάντα, ἵνα ἐν οὐδενὶ ὅλως τῶν φαινομένων ὁ νοῦς ἀσχολῆται. καὶ εἰς τὴν εὐχὴν πάντοτε προσκαρτερεῖν αὐτόν. καὶ μὴ ἀπογινώσκειν προσδεχόμενος τοῦ Κυρίου τὴν ἐπίσκεψιν καὶ τὴν βοήθειαν πάντοτε, τὸν σκοπὸν τοῦ νοὸς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἔχων διὰ παντός. εἶτα βιάζεσθαι χρὴ ἀεὶ εἰς πᾶν ἀγαθὸν, καὶ εἰς πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου, κἂν μὴ θελούσης τῆς καρδίας διὰ τὴν συνοῦσαν αὐτῇ ἁμαρτίαν· οἷον βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὸ ταπεινοφρονεῖν

XIII. Qui vult accedere ad Dominum & vita æterna dignus haberi, & habitaculum Dei fieri, & Spiritu sancto dignus haberi, ut fructus ejus juxta mandata Domini queat irreprehensibiliter & pure facere, sic debet incipere. Primum credere Domino E firmiter, & dare ex toto se ipsum verbis mandatorum ejus, & renuntiare mundo per omnia, ita ut in nullo prorsus apparentium mens occupetur; & obfirmare semper se omni conatu ad perseverantiam in oratione; & non desperare, exspectans cum fiducia Domini inspectionem & auxilium ubique, scopum suæ mentis in eo habens defixum semper. Deinde urgere se cum conatu & contentione indesinenter ad omne bonum, & in exsecutionem omnium Dei mandatorum, quamtumvis invito corde propter inhærens peccatum; puta per vim adigendo se ipsum ad humiliter sentiendum coram omni-

a Gal. III. 3. b Luc. XII. 49. c Matth. XXIII. 37.

ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων, καὶ ἑαυτὸν πάντων ἐλάττω καὶ χείρονα ἡγεῖσθαι, μὴ ζητῶν τιμὴν ἢ ἔπαινον ἢ δόξαν παρά τινος, καθὼς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται, ἀλλὰ μόνον τὸν Κύριον ἀεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, αὐτῷ μόνῳ βουλόμενος ἀρέσαι. εἰς τὴν πρᾳότητα ὁμοίως ἑαυτὸν βιαζέτω, καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας, ὥς φησιν ὁ Κύριος· μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· ὁμοίως εἰς τὸ εἶναι ἐλεήμονα, χρηστὸν, εὔσπλαγχνον, ἀγαθὸν, ὅση δύναμις, ἑαυτὸν ἐθίζειν μετὰ βίας, ὥς φησιν ὁ Κύριος· γίνεσθε ἀγαθοὶ καὶ χρηστοὶ, καθὼς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστί· καὶ πάλιν φησίν· ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσετε. καὶ πάλιν· βιάζεσθε· βιασταὶ γὰρ ἁρπάζουσι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ τό· ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης· ἀεὶ δὲ τὴν τοῦ Κυρίου ταπείνωσιν καὶ πολιτείαν καὶ ἀναστροφὴν ἐχέτω πρὸ ὀφθαλμῶν, ὥσπερ ὑπόγραμμον ἐν πάσῃ μνήμῃ ἀληθαργήτῳ. καὶ ὅση δύναμις βιαζέσθω ταῖς εὐχαῖς προσκαρτερεῖ, διὰ παντὸς δεόμενος καὶ πιστεύων· ἵνα ἐλθὼν ὁ Κύριος ἐνοικήσῃ ἐν αὐτῷ καὶ καταρτίσῃ καὶ δυναμώσῃ αὐτὸν ἐν ταῖς ἐντολαῖς πάσαις αὐτοῦ, καὶ ἵνα ἡ ψυχὴ αὐτοῦ γένηται οἰκητήριον Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ οὕτως ἃ νῦν μετὰ βίας καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας ποιεῖ, ἐθίζειν ἑαυτὸν διὰ παντὸς εἰς τὸ ἀγαθὸν καὶ τοῦ Κυρίου ἀεὶ μνημονεύειν, καὶ προσδοκᾷν αὐτὸν διὰ παντὸς ἐν πολλῇ ἀγαθότητι καὶ ἀγάπῃ. τότε θεωρῶν ὁ Κύριος τὴν τοιαύτην αὐτοῦ προαίρεσιν καὶ τὴν ἀγαθὴν σπουδὴν, πῶς βιάζει ἑαυτὸν πάντοτε εἰς τὴν μνήμην αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ἀγαθὸν ἀεὶ, καὶ εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ πρᾳότητα καὶ ἀγάπην· καὶ μὴ θέλουσαν τὴν καρδίαν ἄγχει, καὶ ἄγει, ὅση δύναμις, ἑαυτὸν μετὰ βίας, ποιεῖ μετ' αὐτοῦ τὸ ἔλεος αὐτοῦ· καὶ λυτροῦται αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐνοικούσης ἁμαρτίας; πνεύματος ἁγίου ἐμπιπλῶν αὐτόν. καὶ οὕτως λοιπὸν ἄνευ βίας καὶ καμάτου πάσας ποιεῖ πάντοτε τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου ἐξ ἀληθείας· μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος ποιεῖ ἐν αὐτῷ τὰς ἰδίας αὐτοῦ ἐντολὰς, καὶ τοὺς καρποὺς τοῦ πνεύματος, ὅτι καρποφορεῖ καθαρῶς. χρὴ δὲ πρότερον προσελθόντα τινὰ τῷ Κυρίῳ, οὕτως βιάζειν καὶ αὐτὸν εἰς τὸ ἀγαθὸν, καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας, προσδοκῶντα διὰ παντὸς ἐν πίστει ἀδιστάκτῳ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὸ οἰκτείρειν καὶ ἐλεήμονα ἔχειν καρδίαν, βιάζεσθαι εἰς τὸ καταφρονεῖσθαι, εἰς τὸ μακροθυμεῖν, ἐξουθενούμενον, ἢ ἀτιμαζόμενον μὴ ἀγανακτεῖν· κατὰ τὸ εἰρημένον· μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ἀγαπητοί· βιάζεσθαί τε ἑαυτὸν εἰς τὴν εὐχὴν, μήπω ἔχοντα εὐχὴν πνεύματος· καὶ οὕτως ὁ Θεὸς θεωρῶν τὸν οὕτως ἀγωνιζόμενον, καὶ βίᾳ ἑαυτὸν ἄγοντα εἰς τὸ ἀγαθὸν, καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας, δίδωσιν εὐχὴν ἀληθινὴν Χριστοῦ, δίδωσι σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα ἀληθινὴν, καὶ ἁπαξαπλῶς τηρεῖ αὐτῷ τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος. εἰ δέ τις μόνον εἰς τὴν εὐχὴν βιάζεται ἑαυτὸν μὴ ἔχων εὐχὴν, ἵνα σχῇ εὐχὴν χάριτος, καὶ εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ ἀγάπην καὶ τὰς λοιπὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου ἑαυτὸν οὐ βιάζεται, ἐνίοτε δίδοται αὐτῷ εὐχῆς χάριτος, καὶ ἐν ἀναπαύσει καὶ εὐφροσύνῃ μερικῶς κατὰ τὸ αἴτημα αὐτοῦ, τοῖς δὲ τρόποις ὅμοιός ἐστιν ᾧ ἦν πρότερον ὅμοιος· οὐκ ἔχει γὰρ πρᾳότητα, ὅτι οὐκ ἐζήτησεν ἐμπόνως, καὶ οὐ προηυτρέπισεν ἑαυτὸν οὕτω γενέσθαι. οὐκ ἔχει ταπεινοφροσύνην, ἐπειδὴ οὐκ ᾔτησε, καὶ ἑαυτὸν ἐβιάσατο εἰς τοῦτο· οὐκ ἔχει ἀγάπην πρὸς πάντας, ἐπεὶ περὶ τούτου μέριμναν καὶ ἀγῶνα οὐκ ἔσχεν ἐν τῇ αἰτήσει τῆς προσευχῆς· χρὴ γὰρ ἕκαστον, ὥσπερ εἰς τὴν εὐχὴν βιάζεται

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



A bus hominibus, & se ipsum cunctis minorem & pejorem existimandum, non quærendo honorem, aut laudem, aut gloriam ab ullo, sicut in evangelio scriptum est [a], sed solum Dominum præ oculis habendo semper ipsiusque mandata, eique soli studendo placere. In mansuetudinem quoque se per vim inclinet, reluctante etiam corde, sicut ait Dominus: [b] *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris*. Similiter esse misericordem, benignum, compatientem, bonum, quantum potest, se vi adsuefaciat, juxta id quod dicit Dominus: [c] *Estote boni & benigni, sicut Pater vester cælestis misericors est*. Et rursus: [d] *Si diligitis me, mandata mea servate*. Et B iterum: [e] *Vim vobis facite, violenti enim rapiunt regnum cælorum*. Et illud: [f] *Contendite intrare per angustam portam*. Semper autem Domini humilitatem, rationem vivendi, & conversationem habeat præ oculis, uti exemplar in memoria omni sine oblivione. Contendat etiam quantum habet virium in assidue orando, nusquam non petens & credens, ut veniat Dominus & inhabitet in ipso, instruatque ac corroboret ipsum in cunctis ejus mandatis; & ut ejus anima sit habitaculum Jesu Christi. Et sic quæ nunc per vim & corde invito facit, adsuefacient ipsum in omne tempus ad bonum, & ad semper vivam Dei memoriam habendam, & exspectandum eum semper in multa bonitate & caritate. C Tunc considerans Dominus tale ipsius propositum, & bonum studium, quo vim infert sibi jugiter ad ejus recordandum, & ad prosequendum semper bonum; itemque ad humilitatem, mansuetudinem, caritatem; & quamlibet reluctans cor subigit in hæc, promovetque quantum potest summa vi se ipsum; facit cum ipso misericordiam suam, & liberat ipsum ab inimicis suis; & ab inhabitante in ipso peccato, replens illum Spiritu sancto, cujus ope de cetero citra vim & laborem cuncta in veritate mandata Domini exsequitur; aut potius Dominus in illo cuncta implet propria mandata & fructus Spiritus, quando fructificat pure. Oportet autem prius accedentem quemvis ad Dominum, sic D vim inferre sibi urgendo se ad bonum, in eoque frangendo resistentiam cordis, exspectantem ubique ac semper, fide omne dubium pellente, misericordiam ejus: cogere quoque se ipsum ad miserandos alios, corque in omnes egentes beneficum habendum; item ad longanimiter tolerandum quidvis durum, & ad non indignandum nec ægre ferendum, quando vilipenditur & contemnitur; juxta dictum illud: [g] *Non vosmet ipsos defendentes carissimi*. Vim etiam sibi facere ad orandum, quando nondum accepit donum orandi per Spiritum. Videns enim Deus sic contendentem sesesque compellentem ad bonum, invito etiam corde, dat illi orationem Christi veram, dat viscera misericordiæ, benignita- E tem veram: uno verbo, seponit & confert illi totum fructum Spiritus. Quod si quis desiderans, quo caret, orationis donum, ut illud impetret, solum sibi ad orandum vim facit; non item ad humiliter sentiendum de se, non ad exercendam caritatem, aut ad mandata Domini cetera implenda sibi vim facit, continget interdum dari huic orationis donum, etiam cum quiete & lætitia ex parte, prout postulavit; moribus autem similis est ei, cui prius erat similis; non enim habet mansuetudinem, pro qua adipiscenda non laboravit; & ad quam se se non disposuit. Non habet humilitatem, quoniam eam nec petiit, nec sibi ad eam exercendam vim adhi-

a Joan. V. 44. b Matth. xi. 29. c Luc. vi. 36. d Joan. xiv. 15. e Matth. xi. 12. f Luc. xiii. 24. g Rom. xii. 19.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



ἑαυτὸν καὶ ἄγχει, καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας· οὕτως εἰς τὴν ἀγάπην, εἰς τὴν πραότητα, καὶ εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν μετὰ χαρᾶς, κατὰ τὸ γεγραμμένον· οὕτω βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὸ ἐξουθενεῖσθαι, καὶ χείρω καὶ ἔσχατον ἑαυτὸν λογίζεσθαι πάντων, ὡς τὸ μὴ ὂν χρήσιμον, μὴ ὁμιλεῖν· ἀλλὰ τὰ τοῦ Κυρίου μελετᾷν ἀεὶ λόγια καὶ λαλεῖν στόματι καὶ καρδίᾳ· οὕτως εἰς τὸ μὴ θυμοῦσθαι κατὰ τὸ εἰρημένον· πᾶσα πικρία, καὶ ὀργή, καὶ κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν, σὺν πάσῃ κακίᾳ. ἵνα οὕτως ὁ Κύριος ἰδὼν αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν δώσῃ αὐτῷ ταῦτα πάντα ἀκόπως καὶ ἀβιάστως, ἅπερ πρὶν οὕτω μετὰ βίας φυλάξαι ἠδύνατο, διὰ τὴν οἰκοῦσαν ἐν αὐτῷ ἁμαρτίαν· καὶ γίνεται αὐτῷ ταῦτα πάντα τῆς ἀρετῆς ἐπιτηδεύματα ὥσπερ φύσις· τὸ λοιπὸν γὰρ ἐλθὼν ὁ Κύριος, ἐλθὼν καὶ γενόμενος ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ποιεῖ ἐν αὐτῷ τὰς ἰδίας ἐντολὰς ἄνευ καμάτου· πληρῶν αὐτὸν τοῖς καρποῖς τοῦ πνεύματος.


buit. Non habet caritatem ad omnes, quando de hac esse solicitus, pro eaque contendere, flagitans in oratione sibi concedi, tanti non duxit. Oportet enim unumquemque, sicut ad orationem se compellit, & per vim urget; frustra reluctante corde, ita se pariter in caritatem, in mansuetudinem, in omnem patientiam & longanimitatem, cum gaudio, secundum quod scriptum est, urgeat se ipsum; itemque ad ferenda libenter opprobria, & pejorem se cunctis, infimumque omnium reputandum: ad non proferendum in conversatione, quod utile non est, sed ad meditanda corde semper, & ore enuncianda eloquia Domini. Similiter ad non irascendum, juxta quod dictum est: [a] *Omnis amaritudo, & ira, & clamor, tollatur a vobis, cum omni malitia*. Ut sic Dominus viso ejus studio, det ipsi hæc cuncta facilia citra laborem & vim, quæ antea laborioso conatu tenere vix poterat, propter inhabitans in eo peccatum; ita ut ipsi jam fiant illæ omnes virtutis exercitationes quasi natura. De cetero enim Dominus in eum adveniens, & in ipso permanens, uti & ipse in eo, exsequitur in ipso sua ipsius mandata, sine molestia ejus ulla; replens ipsum fructibus Spiritus.

Εἰ δέ τις εἰς εὐχὴν βιάζεται ἑαυτόν, ἕως οὗ λάβῃ τι χάρισμα παρὰ τοῦ Θεοῦ, εἰς ταῦτα δὲ ἤγουν εἰς ταπεινοφροσύνην, εἰς ἀγάπην, εἰς πραότητα, καὶ εἰς τὰς λοιπὰς ἀρετάς, ὁμοίως οὐ βιάζεται ἑαυτόν, καὶ ἄγχει, ἐνίοτε γίνεται πρὸς αὐτὸν θεία χάρις αἰτοῦντος καὶ δεομένου· ἀγαθὸς γὰρ καὶ χρηστὸς ὁ Θεός, καὶ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτὸν δίδωσι τὰ αἰτήματα· μὴ προετρεπίσας δὲ ἑαυτόν, καὶ μὴ ἐθίσας εἰς τὰς προειρημένας ἀρετάς, ἢ ἀπόλει τὴν χάριν, ἢ λαμβάνει καὶ πίπτει, ἢ οὐ προκόπτει ὑψηλοφρονήσας· ἐπειδὴ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Κυρίου ἑαυτὸν ἐκ προαιρέσεως οὐ δίδωσι. τὸ γὰρ κατοικητήριον, ἢ ἀνάπαυσις τοῦ Πνεύματος, ἡ ταπεινοφροσύνη ἐστί, καὶ ἡ ἀγάπη, καὶ ἡ πραότης, καὶ αἱ λοιπαὶ τοῦ Κυρίου ἐντολαί. Ὀφείλουσιν οὖν βουλόμενοι ἐξ ἀληθείας εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ, καὶ δέξασθαι παρ' αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον χάριν, καὶ αὐξῆσαι καὶ τελειῶσαι ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ βιάζεσθαι πρῶτον ἑαυτὸν φυλάσσειν πάσας τὰς ἀρετάς, καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας, κατὰ τὸ εἰρημένον· διὰ τοῦτο πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς σου κατωρθούμην· ὡς γάρ τις εἰς τὴν καρτέρησιν τῆς εὐχῆς βιάζεται ἑαυτὸν καὶ ἄγχει ἕως τοῦ κατορθώσῃ τοῦτο· ὁμοίως εἰς πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπιτηδεύματα βιάζεται ἑαυτὸν καὶ ἄγχει, καὶ ἐθίζει ἔθος ἀγαθόν· καὶ οὕτως αἰτούμενος καὶ δεόμενος τοῦ Κυρίου διαπαντός, καὶ τυχὼν τῆς αἰτήσεως, αὔξει καὶ θάλλει ἐν αὐτῷ τὸ χάρισμα τοῦ πνεύματος, τὸ χάρισμα τὸ χαρισθὲν αὐτῷ ἐναπαυόμενον ἐν τῇ ταπεινοφροσύνῃ αὐτοῦ, καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς, καὶ διδάσκει αὐτὸν ἀληθινὴν ἀγάπην, ἀληθινὴν πραότητα, ἣν προεβιάσατο καὶ ἐζήτησε· καὶ οὕτως αὐξήσας καὶ τελειωθεὶς ἐν Θεῷ κληρονόμος τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀξιοῦται· ὁ γὰρ ταπεινὸς οὐδέποτε πίπτει· ποῦ γὰρ πεσεῖν ἔχει ὑποκάτω πάντων ὤν; μεγάλη ὕψωσις ἡ ταπείνωσις· καὶ τιμιότης, καὶ ἀξίωμα ἡ ταπεινοφροσύνη. ἐθίσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς αὐτούς, καὶ ἄγξωμεν εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας ἡμῶν, δεόμενοι καὶ παρακαλοῦντες τὸν Θεὸν ἐν πίστει καὶ ἐλπίδι καὶ ἀγάπῃ ἀδιαλείπτως ἐν τῇ προσδοκίᾳ ταύτῃ, ἵνα ἀποστείλῃ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν· ἵνα εὐξώμεθα καὶ προσκυνήσωμεν ἐν πνεύματι τῷ Πατρί· καὶ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα εὔξηται ἐν ἡμῖν· ἵνα αὐτὸ τὸ πνεῦμα διδάξῃ ἡμᾶς εὐχὴν ἀληθινήν, ταπεινοφροσύνην, πραότητα, ἀγάπην, ἃ νῦν

XIV. Si vero quispiam ad orationem fundendam sibi vim infert, donec aliquam gratiam a Deo impetret, in hæc autem, scilicet humilitatem, caritatem, mansuetudinem, & reliquas virtutes pari conatu non incumbit, sibi ad eas vim inferens, nonnumquam ipsi se indulget divina gratia petenti & oranti; bonus quippe & clemens Deus est, pronusque ad concedendum flagitantibus quæ volunt; qui tamen talis non præparavit se ipsum, neque assuefecit ad prius memoratas virtutes, aut perdit gratiam, aut accipit & cadit, aut non proficit, in superbiam elatus; quoniam mandatis Domini se ipsum ex proposito non tradit totum. Nam domicilium & requies Spiritus humilitas est, caritas est, mansuetudo est, & ceteræ præscriptæ a Domino virtutes. Debent igitur qui volunt in veritate placere Deo & accipere ab ipso cælestem gratiam, crescereque ac se perficere in sancto Spiritu, primum cogere se ipsos ad exercenda officia omnium virtutum, quantumvis reluctante animo, sicut dictum est: [b] *Propterea ad omnia mandata tua dirigebar*. Uti enim aliquis ad perseverandum in oratione sibi vim infert seseque cogit, usque dum recte hoc munere fungatur; ita debet se pariter ad cuncta virtutis officia compellere, urgendo & cogendo, quoad ex consuetudine bonum habitum paret: sic enim quod perseveranter petierit a Domino consecutus, plena jam & secura optati possessione gaudebit: crescente utique ac florente in ipso permanenter, quam anxie postulavit, gratia Spiritus; gratia quæ donatur ipsi, quæque requiescit in humilitate ipsius, & in reliquis virtutibus, & docet ipsum veram humilitatem, veram caritatem, veram mansuetudinem, ad quam possidendam se se compulit, quamque anxie quæsivit. Et sic auctus in profectum, & ad ipsum perfectionis in Deo erectus culmen, hereditate cælorum regni dignus censetur. Humilis enim numquam cadit; quo enim caderet qui infra omnia est? Magna exaltatio humilitas est; summus honoris apex, excelsa dignitas, sui demissio. Assuefaciamus ergo nos, & vi etiam adhibita cogamus ad submisse, nolente etiam corde nostro, de nobis sentiendum; Deumque cum fide, spe ac caritate indesinenter obsecrantes, in longanima exspectatione, ut mittat Spiritum suum in corda nostra, ut oremus & adoremus in Spiritu Patrem; & ipse Spiritus oret in nobis; ut idem ipse Spiritus doceat nos orationem veram, humilitatem, mansuetudinem, caritatem: quas nunc, vi etiam ad-

[a] Ephes. IV. 33. [b] Psalm. CXVIII. 116.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr 371.



μετὰ βίας οὐ δυνάμεθα ποιεῖν, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα, καὶ πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου διδάξῃ ἡμᾶς ποιῆσαι ἐξ ἀληθείας, ἀπόνως καὶ ἀβιάστως· ὡς αὐτὸ τὸ πνεῦμα οἶδε πληροῦν ἡμᾶς τοῖς καρποῖς αὐτοῦ· καὶ οὕτως τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου πληρωθεισῶν ἐφ' ἡμῖν διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ, τοῦ μόνου γινώσκοντος τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ, καὶ καθαρίζοντος ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ σπίλου τῆς ἁμαρτίας, ὥσπερ νύμφας καλὰς καθαρὰς καὶ ἀμώμους παραστήσῃ τῷ Χριστῷ, ἀναπαυομένων ἡμῶν ἐν Θεῷ, καὶ ἀναπαυομένου τοῦ Χριστοῦ ἐν ἡμῖν εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας. δόξα τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ ἐλέει, καὶ τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ, ὅτι εἰς τοσαύτην τιμὴν κατηξίωσε τὸ ἀνθρώπινον γένος, ἰδίους ἀδελφοὺς καὶ υἱοὺς Πατρὸς ἐπουρανίου καταξιῶν καὶ προσαγορεύων. B δόξα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A hibita, vix valemus exercere, viscera misericordiæ, benignitatem, & omnes mandatis præscriptas Domini bonas operationes, citra laborem ac vim exercere; quo modo divinus ille Spiritus novit implere nos donis suis. Unde fiet, ut adimpletis a nobis mandatis Dei per Spiritum ipsius, cui optime uni perspecta est voluntas Christi, quippe nos purgat a sorde peccati; idem nos velut sponsas pulchras, puras, & irreprehensibiles exhibeat Christo; acquiescentibus nobis in Deo, & Christo acquiescente in nobis, usque in sæcula interminata. Gloria miserationibus ejus, & benignitati ac caritati ipsius, quod in tantum honorem vocare dignatus est genus humanum, proprios fratres & filios Patris cælestis nos & esse dignatus & appellitans. Gloria, inquam, Patri & Filio & Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΕΛΕΙΟΤΗΤΟΣ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ

ΛΟΓΟΣ.

MACARII MAGNI

DE PERFECTIONE IN SPIRITU.

LIBER.

Χάριτι μὲν καὶ δωρεᾷ τοῦ πνεύματος θείᾳ ἕκαστος ἡμῶν τὴν σωτηρίαν πορίζεται· πίστει δὲ καὶ ἀγάπῃ, ἀγῶνί τε προαιρέσεως αὐτεξουσίου, τοῦ τελείου μέτρου τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι δύναται· ἵν' ὥσπερ χάριτι, οὕτω καὶ δικαιοσύνῃ τῆς αἰωνίου κληρονομήσῃ ζωῆς· μήτε διὰ μόνης τῆς θείας δυνάμεώς τε καὶ χάριτος, μὴ καὶ τοὺς ἰδίους συνεισενεγκὼν ἱδρῶτας, τῆς τελείας προκοπῆς ἀξιούμενος· μήτε πάλιν ἐκ μόνης τῆς οἰκείας σπουδῆς καὶ δυνάμεως, μὴ καὶ θείας ἄνωθεν συνεφαπτούσης χειρός, τοῦ τελείου τῆς ἐλευθερίας μέτρου, καὶ τῆς καθαρότητος ἐφικνούμενος· ἐὰν γὰρ μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, καὶ φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων, ὁ κοπιῶν καὶ οἰκοδομῶν, εἰς μάτην ὁμοίως.

C I. Gratia quidem & largitione Spiritus divina unusquisque nostrum salutem adsequitur: fide vero & caritate ac contentione libera sui potentis arbitrii ad perfectæ virtutis mensuram pertingere potest: ut sicut gratia, ita & justitia, æternæ hereditatem capiat vitæ: neque per solam divinam virtutem & gratiam, absque eo quod proprios & ipse conferat sudores, perfecto profectu dignus habitus: neque rursus solo proprio studio, absque superne cooperante divina manu, perfectæ libertatis apicem & puritatis, attingens. [a] *Nisi enim Dominus ædificaverit domum & custodierit civitatem, in vanum vigilavit custodiens;* frustra pariter fabri architectique laborarunt.

D

Ἐρώτησις.

Τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, πρὸς ὃ δήπου προτρέπεται καὶ παρακαλεῖ ὁ ἀπόστολος ἕκαστον ἡμῶν φθάσαι;

Interrogatio.

II. Quæ sit voluntas Dei, ad quam scilicet hortatur & provocat Apostolus unumquemque contendere?

Ἀπόκρισις.

Η τελεία τῆς ἁμαρτίας κάθαρσις, καὶ τῶν τῆς ἀτιμίας παθῶν ἐλευθερία, καὶ ἡ τῆς ἄκρας ἀρετῆς ἀνάληψις· ὅπερ ἐστὶν ὁ καθαρισμὸς, καὶ ὁ ἁγιασμὸς τῆς καρδίας, ὁ διὰ τῆς μετουσίας τοῦ τελείου καὶ θείου πνεύματος ἐν πληροφορίᾳ γενόμενος· μακάριοι γάρ φησιν, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται· καί· γίνεσθε καὶ ἡμεῖς καὶ ὑμεῖς τέλειοι, ὡς ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι· καὶ γενηθήτω, φησὶν, ἡ καρδία μου ἄμωμος ἐν τοῖς δικαιώμασί σου, ὅπως ἂν μὴ αἰσχυνθῶ· καὶ αὖθις· τότε οὐ

Responsio.

Perfecta peccati purgatio, & a passionibus ignominiæ libertas, & summi virtutis apicis comprehensio. Quod est purgatio & sanctificatio cordis, quæ per interventum perfecti & divini Spiritus in fiducia certissima fit. [b] *Beati*, enim ait, *mundi corde*; quoniam ipsi *Deum videbunt*. Et: [c] *Estote*, & nos & vos, *perfecti, sicut Pater noster cælestis perfectus est*. Et: [d] *Fiat*, inquit, *cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar*, Et rursus: [e] *Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus*

a Psal. cxxvi. 1. b Matth. V. 8. c Ibid. ✝. 48. d Psal. cxviii. 80. e Ibid. ✝. 6.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

μὴ αἰσχυνθῶ ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς A ἐντολάς σου· καὶ πρὸς τὸν ἐρωτῶντα δὲ πάλιν· τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου; ἀθῶος χερσὶν, ἀποκρίνεται καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ· τῆς διὰ πράξεως καὶ διανοίας, ἁμαρτίας τὴν τελείαν ἐντεῦθεν δηλῶν ἀναίρεσιν.



mandatis tuis. Iterum quoque ad interrogantem: [a] *Quis adſcendet ad montem Domini?* reſpondet: *Innocens manibus & mundo corde*: peccati quod vel operatione, vel interno voluntatis aſſenſu conſciſcitur, perfectam per hoc ſignificans abolitionem.

Τὰ ἀφανῆ πάθη φησὶ καὶ κρύφια τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιστάμενον δυσαπάλλακτα ὄντα, καὶ οἱονεὶ τῇ ψυχῇ κατερριζωμένα, διὰ τοῦ Δαβὶδ δείκνυσι, πῶς ἄρα τούτων ποιητέον τὴν κάθαρσιν· ἐκ τῶν κρυφίων μου γὰρ καθάρισόν με φησίν· ὡς διὰ πολλῆς τῆς δεήσεώς τε καὶ πίστεως, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν τελείας ῥοπῆς, τῇ συνεργείᾳ τοῦ πνεύματος, κατεργασθῆναι δυναμένων ἡμῶν· πλὴν ἀλλὰ καὶ ἡμῶν πρὸς B ταῦτα ἀντιτεινόντων, καὶ φυλακῇ πάσῃ τηρούντων τὴν ἑαυτῶν καρδίαν.

III. Sub aſpectum non cadentes affectus & occulta animæ ſciens Spiritus ſanctus curatu eſſe difficilia, quippe quæ ipſi veluti penitus inhæreant; per Davidem oſtendit, quomodo earum adminiſtranda purgatio ſit, dicentem: [b] *Ab occultis meis munda me Domine*: per quæ verba innuit, unam earum ſanandarum efficacem eſſe rationem, perfectam cum multa prece ac fide converſionem ad Deum; cooperatione Spiritus; ſed tamen & nobis in idem toto conatu annitentibus, & omni cuſtodia ſervantibus cor noſtrum.

Καὶ ὁ μακάριός φησι Μωϋσῆς διὰ τύπων ὑποδεικνὺς, τὸ μὴ δεῖν γνώμαις δυοῖν, κακοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ, τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τῷ ἀγαθῷ μόνῳ ἀκολουθεῖν, καὶ τὸ μὴ χρῆναι δύο καρποὺς γεωργεῖν, χρηστοῦ καὶ χείρονος, ἀλλὰ χρηστὰ μόνα, οὕτω φησίν· οὐ ζεύξεις ἐν τῇ ἅλῳ σου ἀλλογενῆ ζῶα ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οἱονεὶ βοῦν καὶ ὄνον· ἀλλὰ τὰ ὁμογενῆ ζεύξας ἀλωήσεις τὸν ἀμητόν σου. τουτέστιν· ἵνα μὴ ἐν τῇ ἅλῳ τῆς καρδίας ἡμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀρετὴ καὶ κακία τὴν ἐργασίαν ἔχῃ, ἀλλ' ἡ ἀρετὴ μόνη· οὐ συνυφανεῖς ἐρέῳ ἱματίῳ C λινοῦν· οὐδὲ πάλιν λινῷ ἔριον· οὐ γεωργήσεις ἐν τῇ χώρᾳ τῆς γῆς σου δύο καρποὺς ἐπὶ τὸ αὐτό· οὐκ ἐπιβαλεῖς ἑτερογενὲς ζῶον εἰς γονὴν ἑτέρῳ· ἀλλὰ τὰ ὁμογενῆ τοῖς ὁμογένεσι συζεύξεις· δι' ὧν πάντων αἰνίττεται μυστικῶς, τὸ μὴ δεῖν κακίαν καὶ ἀρετὴν, ὥσπερ εἴρηται, ἐν ἡμῖν γεωργεῖσθαι· ἀλλὰ μονοτρόπως τὰς τῆς ἀρετῆς γονὰς ἀποτίκτεσθαι· καὶ τοῦ μὴ δυσὶ πνεύμασι, τῷ πνεύματι τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ κόσμου ψυχήν τινα κοινωνεῖν· διὰ τοῦτο γάρ φησι· πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς σου κατωρθούμην· πᾶσαν ὁδὸν ἄδικον ἐμίσησα.

IV. Etiam beatus docet Moyſes, per ſymbola ſubindicans, haud indulgendum duabus propenſionibus, altera in malum, altera ad bonum trahente; ſed in unam proſecutionem boni incumbendum. Neque oportere duos ſimul fructus ſerere, utilem & noxium; ſed utilem ac bonum ſolum. Ut hoc exprimat, ſic ſcribit: [c] *Non junges eodem jugo in area tua diverſi generis animalia, puta bovem & aſinum; ſed iis quæ ſint ejuſdem ſpeciei invicem junctis, triturabis meſſem tuam.* Hoc eſt; ne in area cordis noſtri virtus & malitia ſimul operentur, ſed virtus ſola. Iterum præcepit: [d] *Non intexes laneo panno linum: neque rurſus in veſte qua utaris linea lanam:* [e] *Non ſeres in agro tuo duas fruges ſimul. Jumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus; ſed homogenea homogeneis conjunges.* Per quæ omnia myſtice innuit; non oportere vitium & virtutem, ut dictum eſt, in nobis ſeri; ſed unius virtutis fruges ſeri excolique, ut germinent in nobis. Neque duobus ſpiritibus, ſpiritui Dei & ſpiritui mundi, animam quamlibet communicare. [f] *Propterea*, enim dicit: *ad omnia mandata tua dirigebar; omnem viam iniquitatis odio habui.*

Οὐκ ἀπὸ τῶν φανερῶν ἁμαρτημάτων μόνον, οἷον D πορνείας, φόνου, κλοπῆς, γαστριμαργίας, καταλαλιᾶς, ψεύδους, φιλαργυρίας τε καὶ πλεονεξίας, καὶ τῶν τοιούτων ἁγνεύειν χρὴ τὴν παρθένον ψυχὴν, καὶ τῷ Θεῷ συναφθῆναι προῃρημένην· ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον ἀπὸ τῶν κρυφίων, ὥσπερ εἰρήκαμεν· τουτέστιν, ἐπιθυμίας, κενοδοξίας, ἀνθρωπαρεσκείας, ὑποκρίσεως, φιλαρχίας, δόλου, κακοηθείας, μίσους, ἀπιστίας, φθόνου, φιλαυτίας, τύφου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ὁμοίως· οἶδε γάρ, φησιν ἡ γραφὴ, τὰ κρύφια ταῦτα τῆς ψυχῆς ἁμαρτήματα ἐν ἴσῳ τοῖς ἐκτὸς τίθεσθαι· Κύριος γάρ φησι· διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων, καὶ ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος· τὸν δόλον ἐπ' ἴσης τῷ φόνῳ δεικνύων ὑπὸ Θεοῦ βδελυσσόμενον· καὶ τῶν λαλούντων εἰρή- E νην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πάλιν· καὶ γὰρ ἐν καρδίᾳ ἀνομίας ἐργάζεσθε ἐν τῇ γῇ· καὶ· οὐαὶ ὑμῖν, ὅταν καλῶς εἴπωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι. τουτέστιν· ὁπόταν ὑμῖν ἐστι θέλησις παρὰ ἀνθρώπων καλῶς ἀκούειν, καὶ τῆς δόξης καὶ τῶν ἐπαίνων αὐτῶν ἐξήρτησθε· ἐπεὶ πῶς δυνατὸν ἀγαθοεργοῦντας ἐσάπαν λαθεῖν; ἄλλως τε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος, λαμψάτω, λέγει, τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. πλὴν, ἀλλ' εἰς δόξαν σπεύδετε τοῦ Θεοῦ, φησι, τὸ ἀγαθὸν πράττειν, καὶ μὴ διὰ δόξαν ἰδίαν, μηδ' ὡς τῶν ἀνθρωπίνων ἐπαίνων ἐρωτι-

V. Non ab exterius apparentibus peccatis ſolum, puta fornicatione, homicidio, furto, crapula, calumniæ ſtudio, mendacio, cupiditate pecuniæ, avaritia & talibus præſtare ſe puram oportet virginem animam, & quæ Deo ſe conjungere decreverit; ſed & multo magis ab occultis, uti diximus, hoc eſt, a cupiditate, a vanæ gloriæ ambitu, a nimio deſiderio hominibus placendi, a ſimulatione, ab affectatione dominationis, a dolo, a malignitate, ab odio, ab infidelitate, ab invidia, a ſui amore immoderato, ab arrogantia, ſimilibuſque id genus. Novit enim, ait ſcriptura, occulta hæc animæ peccata pari loco cum externis Dominus cenſere, dicit quippe: [g] *Diſſipavit oſſa eorum, qui hominibus placent.* Et [h] *Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus.* Dolum æque ac homicidium oſtendens abominationi Deo eſſe. [i] *Et qui loquuntur pacem cum proximo*, & quæ ſequuntur. Et rurſus: *Etenim in corde iniquitates operamini, in terra*, &c. Et: [k] *Væ vobis cum benedixerint vobis homines.* Hoc eſt; cum ſtudueritis ab hominibus bene audire, & in gloriam laudeſque ipſorum ferimini. Etenim qui poteſt fieri, ut bene operantes omnino lateant? præſertim cum ipſe Dominus dicat: [l] *Luceat lux veſtra coram hominibus.* At de cetero ſtudete, ait, ad Dei gloriam quod bonum eſt agere, non autem ad captandam

a Pſal. XXIII. 3 4. *b* Pſal. XVIII. 13. *c* Deut. XXII. 10. *d* Ibid. ✠. 11. *e* Lev. XIX. 19. *f* Pſal. CXVIII. 128.
g Pſal. LII. 6. *h* Pſal. V. 7. *i* Pſal. XXVII. 3. *k* Luc. VI. 26. *l* Matth. VI. 16.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.

πῶς ἔχοντες, καὶ γὰρ καὶ ἀπίστους ἀπέδειξεν εἰπών· πῶς δύνασθε πίστιν ἔχειν, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητοῦντες; ὅρα καὶ τὸν ἀπόστολον, πῶς καὶ αὐτοῦ μέχρι τοῦ φαγεῖν καὶ πιεῖν, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ἐντέλλεται ποιεῖν· εἴτε γάρ φησιν ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ἄλλο ποιεῖτε, εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε· ὁ δέ γε θεῖος Ἰωάννης τῷ φόνῳ συντάττων τὸ μῖσος, ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ φησιν, ἀνθρωποκτόνος ἐστίν.

A vobis laudem propriam; nec ut videamini humanarum laudum encomia impudenter amare. Nam & infideles esse tales ostendit dicens: [a] *Quomodo potestis fidem habere, gloriam ab invicem accipientes, & gloriam, quæ a solo Deo est, non quærentes?* Vide & apostolum, quomodo omnia usque ad ipsum manducare & bibere, in gloriam Dei præcipit agere; ait enim, [b] *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid agitis, omnia in gloriam Dei facite.* At divinus Joannes homicidio adæquans odium, [c] *qui odit*, inquit, *fratrem suum homicida est.*

Ἡ ἀγάπη πάντα στέγει, πάντα ὑπομένει. ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει· τὸ, οὐδέποτε ἐκπίπτει, τοῦτο δηλοῦντός ἐστιν· ὅπερ οἱ τῶν εἰρημένων χαρισμάτων τοῦ πνεύματος ἐπιτυχόντες, μήπω δὲ διὰ τῆς πληρεστάτης καὶ ἐνεργοῦς ἀγάπης τοῦ πνεύματος τῆς ἄκρας τῶν παθῶν ἐλευθερίας ἀξιωθέντες, οὐδέπω τοῦ ἀσφαλοῦς ἥψαντο· ἀλλ' ἐν κινδύνῳ ἔτι καὶ φόβῳ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἔστηκε, διὰ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. τοῦτο γὰρ τὸ μέτρον, μηκέτι ὑπὸ πτῶσιν ὄν, μηδὲ πάθος ὑπέδειξε τοιοῦτον ὑπάρχον, ὡς γλῶσσαν ἀγγέλων, καὶ προφητείαν, πᾶσάν τε τὴν γνῶσιν, καὶ τὰ τῶν ἰαμάτων χαρίσματα μηδὲν εἶναι, πρὸς ἐκεῖνο παραβαλλόμενα.

VI. [d] *Caritas omnia suffert, omnia sustinet. Caritas numquam excidit.* Hæc verba, *numquam excidit*, B sunt ejus, qui significare velit: eos, qui supra memorata charismata Spiritus assecuti sunt, nondum autem per plenissimam & efficacem caritatem Spiritus summa a passionibus libertate sunt dignati, nondum securitatem attigisse: sed in periculo adhuc & timore res ipsorum stare, propter spiritualia nequitiæ. Istam enim mensuram haud adhuc infra discrimen lapsus ex perturbatione vehementi, constitutam esse ostendit: nec talem esse, cui linguæ angelorum, prophetia, omnis scientia, & curationum charisma comparata, nihil sint.

Διὰ τοῦτο τῆς τελειότητος ὑπέφηνε τὸν σκοπόν· ἵν' ἕκαστος πτωχεῖν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ τηλικούτου πλούτου διαγινώσκων, θερμῷ τῷ πνεύματι καὶ συντόνῳ πρὸς τὸ ἔσχατον κατεπείγηται, τὸν πνευματικὸν οὕτω τρέχῃ δρόμον, ἄχρις ἂν καταλάβῃ, καθὼς εἴρηται. οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε.

VII. Per hoc perfectionis declaravit scopum, ut unusquisque egenum se tantarum divitiarum recoC gnoscens ferventi & perseveranter contendente spiritu usque ad ultimum festinet, & spirituale sic percurrat stadium, donec comprehendat, sicut dictum est [e] *Sic currite, ut comprehendatis.*

Τὸ ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν τοῦτο νόμιζε εἶναι· τὸ ἔκδοτον εἰς ἅπαν τῇ ἀδελφότητι παρασχεῖν, καὶ θελήματι ἰδίῳ παντάπασι μὴ στοιχεῖν· μήτε τινὸς κύριον εἶναι, ὅτι μὴ τοῦ ἐνδύματος μόνου· ἵνα πάντοθεν ἄνετος ὤν, τῶν ἐπιταττομένων αὐτῷ μόνον μετὰ χαρᾶς ἔχηται, ὡς ἄν τις ἀργυρώνητος ὢν πρὸς πάντας, καὶ μάλιστα τοὺς ἐξηγουμένους, Χριστῷ πειθόμενος τῷ εἰπόντι· ὁ θέλων ἐν ὑμῖν πρῶτος εἶναι καὶ μέγας, ἔστω πάντων διάκονος, καὶ ἔσχατος, καὶ δοῦλος, μὴ δόξαν καὶ τιμὴν, μὴ ἔπαινον πορίζόμενος· μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείᾳ ὡς ἀνθρωπάρεσκος· ἀλλ' ὀφειλέτην ἑαυτὸν διὰ παντὸς ἡγούμενος τῆς ἐν ἀγάπῃ τε καὶ ἁπλότητι πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διακονίας.

VIII. Abnegare se ipsum hoc puta esse: promtum se ad omnia fraternitati præbere, & in nullo prorsus voluntati propriæ obsequi; nec ullius se, præter solam vestem, dominum putare, ut undique expeditus in procinctu stet ad quidvis imperatum cum gaudio exsequendum, ut mancipium se habet adversus omnes; maxime autem præpositis obsequatur, Christo obtemperans dicenti: [f] *Qui vult inter vos primus esse & magnus, sit omnium minister, & ul*D*timus, & servus*; non gloriam, honorem aut laudem venans; non ad oculum serviens, aut placere hominibus studens; sed debitorem se per omnia reputans ministerii in caritate & simplicitate fratribus exhibendi.

Τοὺς ἐξηγουμένους τῆς ἀδελφότητος, ὡς μεγάλῳ ἔργῳ ἐπιβαλλομένους πρὸς τὰς τῆς κακίας ἀντιτέχνους μεθοδείας ἀγωνίζεσθαι διὰ ταπεινοφροσύνης δεῖ, ἵνα μὴ πάθει ὑπερηφανίας ὡς τῶν ὑποτεταγμένων ἀδελφῶν κατεξουσιάζοντες, ἀντὶ μεγίστου κέρδους, ζημίαν ἑαυτοῖς προξενήσωμεν· ἀλλ' ὡς εὔσπλαγχνοι πατέρες, καὶ δουλεύειν μᾶλλον διὰ τὸν Θεὸν ἐκδόντες τῇ ἀδελφότητι ἑαυτοὺς σωματικῶς τε καὶ πνευματικῶς, ὑπὲρ αὐτῶν φροντίζωσι, καὶ ὡς τέκνων Θεοῦ, διαπαντὸς ἐπιμέλωνται, ἐλέγξαι ὅτε χρὴ, καὶ ἐν ᾧ δεῖ παρακαλέσαι· ἵνα μὴ προφάσει ταπεινότητος καὶ πρᾳότητος ἐν συγχύσει τὰ μοναστήρια ᾖν, τὴν προσήκουσαν τάξιν τῶν προεστώτων καὶ ὑποβεβηκότων ἐκ ἀποσώζοντα· ἐν δέ γε τῷ ἀφανεῖ τῆς διανοίας ὡς δούλους ἀναξίους πάντων τῶν ἀδελφῶν ἑαυτοὺς ἡγούμενοι, ὡς παιδαγωγοὶ πνευματικὰ τέκνα πεπιστευμένοι, μετὰ πάσης εὐνοίας καὶ φόβου Θεοῦ ἕκαστον τῶν ἀδελφῶν καταρτίζειν εἰς πᾶν ἀγαθὸν σπουδάζοντες· μὴ ἀγνοοῦντες, ὅτι μέγας αὐτοῖς καὶ ἀναφαίρετος ὁ ὑπὲρ τοῦ καμάτου μισθὸς ταμιεύεται.

IX. Præpositos fraternitatis, operi magno admotos, adversus contra molientis malitiæ artificia decertare per humilitatem oportet, ne vitio superbiæ, ut in fratres ipsis subditos dominantes, vice lucri maximi, damnum nobis ipsis procuremus. Sed ut misericordes patres, quique potius propter Deum se fraternitati ad serviendum, corporaliter & spiritualiter dedidErint, eorum ut Dei filiorum diligentem in omnibus curam gerant; arguendo ubi convenit, ubi oportet E consolando; ne obtentu humilitatis & mansuetudinis in confusione monasteria sint; congruum ordinem præsidentium & subjectorum non servantia; in secreto autem mentis servos indignos omnium fratrum se ipsos reputantes; atque ut boni pædagogi, quibus spirituales filii concrediti sunt, cum omni benevolentia & Dei timore unumquemque fratrum promovere ad omne bonum studentes; non ignari, magnam ipsis & inamissibilem, laborisque quantivis excedendem meritum, repositam esse mercedem.

a Joan. V. 44. b I. Cor. V. 31. c I. Joan. III. 15. d 1. Cor. XIII. 7. e 1. Cor. IX. 4. f Matth. XX. 27.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

Ωσπερ οἱ παιδαγωγεῖν τοὺς νέους παραλαβόντες, ἔστιν ὅτε καὶ δεσπότας ὄντας ἰδίους, ἀλλ' οὖν παιδείας χάριν καὶ εὐκοσμίας ἠθῶν οὐκ ὀκνοῦσιν ὅμως καὶ πληγὰς αὐτοῖς ἐντεῖναι, κατὰ πολλὴν ἄδειαν· οὕτω δεῖ καὶ τοὺς προεστῶτας, οὐ πάθει θυμοῦ καὶ ὑψηλοφροσύνης, οὐδ' ὡς ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀμύνεσθαι τοὺς παιδείας τινὸς τῶν ἀδελφῶν ἐπιδεομένους, ἀλλὰ σπλάγχνοις χρηστοῖς, καὶ σκοπῷ πνευματικῆς ὠφελείας, τὴν ἐπιστροφὴν ἐκείνων ἐργάζεσθαι.

A X. Ut qui curam ſuſcipiunt regendorum & inſtituendorum adoleſcentum, quos contingit aliquando & proprios ipſorum eſſe dominos; tamen ut diſciplina eos ſalubri imbuant, & mores ipſorum honeſtos forment, non cunctantur eos interdum plagis etiam magna libertate impoſitis caſtigare; ſic oportet & præpoſitos, non iræ perturbatione, aut faſtu ſuperbiæ; neque ut ſe ipſos ulciſcentes, afficere pœna merita eos ex fratribus, qui correctione indigent aliqua; verum id faciant benignis viſceribus & ſcopum intuentes unum ſpiritualis ipſorum utilitatis, ut operentur ipſorum converſionem.

Οτι διὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ πόνου, μερίμνης τε καὶ ἀγῶνος τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην δυνατοὶ γινόμεθα κτήσασθαι χάριτι καὶ δωρεᾷ Χριστοῦ ἐν ἡμῖν διαμορφουμένου· ἐκ δὲ ταύτης καὶ τὴν δευτέραν φημὶ ἐντολὴν, τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην, ῥᾳδίως κατορθῶσαι γίνεται. τὰ γὰρ πρῶτα καὶ προτατέσθω τῶν ἄλλων, καὶ πλέον αὐτῶν σπουδαζέσθω· καὶ οὕτω τὰ δεύτερα τοῖς πρώτοις ἑπόμενα ἔσται· εἰ δέ τις τῆς μεγάλης ταύτης καὶ πρώτης ἐντολῆς, τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης φημὶ, κατολιγωρήσας, ἥτις ἀπὸ τῆς ἔνδον ἡμῶν διαθέσεως συνειδήσεώς τε ἀγαθῆς, καὶ ὑγιειῶν τῶν πρὸς Θεὸν ἐννοιῶν, συνάμα καὶ βοηθείας συνεφαπτομένης συνίσταται· τῆς δὲ δευτέρας τῆς ἔξωθεν μόνον ἐπιμέλειαν τῆς διακονίας ἀφοσιοῦν βούλεται, ἀδύνατον αὐτῷ ταύτην ὑγιῶς τε καὶ καθαρῶς μετελθεῖν· ἡ γὰρ τῆς κακίας μέθοδος μνήμης ἔρημον καὶ ἀγάπης καὶ Θεοῦ ζητήσεως τὸν νοῦν ἀνευρίσκουσα, ἢ δυσχερῆ καὶ ἐπίπονα τὰ θεῖα ἐπιτάγματα φαίνεσθαι ποιεῖ· γογγυσμοὺς καὶ λύπας καὶ μέμψεις κατὰ τῆς εἰς τοὺς ἀδελφοὺς διακονίας τῇ ψυχῇ ἀνακινοῦσα, ἢ οἰήσει δικαιοσύνης ἐξαπατήσασα φυσιοῖ, καὶ ἑαυτὸν ἡγεῖσθαι τίμιόν τε καὶ μέγαν, καὶ ἄκρως κατορθοῦντα τὰς ἐντολὰς ἀναπείθει.

XI. Multo ſtudio, contentione, cura, & certamine poſſumus caritatem in Deum acquirere, gratia & dono Chriſti, qui formatur in nobis. Ex hoc B quoque primo ſic expleto mandato, ad ſecundum facilis eadem ope nobis continget tranſitus, ad dilectionem, inquam, proximi. Nam prima præponantur aliis, & plus in iis ſtudii ponatur, ac tum demum ordine convenienti ſecunda primis conſequenter adjungentur. Si quis autem magno illo & primo mandato, dilectionis inquam Dei, neglecto (quæ dilectio ex interiori noſtra diſpoſitione, conſcientiaque bona, & ſanis de Deo cogitationibus, concurrente ſimul auxilio gratiæ cooperatricis elicitur) ſecundo mandato dilectionis proximi, exteriori tantum tenus miniſterii accuratione defungi voluerit; nequaquam illud poterit ſane ac pure exſequi. Nam ratio impugnantis nos malitiæ, memoriæ, amoris, & Dei in- C quiſitionis vacuam mentem reperiens, aut efficit, ut moleſta & laborioſa nimis ipſi Dei præcepta videantur; unde in murmurationes, dolores, & querelas contra miniſterium erga fratres animam incitat; aut opinione juſtitiæ deceptum ſic miniſtrantem inflat; & ei perſuadet, ut ſe exiſtimet pretioſum quemdam ac magnum, & ſumma perfectione cuncta Dei efficientem mandata.


Ὁπόταν ἑαυτὸν οἰηθῇ ἄνθρωπος τῶν ἐντολῶν ἐπιμελητὴν, δῆλός ἐστιν ἁμαρτάνων, καὶ τῆς ἐντολῆς σφαλλόμενος· ὅτε κρίνων ἑαυτὸν, καὶ μὴ τὸν ἀληθῶς κρίνοντα προσδεξάμενος· ὅταν γὰρ συμμαρτυρῇ τῷ πνεύματι ἡμῶν τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα, κατὰ τὸ λόγιον Παύλου, τότε φιλαλήθως Χριστοῦ ἄξιοι, καὶ τέκνα Θεοῦ τυγχάνομεν ὄντες, οὐχ ὅταν ἰδίᾳ οἰήσει ἑαυτοὺς δικαιώσωμεν· οὐ γὰρ ἑαυτὸν συνιστῶν φησι, δόκιμος· ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν· ἔπειπερ ὅταν μνήμης καὶ φόβου Θεοῦ γυμνὸς ὢν εὑρίσκηται ὁ ἄνθρωπος, πολλὴ ἀνάγκη καὶ δόξης ἐρᾷν καὶ θηρεύειν ἔπαινον παρὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ διακονουμένων· ὁ δέ γε τοιοῦτος ἄπιστος παρὰ τοῦ Κυρίου ἐλήλεγκται, καθάπερ ἤδη δεδήλωται· πῶς γάρ φησι δύνασθε ὑμεῖς πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητοῦντες;

XII. Cum homo ſe ipſum exiſtimat accurate mandata exſequi, hoc ipſo manifeſto prodit indicio errare ſe, ac a præcepti obſervatione deviaſſe. Ut pote qui præoccupet judicium de ſe ipſo ferre; non exſpectans vere judicantem. Quando enim [a] *teſtimonium* D *reddit ſpiritui noſtro Dei Spiritus*, ſecundum oraculum Paulli, tunc ſolum Chriſto digni, & filii Dei vere ſumus; non autem quando propriæ opinionis arrogantia juſtos nos ipſi declaraverimus. [b] *Non enim, qui ſe ipſum commendat*, ait, *ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat*. Quandoquidem cum memoriæ & timoris Dei expers reperitur homo, fieri non poteſt, quin & gloriam amet, & venetur laudem ab iis, quos miniſterio ſuo juvat. Talis porro fide carere a Domino convictus eſt, uti ſupra jam ſignificatum eſt: [c] *Quomodo poteſtis credere, vos, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ a ſolo Deo eſt, non quæritis?*

Ἀγῶνι πολλῷ καὶ καμάτῳ νοὸς διὰ σεμνῶν ἐννοιῶν καὶ τῆς συνεχοῦς πάντων τῶν καλῶν μερίμνης ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη, καθάπερ εἴρηται, κατορθοῦσθαι δύναται· ἅτε τοῦ ἐναντίου τῷ ἡμετέρῳ νῷ ἐμποδίζοντος, καὶ οὐ συγχωροῦντος αὐτῷ διὰ τῆς τῶν καλῶν μνήμης τῷ θείῳ ἔρωτι προσανέχειν, ἀλλὰ ταῖς γηΐναις ἐπιθυμίαις τὴν αἴσθησιν περισαίνοντος. ἐν τούτῳ γὰρ ὁ τοῦ πονηροῦ θάνατος, καὶ οἷον εἰπεῖν, ἀγχόνη, ὅτε τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ καὶ μνήμῃ ἀπερισπάστως ὁ νοῦς εὑρίσκηται· ἐντεῦθεν καὶ ἡ πρὸς τὸν ἀδελφὸν εἰλικρινὴς ἀγάπη συστῆναι δύναται, καὶ ἡ ἀληθὴς ἁπλότης, καὶ ἡ πρᾳότης τέ φημι καὶ εὐχὴ, καὶ πᾶς ὁ περικαλλὴς τῶν ἀρετῶν στέφανος, διὰ τῆς μιᾶς, καὶ

E XIII. Certamine multo & labore mentis, per ſanctas cogitationes & continuam pro omnibus bonis rebus ſolicitudinem caritas in Deum, ſicut dictum eſt, ab homine, prout fas eſt, poteſt exerceri: quod adverſarius impediat mentem noſtram, nec eidem permittat, ut per memoriam bonarum rerum amori divino vacet; ſed terrenis deſideriis ſenſui abblanditur. Nam mors, & ut ſic dicam, ſuſpendium diaboli eſt, quando in Dei caritate & memoria indivulſe commorans mens humana reperitur. Hinc jam prono quaſi flexu illimis in fratrem facile redundat caritas, & vera ſimplicitas, & manſuetudo, & humilitas, & ſinceritas, & bonitas, & ipſa oratio,

[a] Rom. VIII. 16. [b] II. Cor. X. 18. [c] Joan. V. 44.



μόνης, καὶ πρώτης ἐντολῆς, τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης τὴν τελειότητα δέχεται· ἀγῶνος πόνου πολλοῦ καὶ πόνου κρυπτοῦ καὶ ἀδήλου χρεία, λογισμῶν ἐρεύνης τε, καὶ τῆς τῶν ἠσθενηκότων τῆς ψυχῆς ἡμῶν αἰσθητηρίων γυμνασίας, πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ, καὶ τοῦ ῥωννύειν καὶ ἀναζωπυρεῖν διὰ τῆς τοῦ νοῦ πρὸς Θεὸν ἐπιμελοῦς νεύσεως τὰ πεπονηκότα τῆς ψυχῆς μέλη· ὁ γὰρ νοῦς ἡμῶν οὕτω διαπαντὸς τῷ Θεῷ προσκολλώμενος, γενήσεται μετὰ τοῦ Κυρίου εἰς ἓν πνεῦμα, κατὰ τὸ λόγιον Παύλου.

A cunctarumque formose resplendens corona virtutum, per illud unum & solum & primum dilectionis Dei mandatum perfectionem accipit. Certamine igitur multo & conatu occulto, nec foris observabili contentionis labore opus est, in perscrutatione cogitationum, in exercitatione infirmorum animæ sensuum ad discretionem boni & mali, in corroborandis & excitandis per studiosam versus Deum inclinationem debilitatis animæ membris. Ita mens nostra continue Deo affixa, coalescet in unum cum Domino spiritum, juxta oraculum Paulli.

Τοῦτον δέ φησι τὸν κρυπτὸν ἀγῶνα, καὶ τὸν πόνον, καὶ τὴν μελέτην, ἀδιαλείπτως ἔχειν τοὺς φιλαρέτους χρὴ πρὸς πᾶσαν ἐπιτήδευσιν ἐντολῆς, ἤτοι εὐχομένους, ἢ διακονοῦντας, ἐσθίοντας ἢ πίνοντας· ἵν᾽ ὅπερ ἂν γένηται ἀγαθὸν, εἰς δόξαν Θεοῦ, καὶ μὴ εἰς ἡμετέραν γένηται δόξαν· εὐπετῆ δὲ ἡμῖν καὶ ῥᾴδια πάντα τὰ τῶν ἐντολῶν ἔσται, τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγάπης αὐτὰ διευμαρυζούσης, καὶ τὸ ἐπίπονον αὐτῶν ἐκλυούσης ἅπαν.

XIV. Hanc autem interiorem contentionem, laborem, & meditationem, incessanter conferre oportet B virtutis amatores ad omnem observationem mandati sive orantes, sive ministrantes, comedentes quin etiam aut bibentes: ut quodcumque demum bonum ab ipsis fiet, in gloriam Dei, & non in nostram fiat gloriam; prona autem & facilia nobis cuncta, quæ ad quorumvis Dei mandatorum plenam exsecutionem attinent; amore Dei, ista alleviante, & quod laboriosum est in ipsis, dissolvente.

Ὅλος ὁ ἀγὼν καὶ σπουδὴ τοῦ ἀντικειμένου τοῦτο ἐστιν, ὡς δεδήλωται, τὸ δυνηθῆναι τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς πρὸς Θεὸν μνήμης, καὶ τοῦ φόβου καὶ τῆς ἀγάπης περισπάσαι, γηΐναις αὐτὸν παραγωγαῖς καὶ δελεάσμασιν, ἀπὸ τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ πρὸς τὰ δοκήσει καλὰ παρατρέποντος.

XV. Omnis contentio & studium adversarii, in hoc, ut dictum est, vigilat, ut annitatur mentem nostram a Dei memoria, timore, amoreque avellere; terrenis ipsam avocationibus & delinimentis, a vero bono ad adparentia divertendo. C

Ἀλλήλων αἱ ἀρεταὶ δέδενται, καὶ ἀλλήλων ἔχονται, καθάπερ ἱερά τις σειρὰ μία τῆς μιᾶς ἠρτημένη· οἷον ἡ μὲν εὐχὴ, τῆς ἀγάπης, ἡ ἀγάπη δὲ τῆς χαρᾶς, ἡ χαρὰ, τῆς πρᾳότητος, ἡ πρᾳότης, τῆς ταπεινοφροσύνης, ἡ ταπεινοφροσύνη δὲ τῆς διακονίας, ἡ διακονία δὲ, τῆς ἐλπίδος, ἡ δὲ ἐλπὶς τῆς πίστεως· καὶ ἡ μὲν πίστις, τῆς ὑπακοῆς, ἡ δὲ ὑπακοὴ τῆς ἁπλότητος. ὥσπερ τἀναντία πάλιν ἓν ὑφ᾽ ἑνὸς δέδεται· οἷον τοῦ μὲν θυμοῦ, τὸ μῖσος· ὁ δὲ, τῆς ὑπερηφανίας· τῆς κενοδοξίας αὕτη· ἐκείνη, τῆς ἀπιστίας· ἡ δὲ τῆς σκληροκαρδίας· καὶ αὕτη μὲν ἐκ τῆς ἀμελείας· ἐκείνη δὲ τῆς χαυνώσεως. ἐκ δὲ τῆς ὀλιγωρίας αὕτη· κἀκείνη μὲν ἐκ τῆς ἀκηδίας· ὡς ἐκ τοῦ ἀνυπομονήτου πάλιν αὕτη· τὸ δὲ τῆς φιληδονίας· καὶ οὕτω τὰ λοιπὰ μέλη τῆς κακίας ἀλλήλων ἐχόμενά εἰσιν.


XVI. Invicem virtutes connectuntur & mutuo inhærent, ut in catena commissi annuli uno ex alio pendente. In hunc enim modum oratio ex caritate; caritas e gaudio; gaudium e mansuetudine; mansuetudo ex humilitate, humilitas e ministerio; ministerium e spe; spes ex fide; fides ex obedientia; obedientia e simplicitate; sicuti e contrario vitiorum quoque unum ex altero dependet. Ex ira quippe pendet odium; ex hoc superbia; ex hac vanæ gloriæ affectatio; hæc infidelitatem trahit, quæ duritiei cordis mater est, proles autem incuriæ, quam gignit languor spiritus, ex supino neglectu ducens D originem; hunc producit acedia; filia hæc impatientiæ, cujus amor voluptatis est pater. Ita cetera quoque membra malitiæ invicem apta nexaque sunt.

Πᾶν ὅπερ ἂν ποιῇ καλὸν ὁ ἄνθρωπος, σπιλοῦν αὐτὸ καὶ καταμιαίνειν ὁ πονηρὸς τῇ ἐπιμιξίᾳ τῶν ἑαυτοῦ σπερμάτων βούλεται· οἷον τῆς κενοδοξίας, τῆς οἰήσεως, εἴτε μὴν καὶ τοῦ γογγυσμοῦ, ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν τοιούτων· ἵν᾽ ἢ μὴ διὰ Θεὸν μόνον, ἢ μὴ ἐκ προθυμίας τὸ γινόμενον ἀγαθὸν γένηται· γέγραπται γὰρ τὸν Ἀβὲλ προσενεγκεῖν θυσίαν τῷ Θεῷ ἀπὸ τῶν στεάτων, καὶ ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων· καὶ τὸν Κάϊν δὲ ὁμοίως δῶρα προσενεγκεῖν ἀπὸ τῶν καρπῶν μὲν τῆς γῆς, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπὸ τῶν πρώτων· καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ μὲν ταῖς θυσίαις τοῦ Ἀβὲλ ἐπιδεῖν τὸν Θεόν· ἐπὶ δὲ τοῖς δώροις τοῦ Κάϊν μὴ προσχεῖν. ἐκ τούτου μανθάνειν ἔχομεν· ὅτι ἐστι, τι καλὸν μὴ ποιῆσαι καλῶς· οἷον ἀμελῶς ἢ καταφρονητικῶς ἢ δι᾽ ἕτερόν τι, καὶ οὐ διὰ Θεόν· καὶ παρὰ τοῦτο συμβαίνει γίνεσθαι μὴ πρόσδεκτον τῷ Θεῷ.

XVII. Omne bonum, quod homo facit, inquinare ac contaminare nititur diabolus immixtione suorum seminum, vanæ nimirum gloriæ, præfidentiæ, uti & murmurationis, aut cujuspiam alterius talium, ut non propter Deum solum, nec tantum ex sincero mentis proposito bonum opus fiat. Scriptum est enim: Abelem obtulisse sacrificium Deo [a] *de adipibus & de primogenitis ovium:* Cainum quoque similiter dona obtulisse de fructibus quidem terræ, sed non e primis aut optimis. Et propterea Deum respexisse ad E sacrificia Abelis; ad Caini autem munera non attendisse. Inde discere debemus, contigere posse, ut aliquod bonum non bene fiat: puta si fiat negligenter aut contemtim, aliove vitio submisto, & non mere propter Deum: ex quo evenit, ut gratum id & acceptum Deo non sit.

[a] Gen. IV. 4.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ

ΛΟΓΟΣ.

MACARII MAGNI

DE ORATIONE

LIBER.

Κεφάλαιον πάσης ἀγαθῆς σπουδῆς, καὶ κορυφὴ τῶν κατορθωμάτων ἡ προσευχῆς ἐστι προσεδρεία, δι' ἧς καὶ τῶν ἄλλων ἐν κτήσει γινόμεθα, τοῦ καλουμένου χεῖρα συνεργὸν ἐπορέγοντος· καὶ γὰρ κοινωνία τῆς μυστικῆς ἐνεργείας, καὶ συνάφεια διαθέσεως τῆς πρὸς Θεὸν ἁγιότητος, καὶ αὐτοῦ τοῦ νοῦ δι' ἀγάπης ἀῤῥήτου πρὸς Κύριον, ἐν τῇ εὐχῇ τοῖς καταξιουμένοις γίνεται· ἔδωκας γάρ φησιν εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου· καὶ αὐτὸς δέ ὁ Κύριος· ἡ βασιλεία οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι· τὸ δὲ ἐντὸς εἶναι τὴν βασιλείαν, τί ἂν ἄλλο δηλοῦν εἴη, ἢ τὴν τοῦ πνεύματος οὐράνιον εὐφροσύνην ταῖς ἀξίαις ψυχαῖς ἐναργῶς ἐνσημαίνεσθαι; τῆς ἀπολαύσεως γάρ τι καὶ χαρᾶς καὶ τῆς ἐν πνεύματι εὐφροσύνης, ἧς ἐν φωτὶ αἰωνίῳ οἱ ἅγιοι ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ μεθέξουσι βασιλείᾳ, ταύτης τὸν ἀῤῥαβῶνα, καὶ τὰ προοίμια ἐντεῦθεν ἤδη αἱ ἄξιαι διὰ τῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργοῦς κοινωνίας ψυχαὶ λαμβάνουσιν· ἡ καρδία μου γάρ φησι καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ Θεὸν ζῶντα· καὶ τὸ, ὡς ἐκ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου· καὶ τὰ συνῳδὰ τούτοις, εἰς ταυτὸν φέρουσι, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος ἐνεργὸν εὐφροσύνην καὶ παράκλησιν ὑπαινίττονται.

A I. Caput omnis boni studii & vertex operum bonorum assiduitas orationis est, per quam in aliorum possessionem bonorum inducimur, eo qui nos ad ea vocat, manum cooperatricem porrigente. Etenim communicatio arcanæ efficaciæ & connexio intentionis in sanctitate adversus Deum, ipsiusque mentis per ineffabilem, quo fertur erga Dominum, amorem, in oratione iis, qui digni judicantur, obveniunt: [a] *Dedisti* enim ait, *lætitiam in corde meo*, & ipse dicit Dominus: [b] *Regnum cælorum intra vos est*. Nam intra nos esse regnum, quid aliud putemus significare, quam cælestem lætitiam Spiritus sancti animabus dignis sensibiliter immissam esse? Fruitionis siquidem & gaudii lætitiæque illius spiritualis, quam in luce æterna sancti in Christi regno B participant, arrham velut quamdam & prælibationem jam hinc dignæ ad hoc effectæ per gratiose communicatam ipsis operationem Spiritus animæ accipiunt. [c] *Cor* enim, inquit, *meum & caro mea exsultaverunt in Deum vivum*. Et illud: [d] *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*. Et iis consona, in idem tendunt, & efficacem Spiritus animæ lætitiam & consolationem indicant.

Ὥσπερ μεῖζον τῶν ἄλλων τὸ τῆς εὐχῆς ἔργον, οὕτω πλείονος δεῖ καὶ μερίμνης τῷ πρὸς αὐτὴν ἔχοντι· μήπου κλοπήν τινα παρὰ τῆς κακίας ὑπομείνας λάθῃ· οἷς γὰρ μείζονος ἀγαθοῦ ἐπιμέλεια, μείζονι καὶ ὁ πονηρὸς τῇ πείρᾳ προσβάλλει· ὥστε πολλῆς αὐτῷ δεήσει τῆς νήψεως, ἵνα καὶ μᾶλλον καρποὶ ἀγάπης, καὶ ταπεινοφροσύνης, ἁπλότητός τε καὶ ἀγαθότητος, καὶ διακρίσεως, ὁσημέραι τῷ παραμόνῳ τῆς εὐχῆς ἀναφύωνται, καὶ αὐτοῦ μὲν φανερὰν τὴν ἐπὶ τὰ θεῖα προκοπὴν καὶ ἐπίδοσιν καθιστῶσι, τοὺς ἄλλους δὲ εἰς τὸν ἴσον ζῆλον παρακαλῶσιν.

II. Ut præstantius ceteris est opus orationis; ita majori opus habet solicitudine, qui in id incumbit: ne qua illi subrepat a malitia deceptio. Nam quo C quisque majoris adipiscendi boni curam concipit, eo majori diabolus conatu ei obstare contendit. Quare multam eum adhibere necesse erit vigilantiam, ut fructus caritatis, humilitatis, simplicitatis, bonitatis, discretionis e patienti orationis cultura ipsi pleni uberesque progerminent: ipsiusque perspicuum in divina progressum profectumque demonstrent: sicque alios ad paris æmulationem studii provocent.

Ἀδιαλείπτως εὔχεσθαι, καὶ προσκαρτερεῖν τῇ εὐχῇ αὐτός τε ὁ θεῖος ἀπόστολος, καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένον διδάσκει, πόσῳ μᾶλλον εἰπόντος ποιήσει ἐκδίκησιν ὁ Θεὸς τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν νύκτας καὶ ἡμέρας; καὶ τό· γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε. δεῖ οὖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν· ὥσπερ δὲ κεφαλαιωδέστερον ὁ τῇ εὐχῇ προσκαρτερῶν εἵλετο ἔργον, οὕτως αὐτὸν ἀγῶνα πολὺν, καὶ τόνον ἀνένδοτον ἀνέχεσθαι χρὴ, διὰ τὸ πολλὰ τῇ προσεδρείᾳ τῆς εὐχῆς ὑπεῖναι τὰ τῆς κακίας ἐμπόδια· ὕπνον, ἀκηδίαν, βάρος σώματος, λογισμῶν ἐπιτροπὴν, νοὸς ἀκαταστασίαν, ἔκλυσιν, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας ἐπιτηδεύματα· εἶτα θλίψεις καὶ αὐτῶν τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἐπαναστάσεις ἐκθύμως πολεμούντων ἡμῖν καὶ ἀντικαθισταμένων, καὶ προσεγ-


III. Sine intermissione orandum & perseveranter insistendum orationi esse, & divinus apostolus, [e] & ipsius Domini oraculum præcipit, dicentis; [f] *Quanto magis Deus faciet vindictam clamantium ad se die ac nocte?* Et illud: [g] *Vigilate & orate*. Oportet igitur ubique orare: nec umquam conatum remittere. D Quanto autem capitalius, qui perseverare in oratione decrevit, opus aggressus est, tanto ipsum plus certaminis suscipere, tantoque magis id eum ad extremum perducere oportet, eo quod perseverantiæ orationis multa objicit impedimenta pravitas, somnum, acediam, pondus corporis, cogitationum aversionem, mentis instabilitatem, languorem & reliqua malitiæ studia. Præterea afflictiones & ipsorum malorum dæmonum insultus vehementer impugnantium nos, &

a Psalm. IV. 7. b Luc. XVII. 21. c Psalm. LXXXIII. 3. d Psalm. LXII. 6. e I. Theff. V. 17. f Luc. XVIII. 1. g Matth. XXVI. 41.

γίζειν τῷ Χριστῷ διειργόντων τὴν μετὰ τὴν ἀλήθειαν τὸν Θεὸν ἀπαύστως ἐπιζητοῦσαν ψυχήν.

A omni vi obstantium, ne appropinquare Christo valeat Deum post veritatem incessanter quærens anima.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



Πάσῃ σπουδῇ καὶ νήψει, ὑπομονῇ τε καὶ ἀγῶνι ψυχῆς καὶ πόνῳ σώματος, τὸν τῆς εὐχῆς ἐπιμελούμενον ἀνδρίζεσθαι χρὴ, μὴ ἐκκακούμενον συνεπιδιδόντα ταῖς τῶν λογισμῶν ἐκτροπαῖς, ἢ πολλῷ ὕπνῳ, ἢ ἀκηδίᾳ, ἐκλύσει τε καὶ συγχύσει, καὶ ταραχώδεσι καὶ ἀπρεπέσι φωναῖς χρώμενον, ἤ τισι τοιούτοις ἐπιτρέποντα τὴν διάνοιαν, μόνη μὲν ἐκπληροφορούμενον τῇ παραμόνῳ στάσει, κλίσει τε τῶν γονάτων, τὸν δὲ νοῦν μακράν που τῶν γινομένων ἀποπλανώμενον, ἔχοντα· οὐδὲν γὰρ τὸ κωλύον, ἢ μὴ ἀκριβῶς νήφων παρασκευάζηται, ἐναντιούμενος μὲν τῇ ὕλῃ τῶν περιττῶν λογισμῶν, διαβασανίζων δὲ πάντας αὐτοὺς καὶ φιλοκρίνων, ἐπιποθῶν τε ἀεὶ τὸν Κύριον, ποικίλως ὑπὸ τῆς κακίας κατὰ τὸ ἀφανὲς δελεάζεσθαι· ἢ καὶ τῶν μήπω τῇ εὐχῇ δυναμένων προσκαρτερεῖν κατεπαίρεσθαι, καὶ διὰ τῶν τοιούτων τῆς κακίας μηχανημάτων τὴν καλὴν διαφθείρειν ἐργασίαν, καὶ προπίνειν ταύτην τῷ πονηρῷ δαίμονι,

IV. Omni studio, atque vigilantia, longanimi patientia, certamineque animæ ac labore corporis oportet eum, qui orationi diligenter vacare contendit, viriliter agere, nihil umquam remittentem de ardore, nec cedentem distractionibus cogitationum, aut somno multo, aut desidi torpori, aut inordinatæ confusioni actionum temere permixtarum; non utentem turbulentis & indecentibus clamoribus; aut effluere animum sinentem in quidvis ejusmodi; sed certo & immutabili proposito mentis; defigendo se soli patienti stationi, & flexioni genuum; & cohibi- B tis evagationibus longe aberrantis interim mentis. Nihil enim sane prohibet, quin, nisi diligenter & attente ad orandum paratus quis accedat, nisi turbæ vanarum cogitationum fortiter obsistat, excutiens singulas & dijudicans, flagranti semper desiderio se intime ad Deum admovendi, nihil, inquam obstat, si hæc negliget, quin versutis inhabitantis in ipso malitiæ clam illiciatur artibus: aut efferri se sinendo in contemtum aliorum, comparatione sui cum iis qui perseverare diu in oratione nequeunt; alio quopiam errore in quem suis eum astuta malitia machinationibus induxerit, corrumpendo præclaram operationem, eamque sic irridendam propinando malo dæmoni.

Εἰ μὴ ἡ ταπεινοφροσύνη καὶ ἀγάπη, ἡ ἁπλότης τε καὶ ἀγαθότης κατακολλῶσιν ἡμῖν τὴν εὐχὴν, ἡ εὐχὴ αὕτη, μᾶλλον δὲ τὸ πρόσχημα τῆς εὐχῆς, ἥκιστά γε ἡμᾶς ὠφελεῖν δύναται. καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς εὐχῆς τοῦτο μόνης φαμὲν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παντὸς καμάτου καὶ πόνου, παρθενείας, ἢ νηστείας ἢ ἀγρυπνίας ἢ ψαλμῳδίας, ἢ διακονίας, ἢ οἱασδηποτοῦν ἐργασίας ἀρετῆς ἕνεκεν ἐπιτελουμένης. εἰ μὴ τοὺς καρποὺς τῆς ἀγάπης, εἰρήνης τε καὶ χαρᾶς, καὶ πρᾳότητος, ταπεινοφροσύνης τέ φημι καὶ ἁπλότητος, καὶ ἀφελείας καὶ πίστεως ὡς δέον, μακροθυμίας τε καὶ φιλοφροσύνης, ἐν ἑαυτοῖς ὁρᾷν ἔχοιμεν, ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ τὰ τῶν πόνων ὑπέστημεν· τοὺς γὰρ πόνους διὰ τὴν τῶν καρπῶν ὠφέλειαν ὑπομένειν καταδεχόμεθα· τῶν δὲ καρπῶν τῆς ἀγάπης ἐν ἡμῖν μὴ εὑρισκομένων, περιττὴ πάντως ἡ ἐργασία· ὥστε οὐδὲν οἱ τοιοῦτοι τῶν πέντε μωρῶν διενηνόχασι παρθένων, αἵτινες διὰ τὸ μὴ ἐντεῦθεν ἔχειν ἐν ταῖς καρδίαις τὸ πνευματικὸν ἔλαιον, ὅπερ τῶν εἰρημένων ἐστὶν ἀρετῶν ἡ διὰ τοῦ πνεύματος ἐνέργεια, μωραί τε ὠνομάσθησαν, καὶ τοῦ βασιλικοῦ νυμφῶνος ἐλεεινῶς ἀπεκλείσθησαν, μηδὲν τοῦ παρθενίας ἀπονάμεναι καμάτου· ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ τῆς ἀμπέλου γεωργίᾳ, πᾶσα ἐπιμέλεια καὶ πόνος διὰ τὴν τῶν καρπῶν ἐλπίδα προκαταβάλλεται· καρπῶν δὲ μὴ γεωργηθέντων, εἰκαία πάντων ἡ ἐργασία δείκνυται· οὕτως, εἰ μὴ διὰ τῆς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος καρποὺς ἀγάπης, καὶ εἰρήνης καὶ χαρᾶς καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν ὁ ἀπόστολος ἀπηρίθμησεν, ἐν ἑαυτοῖς ἴδοιμεν, καὶ τοῦτο κατὰ πληροφορίαν πᾶσαν καὶ πνευματικὴν αἴσθησιν διομολογεῖν ἔχοιμεν, περιττὸς ὁ τῆς παρθενίας, εὐχῆς τε καὶ ψαλμῳδίας, νηστείας καὶ ἀγρυπνίας κάματος ἀποδείκνυται· οἱ μὲν γὰρ πόνοι οὗτοι καὶ κάματοι τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἐπ' ἐλπίδι πνευματικῶν καρπῶν, ὥσπερ ἔφημεν, ἐπιτελεῖσθαι ὀφείλουσιν· ἡ δ' ἐν ταῖς ἀρεταῖς καρποφορία, ἀπόλαυσίς ἐστι πνευματικὴ μεθ' ἡδονῆς ἀφθάρτου ἐν καρδίαις πισταῖς τε καὶ ταπειναῖς, ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἀποῤῥήτως ἐνεργουμένη· ὥστε οἱ πόνοι καὶ οἱ κάματοι, καθώς εἰσι πόνοι φημὶ, καὶ κάματοι λογιζέσθωσαν, καὶ οἱ καρποὶ, καρποί· εἰ δέ τις διὰ γνώσεως ἐνδείας τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ καὶ τὸν κάματον καρποὺς τοῦ πνεύματος εἶναι νομίσει, μὴ ἀγνοῶν φαίνεται ψυχαγωγεῖν ἑαυτὸν παρακρουόμενος, καὶ μεγάλων ὄντως καρ-

V. Nisi humilitas, caritas, simplicitas & bonitas arcte conglutinent nobis orationem, ipsa oratio, aut potius inane simulacrum orationis, minime sa- C ne juvare nos poterit. Neque id de oratione sola dicimus, sed de omni genere arduorum quantumvis & laboriosorum operum, puta de virginitate, jejunio, vigiliis, psalmodia, ministerio, similibusque officiis speciosarum plausibiliumque virtutum. In quarum exercitio nisi fructus caritatis, pacis, gaudii, mansuetudinis, humilitatis, quin etiam & simplicitatis sinceritatisque ac fidei ut oportet, longanimitatis quoque ac benevolentiæ in nobismetipsis experiendo videamus, inutiliter laboraverimus. Labores siquidem istos spe assequendæ fructuum utilitatis suscipimus. Si ergo post eos in nobis non reperiantur fructus caritatis, supervacanea profecto illa omnis opera fuerit. Ac mihi videntur homines ejusmodi a quinque fatuis in D nullo differre virginibus, quæ idcirco, quod domo allatum in suis cordibus non habuerunt spirituale oleum, quod est modo memoratarum, quæ per Spiritum exercetur, operatio virtutum, & fatuarum nomenclatione traductæ sunt, & regio thalamo miserabiliter exclusæ, nullum nactæ operæ pretium custoditæ laboriose virginitatis. Sicut enim in vineæ cultura omnis diligentia & labor, fructuum unice speratorum caussa impenditur; unde iis non provenientibus, frustranea tota ista fuisse contentio monstratur; ita nisi per operantem in nobis spiritum [a] fructus caritatis, pacis, gaudii, & illos reliquos enumeratos ab apostolo in nobis ipsis videamus; & hoc omni experimentali evidentia, sensusque convi- E ctione spiritualis plane persuasum fateri ac profiteri valeamus, irritus & utilitate cassus omnis virginitatis, orationis & psalmodiæ, jejunii & vigiliarum deprehenditur labor. Illi enim animæ & corporis labores spe spiritualium fructuum perfici debent, uti diximus. In virtutibus autem quæ dicitur fructificatio, fruitio est spiritualis cum voluptate incorruptibili, in cordibus fide ac humilitate præditis a Spiritu clam ineffabiliter effecta. Seorsim itaque reputentur & labores & fructus, prout in se divisim sunt. Si quis vero per cognitionis defectum, propriam operationem & laborem, fructus Spiritus esse crediderit, is per ignorantiam videtur se ipsum lactare &

[a] Gal. V. 22.

πῶν τοῦ πνεύματος, διὰ τὸ οὕτως ἔχειν, ἀποστερῶν;

decipere, ac, dum ita se adulatione noxia habet, vere magnis semet ipsum Spiritus fructibus privare.

Ὥσπερ ὁ τῇ ἁμαρτίᾳ ὅλον ἑαυτὸν ἔκδοτον παρασχόμενος, τὰ παρὰ φύσιν πάθη τῆς ἀτιμίας, τουτέστιν ἀσέλγειαν, πορνείαν, πλεονεξίαν, μῖσος, καὶ δόλον, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας ἐπιτηδεύματα ἐν ἀπολαύσει καὶ ἡδονῇ ὡς φυσικὰ κατεργάζεται· οὕτως ὁ ἐν ἀληθείᾳ καὶ τελειότητι Χριστιανὸς ὢν, τὰς ἀρετὰς πάσας, καὶ τοὺς καρποὺς τοῦ πνεύματος ἅπαντας τοὺς ὑπὲρ τὴν φύσιν, τὴν ἀγάπην δηλονότι καὶ τὴν εἰρήνην, τὴν ὑπομονὴν, τὴν πίστιν, καὶ τὴν ταπείνωσιν, καὶ πᾶν τὸ χρυσοῦν ὄντως γένος τῆς ἀρετῆς, ἐν ἀπολαύσει πολλῇ καὶ ἡδονῇ πνευματικῇ, ἀπονητὶ λοιπὸν καὶ ῥᾳδίως ὡς φυσικὰ μέτεισιν· οὐκ ἔτι πρὸς τὰ πάθη τῆς κακίας διαμαχόμενος· ἅτε τελείως ἀπὸ Κυρίου λελυτρωμένος, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος τὴν ἔντελῆ τοῦ Χριστοῦ εἰρήνην καὶ ἀγαλλίασιν ἐν τῇ καρδίᾳ δεξάμενος· οὗτός ἐστιν ὁ κολληθεὶς τῷ Κυρίῳ, καὶ γενόμενος εἰς ἓν πνεῦμα.

VI. Ut qui peccato totum se ipsum deditum exhibet, naturam inhonorantes ignominiæ passiones, hoc est, impudicitiam, fornicationem, avaritiam, odium, dolum, & reliqua malitiæ studia cum fruitione ac voluptate tamquam naturalia exercet; sic qui vere ac perfecte Christianus est, virtutes omnes & fructus Spiritus, qui supra naturam sunt, videlicet caritatem, pacem, patientiam, fidem, humilitatem, & omne genus vere aureum virtutis, jucunditate multa & voluptate spirituali, de cetero sine labore ac facile, ut naturalia exsequitur; non jam contra passiones nequitiæ depugnans; utpote qui perfecte a Domino liberatus, & a bono Spiritu plenam absolutamque Christi pacem & exsultationem in corde adeptus sit. Talis est intime atque individue Domino adhærens, & in unum cum eo coalitus spiritum.

Τοὺς μήπω δυναμένους ἄκρως τῷ τῆς ψυχῆς ἔρωτι διὰ νηπιότητα ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν· τούτους τὴν ὑπηρεσίαν τῶν ἀδελφῶν μετ' εὐλαβείας καὶ πίστεως, φόβου τε θείου, καταδέξασθαι χρὴ, ὡς Θεοῦ ἐντολῇ, καὶ ὡς πνευματικῷ πράγματι διακονουμένους· ἀλλ' οὐχ ὡς παρ' ἀνθρώπων μισθὸν, ἢ τιμὴν, καὶ εὐχαριστίαν προσδοκωμένους· μηδὲ δόντας χώραν ὅλως γογγυσμῷ, ἢ ὑψηλοφροσύνῃ, ἢ ἀμελείᾳ καὶ χαυνότητι· ὡς μὴ τὸ ἀγαθὸν τοῦτο ἔργον σπιλοῦσθαι καὶ παραφθείρεσθαι, διὰ δὲ τῆς εὐλαβείας μᾶλλον, καὶ τοῦ φόβου, καὶ τῆς χαρᾶς εὐπρόσδεκτον τῷ Θεῷ γίνεσθαι.

VII. Illis, qui nondum valent ob ruditatem velut quamdam infantiæ, se totos addicere amori summo animæ nisu exercendo, convenit, se ipsos impendere ministerio fratrum, sedulo illud ac cum fide timoreque divino amplectendo, tamquam Dei mandato in negotio spirituali obsequentes; non autem ab hominibus mercedem, aut honorem, aut gratiarum actionem exspectantes; nec dantes locum omnino ullum murmurationi superbiæ, negligentiæ & torpori; ne bonum istud opus maculari aut corrumpi contingat: sed per pietatem potius impigram cum Dei timore & alacri lætitia conjunctam, gratum idem acceptumque Deo fiat.

Τοσαύτῃ φιλανθρωπίᾳ καὶ ἀγαθότητι· ὦ τῶν θείων σπλάγχνων περὶ ἡμᾶς· συγκατέβη τοῖς ἀνθρώποις ὁ Κύριος, τοῦτο πραγματευόμενος, τὸ μηδένα ἔργου ἀγαθοῦ μισθὸν παριδεῖν· ἀλλ' ἀπὸ τῶν μικρῶν ἐπὶ τὰς μείζους τῶν ἀρετῶν, πάντας ἀναγαγεῖν· τὸ μηδὲ ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος ἀποστερεῖν ἀντιδόσεως· εἴρηκε γάρ· ὃς ἂν ποτίσῃ ποτήριον ψυχροῦ μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσει τὸν μισθὸν αὐτοῦ· καὶ αὖθις· ἐφ' ὅσον ἑνὶ τοῦτο ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. μόνον κατὰ Θεὸν τὸ γινόμενον, καὶ μὴ κατὰ δόξαν γινέσθω· προσέθηκε γὰρ, μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ· τουτέστι φόβῳ καὶ ἀγάπῃ Χριστοῦ· τοῖς γὰρ ἐπιδεικτικῶς τὸ ἀγαθὸν ποιοῦσι καὶ μεμφόμενος ὁ Κύριος, ἀποφάσει βεβαίᾳ τὸν λόγον ἀσφαλιζόμενος ἐπάγει, λέγων· ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

VIII. Tanta humanitate & bonitate (o divinæ in nos misericordiæ viscera!) demisit se ad consulendum hominibus Dominus, ut sedulo hoc agat, ne quisquam boni operis mercede per suam incuriam fraudetur; sed a parvis ad majores virtutes cunctos quasi quibusdam gradibus provehat, ita ut ne porrectio quidem calicis aquæ frigidæ mercede caritura sit. Dixit enim: [a] *Qui dederit calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Et rursus: [b] *In quantum uni hoc fecistis, mihi fecistis.* Dummodo secundum Deum fiat, quod fit; & non propter laudem humanam fiat; adjunxit enim: *tantum in nomine discipuli*, hoc est, ex reverentia & amore Christi. Nam iis, qui ostentationis gratia rem bonam exsequuntur, reprehendens Dominus, & asseveratione certa sententiam confirmans, subjungit dicens: [c] *Amen dico vobis: receperunt mercedem suam.*

Ἡ ἁπλότης πρὸ τῶν ἄλλων καὶ ἡ ἀφέλεια καὶ ἡ πρὸς ἀλλήλους ἀγάπη, καὶ χαρὰ, καὶ ταπείνωσις, ἐκ παντὸς τρόπου, ὥσπερ τις θεμέλιος ὑποβεβλήσθωσαν ἐν τῇ ἀδελφότητι, ἵνα μὴ ἀλλήλων κατεπαιρόμενοι, καὶ καταγογγύζοντες, ἀνόνητον τὸν κάματον ἀποδείξωμεν. καὶ μήτε ὁ ἀδιαλείπτως προσκαρτερῶν ταῖς εὐχαῖς, τοῦ μὴ οὕτω ποιεῖν δυναμένου κατεπαιρέσθω· μήτε ὁ τῇ διακονίᾳ ἑαυτὸν ἐκδιδοὺς, τοῦ τῇ προσευχῇ σχολάζοντος καταγογγυζέτω· ὡς εἴ γε μετὰ τοιαύτης ἁπλότητός τε καὶ διαθέσεως ἀλλήλοις προσφέροιντο, γίνηται τὸ περίττευμα τῶν ταῖς εὐχαῖς ἐμπαραμενόντων, ἐπὶ τὸ ὑστέρημα τῶν διακονούντων· καὶ αὖθις τὸ τῶν διακονούντων περίσσευμα ἐπὶ τὸ ὑστέρημα τῶν ταῖς εὐχαῖς σχολαζόντων· καὶ οὕτω μᾶλλον ἡ ἰσότης, κατὰ τὸ εἰρημένον, φαίνηται σωζομένη· ὡς, τὸ πολὺ οὐκ ἐπλεόνασε· καὶ ὡς, τὸ ὀλίγον οὐκ ἠλαττόνησεν.

IX. Simplicitas ante alia, & mutua caritas, & gaudium, & humilitas omnino tamquam fundamentum substernantur in fraternitate, ne super nos invicem elati, & unus de alio murmurantes, inutilem nobis laborem efficiamus. Ergo nec qui sine intermissione perdurat in orationibus, ideo se per arrogantiam extollat supra eum, qui hoc facere non potest; neque qui ministerio se addixit, de illo, qui orationi vacat, murmuret. Etenim si ejusmodi simpliciter ac bona dispositione animi erga se invicem affecti fuerint, quod abundat in perseveranter orantibus, redundabit in supplementum ejus, quod ministrantibus deest: vicissimque si quid lucrabuntur ministrantes, explebit in quo deficient attenti orationibus. Ex qua compensatione æqualitas magis videtur conservari posse, congrue ad illud: [d] *Neque qui multum habuit, abundavit, neque qui parum, defectum sensit.*

a Matth. x. 42. b Matth. xxv. 40. c Matth. vi. 5. d Exod. xvi. 18.

Τότε γίνεται τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ὅταν μὴ, ὥσπερ εἴρηται, ἀλλήλων κατεπαιρώμεθα, ὅταν μὴ μόνον ζήλου χωρὶς, ἀλλὰ καὶ ἁπλότητος ἐν μετοχῇ καὶ ἀγάπης, εἰρήνης τε καὶ χαρᾶς συνημμένοι ὦμεν. ἀλλήλοις τὴν τοῦ πλησίον προκοπὴν ἰδίαν, ὡς δέον, καὶ τὴν ἐκείνου ὑστέρησιν ζημίαν ἑαυτῶν λογιζόμενοι. καὶ τῇ εὐχῇ ὀκνηρὸς, καὶ τῇ διακονίᾳ τῶν ἀδελφῶν καὶ ἐν ἑτέρῳ δή τινι, ἔργῳ τῷ κατὰ Θεὸν γινομένῳ χαύνως καὶ ἀμελῶς διακείμενος, οὗτος ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου ἀργὸς διαῤῥήδην καλούμενος, αὐτοῦ τοῦ ἄρτου ἀνάξιος εἶναι καταψηφίζεται, εἴρηκε γάρ· ὁ δὲ ἀργὸς μηδὲ ἐσθιέτω· καὶ ἀλλαχοῦ· τοὺς δὲ ἀργοὺς καὶ ὁ Θεὸς μισεῖ, καὶ ὁ ἀργὸς οὐδὲ πιστὸς εἶναι δύναται. καὶ ἡ σοφία· πολλὴν κακίαν, ἔφη, ἐδίδαξεν ἡ ἀργία· προσήκει τοιγαροῦν ἕκαστον ὁποῖον δήποτε ἔργον κατὰ Θεὸν γινόμενον καρποφορεῖν, καὶ σπουδαίως κἂν ὑφ' ἑνὶ τῶν ἀγαθῶν διατίθεσθαι, ἵνα μὴ τὸ παράπαν ἄκαρπος ἀπελεγχόμενος, ἀμέτοχος εἰς ἅπαν καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν γένηται.

X. Tunc fit Dei voluntas [a] *ficut in cælo & in terra*, quando ut dictum est, nos nobis invicem non prætulerimus; quando non solum sine æmulatione, sed & cum mutua exhibitione simplicitatis & caritatis, alacritatisque lætæ connexi invicem fuerimus, unoquoque sui vicissim proximi profectum velut proprium, quemadmodum par est; similiterque alterius defectum, jacturam propriam reputante: ceterum in oratione piger, quique in ministerio fratrum aut opere alio, quod secundum Deum fit, languide & negligenter versatur, hic ab Apostolo piger diserte vocatus, ipso quoque pane indignus pronunciatur. Dixit enim: [b] *Qui non laborat, nec manducet:* Et alibi: *Pigros autem Deus odit.* Et *piger nec fidelis esse potest.* Et Sapientia: [c] *Multam malitiam docuit otiositas.* Convenit igitur unumquemque, qualecumque opus, quod Dei caussa facit, fructuose agere: ac diligentiam cuilibet actioni bonæ impendere, ne tamquam infructuosus omnino repertus, omni prorsus participatione bonorum æternorum excludatur.

Πρὸς τοὺς λέγοντας ἀδύνατον εἶναι τῆς τελειότητος ἐφικέσθαι, καὶ τῆς εἰσάπαξ ἀπαλλαγῆς τῶν παθῶν, εἰ καὶ τῆς μετουσίας καὶ πληρώσεως τοῦ ἀγαθοῦ τυχεῖν πνεύματος, ἀναγκαῖον τὴν ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν μαρτυρίαν ἐπενεγκεῖν, καὶ δεῖξαι κακῶς εἰδότας αὐτοὺς, ψευδῶς τε ἅμα καὶ ἐπισφαλῶς λέγοντας. γίνεσθε, γάρ φησιν ὁ Κύριος, καὶ ὑμεῖς τέλειοι, ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν οὐράνιος τέλειός ἐστι· τὴν παντελῆ καθαρότητα διὰ τούτων σημαίνων. καὶ θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ καὶ οὗτοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν· ταῦτα τοῦ εἰρηκότος εἰσίν· ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι· καὶ τὸ τοῦ ἀποστόλου· ἵνα παραστήσωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ· καὶ τό· μέχρι δὲ καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, εἰς ταυτὸν φέρει· οὕτω δὲ πρὸς τὴν τελειότητα ἀφορῶντας συμβαίνει δύο τὰ κάλλιστα γίνεσθαι, σύντονόν τε καὶ ἀδιάπαυστον τὸν ἀγῶνα ἔχοντας εἰς τὸ πέρας διώκειν, διὰ τὴν ἐλπίδα τοῦδε τοῦ μέτρου, φημὶ καὶ τῆς ἀναβάσεως· τύφῳ τε μὴ ἁλίσκεσθαι, ἀλλὰ μετριοφρονεῖν, καὶ μικροὺς ἑαυτοὺς ἡγεῖσθαι διὰ τὴν μήπω τοῦ τελείου κατάληψιν.

XI. Dicentibus fieri non posse, ut homo ad perfectionem pertingat, & ad plenam liberationem ab affectibus; itemque participationem & impletionem boni Spiritus, necesse est opponere testimonia divinarum scripturarum, ostendereque & errore mentis laborare ipsos, & falso ac periculose loqui. Ait enim Dominus: [d] *Estote & vos perfecti, ficut Pater vester cælestis perfectus est.* Plenam absolutamque puritatem per hæc indicans. Et: [e] *Volo, ut ubi sum ego, & hi sint mecum, ut videant claritatem meam.* Hæc affirmat is, qui alias dixerat: [f] *Cælum & terra transibunt, &c.* Eodem spectat & illud Apostoli: [g] *Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo.* Illud quoque: *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi*, idem suadet. Porro qui perfectionem præ oculis habent, illis duo quædam præstantissima evenire contingit. Summus ac irremissus contentionis ardor in ipsum apicem, spe hujus mensuræ, cursum in adscendendo persequendi; & ut superbia ne capiantur; sed modice de se sentiant, & exiguos se existiment, quoniam perfectionem nondum consequuti sunt.

Οἱ ταῦτα λέγοντες, φησιν, ἐκ τριῶν τρόπων τὴν μεγίστην ψυχῇ περιάπτουσι βλάβην· πρῶτον μὲν, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις φαίνονται διαπιστεύοντες γραφαῖς· εἶθ' ὅτι τὸν μείζονά τε καὶ τέλειον μὴ προστησάμενοι τοῦ Χριστιανισμοῦ σκοπὸν, μηδὲ πρὸς ἐκεῖνον φθάσαι κατατεινόμενοι, πόνον καὶ σπουδὴν, πεῖναν τε καὶ δίψαν τῆς δικαιοσύνης ἔχειν οὐ δύνανται. ἀλλὰ τοῖς ἐξωτέροις σχήμασι τε καὶ ἤθεσι, καὶ ὀλίγοις τισὶ κατορθώμασιν ἐμπληροφορούμενοι, τῆς μακαρίας ἐλπίδος, καὶ τελειότητος, καὶ τῆς παντελοῦς τῶν παντελῶν παθῶν καθάρσεως ἀπολείπονται. τὸ τρίτον ὡς οἰόμενοι τῆς ἀκρότητος ἐφικέσθαι τῇ κατορθώσει τῶν ὀλίγων, ὡς ἔφημεν, ἀρετῶν, καὶ μὴ πρὸς τὸ τέλειον ἐπειγόμενοι, οὐ μόνον ταπείνωσιν καὶ πτωχείαν καὶ συντριβὴν καρδίας ἥκιστα ἔχειν δύνανται· ἀλλὰ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ὡς ἤδη κατειληφότας, οὐ προκοπὴν οὐκ ἐπίδοσιν ὁσημέραι δέχονται.

XII. Qui ea proferunt, tribus modis maximum animæ damnum important, primum quidem, quod divinitus inspiratis negare videntur scripturis fidem; deinde quod majorem & perfectum non præstituunt christianismo scopum, neque ad illum pervenire contendentes, laborem & studium, famem & sitim justitiæ habere possunt; sed externis & superficialibus habitibus & moribus, paucisque quibusdam tralatitiæ virtutis officiis abunde contenti, a spe beata & perfectionis, absolutæque pravorum omnis generis affectuum purgationis excidunt. Postremo, quod exhibitione paucarum vulgarium virtutum, ut diximus, inflantur in opinionem sui, quasi jam apicem teneant, in quem summum eniti vis humana queat; ideoque ulterius adspirare desinunt; nec solum humilem æstimationem sui, & paupertatem & contritionem cordis minime habere possunt: sed etiam justificantes se ipsos, ut qui jam comprehenderint, crescere quotidie promoverique in melius cessant.

Τοὺς ἀδύνατόν φησιν ἡγουμένους τὴν κατόρθωσιν ταύτην, τὴν διὰ τοῦ πνεύματος τοῖς ἀνθρώποις ἐγ-

XIII. Qui existimant impossibilem eam reformationem, quæ per habitantem in hominibus Spiri-

[a] Matth. VI. 10. [b] I. Thess. III. 10. [c] Eccli. XXXIII. 29. [d] Matth. V. 48. [e] Joan. XVII. 24. [f] Matth. XXIV. 35. Luc. XXI. 33. [g] Coloss. I. 28.



γινομένην, ἥτις ἡ καινὴ κτίσις ἐστὶ τῆς καθαρᾶς καρδίας, ὁ ἀπόστολος διαῤῥήδην ἐοικότας αὐτοὺς δείκνυσι τοῖς δι' ἀπιστίαν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν μὴ ἠξιωμένοις, καὶ διὰ τοῦτο πεπτωκότων αὐτοῖς τῶν κώλων ἐν τῇ ἐρήμῳ· ὃ γὰρ ἐκεῖ ἐπαγγελίας γῆ κατὰ τὸ φανερὸν, τοῦτο ἐνταῦθα παθῶν ἀπολύτρωσις κατὰ τὸ κρυπτόν· ὅπερ δὴ καὶ ὁ ἀπόστολος τέλος πάσης ἐντολῆς εἶναι ἀπέδειξε· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀληθινὴ τῆς ἐπαγγελίας γῆ, καὶ δι' αὐτὴν πάντα ἐκεῖνα τυπικῶς παραδίδοται· παρ' ὃ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος δι' ἀσφαλείας τὰ τῶν μαθητῶν ποιούμενος, ὡς μή τινα συμβῆναι ἀπιστίας ἁλῶναι φρονήματι· βλέπετε ἀδελφοί μου φησι, μήποτε εἴη ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ζῶντος· τὸ δὲ ἀποστῆναι οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀρνήσασθαι, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτοῦ ἀπιστῆσαι, τέθεικεν· ἀμέλει καὶ τὰ τυπικὰ τῶν Ἰουδαίων ἀλληγορῶν, καὶ παραβάλλων ταῦτα πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἐπιφέρει λέγων· τινὲς γὰρ ἀκούσαντες αὐτοῦ παρεπίκραναν· ἀλλ' οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως· τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν, ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ; τίσι δὲ ὤμοσε μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι; καὶ βλέπομεν, ὅτι μὴ ἐδυνήθησαν εἰσελθεῖν δι' ἀπιστίαν· καὶ ἐπάγει· φοβηθῶμεν οὖν μήποτε καταλιπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι· καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι καθάπερ κἀκεῖνοι· ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους, μὴ συγκεκραμένους τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν· εἰσερχόμεθα γὰρ εἰς τὴν κατάπαυσιν οἱ πιστεύσαντες· καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν ἐπιφέρει· σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν, ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας· τίς δὲ Χριστιανῶν κατάπαυσις ἑτέρα, ἢ τῶν τῆς ἁμαρτίας παθῶν ἡ ἀπολύτρωσις, καὶ ἡ πληρεστάτη καὶ ἐνεργὴς τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος ἐν τῇ καθαρᾷ καρδίᾳ ἐνοίκησις; ταύτῃ τοι καὶ ἐνάγων αὐτοὺς πάλιν πρὸς τὴν πίστιν φησί· προσερχώμεθα μετ' ἀληθινῆς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς, καὶ αὖθις· πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Ἰησοῦ καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ; προσήκει τοίνυν, τὴν διὰ τῶν ῥημάτων τούτων ἐπηγγελμένην τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἄμετρον ἀγαθότητα καθομολογεῖν ἡμᾶς, οἷα δούλους εὐγνώμονας, καὶ ἀληθῆ καὶ βέβαια λογίζεσθαι τὰ ἐπηγγελμένα· ἵνα κἂν διὰ νωθείαν ἢ ἀσθένειαν προαιρέσεως μὴ καθάπαξ ἑαυτοὺς τῷ πεποιηκότι παρέσχομεν, μηδὲ τῶν μεγάλων καὶ τελείων τῆς ἀρετῆς ἀντεποιησάμεθα μέτρων· ἀλλ' οὖν γέ τινος ἐλέους διὰ τὸ ὀρθὸν καὶ ἀδιάστροφον τοῦ φρονήματος, καὶ τὴν ὑγιῆ πίστιν ἐπιτεύξασθαι δυνηθῶμεν.

A tum sit, quæ nova est creatio puri cordis; eos Apostolus diserte pronuntiat similes illis, qui propter infidelitatem indigni judicati terra promissionis: [a] *Et quorum propterea cadavera prostrata sunt in deserto.* Quæ enim illic promissionis terra sensu aperto dicitur, mystico sensu ab affectibus liberationem indicat; quam & idem Apostolus finem esse omnis mandati declaravit. Hæc enim vera demum est promissionis terra, in cujus significationem cuncta illa typice traduntur. Propter quod divinus Apostolus securitati prospiciens discipulorum, ne cui contingeret capi contumaci incredulitatis supercilio: [b] *Videte*, inquit, *fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi a Deo vi-* B *vo*. Quod discedendi verbum non ad abnegationis, sed ad diffidentiæ promissionum significationem posuit: videlicet typica Judæorum ex allegoriis evolvens, & figuras cum veritate comparans subinfert dicens: [c] *Quidam enim audientes exacerbaverunt: sed non universi, qui profecti sunt ex Ægypto per Moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis? nonne illis qui peccaverunt, quorum cadavera prostrata sunt in deserto? Quibus autem juravit non introire in requiem ipsius, nisi incredulis? Et videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem*: [d] *Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem ipsius, existimetur aliquis ex vobis deesse. Etenim & nobis nuntiatum est, quem-* C *admodum & illis; sed non profuit illis sermo auditus fidei ex iis, quæ audierunt. Ingredimur enim in requiem qui credidimus.* Et post pauca rursus infert: [e] *Festinemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in ipsum quis incidat incredulitatis exemplum.* Quæ autem alia est Christianorum requies, a perfecta perturbationum ad peccatum trahentium liberatione, atque a plenissima & efficaci boni Spiritus in puro corde habitatione? Propterea & inducens rursus eos ad fidem, ait: [f] *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, adspersi corda a conscientia mala.* Et iterum: [g] *Quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo vivo & vero?* Convenit D igitur annuntiatam per hæc verba immensam Dei erga homines benignitatem confiteri nos, ut servos fideles; & vera firmaque reputare quæ promissa sunt, ut quantumvis propter propositi pigritiam & infirmitatem non prorsus nos semel in omne tempus Creatori præbuimus, neque ad magnas & perfectas virtutis adspiravimus mensuras; at aliquam saltem misericordiam ob rectitudinem irreflexam intentionis, & sanam fidem, consequi possimus.

Τὸ τῆς εὐχῆς καὶ τοῦ λόγου ἔργον ἁρμοζόντως ἐπιτελούμενον, πάσης ἀρετῆς τε καὶ ἐντολῆς ὑπεράνω τελεῖ· καὶ τούτου μάρτυς αὐτός· ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν Μάρθας τέ φημι καὶ Μαρίας παρέβαλε, τῆς μὲν Μάρθας περὶ τὴν διακονίαν ἀσχολουμένης, Μαρίας δὲ περὶ τοὺς αὐτοῦ πόδας καθεζομένης, καὶ τῇ ἀμβροσίᾳ τῆς θείας ἐκείνης γλώττης εὐωχουμένης, μεμφομένης αὐτῆς τῆς ἀδελφῆς, ὅτι μὴ συμπράττῃ ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο Χριστῷ προσελθούσης, αὐτὸς τὸ κυριώτερον τοῦ δευτέρου προθεὶς, Μάρθα ἔφη, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία· Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς· τοῦτο δὲ εἴρηκεν, ὡς ἔφημεν, οὐχ ὡς τὸ τῆς διακονίας ἔργον ἀποποιούμενος,


XIV. Orationis & verbi opus rite ac convenienter E exercitum, supra omnem virtutem & omne mandatum excellit. Hujus rei testis ipse est Dominus. Cum enim [h] in Marthæ ac Mariæ divertisset domum, & Martha circa ministerium occupata, interim dum Maria ad pedes Domini sedens, ambrosia divinæ illius linguæ quasi suaviter epulans fruebatur, quereretur de sorore, quod ipsam non adjuvaret, ac propter id ad Christum accessisset, ille principale accessorio præferens: [i] *Martha* (inquit) *solicita es, & turbaris erga plurima: porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Hoc autem dixit, ut præfati sumus, non ut ministerii opus reprobaret; sed ut ma-

a Heb. III. 17. b Ibid. ℣. 12. c Ibid. ℣℣. 16-19. d Heb. IV. 1-5. e Ibid. ℣. 11. f Heb. X. 22.
g Heb. IX. 14. h Luc. X. 38. i Ibid. ℣. 41.

ἀλλ' ὡς τὸ μεῖζον πάντως τοῦ ἐλάττονος προτιθείς· A ἐπεὶ πῶς αὐτὸς ἠνείχετο τῆς διακονίας; πῶς καὶ αὐτουργὸς φαίνεται τούτου γενόμενος, καὶ τοὺς πόδας νίψας τῶν μαθητῶν; τοσοῦτον δὲ ἀποσχόμενος τοῦ κωλῦσαι, ὅτι καὶ τὸν ἴσον τρόπον πρὸς ἀλλήλους ποιεῖν τοῖς μαθηταῖς ἐγκελεύεται· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς εὑρήσεις τοὺς ἀποστόλους, ἡνίκα πρότερον περὶ τὴν τῶν τραπεζῶν ἐπονοῦντο διακονίαν, τοῦ μείζονος ἔργου πρόκρισιν θεμένους, τῆς εὐχῆς, φημι καὶ τοῦ λόγου, οὐ δίκαιον γάρ φησιν ἡμᾶς καταλιπόντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ διακονεῖν τραπέζαις· ἀλλ' εὐξάμενοι ἄνδρας πλήρεις πνεύματος ἁγίου καταστήσωμεν ἐπὶ τῆς διακονίας ταύτης· ἡμεῖς δὲ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου καὶ τῇ προσευχῇ προσκαρτερῶμεν. ὁρᾷς, ὅπως τὰ πρῶτα τῶν δευτέρων προέκριναν, B καίπερ ἀμφότερα μιᾶς ἀγαθῆς ῥίζης οὐκ ἀγνοοῦντες εἶναι βλαστήματα.

A jus minori præponeret. Enimvero cui tandem videri possit male illum sensisse de ministerio, cujus utique auctorem & exemplar se ipsum exhibuit, pedes etiam discipulorum lavans [a]? Tantum profecto abfuit ut illud vetaret, ut discipulis præceperit, idem similiter erga se se mutuo exercere. Quin & ipsos invenies apostolos, quando primum circa mensarum ministerium laborabant, prælato huic potiori opere, orationis scilicet ac verbi; dixisse: [b] *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis*, sed præmissa oratione, *viros plenos Spiritu sancto constituamus super hoc opus; nos vero orationi & ministerio verbi instantes erimus*. Vides, ut prima secundis prætulerint: utcumque non B ignorarent, unius utraque bonæ radicis esse germina.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΥΠΟΜΟΝΗΣ ΚΑΙ ΔΙΑΚΡΙΣΕΩΣ

ΛΟΓΟΣ.

MACARII MAGNI

DE PATIENTIA ET DISCRETIONE.

LIBER.

Τοῖς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ βουλομένοις, καὶ ἀγαθὸν καρπὸν ἐργαζομένοις, σημεῖα παρακολουθεῖ ταῦτα· στεναγμὸς, κλαυθμὸς, κατήφεια, ἡσυχία, κεφαλῆς κίνησις, προσευχὴ, σιωπὴ, ἐπιμονὴ, ὀδυνηρὸν πένθος, πόνος καρδίας ὑπὲρ εὐσεβείας γενόμενος. τὰ δὲ ἔργα· ἀγρυπνία, νηστεία, ἐγκράτεια, πρᾳότης, μακροθυμία, ἀδιάλειπτος προσευχὴ, μελέτη τῶν θείων γραφῶν, πίστις, ταπείνωσις, φιλαδελφία, ὑποταγὴ, πόνος, κακοπάθεια, ἀγάπη, ἀγαθωσύνη, κοσμιότης, καὶ τὸ ὅλον φῶς, ὅ ἐστιν ὁ Κύριος. τῶν δέ γε μὴ ποιούντων καρπὸν ζωῆς σημεῖά ἐστι ταῦτα· ἀκηδία, μετεωρισμὸς, περίβλεψις, ἀπροσεξία, γογγυσμὸς, κέπφωσις. τὰ δὲ ἔργα· ἀδδηφαγία, ὀργὴ, θυμὸς, καταλαλιὰ, φυσίωσις, ἀκαιρολογία, ἀπιστία, ἀκαταστασία, λήθη, D ταραχὴ, αἰσχροκέρδεια, φιλαργυρία, ζῆλος, ἐριθεία, ὑπεροψία, φλυαρία, ἄκαιρος γέλως, ἐθελοδοξία, καὶ τὸ πᾶν σκότος, ὅπερ ἐστὶν ὁ σατανᾶς.

C I. Eos qui volunt obedire Dei verbo, & bonum fructum faciunt, hæc sequuntur signa: suspirium, planctus, mæstitia, quies, capitis motio, oratio, silentium, constantia in loco, dolorosus luctus, labor cordis pro pietate susceptus. Hæc vero opera: vigiliæ, jejunium, continentia, mansuetudo, longanimitas, oratio non intermissa, meditatio divinarum scripturarum, fides, humilitas, caritas fraterna, subjectio, labor, asperorum perpessio, caritas, bonitas, honestas, & omne lumen, quod est Dominus. Eorum autem qui non faciunt fructum vitæ, signa hæc sunt: incuria, transgressio ultra terminos, effusio aspectus in omnes partes, negligentia, murmuratio, levis circumactio. Opera D vero: voracitas, ira, vehementia, obtrectatio, tumor, importuna loquacitas, incredulitas, instabilitas, oblivio, turbatio, lucri sordidi captatio, pecuniæ cupiditas, æmulatio, contentio, despicientia, nugacitas, intempestivus risus, pertinacia sensus proprii; & omnes tenebræ, quæ sunt satanas.

Κατ' οἰκονομίαν θειοτέραν φησὶν, οὐκ εὐθέως εἰς τὴν κληρωθεῖσαν αὐτῷ γέενναν ὁ πονηρὸς παρεπέμφθη· ἀλλὰ βασάνου καὶ δοκιμασίας χάριν τοῦ τε ἀνθρώπου φημὶ παρείθη· ἵνα καὶ ἄκων δικαιοτέρους μὲν τοὺς ἁγίους διὰ τῆς ὑπομονῆς ἀπεργάσηται, καὶ μείζονος αὐτοῖς δόξης αἴτιος καταστῇ· ἑαυτῷ δὲ πάλιν διὰ τῆς ἰδίας ἐθελοκακίας, καὶ τῶν κατὰ τῶν ἁγίων ἐπινοιῶν δικαιοτέραν κατασκευάσῃ τὴν κόλασιν· E καὶ ἵνα, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος, καθ' ὑπερβολὴν γένηται ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία.

II. Per arcanæ, sed Deo dignæ, providentiæ consilium, non statim in decretam ipsi gehennam impius mittitur; sed interim sinitur hic vivere, ut vexet, ac vexando probet homines; atque ita, utcumque non volens, efficiat, ut sancti crescant in justitia per patientiam; ac per hoc majoris ipsis gloriæ caussa sit; sibique vicissim per suam volunta- E riam obstinationem in peccatis, & malitiosas machinationes in sanctos, tanto justius infligendam probet, quæ ipsi servatur, pœnam. Nimirum, quod divinus ait Apostolus, [c] *ut fiat supra modum peccans peccatum*.

a Joan. XIII. 5. b Act. VI. 2-4. c Rom. VII. 13.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

Ἀπατήσας τὸν Ἀδὰμ ὁ ἐχθρὸς, καὶ οὕτως αὐτοῦ A κυριεύσας ἀφεῖλέ τε αὐτὸν τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἄρχων ἐκεῖνος τοῦ αἰῶνος τοῦδε προσηγορεύθη. ἄρχων δὲ τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ δεσπότης τῶν ὁρωμένων ὁ ἄνθρωπος ἦν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ Κυρίου κατασταθείς· οὔτε γὰρ πῦρ αὐτοῦ κατίσχυεν, οὐχ ὕδωρ ἐπόντιζεν, οὐ θηρίον ἔβλαπτεν, οὐκ ἰοβόλον ἐπ' αὐτῷ τὸ οἰκεῖον ἐνήργει· ἀφ' οὗ δὲ τῇ ἀπάτῃ εἷξε, προδέδωκε τῷ ἀπατήσαντι τὴν ἀρχήν· δι' ἣν αἰτίαν φαρμακοί τε καὶ γόητες κατ' ἐναντίαν ἐνέργειαν, Θεοῦ δὲ συγχώρησιν, παραδοξοποιοὶ δείκνυνται, ἰοβόλων τε γὰρ κυριεύουσι, καὶ πυρὸς καὶ ὑδάτων κατατολμῶσιν, ὡς οἱ περὶ Ἰαννῆν φημι καὶ Μαμβρῆν τῷ Μωσῇ ἀντικείμενοι, καὶ ὡς Σίμων τῷ κορυφαίῳ Πέτρῳ ἀντιφερόμενος. B

III. Cum decepisset Adamum inimicus, & sic eum dominio suo subjugasset, eripuit ei, quam prius habebat, potestatem; ita princeps hujus sæculi declaratus est. Princeps siquidem hujus sæculi, & dominus omnium visibilium homo ab initio fuerat a Deo constitutus. Non enim ipsi prævalere ignis poterat, non eum aqua demergere, non illi fera nocere, non suum in ejus membra venenum noxium quodvis animal diffundere. Ex quo autem deceptioni succubuit, prodidit deceptori principatum suum. Propter quam caussam magi & præstigiatores, & per adversariam efficaciam mira, Deo sic permittente, operantur, venenatis dominantes bestiis, ignemque & aquas sine noxa subeuntes, ut Jannes & Mambres adversarii Mosis: ut Simon principi apostolorum Petro se se ausus est opponere.

Οἶμαί φησιν, ὅτι καὶ τὴν προτέραν αὐτοῦ Ἀδὰμ δόξαν ὁμοίως τῷ προσώπῳ Μωσέως ἐπιλάμπουσαν, τὸν ἐχθρὸν θεασάμενον ἱκανῶς τρωθῆναι· καθάπερ τεκμηράμενον τὴν τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας καθαίρεσιν. οὐδὲν δὲ τὸ κωλύον καὶ τὸ ἀποστόλου ῥητὸν πρὸς τοῦτο φέρεσθαι· τὸ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας· δοκῶ γάρ μοι, τὸ δεδοξασμένον πρόσωπον Μωσέως τύπον καὶ ὑπόδειγμα σώζει τοῦ πρώτου διὰ χειρῶν Θεοῦ δημιουργηθέντος ἀνθρώπου· ὅπερ ἰδόντα τὸν θάνατον, τουτέστι θανάτου αἴτιον διάβολον, ἐκεῖ μὲν ὑποπτεῦσαι τῆς βασιλείας διαπεσεῖν· ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου πρὸς C ἀλήθειαν τοῦτο παθεῖν. ταύτην τοιγαροῦν τὴν δόξαν ἀπό γε τοῦ νῦν οἱ ἀληθεῖς Χριστιανοὶ περιβάλλονται· καὶ ἔνδοθεν ὑπ' αὐτῶν ὁ θάνατος, εἴτουν τὰ τῆς ἀτιμίας καταργεῖται πάθη, ἐνεργεῖν μὴ δυνάμενα· ἅτε δὴ τῆς τοῦ πνεύματος δόξης ἐν αἰσθήσει καὶ πληροφορίᾳ πάσῃ ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν ἐλλαμπούσης.

IV. Existimo diabolum, quando animadvertit iterum effulgentem in facie Mosis eamdem gloriam, quam in vultu Adami viderat, non parum fuisse perculsum; utpote inde augurium ducentem dejectionis ex suo regno. Nihil autem impedit, quin Apostoli dictum ad id referamus, [a] *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysem, etiam in eos qui non peccaverunt*. Opinio enim hæc mea est, glorificatam illam faciem Moysis, expressam velut ex antiquo exemplari formam repræsentasse conspicuæ claritatis, qua Deus primi suis manibus effecti hominis vultum insigniverat. Quod cum videret mors, hoc est, mortis auctor diabolus, tum suspicari eum cœpisse, excidere se regno, & a Domino vere hoc se passurum. Eamdem porro gloriam & nunc veri Christiani induunt intus in mente; ubi deleta morte, hoc est, passionibus ignominiæ, sive concupiscentiis ita debilitatis, ut operari nequeant, gloria Spiritus effulget in sensu, & plenitudine omni fiduciæ animas illorum irradians.

Διὰ τῆς γυναικὸς ὡς δι' ὁμοίου τινὸς ὁ ἐχθρὸς ἀπατήσας, ἀφαιρεθῆναι τὴν περικειμένην τὸν Ἀδὰμ δόξαν πεποίηκε· καὶ οὕτως γυμνός τε εὑρέθη, καὶ τὴν ἀσχημοσύνην εἶδε τὴν ἑαυτοῦ, ἣν δὴ πρότερον οὐχ ἑώρα, ἅτε τοῦ φρονήματος αὐτοῦ τοῖς οὐρανίοις κάλ- D λεσιν ἐντρυφῶντος· καὶ γὰρ μετὰ τὴν παράβασιν πρόσγεια γέγονεν αὐτῷ καὶ χαμαιπετῆ τὰ νοήματα· καὶ τὸ ἁπλοῦν αὐτῷ καὶ ἀγαθὸν φρόνημα φρονήματι κακίας σαρκικῷ συνεπλάκη· τὸ δὲ κλεισθῆναι τὸν παράδεισον καὶ τῇ φλογίνῃ ῥομφαίᾳ, καὶ τῷ χερουβεὶμ ἐπιτραπῆναι διακωλύειν αὐτῷ τὴν εἴσοδον, τοῦτο κατὰ μὲν τὸ ὁρατὸν καὶ πιστεύεται γεγενῆσθαι ὡς εἴρηται· εὑρίσκεται δὲ καὶ παρ' ἑκάστῃ ψυχῇ κατὰ τὸ λανθάνον. κύκλῳ γὰρ τῆς καρδίας τὸ κάλυμμα τοῦ σκότους περιχωρεῖ, τοῦ πυρός φημι τοῦ κοσμικοῦ πνεύματος, ὅπερ οὔτε τὸν νοῦν ἐντυχεῖν τῷ Θεῷ, οὔτε τὴν ψυχὴν ἀφίησι κατὰ τὸ αὐτῆς θέλημα ἢ εὔξασθαι ἢ πιστεῦσαι, ἢ ἀγαπῆσαι τὸν Κύριον· τούτων δὲ πάντων ἡ πεῖρα διδάσκαλος τοῖς γνησίως ἑαυτοὺς τῷ E Κυρίῳ πιστεύσασι, τῇ τε ἐπιμονῇ τῆς εὐχῆς, καὶ τῇ εὐτόνῳ κατὰ τοῦ πολεμοῦντος ὁρμῇ.

V. Per mulierem, aptum ob similitudinem instrumentum fallendi, decepto inimicus Adamo effecit, ut auferretur ipsi gloria. Inde ille nudus repertus, suam vidit turpitudinem, ad quam antea non adverterat, mente quippe contemplandis formis cælestibus cum delectatione affixa. Etenim post transgressionem in terram vergentes & humo pronæ fuerunt ejus cogitationes; & prior illa simplex & bona intelligentia, notionibus malitiæ carneis concreta fuit. Clausus autem quod dicitur [b] homini fuisse paradisus, & flammeo gladio, ac Cherubim injunctum, ut ingredi prohiberet ipsum; credendum quidem est vere ita & sensibiliter tunc factum; reperitur autem idem arcana ratione in qualibet anima fieri. Undique enim circum cor velum quoddam tenebrarum oppansum est, fumus inquam, ex igne mundani spiritus, qui neque mentem conversari cum Deo sinit, neque animam permittit, pro ut ipsa vellet, aut orare, aut credere, aut amare Dominum. Horum autem omnium experientia magistra est iis, qui sincere se ipsos Domino crediderunt, tum perseverantia orationis, tum constanti adversus hostem oppugnantem impetu.

Ῥάβδος ἐστὶ παιδείας καὶ λῶρος μαστίγων, ὁ τοῦδε τοῦ αἰῶνος ἄρχων τοῖς κατὰ πνεῦμα νηπίοις· αὐτοῖς μὲν, ὥσπερ γοῦν καὶ πρότερον εἴρηται, μεγάλην δόξαν καὶ πλείονα τὴν τιμὴν διὰ τῶν θλίψεών τε καὶ πειρασμῶν· ἐκ τούτων γὰρ καὶ τὸ τελείους αὐτοὺς γίνεσθαι περιγίνεται· ἑαυτῷ δὲ πλείονά τε καὶ βαρυτέραν κατασκευάζων τὴν κόλασιν· ὅλως γὰρ μεγίστη τις δι' αὐτοῦ οἰκονομεῖται οἰκονομία· καθὼς εἴ-

VI. Virga est disciplinæ & lorum plagas infligens, princeps hujus sæculi parvulis in spiritu; ipsis quidem, ut prius etiam dictum est, magnam gloriam & abundantiorem honorem per afflictiones & tentationes procurans; ex his enim, ut & ipsi perfecti evadant, oritur; sibi autem miser ipsi majorem gravioremque præparans pœnam. Omnino enim maxima & mira quædam per eum administratur di-

a Rom. V, 14. b Gen. III. 24.



ρηταί που· συνεργεῖ τὸ πονηρὸν τῷ ἀγαθῷ προαιρέσει οὐ καλῇ· ταῖς γὰρ ἀγαθαῖς καὶ καλὴν τὴν προαίρεσιν ἐχούσαις ψυχαῖς, καὶ τὰ δοκοῦντα λυπηρὰ εἰς ἀγαθὸν τελευτᾷ· καθὰ δὴ καὶ τὸ τῷ ἀποστόλῳ εἰρημένον ἐστίν· ἤγουν τὸ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν.

spensatio, prout dictum alicubi est: *Cooperatur malum bono intentione non bona*. Bonis siquidem & laudabili vigentibus proposito animabus, quæ molesta videntur in bonum desinunt: quod ipse quoque affirmavit Apostolus sic scribens: [a] *Diligentibus Deum omnina cooperantur in bonum.*

Τούτου ἕνεκεν ἡ τῆς παιδείας αὕτη ῥάβδος ἀφείθη φησὶν, ἵνα δι᾽ αὐτῆς ὡς ἐν καμίνῳ πυρὸς τὰ σκεύη πυρούμενα, τὰ μὲν δόκιμα στερεώτερα φανῇ· τὰ δὲ ἀδόκιμα εὔθραυστα ὄντα ἐλεγχθῇ, τοῦ πυρὸς τὴν καῦσιν οὐχ ὑπομείναντα· δοῦλος δὲ ὢν οὗτος καὶ κτίσμα δεσποτικὸν, οὐχ ὅσον αὐτῷ δοκεῖ ἐκπειράζει, οὐδὲ καθόσον βούλῃ τὰς θλίψεις ἐπάγει· ἀλλ᾽ ὅσον δὴ τὸ δεσποτικὸν ἐπιτρέψει νεῦμα διὰ τῆς παραχωρήσεως· αὐτὸς γὰρ σὺν ἀκριβείᾳ τὰ πάντων εἰδὼς, ὁπόσον ἐστὶ δύναμις ἑκάστῳ, τοσοῦτον αὐτῷ καὶ τὸ δοκίμιον ὑποστῆναι παραχωρεῖ, καθὰ δὴ καὶ τῷ ἀποστόλῳ δοκεῖ· πιστὸς γὰρ ὁ Θεός φησιν, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε· ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν.

VII. Hujus rei gratia ista, de qua dixi, virga disciplinæ sævire permittitur, ut per eam velut in fornace ignis excocta vasa, quæ quidem proba sunt, soliditatem demonstrent; quæ vero proba non sunt, fragilitatis coarguantur, ignis ardorem non ferentia. Cum sit autem diabolus servus & creatura Dei, imperium ejus absolutum agnoscens, non quantum ipsi libet, tentat, nec quam multas ac graves vult afflictiones immittit; sed quantum herilis nutus permittit, permissione limitata. Sane Deus exactissime quantum in unoquoque est pervidens, exploratum habet, quantum cuique insit virium; & ad eum modum probationem ei admoveri permittit; sicut etiam videtur Apostolo, dum ait: [b] *Fidelis Deus, qui non permittit vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.*

Ζητῶν καὶ κρούων κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, καὶ μέχρι τέλους αἰτῶν τυγχάνει τῶν αἰτημάτων· μόνον ἐχέτω παῤῥησίαν οὗτος, τοῦ τῷ νῷ καὶ γλώττῃ ἀπαραλείπτως ἐπιζητεῖν, καὶ τοῦ τῇ σωματικῇ λειτουργίᾳ ἀνενδότως προσκαρτερεῖν· μὴ τοῖς κοσμικοῖς πράγμασιν ἐμπλεκόμενος, μηδὲ τοῖς τῆς κακίας πάθεσι συνηδόμενος· ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών· ὅτι πᾶν ὃ ἐὰν αἰτήσητέ με ἐν προσευχῇ πιστεύοντες, λήψεσθε. οἱ δὲ λέγοντες, ὅτι κἂν πάντα ποιήσειέ τις τὰ ὑποτεταγμένα, παραμείνας δὲ μὴ τύχῃ τῆς χάριτος, κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον, οὐδὲν ὤνησε· κακῶς οἴδασί τε καὶ λέγουσι, καὶ ταῖς θείαις ἀσυμφώνως γραφαῖς· οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ, ἵνα τῶν ἡμῖν καθηκόντων κατορθωθέντων, αὐτὸς τῶν παρ᾽ ἑαυτῷ ἀμελήσειε· μόνον ἐπιμελὲς ἔστω σοι εὑρεθῆναι τότε, ὅτε σου ἡ ψυχὴ τοῦ ἀθλίου τοῦδε λύεται σώματος, ἀγωνιζόμενον, σπεύδοντα, προσδεχόμενον τὴν ἐπαγγελίαν, προσκαρτεροῦντα, πιστεύοντα, ἐν διακρίσει ζητοῦντα· κἀγώ σοι λέγω καὶ μὴ ἀπίστει, μετὰ χαρᾶς ἀπελεύσῃ, καὶ παῤῥησίαν ἕξεις, κατὰ τῆς βασιλείας ὀφθήσῃ ἄξιος· καὶ γὰρ ὁ τοιοῦτος, ἐν λεπτότητι διὰ τῆς πίστεώς φημι, καὶ τῆς προθυμίας, ἤδη κοινωνεῖ τῷ Θεῷ· ὡς γὰρ ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι ταύτην ἐν τῇ καρδίᾳ μεμοίχευκε, καίτοι κατὰ σῶμα μὴ μιανθεὶς οὗτος, ὅμως ὡς μοιχεύσας ἤδη λελόγισται· οὕτως ὁ τὰ πονηρὰ μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ ἀποστραφεὶς, τῷ δὲ Κυρίῳ κολλώμενος πόθῳ καὶ ἐκζητήσει, προσεδρείᾳ τέ φημι καὶ θεοφιλεῖ διαθέσει, καθάπερ ἤδη κοινωνεῖ τῷ Θεῷ, καὶ μέγα δῶρον αὐτίκα παρὰ Θεοῦ ἔχει αὐτὸ τοῦτο, τὸ τῇ εὐχῇ προσεδρεύειν τῇ ἀγαθῇ τε σπουδῇ καὶ πολιτείᾳ τῇ φιλαρέτῳ· εἰ γὰρ καὶ ποτηρίου ψυχροῦ δόσις οὐκ ἄμισθος, πόσῳ μᾶλλον τοῖς αὐτῷ προσανέχουσιν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, δεομένοις τὸ ἐπαγγελθὲν Θεὸς παρέξει;


VIII. Quærens & pulsans juxta Domini vocem, & usque ad finem petens, consequitur quæ petit. Tantum circa hoc suæ conscientiæ satisfacere is curet, ut mente & lingua indesinenter quærat, & corporeo ministerio enixim incumbat; nec sæcularibus negotiis implicetur, neve pravitatis delectetur affectibus. Verax siquidem est qui dixit: [c] *Omne quodcumque petieritis me in oratione, credentes, accipietis*. Qui autem dicunt: *utcumque omnia quis effecerit quæ præscribuntur, exspectatam autem gratiam consequutus non fuerit, quod ad præsens attinet sæculum, nihil profecit*; male & sentiunt & loquuntur, divinisque haud congrue scripturis. Non enim injustitia est apud Deum, ut iis, quæ nostri sunt officii a nobis perfectis, ipse quæ suarum sunt partium, negligat. Tantum curæ tibi sit, ut reperiare tunc, quando anima tua ex hoc solvitur corpore, fortiter decertans, studiose satagens, exspectans promissionem, perseverans, credens, in discretione quærens; & ego tibi dico, nec credere dubites, cum gaudio abibis, & fiduciam habebis, & regno videberis dignus. Etenim talis (in tenuitate mea per fidem & piam confidentiam aio) talis inquam jam Deo communicat. Ut enim, [d] *qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo*; etsi minime hic fuerit corpore pollutus; tamen jam adulterii reputatur reus. Sic qui cor quidem suum a malis avertit, Deo autem adhærens desiderio & inquisitione, perseverantia apud Deum, ac flagrante in Dei amorem proposito animi, jam jam quasi particeps Dei est; certe magnum donum statim a Deo habet, istam ipsam persistendi, in oratione gratiam, simul cum bono studio, & conversatione virtutis amante. Si enim ne calicis quidem frigidæ donatio mercede caret sua; quanto magis iis, qui diu noctuque intentis in ipsum oculis ab eo postulant, promissum Deus præbebit?

Πρὸς τοὺς διαποροῦντάς φησι, τί ὅτι μὴ γίνεταί τις ἡμέρα, ἐν ᾗ καὶ μὴ διὰ μίσους ἔχω τὸν ἀδελφὸν, ἢ καὶ ἄλλα τινὰ πονηρὰ ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι, ἃ καὶ ἄκοντι συμβαίνει μοι πάσχειν; ταῦτα λεκτέον· ὡς ὁ μὲν ἀγὼν ἅπας καὶ ἡ σπουδὴ τῷ ἀνθρώπῳ, ὥστε καὶ τῷ πονηρῷ καὶ τοῖς πονηροῖς ἀντιπίπτεσθαι λογισμοῖς διὰ παντὸς ἔσται· ἀμήχανον

IX. Illis, qui anxio animo æstuantes dicunt: *En erit illa umquam dies, qua non sentiam aversionem animi a fratre, aut alias similes, quarum mihi sum conscius, pravas affectiones, quas quidem invitus patior*; hæc reponenda sunt: Homini certamen studiumque omne in hoc esse constitutum, ut diabolo & pravis cogitationibus semper obluctetur. Vi-

a Rom. VIII, 28. b 1. Cor. x. 13. c Matth. xxi. 22. d Matth. V. 28.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



δὲ, ἵνα τὸ σκότος τῶν παθῶν, καὶ ὁ θάνατος τοῦ A φρονήματός φημι τῆς σαρκὸς μὴ ἐπιδείκνυσθαί τινα καρπὸν ἴδιον τὴν κακίαν ἤτοι κεκρυμμένως ἢ φανερῶς· ὥσπερ γάρ τι τραῦμα ἐν σώματι ὂν, ἀδιώλυτον ἕως οὔπω τέλειον ἰαθῇ, ὡς μηδ᾽ ὀλίγῳ τινὶ τῷ ἰχῶρι μυδᾷν· καὶ ταῦτα θεραπευόμενόν τι, καὶ μηδενὸς τῶν εἰς ἐπιμελείας τούτου λόγων ἡκόντων ἀπαξιούμενον· ἀμεληθὲν δὲ σῆψίν ἐστι δ᾽ ὅτε καὶ λύμην τῷ ὅλῳ ἐργάζεται σώματι· τὸν αὐτὸν οἶου μοι τρόπον καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, καὶ πολλῆς ἀπολαύοντα τῆς σπουδῆς, ὅμως ἔνδον σμύχοντα ἐπιμένειν· πλὴν ἀλλὰ τῷ παραμόνῳ τῆς ἐπιμελείας διὰ τοῦ Χριστοῦ χάριτός τε καὶ συνεργείας ἐντελῆ λαμβάνει τὴν ἴασιν· ἔστι γάρ τις κρυπτὸς ῥύπος, καὶ περιττόν τι σκότος παθῶν, ὃ παρὰ τὴν καθαρὰν B τοῦ ἀνθρώπου φύσιν διὰ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως παρεισέδυ πάσῃ τῇ ἀνθρωπότητι· καὶ τοῦτο θολοῖ καὶ καταμιαίνει καὶ σῶμα δήπου καὶ τὴν ψυχήν· ἀλλ᾽ ὥσπερ σίδηρος πυρούμενός τε καὶ τυπτόμενος καθαίρεται· ἢ χρυσὸς χαλκῷ ἢ καὶ σιδήρῳ συγκραθεὶς πυρὶ διαιρεῖται μόνῳ· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ διὰ τῶν ἀχράντων τοῦ Σωτῆρος παθῶν τῷ ἀγαθῷ πνεύματι πυρουμένη καὶ τυπτομένη, παντὸς πάθους καὶ πάσης ἐκκαθαίρεται ἁμαρτίας.

A tari autem non posse, quin caligo perturbationum, & mors insidens sapientiæ carnis non producant fructum aliquem malitiæ vel occulte vel palam. Ut enim vulnus in corpore quoad non plane obductum est, caveri nequit, quin exiguo saltem aliquo tabis effluxu madens sordeat; quantalibet diligentia curetur, nihilque omittatur industriæ in eis adhibendis remediis adjumentisque omnis generis; idem vero si prorsus negligatur, corruptionem interdum perniciemque toti infert corpori: simili puta modo affectiones quoque animæ, utcumque multa fuerit adhibita cura, intus tamen adhuc, tabo suo corrumpuntur, tandem tamen assiduitate diligentissimæ curationis, per Christi gratiam, perfecte sanantur. B Est enim occulta quædam fæx, & tenebrarum redundans offusio ex affectibus, quæ in puram a principio hominis naturam Adami se transgressione insinuavit in humanitatem; hæc polluit, hæc contaminat tam corpus videlicet quam animam. Verum ut ferrum dum ignitum contunditur, expurgatur; utque aurum æris aut ferri mixtione infectum, igni secernitur; pari ratione anima per immaculatas perpessiones Salvatoris, sancto Spiritu ignita, & percussa, ab omni pravo affectu & peccato expurgatur.

Ὥσπερ τινὲς λαμπάδες πολλαὶ ἑνὶ ἐλαίῳ καὶ ἑνὶ ἀναφθεῖσαι πυρὶ, οὐκ ἴσῳ τῷ μέτρῳ πολλάκις τὴν τοῦ πυρὸς αὐγὴν ἀφιᾶσιν· οὕτω καὶ τὰ χαρίσματα C τὰ ἐκ διαφόρων κατορθωμάτων, διάφορον ἔχει καὶ τὴν αὐγὴν τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος· ἢ ὥσπερ ἐν πόλει πολλῶν ὄντων, καὶ τὴν αὐτὴν οἰκούντων, ἑνί τε ἄρτῳ καὶ ἑνὶ χρωμένων ὕδατι, οἱ μὲν αὐτῶν ἄνδρες, οἱ δὲ νήπιοι, οἱ δὲ παῖδές εἰσιν, οἱ δὲ γέροντες, καὶ πολὺ τὸ παραλλάττον ἐν αὐτοῖς καὶ διάφορον· ἢ ὥσπερ σῖτος ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ χώρᾳ κατεσπαρμένος, διαφόρους δήπου καὶ τοὺς στάχυας ἀναδίδωσιν· ἐν μέντοι τῇ αὐτῇ ἅλῳ συνάγεται, καὶ τῇ αὐτῇ ἀποθήκῃ ἐναποτίθεται· οὕτως οἶου μοι κἂν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει διαφορὰν δόξης τῶν ἀνισταμένων δοξάζεσθαι, καὶ γνωρίζεσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν κατορθωμάτων, κατὰ τὴν μετουσίαν τοῦ ἐνταῦθα ἤδη ἐνῳκηκότος αὐτοῖς θείου πνεύματος· καὶ τοῦτο εἶναι τὸ, ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ.

X. Ut quædam lampades uno plures oleo, uno accensæ igni, haud parem tamen sæpe emittunt fulC gorem; sic & charismata in diversis ad quæ habilitant bonis operibus, differentem evibrant ejusdem boni Spiritus splendorem. Aut ut in civitate multos amplectente cives, licet cuncti uno pane, unoque potus genere utantur; tamen horum alii quidem viri, alii parvuli, multi pueri, alii senes; multumque discriminis & differentiæ in ipsis est: vel quemadmodum frumentum in uno & eodem seminatum agro, diversas spicas profert; tamen universum in eamdem una confertur aream, in unum pariter reconditur horreum: sic & tu existima me auctore, in mortuorum quoque resurrectione differentiam gloriæ fore, iis, qui resurgunt, glorificatis & illustribus pro dignitate operum bonorum, D & pro communione inhabitantis jam ibidem ipsos divini Spiritus; & hanc esse sententiam illius dicti apostolici: [a] *Stella differt a stella in claritate.*


Τοῦτο μόνον κατὰ σπουδὴν ἔστω· ἵνα τις γεννηθεὶς τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ τὴν ἔνοικον ἀπονίψηται ἁμαρτίαν· καὶ γὰρ ἔν τινι μέρει καὶ ἐκείνη ἡ διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου γέννησις, εἰκόνα τελειότητος ἔχει ἔν τε τῇ μορφῇ καὶ τοῖς μέλεσιν· οὐ μέντοι δυνάμει, ἢ νῷ, ἢ ἀνδρείᾳ· ὁ γὰρ πρὸς ἄνδρα τέλειον καὶ μέτρον ἀφικόμενος ἡλικίας, τὰ τοῦ νηπίου πέφυκε καταργεῖν· καὶ τοῦτο ἔστιν, ὅπερ ὁ ἀπόστολος ἔλεγεν· εἴτε γλῶσσαι καταργηθήσονται, εἴτε προφητεῖαι· ὥσπερ γὰρ ὁ ἀνὴρ ἤδη γενόμενος, οὔτε τροφὰς οὔτε λόγους τοὺς παιδὶ προσE ήκοντας καταδέχεται, ἀλλ᾽ ἀναξιοπαθεῖ πρὸς αὐτὰ, ὡς ἑτέρας ἤδη διαγωγῆς ἐπιβάς· οὕτως ὁ πρὸς τελείωσιν τῶν εὐαγγελικῶν αὐξάνων κατορθωμάτων, τὴν νηπιότητα τὴν ἑαυτοῦ πρὸς τὴν τελειότητα κατασπάσει· ὅτε γάρ, φησιν, ὁ θεῖος ἀπόστολος, γέγονα ἀνήρ, κατήργησα τὰ τοῦ νηπίου.

XI. Solum peculiari quisque studio curet, ut regeneratus Spiritu sancto, inhabitans in se peccatum abstergat. Etenim in parte quadam, etiam illa ipsa per sanctum Spiritum generatio imaginem perfectionis habet, & in forma & in membris; non tamen virtute, aut mente, aut fortitudine. Nam qui in virum perfectum & mensuram pervenit ætatis, quæ erant parvuli, solet evacuare. Et hoc est quod Apostolus dixit: [b] *Sive linguæ cessabunt, sive prophetiæ.* Sicut enim vir jam factus, E neque escas neque sermones puero convenientes admittit, sed ea ut sibi indecora dedignatur, tamquam qui in alterum jam vitæ statum profecerit; sic qui ad perfectionem Evangelicorum crescit officiorum, infantiam propriam ad perfectionem trahet. [c] *Quando* enim ait divinus Apostolus, *factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli.*

Τὸ μὲν κατὰ πνεῦμα γεννώμενον, τρόπῳ τινὶ, καθὼς ἐδείκνυμεν, τέλειόν ἐστιν. ὥσπερ καὶ τουτὶ τὸ νήπιον τέλειον εἶναι λέγομεν, ἐν τῷ τὰ μέρη πάντα τῆς ὁλότητος ἀποσώζειν· πάλιν ὁ μὲν Κύριος οὐχὶ πνεῦμα καὶ χάριν δίδωσιν, ἵνα τις περιπέσῃ ταῖς ἁμαρτίαις· αὐτοὶ δὲ ἑαυτοῖς αἴτιοι τῶν κα-

XII. Quod quidem per Spiritum gignitur, modo quodam, ut ostendimus, perfectum est. Sicut aliquem infantulum recens natum, suo modo esse perfectum dicimus, eo quod partes habeat omnes humani corporis. Rursus Dominus quidem haudquaquam Spiritum & gratiam dat, ut quis cadat in

a 1. Cor. xv. 41. b 1. Cor. XIII. 8. c Ibid. ℣. 25.



κἂν οἱ ἄνθρωποι, τῇ χάριτι μὴ στοιχοῦντες, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς κακοῖς ἁλισκόμενοι· δύναται δὲ καὶ ἐξ ἰδίων ὀλισθαίνειν καὶ φυσικῶν ὁ ἄνθρωπος λογισμῶν, ἀμελῶν, ἢ καταφρονῶν, ἢ καὶ οἰήσει χρώμενος, ἄκουε γὰρ τί φησιν ὁ Παῦλος· ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ ἄγγελος σατάν· ὁρᾷς, ὅτι καὶ οἱ τηλικούτων ἁψάμενοι μέτρων ἐπιδεεῖς εἰσιν ἀσφαλείας· ἄλλως τε καὶ εἰ μὴ δῷ πρόφασιν τῷ σατανᾷ ὁ ἄνθρωπος, οὐ κυριεύσειεν ἂν αὐτοῦ βίᾳ· παρὰ τοῦτο, οὔτε τῷ μέρει τοῦ Χριστοῦ, οὔτε τοῦ ἀντικειμένου τὸ πρᾶγμα λογίζεται· ἀλλὰ τῇ μὲν χάριτι τοῦ πνεύματος προστεθεὶς εἰς τέλος, τῆς μερίδος γίνεται τοῦ Χριστοῦ· μὴ οὕτω δὲ σχών, κἂν πνεύματι γεννηθῇ, τὸ δέ ἐστι, κἂν μέτοχος καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος γένηται, παρ' ἑαυτοῦ ἕξει, τὸ ὀπίσω τοῦ θελήματος πορευθῆναι τοῦ σατανᾶ· εἴτε γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος, εἴτε καὶ ὁ σατανᾶς πρὸς βίαν ἐλάμβανον, οὐκ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἑαυτῷ αἴτιος, οὔτε εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν, οὔτε βασιλείας ἐπιτυχεῖν.

A peccata; ipsi autem homines sibi caussa malorum sunt ductum abnuentes gratiæ, ideoque illaqueati malis. Potest autem ex propriis labi etiam naturalibus homo cogitationibus, negligens, vel contemnens, aut arroganti utens præfidentia, audi enim quid dicat Paullus: [a] *Ne extollar, datus est mihi stimulus carnis angelus satanæ*. Vides, ut etiam qui tantis profectibus ad tam sublimem sunt evecti virtutis gradum, securitatis sint indigi. Ceterum nisi det occasionem ultro & aditum satanæ homo, non utique per vim ei dominabitur. Propter quod, neque parti Christi, neque adversarii res imputatur: sed qui gratiæ Spiritus se adjungit usque in finem, partis Christi fit: qui vero non ita se habet, ut- B cumque Spiritu generetur, hoc est, etiamsi particeps sancti Spiritus fiat, in suo arbitrio habebit sequi voluntatem satanæ. Sive enim ipse Dominus, sive satanas per vim traherent, non esset homo sibi caussa ipsi suæ sortis malæ aut bonæ, cadendi in gehennam, aut in regnum perveniendi.

Πολλῆς τῷ φιλαρέτῳ φροντιστέον τῆς διακρίσεως, ὥστε τῆς τοῦ καλοῦ καὶ κακοῦ διαφορᾶς ἀπογνώμονα εἶναι, καὶ τὰς ποικίλας τοῦ πονηροῦ τέχνας δι' ἀλόγων φαντασιῶν εἰωθότος τοὺς πολλοὺς παρακρούεσθαι, βασανίζειν καὶ συνιέναι. πλὴν τὸ ἀσφαλὲς, πρὸς πάντα λυσιτελές· μὴ τοίνυν ἐλαφρότητι διανοίας ταχὺ σεαυτὸν ἐμπάρεχε ταῖς τῶν νοερῶν ἐπιστασίαις εἰς ἀπάτην σου· κἂν αὐτοὶ οἱ οὐράνιοι ἄγγελοι ὦσιν· ἀλλὰ μένε βαρὺς, βασάνῳ ταῦτα διδοὺς ἐπιμελεστάτῃ· τὸ μὲν καλὸν οἰκειούμενος, τὸ πονηρὸν διωθούμενος· οὐ γὰρ ἄδηλα τὰ τῆς χάριτος ἐνεργήματα, ἅπερ ἡ ἁμαρτία, κἂν τὸ τοῦ ἀγαθοῦ πρόσωπον ὑποκρίνηται, παρασχεῖν οὐ δεδύνηται. εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν ἀπόστολον, οἶδεν ὁ σατανᾶς εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματίζεσθαι, χάριν τοῦ ἀπατῆσαι· ἀλλ' οὖν κἂν ὁράσεις λαμπρὰς περιβάλληται, ἀγαθὴν ἐνέργειαν, ἥπερ εἴρηται, παρασχεῖν οὐ δυνήσηται· δι' οὗ καὶ τὸ παράσημον ἀκριβὲς γίνεται. οὐ γὰρ ἀγάπην τὴν εἰς Θεὸν ἢ πλησίον, οὐ πραότητα, οὐ ταπείνωσιν, οὐ χαρὰν, οὐκ εἰρήνην, οὐ τοῦ κόσμου μῖσος, οὐκ ἀνάπαυσιν πνευματικὴν, οὐκ ἐπιθυμίαν τῶν οὐρανίων ἐνεργημάτων δύναται [1], οὐ πάθη καὶ ἡδονὰς καταπαῦσαι, ἅπερ φανερῶς εἰσι τῆς χάριτος ἐνεργήματα, ὁ γὰρ καρπός φησι τοῦ πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη καὶ τὰ ἑξῆς· τάχα δὲ τῦφον μᾶλλον ἐκεῖνος ἐμποιῆσαι καὶ ὑψηλοφροσύνην ἐπιτηδειότατός τε καὶ δυνατώτατος· ἐκ γοῦν τῆς ἐνεργείας εἴσῃ τὸ ἐλλαμφθὲν ἐν τῇ ψυχῇ σου νοερὸν φῶς, πότερον τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦ σατανᾶ πέφυκεν ὄν· πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ, εἴπερ ἔῤῥωται τὰ τῆς διακρίσεως, εὐθὺς ἀπὸ τῆς νοερᾶς αἰσθήσεως, δῆλα τὰ τῆς διαφορᾶς γίνεται· ὥσπερ γὰρ ὄξος οἴνῳ, κατὰ μὲν τὴν ὅρασιν ἕν, ἐκ δὲ τῆς κατὰ τὴν γεῦσιν αἰσθήσεως ὁ λάρυγξ ἑκατέρου κρίνει τὸ ἴδιον· οὕτω δὴ καὶ ψυχὴ ἐξ αὐτῆς γε τῆς νοερᾶς αἰσθήσεως, καὶ τῆς ἐνεργείας δυνατὴ κρίνειν τά τε τοῦ πνεύματος χαρίσματα, καὶ τὰ τοῦ ἀλλοτρίου φαντάσματα.

XIII. Homini, virtutis studioso, multa cura satagendum est, ut discretione polleat, ut quo differentiam boni & mali exploratam habeat, & varias diaboli versutias, soliti per speciosas imaginationes plurimos pervertere, discutiat, atque intelligat. Siquidem in omni negotio utilissimum est securitati consulere. Ne igitur levitate mentis cito te ipsum C præbe credulum spiritualium potestatum impulsibus, ad te decipiendum forte comparatis. Etiamsi qui loquuntur cælestes sint angeli. Sed sta in gradu tardus, examini istius generis subjiciens exactissimo; quod bonum est, amplectens, quod malum, rejiciens. Non enim ignoti sunt effectus gratiæ, quos peccatum, utcumque boni personam assimulet, non potest repræsentare. Nam etsi, secundum Apostolum: [b] *Novit satanas transfigurare se in angelum lucis*, tamen licet visiones offerat splendidas, bonam operationem, ut dictum est, exhibere non poterit; ex quo certum ejus exsistet indicium. Non enim caritatem in Deum aut proximum, non mansuetudinem, non humilitatem, non gaudium, non pa- D cem, non refrenationem cogitationum, non mundi odium, non quietem spiritualem, non desiderium cælestium operationum potest dare, non pravos affectus & voluptates compescere, quæ manifesta sunt opera gratiæ. Nam: [c] *fructus* (inquit) *Spiritus sunt, caritas, gaudium, pax* &c. quorum vice fastum ille potius & arrogantiam ingenerare multo aptissimus maximeque potens fuerit. Ex operatione igitur dignosces, quale sit quod tuæ forte animæ illuxerit intellectuale lumen, utrum a Deo, an a satana sit ortum. Quin & ipsi animæ, si gustum ad discretionem non obtusum habet, ab ipso statim primum adpulsu sensuque, manifesta se prodet differentia. Ut enim acetum & vinum quoad E adspectum unum idemque sunt; si vero lingua explorentur, palatum protinus de utroque pronuntiat quid vere sit; ita & anima ex ipso spiritualis experientiæ sensu ac propria quadam facultate potest dijudicare, quæ boni Spiritus charismata, quæ alieni sint phantasmata.


Χρὴ σκοπεῖν καὶ προβλέπειν ἄριστα τὴν ψυχὴν, μήποτε δὴ κἂν τῷ βραχυτάτῳ ὑπὸ τῆς τοῦ ἀντικειμένου ἁλῷ δυνάμεως. ὥσπερ γὰρ ἑνὸς μέρους ζώου παγίδι ληφθέντος, ὅλον ἀνάγκη κάμπτεσθαι, καὶ ὑπὸ ταῖς τῶν θηρευόντων χερσὶν γίνεσθαι· οὕτω δὴ καὶ ψυχῇ τὰ ὅμοια συμβαίνειν παρὰ τῶν ἐχθρῶν εἴωθε· καὶ τοῦτο δῆλον καθίστησιν ὁ προφήτης· παγίδα γάρ φη-

XIV. Attendere ac prospicere diligentissime animam oportet, ne quando vel minima sui parte ab adversaria potestate capiatur. Sicut enim illaqueato quolibet animalis membro, totum inflecti necesse est, & in venantium manus cadit; sic & animæ similia ab hostibus contingere solent. Et hoc manifeste denuntiat propheta, [d] *laqueum*, inquiens,

a II. Cor. XII. 7. b II. Cor. XI. 14. c Gal. V. 22. d Jerem. XVIII. 22.

1. Δύναται] Deest forte δοῦναι, aut quid simile.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



σιν ἡτοίμασαν τοῖς ποσί μου καὶ κατέκαμψαν τὴν ψυ- A χήν μου.

parauerunt pedibus meis, & incurvaverunt animam meam.

Δεῖ τὸν βουλόμενον διὰ τῆς στενῆς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ εἰσελθεῖν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, μὴ ἐνδοῦναι ἀπαθείᾳ σώματος· ἀλλ' ἐνδυναμοῦσθαι τῷ ἀγαθῷ πνεύματι, ἔχοντα διὰ μνήμης τὸν εἰπόντα· ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. πῶς δὲ δεῖ ἐνδυναμωθῆναι πνεύματι; τῷ ἀποστόλῳ λέγοντι· τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ μωρίαν τοῖς ἀνθρώποις λογίζεσθαι, προσεκτέον· καὶ ὁ προφήτης δέ· εἶδόν φησι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· δεῖ τοιγαροῦν τὸν βουλόμενον υἱὸν Θεοῦ γενέσθαι κατὰ τὸ ὅμοιον ταπεινωθῆναι πρότερον, καὶ B μωρὸν καὶ ἄτιμον λογισθῆναι· μὴ ἀποστρέφοντα τὸ πρόσωπον ἀπὸ ἐμπτυσμάτων, μὴ δόξαν, μὴ κάλλος τοῦ αἰῶνος τούτου, μηδὲ τοιοῦτον μεταδιώκοντα, μὴ ἔχοντα ποῦ τὴν κεφαλὴν ἀνακλῖναι, ὀνειδιζόμενον καὶ ἐξουθενούμενον, καὶ πάντων παρόραμά τε καὶ καταπάτημα λογιζόμενον, πολεμούμενον ἀφανῶς τε καὶ φανερῶς, καὶ τῇ διανοίᾳ ἀντιμαχόμενον· καὶ τότε αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός, αὐτός γε εἰπών· ἐνοικήσω καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν, ἐμφανὴς ἔσται τῇ αὐτοῦ καρδίᾳ, καὶ λήψεται δύναμιν καὶ ἰσχὺν, ὥστε δεσμῶσαι τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι· ἐπὶ ἀσπίδα τε καὶ βασιλίσκον, καὶ ἐπάνω σκορπίων καὶ ὄφεων ἐπιβῆναι.

XV. Oportet volentem per angustum aditum in domum fortis ingredi & vasa ejus diripere, non indulgere deliciis corporis, sed corroborari bono spiritu, memorem ejus, qui dixit: [a] *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* Quo autem modo illum oportet corroborari spiritu? Si attendat Apostolo dicenti: [b] *Dei sapientiam, reputari ab hominibus stultitiam.* Cui propheta concinens, ait: [c] *Vidi filium hominis & species ejus inhonorata infra omnes filios hominum.* Oportet igitur eum, qui vult filius Dei fieri, prius similiter humiliari, & stultum ignobilemque reputari; non avertentem faciem a sputis, nec gloriam nec decorem mundi hujus, aut aliquid simile prosequentem; non habentem ubi caput reclinet; opprobriis obrutum, nihili habitum, pro despicabili & digno qui ab omnibus conculcetur, reputatum; oppugnatum occulte ac palam, & mente reluctantem; & tunc ipse Dei Filius; ipse, inquam, qui dixit [d] *inhabitabo & ambulabo in vobis* manifestum se præbebit ejus cordi, & ipse accipiet virtutem & robur ad vinciendum fortem & vasa ejus diripienda; quin & [e] ad ambulandum super aspidem & basiliscum, & [f] ad calcandum supra scorpiones & serpentes.

C

Οὐ μικρὸς ἡμῖν ἀγὼν πρόκειται, διαρρῆξαι τὸν θάνατον. φησὶ γὰρ, ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. εὑρίσκεται δὲ τρόπον τινὰ καὶ αὐτὸς ὢν ἐντὸς ὁ πολεμῶν ἡμᾶς καὶ αἰχμαλωτίζων· μὴ οὖν ἐνδιδότω μηδαμῶς ἡ ψυχὴ, ἕως ἂν νεκρὸν θείη τὸν ταύτην αἰχμαλωτίζοντα· καὶ τότε διαφεύξεται ὀδύνη πᾶσα καὶ λύπη καὶ στεναγμὸς, διὰ τὸ ῥαγῆναι ὕδωρ ἐν γῇ διψώσῃ, καὶ γενέσθαι τὴν ἔρημον εἰς πλῆθος ὑδάτων.

XVI. Non parvum nobis certamen propositum est, dum perfringenda est mors. Ait enim: [g] *Regnum Dei intra vos est;* ita reperitur quoque intra nos modo quodam, qui nos impugnat & captivos ducit. Ne igitur remittat conatum anima, quoad occisum ante se straverit captivantem se. Et [h] tunc aufugiet dolor omnis & mæror & gemitus, eo quod eruperit aqua in terra sitienti; & desertum stagnis jam aquarum inundetur.

Ψυχὴ ἁλώσιμος ἀκηδίᾳ δῆλός ἐστι κατάσχετος οὖσα καὶ ἀπιστίᾳ· καὶ διὰ τοῦτο ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ὑπερβιβάζει, τὸν λόγον οὐ δεχομένη· ἀναπτεροῖ δὲ ἑαυτὴν καὶ ὀνείροις πολλάκις, τὸν ἔνδον μὴ κατανοοῦσα D πόλεμον, ἅτε οἰήσει κατειλημμένη· ἡ δὲ οἴησις πύρωσίς ἐστι τῆς ψυχῆς, οὐδαμοῦ ἀφιεῖσα τὴν ἑαυτῆς ἀσθένειαν ἐπιγνῶναι.

XVII. Quæ facile incuria capitur anima, manifeste monstrat, incredulitate se fuisse captam: ac propterea diem ex die ignave morando traxisse, verbum salutis non accipientem. Alias autem sibi fingit inanibus sæpe somniis & non animadvertens intestinum bellum; ut pote, vana sui capta fiducia, quæ cæcitas animæ est, non sinens illam propriæ conscíam infirmitatis esse.

Ὥσπερ βρέφος νεογενὲς εἰκόνα τοῦ τελείου διασώζει ἀνδρὸς, οὕτω δὴ καὶ ψυχὴ εἰκών τίς ἐστι τοῦ πεποιηκότος αὐτὴν Θεοῦ· ὡς οὖν καὶ παιδίον κατὰ μέρος μὲν αὐξανόμενον ἐκ μέρους ἐπιγινώσκει καὶ τὸν πατέρα· ἐπειδὰν δὲ εἰς ἡλικίαν ἀφίκηται, τότε συνδιατίθεται, υἱῷ τε πατὴρ ἀκριβῶς καὶ υἱὸς πατρὶ, ἀποκαλύπτεται δὲ αὐτῷ καὶ ὁ τοῦ πατρὸς θησαυρός· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ πρὸ τῆς παρακοῆς προκόπτειν ἔμελλε, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον καταντᾶν· διὰ μέντοι καὶ παρακοὴν E εἰς πέλαγος λήθης καὶ εἰς βυθὸν πλάνης κατεβιβάσθη, καὶ ἐν πύλαις ᾅδου κατῴκησεν· ἀπὸ γοῦν πολλοῦ καθαπερεὶ διαστήματος μακρυνθεῖσα τοῦ Θεοῦ ἡ ψυχὴ, ἀδύνατος αὐτῷ προσελθεῖν ἦν, καὶ ἐπιγνῶναι καλῶς τὸν πλάσαντα· ἀλλ' ὁ Θεὸς πρῶτα μὲν διὰ προφητῶν ἐπέστρεφεν αὐτὴν καὶ προσεκαλεῖτο, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν εἷλκε τὴν ἑαυτοῦ· ἔσχατον δὲ καὶ αὐτὸς παρελθὼν ἐκεῖνος, ἀφείλετο μὲν τὴν λήθην, ἀφείλετο δὲ τὴν πλάνην· εἶτα καὶ τὰς ᾅδου διαρρήξας πύλας ἐπὶ τὴν πεπλανημένην εἰσῆλθε ψυχὴν, ἑαυτὸν ἀπόδειγμα ταύτῃ θέμενος· δι' οὗ δυνατὸν αὐτῇ ἔσται πρὸς μέτρον ἡλικίας πρὸς τὴν τελειότητα

XVIII. Sicut infans recens natus formam perfecti servat viri, ita & anima imago quædam est Dei, qui fecit ipsam. Ut igitur sensim puer & per partes crescens, incipit ex parte patrem agnoscere; ubi vero plenius adoleverit, tunc non fere minus clare ipse patrem, quam pater ipsum noscit ac diligit; ac tali jam ostenditur patris thesaurus. Sic anima quoque ante inobedientiam profectura fuerat & in virum perfectum occursura; sed per inobedientiam in pelagus oblivionis & in abyssum erroris depressa est; atque in portis inferi inhabitavit, ubi lato velut intervallo distans a Deo anima accedere ad illum nequit, & clare agnoscere creatorem suum. At Deus primum quidem per prophetas, convertere studebat ad se illam, & provocabat, atque in notitiam trahebat sui. Postremo adveniens & coram ipse apparens, oblivionem quidem ei abstulit, errorem quoque detraxit. Deinde & ipsas inferni perrumpens portas, in vagam illam pervenit animam, se ipsum exemplar ei proponens, per quod facile jam poterit ad mensuram ætatis, nem-

a I. Cor. xv. 50. b I. Cor. I. 23. c Isa. LIII. 2. d II. Cor. VI. 12. Lev. XXVI. 12. e Psal. XC. 13. f Luc. x. 19. g Luc. XVII. 21. h Isa. XXXV. 6. 7.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

τοῦ πνεύματος καταντῆσαι· πειράζεται τοιγαροῦν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος πρὸς τοῦ πονηροῦ κατ' οἰκονομίαν· ἔπειτα ὀνειδισμοὺς καὶ ἐξουδενώσεις, ὕβρεις τε ῥαπίσματα χειρῶν ἐκείνων τῶν τολμηρῶν, καὶ αὐτὸν ἔσχατον τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον ὑπομένει, ὑποδεικνὺς, ὥσπερ ἔφημεν, τίνα τὴν διάθεσιν ἐπιδεικτέον πρός γε τοὺς ὀνειδίζοντας, ἐξουθενοῦντας, ἢ καὶ θάνατον ἡμῖν ἐπάγοντας· ἵνα καὶ αὐτὸς τοῖς οὖσι κωφοῖς καὶ ἄλαλος γένηται μὴ ἀνοίγων τὸ στόμα, ἵνα τὴν ἐνέργειαν καὶ λεπτότητα διαβλέπων τῆς πονηρίας, καὶ ὡς ἐν σταυρῷ τοῖς ἥλοις ἐμπεπαρμένος μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς βοήσειε πρὸς τὸν δυνάμενον αὐτὸν ῥύσασθαι τοῦ θανάτου, καὶ ἀπὸ τῶν κρυφίων μου φαίη καθάρισόν με· καὶ ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος ἔσομαι· πότε γοῦν ἄμωμος γεγονὼς εὑρίσκει τὸν ὑποτάξαντα αὐτῷ τὰ πάντα, καὶ συμβασιλεύει καὶ συναναπαύεται τῷ Χριστῷ. καὶ γὰρ διὰ τὴν παρακοὴν ὑπὸ ὑλικῶν τε καὶ ῥυπαρῶν καταποθεῖσα λογισμῶν οἱονεὶ ἄλογος γέγονεν ἡ ψυχή· ὥστε οὐ μικροῦ πόνου τῆς τοιαύτης ἀνακύψαι ὕλης, καὶ τὴν λεπτότητα κατανοῆσαι τῆς πονηρίας, καὶ διελθεῖν, ἵνα καὶ ἀνάρχῳ νοῒ συγκραθῇ.

A pe ad perfectionem Spiritus, pervenire. Porro verbum Dei tentari a maligno divina dispensatione permittitur, deinde opprobria, contemtiones, contumelias, alapas manuum audacium illarum, & ipsam extremam per crucem mortem sustinet, ostendens, ut diximus, quam animi æquitatem præ nobis ferre debeamus erga opprobriis nos incessentes, & vilipendentes nos, aut mortem etiam inferentes nobis; ut & ipsi nos iis qui surdi sunt, muti fiamus non aperientes os, ut vim & subtilitatem perspicientes malitiæ, ex cruce cui suffixi clavis sumus, [a] *cum clamore valido* invocemus eum, *qui potest nos salvos facere a morte*: dicamusque: [b] *Ab occultis meis munda me*: Et, *Si mei non fuerint dominati*, B *tunc immaculatus ero*. Tunc igitur immaculatus factus, invenit [c] *eum, qui subjecit ipsi omnia*, & conregnat & conrequiescit cum Christo. Etenim per inobedientiam a materialibus & sordidis absorpta cogitationibus, velut irrationalis facta fuerat anima, adeo ut non parvi laboris ei sit ex tanto luto vultum sursum erigere, ac subtilitatem malitiæ observare & perfringere, ut cum mente æterna commisceatur.

Εἰ βούλει ἐπανελθεῖν εἰς ἑαυτὸν ἄνθρωπον, καὶ ἣν πρώην εἶχες δόξαν ἀναλαβεῖν, ἥτις ἄρα σοι καὶ ἐκ παρακοῆς παραπώλετο· ὡς ἠμεληκὼς πρότερον τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν, τοῖς τοῦ ἐχθροῦ διατάγμασι καὶ τῇ συμβουλῇ προσέσχες, οὕτως νῦν ἀποστὰς οὗ ἐπήκουσας, ἐπιστράφηθι πρὸς τὸν Κύριον· πλὴν ἴσθι ὅτι ἐν πολλῷ κόπῳ καὶ ἱδρῶτί φησι τοῦ προσώπου σου ἀπολήψῃ τὸν πλοῦτόν σου· οὐ γάρ σοι λυσιτελὴς ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἄπονος κτῆσις· ἐπείπερ ἀπονητὶ λαβὼν ἀπώλεσας ἅπερ εἴληφας, καὶ τῷ ἐχθρῷ προὔδωκας τὴν κληρονομίαν σου· ἐπίγνωμεν οὖν ἕκαστος τίποτε δὴ ἀπωλέσαμεν, καὶ τὸν θρῆνον ἀναλάβωμεν τοῦ προφήτου· τῷ ὄντι γὰρ κληρονομία ἡμῶν κατεστράφη ἀλλοτρίοις, καὶ ὁ οἶκος ἡμῶν ξένοις· τῷ παρακούειν τῆς ἐντολῆς καὶ τοῖς ἑαυτῶν θελήμασιν εἴκειν, καὶ τοῖς ῥυπαροῖς καὶ γηΐνοις ἐνήδεσθαι λογισμοῖς· ὥστε καὶ πολλῷ διαστήματι τότε ἀπέχει ἡμῶν ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ὡς καὶ ὀρφανοῖς ἐοίκαμεν μὴ ἔχουσι πατέρα· ᾧτινι οὖν μέλει περὶ ψυχῆς, ἀγωνιστέον ὁπόση δύναμις καθαίρειν λογισμοὺς πονηροὺς, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ οὕτω βιαζομένων τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ τηρεῖν ἄσπιλον, τότε ἔρχεται ὁ ἐπηγγειλάμενος ἐνοικῆσαι καὶ ἐμπεριπατῆσαι ἐν ἡμῖν· καὶ τότε ἀπολαμβάνει καὶ τὴν ἑαυτῆς κληρονομίαν ἡ ψυχὴ, καὶ ναὸς Θεοῦ γενέσθαι καταξιοῦται. αὐτὸς γὰρ οὗτος αὐτῷ στρατεύματι τὸν πονηρὸν ἐκδιώξας, τὸ λοιπὸν ἐν ἡμῖν βασιλεύσει.

XIX. Si vis redire ad te ipsum homo, & quam prius habebas gloriam resumere, quæ tibi ob inobedientiam periit; sicut neglectis prius Dei mandatis, hostis & præceptis & consiliis attendisti; sic nunc ab hoc deficiens, cui obtemperavisti, conver-
C tere ad Dominum. Ceterum scito, in multo labore & sudore vultus tui recepturum te thesaurum amissum tuum. Non enim ad rationes accommodata tuas est sine labore boni acquisitio; siquidem quæ sine labore accepisti, perdidisti, hostique hereditatem tuam prodidisti. Recognoscamus ergo pro se quisque quid tandem id ac quantum sit quod amisimus: & luctum adsumamus prophetæ: Vere enim [d] *Hereditas nostra versa est ad alienos; domus nostra ad extraneos*. Eo quod non audierimus mandatum; & propriis voluntatibus obsecuti; quodque terrenis & sordidis cogitationibus delectati fuerimus; ut adeo longa sane tunc distantia abesset a Deo anima nostra; & assimilati orphanis simus pa-
D trem non habentibus. Cui ergo curæ est anima, huic totis contendendum viribus est ad funditus exstirpandas e mente sua pravas cogitationes; & [e] *omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei*. Quando enim ita nobis ipsi vim inferemus, ad templum Dei custodiendum expers omnis maculæ, tunc veniet ad nos qui promisit se habitaturum & ambulaturum in nobis. Et tunc resumet amissam hereditatem suam anima, & templum Dei fieri digna habebitur. Ipse ènim in fugam ejiciens cum exercitu malignum, de cetero in nobis regnabit.

Ὁ τῷ Κάϊν ῥηθεὶς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ κατὰ τὸ φανερὸν λόγος· στένων καὶ τρέμων καὶ παλλόμενος ἐπὶ τῆς γῆς ἔσῃ, τύπος τις καὶ εἰκὼν πάντων ἁμαρτωλῶν κατὰ τὸ ἀπόρρητον ἦν· οὕτω γὰρ τὸ τοῦ Ἀδὰμ γένος τῆς ἐντολῆς ἐκπεσὸν, καὶ ἁμαρτίαις ἔνοχον γεγονὸς σαλεύεται λογισμοῖς ἀστάτοις, φόβου τε καὶ δειλίας καὶ ταραχῆς πληρούμενον· αὐτοῦ τε τοῦ ἐχθροῦ ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις πᾶσαν ψυχὴν, τὴν μὴ γεγεννημένην ἐκ τοῦ Θεοῦ, κλυδωνίζοντος, καὶ ὡς σῖτον τινὶ σινίῳ ἐνστρέφοντος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος τοὺς τοῖς θελήμασιν ἑπομένους τοῦ πονηροῦ, δεικνύων ὅτι τὴν εἰκόνα τῆς τοῦ Κάϊν διασώζουσι πονηρίας, ἐλέγχων αὐτοὺς· ὑμεῖς, ἔλεγε, τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν τοῦ ἀνθρωποκτόνου· ἐκεῖνος γὰρ ἀνθρωποκτόνος ἐστὶν ἀρχῆθεν· καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν.

XX. Quod Caino secundum sensibilem litteræ sonum dictum a Creatore verbum est: [f] *Gemens, tremens, & titubans super terram eris*; juxta sen-
E sum allegoricum figura & imago omnium peccatorum erat. Sic enim Adami progenies transgressa mandatum, & peccatorum rea fluctuat cogitationibus inquietis, metu, pavore, perturbatione plena. Ipso præterea inimico concupiscentiis & voluptatibus variis omnem quæ regenerata ex Deo non sit, agitante animam, & ut triticum in cribro, sursum deorsum jactante. Quid quod & Deus ipse obsequentes voluntatibus diaboli per se se concutit, demonstrans ipsos imaginem pravitatis Caini conservare; [g] *Vos*, inquit, *desideria patris vestri vultis facere homicidæ; ille enim homicida erat ab initio & in veritate non stetit*.

a Hebr. V. 7. b Psalm. XVIII. 13. c 1. Cor. XV. 27. d Thren. V. 2. e II. Cor. X. 5.
f Gen. IV. 12. g Joan. VIII. 44.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

Κατανοεῖν προσήκει, φησὶ, πῶς ἡ τοῦ κατὰ γῆν βασιλέως θέα ἐπιπόθητός ἐστι καὶ περισπούδαστος τοῖς ἀνθρώποις· καὶ πᾶς ὅστις εἰς πόλιν ἐπιδημῶν ἐν ἧπερ ὁ βασιλεὺς, ἐπιθυμητὸν αὐτῷ καὶ μόνον τῆς περιβολῆς ἰδεῖν τὸ πολυτελὲς καὶ φιλότιμον· ἐκτὸς εἰ μὴ ὑπὸ τῶν πνευματικῶν ἀμελεῖται ταῦτα καὶ ἀτιμάζεται· τῷ ἑτέρῳ κάλλει τιτρῶσθαι, καὶ ἄλλης αὐτοὺς δόξης ἐπιθυμεῖν· εἰ οὖν οὕτω τοῖς σαρκικοῖς ἡ τοῦ θνητοῦ βασιλέως ἐσπούδασται θέα· πῶς οὐχὶ μᾶλλον τοῦ ἀθανάτου πολυέραστος ἐκείνοις ἐστὶν, οἷς ἐνέσταξέ τις ῥανὶς τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος, καὶ τὴν καρδίαν θεῖος ἔπληξεν ἔρως; διὰ τοῦτο καὶ πάσης τοῦ κόσμου φιλίας ἑαυτοὺς λύουσιν, ἵνα δυνηθεῖεν ἐκεῖνον τὸν πόθον ἔχειν ἐγκάρδιον διηνεκῶς, καὶ μηδένα ἕτερον πρὸ ἐκείνου· ὀλίγοι δὲ κομιδῇ οὗτοι, οἵγε τῇ ἀγαθῇ ἀρχῇ καὶ πέρας ἴσον ἐπιτεθέντες, καὶ μέχρι τέλους ἀπρόσκοποι διαμένοντες· πολλοὶ μὲν κατανύσσονται· καὶ πολλοὶ χάριτος οὐρανίου μέτοχοι γίνονται, καὶ ἔρωτι τιτρώσκονται θείῳ· ἀλλὰ τοὺς μεταξὺ πόνους, καὶ τὰς τοῦ πονηροῦ πείρας ποικίλῃ τέχνῃ καὶ πολυτρόπῳ προβάλλοντος οὐ διενεγκόντες, ὑπέμειναν τι τῷ κόσμῳ, καὶ ἐβυθίσθησαν ἐν τῷ ἐκείνου βυθῷ, διὰ γνώμης χαυνότητα καὶ ἀσθένειαν, ἢ καὶ τὸ προσπαθεῖν τῶν γηΐνων ἁλῶναι· ὅσοι γὰρ πρὸς ἀσφάλειαν μέχρι τέλους διαδραμεῖν βούλονται, ἄλλον ἔρωτα καὶ ἄλλην ἀγάπην τῇ ἐπουρανίῳ ἐκείνῃ συμπαραμίξαι οὐχ ὑπομένουσιν.

A XXI. Considerare convenit, quantum aspectus terreni regis desiderari, & quam ardenti procurari studio ab hominibus soleat: & quisquis in urbem advenit, ubi rex degit, in eo flagranti versatur voto, ut vel solum pretiosum splendidumque palatii ambitum videat; nisi forte quispiam ex iis sit, qui sancto se dediderit Spiritui, qui hæc insuper habeat, ac adspernetur; alia pulcritudine saucius, aliusque gloriæ cupidus. Si ergo carni deditis hominibus adeo expetibilis censetur, tamque avide captatur intuendi regis mortalis copia; quomodo non incomparabiliter optanda magis visio fuerit immortalis regis, iis sane quibus guttula saltem inspersa quædam Spiritus boni, divino amore cor vulneraverit? Quapropter isti omni mundi amicitia se ipsos exsolvunt, ut possint propensum hunc semper in corde habere amorem, & pro illo nullum alium. Sed hi valde pauci sunt: qui quidem bono principio parem finem adjungant, & usque ad extremum inoffense perseverent. Multi compunguntur; multi gratiæ cælestis fiunt participes; & amore divino feriuntur; sed qui varie per vitam incurrunt labores, nec diaboli tentationes arte versutiaque illatas multiplici sustinent, & in mundo permanent, & demerguntur in ejus profunda voragine, ob propositi languorem & infirmitatem; vel etiam quod affectu terrenorum capiantur. Quicumque porro securitate omni perducere ad extremam metam cursum hunc volunt, alium amorem, aliam caritatem cælesti admiscere illi nequaquam sustinent.

Ὥσπερ μεγάλα δηλαδὴ καὶ ἀνεκδιήγητα τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπηγγελμένα πεφύκασιν ἀγαθὰ, οὕτω καὶ πολλῶν δεῖται πόνων τε καὶ ἀγώνων τῶν μετ᾽ ἐλπίδος καὶ πίστεως· καὶ δῆλον ἐντεῦθεν. εἴτις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. καὶ πάλιν· ἐάν μήτις μισήσῃ πατέρα καὶ μητέρα, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ γυναῖκα, καὶ τέκνα, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής· οἱ πλεῖστοι δὲ τῶν ἀνθρώπων οὕτως ἔχουσιν ἀνοήτως, ὡς τῆς βασιλείας ἐπιτυχεῖν βούλεσθαι, καὶ τῆς αἰωνίου κληρονομῆσαι ζωῆς, καὶ Χριστῷ διὰ τέλους συμβασιλεῦσαι, τὸ μέγα τοῦτο καὶ ὑπὲρ ἔννοιαν· τοῖς ἰδίοις δὲ ζῶντες θελήμασι, καὶ τούτοις ἀκολουθοῦντες· μᾶλλον δὲ τῷ ἐνσπείροντι τὰ μάταια ταῦτα, καὶ φανερῶς βλαβερά.

C XXII. Ut magna prorsus & inenarrabilia bona sunt quæ Deus promisit; ita multis ad eorum assecutionem opus laboribus & certaminibus est; iisque cum spe ac fide toleratis & susceptis. Hoc ex his Christi verbis patet: [a] *Qui vult post me venire, abneget semet ipsum & tollat crucem suam & sequatur me.* Et rursus: [b] *Nisi quis oderit patrem & matrem, & fratres & sorores & filios; adhuc autem & animam suam; non potest meus esse discipulus.* Plerique autem hominum sic stulti sunt, ut regnum quidem consequi velint, & æternæ hereditatem vitæ, ac Christo in ævum omne conregnare; id quod magnum est, & omnem cogitationem superat; propriis tamen obsequendo voluntatibus; si non potius illi, qui vana ista & manifeste noxia ipsis inspirat.

Οὗτοί εἰσιν οἱ μέχρι τέλους ἄπτωτοι διερχόμενοι, οἱ τὰς τοῦ κόσμου πάσας ἐπιθυμίας, καὶ ἑαυτοὺς, μετεωρισμούς τε τούτου καὶ ἡδονὰς, καὶ τὰς πρὸς αὐτὸν ἀσχολίας τὸ παράπαν μισήσαντες· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀπαρνήσασθαι ἑαυτόν· ὥστε ἰδίῳ θελήματι ἕκαστος τῆς βασιλείας ἐκβάλλεται· τῷ μὴ ἐξ ἀληθείας ἑλέσθαι τοὺς πόνους, καὶ ἑαυτὸν ἀπαρνήσασθαι· ἀλλὰ ἐθέλειν ἔτι πρὸς ἐκείνῳ τῷ θεϊκῷ πόθῳ, καὶ τισι τοῦ αἰῶνος τούτου συνήδεσθαι· καὶ μὴ τὴν ῥοπὴν ὅλην τοῦ ἰδίου θελήματος τῷ Θεῷ διδόναι· δι᾽ ἑνὸς δὲ ὑποδείγματος γνώρισμα ἔσται τῷ μετὰ χεῖρας· διακρίνων μὲν γὰρ διακρίνει ἕκαστος, καὶ οὐ λέληθεν αὐτὸν, ὅτι ἄτοπον τόδε τυχὸν ὅπερ ὥρμηται ποιῆσαι· πρῶτον μὲν γὰρ εἴσω κατὰ τὴν καρδίαν ἐπισημαίνεται ἡ ἀμφιβολία· ἡ στάθμη δὲ καὶ ὁ ζυγὸς τῷ ἑαυτοῦ συνειδότι, φανερὰν πρότερον τῆς τε τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ κόσμου ἀγάπης τὴν ῥοπὴν ἔνδον ποιεῖ, καὶ τότε περὶ τὰ ἔξω πρόεισι. διακρίνων γὰρ, ὡς εἴρηται, διακρίνει ἕκαστος· οἷον εἰ τύχοι τῷ ἀδελφῷ διαπληκτιζόμενος στασιάζει πρὸς ἑαυτὸν, πρῶτον καὶ ἀντιτίθησιν· εἴπω; ἀλλὰ μὴ εἴπω· ἀντιφθέγξομαι πρὸς ταυτί μοι τὰ ἐπενεχθέντα ὀνείδη; ἀλλὰ σιωπήσομαι μᾶλλον· [1] ἔχομεν καὶ τῶν

XXIII. Usque ad finem cursum inoffense perferentes, hi sunt, qui mundi omnes cupiditates & se ipsos, transgressionesque ejus ac voluptates, & circa illum occupationes omnino odio habent. Hoc enim est abnegare se ipsum. Quare propria voluntate unusquisque regno ejicitur, eo quod haudquaquam ex veritate labores eligat, & se ipsum abneget: nimirum volens ita Dei amori ac desiderio servire, ut simul delectari quoque possit quibusdam hujus mundi rebus, nec totum necesse sit impetum propriæ voluntatis Deo tradere. Uno autem exemplo declarabitur id quod in manibus habemus. Discernens nempe discernit unusquisque, nec latet ipsum, malum esse hoc ad quod forte agendum propendet. Primum quidem intus in corde observatur ambiguitas; bilanx vero cum jugo suspensa in intima sui ipsius conscientia, palam anceps in utrumvis, Dei scilicet aut mundi amorem impetum intus facit: & tunc circa exteriora prodit. Discernens enim (ut dictum est) discernit quisque. Exempli caussa, quispiam forte cum fratre contendens, diffidet a se ipso. Ac primo opponit; Dicam ne? an non dicam? reponam ne quæ ulciscantur il-

a Matth. xvi. 24. b Luc. xiv. 26.

1. Ἔχομεν κ. τ. λ.] Forte leg. ἔχομαι καὶ τῶν Θεοῦ ἐντολῶν; πλὴν κ. τ. λ. *Adhærebo ne etiam Dei mandatis? sic tamen, ut* &c.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

A Θεοῦ ἐντολῶν· πλὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἰδίας δόξης οὐκ ἀπερχομένης, οὐδὲ παντάπασιν ἑαυτὸν ἑλόμενος ἀπαρνήσασθαι· εἰ οὖν καὶ μικρὸν ἡ ῥοπὴ τῆς τοῦ κόσμου φιλίας τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ ζυγὸν καθελκύσειεν, εὐθὺς ὁ πονηρὸς λόγος πρόεισιν ἄχρι καὶ τῶν χειλέων· εἶθ' οὗτος, ὡσπερεὶ τόξον ἐντεινόμενος ὁ νοῦς ἔνδοθεν, βάλλει τὸν πλησίον διὰ τῆς γλώττης, καὶ μέχρι χειρῶν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τραυμάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ φόνου, τὸ κακὸν πρόεισιν· ἔξεστι τοίνυν καὶ παραθεωρεῖν, ὅθεν ἀρξάμενον οἷον προέβη δεινοῦ τὸ βραχὺ τοῦτο κίνημα τῆς ψυχῆς. οὕτω νόει μοι καὶ εἰς ἓν ἕκαστον συμβαίνειν ἁμάρτημά τε καὶ ἐπιτήδευμα, τῆς κακίας κολακευούσης τε καὶ περισαινούσης τὸ θέλημα τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαις κοσμικαῖς καὶ σαρκὸς ἡδοναῖς· οὕτως ἀπαρτίζεται μοιχεία, οὕτω κλο- B πή, οὕτω πλεονεξία, οὕτω καὶ κενοδοξία, οὕτω καὶ πᾶν ὁποῦν πονηρόν.

A lata mihi probra? ſed potius ſilebo. Tenemus Dei mandata; ceterum ita ut propriæ quoque cura gloriolæ non negligatur; adeo vix quiſpiam plene ac perfecte animum induxit, prorſus in omnibus abnegare ſe. Si ergo vel minimo momento lanx amicitiæ mundanæ jugum ſtateræ in corde traxerit, ſtatim malum verbum exit uſque ad labra; deinde mens, tamquam arcum intus tendens, jaculatur in proximum per linguam. Jurgium inde progreditur uſque ad manus, interdum & vulnera; quin ad cædem nonnumquam ipſam rixa pervenit. Ex quo licet perſpicere, unde ducto principio in quantum ſceleris proceſſerit brevis ille motus animæ. Et ex hoc exemplo reputa, ſic ad ſingulos evenire lapſus in peccata vel B prava ſtudia; malitia ubique adulationibus quibuſdam blanditiiſque pelliciente voluntatem animæ in cupiditates mundanas, & carnis voluptates. Sic perpetratur adulterium, ſic furtum, ſic avaritia, ſic vana gloriatio; ſic omne aliud cujuſvis generis malum.

Καὶ αὐτὰ τὰ καλὰ πολλάκις ἐπιτηδεύματα διὰ κενὴν δόξαν ἐπιτελεῖται· ὅπερ ἴσον κλοπῆς τε καὶ ἀκηδίας, καὶ τῶν ἄλλων μεγάλων ἁμαρτημάτων τῷ Θεῷ κρίνεται. ὁ Θεὸς γάρ φησι διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων· ὥστε καὶ δι' αὐτῶν τῶν καλῶν ὑπηρετεῖσθαι καὶ θεραπεύεσθαι ὁ ἐχθρὸς βούλεται, ἀπατηλὸς ὢν ἐκεῖνος, καὶ ποικίλος καὶ σκολιός.

XXIV. Ipſa quoque per ſe laudabilia ob vanam ſæpe gloriam opera efficiuntur. Quod quidem par furto, inertiæ, magniſque aliis peccatis a Deo judicatur: [a] *Deus enim* (ait David) *diſſipavit oſſa eorum, qui hominibus placent*. Itaque vectigales ſibi facere virtutes, tributum e bonis operibus cultus obſequiique captans proprii hoſtis noſter ſatagit, veterator ille verſutus, varius, & pravus.

C

Ὅπερ τις ἐφίλησε τοῦ παρόντος κόσμου τούτου, καὶ βαρύνει δὴ τὴν ἐκείνου διάνοιαν, καὶ οἱονεὶ κάτω καθέλκει, καὶ συνωθεῖ καὶ ἀνακύψαι αὐτὴν οὐκ ἀνίησι· τῶν γὰρ τοιούτων τὸ στάθμιόν τε καὶ ἡ ῥοπή, καὶ τὸ ζύγιον τε θελήματος τῆς καρδίας ὥσπερ ἐξήρτηται, καὶ βάσανος ἔνθεν γίνεται παντὶ τῷ ἀνθρωπείῳ γένει, ἤτοι τῶν ἐν πόλεσιν οἰκούντων Χριστιανῶν, ἢ τῶν ἐν ὄρεσι, τῶν ἐν μοναῖς, ἢ ἐν ἀγροῖς, ἢ ἐν ἐρημίαις, ὅτι ἑκών τις δελεαζόμενος ὑφ' οὗπερ φιλεῖ, δῆλός ἐστιν οὔπω τὴν ἀγάπην αὐτοῦ ὅλην παραδοὺς τῷ Θεῷ· οἷον, ἠγάπησέ τις εἰ τύχοι κτήματα, χρυσίον ἄλλος, ἕτερος τῇ γαστρὶ δουλεύειν, ἢ ἐπιθυμίαις ταῖς τῆς σαρκὸς χαρίζεσθαι, ἄλλος σο- D φίαν λόγων διὰ δόξαν ἐπίκηρον· ὁ μὲν ἀρχήν, ὁ δὲ τὰς ἐξ ἀνθρώπων τιμάς, ὀργὴν ἄλλος καὶ μῆνιν· τὸ γὰρ ἔκδοτον ἑαυτὸν παρασχεῖν τῷ φίλων αὐτῷ φαίνεται· ἕτερος ὁμιλίας ἐς οὐδὲν δέον· ἄλλος ἁπλῶς τὸ μεθωνεύζεσθαι, ἢ λόγοις προσέχειν ἀργοῖς, ἢ τὸ διδάσκαλος εἶναι, καὶ τοῦτο διὰ δόξαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων· καὶ ὁ μὲν χαυνώσει καὶ ἀμελείᾳ πρόσκειται· ὁ δὲ ἱματίων καλλωπισμοῖς ἥδεται· οὗτος ὕπνῳ, ἐκεῖνος εὐτραπελείᾳ, καὶ ἄλλος μικρῷ τινι ἢ μεγάλῳ τοῦ κόσμου δέδεται καὶ κατέχεται, καὶ οὐκ ἀνίεται ἀνακύψαι· πρὸς ὃ γὰρ πάθος οὐ διαμάχεταί τις γενναίως, οὐδὲ ἀντικαθίσταται ἐκείνῳ πάντως, καὶ ἥδεται· κἀκεῖνο καθέλκον αὐτὸν καὶ κατέχον οἱονεὶ δεσμός τις, καὶ κύφων τῆς διανοίας αὐτοῦ γίνεται τοῦ μὴ πρὸς τὸν Θεὸν ἀναφέρεσθαι, μηδ' αὐτῷ μόνῳ λα- E τρεύειν· ψυχὴ γὰρ ἡ ἀληθῶς πρὸς Κύριον τὴν ὁρμὴν ἀπευθύνασα, πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἔφεσιν ἐπιτρέπει, αὐτή τε ἑαυτῆς ἔξαρνος γίνεται, καὶ τοῦ ἰδίου νοὸς τοῖς θελήμασιν οὐκ ἀκολουθεῖ.

XXV. Quam quivis ex mundi hujus rebus amat, ea gravat illius mentem, & quaſi deorſum trahit ac detrudit, vertereque ſurſum oculos non ſinit. Apud tales enim ſtatera & anceps momentum, jugumque arbitrii cordis quaſi ſublatum eſt; examenque ſic fit explorans intimos ſenſus omnis generis hominum, ſeu in urbibus degentium Chriſtianorum, ſeu in montibus, ſeu in monaſteriis; ſive in agris, ſive in ſolitudinibus. Deprehenditurque ex eo quod volens quis alliciatur ab ea re quæcumque tandem eſt, quam amat, nondum ſuum omnem amorem Deo addixiſſe. Exempli gratia, diligit quis forte poſſeſſiones, alius aurum, alius amat ventri D ſervire, & indulgere concupiſcentiis carnis; alius ſapientiam amat propter gloriam fragilem; non nemo ambit præfecturam; alter honores ab hominibus; huic placet ira efferri, & bile; nam impendere ſe ipſum amicis vindicandis, laus ipſi videtur: alii jucundæ ſunt confabulationes facetæ de nugis ſcurrilibus. Quemdam ſoluta licentia ultra decori terminos evagandi; aut verbis otioſis attendere, aut magiſtrum eſſe; & hoc aucupandæ cauſſa ab hominibus gloriæ. Ac aliquis quidem in torporem & negligentiam incumbit. Eſt quem delectet ornatus ac ſplendor veſtium. Hic ſomno, ille dicacitati facetiarum, alius parvæ cuipiam aut magnæ mundanarum rerum affectu defixus hæret; ita ut ea qua- E ſi vinctus teneatur, nec poſſit ſurſum adſpicere; quam enim aliquis animi ſui pravam affectionem non oppugnat acriter, cuique non obſiſtit generoſe, ea tandem delectatur, & tunc illa trahit ipſum ac detinet, & uncus velut quidam collaris ejus mentis fit, deorſum illam incurvans negato illi ſuſpectu ad Deum libero; nec permittens illi ſoli ſervire. Anima enim, quæ vere ad Dominum impetum ſuum dirigit, omne illi ſuum deſiderium permittit, ipſaque in omnibus ſe ipſam abnegat, propriæque mentis inclinationibus haud obſequitur.

Διδακτέον ἐκ παραδείγματος, πῶς θελήματι ἰδίῳ παραπόλλυται ἄνθρωπος. διὰ γὰρ ἀγάπην τινὸς τῶν τοῦ κόσμου ἔστι πυρὶ βάλλεται καὶ ἐν θαλάσσῃ βυθίζεται, καὶ αἰχμαλωσίᾳ ἑαυτὸν ἐμπαρέχει· ὑποκεί-

XXVI. Docendum in exemplo, quomodo fiat, ut pereat homo, eo quod propriæ obſecutus fuerit voluntati; propter enim affectum ad aliquid ex mundanis contingit eum aut in ignem conjici, aut mari demer-

[a] Pſalm. LII. 6.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

σθω γαρ, οἶκόν τινος ἢ ἀγρὸν, οὕτω συμβὰν, καταπίμπρασθαι· ὁ τρίνω ἑαυτὸν περισῶσαι βουλόμενος, ὡς τοῦ ἐμπρησμοῦ ᾔσθετο, γυμνὸς ἐκπέφευγε πάντων ἀμελήσας, καὶ τῆς ἑαυτοῦ μόνης ψυχῆς γενόμενος· ἕτερος δὲ εἰς νοῦν αὐτῷ ἐπελθὸν καί τινα τῶν σκευῶν ἐξελεῖν, ὑπέμεινεν ἆραι· καὶ ὡς ἐν αὐτῷ λαμβάνειν αὐτὸς ἦν, κατακρατῆσαν ἤδη τῆς οἰκίας τὸ πῦρ καὶ αὐτὸν συνέλαβε καὶ κατέκαυσεν· ὁρᾷς ὅπως ἰδίῳ θελήματι, φιλίᾳ τινὸς τῶν προσκαίρων ὃ παρ' ἑαυτὸν φαίνεται ἀγαπήσας, τῷ πυρὶ παραπώλετο· ἑτέρων πάλιν ναυαγίῳ περιπεσόντων, ὁ μὲν σώζειν ἑαυτὸν βουλόμενος, ἀποδύεται καὶ γυμνὸς τοῖς ὕδασιν ἐπαφίεται· καὶ οὕτω δυνατὸν αὐτῷ γίνεται τὴν ἰδίαν περισῶσαι ψυχήν· ὁ δὲ καὶ τῶν ἐνδυμάτων συνδιασῶσαί τινα θελήσας, ὑπὸ τῶν ὑδάτων καταβαπτίσθη, καὶ διὰ βραχύ τι κέρδος, ὢ τῆς συμφορᾶς· καὶ ἑαυτὸν συναπώλεσεν· Καὶ πάλιν ὑποκείσθω καὶ ἐχθρῶν τινα ἔφοδον παρηγγέλθαι, καὶ τὸ μὲν ἅμα τε ἀκοῦσαι, εὐθὺς ὡς εἶχε ποδῶν ἐκφυγεῖν, μὴ μελῆσαν αὐτῷ τῶν μηδενός· τὸν δὲ διαπιστήσαντα, εἰ καὶ τῶν πραγμάτων τινὰ βουληθέντα συνεκκομίσαι, εἶτα ἐφυστερήσαντα συλληφθῆναι καταλαβόντων τῶν πολεμίων· ὁρᾷς ὅτι θελήματί τις ἰδίῳ δι' ἀμέλειαν, καὶ τὸ προσηλῶσθαί τισι τῶν τοῦ κόσμου, τήν τε τοῦ σώματος καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπώλειαν ὑπομένει.

A gi, aut in captivitatem ſe ipſum tradere. Ponatur, domum aut villam caſu fortuito inflammari. Qui ergo ſaluti conſulere propriæ decrevit, neglectis ſtatim omnibus aufugit, quaſi qui incendium jam ſentiat, ſuæ unice vitæ curam ſervandæ habens. Alius autem amore cujuſdam vaſis, ut id flammæ ſubtractum ſecum efferat, moratur; inque iſta mora & conatu circumventus a prævalente undique igne corripitur & comburitur. Vides ut propria voluntate & amore cujuſpiam temporalis rei, quam præter ſe, immo ſuper ſe ac ſalutem ſuam videtur diligere, talis flammis abſumitur. Aliis rurſus in naufragium incidentibus, is quidem illorum qui ſervare ſe ipſum, quantum poteſt, omnino conſtituit, cunctis confeſtim
B veſtibus abjectis, nudum ſe in aquam mittit, & hac ratione poteſt ſuam conſervare vitam. At quiſpiam ex iſtis, veſtem conſervare cupiens, abſorbetur fluctibus, propter vile lucrum, o miſeriam! ſe ipſum perdens. Fingatur iterum, judicium perferri irruptionis hoſtilis, & quemdam ſtatim a cognito periculo pedes in fugam quam poteſt velociſſimam dare, ſecurum reliquorum præter ſe, omnium. At alium non prius velle fugere, quam pecuniam ſecum auferat; ſed hunc cunctantem hoſtilis manus ſuperveniens comprehendit. Vides, voluntate iſtius propria, & propter adhæſionem nimis addictam cuidam mundanarum rerum, miſere illum & corporis & animæ irreparabilem ſubire jacturam.

C


Ὀλίγοι μὲν ἀτεχνῶς οἱ τελείαν τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην κτησάμενοι, πάσας τε ἡδονὰς τοῦ κόσμου, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τὸ μηθὲν λογιζόμενοι, καὶ τοὺς τοῦ πονηροῦ πειρασμοὺς φέροντες μακροθύμως· πλὴν οὐ παρὰ τοῦτο ἀπογνωστέον, οὐδὲ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος ἀμελητέον· κἂν γὰρ πολλὰ τῶν πλοίων ὑπομένῃ ναυάγιον· ἀλλ' εἰσὶ πάντως ἃ καὶ διαπερῶντα, τοῦ λιμένος ἐπιλαμβάνεται· διὰ τοῦτο πίστεως ἡμῖν πολλὴ χρεία, ὑπομονῆς τε καὶ προσοχῆς καὶ ἀγώνων· πρὸς δὲ πείνης τε καὶ δίψης τοῦ ἀγαθοῦ, κατὰ πολλὴν σύνεσιν καὶ διάκρισιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὀξύτητός τε καὶ ἀναιδείας περὶ τὴν αἴτησιν· οἱ γὰρ πλείους τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ προέφημεν, καμάτων ἄνευ καὶ ἱδρώτων τῆς βασιλείας ἐπιτυχεῖν βούλονται· καὶ τοὺς μὲν ἁγίους μακαρίζουσιν ἄνδρας, καὶ τῆς τιμῆς αὐτῶν καὶ τῶν χαρισμάτων ἐπιθυμοῦσι, τῶν ἴσων δὲ θλίψεων αὐτοῖς, τῶν πόνων τε καὶ τῶν παθημάτων οὐ βούλονται κοινωνεῖν· τούτου δὲ πάντες, καὶ πόρναι καὶ τελῶναι, καὶ πᾶς τις ἀνθρώπων ἐπιθυμεῖ· ἀλλὰ διὰ τοῦτο πειρασμοὶ πρόκεινται καὶ δοκιμασίαι, ἵνα δῆλοι γένωνται, τίνες οἱ πρὸς ἀλήθειαν τὸν ἑαυτῶν ἠγάπησαν δεσπότην· καὶ δικαίως ἤτοι τῆς τῶν οὐρανίων ἐπιτύχωσι βασιλείας.

XXVII. Pauci profecto ſunt, qui perfectam ad Deum caritatem habeant; qui omnes voluptates mundi & omnes cupiditates nihili ducant; qui denique omnes maligni tentationes patienti longanimitate perferant. Ceterum non ob hoc deſperandum; neque bona ſpes negligenda eſt. Etſi enim multæ naves naufragium patiantur; ſunt tamen omnino non paucæ, quæ felici trajectu portum tenent. Propterea fide nobis imprimis opus; patientiaque & attentione; generoſo quoque in certaminibus animo; ac præterea fame ac ſiti bonitatis, ſimul cum multa prudentia & diſcretione; quin & acrimonia & impudentia in petendo. Nam plerique hominum, ut diximus, ſine labore ac ſudore
D conſequi regnum cælorum volunt: & ſanctos quidem viros felices prædicant: honoremque ipſorum ac chariſmata concupiſcunt; parium vero cum ipſis tribulationum, laborum & paſſionum conſortes fieri renuunt. Sed iſtud omnes, & meretrices & publicani cupiunt. Atqui propter hoc tentationes propoſitæ ſunt & probationes; ut per eas appareat, quinam vere ſuum ipſorum Dominum diligant, & ut hi juſte conſequantur cæleſte regnum.

Ταῖς θλίψεσι, καὶ τοῖς παθήμασι, τῇ ὑπομονῇ τε καὶ πίστει ἐγκεκρύφθαι νόμιζε τὰς ἐπαγγελίας, αὐτήν τε τὴν δόξαν, τὴν τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἀπόληψιν· ἐπεὶ καὶ τὸν ῥιπτούμενον τῇ γῇ σῖτον, ἢ καὶ τὸ δένδρον φημὶ τὸ ἐγκεντριζόμενον, ἀνάγκη σήψει πρότερον καὶ ἀτιμίᾳ ὑποπεσεῖν· καὶ οὕτω τοῦ εὐπρεποῦς αὐτοῦ ἐνδύματος τὸν πολλαπλάσιον καρπὸν ἀπολαβεῖν· εἰ μὴ γὰρ διὰ τῆς σήψεως ταύτης, κἀκείνων τῶν ὥσπερ ἀτίμων διελθεῖν αὐτοῖς γέγονεν, οὐκ ἂν τὴν ἐσχάτην εὐπρέπειαν, καὶ τὸ τῆς θέας κάλλος περιεβάλλοντο. τοῦτο δὲ καὶ τῷ ἀποστόλῳ δοκεῖ· διὰ πολλῶν, γάρ φησι, θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν· καὶ ὁ Κύριος· ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσεσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν· καὶ, ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἕξετε.


XXVIII. Afflictionibus, paſſionibus, patientia & fide abſconditas eſſe promiſſiones puta, ipſamque gloriam, ac bonorum cæleſtium fruitionem. Quan-
E doquidem & jactum in terram frumenti granum, & inſitum arboris ſurculum, neceſſe eſt putreſcere, & ignominioſe procidere; & ſic demum multiplicem ornatiſſimi ſui indumenti fructum recipere. Niſi enim per illam putredinem, per illas velut ignominias tranſierint, numquam eum ultimum decorem, numquam ſpecioſam illam pompam ſibi circumdarent, qua ſe oſtentant. In hac quidem ſententia Apoſtolus eſt: [a] *Per multas enim*, inquit, *tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei*. Et Dominus: [b] *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. Et: *in mundo tribulationem habebitis*.

a Act. XIV. 21. *b* Luc. XXI. 19.



A Ἕκαστος ὑμῶν ὅσουπερ ἂν καταξιωθείη τῇ τε πίστει καὶ τῇ σπουδῇ μέτοχος ἁγίου γενέσθαι πνεύματος, τοσούτον ἐκείνης τῆς ἡμέρας δοξασθήσεται αὐτοῦ καὶ τὸ σῶμα· ὃ γὰρ νῦν ἔνδον ἀπεθησαύρισε τῇ ψυχῇ, τότε καὶ ἐκτὸς ἐπὶ τοῦ σώματος ἀποκαλυφθήσεται· καὶ τὸ παράδειγμά φησιν ἐκ τῶν δένδρων· χειμῶνος γὰρ παρελθόντος, καὶ ἡλίου φαιδρότερόν τε καὶ ἀκμαιότερον ἐπιλάμψαντος, ὡς δέον, καὶ ἀνέμων ἐπιπνευσάντων, ἔσωθεν ἐκεῖνα φύει, καὶ ὡς ἐνδύματα, φύλλα καὶ τὰ ἄνθη, καὶ τοὺς καρποὺς περιβάλλεται· παραπλησίως δὲ καὶ τοῦ χόρτου ἄνθος κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ τῶν κόλπων τῆς γῆς ἀναδίδοται, καὶ σκέπεται τούτοις γῆ· καὶ ὡς ἐμπρεπὲς αὐτὰ περιβόλαιον ἀμφιέννυται. καὶ γὰρ ἐνδοξασθήσονται δι᾽ αὐτοῦ τοῦ ἀπό γε τοῦ νῦν ἐνυ- B πάρχοντος ἀῤῥήτου φωτὸς, [1] εἶτ᾽ οὖν τῆς τοῦ πνεύματος δυνάμεως· ὅπερ καὶ τότε ἔσται αὐτοῖς ἔνδυμα, βρῶσις, πόσις, ἀγαλλιασμὸς, χαρὰ, εἰρήνη, καὶ τὸ πᾶν, ζωὴ αἰώνιος.

A XXIX. Quanta unusquique vestrum fide diligentiaque dignus fuerit habitus sancti fieri Spiritus particeps, tanta ipsi mensura gloriæ continget in illa resurrectionis die corpus ejus coronari. Quod enim nunc collegit in anima, tunc exterius revelatum apparebit in corpore; cujus quasi experimentum aut exemplum spei capere licet ex arboribus. Hieme siquidem jam transacta, & lætiores calidioresque passim diffundente radios sole; ac, pro mitiori videlicet tempestate anni, ventis flantibus, trudunt illæ foras folia & flores & fructus induunt. Similiter & flos fœni per idem tempus e sinu telluris egerminat, tegiturque illis terra, & veluti decoro pallio amicitur. Ad hunc modum & corpora san- B ctorum, tunc splendebunt, foras demum erumpente luce illa, quæ in ipsis erat ineffabili; virtutem dico & gratiam spiritus; quæ tunc ipsis erit vestis, esca, potus, exsultatio, gaudium, pax: & ut verbo cuncta uno complectar, vita æterna.



ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΥΨΩΣΕΩΣ ΤΟΥ ΝΟΟΣ

ΛΟΓΟΣ.

MACARII MAGNI

DE ELEVATIONE MENTIS

LIBER.

C Μωσῆς ὁ μακάριος ὑπέδειξε τύπον διὰ τῆς τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐπιλαμπούσης τοῦ πνεύματος δόξης, ᾗ οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀτενίσαι ἐδύνατο, πῶς ἐν τῇ τῶν δικαίων ἀναστάσει τὰ σώματα δοξασθήσεται τῶν ἁγίων. ἣν δόξαν ἀπὸ τοῦ νῦν ἐν τῷ εἴσω ἀνθρώπῳ αἱ πισταὶ τῶν ἁγίων ἔχειν καταξιοῦνται ψυχαί· ἡμεῖς γάρ φησιν, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, τουτέστιν ἐν τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ, τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμεθα, εἰς τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμενοι ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν. περὶ τούτου γέγραπται πάλιν, τεσσαράκοντα νύκτας καὶ ἡμέρας τὰς ἴσας μὴ τροφῆς μνησθῆναι, μὴ πόσεως, ὅπερ οὐκ ἀνθρωπίνης φύσεως ἔργον, εἰ μή τι ἄρα τροφῆς ἐκοινώνει πνευματικῆς· ἧς περ δὴ καὶ αὐτῆς ἀπὸ τοῦ νῦν αἱ ἅγιαι ψυχαὶ μεταλαμβάνουσιν ἐκ τοῦ πνεύματος. D

Τὴν δόξαν ἣν ἐντεῦθεν αἱ τῶν ἁγίων πλουτοῦσι ψυχαὶ, ἐκείνη καλύψει καὶ ἀμφιάσει τὰ γυμνὰ σώματα ἐν τῇ ἀναστάσει, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνάρπαστα ποιήσει. καὶ τότε λοιπὸν σώματι καὶ ψυχῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ Θεοῦ ἅμα διηνεκῶς ἀναπαύσονται· τὸν γὰρ Ἀδὰμ κτίσας ὁ Θεὸς πτέρυγας αὐτῷ σωματικὰς ὡς τοῖς πετεινοῖς οὐκ ἐνέθηκεν, ἅτε τὰς τοῦ πνεύματος κατὰ τὴν ἀνάστασιν παρέξειν αὐτῷ μέλλων, ἵνα κουφίζηται δι᾽ αὐτῶν καὶ ἁρπάζηται ὅπου πάντως τὸ πνεῦμα βούληται· ταύτας δὲ τὰς νοητὰς πτέρυγας ταῖς τῶν ἁγίων ψυχαῖς ἀπὸ τοῦ νῦν δέδοται ἔχειν, αἳ πρὸς τὸ οὐράνιον αὐτὰς μετεωρίζουσι φρόνημα· Χριστιανῶν γὰρ κόσμος ἄλλος, καὶ ἄλλα ἐνδύματα, καὶ τράπεζα ἄλλη, καὶ ἄλλη ἀπόλαυσις. ἐπεὶ

C I. Beatus Moses subostendit formam, per resplendentem in ejus vultu Spiritus gloriam, in quam nullus hominum posset intendere, ejus gloriæ qua in justorum resurrectione glorificabuntur corpora sanctorum: qua gloria ex hoc tempore in interiori homine sanctorum animæ dignæ habentur. [a] *Nos* enim, ait, *revelata facie*, hoc est, interiori homine, *gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformati a claritate in claritatem*. Circa hoc scriptum est [b] rursus: Mosem quadraginta noctibus & totidem diebus, nec cibi meminisse nec potus, quod humanæ naturæ modum excedit: nisi spiritualis impertita ipsi esca fuerit. Qualem videlicet jam nunc sanctæ animæ percipiunt ex spi- D ritu.

II. Claritas qua jam hinc sanctorum abundant animæ, illa ipsa reget & amiciet nuda corpora in resurrectione, ac rapta in cælos auferet; & tunc illi corpore pariter & anima in Dei regno simul perpetuo requiescent. Adamum quippe creans Deus alas ipsi corporeas, velut avibus, non indidit; utpote cui alas spirituales, quibus post resurrectionem attolleretur, & raptus quocumque vellet spiritus, libere ferretur, dare ipsi decreverat. Has spirituales alas, sanctorum animabus jam tunc datum est habere, quæ ad cælestem ipsas transferunt sensum. Christianorum enim alius, quam ceterorum ornatus, alia indumenta, mensa alia, & alia fruitio est, quandoquidem e cælis venturum Christum scimus,

a II. Cor. III. 18. b Exod. xxiv. 18. xxxiv. 28.

1. Εἶτ᾽ οὖν] Id vero in mendo cubare videtur.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.

καὶ οὐρανόθεν ἐλεύσεσθαι τὸν Χριστὸν οἴδαμεν ἀναστῆσαί τε τοὺς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος κεκοιμημένους, καθὼς αἱ θεῖαι γραφαὶ, καὶ εἰς δύο τούτους διελόντα μέρη, καὶ τὰ ἑξῆς.

A suscitaturum eos, qui ex omni ævo dormierunt; quemadmodum sacræ scripturæ docent [a]: in duas partes dividet, & quæ sequuntur.

Οἷς μέλει τὸν τοῦ Χριστιανοῦ βίον ὡς κάλλιστα κατορθοῦν, τούτοις καὶ προσήκει προηγουμένως τοῦ διανοητικοῦ τε καὶ διακριτικοῦ καὶ ἡγεμονικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς διὰ πάσης ἐπιμελεῖσθαι τῆς σπουδῆς· ἵνα τὴν τοῦ καλοῦ τε καὶ κακοῦ διάκρισιν ἀκριβώσαντες, καὶ ἃ παρὰ φύσιν ἐπεισήχθη πάθη τῆς καθαρᾶς ἀποκρίναντες φύσεως, ἀπροσκόπως ζῆν ἔχοιεν, ὡς ὀφθαλμῷ τῷ τῆς διακρίσεως μέλει χρωμένοις, καὶ ἀσυνθετοι πρὸς τὰς τῆς κακίας ἀφορμὰς εἶναι δυνάμενοι· ἔστι γὰρ θέλημα τῇ ψυχῇ τὰ μέλη τοῦ σώματος τῆς τῶν αἰσθήσεων βλάβης ἄχραντα συντηρεῖν, ἀπεῖρξαί τε ἑαυτὴν τῶν τοῦ κόσμου περισπασμῶν, καὶ φυλάξαι τὴν καρδίαν, τοῦ μὴ ἐξαπλοῦν τῷ κόσμῳ τὰ μέλη τῶν αὐτῆς λογισμῶν, ἀλλὰ περισφίγγειν αὐτὰ πάντοθεν καὶ συνέχειν χαμαιζήλου μερίμνης καὶ ἡδονῆς· ἐπειδὰν οὖν ὁ Κύριος ἴδῃ τινὰ ταύτῃ διάγοντα, καὶ οὕτως ἑαυτὸν ἀκριβοῦντα, φόβῳ τε καὶ τρόμῳ δουλεύειν αὐτῷ προθέμενον, ἐπορέγει καὶ τὴν ἐκ τῆς αὐτοῦ χάριτος ἐπικουρίαν· ἐπεὶ, τί ποιήσειεν ὁ Θεὸς τῷ ἑκόντι τῷ κόσμῳ ἑαυτὸν ἐκπαρέχοντα, καὶ ὀπίσω τῶν ἡδονῶν αὐτοῦ πορευόμενον;

III. Quibus curæ est Christianæ vitæ officia quam optime omnia exsequi; eos ante quidvis aliud oportet, partis animæ, quam superiorem & prædominantem vocant, intellectualis videlicet ac discretivæ, diligentem habere rationem; ut accurate boni malique discrimen facientes, nec quæ præter naturam invectæ sunt cupiditates, naturæ puræ esse judicantes, inoffensum vitæ cursum habeant, utpote qui discretionis veluti oculo utantur; & qui a fal- B laciis pravitatis securi esse possint. Est enim voluntas animæ, membra corporis a noxa errantium sensuum incorrupta servari; seque ipsam a mundi avocationibus arcere: custodireque cor ne in mundum extendat membra suarum cogitationum; sed ea colligat & undecumque restricta contineat, ab humili cura & voluptate coercens. Enimvero ubi Dominus aliquem id sedulo agentem viderit; sic, inquam, attentum, semperque cum metu ac tremore servire ipsi paratum, suggeret ipsi ad ulteriora gratiæ auxilium. Quare vero Deus ultro se mundo tradentibus & voluptates sectantibus id faceret?

Αἱ νήψασαι πέντε παρθένοι ἐκεῖναι, καὶ τὸ ξένον τῆς ἑαυτῶν φύσεως ἔλαιον ἐν τοῖς ἀγγείοις παραλαβοῦσαι τῆς καρδίας, τοῦτο δὲ ἡ χάρις τοῦ πνεύματος, ἐδυνήθησαν εἰς τὸν νυμφῶνα συνεισελθεῖν τῷ νυμφίῳ· αἱ ἄλλαι δὲ αἱ μωραὶ, αἱ κακαὶ, τῇ ἰδίᾳ φύσει ἐναπομείνασαι, οὐκ ἔνηψαν, οὐδὲ κατὰ σπουδῆς ἔσχον τὸ τοιόνδε τῆς ἀγαλλιάσεως ἔλαιον εἰς τὰς ἑαυτῶν καρδίας παραλαβεῖν· ἀλλ' οἱονεὶ ἀφύπνωσαν, δι' ἀμέλειάν τε καὶ χαυνότητα, καὶ δικαιοσύνης οἴησιν· παρ' ὃ καὶ ὁ νυμφὼν αὐταῖς ἀπεκλείσθη τῆς βασιλείας· δῆλον γὰρ ὅτι δεσμῷ τινι τοῦ κόσμου καὶ φιλίᾳ γεγόνασι κάθεκται, καθότι τὴν ἀγάπην αὐτῶν ἐντελῆ, καὶ τὸν ἔρωτα τῷ ἐπουρανίῳ μὴ παρέσχον νυμφίῳ· καὶ γὰρ αἱ τὸ ξένον τῆς φύσεως τὸν ἁγιασμὸν τοῦτον ζητοῦσαι ψυχαὶ τοῦ πνεύματος, ὅλην τὴν ἀγάπην αὐτῶν ἐξάπτουσαι τῷ Χριστῷ, ἐκεῖ περιπατοῦσιν, ἐκεῖ εὔχονται, ἐκεῖ λογίζονται, ἐκεῖ μελετῶσι, πάντων ἐπιστᾶσαι τῶν ἄλλων· αἱ γὰρ πέντε τῆς ψυχῆς αἰσθήσεις, σύνεσις, γνῶσις, διάκρισις, ὑπομονὴ, ἔλεος, ἂν τὴν ἄνωθεν χάριν καὶ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ πνεύματος δέξωνται, καὶ φρόνιμοι τῇ ἀληθείᾳ παρθένοι ἔσονται· εἰ δὲ τῇ φύσει ἑαυτῶν ἐγκαταλειφθεῖεν, μωραὶ τῷ ὄντι εὑρίσκονται, καὶ τέκνα οὖσαι τοῦ κόσμου δείκνυνται.

C IV. Prudentes illæ virgines, quæ peregrinum a sua ipsarum natura oleum (quod est Spiritus gratia) in vasis cordis præsumserant, potuerunt in thalamum simul intrare cum sponso. Aliæ vero fatuæ & malæ, ea sibi sufficere ducentes, quæ natura ipsis suppeditabat sua, iisque propterea contentæ, omni solicitudine omissa supinæ securitati se dederunt, neque, quod debuerant, studuerunt oleum istud lætitiæ in vasis cordis ipsarum præsumere: sed velut obdormierunt per incuriam torporemque ac confidentiam justitiæ propriæ. Ob quod regni thalamus ipsis occlusus est. Manifestum enim erat, a partibus eas mundi stare, illi defixas quodam quasi amicitiæ vinculo, quæ fuit caussa cur totum & inte- D grum amorem suum sacrare sponso in solidum nequiverint. Sed illæ peregrinum a natura ipsarum bonum, sanctificationem, inquam, Spiritus quærentes, totam suam Christo affixerunt caritatem, ibi conversantur, ambulant, orant; ibi ratiocinantur; ibi meditantur, ab aliis omnibus aversæ. Nam quinque animæ sensus, qui sunt: prudentia, intelligentia, discretio, patientia & misericordia, si superne gratiam & sanctificationem Spiritus acceperint, fient virgines vere prudentes: si autem in natura ipsarum relinquantur, fatuæ verissime reperiuntur; & merito accensentur filiis hujus sæculi.

Ὥσπερ ξένην τῆς φύσεως ἡμῶν τὴν κακίαν οὖσαν, διὰ δὲ τῆς παραβάσεως τοῦ πρώτου παρεισδῦσαν ἀνθρώπου κατεδεξάμεθα, φύσιν ἡμῖν τῷ χρόνῳ καθαπερεὶ γεννωμένην. οὕτω δὴ καὶ διὰ τοῦ ξένου τούτου τῆς ἡμετέρας φύσεως, τῆς ἐπουρανίου φημὶ τοῦ πνεύματος δωρεᾶς, ἀποσκορακισθῆναι πάλιν αὐτὴν τῆς ἡμετέρας προσήκει φύσεως, καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν ἡμᾶς καθαριότητα καταστῆναι· ὡς εἰ μὴ τοῦτο τῇ πολλῇ δεήσει καὶ πίστει, προσοχῇ, καὶ τῶν τοῦ κόσμου ἀποστροφῇ γένοιτο, καὶ ἡ μιανθεῖσα πρὸς τῆς κακίας φύσις ἡμῶν, ὑπὸ τῆς ἀγάπης ἐκείνης, ἥτις ὁ Κύριός ἐστιν, ἁγιασθείη, καὶ μέχρι τέλους ἄπταιστοι διαμείνωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ τῶν θείων μεταποιούμενοι, τῆς ἐπουρανίου βασιλείας ἐπιτυχεῖν οὐ δυνάμεθα.

V. Sicuti hospitem naturæ nostræ malitiam, per E primi transgressionem hominis in nos peregre intrusam admisimus; novam quasi naturam in nobis mora & usu longi temporis operatam; ita per hospes quoque istud nostræ naturæ bonum (donum dico Spiritus cælestis) ejicere vicissim convenit e nostra natura pestem illam, & in primævam nos restituere puritatem. Etenim nisi multa oratione & fide, multa attentione, & a rebus mundi aversione, consequamur, ut polluta immixtione malitiæ natura nostra, ab illa caritate, quæ Deus est, sanctificetur; & ad finem usque sine offensa permanserimus in plena & exacta divinorum ejus observatione mandatorum, cælestis regni compotes esse non poterimus.

a Matth. xxv. 32.

A Λεπτόν τινα καὶ βαθὺν λόγον κατὰ τὰ ἐμοὶ δυνατὰ, διελθεῖν βούλομαι· σωματοποιεῖ ἑαυτὸν ὁ ἄπειρος καὶ ἀσώματος Κύριος διὰ χρηστότητα ἄπειρον, καὶ σμικρύνει, ὡς ἄν τις φαίη, ὁ μέγας καὶ ὑπερούσιος, τοῦ δυνηθῆναι τοῖς νοεροῖς αὐτοῦ κτίσμασι συγκραθῆναι ψυχαῖς, ἁγίων φημὶ καὶ ἀγγέλων, ἵνα δυναταὶ γένοιντο καὶ αὗται ζωῆς ἀθανάτου τῆς αὐτοῦ θεότητος μετασχεῖν· ἐπεὶ καὶ ἕκαστον κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, σῶμά ἐστιν, ὁ ἄγγελος, ἡ ψυχὴ, ὁ δαίμων. κἂν γὰρ λεπτὰ εἶεν· ἀλλ' ὅμως ἐν ὑποστάσει χαρακτῆρί τε, καὶ εἰκόνι κατὰ τὴν λεπτότητα τῆς ἑαυτῶν φύσεως, σῶμα τυγχάνει λεπτόν. ὥσπερ ἐν ὑποστάσει τουτὶ τὸ σῶμα παχύ ἐστι, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ σῶμα οὖσα λεπτὸν περιέβαλε καὶ ἐνεδύσατο τὰ μέλη τοῦδε τοῦ σώματος. B περιέβαλλε γὰρ τὸν ὀφθαλμὸν δι' οὗπερ γοῦν καὶ ὁρᾷ· περιέβαλλε τὸ οὖς τοῦτο δὲ, δι' οὗ καὶ ἀκούει· τὴν χεῖρα, τὴν ῥῖνα, καὶ ἁπαξαπλῶς ὅλα τὰ μέλη τοῦ σώματος περιέβαλλε καὶ συνεκράθη ὅλοις αὐτοῖς ἡ ψυχὴ, δι' οὗ καὶ πάντα ὅσα δὴ τῷ βίῳ ἐνεστρέφεται ἐπιτηδεύματα διανύει· τὸν οὖν αὐτὸν τρόπον, καὶ ἡ ἀλάλητός τε καὶ ἀνεννόητος τοῦ Χριστοῦ χρηστότης σμικρύνει καὶ σωματοποιεῖ ἑαυτὴν, καὶ συγκεράννυται καὶ περιλαμβάνει τὰς πιστὰς καὶ φίλας αὐτοῦ ψυχὰς, καὶ εἰς ἓν αὐταῖς πνεῦμα γίνεται κατὰ τὸ λόγιον Παύλου, ψυχὴ εἰς ψυχὴν, ὡς φάναι, καὶ ὑπόστασις γοῦν εἰς ὑπόστασιν, ὡς ἂν τῇ τοιᾷδε ψυχῇ ἐν τῇ αὐτοῦ θεότητι ζῆσαί τι ὑπάρξῃ, καὶ ἀθανάτου ζωῆς ἐφικέσθαι, καὶ ἡδονῆς ἀφθάρτου καὶ ἀῤῥήτου δόξης κατατρυφῆσαι.

A VI. Subtilem quamdam abstrusioremque doctrinam, prout potero, exponere hic volo. In corpus quodammodo se ipsum transformat immensus & incorporeus Dominus, per benignitatem infinitam; & minuit, parvumque, ut sic dicam, contrahens se facit, ingens ille supersubstantialis, ut sic possit cum intellectualibus suis creaturis quasi coalescere. Animas sanctorum dico, & angelos, ut sic hæ creaturæ possint vitæ immortalis, qua ipsa ejus divinitas fruitur, participes effici. Quoniam horum quodque secundum propriam naturam corpus est; corpus, inquam, sunt & angelus, & anima, & dæmon. Etsi enim res tenues subtilesque sunt, tamen in hypostasi, caractere, ac forma propriis, secundum B tenuitatem naturæ ipsorum corpus sunt tenue; sicut in sua hypostasi corpus hoc nostrum, crassum corpus est; itaque anima corpus cum sit exilis tenuitatis, circumdat sibi atque induit membra hujus corporis, induit nempe oculum, per quem videt, aurem, per quam audit; manum, nares; uno verbo, cuncta corporis membra circumponit sibi, cumque illis penitus commiscetur perque hæc cunctas functiones humanæ conversationis exsequitur. Ad similem igitur modum ineffabilis & incomprehensibilis Christi bonitas contrahit ac parvam facit ac quasi in corpus fingit se ipsam; atque se immiscens amplectitur fideles & amicas sibi animas, & [a] *unus cum ipsis fit spiritus*, secundum oraculum Paulli; C anima in animam, ut sic dicatur, & hypostasi in hypostasim quasi coalescente. Ut per hoc tali animæ in ipsius divinitate vivere contingat, & ad immortalem vitam tandem pervenire, voluptateque incorrupta, & ineffabili gloria gaudere.

Τῇ τοιαύτῃ ψυχῇ, φησιν, ὁ Κύριος, ὅτε μὲν βούλεται πῦρ γίνεται, πᾶν φαῦλον αὐτῆς καὶ ἐπείσακτον διακαῖον· ὥσπερ καὶ ὁ προφήτης φησίν· ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον· ὅτε δὲ ἀνάπαυσις ἄῤῥητος, ὅτε δὲ χαρὰ καὶ εἰρήνη, περιθάλπων καὶ περιβάλλων αὐτήν. μόνον ἐν σπουδῇ θετέον φιλεῖν αὐτὸν καὶ χαρίζεσθαι τρόποις ἀγαθοῖς, καὶ αὐτῇ πείρᾳ, αὐτῇ αἰσθήσει ὄψεται ἁψάμενος ἀλαλήτων ἀγαθῶν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα τὸ πνεῦμα Κυρίου γίνεται τοῦτο μὲν εἰς ἀνάπαυσιν, τοῦτο δ' εἰς ἀγαλλίασιν καὶ τρυφὴν, καὶ ζωὴν τῆς ἀξίας ἐκείνου δεικνυμένης ψυχῆς. σωματοποιεῖ γὰρ ἑαυτὸν ὥσπερ εἰς βρῶσιν πνευματικὴν, οὕτω καὶ εἰς ἔνδυμά τε καὶ κάλλη ἀνεκδιήγητα, ἵν' εὐφροσύνης οὕτω πληρώσῃ πνευματικῆς· ἐγὼ γάρ εἰμί φησιν ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· καὶ ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.

VII. Tali animæ Dominus, quoties quidem vult, fit ignis, consumens quicquid in ea pravum ac aliunde invectum est; sicut ait propheta: [b] *Deus noster ignis consumens est*. Alias eidem animæ fit ineffabilis quies; aliquando gaudium & pax, circumfovens, & undique amplectens ipsam. Tantum ne desimus nostris partibus, ut illum amemus, illi gratificemur moribus probis. Hæc qui præstabit, ipso sensu perspiciet, inire se jam possessionem inenarrabilium bonorum, quæ oculus non vidit, auris non D audivit, & in cor hominis non adscenderunt; per quæ Spiritus Domini fit nunc in requiem, nunc in exsultationem, & voluptatem & vitam ejus animæ, quæ se illo dignam ostenderit. Incorporat enim se ipsum sicut in escam spiritualem, ita & in indumentum & ornatum inenarrabilis splendoris, ut sic eam spirituali lætitia impleat. [c] *Ego* enim, ait, *panis vitæ sum*. Et: [d] *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*.

Οὕτω φησὶ καὶ ἑκάστῳ τῶν ἱερέων καὶ ἁγίων ὁ Θεὸς ὤφθη, ὡς αὐτῷ θέλημα καὶ τῷ ὁρῶντι λυσιτελὲς, οἷον, ἄλλως τῷ Ἀβραὰμ, καὶ ἄλλως τῷ Ἰσαὰκ, τῷ Ἰακὼβ ἄλλως, τῷ Νῶε, τῷ Δανιὴλ, τῷ Μωσεῖ, τῷ Δαβὶδ, καὶ ἑκάστῳ τῶν προφητῶν, σμικρύνων ἑαυτὸν καὶ σωματοποιῶν, ὥσπερ εἴρηται, μεταμορφούμενός τε καὶ ὀπτανόμενος, τούτοις ἀγαπῶσιν αὐτὸν, οὐ καθόσον αὐτός ἐστιν, ἀχώρητος γὰρ, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐκείνων χώρησίν τε καὶ δύναμιν, διὰ τὴν πολλὴν καὶ ἀπερινόητον ἣν ἔσχεν εἰς αὐτοὺς ἀγάπην.


VIII. Ita cuique sacerdotum & sanctorum Deus adparuit, ut & ipsi fuit Deo placitum & videnti utile: aliter Abrahamo, aliter Isaaco, aliter quoque E Jacobo, Noe, Danieli, Mosi, Davidi, & unicuique prophetarum, minuens & in corpus fingens se ipsum, sicut dictum est, transfiguransque se, ac forma visibili assumta intuendum se præbens diligentibus ipsum; non quantus est, cum sit incomprehensibilis; sed quantum illi capere possunt; propter multum & incomprehensibilem, quo in ipsos fertur, amorem.

Ψυχὴ καταξιωθεῖσα τὴν ἐξ ὕψους εἰσοικίσασθαι δύναμιν, καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ θεῖον, καὶ τὴν ἐπουρανίου τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος ἀγάπην συγκεκραμένην ἔχουσα τοῖς ἑαυτοῦ μέλεσι, πάσης κοσμικῆς ἀ-

IX. Anima Dei dignatione consecuta, ut virtutem illam ex alto, divinumque illum ignem intra se domesticum habeat; illa supercælestis boni Spiritus quasi concretam suis ipsius membris caritatem

a 1. Cor. VI. 17. b Deut. IV. 24. Hebr. XII. 29. c Joan. VI. 51. d Ibid. ℣. 44.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
371.



γάπης ἀτεχνῶς λύεται, καὶ δεσμοῦ κακίας ἀνίεται. A ὥσπερ γὰρ σίδηρος ἢ μόλυβδος, χρυσός τε καὶ ἄργυρος πυρὶ παραβληθεὶς λύεται, καὶ τῆς φύσεως αὐτοῦ τὸ ἀντίτυπον εἰς ἁπαλότητα μεταβάλλει, ἐν ὅσῳ τε τῷ πυρὶ ὁμιλεῖ, χαῦνός ἐστι καὶ ἔκλυτος, καὶ τὴν φυσικὴν ἀποβεβληκὼς ἀντιτυπίαν διὰ τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν· οὕτω καὶ ψυχὴ τὸ ἐπουράνιον ἐκεῖνο δεξαμένη πῦρ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος, πάσης προσπαθείας τοῦ κοσμικοῦ πνεύματος ἐκχωρεῖ, καὶ τῶν δεσμῶν ἀφίεται τῆς κακίας, ἔξ αὐτῆς τε τῆς φυσικῆς σκληρότητος μεταβάλλει τῆς ἁμαρτίας, σμικρὰ πάντα λογιζομένη καὶ ἀτιμάζουσα· φημὶ δ' ὅτι κἂν τινες αὐτῇ εἶεν ἀδελφοὶ κατ' ἄκραν φιλούμενοι, πρὸς δὲ ἐκείνην αὐτῇ παραποδίζοιεν τὴν ἀγάπην, καὶ αὐτοὺς ἂν ἀποστέρξοιεν ἡ τῷ τοιούτῳ ἔρωτι ἁλοῦσα B ψυχή· εἰ γὰρ σαρκικῆς κοινωνίας ἀγάπη γάμου, πατρός τε καὶ μητρὸς καὶ ἀδελφῶν διΐστησι· κἂν τις φιλῇ τινα τούτων, ἐξ ἐπιπολῆς φιλεῖ, τὴν δὲ διάθεσιν ὅλην καὶ τὸν πόθον πρὸς τὴν συνῳκισμένην αὐτῷ τέτακεν· εἰ ἡ τῆς σαρκὸς φιλία οὕτω λύει πάσης ἄλλης τοῦ κόσμου φιλίας, σχολῇ γ' ἂν οἱ ἐκείνῳ τῷ ἀπαθεῖ βληθέντες ἔρωτι, τινὶ τῶν τοῦ κόσμου καθεκτοὶ γένοιντο.

obtinens, omni profecto mundani amoris expeditur nexu, & vinculo malitiæ solvitur. Ut enim ferrum, plumbum, aurum, argentum conjecta in ignem solvuntur; ipsorumque inflexibilis antea & ad tactum resistens soliditas in fluidam mollitiem mutatur; ita ut quamdiu in igne perstant, fluxa, liquida, resoluta cernantur & sint, rigiditate prorsus deposita naturali, ob flammæ vim: sic & anima, quæ supercælestem illum concepit ignem spiritualis caritatis, omnem a se affectum mundani spiritus procul habet, vinculisque malitiæ cunctis exsolvitur; & ex ipsa se relaxat emollescens duritie peccati; parva omnia mundana reputans, & ut vilia contemnens. Hanc ajo equidem vel si quosdam fratres habeat, ipsi carissimos; senseritque aliquid impedimenti ipsos objicere exercitio suæ in Deum caritatis, amori ipsorum, nuncium extemplo esse remissuram. Si enim amor erga nuptias ob carnalem conjunctionem initas, a patre, matre, & fratribus disjungit, ut si quis horum aliquem amet, leviter & superficiarie amet; omnem vero adfectum animi, omne desiderium ad cohabitantem ipsi conjugem affixum habeat; atque si carnalis hujusmodi amicitia omnem aliam carnis amicitiam disrumpat, an segne otium erit desiderio perturbationis omnis immuni permissis amorem aliquem mundi non cohibendi?

Χρηστὸς ὢν φιλάνθρωπος ὁ Θεὸς, μακροθύμως ἔχει, καὶ πολύς ἐστιν ἀναμένων τὴν ἑκάστου τῶν ἁμαρτανόντων μετάνοιαν· ἑορτὴν οὐρανίαν τιθέμενος C τὴν τοῦ μεταμελομένου ἐπιστροφήν· χαρὰ γάρ, φησιν αὐτὸς, ἐν τῷ οὐρανῷ γίνεται ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι· εἰ δέ τις τὴν χρηστότητα αὐτὴν καὶ μακροθυμίαν ὁρῶν, καὶ ὅτι μὴ τοῖς κατὰ μέρος ἁμαρτήμασιν ἐπεξέρχεται, τὴν μετάνοιαν, ὥσπερ ἔφημεν, ἐκδεχόμενος, κατολιγωρήσει τῆς ἐντολῆς, καὶ τὴν χρηστότητα, φεῦ! ἀφορμὴν σχοίη πρὸς καταφρόνησιν, ἁμάρτημα ἐπὶ ἁμαρτήματι προστιθεὶς καὶ προσκώμματι πρόσκωμμα ἐποικοδομῶν, ῥαθυμίαν τε συνάπτων τῇ ῥαθυμίᾳ, πληροῖ τοὺς τῶν ἁμαρτιῶν ὅρους, καὶ τοιούτῳ λοιπὸν ἁλίσκεται παραπτώματι, ἐξ οὗ μηκέτι παρὸν αὐτῷ ἀνακτήσασθαι· ἀλλ' ἐς μάτην τὴν συντριβὴν ὑποστὰς, καὶ τῷ πονηρῷ εἰς τέλος συγχωρηθεὶς, ἀπόλλυται· οὕτως ἐπὶ Σοδόμων γέγονεν· D ἀποπλήσαντες, γὰρ καὶ ὑπερβάντες τοὺς τῶν ἁμαρτιῶν ὅρους, ἐπεὶ μηδὲν, ὡς εἰπεῖν, ζώπυρον μετανοίας αὐτοῖς ὑπελείφθη, ἀνάλωμα πυρὸς ὑπὸ τῆς θείας δίκης γεγόνασιν· οὕτως ἐπὶ Νῶε· καὶ γὰρ ἀχαλίνοις χρώμενοι ταῖς ἐπὶ τὴν κακίαν ὁρμαῖς, καὶ μηδὲν εἶδος μετανοίας ἐπιδεικνύμενοι, τηλικοῦτον ἑαυτοῖς ἁμαρτιῶν ὄγκον ἐξεκορύφωσαν, ὡς πᾶσαν ὁμοῦ τὴν γῆν εἰς πᾶν διαφθαρῆναι· οὕτω τοῖς Αἰγυπτίοις πολλὰ πλημμελοῦσι καὶ εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν ἐξυβρίζουσι· χρηστὸς ἦν ἐκεῖνος οὐ πανωλεθρίᾳ παραδιδοὺς, ἀλλὰ διὰ τῶν κατὰ μέρος μαστίγων εἰς μετάνοιαν ἐπαγόμενος· ἐπεὶ δὲ ἐπιστρέφοντες ἀγαπητῶς, πάλιν πρὸς τὴν κακίαν ἀνέστρεφον, καὶ τῆς προτέρας εἴχοντο ἀπιστίας, ἔσχατον δὲ καὶ τὸν λαὸν τοῦ Κυρίου ἀναγόμενον κατεδίωκον, ἀνάλωσεν αὐτοὺς ἡ θεία δί- E κη τὸ σύνολον καὶ ἀπώλεσεν· οὕτω τοῦ Ἰσραὴλ πολλὰ ἁμαρτάνοντος, καὶ τοὺς προφήτας ἀποκτενόντος τοῦ Θεοῦ, τῆς συνήθους οὗτος μακροθυμίας ἐγίνετο· ἐπεὶ δὲ εἰς τοῦτο κακίας προέκοψαν, ὡς μηδὲ τὸ δεσποτικὸν δυσωπηθῆναι ἀξίωμα· ἀλλὰ κἀκείνῳ μιαιφόνους χεῖρας ἐπιβαλεῖν· καὶ αὐτοὶ καθάπαξ ἀπεβλήθησάν τε καὶ κατεβλήθησαν· καὶ ἤρθη ἀπ' αὐτῶν ἥ τε προφητεία, καὶ ἡ ἱερατεία καὶ ἡ λατρεία. καὶ ἐπιστεύθη ταῦτα τοῖς πιστεύσασιν ἔθνεσι.

X. Benignus & hominum amans Deus, multa patientia exspectat cujusque peccantium pœnitentiam; in festum cæleste instituens resipiscentis conversionem: [a] *Gaudium* enim, ait ipse; *est in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente.* Si vero quis hanc animadvertens Dei bonitatem & longanimitatem, qua sibi temperat a singulis protinus criminibus ulciscendis, exspectans, ut diximus, pœnitentiam, negligat præceptum, & Dei bonitatem, pro nefas! in occasionem contemtus vertat, peccata peccatis accumulans, & scandalo scandalum superstruens, desidiamque affuens desidiæ; is sane peccatorum implet terminos, & de cetero in tali deprehenditur lapsu, ex quo non amplius illi continget in integrum restitui; quippe quasi contritis ruina membris innitens, & maligno se usque in finem permittens, perit. Sic Sodomis accidit; expleta enim & supercumulata mensura peccatorum, cum ne scintillam quidem, ut sic dicam, bonæ mentis ad spem pœnitentiæ reliquam fecissent, igne divinæ ultionis instrumento sunt absumti. Sic & in diebus Noe; quando ruentes effusis in nefas omne habenis homines, nullo argumento dato verisimiliter confidendi fore, ut ad meliorem se frugem reciperent, tantam tamque gravem supra se se molem exaggerarunt delictorum, ut secum terram universam in exitium pertraherent. Haud dissimilia Ægyptiis evenere, multa contra Deum impie ausis, multis grassatis in ejus populum injuriis. Bonus quidem Dominus cladem extremam diu distulit, aliis super aliis castigationibus eos ad resipiscentiam invitans; at cum nullum finem facerent sæpius iniquitatis resumendæ, tandem populum Domini rite dimissum persequentes, ac retrahere conantes, extremo ipsos ira divina exitio mactavit. Israelitas pariter multa delinquentes, cædis quin etiam prophetarum Dei reos, postquam solita sibi longanimitate diu tolerasset Dominus; ubi ad extremum vidit, eo ipsos immanis processisse amentiæ, ut neque divinam in misso ad eos Dei Filio reveriti majestatem, manus ei cruentas intulerint, damnatos irrevocabiliter abjecit in omne tempus, dejecitque; ablata iis prophetia, sacerdotio, religione; quas commisit credentibus in ipsum gentibus.

[a] Luc. xv. 10.

Προσδράμωμεν τῷ καλοῦντι Χριστῷ προθύμως, ἐκχέοντες ἐπ' αὐτὸν τὰς καρδίας· καὶ μὴ τὴν ἑαυτῶν ἐθελοκακοῦντες ἀπογινώσκωμεν σωτηρίαν· καὶ τοῦτο γὰρ τοῦ πονηροῦ σόφισμα, ὑπομνήσει προτέρων ἁμαρτιῶν ὁδοποιεῖν εἰς ἀπόγνωσιν· ἀλλ' ἡμῖν κατανοητέον· ὅπερ εἰ Κύριος ἐλθὼν τυφλῶν τε καὶ παραλύτων καὶ κωφῶν ἰατρὸς καὶ διορθωτὴς ἦν, νεκρούς τε ἤδη καταφθαρέντας ἀνέστη, πόσῳ μᾶλλον τυφλότητα διανοίας, καὶ ψυχῆς πάρεσιν, καὶ ἀμελοῦς καρδίας ἰάσεται κώφωσιν; ἐπεὶ μηδὲ ἕτερος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ τὸ σῶμα κτίσας, αὐτός ἐστι καὶ ὁ τὴν ψυχήν· καὶ εἰ πρὸς τὰ λυόμενα καὶ θνήσκοντα οὕτως εὐμενῶς καὶ ἱλέως εἶχε· πόσῳ μᾶλλον τῇ ἀθανάτῳ ψυχῇ κακίας νόσῳ καὶ ἀγνοίας ἁλούσῃ, ἔπειτα προσερχομένῃ τούτῳ καὶ δεομένῃ, φιλανθρώπως θεραπευτικῶς χρήσεται; αὐτοῦ γὰρ φωνή, τό· ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος οὐ μὴ ποιήσει ἐκδίκησιν τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας; ναὶ λέγω ὑμῖν, ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει· καὶ τό· αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν· καὶ αὖθις· κἂν διὰ τὸ φίλον εἶναι οὐ δώσει αὐτῷ, διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ, ἀναστὰς δώσει αὐτῷ ὅσου χρῄζει, ἀναιδῆ καὶ παράμονον τὴν αἴτησιν προτρεπόμενος, ἐπεί τοι καὶ διὰ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἦλθεν ἵνα ἐπιστρέψῃ πρὸς ἑαυτόν· μόνον ἡμεῖς τῶν κακῶν προλήψεων ἀποστάντες, σχολάσωμεν τῷ Κυρίῳ· καὶ αὐτὸς οὐχ ὑπερορᾷ, ἀλλ' ἕτοιμος ἔσται, παρέχων τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν.

A XI. Accurramus ad vocantem nos Christum alacriter, effundentes super ipsum corda; & ne nostram, sponte remittentes de nostra contentione, desperemus salutem. Nam & hoc diaboli sophisma est, recordatione priorum delictorum inducere in desperationem. At nobis ita cogitandum est: si Dominus, cum in hunc mundum advenit, cæcorum, paralyticorum, surdorum medicus & restitutor in integrum fuit; si mortuos jam corruptos suscitavit; quanto magis cæcitatem mentis, animæ pigritiam, incuriosi cordis curabit surditatem; quandoquidem, ut non alius ab ipso corporis creator est; ita & animam ipse condidit? Et; si erga fluxa & mortalia tam benigne ac clementer affectus B est; quanto magis immortali animæ, morbo iniquitatis & ignorantiæ laboranti; deinde accedenti ad ipsum & oranti, benevole curationem adhibebit? ejus enim vox hæc est: [a] *Pater meus cælestis, an non faciet vindictam clamantium ad se die ac nocte? ita dico vobis, quia cito faciet vindictam eorum.* Et illa ejus quoque vox est: [b] *Petite & dabitur vobis.* Et rursus: [c] *Si eo, quod amicus ejus sit non dabit; propter improbitatem tamen ejus surget, & dabit illi quanto indiget.* Quibus verbis ad piam nos quamdam in petitione impudentiam, & improbam importunamque instantiam hortatur. Enimvero propter peccatores ipse venit, ut eos ad se con- C verteret. Tantum a falsis recedentes præoccupationibus Domino vacemus; & ille nos non despicit; sed promtus est, subministrans, quo ab ipso egemus, auxilium.

Ὥσπερ ἐπὶ τῶν νόσῳ καὶ ἀσθενείᾳ κατειλημμένων, ἐπειδὰν μηκέτι τὸ σῶμα δυνατὸν ᾖ τροφῆς καὶ πόσεως μετασχεῖν, εἰς ἀπόγνωσιν τοῦτο συνωθεῖ, καὶ θανάτου τεκμήριον γίνεται, θρῆνός τε ἐπὶ τούτῳ καὶ φίλους ἔχει καὶ τοὺς προσήκοντας· οὕτω δὴ καὶ Θεὸς καὶ ἄγγελοι ψυχὰς τὰς μὴ τροφῇ τῇ ἐπουρανίῳ χρήσασθαι δυναμένας, διὰ πολλῆς λύπης καὶ θρήνων ποιοῦνται. εἰ τοίνυν ἐγένου τῷ Θεῷ θρόνος, ἐκεῖνον ἔχων ἐπικαθήμενον, εἰ γέγονεν ἡ ψυχή σου ὅλη πνευματικὸς ὀφθαλμὸς, ὅλη φῶς, εἰ ἐτράφη τὴν τροφὴν ἐκείνην τοῦ πνεύματος, εἰ ποτίζῃ τοῦ ζῶντος ὕδατος, καὶ τοῦ πνευματικοῦ οἴνου, τοῦ τὴν καρδίαν εὐφραίνοντος, εἰ ἐνδέδυσαι τῇ ψυχῇ τὰ τοῦ ἀῤῥήτου φωτὸς ἐνδύματα, εἰ πάντων τούτων ὁ ἔσω σου ἄνθρωπος εἰς πεῖραν ἀφίκετο καὶ πληροφορίαν, ἰδοὺ ζῇς τὴν αἰώνιον τέως ζωὴν, ἐκ τοῦ παρόντος ἤδη τῷ Χριστῷ συναναπαυόμενος· εἰ δ' οὔπω εἴληφας ταῦτα, οὐδ' εἰς κτῆσιν τούτων ἐλήλυθας, κλαῖε θερμῶς, καὶ ὀδυρμοῖς κέχρησο, μήπω τοῦ τοιούτου πλούτου τετυχηκέναι· καὶ φροντὶς ἔστω σοι καὶ δέησις διηνεκὴς περὶ τῆς πτωχείας σου· ἀλλ' εἴθε κἂν τῆς ἑαυτοῦ πενίας αἴσθησις εἰσῄει τῷ κεκτημένῳ· καὶ μὴ ὡς τοῦ θείου πλούτου κατακορὴς ὢν, ἄφροντις περιήγεο· ὁ γὰρ ζητῶν, φησιν, εὑρήσει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.

XII. Sicut in morbo & infirmitate deprehensis, quando jam corpus non amplius alimenta cibi & potus percipere potest; desperatur de ægroto, & pro certo signo mortis ejus id habetur, unde amici & necessarii ipsius illum lugent: sic Deus & angeli animas esca cælesti pasci amplius non valentes, multo luctu ac lamentis prosequuntur. Si ergo factus sis Dei thronus, illum insidentem tibi habens, si anima tua sit tota spiritualis oculus, tota lux; si pastus es cibo illo spirituali; si potatus aqua vi- D va, & spirituali vino lætificante cor; si tuam induisti animam vestibus ineffabilis luminis: si horum omnium interior tuus homo experimentum ceperit, & plenam securitatem, vivis ecce vita abhinc æterna; ex præsenti jam tempore Christo conrequiescens. Sin nondum hæc percepisti; neque adhuc eo profecisti, ut ista possideas: plora vehementer, & lamentis indulge, quod tales haud dum lucratus divitias sis. Sit vero tibi ea cura, hæc tua oratio perpetua pro tua mendicitate. Sed utinam saltem paupertatis suæ sensus possidentem subeat; & non, ut jam plenus ac fatur opum divinarum, secure circumvagetur, nec quærens, nec pulsans: [d] *Quærens* enim, inquit, *inveniet, & pulsanti aperietur.*

Εἰ τὸ σύνθετον ἐκεῖνο ἔλαιον τοσαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, ὡς τοὺς χρησαμένους αὐτῷ λοιπὸν βασιλικῆς ἐπιβαίνειν δόξης· πόσῳ γε μᾶλλον οἱ τὸν νοῦν καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον τῷ ἁγιαστικῷ τῆς ἀγαλλιάσεως ἐλαίῳ χριόμενοι, καὶ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ ἀγαθοῦ λαμβάνοντες πνεύματος, τῶν μέτρων τῆς τελειότητος ἐπιβήσονται, τῆς Χριστοῦ φημι βασιλείας καὶ υἱοθεσίας αὐτῷ συμμύσται τῷ βασιλεῖ γενόμενοι, εἰσιέναι καὶ ἐξιέναι πρὸς τὸν πατέρα κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἔχοντες; εἰ γὰρ καὶ μήπω τέλειον τὴν κληρονομίαν εἰλήφασι, τὸ βάρος ἔτι περικείμενοι τῆς σαρκὸς, ἀλλ' οὖν διὰ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν τῷ ἀσφαλεῖ αὐτοῖς κεῖται τὰ τῶν ἐλπίδων, καὶ ὅτι συμβασιλεύουσι τῷ

E XIII. Si compositum illud oleum tantam habet vim, ut eo usi ad dignitatem adscendant regiam; quanto magis qui quoad mentem & interiorem hominem sanctificante exsultationis oleo uncti, & arrham boni accipientes Spiritus, mensuras perfectionis inscendent; regni, inquam, & filiationis Christo Regi consortes & collegæ facti; ingrediendi ad Patrem & egrediendi, ut videtur ipsis liberam habentes potestatem; etsi enim solidam illam nondum creverunt hereditatem; mole utique adhuc gravati carnis; tamen ob arrhabonem Spiritus, certa & secura spe confidunt, & conregnaturos se tandem Christo; & fruituros copiose & abun-

[a] Luc. XVIII. 7. [b] Matth. VII. 7. [c] Luc. XI. 8. [d] Matth. VII. 7. Luc. XI. 10.

Χριστῷ, καὶ ἐν περιουσίᾳ καὶ πλεονασμῷ πνεύματος ἔσονται, αὐτοῖς ἐνδοιαζόμενον, καθότι τῇ σαρκὶ περιόντες ἔτι, εἰς πεῖραν ἦλθον τῆς δυνάμεως καὶ ἡδονῆς ἐκείνης· καὶ γὰρ τὸ ἐπιτεθὲν κατὰ τὴν παρακοὴν τοῖς ἀνθρώποις τοῦ σατανᾶ κάλυμμα, ἡ χάρις ἐρχομένη διὰ καθάρσεως τοῦ ἔσω ἀνθρώπου καὶ τοῦ νοός, περιαιρεῖ τέλεον, καὶ πᾶν μίασμα καὶ λογισμὸν ἅπαντα ῥυπαρὸν τῆς ψυχῆς ἀποσκυβαλίζει, καθαρὰν αὐτὴν γενέσθαι βουλομένη, καὶ τὴν ἰδίαν ἀπολαβοῦσαν φύσιν τρανοῖς καὶ ἀνεπικωλύτοις τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν δόξαν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς κατοπτεύειν. οἱ τοιοῦτοι δὲ αὐτόθεν ἤδη πρὸς ἐκεῖνον ἁρπάζονται τὸν αἰῶνα, καὶ τὰ ἐκεῖ κάλλη καὶ θαύματα καθορῶσι· καθάπερ γὰρ ὁ σωματικὸς ὀφθαλμὸς ἀπαθῶς τε καὶ ὑγιῶς ἔχων ταῖς ἡλιακαῖς αὐγαῖς θαῤῥούντως ἐνατενίζει· οὕτω καὶ οὗτοι φωτεινῷ χρώμενοι καὶ διακεκαθαρμένῳ τῷ νῷ τὰς ἀδύτους αὐγὰς Κυρίου διὰ παντὸς κατοπτεύουσιν· οὗ τι τὸ μέτρον φησίν; οὐ ῥαδίως ἐφικτὸν τοῖς ἀνθρώποις· ἀλλὰ πόνων δεῖται συχνῶν, ἀγώνων τε καὶ ἱδρώτων μυρίων. πολλοὶ γάρ εἰσιν, οἷς καὶ ἡ χάρις σύνεστιν ἐνεργοῦσα, καὶ ἡ κακία πάλιν ἐνδομυχοῦσα ἀφέστηκεν οὐδαμῶς· ἀλλὰ τὰ δύο πνεύματα τό, τε τοῦ φωτὸς καὶ τὸ τοῦ σκότους εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐνεργεῖ καρδίαν· τὸ δὲ εἰρημένον· τίς γὰρ ἡ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; καὶ ὅτι τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀναμέρως ἐκληπτέον οὐδὲ μονοτρόπως τὰ πράγματα· καὶ γὰρ ἐς τοσοῦτόν τινες ἐναναπαύονται τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, ἐς ὅσον ἑαυτῶν δύνασθαι κρατεῖν, καὶ μὴ ἡττᾶσθαι τῆς ἐγκατοικούσης αὐτοῖς ἁμαρτίας· καὶ συμβαίνῃ νῦν ἄγειν ἀπάρεδρον ἔχοντας καὶ ἀναπαῦσαι· ἔπειτα ὑπὸ ῥυπαρῶν λογισμῶν ἐνεργεῖσθαι, καὶ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κλέπτεσθαι, συνούσης δηλαδὴ καὶ αὐτῆς χάριτος· οἱ μὲν οὖν ἐλαφροί τε καὶ οὔπω τῆς ἀκριβείας ἐπειλημμένοι πόσως αὐτοῖς τῆς θείας χάριτος ἐνεργούσης, ἔδοξαν εἰσάπαν ἀπολελύσθαι τῆς ἁμαρτίας· οἱ δὲ διάκρισίν τε καὶ νοῦν ἔχοντες, οὐκ ἂν ἀρνηθεῖεν, ὅτι καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐνοικούσης, οὐχὶ καὶ ὑπὸ αἰσχρῶν καὶ ἀτόπων διασείονται λογισμῶν.

dantes Spiritus; minime dubitantes, quin, quoad in carne vixerint, perstituri in possessione sint virtutis & voluptatis illius, cujus semel experiendo gustum acceperunt; quippe cum superimpositum post inobedientiam hominibus satanæ operculum, gratia veniens per purgationem interioris hominis & mentis, auferat penitus, & omne inquinamentum, omnemque cogitationem ab anima everrat; volens illam esse mundam, & propriam recipere naturam, perspicacibus & omni liberis impedimento veri luminis claritatem intueri oculis. Qui tales sunt jam ex hoc tempore ac vitæ statu in illud rapiuntur sæculum, & quæ ibi sunt pulcritudines ac miracula spectant. Quemadmodum enim corporeus oculus plene sanus & vigens, solares audacter inspicit radios; sic & hi lucida mente, inaccessibiles splendores Domini semper intuentur: ad quam tantæ mensuram pertingere felicitatis haud facile hominibus est: sed laboribus ad hoc opus est plurimis, certaminibusque & sudoribus innumeris. Multi quippe sunt quibus gratia inest quidem operationes etiam quasdam suas exercens: ceterum ita, ut simul non absit ab iis malitia intus latens. Itaque tunc ambo spiritus, lucidus & tenebrosus, in uno & eodem operantur corde. Quod autem dictum est: [a] *Quæ enim societas luci ad tenebras?* Et; [b] *Lux in tenebris lucet*: similiaque, divisim ac sigillatim, non uniformiter, & in universum accipienda sunt. Nam in tantum quidam acquiescunt gratiæ Dei, in quantum continere se ipsos possunt, & non vinci ab inhabitante in ipsis peccato. His contingit, dum constantius interdum attentiusque orationi vacant, ut quiete perfundantur; postea tamen sordidarum cogitationum insultus pati; quin & a subrepente furtim incessi peccato; præsente nihilominus ipsa quoque gratia. Leviores igitur & minus cauti, nec satis intelligentes, quatenus in ipsis polleat divina gratia, temere credunt, plane jam exterminatum esse peccatum. At discreti & vere prudentes rerum, non utique inficias iverint, se, utcumque inhabitante dignatos gratia, nec tamen turpibus & absurdis cogitationibus non concuti.

Εἴδομέν τινας ἐν τοῖς ἀδελφοῖς πολλάκις οὕτω πλουσίας τῆς χάριτος ἐπιλελαυκότας, ὡς πέντε χρόνων καὶ ἓξ ἀπομαρανθῆναι τέλεον αὐτοῖς καὶ ἀποσβῆναι, τὰ τῆς ἐπιθυμίας· εἶτα ὡς ἔδοξαν ὅρμου καὶ γαλήνης ἐπιλαβέσθαι, τότε καθάπερ ἐξ ἐνέδρας ἐπιφανεῖσα τούτοις ἡ κακία οὕτω δυσμενῶς ἐπέθετο καὶ ἀγρίως, ὡς ἔκπληξιν αὐτοῖς ἐνθεῖναι καὶ ἀπορίαν· τεθάῤῥηκε τοίνυν οὐδεὶς τῶν ὀξὺ διὰ σύνεσιν βλεπόντων εἰπεῖν· ὅτι χάριτός μοι συνούσης, ἀπήλλαγμαι λοιπὸν καὶ τῆς ἁμαρτίας· ἐνεργεῖ γάρ, ὡς εἴρηται, καὶ τὰ δύο ἐν τῷ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ νῷ, κἂν οἱ ἄκολοί τε καὶ ἀμαθεῖς μικρόν τι νῆμα πνευματικὸν ἐσχηκότες, νενικήκαμεν ἤδη λέγουσιν· ἐμοὶ δὲ δοκῶ τὰ πράγματα οὕτως ἔχειν· ὥσπερ ὅταν ἡλίου καθαρῶς ἐπιλάμποντος σκοτεινὸς ὁ ἀὴρ ἄφνω ἢ ὁμίχλη ἐπιδραμοῦσα ἐπισκοτίσῃ αὐτοῦ τῷ καλῷ φωτί· τούτῳ γὰρ παραπλησίως ἔχουσι τῷ λόγῳ οἱ τῆς μὲν τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐπιτυχόντες, μήπω δὲ πρὸς ἀκρίβειαν διακαθαρθέντες, ἀλλ' ἐν τῷ βάθει ἔτι κατάσχετοι ὄντες ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· ὥστε πολλῆς τῷ ὄντι τῆς διακρίσεως δεῖ πρὸς τὸ πεῖραν ταύτῃ τῇ τελεωτάτῃ προλαβεῖν.

XIV. Novimus quosdam ex fratribus sæpe adeo uberi superfusione gratiæ ditatos, ut quinque ac sex totis annis in ipsis penitus veluti emarcuerint & exstinctæ fuerint cupiditates; deinde tamen, dum portu & tranquillitate frui videbantur, apparentem rursus, velut ex insidiis, malitiam tam vehementibus ipsos & feris insultibus pulsasse, ut pavorem & consternationem ipsis incuteret. Nemo igitur eorum, quibus acutius cernere sacræ prudentiæ lumen dedit, ausit umquam dicere; ex quo præsentem in me sentio gratiam, liberatus sum in omne tempus ab omni malitia. Duo enim, ut dictum est, inter se adversa in mente agunt, gratia & concupiscentia, utcumque cito creduli & imprudentes statim dicant: *Vicimus & debellatum jam est*. Mihi quidem contra sic videntur hujus se generis res habere, ut quando soli pure fulgenti suboriens repente vapor & caligo velamen veluti obduxerit; sic similiter, uti diximus, se habent, qui gratia Dei potiti, sed accurate nondum purgati sunt; sed in penetralibus profundis adhuc a peccato tenentur. Quare multa profecto discretione opus est, ad experientiam rerum talium perfectissimam parandam.

Ὥσπερ ἀμήχανον ὀφθαλμῶν ἄνευ καὶ γλώττης, ὤτων τε καὶ ποδῶν βλέπειν ἢ λέγειν, ἀκούειν ἢ περιπατεῖν· οὕτως ἐπίσης ἀδύνατον, ἄνευ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς

XV. Ut sine oculis, lingua, auribus, pedibus, videri, dici, audiri, ambulari nequit; sic pariter impossibile est, sine Deo & ab ipso dato efficaci

a II. Cor. VI. 14. b Joan. I. 5.

ἐκεῖθεν διδομένης ἐνεργείας, μυστηρίων κοινωνῆσαι θείων, καὶ εἰδέναι Θεοῦ σοφίαν, ἢ κατὰ πνεῦμα πλουτεῖν· οἱ μὲν γὰρ σοφοὶ τῶν Ἑλλήνων ἐν λόγοις ἀσκοῦνται, καὶ πρὸς λογομαχίας ἐκθύμως ἠσχόληνται· οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ δοῦλοι, κἂν ἀνωμίλητοι λόγων ὦσιν· ἀλλ' οὖν θείᾳ γνώσει καὶ Θεοῦ χάριτι καταρτίζονται.

A auxilio, communicare mysteriis divinis, & nosse Dei sapientiam, aut in Spiritu ditescere. Nam sapientes quidem Græcorum, in meditatione doctrinarum exercentur, & ad invicem reciprocandas verborum rixas longo triti usu sunt. Servi autem Dei, etsi congressibus disputationum inexercitati sint; tamen divina notitia, & Dei gratia perficiuntur.

Πείθομαι λέγων φησὶν, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς ἀποστόλοις τοῦ ἀγαθοῦ Παρακλήτου πεπληρωμένοις, οὐμενουν καθαρῶς ὑπῆρχε φροντίδων ἀνεῖσθαι· ἀλλὰ πρὸς τῇ ἀγαλλιάσει καὶ ἀῤῥήτῳ χαρᾷ, καὶ φόβος τις εἵπετο ἐξ αὐτῆς δήπου τῆς χάριτος, οὐχὶ τοῦ τῆς κακίας μέρους ἔχοντας ἀφορμάς. αὐτὴ γὰρ ἡ χάρις ἐν ἀσφαλεῖ τὰ ἐκείνων ἐτίθει τοῦ μὴ δὲ πρὸς μικρὸν ἐκβῆναι τοῦ καλῶς ἔχοντος· καὶ ὥσπέρ τι παιδίον μικρᾷ ψηφῖδι τεῖχος βεβληκὸς οὐδὲν ἤνυσεν. ἢ ὥς τι βέλος ἀσθενὲς θώρακα ἰσχυρὸν ἥκιστα ἂν βλάψῃ, οὕτω δὴ καὶ μέρος τι τῆς κακίας προσβάλλον αὐτοῖς ἄπρακτόν τε καὶ μάταιον ἀπηλέγχετο· ἅτε τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει καλῶς φραξαμένοις· πλὴν ἀλλὰ καὶ τελείοις οὖσιν ἡ τοῦ αὐτεξουσίου ἐλευθερία παρῆν, καὶ οὐχ ὥς τινες ἀνοήτως φασὶν, ὅτι μετὰ χάριν τὸ ἀπὸ τοῦ δε φροντίδων λύσις καὶ ἄνεσις· ζητεῖ γὰρ ὁ Κύριος κἂν τοῖς τελείοις τὸ θέλημα τῆς ψυχῆς εἰς διακονίαν τοῦ πνεύματος, ὡς συμβῆναι ταῦτα ἀλλήλοις. λέγει γὰρ ὁ ἀπόστολος· τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε.

XVI. Audeo dicere; ne ipsis quidem illis sancto Paracleto repletis apostolis, contigisse, ut liberi prorsus a curis essent; sed exsultationem & ineffabile eorum gaudium & timor aliquis consequebatur ex ipsa gratia, ne forte pejoris partis tentarentur occasionibus. Ipsa enim gratia in tuto res ipsorum po-B nebat, ne vel ad minimum excederent a recto. Atque ut puerulus parvo calculo in murum solidum conjecto nullum ei damnum infert; aut jaculum hebes, loricam firmam minime lædit; sic pars illa malitiæ reliqua in ipsos impetum faciens inefficax & frustraneum esse demonstrabatur, quod illos nimirum Christi virtus optime munivisset. Ceterum quantumlibet perfectis, libertas tamen arbitrii inerat. Non enim verum est, quod quidam inscite garriunt, post acceptam gratiam, nihil nisi laxationem & quietem restare. Requirit enim Dominus in perfectis quoque voluntatem animæ in obsequium Spiritus: ut hæc invicem consentiant. Dicit enim apostolus: [a] *Spiritum nolite exstinguere.*

C

Τὸ μὲν ἁπλῷ λόγῳ παραδιδόναι τὰ πράγματα πρόχειρόν τι καὶ εὐπετές· ῥᾴδιον γὰρ τῷ παντὶ λέγειν τὸν ἄρτον τοῦτον, ὑποδείγματος δὲ λόγῳ φαμὲν, ἀπὸ σίτου γεγενῆσθαι· τὴν μέντοι, κατὰ μέρος αὐτοῦ κατασκευὴν ἐκθέσθαι, οὐ τοῦ παντὸς γνῶναι· ἀλλὰ μόνων ἐστὶ τῶν πεπειραμένων· οὕτω γοῦν καὶ τὸ μὲν ἁπλῶς περὶ ἀπαθείας λέγειν τε καὶ τελειότητος εὐπετές τε καὶ εὐχερές· τὸ δὲ πείρᾳ τὸ πρᾶγμα παραλαβεῖν, τοῦτο ἐστι τῷ ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ καταλαβεῖν εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς τελειότητος.

XVII. Simplici nomenclatione designare res, facile cuivis & factu pronum est. Facile quippe omni homini est dicere: panem hunc (ut hoc exemplo utamur) ex frumento esse compactum; quo autem modo quave arte tota ejus præparatio administrata fuerit, sigillatim exponere, haud quivis queat; sed id eorum saltem est, qui experientiam rei habent. Ad hunc igitur modum cuilibet in promtu est, de affectuum vacuitate & perfectione, differere; experientia vero capessere negotium; hoc vero est re ipsa & in veritate methodum perfectionis percipere.

Ὅσοι λόγους πνευματικοὺς γεύσεώς τε καὶ πείρας ἐκτὸς φθέγγονται, τούτους ἐοικέναι φημὶ ἀνθρώπῳ θέρους ὥρᾳ μεσημβρίας ἀκριβοῦς ἱσταμένης πεδίον ἔρημόν τι καὶ ἄνυδρον διϊόντι· εἶτα ὑπὸ πολλῆς καὶ φλογώδους τῆς δίψης κατὰ νοῦν αὐτῷ ὑπογράφοντι πηγήν τινα ψυχρὰν ἐγγὺς οὖσαν γλυκύ τε καὶ διειδὲς ὕδωρ ἔχουσαν, καὶ αὐτοῦ οὐδενὸς εἴργοντος ἀπολαύοντι κατὰ κόρον· ἢ ἀνθρώπῳ μέλιτος μὲν οὐδὲ βραχὺ γευσαμένῳ, ἑτέροις δὲ ὅπως ἔχει γλυκύτητος πειρωμένῳ διασαφεῖν· τοιοῦτοι γὰρ ἀληθῶς, ὅσοι μὴ ἔργῳ καὶ πληροφορίᾳ τῇ ἑαυτῶν τὰ περὶ τελειότητός τε καὶ ἁγιασμοῦ καὶ ἀπαθείας παραλαβόντες ἑτέροις εἰσηγεῖσθαι βούλονται· καὶ γὰρ εἰ δῴη Θεὸς μικράν τινα τῶν παρ' αὐτῶν λεγομένων λαβεῖν αἴσθησιν, εἴσονται πάντως, ὅτι μὴ κατὰ τὴν ἐκείνων εἰσήγησιν, ἀλλὰ πολλῷ τῷ διαφέροντι τὰ τῆς ἀληθείας εἶχε καὶ τῶν πραγμάτων.


XVIII. Quicumque de spirituali doctrina, sine D gustu & experientia, disputant; eos ajo ego esse similes homini, per æstatem, meridie calidissimo exsistente, per campum desertum aridumque transeunti; atque in siti, qua multa & flagrantissima torquetur, animo sibi fontem fingenti gelidum proxime fluentem aquam dulcem & crystallinam habentem; & ea se ad satietatem usque, nullo prohibente, prolui. Aut homini, qui, cum mel omnino numquam gustarit, tamen aliis declarare conatur, quanta sit ejus suavitas. Tales profecto sunt quicumque re ipsa & intimo in se ipsis experimento eorum, quæ ad perfectionem, sanctificationem & perturbationum abolitionem pertinent, non ante præparati, alios de his docere differendo volunt. Etenim si dederit his Deus, E ut vel exiguum aliquem horum, quæ inexperti prædicant, sensum percipiant, tunc demum clare intelligent, veritatem & ipsas res non secundum eorum expositionem, sed multo aliter se se habere.

Τὸ μὲν εὐαγγέλιόν, φησιν, ἀποφαντικῶς διακελεύεται πάντα ἄνθρωπον. τόδε μὴ ποιεῖν, ἢ ποιεῖν, ὥστε φίλον γενέσθαι τῷ φιλανθρώπῳ βασιλεῖ· μὴ ὀργισθῇς γάρ φησι, μὴ ἐπιθυμήσῃς· ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην· ὁ δὲ ἀπόστολος κατὰ πόδα τῶν τεταγμένων ἐλθὼν, καὶ ὅπως χρὴ κατὰ μικρὸν γενέσθαι τὸ τῆς καθάρσεως ἔργον, ὅτι μεθ' ὑπομονῆς καὶ μακροθυ-

XIX. Evangelium quidem diserte præcipit omni homini, hoc non agere; hoc agere; si velit amicus fieri amantis homines regis. Ait enim: [b] *Ne irascaris, ne concupiscas: si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* At apostolus distincte ac minutatim exsequens partes singulas rerum præceptarum, qua sensim ratione administrari oporteat purgationis opus, cum patientia nimirum

a I. Thessal. V. 19. b Matth. V. 39.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



μίας, ἐκπαιδεύει· πρῶτον μὲν γαλακτοτροφῶν ὡς νηπίους· εἶτα φέρων εἰς αὔξησιν· καὶ αὖθις εἰς τελειότητα· οἷον, ὡς ἐν παραδείγματι φάναι, τὸ μὲν εὐαγγέλιον τέλειος, ἐξ ἐρίου εἶπε γινέσθω χιτών· ὁ δὲ ἀπόστολος, καὶ πῶς δεῖ ξαίνεσθαι τοῦτο, ὑφαίνεσθαί τε καὶ κατασκευάζεσθαι τὸν χιτῶνα καλῶς διεσάφησεν.

A & longanimitate, edocet. Primum quidem lacte pascens, ut infantes; deinde promovens in augmentum, postremo ad perfectionem perducens. Atque ut in exemplo rem exponamus: Evangelium quidem perfectam ex lana exhiberi tunicam mandat; apostolus autem distincte insuper tradit, qua methodo pectendum sit, qua inde texendus arte pannus; & quomodo in tunicam is sit præparandus.

Εἰσί τινες πορνείας μὲν τῆς φαινομένης καὶ κλοπῆς καὶ πλεονεξίας καὶ τῶν ὁμοίων ἀπεχόμενοι μοχθηρῶν· καὶ κατὰ τοῦτο ἑαυτοὺς ἐγκρίνοντες τοῖς ἁγίοις· πολλοῦ δὲ δέουσι τῶν πραγμάτων γίνεσθαι καὶ τῆς ἀληθείας· οἰκουρεῖ γὰρ ἐν τῷ νῷ τούτων ἡ κακία πολλάκις, ζῇ τε καὶ ἕρπει, καὶ οὔπω ἀπολιποῦσα τούτους ᾤχετο· ἅγιος δέ ἐστιν ὁ ἁγιασθεὶς καὶ τὸν ἔσω τέλεον διακαθαρθεὶς ἄνθρωπον· καὶ γάρ τις τῶν ἀδελφῶν ἀδελφοῖς τισι συνευχόμενος πρὸς τῆς θείας ἐξηχμαλωτίσθη δυνάμεως, καὶ ἁρπαγεὶς εἶδε τὴν ἄνω πόλιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς ἐκεῖ φωτεινὰς οἰκίας, καὶ φῶς ἄπειρον καὶ ἀπόῤῥητον. ἤκουσέ τε φωνῆς λεγούσης, τοῦτον εἶναι τὸν τόπον τῆς τῶν δικαίων ἀναπαύσεως· εἶτα φυσιωθεὶς καὶ μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ οἰηθεὶς βαθεῖ κατέπεσεν ἁμαρτίᾳ, καὶ πολλοῖς ὕστερον ἑάλω κακοῖς· εἰ οὖν οὗτος οὕτως, πῶς γε τῷ τυχόντι δυνατὸν λέγειν· ὡς ἐπεὶ νηστεύω, καὶ ξενιτεύω, ψωμίζω τε τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἀπὸ τῶν εἰρημένων ἐφυλαξάμην κακῶν, οὐδέν ἐστι τὸ λειπόμενον ἅγιον κἀμὲ εἶναι; καὶ γὰρ οὐχ ἡ τῶν φαινομένων κακῶν ἀποχὴ τελείωσίς ἐστιν, ὥσπερ εἴρηται, ἀλλ' ἡ κατὰ διάνοιαν κάθαρσις, αὕτη τελεία.

XX. Sunt quidem a fornicatione quidem adparente, a furto, ab avaritia similibusque abstinentes delictis; ac propterea se ipsos accensentes sanctis; a cujus tamen veritate appellationis longo absunt intervallo. Habitat enim in mente ac sensibus ipso- B rum malitia sæpe; vivit & serpit, necdum iis plane relictis foras profecta. Sanctus porro is demum est, qui est sanctificatus & interiorem perfecte purgatum habet hominem. Etenim aliquis fratrum, una simul cum aliis quibusdam fratribus orans divina captivatus vi, & raptus, vidit supernam civitatem Jerusalem, & lucidas, quæ illic sunt, domos, & lucem immensam atque ineffabilem. Audiit quoque vocem dicentem: hunc esse locum justorum requiei; deinde inflatus & magna de se præsumens, in grave incidit peccatum, & multis consequenter implicatus est malis. Si ergo hic ita lapsus est, quomodo poterit e vulgo aliquis dicere: quandoquidem jejuno, & peregre dego, & facultates meas disper- C tior; prætereaque a supra memoratis custodivi me malis, nihil profecto deest, quo minus ego quoque sanctus sim? Etenim non ab adparentibus malis abstinentia, est perfectio, uti dictum est; sed mentis purgatio, eaque perfecta.

Εἴσελθέ φησιν ὁ ταῦτα ὑπολαμβάνων διὰ τῆς τῶν λογισμῶν σου ἐπιστασίας πρὸς τὸν αἰχμάλωτόν σου καὶ δοῦλον τῆς ἁμαρτίας νοῦν, καὶ ἴδε τὸν ἔτι τούτου κατώτερον καὶ βαθύτερόν σου τῶν λογισμῶν, τὸν εἰς τὰ λεγόμενα τῆς ψυχῆς σου ταμιεῖα ἐμφωλεύοντα ὄφιν, καὶ ἀναιροῦντά σε διὰ τῶν καιριωτάτων τῆς ψυχῆς σου μελῶν· ἄβυσσος γὰρ ἀκατάληπτος ἀληθῶς ἡ καρδία· εἰ οὖν τοῦτον ἀνεῖλες, εἰ τὴν ἀνομίαν τὴν ἐν σοὶ πᾶσαν ἐξεκάθηρας, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐκβέβληκας, καύχησαι περὶ καθαρότητος ἐν Θεῷ· εἰδ' οὖν ἀλλὰ ταπεινωθεὶς, ὡς ἐνδεής τε καὶ ἁμαρτωλὸς ἔτι, πρόσελθε ὑπὲρ τῶν κρυφίων σου δεόμενος τοῦ Χριστοῦ· πᾶσα γὰρ παλαιὰ καὶ νέα γραφὴ περὶ καθαρότητος φαίνεται διαλεγομένη, καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ καὶ Ἰουδαίῳ καὶ Ἕλληνι ἐπέραστα τὰ τῆς καθαρότητος, κἂν μὴ πᾶσιν ἀνύσιμα· γενέσθαι δὲ τοῦτο, τὴν τῆς καρδίας φημὶ καθαρότητα, οὐ δυνατὸν ἄλλως, ὅτι μὴ διὰ Ἰησοῦ μόνου· αὐτὸς γὰρ ἡ ἐνυπόστατός τε καὶ ὄντως ἀλήθεια· καὶ δίχα ταύτης τῆς ἀληθείας ἀμήχανον, ἢ ἀλήθειαν γνῶναι, ἢ σωτηρίας ἐπιτυχεῖν.

XXI. Hæc qui reputas, ingredere, ajo, per attentam in cogitationes tuas vigiliam, penitus intra captivam tuam & servam peccati mentem; & vide illum adhuc infra cogitationes ipsas in imis, quæ dicuntur, animæ penetralibus tuæ nidulantem anguem; interficientemque te suo inficiendis veneno primariis animæ tuæ membris. Abyssus enim vere inscrutabilis cor est. Si ergo hunc occidisti, si quan- D tum erat in te iniquitatis, totum expurgasti, & peccatum ejecisti, gloriare in Deo de puritate. Sin minus, humilitatus, uti egenus & peccator adhuc, accede ad Christum, pro occultis tuis orans. Adparet enim universam tam veteris quam novi fœderis scripturam ad puritatem præcipue referri: quippe cum omni homini tam Judæo, quam Græco, imprimis expetibilis puritas sit; quamquam eadem cunctis haud adeo adeptu facilis; pertingere autem ad istam cordis munditiam, ajo neminem aliter, quam per Jesum solum posse. Ipse enim substantialis vere veritas est; absque quali veritate impossibile est, aut nosse veritatem, aut salutem adsequi.

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΑΓΑΠΗΣ

ΛΟΓΟΣ.

MACARII MAGNI

DE CARITATE

LIBER.

Ὥσπερ ἐν τοῖς φαινομένοις τούτοις τῷ ἐκτὸς ἀπετάξω ἀνθρώπῳ, ἐψώμισάς τε τὰ ὄντα καὶ διεσκόρπισας, οὕτως ἀποτάξασθαί σε ταῖς τῶν ἠθῶν προλήψεσι χρὴ, καὶ εἰ σοφίαν ἔμαθες σαρκικὴν ἢ γνῶσιν πραγμάτων, ἄρνησαι ταύτην· εἰ δικαιώμασι πέποιθας σαρκικοῖς, ἀπόστηθι τούτων, ταπεινῶν σεαυτὸν καὶ κατασμικρυνών· οὕτω γὰρ καὶ δυνήσῃ τῇ τοῦ κηρύγματος μωρίᾳ μαθητευθῆναι· ἐν ταύτῃ δὲ τὴν ἀληθινὴν εὑρήσεις σοφίαν, οὐκ ἐν λόγοις κεκομψευμένοις, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ σταυροῦ δυνάμει· τούτοις ἐνεργούμενος ἐν ὑποστάσῃ [1] τοῖς καταξιωθεῖσι ταύτην κτήσασθαι· ὁ γὰρ σταυρός, φησιν, ὁ Παῦλος, τοῦ Χριστοῦ τοῖς μὲν Ἰουδαίοις σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρία, ἡμῖν δὲ τοῖς σωζομένοις Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία.

A I. Sicut in hisce apparentibus, exteriori homini renunciasti, erogasti & distribuisti res tuas; sic & renunciare te præ occupationibus pravis circa res morum oportet: & si sapientiam didicisti carnalem, aut cognitionem es adeptus negotiorum, & hanc abdica. Si justificationibus carnalibus confidis, ab his quoque absiste humilians te ipsum & in parvum contrahens. Sic enim [a] *stultitia prædicationis* percipere doctrinam poteris. In hac autem veram invenies sapientiam; non in sermonibus exquisite ornatis, sed in crucis virtute. His quasi elaboratus transcriberis in sortem eorum, qui digni habiti sunt eamdem acquirere. [b] *Crux enim Christi*, ait Paullus, *Judæis quidem scandalum; gentibus autem* B *stultitia; nobis vero, qui salvamur, Dei virtus & Dei sapientia*.

Εἰ καὶ ἔλαβές φησι γεῦσιν ἐξ οὐρανοῦ, εἰ καὶ μετέσχες ἐκείνης τῆς σοφίας, καὶ ἀνάπαυσιν ἔσχες ἐν τῇ ψυχῇ σου, μηδ' οὕτως ἐπαίρου, καὶ μὴ ὡς ἐφθακὼς ἤδη καὶ πᾶσαν καταλαβὼν τὴν ἀλήθειαν τεθαῤῥηκὼς ἔσο· μὴ καὶ σὺ ἀκούσῃς· ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ, ἤδη πεπλουτήκατε· χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε, καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν· ἀλλὰ καὶ γευσάμενος, ὡς μήπω τοῦ Χριστιανισμοῦ ἁψάμενος εἶναι νόμιζε. καὶ μὴ ἐξ ἐπιπολῆς ἔσω τοῦτό σοι, ἀλλ' ὡς ἐμπεφυτευμένον διαπαντὸς καὶ κεκυρωμένον τῇ διανοίᾳ σου.

II. Etiamsi acceperis gustum e cælo; etsi particeps sis factus sapientiæ illius, & requiem habueris in anima tua; neque sic extollaris: neque quasi jam perveneris ad omnem veritatem, eamque comprehenderis, arroganti apud te sis confidentia. Ne & tu audias: [c] *Jam saturati estis: jam divites facti estis: sine nobis regnatis; & utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus*. Sed etsi gustaveris, te tamquam nondum Christianismum attigeris, esse reputa. Neque hoc superficiarie præ te feras velim; sed ut penitus insitum semper, ac intime sancitum in C mente sit tua.

Ὥσπέρ τις φιλόπλουτος, κἂν μυρία συναγαγὼν χρήματα ᾖ, οὔπω διακορὴς, γίνεται μᾶλλον τῆς ἐπιθυμίας· ἢ καθάπερ τις πόματος ἡδυτάτου πρὸς τοῦ κόρου διασπασθεὶς τὴν δίψαν, μᾶλλον ἐξέκαυσεν· οὕτω δὴ καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ γεῦσις παντὸς οἶδε κόρου καταυχᾶσθαι. ἀλλὰ καὶ ὅσῳ πλουτεῖ τις τουτονὶ τὸν πλοῦτον, πένητα ἑαυτὸν εἶναι κατανοεῖ· οἱ τοιοίδε Χριστιανοὶ οὐκ ἔχουσι παρ' ἑαυτοῖς τιμίαν τὴν ἰδίαν ψυχὴν, ἀλλ' ὥς τινες τῶν ἀκριβῶς ἐξουδενωμένων παρὰ Θεῷ διάκεινται, δούλους τε πάντων ἀνθρώπων ἑαυτοὺς εἶναι λογίζονται· ἐπὶ ταύτῃ πολλὰ χαίρει Κύριος καὶ ἐπαναπαύεται τῇ ψυχῇ, διὰ τὴν ἐκ αὐτῆς ταπείνωσιν· εἰ οὖν καὶ ἔχει τίς τι, μὴ παρὰ τοῦ-D το οἰηθῇ εἶναί τι ἢ ἔχειν· ἡ γὰρ οἴησις βδέλυγμα Κυρίῳ· καὶ αὐτὴ ἀπ' ἀρχῆς ἐκβέβληκε τοῦ παραδείσου τὸν ἄνθρωπον, ἀκούσαντα, ὅτι ὡς θεοὶ ἔσεσθε, καὶ τῇ ἐλπίδι ταύτῃ τῇ ματαίᾳ ἐπιθαῤῥήσαντα· κατάμαθε πῶς ὁ Θεός σου καὶ βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ Θεοῦ υἱὸς ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών· πῶς ἐπτώχευσε, πῶς τοῖς ἀτίμοις συνελογίσθη, πῶς

III. Ut avarus quispiam, & si pecuniam congesserit innumerabilem, haud exsatiatur, sed plura potius desiderat; aut qui a potione dulcissima ante satietatem depulsus est, sitim magis accendit: sic Dei gustus, contra omnem satietatem gloriari novit, immo quanto quis magis istiusmodi divitiis abundat, tanto magis considerat, se esse pauperem. Tales Christiani non habent in æstimatione sua pretiosam animam propriam; sed velut quidam prorsus nihili, sic se coram Deo dejectos tenent, servosque omnium hominum se ipsos reputant. De tali valde gaudet Deus, & in ea suaviter requiescit anima, D ejus humilitate delectatus. Si ergo aliquid habet quispiam, ne propterea infletur, existimans, esse aut habere se aliquid. Nam arrogans confidentia abominatio est Domino; & hæc a principio ejecit e paradiso hominem. Is enim cum audisset: [d] *Eritis sicut dii*, concepit illam insanam spem, & in dementem intumuit fiduciam. Considera, quomodo Deus tuus & rex tuus, sed & Dei filius, [e] *Se ipsum*

[a] I. Cor. I. 21. [b] Ibid. ℣. 18. [c] 1. Cor. IV. 8. [d] Gen. III. 5. [e] Philipp. II. 7.

1. Corruptus videtur locus; sensu tamen non obscuro.

πέπονθεν, εἰ δὲ καὶ ὁ Θεὸς οὗτος; ὁ αἵματι καὶ σαρκὶ συνεστηκὼς ἄνθρωπος, ὁ γῆ καὶ σποδὸς, οἴμοι, καὶ τὸ παράπαν ἀγαθοῦ μὴ μεταλαβὼν, ἀλλ' ἀκαθαρσία ὢν, μέγα φρονεῖς καὶ ἀλαζονεύῃ; σὺ δὲ ἀλλ' εἴπερ εἶ συνετὸς, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου μᾶλλον, οὗπερ εἴληφας ἐκ Θεοῦ, οὐκ ἐμὸν λέγε τοῦτο τὸ χρῆμα· παρ' ἑτέρου τοῦτο ἔχω λαβών· καὶ δόξαν αὐτῷ, πάντως ἀφαιρεῖται τὸ δοθὲν ἀπ' ἐμοῦ· οὕτω μὲν πᾶν ἀγαθὸν τῷ Κυρίῳ, τὸ δὲ κακὸν τῇ σεαυτοῦ ἐπίγραφε ἀσθενείᾳ.

A *exinanivit formam servi accipiens*. Quomodo pauper factus est, quomodo cum inhonoratis est reputatus, quomodo passus est. Si autem ille cum Deus esset talia ultro subjit: tu homuncio concretus carne & sanguine; tu terra & cinis, heu me! tu nullam ex te boni particulam omnino habens; sed totus quantus es ex immunditia conflatus, altum sapis, & gloriando te ostentas? Quin tu si quidem sapis, propter hoc ipsum, quod accepisti a Deo, dic, meum hoc non est; ab alio accepi; & cum ipsi videbitur prorsus auferet a me id quod dedit. Sic omne quidem bonum Domino, malum autem tuæ ipsius adscribe infirmitati.

Ὅνπερ φησὶν ὁ ἀπόστολος θησαυρὸν ἐν ὀστρακίνοις ἔχειν τοῖς σκεύεσι, τὴν ἁγιαστικὴν οἶδε τοῦ Πνεύματος δύναμιν, ἣν ἔτι τῇ σαρκὶ περιὼν ἄξιος κατέστη λαβεῖν· καὶ γάρ που πάλιν φησὶν ὁ αὐτός· ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις· ὁ γοῦν εὑρὼν καὶ παρ' ἑαυτῷ σχὼν τὸν ἐπουράνιον τοῦτον τοῦ Πνεύματος θησαυρὸν, πᾶσαν δικαιοσύνην ἐντολῶν, πᾶσαν τὴν τῶν ἐντολῶν ἐργασίαν οὐ καθαρῶς μόνον καὶ ἀμωμήτως, ἀλλὰ καὶ πόνων ἐκτὸς καὶ καμάτων ἀνύειν δύναται, ὅπερ ἀπονητὶ πρότερον πολλοῦ γε καὶ ἔδει ποιεῖν· καὶ γὰρ οὐδὲ δύναταί τις, κἂν βούληται, τὸν καρπὸν τοῦ Πνεύματος ἀληθινῶς γεωργῆσαι πρὸ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος μεταλήψεως· πλὴν ἀλλὰ καὶ βιαζέσθω πᾶς τις ἑαυτὸν ἑκάστοτε δι' ὑπομονῆς τρέχων καὶ πίστεως, καὶ θερμῶς τοῦ Χριστοῦ δεέσθω, ὥστε τοῦ θησαυροῦ τοῦδε τοῦ ἐπουρανίου ἐπιτυχεῖν· καὶ τότε πᾶσαν δικαιοσύνην ἐν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ ποιεῖν δύναται καθαρῶς καὶ τελείως, ἀμόχθως τέ φημι καὶ ἀταλαιπώρως.

IV. Quem ait Apostolus, [a] *Thesaurum se habere in vasis fictilibus*, sanctificantem existima Spiritus virtutem, quam adhuc in carne superstes dignus B habitus est accipere. Etenim alibi rursus idem dicit: [b] *Qui factus est nobis sapientia a Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemtio*. Qui igitur invenit & apud se habet cælestem hunc Spiritus thesaurum, omnem justitiam mandatorum, omnem operationem præscriptam, non pure solum & irreprehensibiliter, sed etiam sine labore & ærumna potest exsequi, quod antea citra laborem multum facere, tantum aberat, quin posset. Neque enim valet quis, quantumvis velit, fructum Spiritus vere ac prout oportet excolere, ante perceptionem boni Spiritus. Itaque vim sibi quivis inferat subinde per patientiam currens & fidem, ac ferventer Christum oret, ut thesaurum istum cælestem queat adsequi; & C tunc omnem justitiam in ipso & per ipsum præstare poterit pure ac perfecte; sine labore, inquam, & ærumna.

Οἱ τὸν θεῖον πλοῦτον τοῦ Πνεύματος ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες, ἐπειδάν τισι κοινωνῶσι λόγων πνευματικῶν, τοῦ ἰδίου ὥσπερ ἐκβάλλοντες θησαυροῦ τοῖς οἷς μεταδίδωσιν· ὅσοι δὲ τὸν πλοῦτον ἐν μυχοῖς καρδίας οὐκ ἐθησαύρισαν, ἐξ οὗ θείων ἐνθυμημάτων καὶ μυστηρίων, λόγων τε ὑπερβαινόντων βρύει ἀγαθοσύνη· ἀπανθισάμενοί τινα μόνον ἐξ ἑκατέρας γραφῆς ἐπ' ἄκρας τῆς γλώσσης φέρουσιν, ἢ καὶ ἀνδρῶν πνευματικῶν ἀκουσταὶ γενόμενοι τοῖς τούτων λόγοις ἐπικομπάζουσιν ὡς ἴδια τὰ ἐκείνων προτείνοντες, καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις τόκοις ὑποβαλλόμενοι· οὗτοι μὲν τοῖς ἄλλοις ἄπονον παρέχουσι τῶν εἰρημένων ἀπόλαυσιν· αὐτοὶ δὲ μετὰ τὴν διάλεξιν πτωχοῖς εὑρέθησαν ἐοικότες· ἅτε τῶν μὲν λόγων ἑκάστου, καθάπερεὶ πρὸς τὰ ἴδια τῶν ἀφ' ὧν ἐλήφθη ἐπανελθόντος· ἐκείνων δὲ μὴ κεκτημένων ἴδιον θησαυρὸν, ἀφ' οὗπερ δυνατῶς εἶχον πρώτους τε αὐτοὺς εὐφραίνειν, καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ μετάδοσιν ὠφελεῖν. διὰ τοῦτο ζητητέον πρῶτον παρὰ Θεοῦ πλοῦτον τὸν ἀληθινὸν τοῦτον εἰσοικίσασθαι· τότε ῥᾴδιον ἡμῖν ἔσται καὶ ἑτέρους δύνασθαι ὠφελεῖν, καὶ λόγων πνευματικῶν καὶ μυστηρίων αὐτοῖς μεταδιδόναι· οὕτω γὰρ ηὐδόκησεν ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότης παντὶ τῷ πεπιστευκότι ἐγκατοικῆσαι· καὶ γὰρ, ὁ ἀγαπῶν, φησιν, ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου· καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν· καὶ ἐν ἄλλοις· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν.

V. Qui divinas divitias Spiritus in se ipsis habent, quando cum aliquibus miscent spirituales sermones, eas quasi promentes e proprio thesauro, iis quibuscum conversantur, communicant. Qui vero istiusmodi opes non recondiderunt in penetralibus cordis, ex quo divinorum sensuum, mysteriorumque & doctrinarum naturæ captum excedentium præstantia redundaret; sed deflorata solum quædam e libris utriusque testamenti, summa in lingua ferunt; aut auditores facti spiritualium virorum; eorum doctrina se D ostentant, quæ ab iis perceperunt tamquam sua proferentes, & partus sibi subjicientes alienos. Hi sane aliis quidem facilem præbent eorum quæ dicunt, fruitionem; ipsi vero post dictionem reperiuntur mendicis similes. Quippe cum ad suum quæque verum auctorem, quæ ipsi falso pro suis venditarunt, sponte quasi sua redeant; ipsis in egestate domestica relictis, utpote qui thesaurum non possideant proprium, quem si haberent, possent se quidem primum ipsos oblectare, aliisque deinde, unde juvarentur, impertire. Propterea primum debemus a Deo nobis veras istas divitias comparare, tunc facile poterimus prodesse aliis communicando ipsis doctrinas spirituales & mysteria. Sic enim complacuit divinæ boniE tati, habitare in quolibet qui crediderit, etenim, [c] *Qui diliget me*, inquit, *diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum*. Et alibi: [d] *Ego & Pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus*.

Οἱ τέκνα Θεοῦ γενέσθαι καταξιωθέντες, καὶ τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτοῖς ἐλλάμποντα ἔχοντες, ἐν ποικίλοις καὶ διαφόροις τοῦ Πνεύματος διέπονται τρόποις, καὶ ἐν τῷ ἀφανεῖ τῆς καρδίας ὑπὸ τῆς χάριτος περιθάλπονται· οὐδὲν δὲ οἷον καί τινας τῶν κατὰ κόσμον φαινομένων ἀπολαύσεων εἰς μέσον παραγαγεῖν πρὸς εἰ-

VI. Qui eo digni habiti honore, ut filii Dei fierent, & Christum in se ipsis resplendentem circumferrent, variis & differentibus modis a sancto reguntur Spiritu, & in arcano cordis a gratia demulcentur. Nihil vero conducibilius est, quam aliqua voluptatum genera, quæ in mundo conspicua sunt,

a II. Cor. IV. 7. b I. Cor. I. 30. c Joan. XIV. 20. d Ibid. ℣. 23.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

κασίαν τῶν ἐν τῇ ψυχῇ θείων διαγωγῶν τῆς χάριτος· ἔστι γὰρ ὅτε γίνονται καθάπερ τινὶ βασιλικῷ δείπνῳ εὐφραινόμενοι, καὶ ἀγαλλιῶντες ἄφραστόν τινα καὶ ἄφατον ἀγαλλίασιν· καὶ νῦν μὲν ὡς νύμφη τῷ νυμφίῳ πνευματικῶς συνηδόμενοι· νῦν δὲ ὡς ἀσώματοί τινες ἄγγελοι ἐπὶ τοσαύτῃ τοῦ σώματος ἐλαφρίᾳ τε καὶ κουφότητι, ὡς μηδὲ νομίζειν σῶμα περιβεβλῆσθαι· καὶ ἄλλοτε μὲν ὥσπερ τινὶ πότῳ εὐφραινόμενοι καὶ μεθύοντες μέθην ἄφραστον τῶν μυστηρίων τοῦ πνεύματος· ἄλλοτε δὲ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς αὐτοὺς ἔχει, τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα σωτηρίας ποτνιωμένους· ὑπὸ γὰρ τῆς θείας ἀγάπης τοῦ πνεύματος τῶν ἀνθρώπων πάντων περικαιόμενοι ὅλου τοῦ Ἀδὰμ τὸ πένθος ἀναλαμβάνουσι· καί ποτε μὲν πρὸς τοσαύτην ἀγάπην μεθ᾽ ἡδονῆς οὐ λόγῳ ῥητῆς τοῦ πνεύματος ἐξεκαύθησαν, ὡς, εἴ γε ἦν δυνατὸν ὅλως, πάντα ἄνθρωπον τοῖς σπλάγχνοις ἐγκολπώσασθαι τοῖς ἰδίοις, κακοῦ διαφορὰν τὸ παράπαν ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ μὴ ποιούμενοι· ποτὲ δὲ τοσοῦτον ἑαυτοὺς ἐξουδένωσαν, ὡς μηδένα εἶναι τὸν μετ᾽ αὐτοὺς οἴεσθαι, ἀλλὰ πάντων ἐσχάτους ἑαυτοὺς λογίζεσθαι· καὶ νῦν μὲν ἀνεκλαλήτῳ χαρᾷ τοῦ πνεύματος κατεπόθησαν· νῦν δὲ καθάπερ τις τῶν ἰσχυρῶν βασιλικὴν λαβὼν πανοπλίαν, καὶ πρὸς πόλεμον κατελθὼν τοὺς ἐναντίους κατετροπώσατο, τὸν ἴσον καὶ οὗτοι τρόπον ὅπλοις φραξάμενοι τοῖς τοῦ πνεύματος πρὸς τοὺς ἀφανεῖς κατῆλθον ἐχθροὺς, καὶ τούτους τοῖς ποσὶν ὑπέθεντο τοῖς ἰδίοις· ἄρτι μὲν πολλή τις γαλήνη αὐτοὺς περιβάλλει καὶ ἡσυχία, εἰρήνη τε περιθάλπει, καὶ ἡδονῇ κάτοχοι γίνονται θαυμασίᾳ· ἄρτι δὲ συνέσει καὶ σοφίᾳ θείᾳ καὶ γνώσει πνεύματος ἀνεξερευνήτῳ· τοιαῦτα πρὸς τῆς τοῦ Χριστοῦ σοφίζονται χάριτος, ἃ μηδὲ μιᾷ γλώσσῃ δύναμις ἐξειπεῖν· ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ὡς ἕνα τῶν πάντων αὐτοὺς ἀνθρώπων ὄψει φαινομένους· οὕτως ἡ θεία χάρις πολυτρόπως ἑαυτὴν ἐν τούτοις ἐξαλλάττουσα καὶ ποικίλλουσα παιδοτριβεῖν ὥσπερ καὶ γυμνάζειν βούλεται τὴν ψυχὴν, ἵνα τελείαν αὐτὴν καὶ ἄμωμον καὶ καθαροτάτην τῷ ἐπουρανίῳ παραστήσῃ Πνεύματι.


Τὰ εἰρημένα ταυτὶ τοῦ πνεύματος ἐνεργήματα, μεγάλων μέτρων εἰσὶ, καὶ τῶν ἐγγυτάτω τῆς τελειότητος. αὗται γὰρ αἱ ποικίλαι τῆς χάριτος παρακλήσεις, διαφόρως μὲν, ἀλλ᾽ ἀδιαλείπτως αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ πνεύματος ἐνεργοῦνται, ἐνεργείας ἐνέργειαν πνεύματος διαδεχομένης. ὁπότε γὰρ εἰς τὴν τελειότητά τις τοῦ πνεύματος καταντήσειε, πάντων ἀκριβῶς τῶν παθῶν ἀποκαθαρθεὶς, καὶ ὅλως τῷ παρακλήτῳ πνεύματι διὰ τῆς ἀῤῥήτου κοινωνίας ἑνωθεὶς· ἐπειδὰν καὶ αὐτὴ ἡ ψυχὴ καταξιωθείη πνεῦμα γενέσθαι, ὡς συγκραθεῖσα τῷ πνεύματι, τότε ὅλον φῶς, ὅλον χαρὰ, ὅλον ἀνάπαυσις, ὅλον ἀγαλλίασις, ὅλον ἀγάπη, ὅλον σπλάγχνα, ὅλον ἀγαθότης, καὶ χρηστότης γίνεται· καὶ οἱονεὶ καταπίνεται εἰς τὰς ἀρετὰς τῆς δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος, ὡς ἐν ἀβύσσῳ θαλάσσης λίθος ὕδατι πανταχόθεν περιεχόμενος· ταύτῃ τοιγαροῦν οἱ τοιοίδε κατὰ πάντα τρόπον, τῷ τοῦ Θεοῦ πνεύματι συναφθέντες αὐτῷ τῷ Χριστῷ ἀφομοιοῦνται, τὰς ἀρετὰς τοῦ πνεύματος ἀτρέπτους παρ᾽ ἑαυτοῖς ἔχοντες, καὶ καρποὺς τοιούτους τοῖς πᾶσιν ἐπιδεικνύμενοι· ἐπεὶ γὰρ ἔνδον ἄμωμοί τε καὶ καθαροὶ διὰ τοῦ πνεύματος ἀπηρτίσθησαν, ἀμήχανον ἔξω καρποὺς κακίας προσενεγκεῖν. ἀλλὰ πάντοτε διὰ πάντων οἱ καρποὶ τοῦ πνεύματος ἐν ἑαυτοῖς διαλάμπουσιν· αὕτη ἐστὶν ἡ προκοπὴ τῆς πνευματικῆς τελειότητος, τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, εἰς ἣν φθάσαι ἡμᾶς ὁ ἀπόστολος παραινεῖ λέγων· ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Χριστοῦ. καὶ πάλιν· μέχρι καταντήσωμεν εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ.

in medium adducere, ut, quibus fruitur anima gratiæ divinæ oblectamentis, iisdem comparentur. Est videlicet quando sancti videntur quibusdam velut excipi regiis epulis supra modum opiparis ac lautis, iisque jucundissime, immo ultra quam exprimi dicendo queat, beate saginari. Et nunc quidem ut sponsa cum sponso spiritualiter congaudentes; nunc ut incorporei quidam angeli, in tanta agilitate sunt & levitate, ut putent nullo corpore se circumvestiri. Aliquando veluti potu aliquo exhilarati, & inebriati ebrietate ineffabili mysteriorum Spiritus exsultant. Aliquando fletu & luctu squallent, ob hominum salutem cum gemitu ingemiscentes. Nam divino erga omnes homines amore accensi, ob totum humanum genus luctu comprehenduntur. Et interdum tanto amore cum voluptate verbis non exprimenda inflammati sunt, ut si fieri possit, omnem prorsus hominem, sine discrimine boni, mali, innocentis, scelerati, intra suæ viscera colligere caritatis, & fovere cupiant. Nonnumquam adeo se vilipendunt, ut pateat, neminem sibi esse inferiorem; quin & postremos omnium se esse existiment. Et nunc quidem inenarrabili absorpti sunt Spiritus gaudio, mox veluti aliquis ex fortibus heroibus regia indutus armatura in bellum descendit, atque hostes propulsat; eumdem in modum & ipsi armis Spiritus muniti invisibiles adoriuntur inimicos, eosque propriis conculcant pedibus. Est cum ipsos multa circum amplectitur serenitas & tranquillitas, paxque fovet beata, voluptate imis in sensibus delibutos prorsus mira. Rursus prudentia, sapientia divina & cognitione Spiritus ineffabili beantur, & tot ac tantas res a gratia Christi edocentur, ut nulla lingua ea possit effari. Est vero quando non alii ac unus ex vulgo adpareant. Sic multifariam divina gratia se ipsam varians ac multipliciter transformans exercere vult, ac diverse instruere animam, ut perfectam ipsam immaculatam, purissimam supercælesti sistat Spiritui.

VII. Hi quos modo diximus Spiritus effectus magnorum graduum sunt, & perfectioni proximorum. Hæ siquidem diversæ consolationes gratiæ, differenter quidem ceterum indesinenter in iis a Spiritu exercentur, operatione operationem Spiritus semper excipiente. Quando enim aliquis ad perfectionem Spiritus pervenerit, cunctis perfecte perturbationibus purgatus, & totus paracleto Spiritui per ineffabilem communionem unitus; & cum ejus anima ad eam evecta dignationem fuerit, ut Spiritus & ipsa fit, in unum cum Spiritu concreta; tunc totus lux, totus gaudium, totus requies, totus exsultatio, totus caritas, totus visceralis compassio, totus bonitas, totus benignitas fit; & quasi absorptus immergitur in virtutes potentiæ boni Spiritus, sicut in abysso maris lapis aqua undecumque comprehensus. In hunc igitur modum tales homines omnimode Dei Spiritui cohærentes ipsi Christo assimilantur, virtutes Spiritus immutabiles in se ipsis habentes; & fructus iis consentaneos cunctis exhibentes. Fieri enim nequit, ut, cum intus ipsi inculpati & puri per Spiritum effecti sint, fructus extra malitiæ proferant; sed omni ex parte per omnia fructus in iis Spiritus elucent. Talis profectus est spiritualis perfectionis, *plenitudinis Christi*, in quam occurrere nos apostolus adhortatur dicens: [a] *ut impleamini in omnem plenitudinem Christi*. Et rursus [b] *donec occurramus in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi*.

[a] Ephes. III. 19. [b] Ibid. IV. 13.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



Εστιν ὅτε φησὶν εἰσέρχεταί τις κλῖναι γόνυ, καὶ τότῳ ἡ καρδία μεστὴ θείας ἐνεργείας γίνεται, καὶ ἡ ψυχὴ συνευφραίνεται Κυρίῳ. καθάπερ ἤδη δεδήλωται, νύμφης τρόπον κατὰ τοῦ νυμφίου· ὁ μέγας τοῦτό φησιν Ησαΐας· ὃν γὰρ τρόπον εὐφραίνεται νυμφίος ἐπὶ νύμφης, οὕτως εὐφρανθήσεται Κύριος ἐπὶ σοί· ἔστι δ' ὅτε συνέβη μὲν ἀσχολεῖσθαι τὸν τοιοῦτον ὅλης ἡμέρας, κατὰ δὲ μίαν ὥραν εἰς εὐχὴν ἑαυτὸν ἐπιτρέψαντα, ἁρπάζεται παρ' αὐτῆς ὁ ἔσω ἄνθρωπος, καὶ κάτοχος ἀπείρῳ βάθει τοῦ αἰῶνος ἐκείνου γίνεται· ἔχει δὲ αὐτὸν ἀπόρρητος ἡδονή, ὡς ἐκπλήττεσθαι μὲν τὸν νοῦν μετέωρον ὅλον ὄντα καὶ ἡρπαγμένον· λήθην δὲ ταῖς φρεσὶν ἐγγίνεσθαι τοῦ ἐπιγείου τοῦδε φρονήματος· ἅτε μεστωθέντων αὐτῷ τῶν λογισμῶν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ εἰς ἀπέραντά τε καὶ ἀκατάληπτα πράγματα αἰχμαλώτων αὐτῷ ἀπαχθέντων, ὡς ἐν ἐκείνῃ ὥρᾳ διὰ εὐχῆς τῷ ἀνθρώπῳ γίνεσθαι συναπελθεῖν ἅμα τῇ εὐχῇ καὶ τὴν ψυχήν.

A VIII. Est quando, simul ac incipit aliquis genu flectere, plenum huic repente divina operatione fit cor; & anima condelectatur Domino, ad instar, ut dictum est, sponsæ cum sponso. Hoc magnus dicit Isaias. [a] *Quo enim modo gaudet sponsus super sponsam, sic gaudebit Dominus super te.* Est etiam, quando contingit, occupari quidem talem tota die; una autem ubi se idem hora orationi permiserit, rapitur ab ipsa interior homo, & immenso profundo illius sæculi futuri tenetur comprehensus. Oblectat autem ipsum arcana & ineffabilis voluptas, ita ut mens quidem obstupescat tota suspensa & in sublime rapta; oblivioque internis sensibus subrepat terrenæ hujus mundi sapientiæ; utpote repletis ipsi B objecto digniori cogitationibus, ut dictum est, & captivis procul abductis contemplatione infinitarum & incomprehensibilium rerum. Ut in illa hora per orationem homini accidat, evolare simul cum oratione ipsius animam.

Πρὸς δέ γε τὸν ἐρωτῶντά φησιν, εἰ πάντοτε δυνατὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῇ τοιαύτῃ διαρκεῖν καταστάσει; ταῦτα λεκτέον· ὡς ἡ μὲν χάρις οὐκ ἔστιν ὅτε μὴ σύνεστι καὶ ἐρρίζωται, καὶ ὡς φυσικόν τι πεπηγὸς ἐγγίνεται τῷ ἀνθρώπῳ ᾧ σύνεστι· μία δὲ οὖσα αὐτὴ πολυτρόπως, ὡς ἐθέλει, πρὸς τὸ τοῦ ἀνθρώπου συμφέρον, οἰκονομεῖ· ποτὲ μὲν γὰρ πλέον αὐτῷ τὸ πῦρ, ποτὲ δὲ ἀμβλύτερον ἀνακαίει. καὶ τὸ φῶς, ἔστι μὲν ὅτε μᾶλλον ἐκλάμπει· ἔστι δ' ὅτε καὶ συστέλλεται καὶ ἐπιστυγνάζει, κατὰ θείαν πάντως οἰκονομίαν, καίτοιγε τῆς λαμπάδος ἄσβεστα καιομένης. ὅτε δὲ φαιδρυνθῇ πλέον, τότε καθάπερ ἐν μέθῃ πλείονι τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγάπης καὶ ὁ ἄνθρωπος ἑορτάζεται· ἔστι δ' ὅτε καὶ αὐτὸ τὸ φῶς τὸ φαῖνον ἐν καρδίᾳ, τῷ ἐνδοτέρῳ δήπου καὶ βαθυτέρῳ διανοίγει φωτί, ὥστε ὅλον τὸν ἄνθρωπον τῇ γλυκύτητι ἐκείνῃ καὶ θεωρίᾳ καταποθέντα μηκέτι ἐν ἑαυτῷ εἶναι, ἀλλ' ὡς μωρόν τε καὶ βλαβερὸν ὑπεῖναι τῷ κόσμῳ, διὰ καινοὺς ἴϋγγας ἀγάπης καὶ ἡδονῆς, καὶ τὸ βάθος ὧν ἠξίωται μυστηρίων. καὶ συμβαίνει πολλάκις κατ' ἐκεῖνον μὲν τὸν καιρὸν τῶν τελείων αὐτὸν ἐπιβῆναι μέτρων, καὶ εἶναι πάσης ἁμαρτίας ἐλεύθερόν τε καὶ ἀνεπίληπτον, μετὰ δὲ ταῦτα συσταλῆναι τρόπον τινὰ τὴν χάριν, καὶ τὸ κάλυμμα τῆς ἐναντίας ἐπιστῆναι δυνάμεως.

IX. Ad interrogantem autem: an possibile homini sit in eo semper statu durare? Sic respondendum est: Numquam quidem gratiam non inesse, & non penitus radicari quasi coalescentem in naturam unam homini in quo est. Ceterum una cum sit ipsa, non uno tamen modo, sed multipliciter, prout vult, & convenire videt ad ipsius utilitatem hominis, varias vicissitudines dispensat. Nam aliquando quidem acrio- C rem ipsi, aliquando languidiorem flammam subjicit. Est quando lux magis resplendeat; est quando contrahat fulgorem, & caliginem obducat quamdam, divina prorsus dispositione; lampade inexstinguibiliter nihilominus ardente. Quando vero fulgentiori puriori radiat lumine, velut abundantiori potu exhilaratus homo festum diem celebrat. Est etiam cum ipsum in corde micans lumen alteri lumini sub intimis profundius latenti velut fenestram aperit, ut homo totus dulcedine illa & speculatione plane absorptus, non amplius in se ipso sit; sed quasi fatuus & noxius habeatur mundo, propter inusitatas illecebras amoris & voluptatis & profunditatem, queis dignus habetur, mysteriorum. Et contingit sæpius D isto tempore ipsum perfectorum contingere graduum mensuram, & omni liberum esse peccato & irreprehensibilem; verum posthæc contrahi rursus quodammodo gratiam; & ab adversaria potestate velum iterum obtendi.

Οἴου μοί φησιν οὕτως τὰ τῆς χάριτος ἔχειν· ὑποκείσθω γάρ σοι πρὸς δωδέκατον βαθμὸν ἀνιέναι τὴν τελειότητα· εἶναι μὲν οὖν, ὅτι καὶ τοῦτο τὸ μέτρον ἐφικτὸν γίνεται· πλὴν ἀλλ' ἐνδίδωσι πάλιν ἡ χάρις, καὶ ἕνα ὑποβᾶσα βαθμὸν, εἰς τὸν ἑνδέκατον, ὡς εἰπεῖν, ἵσταται· ἐδείχθη ἐκεῖνα δὴ τὰ θαυμάσια, καὶ ὧν πεῖραν καὶ ἄνθρωπος ἔσχεν ἐκεῖνος· εἰ τὸν ἴσον αὐτῷ τρόπον εἶχε ταῦτα διαπαντὸς, οὐκ ἂν δυνατὸν αὐτῷ ἦν τὴν οἰκονομίαν καὶ τὸ βάρος ὑπιέναι τοῦ λόγου· οὔτε μὴν ἀκούειν τι καὶ λέγειν, ἢ καὶ περί του, κἂν τὸ βραχύτατον, μεριμνᾷν, ὅτι μὴ κεῖσθαι μόνον μιᾶς γωνίας ἐπειλημμένον, καὶ μετέωρον, καὶ μεμεθυσμένον· ταύτῃ τοι καὶ τὸ τέλειον αὐτῷ μέτρον οὐ παρεσχέθη· ἵνα καὶ τῇ ἀδελφῶν προνοίᾳ, καὶ τῇ τοῦ λόγου διακονίᾳ καιρὸν ἔχῃ σχολάζειν.


X. Sic tecum reputa res gratiæ se habere; Finge tibi, residere perfectionem in duodecimo gradu; est igitur, ut ad hanc gradus mensuram liceat adscendere; sed vicissim remittit gratia, & uno descendens gradu, in undecimo, ut ita loquar, subsistit. Ubi mirabilia illa ipsi ostenduntur, & quorum ille experimentum cepit homo: sed eodem modo si hæc se semper haberent, non esset ipsi possibile, ut dispensationem hanc gratiosam & onus illud sustineret. Neque sane audire, nec curare quilibet quam- E vis minimum rerum humanarum potest, nisi quod jacet tantum in angulo correptus, & suspensus, & inebriatus. Unde perfecti ipsi gradus mensura non indulgetur; ut & fratrum curam habere, & ministerio verbi vacare possit.

Ακούοντές φησι τοῦ λόγου τῆς βασιλείας, καὶ πρὸς δάκρυα κατανυγόμενοι, μὴ τοῖς ἡμετέροις τούτοις ἐναπομείνωμεν δάκρυσι, μηδὲ τῇ ἡμῶν ἀκοῇ ὡς καλῶς ἀκούσαντες, μηδὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὡς καλῶς ἰδόντες, ἀρκούντως ἔχειν ἑαυτοὺς λογισώμεθα· καὶ γάρ εἰσιν ἕτερα ὦτα καὶ ἕτεροι ὀφθαλμοὶ, καὶ κλαυθμοὶ ἕτεροι, ὡς δὴ καὶ διάνοια καὶ ψυχὴ ἑτέρα. ὅπερ ἐστὶν αὐτὸ

XI. Cum audiendo sermones de regno Dei ad pias lacrymas movemur, non acquiescamus iis lacrymis tamquam nostris; neque has imputemus aut auribus nostris, quasi bene audierint; aut oculis, quasi bene viderint; & sufficere istos sensus ad talia reputantes. Etenim aliæ sunt aures, alii oculi, alii fletus, uti & alia mens & anima alia; divinus nem-

[a] Jes. LXII.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



θεϊκὸν πνεῦμα καὶ ἐπουράνιον, τὸ ἀκοῦόν τε καὶ κλαῖον, δεχόμενόν τε καὶ γινῶσκον, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα ἐν ἀληθείᾳ ποιοῦν· ἐπεὶ καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὁ Κύριος τὴν μεγίστην ἐπαγγελλόμενος τοῦ πνεύματος δωρεάν· ὑπάγω, ἔλεγεν, ὁ δὲ παράκλητος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα. καὶ πάλιν· ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ᾽ οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. ἐκεῖνος οὖν προσεύξεται καὶ ἐκεῖνος κλαύσεται· τὸ γὰρ τί προσευξόμεθα, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος, καθ᾽ ὃ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν· ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις· αὐτῷ γὰρ τῷ πνεύματι μόνῳ τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα δῆλόν ἐστι. τὰ γὰρ τοῦ Θεοῦ, φησὶν, οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῇ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς τοῦ παρακλήτου ἐπιφοιτήσαντος, καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀποστόλων ἐσκηνωσάσης, τὸ μὲν τῆς κακίας κάλυμμα εἰσάπαν αὐτῶν ἀφῃρέθη, τὰ πάθη δὲ κατηργήθη, καὶ τὰ τῆς καρδίας αὐτοῖς ἀπεκαλύφθησαν ὄμματα· καὶ τότε λοιπὸν σοφίας πλησθέντες, καὶ τέλειοι καταστάντες ὑπὸ τοῦ πνεύματος, δι᾽ ἐκείνου μὲν καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα ποιεῖν ἔγνωσαν, δι᾽ ἐκείνου δὲ καὶ πρὸς πᾶσαν ἀλήθειαν ἐχειραγωγήθησαν ἡγεμονεύσαντός τε καὶ βασιλεύσαντος αὐτοῖς τῶν ψυχῶν· ὅταν οὖν καὶ ἡμῖν ἐπακούσασι τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ κλαίειν ἐπέρχηται, δεηθῶμεν Χριστοῦ, πίστει ἀνενδοιάστῳ ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς, ἐλπίσαντες ἀληθῶς ἀκοῦον καὶ προσευχόμενον πνεῦμα κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα.

A pe ipse ac supercælestis Spiritus audiens & flens, orans & cognoscens, voluntatemque in veritate divinam faciens. Quandoquidem apostolis Dominus maximum promittens Spiritus donum: [a] *vado*, ait, *at Paracletus Spiritus sanctus, quem Pater mittet in nomine meo, ille vos docebit omnia.* [b] Et rursus: *adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare modo; cum autem venerit ille Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem.* Ille igitur orabit, ille lacrymabitur. Etenim *quid oremus*, inquit divinus Apostolus, [c] *prout oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Nam ipsi Spiritui soli Dei voluntas perspecta est. Siquidem [d] *quæ Dei sunt*, inquit, *nemo novit, nisi* B *Spiritus Dei.* Quoniam & quando juxta promissionem, die pentecostes descendit Paracletus, & virtus boni Spiritus animabus apostolorum insedit; velamen quidem illud, quo innata homini pravitas mentem obumbrat, plane ab iis ablatum est; vitiosi vero affectus aboliti sunt; oculique mentis ipsorum sunt aperti. Et tunc de cetero sapientia repleti, & perfecti constituti a Spiritu, per illum quidem & Dei voluntatem facere decreverunt, per illum & ad omnem veritatem manuducti sunt, regnantem in animabus ipsorum. Quando ergo nobis quoque audientibus verbum Dei, in lacrymas resolvi contigerit, oremus Christum, fiducia omnem dubitationem pellente, ut veniat ad nos, certo sperantes, suum Spi- C ritum auditurum, & oraturum in nobis ad ipsius voluntatem.

Τὸ πρᾶγμα οὕτως ἔχειν οἶον φησίν· ἐπίκειταί τις δύναμις ἐπικαλύπτουσα τὸν ἐλαφρὸν νοῦν, ὡς ἀὴρ τις λεπτός· καίτοι δὲ τῆς λαμπάδος ἀεί ποτε καιομένης καὶ φαινούσης, καθάπερ εἴρηται· ἀλλὰ τῷ φωτὶ ἐκείνῳ ὡς κάλυμμά τι ἐπίκειται· ταύτῃ τοι οὐδὲ ἔξαρνός ἐστιν ὁ τοιοῦτος μὴ εἶναι τέλειος, μηδὲ τὸ ὅλον ἐλεύθερος ἐκ τῆς ἁμαρτίας· ἀλλ᾽ οἷον εἰπεῖν ἐλεύθερός τε καὶ οὐκ ἐλεύθερος· τοῦτό τε οὐκ ἀθεεὶ πάντως· ἀλλὰ κατ᾽ οἰκονομίαν γίνεται θείαν· καί ποτε μὲν διαλύεται καὶ θραύεται ἐκεῖνο τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ· ποτὲ δὲ τὸ σύμπαν οὐ διαλύεται· οὐδὲ διαπαντὸς ἐπίσης τὰ τοιαῦτα τῆς εὐχῆς· ἀλλὰ ἔστι μὲν ὅτε πλέον ἡ χάρις ἀνάπτεται, καὶ παρακαλεῖ καὶ διαναπαύει· ἔστι δ᾽ ὅτε στυγνοτέρα καὶ ὑφειμένη γίνεται, καθὼς αὐτὴ ἡ χάρις πρὸς τὸ συμφέρον τῷ ἀνθρώπῳ οἰκονομεῖ· ὅμως εἰσῆλθον εἰς τὸ τέλειον μέτρον ἔν τισι καιροῖς, καὶ ἐγευσάμην καὶ πεῖραν ἔσχον ἐκείνου τοῦ αἰῶνος. οὔπω δὲ οὐδένα εἶδον Χριστιανὸν τέλειον ἢ καθάπαξ ἐλεύθερον· ἀλλὰ καὶ διαναπαύεταί τις ἐν τῇ χάριτι, καὶ μυστηρίων καὶ ἀποκαλύψεων κοινωνὸς γίνεται, καὶ εἰς ἡδύτητα πολλὴν τῆς χάριτος εἴσεισι· καὶ ἡ ἁμαρτία πάλιν αὐτῷ συνέστιν· οἱ δὲ τοιοῦτοι διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν, καὶ τὸ ἐλλάμπον αὐτοῖς φῶς, κατά γε ἀπειρίαν φημὶ, τέλειοί τε καὶ ἐλεύθεροι ἔδοξαν εἶναι· ἐγὼ δὲ, ὡς εἴρηται, οὔπω οὐδένα εἶδον ἀκριβῶς ἐλεύθερον· ἐπειδὴ κἀμοὶ μερικῶς καιροῖς ἔν τισιν ἐξεγένετο εἰς ἐκεῖνο τὸ μέτρον ὃ λέλεκται εἰσελθεῖν, καὶ οἶδα καταμαθὼν ὁποῖός τις ὁ τέλειος ἄνθρωπός ἐστιν.

XII. Rem sic se habere puta: incumbit vis quædam superne obtegens expeditam mentem, ut aer quidam tenuis; ardente nihilominus semper & lucente, ut dictum est, lampade; sed illi ejus luci quoddam superne quasi operculum imponitur; unde qui ejusmodi est, haud inficias iverit, nequaquam esse se perfectum, nec ex toto liberum a peccato; verum, ut sic dicam, liberum simul & non liberum, id vero haudquaquam omnino sine numine; sed per dispensationem divinam. Ac nonnumquam D quidem dissolvitur & scinditur ille *medius paries maceriæ*; quandoque omnino non dissolvitur. Neque pari per omnia in his passu procedit orationis negotium; sed est quando amplius accenditur gratia, & consolatur, & quietem præbet; est rursus, quando hebetior, & remissior fit, prout ipsa gratia accommodate ad ipsius utilitatem hominis benevole providens, varie dispensat. Ingressus tamen sum certis momentis in perfectam mensuram; gustum percepi & experientiam habui beati illius ævi. Nondum autem quemquam vidi Christianum perfectum, aut omni ex parte, in tempus omne, liberum. Sed requiescit aliquis in gratia, & mysteriorum ac revelationum fit particeps; & in multam E dulcedinem gratiæ intrat; & peccatum rursus nihilominus inest ipsi. Tales porro propter exuberantem gratiam & lumen ipsos illustrans, per imprudentiam dico, perfecti esse & liberi videntur sibi; ego vero nondum, uti dixi, vidi ullum hominem perfecte liberum; nam & quadam ex parte mihi contigit, momentis quibusdam in illam, quatenus dictum est, mensuram ingredi. Et novi, edoctus experimentis, qualis demum sit perfectus homo.

Επειδὰν ἀκοῦσαί σοι γένοιτο περὶ κοινωνίας νυμφίου καὶ νύμφης, καὶ χορῶν, καὶ ἑορτῶν, μηδὲν ὑλικὸν μηδὲ πρόσγειον ἐννόησον. καὶ γὰρ εἰς ὑπόδειγμα μόνον συγκαταβατικῶς ταῦτα παραλαμβάνεται. ἐπεὶ

XIII. Cum audire tibi contigerit de communicatione sponsi cum sponsa, de choris, de cantu & festis, nihil materiale aut terrenum cogitaveris. Etenim in exemplum dumtaxat per condescensionem

[a] Joan. XIV. 26. [b] Joan. XVI. 12. [c] Rom. VIII. 26. [d] I. Cor. II. 2.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

ἐκεῖνα ἄῤῥητά τε ἐστι καὶ πνευματικὰ, καὶ ὀφθαλμοῖς τοῖς σαρκικοῖς ἄψαυστα· ψυχῇ δὲ ἁγίᾳ καὶ πιστῇ πρὸς κατάληψιν ἔρχεται, αὐτή τε ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ οἱ ἐπουράνιοι θησαυροὶ, οἱ χοροί τε καὶ ἑορταὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων τῷ πεῖραν λαβόντι μόνῳ καταφανῆ γίνονται, ἀμυήτῳ δὲ οὐδὲ ἐννοῆσαι δυνατὸν τοπαράπαν· εὐλαβῶς οὖν περὶ αὐτῶν ἄκουε μέχρις ἂν καί σοι γένοιτο πιστεύοντι καταξιωθῆναι τῶν τοιούτων τυχεῖν· καὶ τότε εἴσῃ αὐτῇ τῇ πείρᾳ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς οἵων ἀγαθῶν ψυχαί τε Χριστιανῶν κἀνταῦθα κοινωνεῖν δύνανται· ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει καὶ αὐτῷ τῷ σώματι τῶν τοιούτων παρέσται τυχεῖν, βλέπειν τε αὐτὰ καὶ οἱονεὶ κρατεῖν, ὁπόταν καὶ αὐτὸ γένηται πνεῦμα.

A hæc assumuntur. Quoniam illa quæ his designantur, spiritualia & oculis carneis incontigua sunt. Animæ vero sanctæ ac fideli sub comprehensionem veniunt & ipsa communicatio sancti Spiritus, & supercælestis thesauri, chori ac festa sanctorum angelorum. Quin isti tantum homini manifesta fiunt, qui experimentum eorum ceperit; non introductus autem in hæc adyta, nec qualemcumque talium formare ideam potest. Reverenter igitur de huiusmodi rebus audi, quoad tibi contingat credenti, ut dignus habearis fruitione tuarum rerum. Et tunc scies ipsa experientia oculorum animæ, qualium bonorum animæ Christianorum fieri compotes queant. Nam in resurrectione corpori quoque contin-
B get horum esse participi, videreque illa & quodammodo palpare, quando ipsum spirituale factum fuerit.

Τὰ ἴδια τῆς ψυχῆς κάλλη καὶ οἱ ἀγαθοὶ καρποὶ, ἤτοι εὐχὴ, ἀγάπη, πίστις τε καὶ ἀγρυπνία καὶ νηστεία, καὶ τ' ἄλλα τῶν ἀρετῶν ἐπιτηδεύματα, ἐπειδὰν μιγείη, καὶ κοινωνήσοι τῆς τοῦ πνεύματος κοινωνίας, τότε καὶ αὐτὰ καθαπερεὶ θυμίαμα πυρὶ βληθὲν, πλουσίαν ἀποδίδωσι τὴν εὐωδίαν· ἀλλὰ καὶ ἡμῖν γίνεται ῥᾴδιον ἀκολούθως τῷ θελήματι πολιτεύεσθαι τοῦ Θεοῦ. ὡς ἄνευ πνεύματος τοῦ ἁγίου, καθάπερ ἤδη πρότερον εἴρηται, μηδενὶ δυνατὸν ὂν συνιέναι τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα. ὥσπερ γὰρ ἀνδρὶ πρὸς γάμον συνιοῦσα γυνὴ, πρότερον μὲν ἢ συναφθῆναι, γνώμῃ τῇ ἰδίᾳ στοιχεῖ, καὶ θελήματι τοῖς ἑαυτῆς κέχρηται, ἐπειδὰν δὲ συνέλθῃ καθ' ἓν, ὑπ' ἐκείνῳ ἡγεμόνι τὸ σύνολον ζῇ, τοῦ πρὸς ἑαυτὴν ὁρᾶν, ἀφειμένη· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ψυχὴ ἔχει μὲν ἴδιόν τι θέλημα, καὶ ἰδίους νόμους, καὶ ἔργα ἴδια· ἐπειδὰν γένηται δὲ ἀξία τῷ ἐπουρανίῳ ἀνδρὶ Χριστῷ συνελθεῖν, ὑποτάσσεται τῷ νόμῳ τοῦ ἀνδρὸς, οὐκ ἔτι τῷ ταύτης θελήματι, ἀλλὰ τῷ ταύτης νυμφίῳ ἑπομένη Χριστῷ.

XIV. Propria animæ nostræ decora, & boni fructus, videlicet oratio, caritas, fidesque & vigilia & jejunium, & alia virtutum officia, ubi mixta per participationem fuerit communioni Spiritus, tunc & ipsa, velut thymiama conjectum in ignem, opulentam emittunt fragrantiam: Sed & nobis redditur facile conversari congrue ad voluntatem Dei; utpote cum sine Spiritu sancto, quemadmodum jam antea dictum est, nemo possit intelligere Dei voluntatem. Ut enim quæ viro nubit mulier, prius quidem quam ei conjungatur, proprio vivit arbi-
C trio, & prout ipsi libitum est de se consulit; simul autem sub mariti convenerit manum, sub eo rerum omnium actionumque suarum moderatore vivit, se respicere ipsam ex eo desinens; pari modo & anima prius habet voluntatem quamdam propriam, leges usúsque proprios, opera propria: postquam vero digna facta fuerit, quæ supercælesti viro jungeretur Christo, subjicitur legi viri, non amplius suam, sed sponsi sequens voluntatem.


Τὸ τοῦ γάμου ἔνδυμα τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριν ἡγοῦ· τὴν ὁ μὴ ἐνδύσασθαι γεγονὼς ἄξιος, τοῦ ἐπουρανίου γάμου, καὶ τοῦ δείπνου τοῦ πνευματικοῦ κοινωνὸς οὐκ ἔσται· θῶμεν σπουδὴν τοῦ πνευματικοῦ καὶ θείου πιεῖν οἴνου, καὶ μεθυσθῆναι μέθην νηφάλιον· ἵν' ὥσπερ οἱ οἴνου διακορεῖς λαλίστεροι γίνονται, οὕτω καὶ ἡμεῖς τοῦ πνευματικοῦ τούτου διάπλεοι γεγονότες οἴνου, μυστηρίων θείων λαλήσωμεν διηγήματα· καὶ τὸ ποτήριόν σου γάρ φησι Δαβὶδ, μεθύσκον με, ὡσεὶ κράτιστον.

XV. Nuptialem vestem Spiritus gratiam esse puta, quam qui induere dignus non fuerit, cælestium nuptiarum epulique spiritualis particeps non erit. Ponamus studium in spirituali & divino bibendo vi-
D no, & inebriemur ebrietate sobria, ut, quemadmodum qui vino pleni sunt, loquaciores fiunt, ita & nos spirituali hoc large hausto mero, mysteriorum divinorum eloquamur narrationes. [a] *Et calix tuus* (ait David) *inebrians me, quam præclarus est!*

Αὕτη ἐστὶν ἡ πτωχὴ τῷ πνεύματι ψυχὴ, ἥτις ἐπιγινώσκει μὲν τὰ ἑαυτῆς τραύματα, ἐπιγινώσκει δὲ τὸ περιέχον αὐτὴν τῶν παθῶν σκότος· καὶ τὴν ἀπὸ Κυρίου διαπαντὸς ἐπιζητεῖ λύτρωσιν· ἢ φέρει μὲν πόνους, ἐπ' οὐδενὶ δὲ τῶν ἐπὶ γῆς ἀγαθῶν χαίρει· ἀλλὰ τῷ καλῷ μόνῳ ἰατρῷ, καὶ τῇ αὐτοῦ πέποιθε θεραπείᾳ. πῶς οὖν ἡ τετραυματισμένη αὕτη ψυχὴ καλὴ καὶ εὐπρόσωπος ἔσται, καὶ πρὸς συμβίωσιν ἁρμόζουσα τῷ Χριστῷ; πῶς ἄλλως ἢ κατὰ τὴν ἀρχαίαν αὐτῆς κτίσιν, καὶ τὴν σαφῆ τῶν οἰκείων τραυμάτων καὶ τῆς πτωχείας ἐπίγνωσιν; εἰ γὰρ οἷς ἔχει τραύμασί τε καὶ μώλωψι τῶν παθῶν μὴ συνήδεται, μηδὲ συνηγορεῖ τοῖς σφάλμασιν, οὐ λογίζεται αὐτῇ τὴν ἀμορφίαν ὁ Κύριος, ἀλλ' ἐλθὼν ἰᾶται καὶ θεραπεύει, καὶ ἀπαθὲς αὐτῇ καὶ ἄφθορόν τι κάλλος ἀποκαθίστησι· μόνον αὐτὴ προαιρέσει μὴ κοινωνείτω τοῖς πραττομένοις, καθάπερ εἴρηται, μηδὲ τοῖς ἐνεργουμένοις συνευδοκείτω πάθεσιν. ἀλλ' ὅλῃ δυνάμει πρὸς Κύριον ἐκβοάτω, ἵνα διὰ τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος

XVI. Ipsa est illa pauper Spiritu anima, quæ cognoscit quidem sua vulnera; cognoscit vero etiam eas, quibus circumambitur, perturbationum tenebras; & à Domino continue liberationem quærit. Quæ tolerat quidem labores, de nullo autem eorum, quæ super terram sunt, bono gaudet; sed in bono tantum medico, & in ejus curatione confi-
E dit. Quomodo igitur hæc vulnerata anima decora & formosa erit, & ad vitæ societatem individuam cum Christo ineundam apta? quomodo aliter, quam perspectam habendo antiquam suam originem; & claram præ se ferendo propriorum vulnerum & mendicitatis notitiam? Nam si iis, quæ habet, vulneribus & cicatricibus passionum non delectatur, nec patrocinatur delictis suis; non imputat ipsi suam deformitatem Dominus; sed venit & sanat ac curat eam, nullique obnoxiam alterationi & immarcessibilem quamdam ei restituit pulcritudinem. Tantum ipsa ne libero assensu participet iis, quæ fiunt, ut dictum est; neve consentiendo ea comprobet, quæ inordinatæ perturbationes operantur: sed tota virtute ad Dominum clamet, ut per bonum ipsius

a Psalm. xxii. 5.



τος αὐτοῦ τῆς ἐλευθερίας πάντων ἀξιωθῇ τῶν παθῶν. αὕτη μὲν οὖν ἡ ψυχὴ μακαρία· οὐαὶ δὲ τῇ μὴ συναίσθησιν δεχομένῃ τραυμάτων, μηδὲ ἔχειν τι κακίας διὰ πολλὴν καὶ ἄμετρον οἰομένῃ κακίαν· ταύτην γὰρ οὐδὲ ὁ ἀγαθὸς ἐπισκέπτεται ἰατρὸς, οὐδὲ θεραπεύει, ὅτι μηδὲ μέλει αὐτῇ τῶν τραυμάτων, ἅτε καλῶς ἔχειν καὶ ὑγιῶς ἡγουμένῃ· οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσί φησιν, οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ᾽ οἱ κακῶς ἔχοντες.

A Spiritum liberare se dignetur a cunctis pravis affectibus. Beata profecto talis anima: væ autem illi, quæ sensum intimum non capiet vulnerum suorum; quæque omnis se pravitatis funditus expertem per multam & immensam putaverit pravitatem. Talem enim neque bonus invisit medicus, nec sanat; quoniam solicitudine non tangitur vulnerum propriorum; utpote quæ se bene habere, ac vigere sanitate existimet, [a] *Non enim* (inquit) *egent qui sani sunt medico, sed qui male habent.*


Μακάριοι τῷ ὄντι καὶ ζηλωτοὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ὑπερφυοῦς ἀπολαύσεως, ὅσοι διὰ θερμῆς καὶ φιλαρέτου διαγωγῆς τῶν ἐπουρανίων τοῦ πνεύματος μυστηρίων πείρᾳ καὶ αἰσθήσει τὴν γνῶσιν εἰλήφασι, καὶ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ἔχουσιν. οὗτοι καὶ συμπάντων κρείττους ἀνθρώπων εἰσί· καὶ φανερὰ ἡ ἀπόδειξις· τίνι γὰρ τῶν δυνατῶν, ἢ σοφῶν, ἢ φρονίμων ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν ὑπῆρξεν ἐπιστρεφομένῳ περὶ τὴν γῆν, ἐκεῖ τε ἐργάσασθαι ἔργα πνευματικὰ, καὶ τὰ κάλλη τοῦ πνεύματος κατοπτεῦσαι; νυνὶ δὲ πένης τις τὸ φαινόμενον, πένης ἄκρως καὶ ἐξουδενωμένος, καὶ οὐδὲ τοῖς γειτόνων μικροῦ γνώριμος, προσπίπτων ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ, ἄνεισιν εἰς τὸν οὐρανὸν ὑπὸ πνεύματος ὁδηγούμενος, καὶ ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τῶν ἐκεῖ θαυμασίων κατατρυφᾷ, ἐκεῖ τε ἐργάζεται, ἐκεῖ τὸ πολίτευμα ἔχει, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον· ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμά φησιν ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· καὶ πάλιν· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· εἶτα ἐπάγει· ἡμῖν δὲ ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. οὗτοί εἰσιν οἱ ἐν ἀληθείᾳ σοφοὶ, οἱ δυνατοὶ, οὗτοι καὶ εὐγενεῖς καὶ φρόνιμοι.

XVII. Beati revera, & invidendi ob vitæ & exsuperantis naturæ modum fruitionis felicitatem, quicumque per ferventem fidem, & vivendi usum ad B virtutum normam exactum, supercælestium sancti Spiritus mysteriorum sensu & experientia notitiam perceperunt, & conversationem in cælis habent. Tales omnium, qui uspiam vivunt hominum, præstantissimi sunt. Id quod demonstrari manifesto potest. Cui enim potentum, aut sapientum, aut prudentum, adscendere in cælum contigit, interim dum versantur in terra; & illic operari opera spiritualia, & pulchritudines divini Spiritus intueri? Nunc vero pauper aliquis in speciem, summe pauper & exinanitus; ac ne vicinis quidem vel minimum notus, procidens in faciem suam coram Domino, adscendit in cælum ducente sancto Spiritu, & in plena fiducia suæ animæ, mirabilibus illic rebus dele- C ctatur; ibique operatur, ibi diversatur, ibi conversationem habet, juxta divinum Apostolum dicentem: [b] *Nostra autem conversatio in cælis est.* Et rursus: [c] *quæ oculus non vidit, & auris non audivit; nec in cor hominis adscenderunt, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum.* Mox subjungit: *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum.* Hi sunt vere sapientes & potentes, hi & nobiles & prudentes.

Καὶ χωρὶς φησὶ τῶν οὐρανίων ἐκείνων, ἀπὸ τῶν παρόντων κρίνων τοὺς ἁγίους, οὐκ ἐπιδοιάσεις πάντων ὑψηλοτέρους εἰπών. κρινέσθω δὲ οὕτως. Ναβουχοδονόσορ ὁ Βαβυλῶνος ἄρξας ὁπότε τὰ ἔθνη αὐτῷ πάντα εἰς προσκύνησιν ἧς ἔτυχε κατασκευάσας εἰκόνος ἠθροίζετο· τῷ δὲ Θεῷ τοῦτο πανσόφως ᾠκονομεῖτο, ἵνα καὶ ἡ τῶν παίδων ἀρετὴ πᾶσι γνώριμος καταστῇ, καὶ μάθωσι πάντες, ὅτι Θεὸς ἀληθὴς εἷς, ὃς τοὺς οὐρανοὺς κατοικεῖ· τρεῖς παῖδες, καὶ αὐτοὶ αἰχμάλωτοι καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀφῃρημένοι ἐπαῤῥησιάσαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ πάντων πολλῷ δέει προσκυνούντων, καὶ μηδ᾽ ὅλως εἰ μὴ πείθεσθαι τολμώντων, ἀλλὰ σχεδὸν ἀφώνων ἴσα καὶ τοῖς κτήνεσιν ἑλκομένων, αὐτοὶ τοσοῦτον ἀπέχοντες τοῦ τὰ ὅμοια τοῖς ἄλλοις παθεῖν, ὡς μηδ᾽ εὐσεβοῦντας ἀγνοεῖσθαι βούλεσθαι, μηδ᾽ ὑπομένειν λαθεῖν, ἀλλ᾽ εἰς ἀκοὴν πάντων λέγειν· τοὺς θεούς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ἣν ἔστησας, οὐ προσκυνοῦμεν· τούτους εἰς τιμωρίας λόγον καὶ ἡ φοβερὰ ἐκείνη παραλαβοῦσα κάμινος ἣν, οὐδὲ τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν ὑπεδείξατο, ὥσπερ δὲ καὶ αὐτὴ δυσλαβηθεῖσα τούτους, ἀπαθεῖς κακῶν διεφύλαξε, καὶ πάντες καὶ βασιλεὺς αὐτὸς τὸν ἀληθῆ δι᾽ ἐκείνων Θεὸν ἐπέγνωσαν. ἐκείνους οὐχ οἱ ἐν γῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν οὐρανοῖς χοροὶ κατεπλάγησαν· καὶ γὰρ εἰς τὰς τῶν ἁγίων ἀνδραγαθείας οὐδὲ τοὺς ἐν οὐρανοῖς ἀπεῖναι, ἀλλὰ συμφοιτᾷν κἀκείνοις, ὁ θεῖος ἀπόστολος ὑποφαίνει, θέατρον γάρ φησιν ἐγενήθημεν καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. ἔχεις τοιαῦτα καὶ ἐπὶ Ἡλίαν ὁρᾷν· ὃς εἷς ἄνθρωπος ὢν πρὸς πλείστους ἴσχυσε διὰ τῆς τοῦ οὐρανίου πυρὸς καταγωγῆς· ἀλλὰ καὶ Μωυσῆς ὅλης Αἰγύπτου καὶ Φαραὼ τοῦ τυράννου περιεγένετο· τοῦτο καὶ ἐπὶ Λὼτ, τοῦτο καὶ ἐπὶ Νῶε,

XVIII. Quinetiam non habita ratione cælestium illorum, e solis his quæ præsentia sunt de sanctis judicans, non dubitabis, eos omnium longe hominum celsissimos pronuntiare. Age res dijudicetur hoc modo: Nabuchodonosor Babylonis imperator, con- D gregatis, quibus præerat, gentibus ad adorationem statuæ, quam erexerat; Dei hoc ita sapientissime moderante providentia, ut & puerorum omnibus conspicua virtus fieret, & cuncti discerent, unum esse Deum verum, qui in cælis habitat. Tres pueri, iique captivi, ac libertate privati, ausi sunt ipsi obsistere; & cunctis, ex multo metu adorantibus, nec quidquam præter obsequium tentantibus; mutarum ritu pecudum, quo trahebantur, sequentibus; illi tantum abfuerunt, ut similia aliis paterentur; ut neque ignorari sint passi suam de religione sententiam: nec latere sustinuerint, sed cunctis audientibus dixerint: [d] *Deos tuos non colimus & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.* Quos E cum in pœnam terribilis illa fornax excepisset, non sane vim suam exseruit, ac quasi & ipsa venerata ipsos esset, a malis eos immunes conservavit: universis ac rege ipso Deum jam verum agnoscentibus. Hos equidem non magis terras incolentium, quam in cælis degentium chori plausu celebrarunt. Nam heroica facinora sanctorum haudquaquam esse ignota cæli incolis; sed hos illis accursu & testes adesse, divinus innuit Apostolus, dum ait: [e] *Spectaculum facti sumus angelis & hominibus.* Potes & hæc in Elia videre qui unus homo cum esset, contra plurimos prævaluit, per devocationem ignis e cælo. Sed & Moyses universam Ægyptum & Pharao-

a Matth. IX. 12. XII. 17. Luc. V. 31. b Philipp. III. 20. c I. Cor. II. 9. d Dan. III. 18. e I. Cor. IV. 9.



καὶ ἐπὶ πολλῶν ἴδοις ἑτέρων· οἵτινες τῷ φαινομένῳ πολλὴν ἀπώλειαν ὑπερχόμενοι, πολλῶν ἐκράτουν ἐπισήμων καὶ δυνατῶν.

A nem tyrrannum superavit. Idem in iis quæ de Loth, in iis quæ de Noe, quæ de multis aliis narrantur, cernere est, qui cum apparerent contemtibiles, multis illustribus & potentibus superiores evaserunt.

Ἑκάστῳ τῶν φαινομένων, ἣν μὴ καὶ ἑτέρου τις ξένη φύσις πρὸς βοήθειαν ἐπιγένοιτο, τὸ ὅσον καθ' ἑαυτὸ ἀνέργαστόν ἐστι καὶ ἀκόσμητον. Καὶ γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ ἄφραστος σοφία μυστήρια καὶ τύπους διὰ τῶν ὁρωμένων δείκνυσιν, ὅπερ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις καθ' ἑαυτὴν οὖσα τὴν ἐντελῆ τῶν ἀρετῶν διακόσμησιν, καὶ τὴν πνευματικὴν εὐπρέπειαν τῆς ἁγιωσύνης ἐκτὸς εἰ μὴ καὶ τῆς θείας ἀπολαύσοι χειρὸς, ἀδύνατός ἐστιν ἐπιδείξασθαι· οἷον ἡ γῆ καθ' ἑαυτῆς μένουσα, εἰ μὴ μετάσχοι τῆς διὰ τῶν γηπόνων ἐπιμελείας· εἶτα καὶ τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων καὶ τοῦ ἡλίου καταδέξηται συνεργίαν, ἀνεπιτήδειός ἐστι καὶ ἥκιστα διαρκὴς πρὸς καρπογονίαν· Καὶ οἶκος δὲ πᾶς τοῦ ἡλιακοῦ τοῦδε δεῖται φωτὸς, ὅπερ οὐκ ἔστι τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ φύσεως· ἐπεὶ σκότους ἂν εἴη πεπληρωμένος καὶ ἄχρηστος· καὶ ἕτερα δὲ τούτοις ὁμοίως ἔχοντα ὄψει. τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀδυνάτως καθ' ἑαυτὴν σχοῦσα τοὺς καρποὺς τῶν ἀρετῶν πλείους ἀποδιδόναι, δεῖται τοῦ πνευματικοῦ γηπόνου τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, τουτέστι τοῦ πνεύματος τοῦ Χριστοῦ· ὅπερ καὶ αὐτὸ ξένον τῆς ἡμετέρας ἀτεχνῶς φύσεως· κτίσμα γὰρ ἡμεῖς· τόδε ἄκτιστον· ἵνα καὶ τῇ ἰδίᾳ τέχνῃ γεωργήσαν τῶν πιστῶν φημι τὰς καρδίας, τὰς ὅλῳ θελήματι ἑαυτὰς τῷ πνευματικῷ γεωργῷ παραδούσας, πλείους τοὺς καρποὺς τοῦ πνεύματος ἀποδοῦναι παρασκευάσῃ, λάμψῃ τε τὸ ἑαυτοῦ φῶς ἐν τῇ ἐσκοτισμένῃ τοῖς πάθεσιν τῆς ψυχῆς ἡμῶν οἰκίᾳ.

XIX. Unius fere cujusque, quas videmus rerum, ea conditio est, ut ni eis subveniat alienæ naturæ auxilium, quantum in ipsis est, ad operandum inutiles, informesque relinquantur. Ineffabilis enim Dei sapientia mysteria & typos per ea quæ in oculos incurrunt, iisque monstrat naturam humanam sibi relictam soli esse insufficientem ad exhibendum in se perfectum virtutum ornatum, & spiritualem sanctimoniæ decorem, nisi divinæ subsidio perfruatur manus. Sicuti terra in suis manens naturalibus, B nisi agricolarum artibus laboribusque præparetur; prætereaque nisi & imbrium & solis benignos recipiat influxus, inepta est & minime sufficiens ad gignendos fructus. Similiter & domus quælibet ut fiat habitabilis, eget lumine solari, alienæ utique ab ipsa naturæ; quo si careat, oppleta tenebris nulli sit usui. His similia multa videbis. Ad hunc igitur modum humana quoque natura impotens per se ipsam est, ad fructus virtutum perfectos producendos; indigetque ad id opera spiritualis agricolæ animarum nostrarum, qui est Spiritus Christi, alienæ profecto a nostra naturæ, cum nos creaturæ, ipse increatus sit; ut excolendis arte sibi propria fide-C lium cordibus; iis, inquam, quæ se tota voluntate spirituali colono præbent, efficiat ea feracia perfectorum Spiritus fructuum; & lumen ejus splendeat in obtenebrata perturbationibus affectuum animæ nostræ domo.

Διπλοῦς ἐστι τοῖς Χριστιανοῖς ὁ πόλεμος, καὶ διπλῆ ἡ πάλη· πρός τε τὰ ὁρώμενα τῷ ὀφθαλμῷ τούτῳ· ὑπερεθίζει γὰρ ταῦτα καὶ διαγαργαλίζει καὶ παρακαλεῖ τὴν ψυχὴν προσπάσχειν αὐτοῖς καὶ συνήδεσθαι· εἶτα καὶ πρὸς τὰς τοῦ δεινοῦ κοσμοκράτορος ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας.

XX. Duplex Christianis est bellum & duplex lucta. Nam & ea quæ se corporis oculis objiciunt, invitant, titillando irritant & provocant animam, ad se adfectu complectenda, & ad oblatis per ipsa voluptatibus fruendum; ultraque hæc, adversus acris principis mundi principatus & potestates.

Η δόξα Μωσέως, ἣν ἐπὶ τοῦ προσώπου εἶχε, τύπος τῆς ἀληθοῦς δόξης τοῦ παναγίου πνεύματος ἦν· ὃν γὰρ τρόπον ἐκεῖ πᾶς ὅστις ἀτενίσαι ἀδύνατος. οὕτω καὶ νῦν ταύτην τὴν δόξαν, τὴν ψυχὴν Χριστιανὴν ἐπιλάμπουσαν, τὸ τῶν παθῶν σκότος οὐχ ὑπομένει· ἀλλ' ὑπὸ τῆς αὐγῆς ταύτης ἀποδιωκόμενον φεύγεται.

XXI. Gloria Mosis quam in facie habuit [a], ty-D pus veræ gloriæ sanctissimi Spiritus erat; quemadmodum enim illic [b] nemo poterat intendere oculos in Mosis faciem; sic & nunc resplendentem in anima Christiana ejusmodi gloriam tenebræ affectuum non sustinent: sed ab illo abactæ fulgore diffugiunt.

Τῷ φιλαλήθει καὶ φιλοθέῳ καὶ τῆς ἐπουρανίου γλυκύτητος γευσαμένῳ, ἔμφυτόν τε καὶ κεκραμένην ἐν τῇ ψυχῇ κεκτημένῳ τὴν χάριν, καὶ ὅλως ἑαυτὸν τοῖς θελήμασι τῆς χάριτος ἐπιτρέψαντι, πάντα τὰ τοῦ αἰῶνος τοῦδε διὰ μίσους ἐστί· κρείττων γὰρ οὗτος τῶν τοῦ κόσμου κατέστη πάντων· κἂν χρυσὸν εἴπῃς, κἂν ἄργυρον, κἂν τιμὰς καὶ δόξας, κἂν μακαρισμοὺς καὶ ἐπαίνους· ὑπ' οὐδενὸς ἁλῶναι τῶν τοιούτων δύναται· καθότι πλούτου ἄλλου καὶ τιμῆς ἄλλης, ἑτέρας δὲ δόξης εἰς πεῖραν ἀφῖκται, καὶ ἡδονῇ ἀφθάρτῳ τρέφεται τὴν ψυχὴν, καὶ αἴσθησιν ἔχει καὶ πληροφορίαν πᾶσαν διὰ τῆς κοινωνίας τοῦ πνεύματος.

XXII. Ei qui veritatem & Deum amat, quique cælestem dulcedinem gustavit, & insitam concretamque penitus animæ possidet gratiam, totumque se arbitriis gratiæ permisit, omnia sæculi hujus exosa sunt. Præstantior quippe hic & superior & quibuscumque mundi rebus; sive aurum dixeris, sive argentum; sive honores & dignitates, sive congra-E tulationes & laudes; nullo talium capi potest, quoniam aliarum longe divitiarum, alterius excellentioris dignitatis gustum experiendo percepit, & voluptate incorruptibili anima ejus alitur; sensuque intimo ac possessione beata communicatis ab inhabitante ipsi Spiritu fruitur bonis.

Οὗτος, ὁπόση τῷ λογικῷ ποιμένι διαφορὰ πρὸς τὰ ἄλογα θρέμματα, τοσοῦτον ἐν συνέσει τε καὶ γνώσει καὶ διακρίσει, τῶν ἀνθρώπων διαφέρων ἐστί· καὶ γὰρ ἄλλου πνεύματος, καὶ ἄλλου νοὸς, ἄλλης τε συνέσεως καὶ σοφίας παρὰ τὴν τοῦ κόσμου τούτου μετέχει σοφίαν· σοφίαν γάρ φησι λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν

XXIII. Hujus tanta est supra vulgares homines excellentia, quantum ratione præditus pastor eminet supra bruta pecudes; tantum, inquam, antistat mortalium ceteris sapientia, scientia, discretione, quippe, qui alium Spiritum, aliam mentem, aliam prudentiam ac sapientiam, quam prudentia mundi est, possidet. Sapientiam enim, inquit: [c] *Loquimur*

a Exod. xxxiv. 30. b II. Cor. III. 7. c I. Cor. II. 6.

ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων· ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν Θεοῦ, ἐν μυστηρίῳ· διὰ ταῦτα καὶ πάντων τῶν ἀνθρώπων τὸ τοῦ κόσμου πνεῦμα ἐχόντων, καθάπερ εἴρηται, εἴτε φρονίμων εἴτε σοφῶν, ὁ τοιόσδε τοῖς ὅλοις διενήνοχε· καὶ πάντας μὲν ἀνθρώπους ἀνακρίνει, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὁ τοιοῦτος γινώσκει τε ἕκαστον πόθεν τε λέγει, καὶ ποῦ ἕστηκε, ἐν ποίοις ἐστίν· αὐτὸν δὲ οὐδενὶ τῶν ἐχόντων τὸ τοῦ κόσμου πνεῦμα διαγινώσκειν τε καὶ ἀνακρίνειν δύναμις· ὅτι μὴ ἐκείνῳ ᾧ τὸ ὅμοιόν ἐστι τῆς θεότητος πνεῦμα· κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον· πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες· ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ· μωρία γάρ ἐστι τούτῳ· ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς ὑπ᾽ οὐδενὸς ἀνακρίνεται.

A *inter perfectos, sapientiam vero non hujus seculi; neque principum hujus sæculi, qui destruuntur sed loquimur Dei sapientiam in mysterio*. Propter hæc cunctis hominibus, mundi spiritum habentibus, uti dictum est, seu prudentiæ, seu sapientiæ comparatione, ille a nobis descriptus immenso intervallo supereminet; siquidem hic [a] *omnes homines dijudicat*, secundum quod scriptum est: Spiritualis, inquam, cognoscit unumquemque, discernens, unde loquatur, ubi stet, in quibus versetur. Ipsum autem vicissim dignoscendi aut dijudicandi, nemini spiritum mundi habentium facultas est; nisi, qui pariter cum eo divinitatis impertitus Spiritu fuerit, ut ait de talibus loquens divinus Apostolus: [b] *Spiritualibus spi-* B *ritualia comparantes; animalis autem homo non percepit quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi; spiritualis autem judicat omnia: & ipse a neminejudicatur*.

Τοῦ παναγίου δέ φησι τούτου πνεύματος ἀμήχανον ἄλλως τυχεῖν, εἰ μὴ πάντων τις τῶν τοῦ αἰῶνος τούτου ξένος γενόμενος, πρὸς τὴν ζήτησιν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγάπης ἑαυτὸν ἀποτάξειεν, ἵνα πασῶν τῶν κατὰ τὴν ὕλην μεριμνῶν ἀνεθεὶς ὁ νοῦς, περὶ τὸν ἕνα τοῦτον σκοπὸν ἀπασχολῆται μόνον· καὶ οὕτω καταξιωθείη μετὰ Χριστοῦ εἰς ἓν πνεῦμα γενέσθαι, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος· ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἔσται εἰς ἓν πνεῦμα· ψυχῇ δὲ τῇ ὅλως τινὶ τῶν τοῦ αἰῶνος τούτου συνδεδεμένῃ καὶ πρὸς αὐτὸν ἐχούσῃ, οἷον πλούτῳ ἢ δόξῃ, ἢ φιλίᾳ τῇ κατὰ κόσμον, οὐκ ἔσται δυνατὸν φυγεῖν καὶ διαπεράσαι τὸ σκότος τῶν πονηρῶν δυνάμεων.

XXIV. Non aliter cuiquam contingere sanctissimi hujus Spiritus participatio potest, quam si plane peregrinus factus huic sæculo, totum se addicat inquisitioni caritatis Christi; ita, ut omnibus quæ circa materiam versantur, curis solutus animus, uni huic adsequendo scopo vacet, quo sic dignus fiat in unum cum Christo coalescere spiritum, ut ait Apostolus: [c] *Qui adhæret Domino unus spiritus est*. Animæ vero quæ omnino cuipiam rerum hujus sæculi defixa est, aut in eam affectu aliquo pro- C pendet; puta divitiis, gloriæ, aut amicitiæ mundanæ, non erit possibile fugere, & trajiciendo perrumpere tenebras diabolicarum potestatum.

Αἱ φιλαλήθεις ψυχαὶ καὶ φιλόθεοι οὐδὲ τὴν βραχεῖαν ὕφεσιν τοῦ πρὸς τὸν Κύριον ἔρωτος ὑπομένουσιν· ἀλλ᾽ ὅλαι δι᾽ ὅλου τῷ σταυρῷ τούτου προσηλωμέναι, τὴν τῆς πνευματικῆς προκοπῆς αἴσθησιν ἐν ἑαυταῖς γινομένην ἐπιγινώσκουσι. τετρωμέναι γοῦν τούτῳ τῷ πόθῳ, καὶ ὡς εἰπεῖν, ἔκπεινοι οὖσαι περὶ τὴν δικαιοσύνην τῶν ἀρετῶν, καὶ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος ἔλλαμψιν, κἂν μυστηρίων ἄξιαι θείων, κἂν εὐφροσύνης ἐπουρανίου καὶ χάριτος μέτοχοι γένονται, οὐ πεποίθασι περὶ αὐταῖς, οὐδὲ εἶναί τι οἴονται· ἀλλ᾽ ὅσῳ χαρισμάτων ἀξιοῦνται πνευματικῶν, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπλήστως ἔχουσαι τῶν οὐρανίων φιλοπονώτερον ἐκζητοῦσι· καὶ ὅσῳ πνευματικῆς αἰσθάνονται προκοπῆς, τοσούτῳ δὴ καὶ λιχνότεραι πρὸς τὴν μετάληψιν τούτων γίνονται, καὶ πνευματικῶς πλουτοῦσαι, τό γε παρ᾽ ἑαυταῖς, πενομέναις ἐοίκασι, κατὰ τὴν θείαν γραφήν· οἱ τρώγοντές γάρ με, φησιν, ἔτι πεινάσουσι, καὶ οἱ πίνοντές με ἔτι διψήσουσιν.


XXV. Veritatis & Dei amantes animæ, ne brevem quidem intermissionem admittere sustinent amoris quo erga Dominum flagrant; sed totæ ex toto cruci hujus confixæ, spiritualem profectum sentu quodam intimo & arcana intelligunt experientia. Vulneratæ igitur isto desiderio, &, ut sic dicam, famelicæ justitiæ omniumque virtutum, atque illustrationis boni Spiritus, etsi mysteriis dignæ divinis; etsi lætitiæ cælestis & gratiæ factæ participes sint, non tamen in se confidunt, neque esse se ali- D quid putant; sed quanto abundantius consequuntur spiritualia dona, tanto avidius inexplebiliter inhiant ulteriori participationi cælestium gratiarum; tantoque ad hanc se laboriosius enitendo disponunt. Rursus quanto dulcius sentiunt se proficere in spiritu, tanto quasi gulosius appetunt perceptionem deliciarum earumdem; & spiritualiter locupletatæ, sibi quantum in ipsis est, pauperes videntur juxta divinam scripturam: [d] *Qui edunt me, adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc sitient*.

Αἱ τοιαῦται ψυχαὶ καὶ τῆς τῶν παθῶν ἐλευθερίας παντάπασιν ἀξιοῦνται, καὶ τὴν τοῦ θείου πνεύματος ἔλλαμψίν τε καὶ κοινωνίαν ἐν πληρώματι τῆς χάριτος τελείως κομίζονται· ὅσαι δὲ ὀκνηραί τε καὶ ἀφερέπονοι, καὶ μὴ ζητοῦσαι τὸν τῆς καρδίας ἁγιασμὸν, ἐντεῦθεν ὡς ἐν σαρκὶ ἔτι τυγχάνουσιν, οὐκ ἐκ μέρους ἀλλ᾽ ὁλοκλήρως δι᾽ ὑπομονῆς δέξασθαι καὶ μακροθυμίας· μηδὲ κοινωνῆσαι τῷ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ κατὰ πᾶσαν αἴσθησιν καὶ πληροφορίαν ἠλπίκασι, καὶ δι᾽ ἐκείνου τῶν παθῶν τῆς κακίας ἀπαλλαγῆναι αὗται, κἂν χάριτος θείας ἀξιωθεῖεν· ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς κακίας κλεπτόμεναι πάσης φροντίδος ἑαυτὰς ἀνῆκαν· ὅτι λαβοῦσαι τὴν χάριν, καὶ τῆς ἐξ αὐτῆς τυγχάνουσαι παρακλήσεως, καὶ πνευματικῆς γλυκύτητος ἀπολαύουσαι· ταύτῃ καὶ ῥᾴδιαί εἰσιν οἰηθῆναι, μὴ συντριβόμεναι τὴν καρδίαν, μηδὲ τῷ φρονήματι ταπεινούμεναι μηδὲ ἔκδιψοι οὖσαι, καὶ

XXVI. Tales animæ & gratiam accipiunt plenæ liberationis a perturbationibus affectuum; & illustrationem & communionem divini Spiritus in plenitu- E dine gratiæ perfecte adsequuntur. Diversæ autem ab his, pigræ, laborum impatientes, non quærunt sanctificationem cordis (unde & quasi in carne adhuc exsistunt) non ex parte sed integram per perseverantiam & patientiam recipere; quæ neque sperant omnibus sensibus & plena fiducia cordis participes Spiritus paracleti fieri, perque ipsum a perturbationibus malitiæ liberari, licet gratiam divinam adeptæ sint. Sed a malitia illusæ omnem solicitudinem remittunt, veluti receperint jam gratiam, & quæ ex ipsa fluit, consolationem, & spirituali dulcedine perfruantur. Unde & faciles in tumorem mentis incidunt, non contritæ corde, nec sitientes, nec anhelantes ad perfectam exstinctionis affectuum men-

a I. Cor. II. 15. b Ibid. ℣. 13. c I. Cor. VI. 17. d Eccli. XXIV. 29.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



A πρὸς τὸ τέλειον μέτρον τῆς ἀπαθείας κατατεινόμεναι· ἐναπομείνασαι δὲ τῇ ὀλίγῃ ταύτῃ τῆς χάριτος παρακλήσει, καὶ εἰς ἔπαρσιν οὐκ εἰς ταπείνωσιν προκόψασαι, μᾶλλον καὶ οὗπερ ἠξιώθησαν χαρίσματος, ἔστιν ὅτε ἀπογυμνοῦνται· ψυχὴ γὰρ ὡς ἀληθῶς φιλόθεος, ὡς ὁ λόγος ἔφθη δηλώσας, κἂν μυρίας μετέλθῃ δικαιοσύνας, κἂν ἄκραις ἀγρυπνίαις ἐκτρίψῃ τὸ σῶμα, κἂν χαρισμάτων τοῦ πνεύματος διαφόρων, ἀποκαλύψεών τε καὶ μυστηρίων ἀξιωθείη, οὕτως ἔχει μετρίως ὡς μήπω τῆς κατὰ Θεὸν ἀγωγῆς ἠργμένη, μηδὲ κτησαμένη τι τῶν δεξιωτέρων, ἐρωτικῶς καὶ ἀπλήστως πρὸς τὴν κατὰ Χριστὸν ἀγάπην διακειμένη.

furam; acquiescentes exigua hac gratiæ consolatione; & magis in elationem, quam in humilitatem proficientes, unde & gratia potius, quam consecuti erant, spoliantur. Non sic vere Dei amans anima, ut præcedens declaravit sermo; quantumlibet enim innumeris se commendabilem fecerit officiis virtutum; etiamsi acerrimis vigiliis corpus extriverit; utcumque donis Spiritus magnis & variis, etiam revelationum & communicationis mysteriorum fuerit digna habita; de se tamen adeo sentit modice, ut sibi videatur, ne rudimentum quidem adhuc ponere cepisse vitæ secundum Deum rectæ: nedum se possidere ullam præstantiorum in via Spiritus æstimet dotium; tota interim, vehementi caritatis B nisu ad Christum insatiabiliter amandum incumbens.

Εἰς τὰ μέτρα δὲ ἐφικέσθαι ταῦτα, οὔτε ἀθρόως, οὔτε ῥᾳδίως ἐφικτὸν οὐδενί· ἀλλὰ πολλῶν πόνων καὶ ἀγώνων ἡγησαμένων, χρόνων τε καὶ σπουδῆς, κατὰ δοκιμασίας καὶ πειρασμῶν ποικίλων, ἄχρι καὶ τοῦ τελείου φημὶ τῆς ἀπαθείας μέτρου· οὕτω γὰρ πρὸς πάντα πόνον καὶ κόπον ἐξετασθεὶς, καὶ ὅλους πειρασμοὺς τοὺς ὑπὸ τῆς κακίας ἐπαγομένους εὐψύχως ὑπενεγκὼν, τότε καὶ τῶν μεγάλων τιμῶν καὶ χαρισμάτων τοῦ πνεύματος, καὶ τοῦ θείου πλούτου καταξιοῦται· εἶτα καὶ κληρονόμος τῆς οὐρανίου γίνεται βασιλείας.


XXVII. Ad hunc gradum pertingere, neque cito, neque facile contingit ulli. Sed præcedant necesse est multi labores & certamina, moræ longæ & studium cum probatione & tentationibus variis, usque dum ad perfectam mensuram quietis perturbationum perveniatur. Ita enim demum per cuncta contentionum ærumnarumque genera exploratus, & tentationibus a malitia suscitatis animose toleratis, magnorum denique honorum, & donorum Spiritus, opumque divinarum beatur; postremoque heres fit regni cælestis.

Η ψυχὴ δὲ οὐκ ἔχουσα μὲν τὴν εἰρημένην τῆς C πολιτείας ἀκρίβειαν· μήπω δὲ τοῦ ἁγιασμοῦ τοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν αἴσθησιν δεξαμένη, πενθείτω καὶ ζητείτω παρὰ τοῦ Κυρίου θερμῶς, ἵνα τοῦ ἀγαθοῦ τούτου καὶ τῆς ἐνεργείας τῆς ἐν νῷ δι' ἀῤῥήτων θεωριῶν γινομένης τοῦ πνεύματος ἐπιτύχῃ. ὥσπερ δὲ κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν νόμον, οἱ σωματικοῖς ἁλόντες ἁμαρτήμασιν, ἀφορίζονται μὲν παρὰ τοῦ ἱερέως τὸ πρότερον· εἶτα τὴν κατὰ λόγον μετάνοιαν ἐπιδεδεικνυμένοι, καὶ τῆς κοινωνίας μεταποιοῦνται· ὅσοι δὲ ἀπταίστως καὶ καθαρῶς βεβιώκασι, προκόπτουσί τε πρὸς ἱερωσύνην, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐξωτέρου τόπου τὴν ἔσω τοῦ θυσιαστηρίου μετάστασίν τε καὶ τάξιν ἀπολαμβάνουσιν, ἵνα λειτουργοὶ καὶ πάρεδροι τῷ Κυρίῳ διατελῶσιν· οὕτω δὴ σκοπῶμεν καὶ περὶ τῆς μυστικῆς τοῦ D πνεύματος κοινωνίας, περὶ ἧς τῷ ἀποστόλῳ εἴρηται· ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὄψεις σωζομένην ἀκολουθίαν· ἐνοικεῖ μὲν γὰρ ἡ θεία τριὰς ἐν τῇ καθαρῶς ἐχούσῃ ψυχῇ, τῆς θείας χρηστότητος συνεφαπτομένης· ἐνοικεῖ δὲ οὐ καθ' ὅ ἐστιν· ἀχώρητος γὰρ καὶ αὐτῇ πάσῃ τῇ κτίσει· ἀλλὰ καθ' ὅσον γοῦν ἐπιτηδείως ἔχει καὶ δεκτικῶς ὁ ἄνθρωπος· ἐπειδὰν δέ τι παρατραπῇ τῆς τῷ Θεῷ κατὰ γνώμην διαγωγῆς, καὶ τὸ θεῖον πνεῦμα λυπήσειεν, ἐκβάλλεται καὶ ἀφορίζεται τῆς πνευματικῆς εὐφροσύνης ὁ νοῦς· τῆς μὲν θείας χάριτος καὶ τῆς ἀγάπης καὶ πάσης τῆς ἀγαθῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργείας συστελλομένης· ἐκείνου δὲ E θλίψεσί τε καὶ πειρασμοῖς καὶ πονηροῖς πνεύμασι παραδιδομένου· καὶ μέχρις ἂν πάλιν ὀρθοποδίσειεν ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν τοῦ πνεύματος εὐαρέστησιν· εἶτα διὰ πάσης ἐξομολογήσεώς τε καὶ ταπεινώσεως τὴν μετάνοιαν ἐπιδειξαμένη, τότε καὶ αὖθις τῆς ἐπισκοπῆς ἀξιοῦται τῆς χάριτος, καὶ τὴν οὐράνιον εὐφροσύνην πλέον ἢ κατὰ πρῶτον ἀπολαμβάνει· εἰ δὲ πρὸς μηδὲν τὸ πνεῦμα λυπήσειεν, ἀλλ' εἴη ζῶσά τε εὐαρέστως, καὶ λογισμοῖς μὲν πᾶσι πονηροῖς ἀντιταττομένη, τῷ Κυρίῳ δὲ κολλωμένη διαπαντὸς, ἡ τοιαύτη δικαίως ἄρα καὶ ἀκολούθως προκόπτει ψυχὴ, καὶ δωρεῶν ἀφάτων ἀξιοῦται, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καὶ

XXVIII. Anima vero non habens quidem hanc, de qua diximus, exquisitæ conversationis solertiam; neque dum intimi sensus experimento sibi conscia ejus, quæ est in corde suo, sanctificationis, lugeat & quærat a Domino ferventer, ut boni hujus & operationis Spiritus, quæ in mente fit per arcanas contemplationes, efficiatur compos. Porro quemadmodum juxta ecclesiasticam legem, in delictis deprehensi corporeis, segregantur quidem primum per sacerdotem; deinde præscripta canonibus pœnitentia exhibita, communioni restituuntur; qui vero sine offensione & pure vixerunt, promoventur ad sacerdotium, & ab exteriori loco interius ad altaris viciniam admissi, statum jam & ordinem accipiunt, ut ministri & assessores Domino fiant; ad consimilem modum rem se habere reputemus in hac mystica Spiritus communione, qua dictum ab Apostolo est: [a] *Gratia Domini nostri Jesu Christi, caritas Dei & Patris, & communicatio sancti Spiritus.* Videbis, inquam, similem hic quoque quasi disciplinæ ordinem. Habitat enim divina Trinitas in anima pure vivente, cum adjuvante ipsam divinæ benignitatis auxilio; habitat autem non in quantum in se est; sic enim est incomprehensibilis universæ, quanta est, creaturæ; sed in quantum aptus & capax est homo. Postquam vero anima in quopiam offenderit, transgrediens ordinem divinum, ac Dei spiritum contristaverit, ejicitur & segregatur a spirituali lætitia mens, divina quidem gratia, & caritate omni, & operatione Spiritus se se contrahentibus; lapsa in defectum anima afflictionibus interim, & tentationibus, & malignorum spirituum vexationibus, tradita; quoad rursus recte jam ambulans, denuo se ad Spiritus beneplacitum adaptaverit; deinde velut per omnes circumducta pœnitentium gradus, confessione nempe & humiliatione, visitatione tandem iterum gratiæ beatur; quin & cælestis uberiorem interdum mensuram lætitiæ recipit. Quod si nulla in re Spiritum contristaverit, sed juxta Dei beneplacitum vixerit, cunctis pravis cogitationibus valide resistens, Dominoque indivulse adhærens; talis merito ac consequenter numquam interrupto auctu proficit anima, donisque ineffabi-

[a] II. Cor. XIII, 13.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



ἀπὸ ἀναπαύσεως εἰς τελειοτέραν ἀνάπαυσιν μετατίθεται· εἶτα καὶ εἰς τὸ τέλειον τοῦ Χριστιανισμοῦ μέτρον ἀφικομένη, τοῖς τελείοις ἐργάταις, καὶ τοῖς ἀμώμοις τοῦ Χριστοῦ λειτουργοῖς κατὰ τὴν αἰώνιον αὐτοῦ συνταγήσεται βασιλείαν.

A libus inſtruitur; nec non a gloria in gloriam, a quiete in perfectiorem quietem transferetur. Denique & uſque ad ſupremum, quo perducere Chriſtianiſmus hominem poteſt, perfectionis apicem progreſſa, perfectis operariis, & inculpatis Chriſti miniſtris in æterno regno adjungetur.

Τὰ φαινόμενα ταῦτα τύπους οἴου μοι καὶ σκιὰς τῶν κρυφίων εἶναι· τὸν ναὸν τὸν ὁρώμενον τοῦ τῆς καρδίας ναοῦ, τὸν ἱερέα, τοῦ ἀληθινοῦ ἱερέως τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος· καὶ ἐφεξῆς οὕτως· ὥσπερ οὖν κατὰ τήνδε τὴν ὁρατὴν ἐκκλησίαν, ἂν μὴ πρότερον αἱ ἀναγνώσεις, αἱ ψαλμῳδίαι τε, καὶ τὶς ἐστιν ἀκολουθία τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ βαθμοῦ, προχωρήσειεν, αὐτὸ τὸ θεῖον μυστήριον τοῦ σώματός τε καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ τὸν ἱερέα ἐπιτελεῖν οὐκ ἀκόλουθον· εἶτα κἂν πᾶς μὲν ὁ ἐκκλησιαστικὸς κανὼν ἐπιτεθείη, ἡ μυστικὴ δὲ τῆς προσφορᾶς ὑπὸ τοῦ ἱερέως εὐχαριστία, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ μὴ γένηται, οὔτε ὁ ἐκκλησιαστικὸς τελεσιουργήθη θεσμὸς, καὶ ἐλλιπής ἐστιν ἡ λατρεία τοῦ μυστηρίου· οὕτω μοι καὶ τὰ τοῦ Χριστιανοῦ νόει· ἂν γὰρ νηστείαν μὲν καὶ ἀγρυπνίαν καὶ ψαλμῳδίαν, ὅλην τε ἄσκησιν καὶ ἀρετὴν πᾶσαν κατορθωκὼς εἴη· ἡ μυστικὴ δὲ τοῦ πνεύματος ἐνέργεια τῷ θυσιαστηρίῳ τῆς αὐτοῦ καρδίας ὑπὸ τῆς χάριτος κατ' αἴσθησιν πάσαν καὶ πνευματικὴν ἀνάπαυσιν μὴ ἐπιτελοῖτο, ἀτελὴς ἡ τοιάδε πᾶσα τῆς ἀσκήσεως ἀκολουθία καὶ σχεδὸν ἀχρὴ, οὐκ ἔχουσα τὴν τοῦ πνεύματος ἀγαλλίασιν μυστικῶς ἐν τῇ καρδίᾳ ἐνεργουμένην.

XXIX. Hæc quæ videmus in paullo ante memorato ſacrorum ritu, figuras eſſe puta & umbras occultorum. Templum puta viſibile, cordis; ſacerdotem, veri ſacerdotis Chriſti gratiam: & ſic porro. Ut igitur in Eccleſia viſibili niſi prius fiant ſacræ lectiones, & quæ cetera canone eccleſiaſtico conſequi debent, procedant, pſalmodiæ & ſacrum B ipſum myſterium corporis & ſanguinis Chriſti peragi a ſacerdote, inconſequens eſt. Viciſſim autem, ſi vel maxime eccleſiaſticus canon expletus fuerit, oblatio autem myſtica non celebretur a ſacerdote, nec euchariſtia & communio corporis Chriſti adminiſtretur, haud perfecte abſolvitur eccleſiaſticarum cerimoniarum ordo, & mancus mutilusque Dei cultus ac religio eſt. Sic mihi tu de Chriſtiano quolibet cogita. Si enim is in jejunio quidem & vigilia, & in pſalmodia item & in cunctis officiis virtutum univerſarum omni ſe diligentia exercuerit: nec tamen eo umquam proficiendo pertingat, ut myſtica Spiritus operario in altari cordis ejus a gratia cum ſenſu intimo, & omnis ſpiritualis quietis C arcana experientia peragatur, imperfecta fuerit tota illa præcedens ſeries religioſarum obſervationum, & ferme inutilis non habens exſultationem ſpiritualem, arcane in corde productam.

Καλὸν ἡ νηστεία, καλὸν, ἡ ἀγρυπνία, καλὸν ὁμοίως ἡ ἄσκησις, καὶ ἡ ἐπὶ ξένης διαγωγή· καὶ προοίμια ταῦτα πολιτείας θεοφιλοῦς· ἀλόγιστον δὲ ἀτεχνῶς τὸ ἁπλῶς τοῖς τοιούτοις ἐπιθαῤῥεῖν. ἔστι γὰρ ὅτε καὶ χάριτός τινος ἐν μετοχῇ καθιστάμεθα· καὶ ἡ κακία ἔνδον ὑποκαθημένη, καθάπερ ἐν τοῖς ἄνω λέλεκται, σοφίζεται καὶ ὑποχωρεῖ ἑκοῦσα, οὐ πράττει τὰ ἑαυτῆς· ἀλλὰ ποιεῖ νομίσαι τὸν ἄνθρωπον, διακεκαθάρθαι τὸν νοῦν· καὶ τὸ λοιπὸν ἐξάγει πρὸς οἴησιν τελειότητος. εἶτα λῃστρικῶν ἐπιτίθεται καὶ τῶν κατωτάτων ἄχρι καταφέρει τῆς γῆς· οἱ γὰρ ἄνθρωποι πολλάκις εἴκοσιν ἔτη γενόμενοι λῃσταί τινες ἢ στρατιῶται τὸ ἐπιτήδευμα, μηχανάς τε κατὰ τῶν πολεμίων ἐπίστανται, ὑποκάθηνταί τε καὶ ἐνέδρας ἐπινοοῦσι, καὶ τὰ τῶν ἐχθρῶν λαμβάνουσιν ὦτα, καὶ κτείνουσιν ἀνελπίστως περιβαλόντες· πόσῳ γε μᾶλλον ἡ κακία τοσαύτας χιλιάδας ἐτῶν γεγενημένη, καὶ τοῦτο ἔργον ἑαυτῆς τεθεμένη, τὸ σπουδαιότατον τὸ ἀπολεῖν ψυχὰς, ἐνέδρας οἶδε τοιαύτας ἐν ἀποκρύφῳ τῆς καρδίας ἐπινοεῖν, καὶ κατὰ καιροὺς ἀτρεμεῖν ἐπίτηδες, καὶ μὴ ἐνεργεῖν· ὥστε τὴν ψυχὴν ἑλκύσαι πρὸς οἴησιν τελειότητος; ὁ μέντοι θεμέλιος τοῦ Χριστιανισμοῦ, κἂν πάσας τις μετέλθῃ δικαιοσύνας, μὴ ἐπαναπαύεσθαι ταύταις, μηδὲ ἐπιθαῤῥεῖν, μηδὲ μέγα τι πεποιηκέναι λογίζεσθαι· κἂν μέτοχος χάριτος καταστῇ, μὴ νομίσαι κατειληφέναι· μηδὲ κατακόρως ἔχειν· ἀλλὰ πεινᾶν τότε καὶ διψᾶν δὲ, πενθεῖν καὶ κλαίειν, καὶ συντετριμμένην ὅλως τὴν καρδίαν ἔχειν.

XXX. Bonum eſt jejunium, bona vigilia, bona ſimiliter omnis exercitatio, & vita peregre traducta; ceterum hæc prooemia ſunt ſtatus & converſationis Deum vere amantium; unde inconſultum profecto eſt iis magnopere confidere. Eſt enim, quando gratiæ cujuſdam participes fiamus: & tum malitia intus in nobis ſubſidens (prout ſuperius eſt memoratum a nobis) ſubdole agit & ſponte ſe ſubtrahit; nec operatur, quæ ſua ſunt. Sed hominem inducit, ut D exiſtimet, mentem ſuam eſſe emundatam: & ſic porro impellit eumdem in perfectionis perſuaſionem. Tum vero latronum ritu in ipſum facit impetum, eumque in infima uſque terræ præcipitat. Sunt homines innutriti tractationi armorum, qui annis viginti aut latrocinio, aut militiæ aſſuevere; quippe ſciunt machinationes in rebus militaribus. Hi ſubſident, & inſidiis intendunt, ac hoſtium avertunt aures; & ſic inſilientes trucidant ex improviſo. Quanto magis malitia, tot millium annorum, & opus hoc perdendi animas ſibi proponens, inſidias noverit ejuſmodi in cordis abſcondito comminiſci, & temporibus opportunis de induſtria? Immo quietam eſſe & non operari, ut animam ipſam in perſuaſionem perfectionis pertrahat? Fundamentum itaque E Chriſtianiſmi eſt, quantacumque quis obierit omnium officia virtutum, his tamen non acquieſcere; non iis confidere; non inde magnum quid ſe feciſſe reputare; neque ubi gratiæ particeps eſt factus, repente, ac ſe comprehendiſſe arbitrari; multo minus velut jam ſaturum otiari; quin tum magis eſurire ac ſitire: lugere ac flere, ac contritum penitus cor habere.

Νόει μοι τὴν πνευματικὴν κατάστασιν οὕτως ἔχειν· ὑπόθου τινὰ εἶναι βασιλικὸν οἶκον· τούτῳ δὲ αὐλὰς ὑπεῖναι διαφόρους, καὶ πρόθυρά τινα καὶ οἰκίας ἄλλας ἐξωτέρας· καὶ οὕτω πάλιν κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἐνδοτέρας, ἐν αἷς τὴν πορφύραν καὶ τοὺς θησαυροὺς εἰκὸς ἀποκεῖσθαι· εἶτα καὶ τὴν τούτων αὖθις ἐσωτέραν, ὅπου τὴν βασιλικὴν εἶναι διαγωγὴν ἐπιτήδειον.


XXXI. Cogita mihi, ſic ſe habere ſpiritualem ſtatum. Finge tibi animo palatium quoddam regium, aulis conſtans diverſis; ac veſtibula quidem principio exſtare, parteſque anteriores ædium; tum introrſum continua ſerie penitius recedentes alias, in quibus & purpuram & theſauros veriſimile ſit latere repoſita. Deinde rurſus poſt has adhuc interiora

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

ὥσπερ οὖν εἴ τις τὰς ἐξωτέρας αὐλάς τε καὶ μονὰς ἀπαντήσας, εἰ δόξει τοὺς ἔνδον οἴκους κατειληφέναι, πεπλάνηται· οὕτω δὴ καὶ κατὰ τὸ πνευματικὸν ἀκολούθως. οἱ πρὸς γαστέρα καὶ ὕπνον διαμαχόμενοι, ψαλμοῖς τε καὶ εὐχαῖς διηνεκῶς προσκείμενοι, μὴ νομιζέτωσαν ἤδη τοῦ τέλους καὶ τῆς καταπαύσεως ἐπιβῆναι· πόθεν; ἔτι γὰρ αὐτοῖς περὶ τὰ πρόθυρα καὶ τὰς αὐλὰς ἡ ἀναστροφή· οὐχ ἵνα τὴν πορφύραν καὶ τοὺς θησαυροὺς ὑποκεῖσθαι τοὺς βασιλικοὺς ὑπάρχει· κἂν χάριτός τινος πνευματικῆς ἠξιώθησαν· μηδὲ τοῦτο πάλιν αὐτοὺς ἀπατάτω, τοῦ τέλους ἐπιτυχεῖν· ἐρευνᾷν οὖν προσῆκεν, εἰ εὗρεν ἐν τῷ ὀστρακίνῳ τούτῳ σκεύει τὸν θησαυρόν· εἰ ἐνεδύσατο τοῦ πνεύματος τὴν πορφύραν· εἰ τὸν βασιλέα εἶδε καὶ ἀνεπαύσατο· καὶ γὰρ οἴου μοι πάλιν τὴν μὲν ψυχὴν βάθος τι ἔχειν καὶ μέλη πολλά· τὴν δὲ ἁμαρτίαν ὑπεισελθοῦσαν τὰ μέλη πάντα, καὶ τὰ νοήματα τῆς καρδίας καταλαβεῖν· εἶτα ἐπιζητήσαντος τοῦ πνεύματος τὴν χάριν, ἐλθεῖν, καὶ δύο τυχὸν τῆς ψυχῆς μέρη περιλαβεῖν· τὸν οὖν ἀπείρως ἔχοντα, πρὸς τῆς χάριτος ταύτης παρακαλούμενον δόκησις ἔχει, πάντα τὰ μέλη τῆς ψυχῆς κατειλῆφθαι, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ὅλως ἐκριζῶσθαι, μὴ εἰδότα, ὅτι τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς ἔτι κατάσχετον ὑπ᾽ ἐκείνης ἐστίν· ἐνὸν γάρ, ὡς πολλάκις δεδήλωται, καὶ τὴν χάριν ἀδιαλείπτως ἐνεργεῖν, ὃν τρόπον ὀφθαλμὸν ἐν τῷ σώματι, καὶ συνεῖναι τὴν κακίαν ὑποκλέπτουσαν τὴν διάνοιαν· ὁ τοίνυν μὴ διακρίνειν εἰδώς, ὡς μέγα τι κατειληφὼς ἤδη, μέγα τι περὶ ἑαυτοῦ οἴεται, καὶ ὡς τὴν ἐσχάτην κάθαρσιν συνεσχηκὼς τετύφωται· ἔχειν δὲ τὴν ἀλήθειαν συνηγοροῦσαν αὐτῷ, πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ὡς γὰρ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, τέχνη τοῦ σατανᾶ καὶ αὕτη· κατά τινας χρόνους ἑκόντα παραχωρεῖν, καὶ τὰ εἰωθότα μὴ ἐνεργεῖν, κατὰ σκοπόν, τοῦ οἴησιν τελειότητος τοῖς ἀσκουμένοις ὑποβαλεῖν· ἀλλὰ μὴ ὁ φυτεύων ἀμπελῶνα παραπόδως λαμβάνῃ καὶ τὸν καρπόν· ἢ ὁ σπείρων τὰ σπέρματα ἐν τῇ γῇ καὶ τὴν συγκομιδὴν εὐθὺς ἐποιήσατο· τί δέ; τὸ ἀρτιγενὲς παιδίον ἥψατο παραχρῆμα τῆς τελειότητος; ἀπόβλεψον εἰς τὸν Ἰησοῦν· ἐκ ποίας δόξης υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεὸς ὢν ὁ Χριστός, εἰς οἷα πάθη, καὶ ἀτιμίαν, καὶ σταυρὸν κατέβη· καὶ πάλιν ὅπως διὰ ταύτην αὐτοῦ τὴν ταπείνωσιν ὑπερήρθη, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἐκάθισεν· ὁ δέ γε πονηρὸς ὄφις ἐκ πρώτης τῷ Ἀδὰμ ὑποσπείρας θεότητος ἐπιθυμίαν, εἰς οἵαν αὐτὸν κατήγαγεν ἀτιμίαν διὰ ταύτης δὴ τῆς οἰήσεως. ταῦτα τοίνυν αὐτὸς ἐννοῶν ἀσφάλιζε σεαυτὸν ὅση δύναμις, καὶ σπούδαζε ταπεινοῦν ἀεὶ τὴν καρδίαν, καὶ συντετριμμένην ἔχειν.

A conclavia : ubi diverſari rex ipſe creditur . Ut igitur ſi quiſpiam iſtiuſmodi extimas tantum quaſdam forte ingreſſus manſiones , exiſtimaret ſe ipſa jam penetralia domicilii tenere, vehementer erraret : ita in rebus ſpiritualibus ſe res habet; qui bellum ventri & ſomno inferentes , in pſalmorum quoque decantatione , & continuatione precum perſeverant , ne putent , ſe perveniſſe jam ad metam , ac quietis inſcendiſſe cubile . Unde enim hæc perſuaſio ? Adhuc eorum in primoribus porticibus & circa aulas hæret converſatio ; nondum ubi purpura & theſauri regii ſunt repoſiti ; licet gratiæ ſpiritualis alicujus ſint beati ; ne quæſo hoc eos decipiat , ut apicem arripuiſſe jam ſe perfectionis putent. Explo- B rare aliquem æquius fuerit ; ecquid in ſuo vaſe fictili theſaurum invenerit ? Ecquid jam induerit Spiritus purpuram ? An regem viderit, & conquieverit ? Etenim exiſtima rurſum animam quidem profunditatem quampiam habere , & membra multa ; peccatum autem ſubrepſiſſe putet in membra omnia , & cogitationes quoque cordis occupaſſe . Deinde poſtquam homo requiſivit Spiritus gratiam, eam venire , & duas apprehendiſſe forſitan animæ partes. Id cum ſentiret imperitus gratiæ hujus, opinatur, univerſa pariter animæ membra gratiæ comprehenſa vi teneri, ac peccatum ex ea prorſus eradicatum; neſciens pleraſque adhuc animæ partes occupari a peccato. Conceſſo enim (ut ſæpius demon- C ſtratum eſt) gratiam indeſinenter operari, ſicut oculum in corpore; cum eo tamen nihilo minus eſt verum, ſimul cum ea ſubeſſe pariter malitiam, latenter mentem fallentem. Qui ergo haud ſatis novit diſcernere, quaſi magnum quid jam ſit affecutus, magnum aliquid de ſe ipſo opinatur; & quaſi ultima purgatione ad purum excoctus ſit, inflatur. Sed multum a vero abeſt hæc ejus vaniſſima perſuaſio. Ut enim præcedens ſermo monſtravit, ars hæc eſt ſatanæ; quodam tempore de induſtria ſe abſcondere , ac , quaſi receſſiſſet , intermittere operari quæ ſolebat ; hoc ſpectantis , ut arrogantem ſui fiduciam parum cautis ſpiritualibus ingeneret . Verumenimvero qui plantat vineam, haud ſtatim vindemiat ejus fructum. D Neque qui ſemen in terram jacit , frumentum eodem tempore in horrea convehit . Quid ergo ? an recens natus infans perfectæ ſubito incrementum adipiſcitur ætatis? Reſpice in Jeſum. Ex quanta gloria filius Dei & Deus cum eſſet Chriſtus, in quot qualeſque perpeſſiones , ignominiam & crucem deſcenderit; & rurſus propter illam ipſam ejus humiliationem ſuperexaltatus idem fuerit, adeo ut ſedeat ad Patris dexteram . At malus ſerpens ſubſeminata primo ſuo ſuſurro in Adami animo cupiditate divinitatis , in quantam ipſum dejecit ignominiam , illius ſuperbiſſimi juſta punitione deſiderii . Hæc igitur ipſe reputans , conſule tibi , conſtituens quantum potes in ſecuro res tuas ; & ſtude ſemper humiliare tuum cor, & illud habere contritum.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
371.



ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ ΝΟΟΣ

ΛΟΓΟΣ.

MACARII MAGNI

DE LIBERTATE MENTIS

LIBER.

Ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι κατελθὼν ὁ Χριστὸς εἰς ᾅδου, τὰς κατόχους ἐκεῖ ψυχὰς ἀνερρύσατο, μὴ μακρὰν εἶναι ταῦτα καὶ τῶν νῦν τελουμένων νόμιζε. οἴου μοι γὰρ μνημεῖον εἶναι τὴν καρδίαν· κἀκεῖ τοὺς λογισμοὺς καὶ τὸν νοῦν κατορύχθαι βαρεῖ σκότει κατειλημμένους· ἔρχεται τοιγαροῦν ὁ Κύριος εἰς τὰς ἐν ᾅδου ἐπιβοωμένας αὐτὸν ψυχάς, εἰς τὸ βάθος δηλαδὴ τῆς καρδίας, κἀκεῖ τῷ θανάτῳ ἐγκελευόμενος, ἀνάπεμπε, λέγει, τὰς ἐγκλεισμένας ψυχάς, τὰς ἐμὲ τὸν ῥύσασθαι δυνάμενον ἐκζητούσας· εἶτα τὸν βαρὺν λίθον διάρας τὸν τῇ ψυχῇ ἐπικείμενον, τόν τε τάφον ἀνοίγει, καὶ τὸν ἐν ἀληθείᾳ νεκρὸν ἀνιστᾷ, καὶ τῆς ἀφεγγοῦς φυλακῆς τὴν ἐγκεκλεισμένην ψυχὴν ἀπαλλάττει.

A I. Cum audieris descendisse Christum in inferos, & detentas illic animas liberasse; non longe distare illa ab his, quæ nunc geruntur, puta. Cogita mihi sepulcrum esse cor. Ibi cogitationes & mentes defossas gravi teneri comprehensas caligine. Venit igitur Dominus ad animas in inferis ipsum clamore magno invocantes, in profundum videlicet cordis advenit; & ibi morti imperans, dimitte, ait, clausas isthic animas, me qui possum eas liberare, ut id faciam orantes. Deinde gravem lapidem removens superpositum animæ, tumulum aperit, & quæ vere erat mortua, resuscitat; quæque obscura custodia conclusa tenebatur, animam liberat.

B

Συμβαίνει φησὶ πολλάκις διαλέγεσθαί σοι κατ' ὑποβολὴν ἐν τῇ καρδίᾳ τὸν σατανᾶν, καὶ συνίες ὅσα εἴργασαι πονηρά; λέγειν· ἀναπέπλησταί σοι ἀνομιῶν ἡ ψυχή, βεβάρηται πολλαῖς καὶ χαλεπωτάταις ἁμαρτίαις· μὴ λανθανέτω γοῦν σε τοῦτο ποιῶν, καὶ προσχήματι ταπεινώσεως εἰς ἀπόγνωσιν συνωθῶν· ἀφ' οὗ γὰρ διὰ τῆς παραβάσεως εἰσέφρησεν ἡ κακία, πάροδον ἔσχε διαλέγεσθαι καθεκάστην τρόπον τινὰ τῇ ψυχῇ ὡς ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ, καὶ ὑποτιθέναι τὰ ἄτοπα· ἀπόκρισαι τοιγαροῦν αὐτῷ σύ· ἀλλ' ἔχω τὰς τοῦ Θεοῦ διαβεβαιώσεις ἐγγράφους· οὐ βούλομαι λέγοντος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι διὰ μετανοίας καὶ ζῆν αὐτόν· τί γὰρ ἐβούλετο αὐτῷ ἡ κάθοδος, εἴ γε μὴ τοὺς ἁμαρτωλοὺς σώσει, καὶ τοὺς ἐν σκότει φωτίσει, καὶ ζωοποιήσει τοὺς τεθανατωμένους;

II. Contingit sæpe insusurrare tibi satanam in aurem cordis, & dicere: scis quot & quanta perpetrasti mala? repleta tibi sceleribus est anima; gravaris multis & fœdissimis peccatis. Non te lateat, suggerentem talia malum dæmonem id agere, ut te in desperationem, humilitatis prætextu, contrudat. Ex quo enim per transgressionem primam irrepsit in hominem malitia, liber aditus diabolo datus est ad animam quotidie alloquendam, ut homo hominem, & ad eidem suggerenda absurda. Responde igitur illi tu: *At habeo scriptas asseverationes Dei ajentis:* [a] *Nolo mortem peccatoris; sed ut convertatur per pœnitentiam, & vivat.* Quam enim aliam C potuit habere caussam descendendi, nisi ut peccatores salvos faceret, jacentes in tenebris illuminaret, vitæ redderet mortuos?

Ὥσπερ ἡ ἐναντία δύναμις, οὕτω δὴ καὶ ἡ θεία χάρις προτρεπτική, οὐκ ἀναγκαστικὴ δείκνυται οὖσα, ἵν' ὄντως ἡμῖν τὸ ἐλεύθερόν τε καὶ αὐτεξούσιον περισώζοιτο· ταύτῃτοι καὶ ἐφ' οἷς ὁ ἄνθρωπος ἐργάσηται κακοῖς πρὸς τοῦ σατανᾶ ὑπαγόμενος, οὐχ ὁ σατανᾶς μᾶλλον, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος τὴν τιμωρίαν εἰσπράττεται, ὡς μὴ βίᾳ συνελαθείς, ἀλλ' ἰδίῳ θελήματι πεισθεὶς τῇ κακίᾳ. παραπλησίως δὲ κἀν τῷ ἀγαθῷ· οὐκ ἐπιγράφει τὸ γεγονὸς ἑαυτῇ, ἀλλὰ τῷ ἀνθρώπῳ ἡ χάρις, καὶ διὰ τοῦτο δόξαν αὐτῷ περιτίθησιν, ὅτι αὐτὸς ἑαυτῷ τοῦ ἀγαθοῦ γέγονεν αἴτιος· οὐδὲ γὰρ ἀναγκαστικῇ δυνάμει, ὡς εἴρηται, συνδεσμοῦσα αὐτοῦ τὸ θέλημα, ποιεῖ ἄτρεπτον ἡ χάρις· ἀλλὰ καίτοι συνοῦσα, τῷ αὐτεξουσίῳ παραχωρεῖ, ἵνα δῆλον εἴη τὸ τοῦ αὐτοῦ θέλημα, ὅπως ἔχει πρὸς ἀρετὴν ἢ κακίαν· κεῖται γὰρ οὐ τῷ φύσει νόμος, ἀλλὰ τῇ αὐτεξουσίῳ τῆς προαιρέσεως, τραπῆναι δυναμένῳ πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ κακόν.

III. Ut adversaria potestas, ita & divina gratia ceu hortatoria, non necessitatem inducens esse ostenditur; ut vere nobis libertas, & nostri potens arbitrium servetur. Inde est, cur eorum, quæ homo inductus a satana perpetraverit mala, non a satana potius exigantur pœnæ, quam ab homine ipso; ut pote qui non vi adactus, sed propria voluntate persuasus, malitiæ assenserit. Similiter autem & in bono, non adscribit successum sibi, sed homini gratia, & ei propter hoc gloriam adponit; quoniam D ipse sibi boni caussa fuerit. Neque enim necessitatem inducente vi, ut dictum est, constrictam ipsius voluntatem facit immobilem gratia; sed, etiam cum præsens adest, libero cedit arbitrio; ut manifestetur, quænam sit ejus voluntas; uti se habeat erga virtutem & malitiam. Posita quippe lex est, non naturæ, sed sui compoti arbitrio, electionis in alterutrum domino, nempe ad bonum & malum.

Φυλάττειν δεῖ τὴν ψυχήν, καὶ ἀνομίλητον συντη-

IV. Custodire oportet animam, eamque a conver-

[a] Ezech. XXXIII. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

ρεῖν βεβήλων καὶ πονηρῶν λογισμῶν· ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα σώματι συνελθὸν ἑτέρῳ, πρὸς ἀκαθαρσίαν μιαίνεται· οὕτω δὴ καὶ ψυχὴ φθείρεται πονηροῖς συνδοιάζουσα καὶ μιαροῖς λογισμοῖς, συνᾴδουσά τε αὐτοῖς καὶ συντιθεμένη· οὐχὶ τοῖς τῆς πονηρίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑκάστης κακίας· οἷον, ἀπιστίας, δόλου, κενοδοξίας, ὀργῆς, καὶ φθόνου, καὶ ἔριδος· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ καθαίρειν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· εἶναι γὰρ οἷον καὶ φθορὰν καὶ πορνείαν ἐν τῷ ἀφανεῖ τῆς ψυχῆς, διὰ λογισμῶν ἀτόπων ἐνεργουμένην· καὶ ὥσπερ τὸν φθείροντα τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεὸς, ὅπερ τὸ σῶμά ἐστιν· οὕτω δὴ καὶ ὁ φθείρων ψυχήν τε καὶ νοῦν, τῷ συντίθεσθαι τοῖς ἀτόποις, τιμωρίας ἐστὶν ὑπεύθυνος· φυλάττειν τοιγαροῦν προσήκει καθάπερ τὸ σῶμα ὁρατοῦ ἁμαρτήματος, οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν λογισμῶν ἀτόπων, ὅτι νύμφη Χριστοῦ ἐστιν· ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ· καὶ· πάσῃ φυλακῇ τήρει τὴν καρδίαν, τῆς γραφῆς ἄκουε λεγούσης, ἐκ γὰρ τούτων ἔξοδοι ζωῆς· καὶ σκολιοὺς δὲ λογισμοὺς χωρίζειν ἀπὸ Θεοῦ· καὶ πάλιν τῆς θείας διδασκούσης γραφῆς μάνθανε.

fatione arcere profanarum malarumque cogitationum. Ut enim corpus cum corpore coiens ad immunditiam polluitur; sic & anima corrumpitur malis & sordidis copulata cogitationibus, concordansque & assentiens; nec iis solum quæ ad nequitiam & impuritatem; sed & illis quæ ad quodvis malitiæ impellunt genus: velut, infidelitatis, doli, vanæ gloriæ, iræ, invidiæ, rixæ. Et hoc est: [a] *Mundare nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus*. Esse enim quamdam puta & corruptionem & fornicationem in occulto animæ ab impuris illic cogitationibus perpetratam; & quemadmodum: [b] *Qui templum Dei violaverit* (juxta magnum Apostolum) *disperdet illum Deus*; quod Dei Templum corpus est; sic qui polluit animam & mentem, assentiendo pravis, pœnam utique debet. Custodire igitur convenit, sicut a visibili peccato corpus, ita & animam a cogitationibus immundis; quoniam hæc sponsa Christi est: [c] *Despondi enim vos*, ait, *uni viro virginem castam exhibere Christo*. Audi quoque scripturam dicentem: [d] *Omni custodia serva cor tuum; quia ex ipso vita procedit*. Et: [e] *Perversas cogitationes separare a Deo*; rursus disce a divina id docente scriptura.

Λόγον ἀπαιτείτω τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἕκαστος ἀνακρίνων καὶ βασανίζων, τίσι πρόσκειται; καὶ εἰ μὴ συμφωνοῦσαν συμβαίνει τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις τὴν καρδίαν ὁρᾷν, πάσῃ δυνάμει καθάπερ τὸ σῶμα, οὕτω δὴ καὶ τὸν νοῦν διατηρεῖν ἄφθορον σπουδαζέτω, καὶ τοῖς πονηροῖς ἀσύνθετον λογισμοῖς. εἴ γε δὴ βούλοιτο κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν τὴν καθαρὰν εἰσοικίσασθαι· ἐνοικῆσαι γὰρ καὶ ἐμπεριπατῆσαι ταῖς καθαραῖς πάντως καὶ φιλοκάλοις ψυχαῖς ἐπήγγελται.

V. Rationem exigat a sua unusquisque anima, discernens & explorans, ad quænam afficiatur. Et si haud consonans Dei legibus contigerit videre cor; omni conatu quemadmodum corpus, ita & mentem conservare incorruptam studeat, atque impuris assensum cogitationibus negantem. Si quidem velit juxta promissionem [f] introduci in convictum & choros purarum virginum. Cohabitatio enim & familiaris conversatio puris omnino & in recti amore fixis promissa est animabus.

Ὥσπερ ὁ τῆς ἰδίας γῆς ἐπιμελέστατος γεωργὸς ἀνανεοῖ ταύτην πρότερον, καὶ τὰς ἀκάνθας περιαιρεῖ· εἶθ' οὕτω καταβάλλει τὰ σπέρματα· οὕτω καὶ τὸν παρὰ Θεοῦ προσδοκῶντα τῆς χάριτος σπόρον λαβεῖν, καθαίρειν πρότερον χρὴ τῆς ἑαυτοῦ καρδίας τὴν γῆν, ἵν' ὁ σπόρος πεσὼν τοῦ πνεύματος ἐντελεῖς καὶ πολλαπλασίους ἀποδῷ τοὺς καρπούς· ὡς εἰ μὴ τοῦτο γένοιτο πρότερον, καὶ καθάρῃ τις ἑαυτὸν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, σάρξ ἐστιν ἔτι καὶ αἷμα, καὶ μακρὰν ἀφέστηκε τῆς ζωῆς.

VI. Sicut agri proprii diligentissimus colonus novat eum prius & ex eo spinas tollit; ac tum demum injicit semina; ita & qui a Deo exspectat sementem gratiæ accipere, purgare prius debet animæ suæ agrum; ut semen deinde in eum incidens Spiritus, perfectos & multiplices reddat fructus. Nam ni hoc fiat ante omnia; & nisi mundaverit quis se ipsum ab omni inquinamento carnis & spiritus, caro est & sanguis, & longe distat a vita.

Πανταχόθεν τὰς τοῦ ἐχθροῦ μαγγανείας, τοὺς δόλους τε καὶ τὰς κακουργίας, ὀξύτατα περισκοπεῖν δεῖ· καὶ γὰρ ὡς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ Παύλου τὰ πάντα γενέσθαι φησὶν, ἵνα τοὺς πάντας κερδήσῃ· οὕτω δὴ καὶ τῇ κακίᾳ γίνεσθαι πάντα διὰ σπουδῆς, ὡς τοὺς πάντας παραπέμψῃ τῇ ἀπωλείᾳ· ἀμέλει τοῖς εὐχομένοις ὡς συνευχόμενος ὑποκρίνεται κατὰ σκοπὸν τοῦ προφάσει εὐχῆς ἐμβαλόντα πρὸς οἴησιν ἀπατῆσαι· τοῖς νηστεύουσι συννηστεύειν, αὐτοὺς οἰήσει φενακίσαι βουλόμενος· τοῖς ἔχουσι γνῶσιν γραφῶν ἐπιτηδεύει τὰ ὅμοια, προσχήματι γνώσεως ἐπιποθῶν αὐτοὺς παρακρούσασθαι· τοῖς ἀποκαλύψεων φωτὸς καταξιωθεῖσι, παραπλησίως ἔχειν δοκεῖ· μετασχηματίζεται γάρ φησιν ὁ σατανᾶς εἰς ἄγγελον φωτός· ἵνα τῇ δοκήσει τοῦ καταλλήλου φωτὸς ἀπατήσας, εἰς ἑαυτὸν ἐπαγάγηται· καὶ ἁπλῶς οὕτω πρὸς πάντα ποικίλλεται καὶ τοῖς πᾶσιν, ἵνα τῷ ὁμοίῳ χειρούμενος εὐλογοφανεῖ προφάσει προξενήσῃ τὴν ἀπώλειαν· λογισμοὺς φησὶ καθαιροῦντες καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· ὅρα μέχρι καὶ τίνων ὁ ἀλαζὼν

XXV. Quantum quis proprio studio & fide de cælesti claritate Spiritus sancti participaverit, animamque bonis operibus ornaverit; tanto dignius efficiet corpus suum glorificatione, quæ illi in illam resurrectionis diem reservatur. Quod enim quisque intus nunc condidit, tunc prodibit exterius; quemadmodum quæ per hiemem in sinu arborum latet vis generativa fructuum, verna temperie se foras exserit; ut & demonstratum superius est. Impressa ergo mentibus sanctorum deiformis imago Spiritus, quæ in occulto nunc latet, corpus quoque divina specie induet, & cæleste efficiet; profanorum vero ac sceleftorum, quod nunc mundani spiritus velamen circuminvolvit, deformes stigmatibus criminum, mentesque, heu me! ipsorum, tenebrosas & fœdas reddit; tunc etiam corpora maculosa, in summum palam dedecus omnium oculis ostendet.

D

Ὥσπερ κατὰ τὴν παράβασιν τοῦ Ἀδὰμ θάνατον αὐτοῦ καταψηφισαμένης τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος, τοῦτο πρῶτον μὲν ὑπέστη κατὰ ψυχὴν, τῶν νοερῶν αὐτῆς αἰσθητηρίων τῇ στερήσει τῆς ἐπουρανίου καὶ πνευματικῆς ἀπολαύσεως ἀπεσβηκότων αὐτῷ, καὶ νεκρῶν ὥσπερ γεγενημένων· ὕστερον δὲ καὶ ὁ τοῦ σώματος θάνατος μετά γε τριάκοντα ἔτη πρὸς τοῖς ἐννεακοσίοις ἐπεγένετο· οὕτω νῦν διὰ σταυροῦ καὶ θανάτου τοῦ Σωτῆρος τῇ ἀνθρωπότητι καταλλαγεὶς ὁ Θεὸς, ἀποκαθίστησι τὴν πιστεύσασαν ἐν ἀληθείᾳ ψυχὴν ἔτι ἐν σαρκὶ οὖσαν εἰς τὴν τῶν οὐρανίων φώτων καὶ μυστηρίων ἀπόλαυσιν, καὶ τὰ νοερὰ αὐτῆς αἰσθητήρια τῷ θείῳ πάλιν φωτὶ τῆς χάριτος ὀμματοῖ· ὕστερον δὲ καὶ αὐτῷ τῷ σώματι ἀθάνατόν τε καὶ ἄφθαρτον περιβαλεῖ δόξαν.

XXVI. Quemadmodum post transgressionem Adami, lata in eum sententia mortis justo Dei optimi judicio, primum exsecutioni mandata est in ejus anima, vere per peccatum jam tum mortua, intellectualibus ejus sensibus, per privationem cælestis & spiritualis gratiæ, exstinctis, & ad mortuorum similitudinem redactis: posterius vero ad corpus quoque mors pervenit, expletis trahendo mortalem vitam annis triginta supra nongentos: sic & nunc per crucem & mortem Salvatoris humano generi reconciliatus Deus, restituit vere credentem animam adhuc carni devinctam in fruitionem spiritualium luminum & mysteriorum, & intellectuales ejus sensus divina luce E gratiæ oculatos reddit; denique ipsum etiam corpus immortali & incorruptibili circumvestiet claritate.

Οἱ τοῦ κόσμου τοῦδε μακρὰν γενόμενοι, καὶ σεμνῶς μὲν καὶ φιλαρέτως πολιτευόμενοι· ἔτι δὲ καλύμματι τῶν παθῶν ὑποκείμενοι, ὡς διὰ τῆς τοῦ πρωτοπλάστου παρακοῆς ἔνοχοι καθέστημεν πάντες, τὸ σαρκικόν φημι φρόνημα, ὃ καὶ τῷ ἀποστόλῳ θάνατος οἰκείως ἐκλήθη· οὗτοι παραπλήσιοί εἰσιν ἀνθρώποις νυκτὸς μὲν βαδίζουσιν, ὑπὸ δὲ τῶν ἄστρων, ἅπερ εἰσὶν αἱ τοῦ Θεοῦ ἐντολαὶ, καταυγαζομένοις· οὔπω γὰρ εἰς τέλος τοῦ σκότους ἀπαλλαγεῖσι, καλῶς ἅπαντα κατοπτεύειν αὐτοῖς ἀδύνατον. οἷς καὶ προσῆκόν ἐστι, πόνῳ καὶ πίστει πολλῇ τῆς ἀρετῆς ἐπιμελουμένοις δεηθῆναι Χρι-

XXVII. Qui se ab hoc mundo procul tenent, sancte & ex virtutum præscriptis viventes; adhuc tamen velamento perturbationum inumbrati; cui miseriæ, propter inobedientiam protoplasti obnoxii omnes sumus: carnali, inquam, subjecti sensui, quem Apostolus *mortem* merito appellat [e]; hi similes sunt hominibus noctu iter agentibus, ad lucem astrorum, quæ sunt Dei præcepta. Quamdiu enim nondum perfecte liberati a tenebris sunt, clare omnia perspicere non possunt. Quibus & convenit, labore ac fide, virtuti attendendo, orare Christum so-

a Actor. IX. 3. b II. Cor. XI. c 1. Thess. VI. 16. d Philipp. III. 21. e Rom. VII. 24.

A στὸν τὸν ἥλιον δικαιοσύνης ἐπιλάμψαι ταῖς καρδίαις αὐτῶν, ὥστε δυνηθῆναι πάντα πρὸς ἀκρίβειαν ἐπιδεῖν, τήν τε τῶν νοητῶν θηρίων καθ' ἡμῶν ἐπίθεσιν ποικίλην καὶ παντοδαπὴν οὖσαν, καὶ τὰ τοῦ ἀφθάρτου κόσμου ἄῤῥητα τὴν ὄψιν, καὶ τὴν ἡδονὴν ἀπόῤῥητα κάλλη, ὅν γε δὴ τρόπον καὶ τοῖς ἄκροις τὴν ἀρετὴν, καὶ ὧν ἐνεργοῦν ἐν ταῖς καρδίαις νοερὸν φῶς ἔλαμψεν, ἐπίδηλα ταῦτα καὶ καταφανῆ γίνεται· τελείων γὰρ, ὡς ὁ μακάριος φησι Παῦλος, ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένων πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ καὶ κακοῦ διάκρισιν· ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Πέτρος φησίν. καὶ ὑμεῖς ἔχοντες τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν· B οἱ δὲ πολλοὶ, οὐδὲν ὅλως διενηνόχασιν ἐκείνων τῶν ἐν νυκτὶ φωτὸς παντάπασιν ἀπόρων περιπατούντων, καὶ μηδὲ βραχείας ἀπολαυόντων αὐγῆς, ὅπερ ἐστὶ θεῖος λόγος ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν ἐπιλάμπειν δυνάμενος, ὡς σχεδὸν μὴ ἀνομοίους εἶναι τυφλοῖς· οὗτοί εἰσιν οἱ ταῖς ὑλικαῖς τὸ ὅλον περιπλοκαῖς καὶ τοῖς βιωτικοῖς ἅμμασι καταδεδεμένοι, καὶ μήτε θείῳ φόβῳ διακρατούμενοι, μήτε τινὰς τῶν ἀγαθοεργιῶν μετερχόμενοι. καὶ γὰρ ὅσοι τῶν βιωτικῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ λέλεκται, ὑπὸ ἐντολῶν ἁγίων, ὡς ὑπὸ ἄστρων τινῶν διαυγάζονται, πίστει καὶ φόβῳ τῷ τοῦ Θεοῦ προσέχοντες· οὗτοι οὐχὶ καθάπαξ τῷ σκότει περιλαμβάνονται· παρ' ὃ καὶ ἐλπίδα σωτηρίας ἔχειν δύνανται.

lem justitiæ, ut illuminet corda ipsorum, quo possint exacte pervidere cuncta, & spiritualium bestiarum incursum in nos varium atque multiplicem; & incorruptibilis mundi pulcritudines arcanas ineffabilis & decoris & voluptatis, quo scilicet modo valde provectis in virtute, & quorum cordibus lumen intellectuale radios immisit, talia omnia manifesta & plane perspecta sunt. [a] *Perfectorum* enim *est*, ut beatus ait Paullus, *solidus cibus*, *eorum nempe*, *qui bonis habitibus exercitatos habent sensus*, *ad discretionem boni & mali*. Sed & divinus Petrus ait: [b] *Et vos habentes propheticum sermonem*, *cui benefacitis attendentes*, *sicut lucernæ lucenti in caliginoso loco*, *donec dies elucescat & lucifer oriatur in cordibus vestris*. Vulgus autem nihil plane differt ab illis, qui per noctem, omni carentem lumine, ambulant; nec minimo splendore fruuntur; id quod est Verbum Dei, animas eorum illuminare valens; ut fere non dissimiles cæcis sint. Hujusmodi homines sunt materialibus implicati curis, & sæcularium nexibus negotiorum vincti, & neque divino timore firmati, nec ullum curantes exercere beneficentiæ aut virtutis cujusdam opus. Etenim quotquot sæcularem utcumque degentes vitam, tamen, uti dictum est, a mandatis sanctis, velut a quibusdam illuminantur stellis, fidei & Dei timori attendentes; hi sane non prorsus comprehensi sunt tenebris, unde & spem salutis habere possunt.

C Ὥσπερ ἐκ διαφόρων ἀφορμῶν τε καὶ ἐπιτηδευμάτων ὁ ἐν τῷ κόσμῳ τοῖς ἀνθρώποις συλλέγεται πλοῦτος· ὁ μὲν ἐξ ἀρχοντικῶν ἀξιωμάτων, ὁ δὲ ἐξ ἐμπορίας, ὁ δὲ ἐκ φιλοπονίας δήπου, καὶ γεωργίας, καὶ ἄλλος ἄλλως· τὴν αὐτὴν οἴου μοι καὶ τοῖς πνευματικοῖς εἶναι διάταξιν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ διαφόρων χαρισμάτων, ὡς τὸ τοῦ ἀποστόλου δηλοῖ· ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα· οἱ δὲ ἐκ διαφόρων τε δικαιωμάτων καὶ ἀρετῶν διὰ μόνον Θεὸν γενομένων, τὸν ἐπουράνιον ἀθροίζουσι πλοῦτον· πλὴν ἀλλ' οὐκ ἄδηλοι καὶ οἱ τὸν χρυσὸν ἀνορύττοντες· οἱ διὰ μακροθυμίας καὶ ὑπομονῆς δηλαδὴ τρέχοντες, καὶ κατὰ μέρος πλουτοῦν τέως τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος ὑπερηδούσης· D οὐκ ἄδηλοι δὲ καὶ οἱ καθαπερεὶ μίσθιοι, βλάκες ὄντες καὶ νωχελεῖς· οἱ εὐθέως τὸ ἐμπίπτον ὥσπερ ἐσθίοντες, καὶ μὴ μεθ' ὑπομονῆς τὰ μετὰ χεῖρας ἀνύοντες, ἀεὶ γυμνοί τε καὶ πένητες περιέρχονται· καὶ γὰρ οὗτοι πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν τὴν χάριν ἑτοίμως ἄγαν καὶ θερμῶς ἔχοντες, εὐμετάβλητοι καὶ ἅμα τοῦ ἅψασθαι κορεννύμενοι, ἀψίκοροι δὲ ναρκώδεις περὶ τὸ πονεῖν γνωριζόμενοι, καὶ ἧς ἔτυχον ἀξιωθέντες χάριτος ἀφαιροῦνται· ἀείποτε γὰρ ἡ νωθεία, καὶ ἀμβλεία, καὶ ἠμελημένη προαίρεσις, ἀσύμφωνος ἐν χάριτι, ἔρημος δὲ ἀγαθῶν πράξεων. ἀδόκιμος δὲ παρὰ Θεῷ καὶ ἄδοξος καὶ νῦν ἔγνωσται, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ αἰῶνι εὑρεθήσεται.


XXVIII. Ut multum inter se differentes viæ ac rationes sunt, quibus ab hominibus colliguntur divitiæ; utique cum alii ex functionibus publicorum magistratuum; alii ex mercimoniorum negotiatione, alii ex diligenti labore & agricultura rem faciant; alii aliunde: parem mihi tu quoque puta observari posse in rebus spiritualibus rationem & modum. Ex his aliqui locupletantur usu exercitioque charismatum variorum, ut significat Apostolus verbis illis: [c] *Habentes donationes secundum gratiam*, *quæ data est nobis*, *differentes*. Alii multiplici exercitatione religiosorum varii generis operum, praxique virtutum ac frequentatione laudabilium in diversa specie officiorum, Dei caussa unius obitorum, cælestes ingenti copia congerunt opes. Ne ii quidem in hac parte non insignes sunt, qui aurum infodiunt; longanimitate videlicet & patientia currentes in singulis lucri particulis captandis, ex quibus magni olim conflandi cumuli spe interim bona gaudent. Neque latent nonnulli quasi mercenarii molles iidem ignavique, qui statim veluti devorant quodcumque bonum ipsis in manus incidit, cum multa exinde deberent in usum secuturi temporis, solerti cum patientia tractatione maturare; hinc fit, ut nudi semper egentesque circumeant. Etenim tales ad capiendam quidem gratiam parati & ardenter sunt cupidi; mox tamen facile mutabiles, & a primo statim gustatu saturi, pigritiæque comperti, ac fugæ laboris, qui debebat adhiberi, exercendo quod acceperunt dono, eo merito privantur, ablata ipsis, qua fuerant beati, gratia. Numquam enim non socordia, oscitantia, hebes tarditas supine secura propositi; dissonæ res & inconsentaneæ gratiæ fuerunt. Quare qui scatet hisce vitiis, expers operum bonorum, apud Deum reprobus & inglorius, uti jam nunc agnoscitur, sic & in futuro sæculo reperietur.

E Παραβάντι τῷ ἀνθρώπῳ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ παραδείσου διαγωγῆς ἐκπεσόντι, δυοῖν ὥσπερ ἁλύσεσι δεδέσθαι συνηκολούθησε· μιᾷ μὲν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, καὶ σαρκικῶν ἡδονῶν, πλούτου, δόξης, φιλίας, γυναικὸς, τέκνων, συγγενείας, πατρίδος, κτημάτων, καὶ ἁπλῶς πάντων τῶν φαινομένων, ἀφ' ὧν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος κατ' οἰκείαν ἡμᾶς προαίρεσιν

XXIX. Transgresso Dei mandatum homini, & ex beata paradisi dejecto statione, duabus ex hoc contigit quasi catenis ligari. Prior est, qua devincitur nexu sensibili cum negotiis sæcularibus, carnalibus voluptatibus, divitiis, existimatione, amicitia, uxore, liberis, cognatione, patria, possessionibus, & ut uno cuncta complectar verbo, cum omnibus quæ

a Hebr. V. 14. *b* II. Petr. I. 19. *c* Rom. XII. 6.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



ἀπολύεσθαι κελεύει· ἑτέρᾳ δὲ ἀδήλῳ, καὶ γὰρ δέδεταί τινι δεσμῷ σκότους ἡ ψυχὴ πρὸς τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων αὐτῶν, παρ᾽ ὃ μηδὲ δυνατὸν αὐτῇ μήτ᾽ ἀγαπῆσαι Θεὸν, μήτε πιστεῦσαι, μήτε προσευχῇ χρήσασθαι καθάπερ ἔχει θελήματος· πάντων γὰρ ἡ ἐναντιότης ἔν τε τοῖς φανεροῖς ἔν τε τοῖς ἀδήλοις, ἀπὸ τῆς παραβάσεως τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πάντας ἡμᾶς μέτεισι· ἐπειδὰν οὖν τις ὑπήκοον οὖς τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ παραχόμενος, ἀποστῇ μὲν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, ἀποτάξεται δὲ πάσαις ταῖς σαρκικαῖς ἡδοναῖς· τότε δὴ τῷ Θεῷ προσεδρεύων, καὶ κατὰ σχολὴν αὐτῷ συγγινόμενος, δύναμιν λαμβάνει πρὸς τὸ μαθεῖν· ὅτι κέκρυπταί τις ἐν ἀδύτοις καρδίας ἄλλη πάλη, καὶ ἄλλος λογισμῶν πόλεμος· καὶ οὕτω παραμένων καὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ δεόμενος οἰκτιρμῶν, πίστεως αὐτῷ πολλῆς μετά γε τοῦ ὑπομένειν συνεπομένης· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ῥοπῆς συνεφαπτομένης, δύναται τῶν ἔνδον ἀπαλλαγῆναι δεσμῶν τε καὶ φραγμῶν ἐκείνων, καὶ τοῦ σκότους τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, ἅπερ εἰσὶν αἱ τῶν κεκρυμμένων παθῶν ἐνέργειαι· τοῦτον δὲ τὸν πόλεμον διὰ μὲν χάριτος Χριστοῦ καὶ δυνάμεως δυνατοὶ γινόμεθα καταργεῖν· ἀθεεὶ δὲ καὶ δι᾽ ἑαυτοῦ ῥύσασθαί τινα ἑαυτὸν μέχρι τοῦ καὶ τῶν ἐκ τῶν λογισμῶν ἀπηλλάχθαι πάλης, ἀδύνατον· τὸ δὲ ἀντιλέγειν καὶ μὴ συνήδεσθαι, δυνατόν.

hic cernuntur; a quibus Dei sermo nos juxta propriam professionem abjungi præcipit. Altera est catena in arcano adstringens. Etenim vinculo quodam tenebrarum anima ligatur ab ipsis spiritibus nequitiæ; quo fit, ut non possit neque amare Deum, nec credere, nec oratione uti, quemadmodum vellet. Omnino enim hæc, quam experimur adversantium oppositio, tam in palam apparentibus, quam in intus abstrusis, ex transgressione primi hominis in nos omnes transiit. Quando igitur quis obedientem aurem verbo Dei præbens, abjunxerit quidem se a sæcularibus negotiis, renuntiaverit autem cunctis carnalibus voluptatibus; tunc ille Deo adhærens, & per otium cum eo conversans, virtutem accipit ad discendum, latere in adytis cordis aliam luctam, & aliud cogitationum bellum; & sic permanens, ac Christi miserationes implorans, fide ipsum multa, postquam sustinuerit, sequente, quin & Dei impulsu cooperante, potest interioribus liberari vinculis, & maceria illa tenebrarum, quam obmoliuntur ipsi spiritus nequitiæ, qui sunt occulte rebellantium in nobis appetituum motus & conatus. Hoc autem bellum, per gratiam Christi & virtutem, possumus vincendo finire. Sine Deo vero adjuvante, & per se ipsum, liberare se quemquam, quoad lucta, quæ ipsi est cum cogitationibus expeditus fuerit, est impossibile; renuere tamen & non condelectari, possibile.

Εἴ τις τοῖς πράγμασι τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τοῖς ποικίλοις ἐνέχοιτο δεσμοῖς, τοῖς τῆς κακίας τε συναπάγοιτο πάθεσι, πολλοῦ γε καὶ δεῖ γινώσκειν, ὡς φθάσαντες ἔφημεν, εἶναί τινα πάλην ἄλλην καὶ πόλεμον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἕτερον· ἀγαπητὸν γὰρ ἵνα λύσας τις ἑαυτὸν πάντων φαινομένων, καὶ τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν ἀποστήσας, τῷ Κυρίῳ τε προσεδρεύειν ἀρξάμενος, ἐπιγνῶναι δυνηθῇ, τὴν ἔνδον οἰκουροῦσαν τῶν παθῶν πάλην, καὶ τὸν ἐν ἡμῖν κρυπτὸν πόλεμον. εἰ γὰρ μὴ, ὡς ἔφημεν, ταῦτα γένηται, οὐ παρ᾽ ὅλης ἡμῶν τῆς ψυχῆς καὶ ὅλος ἐξ ὅλου τις προσεδρεύειν τῷ Θεῷ στέρξειεν, οὐδ᾽ ἐπιγινώσκει τὰ ἀπόρρητα ταῦτα τῆς κακίας πάθη, καὶ τοὺς ἔσω δεσμούς· ἀλλὰ κινδυνεύει τραύματα ἔχων καὶ ἀφανῆ πάθη περιθάλπων, ὑγιαίνειν οἴεσθαι, καὶ νοεῖν· τῷ δέ γε ἐπιθυμίας καὶ δόξης ὑπεριδόντι, πρῶτον μὲν ἐπιγνῶναι ταῦτα δυνατὸν γίνεται, ἔπειτα δὲ δεηθέντι Χριστοῦ μετὰ πίστεως, καὶ ὅπλα λαβόντι ἐξ οὐρανοῦ τὰ τοῦ πνεύματος, τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος μάχαιραν, ταῦτα καταπαλαῖσαι.

XXX. Si quis rebus mundi hujus, & variis teneatur vinculis; idemque feratur motibus appetituum inordinatorum; procul is sane aberit, ut cognoscat quod diximus, esse quamdam occultam aliam luctam, & bellum in arcano aliud. Sat enim & abunde gratulandum fuerit, si quis se abjunxerit ab apparentibus cunctis, & carnales prorsus voluptates abdicaverit, Dominoque adhærere cœperit; ac intelligere queat penitus intra nos habitantem perturbationum ex pravis affectibus luctam, & occultum in nobis bellum. Nisi enim in eum, quem diximus modum, cuncta comparata sint; haud utique ex omnibus animæ, viribus, & totus ex toto quis adhærere Deo, sincero affectu decernet. Neque cognoscet arcanos istos in prava tendentium appetituum insultus, & vincula, quæ intra sunt; sed periclitatur eo erroris labere, ut vulneribus transfixus, & morbis affectus, quos ultro fovet, perfecte tamen putet se valere. Ei autem, qui concupiscentias, & gloriam contemserit, primum quidem posse datur ea quæ diximus cognoscere; deinde precato Christum cum fide; & arma Spiritus e cælis adepto; loricam scilicet justitiæ, galeam salutis, scutum fidei, & gladium Spiritus; facile fit, totas illas adversas debellare acies.

Μυρίαι τῷ ἀντικειμένῳ αἱ μηχαναὶ καθ᾽ ἡμῶν, τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἀγάπης ἀποσπᾷν πειρωμένῳ· ἢ γὰρ ἔνδον θλίψεις διὰ τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων τῇ ψυχῇ ἐπάγει, ἢ λογισμοὺς μιαρούς τε καὶ ἀθεμίτους ταύτης κατασκευάζει, τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων τὴν μνήμην ἀνασκαλεύων, ἅτε χαύνωσιν αὐτῇ ἐνθεῖναι βουλόμενος, καὶ λογισμοὺς ἀπογνώσεως ἐμβάλλειν, ὅτι δὲ οὐ δυνατὸν αὐτῇ σωτηρίας τυχεῖν· καὶ ὡς τοὺς λογισμοὺς τούτους παρ᾽ ἑαυτῆς ὅλως τῆς ψυχῆς γεννώσης, καὶ οὐχὶ πνεύματος ἀλλοτρίου κακῶς αὐτοὺς ὑποσπείραντος, καὶ βουλομένου λανθάνειν· ἢ τοίνυν ἐκεῖνα ποιεῖ, ἢ πόνους σωματικοὺς ἐπάγει. ἢ ὀνειδισμοὺς καὶ θλίψεις τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐπινοεῖ· ἀλλ᾽ ὅσον ὁ πονηρὸς τὰ πεπυρωμένα ταῦτα βέλη καθ᾽ ἡμῶν ἀφίησι, τοσοῦτον ἡμᾶς προσήκει τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος μᾶλλον ἐξῆφθαι, ἀκριβῶς εἰδότας, ὅτι τοῦτο αὐτῷ θέλημα· τὸ τὰς ἐρωτικῶς ἐχούσας αὐτοῦ εἰς δοκίμιον δοῦναι ψυχὰς, εἰ ἐξ ἀληθείας αὐτὸν ἠγαπήκασι.

XXXI. Innumerabiles hosti nostro insunt nocendi artes, avellere nos a caritate in Christum conanti. Aut enim intus afflictiones, per Spiritus nequitiæ in animam immittit; aut cogitationes obscœnas & nefandas producit, patratorum olim flagitiorum memoriam refricans; interdum & satagens injicere tædium, suggestionesque desperationis inserens, salute eam potiri uon posse; ita quidem ut cogitationes istas ex anima per se ipsa ultro enatæ videantur; non autem ab alieno spiritu maligne subseminatæ, utpote, qui cupit latere. Aut igitur hæc agit, aut labores corporeos immittit; aut variis excogitatis modis procurat, contumeliis bonos adfici ab hominibus. At quanto acerbius malignus hostis hæc in nos ignea jaculatur tela; tanto nos instantius convenit spei suspensas ex Deo magis magisque habere rationes; certo utique persuasos; divina nobis talia permitti voluntate; quæ unum id spectat, ut amantes Dei animæ tot exploratæ probationibus, manifesto monstrent, se eum in veritate diligere.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

Χίλια ἔτη τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀφθάρτῳ κόσμῳ καὶ αἰῶνι παραβαλλόμενα τοιοῦτό τί εἰσιν, ὡς εἴ τις ψάμμον μίαν τῆς ὅλης ψάμμου τῆς θαλάσσης λάβοι. σκέψαι δέ μοι καὶ τὸν τρόπον τοῦτον· ἔστω γὰρ ἐξεῖναί σοι μόνῳ μὲν γενέσθαι βασιλεῖ πάσης τῆς γῆς· μόνῳ τῶν θησαυρῶν ἁπάντων δεσπόται τῆς οἰκουμένης. θῶμεν δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ εἶναι παραγωγῆς, ἀρχὴν καί σοι γενέσθαι τῆς βασιλείας· ὅρον δὲ ταύτης εἶναι τὴν τῶν φαινομένων τούτων καὶ τοῦ κόσμου παντὸς ἀλλοίωσίν τε καὶ μεταποίησιν· τί οὖν; αἱρέσεώς σοι δοθείσης, ἤμειψας αὐτὴν τῆς ἀληθινῆς καὶ βεβαίας, καὶ οὐδὲν οὐδόλως ἐχούσης παροδικὸν καὶ λυόμενον; οὐκ ἂν ἔγωγε φαίην, εἴ σοι τὸ κρῖνον εἶχε, καὶ καλῶς ἐσκέπτου περὶ τῶν σῶν· τί γὰρ κέρδος φησὶ τῷ ἀνθρώπῳ, εἰ τὸν κόσμον ὅλον κερδήσας, ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἧς οὐδ᾽ εἶναί τι ἀντάλλαγμα μεμαθήκαμεν; ἐπεὶ καὶ παντὸς τοῦ κόσμου καὶ τῆς κατὰ κόσμον βασιλείας αὐτὴ μόνη καθ᾽ ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ τιμιωτέρα πολλῷ, μήτοι γε ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία· τιμιωτέραν δὲ κατὰ τοῦτο τὴν ψυχὴν εἶναί, φαμεν, καθ᾽ ὃ μὴ ἐπ᾽ οὐδὲν ἄλλο τῶν ὄντων ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς τοῦ πνεύματος τῆς ἰδίας φύσεως ἕνωσιν θέσθαι καὶ κοινωνίαν· οὐκ οὐρανῷ, οὐχ ἡλίῳ, οὐκ ἄστροις, οὐ θαλάττῃ, οὐ γῇ, οὐχ ἑτέρᾳ τινὶ κτίσει τῶν ὁρωμένων, ὅτι μὴ τῷ ἀνθρώπῳ μόνῳ· ᾧ καὶ τῶν κτισμάτων αὐτὸς ἠγάπησε τῶν οἰκείων· εἰ οὖν τὰ μεγάλα ταυτὶ τοῦ κόσμου, πλοῦτόν φημι τοσόνδε καὶ βασιλείαν τῆς γῆς ἁπάσης ὑφ᾽ ἑνὶ μόνῳ κειμένην, οὐκ ἂν ὀρθῶς κρίναντες τῆς αἰωνίου ἠλλάξαμεν βασιλείας, τί παθόντες οἱ πλείους φαύλων αὐτὴν καὶ τῶν τυχόντων τιμῶνται πραγμάτων· οἷον ἐπιθυμίας τινὸς, δόξης ὀλίγης, κέρδους μετρίου, καὶ τῶν τοιούτων; ὅπερ γάρ τις τοῦ αἰῶνος τούτου φιλεῖ, καὶ ᾧ δέδεται, ἐκεῖνο πάντως καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν ἀλλάττεται βασιλείας· καὶ τὸ χαλεπώτατον, ὅτι καὶ Θεὸν ἡγεῖται τοῦτο· καθώς που λέλεκται, ὅτι ᾧ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. χρὴ οὖν ὅλον ὅλῳ δι᾽ ὅλου τῷ Θεῷ προσδραμεῖν, ἀναρτῆσαί τε ἑαυτὸν καὶ σταυρῶσαι ψυχῇ καὶ σώματι διὰ πασῶν πορευόμενον τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ τῶν ἁγίων.

XXXII. Anni mille hujus ævi, mundo incorruptibili & æternitati comparati, ea illi fere proportione respondent, qua ut si quis ex universa arena unum granum accipiat. Considerationem & hanc institue; concessum tibi esse supremum in omnes terras imperium cum plena & secura possessione omnium thesaurorum. Faciamus præterea tuum istud regnum incœpisse statim a primo rerum ortu, ac terminum ejus fore consummationem ultimam sæculi, & rerum modo adparentium exspectatam aliquando mutationem. Quid ergo? num opinione tibi data eligendi, utrum malles ex istis duobus regnis, præoptares hoc terrenum in mundi fine desiturum; præferens id illi cælesti alteri, vero, solido & permanenti regno? Haud equidem crediderim, si utique sapias, & æquo rectoque judicio de re tua tanta statuas. [a] *Quid enim* (ait Veritas) *prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur?* Pro qua nihil par in commutationem dari posse didicimus, quandoquidem & mundo ipso toto, & qualicumque mundano regno, sola per se ipsam anima pretiosior multo est; nedum ut comparari cum iis possit cælorum regnum. Inde autem pretiosiorem cunctis dicimus animam, quod solam illam inter omnes inferiores creaturas dignam Deus judicavit, cui suum propriæ naturæ Spiritum intime unitum penitus inderet & communicaret; quod non cælo, non soli, non astris, non mari, non terræ concessit; non alii denique visibilium creaturæ ulli præterquam uni homini; quem vice omnium a se conditorum in partem quasi propriam sibi sepofuit, sibique applicuit, eo contentus. Si ergo hæc quæ maximi fiunt in mundo, divitiæ, dico, amplæ, & terræ totius imperium in monarchæ unius pleno arbitrio positum haudquaquam, recte judicantes, cum æterno commutaremus regno; quæ dementia plurimorum est, quos quotidie videmus vilibus illud & mediocris, etiam vulgari æstimatione, pretii rebus posthabere, puta, cupiditati cuipiam, exiguæ laudi, lucro non magno, & similibus? Enimvero quod quis in hoc mundo diligit, cuique defigitur, id omnino, quantum in ipso est, cum cælorum regno commutat; quin, quod longe est capitalius, & id Deum suum facit. Sicut alicubi scriptum est: [b] *A quo quis victus est, ei mancipatur.* Oportet igitur totum ex toto hominem ad Deum totum confugere, illum amplecti, ex eo pendere, ipsi animam & corpus quasi clavis cruci configere, incedentem per omnia sancta ejus mandata.

Εἶεν· ἆρα δέ σοι καὶ δίκαιον εἶναι δοκεῖ, τὴν μὲν φθαρτὴν αὐτὴν δόξαν, καὶ τὴν ἐφήμερον βασιλείαν, καὶ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα τῶν ἐπικαίρων, πόνων καὶ ἱδρώτων πολλῶν, τοῖς ὀρεγομένοις αὐτῶν περιγίνεσθαι· τὸ δὲ σὺν Χριστῷ ἀπέραντα βασιλεύειν, καὶ τὸ τῶν ἀνεκλαλήτων ἐκείνων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν, τοῦτο δὲ οὕτως καὶ ῥᾴδιον εἶναι, ὡς πόνων ἐκτὸς καὶ καμάτων κατορθοῦσθαι τῷ βουλομένῳ;


XXXIII. Hæc sint ita. Ceterum idem utique justum arbitraris, corruptibilem istam gloriam, & desiturum regnum, aliaque, quotquot sunt ejus generis caducarum rerum, illa concupiscentibus contingere multis emta laboribus & sudoribus; æquumne tamen censes, æternum consortium regni Christi, & inenarrabilium illorum adeptionem bonorum, gratis quiddam esse parabile; ac facilitate summa, citra laborem contentionemve ullam cuivis volenti evenire?

Τίς ἡ οἰκονομία τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἢ τίς ἡμῶν φύσεως πρὸς ἑαυτὴν ἐπάνοδος καὶ ἀποκατάστασις; ἀπέδωκε γὰρ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τὸ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ ἀξίωμα, πρὸς δὲ καὶ κληρονομίαν αὐτῷ οὐρανίαν, ὢ θείας καὶ μεγάλης τῷ ὄντι χάριτος τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος, ἐδωρήσατο· ἐξαγαγών τε αὐτὴν ἐκ τῆς φυλακῆς τοῦ σκότους, ὁδὸν ζωῆς καὶ θύραν ἐπέδειξε, δι᾽ ἧς ἐλθόντι, καὶ ἐν ᾗ κρούσαντι δυνατὸν ἐντὸς γενέσθαι τῆς βασιλείας· αἰτεῖτε γάρ φησι καὶ δοθήσεται ὑμῖν· κρούετε, ἀνοιγήσεται· διὰ ταύτης τῆς θύρας οὐδενὶ τῶν βουλομένων, ἄπορον τὴν ἐλευθερίαν τὴν ἑαυτοῦ ψυχῆς εὑρεῖν, ἐκείνην τε τοὺς ἰδίους ἀπολαβεῖν λογισμοὺς, καὶ πλουτῆσαι Χριστὸν σύνοικον,

XXXIV. Quod consilium quæve ratio est adventus Christi: quisve naturæ nostræ ad se ipsam reditus, & in integrum restitutio? Reddidit enim Christus humanæ naturæ ablatam ipsi prius dignitatem Adami protoplasti; prætereaque donavit hereditatem ipsi cælestem, o vere divinam & magnam boni Spiritus gratiam! Educens vero ipsam ex carcere tenebrarum viam etiam vitæ & januam monstravit, per quam cum transit, & ad quam cum pulsat, potest in interiora regni penetrare: [c] *Petite*, enim ait, *& dabitur vobis; pulsate & aperietur vobis.* Per illam portam nemini eorum, qui volunt, impossibile est, suæ ipsius animæ invenire libertatem,


a Matth. XVI. 26. b II. Petr. II. 19. c Matth. VII. 7.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



καὶ ὡς νυμφίῳ αὐτῷ κατὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος χρήσασθαι. Ἴδε ἀγάπην ἄῤῥητον δεσπότου πρὸς τὸν ὑπ' αὐτοῦ γενόμενον κατὰ τὴν εἰκόνα τὴν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον.

A nec eam convenientes ipsi recipere cogitationes, & cum Christum secum possidet habitantem, locupletem esse, eoque veluti sponso frui per communicationem boni Spiritus. Vide ineffabilem caritatem Domini adversus hominem, ad sui ipsius imaginem conditum.



APOPHTHEGMATA

MACARII MAGNI*.

Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν Ἀββᾶν Μακάριον τὸν μέγαν, λέγων περὶ τελειότητος· καὶ ἀποκριθεὶς ὁ γέρων εἶπεν· ἐὰν μὴ κτήσηται ἄνθρωπος ταπείνωσιν μεγάλην τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ καὶ τῷ σώματι· καὶ μὴ μετρεῖν ἑαυτὸν ἔν τινι πράγματι, ἀλλὰ μᾶλλον τιθέναι ἑαυτὸν ἐν ταπεινώσει ὑποκάτω τῆς κτίσεως· καὶ τὸ μὴ κρίναι ὅλως τινὰ εἰ μὴ ἑαυτὸν μόνον· καὶ τὸ ὑποφέρειν ὕβριν· καὶ τὸ ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τῆς καρδίας πᾶσαν κακίαν. καὶ βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἶναι μακρόθυμον, χρηστὸν, φιλάδελφον, σώφρονα, ἐγκρατῆ· γέγραπται γάρ· βιαστῶν ἐπὶ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ τὸ ὀρθαβλέπειν τοῖς ὀφθαλμοῖς· καὶ τὸ φυλακὴν ἔχειν τῆς γλώσσης, καὶ ἀποστροφὴν πάσης ἀκοῆς ματαίας καὶ ὀλεθρίου· καὶ τὴν τῶν χειρῶν δικαιοσύνην καὶ τὸ τῆς καρδίας καθαρὸν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τὸ τοῦ σώματος ἄσπιλον· καὶ τὸ ἔχειν τὴν μνήμην τοῦ θανάτου πρὸ ὀφθαλμῶν καθ' ἡμέραν, καὶ ἀποταγὴν τῆς κατὰ πνεῦμα ὀργῆς καὶ κακίας, καὶ ἀποταγὴν τῆς ὕλης, καὶ τῶν κατὰ σάρκα συγγενῶν ἅμα καὶ ἡδονῶν· καὶ ἀποταγὴν τῷ διαβόλῳ καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ· καὶ τὸ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι· καὶ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι, καὶ παντὶ ἔργῳ παρεδρεύειν Θεῷ· οὐ δύναται τέλειος εἶναι.

B Quidam e fratribus interrogavit Abbatem Macarium magnum, exquirens, quænam esset, & in quo sita perfectio? Respondens senex dixit: Nisi acquisierit homo humilitatem magnam, quam non solum corde teneat, sed & corpore præferat; in nulla re se ipsum æstimans, sed potius modico sui sensu deprimens infra omnem creaturam; non judicando umquam omnino quemquam nisi se solum; sufferendo contumeliam, ejiciendo ex corde suo omnem malitiam; vim sibi faciendo ad hoc, ut sit longanimis, benignus, fratrum amator, sobrius, pudicus, continens. Scriptum est enim: [a] *Vim sibi facientium est regnum cælorum.* Recte utendo oculis ad videndum ea tantum quæ juvant animam, invigilando custodiæ linguæ; avertendisque auribus ab omni auditione vana & noxia. Manus tenendo ne quidquam nisi justum operentur. Cor C mundum coram Deo servando, corpusque impollutum. Habendo quotidie præ oculis mortis memoriam: abnegando intus in Spiritu iram & malitiam, exterius autem materiam & res sensibiles, cognatos quoque secundum carnem simulque voluptates; renunciando item diabolo & cunctis operibus ejus; ad hæc indesinenter orando, & in omni tempore, loco, negotio, opere, adstando Deo, præsentemque sentiendo ac venerando illum. Nisi quis (inquam) hæc omnia fecerit, perfectus esse non potest.

Ἀδελφὸς ἠρώτησε γέροντα· Ἀββᾶ, πῶς ποιῶ πάντα τὰ πρέποντα ἐν τῷ κελλίῳ μου, καὶ οὐχ εὑρίσκω παράκλησιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ; λέγει αὐτῷ γέρων· τοῦτό σοι συμβαίνει διὰ τὸ συνδιατρίβειν σε ἀπραγοπέρῳ, καὶ βούλεσθαί σε τὸ θέλημά σου προβῆναι· λέγει ὁ ἀδελφὸς γέροντι· τί οὖν θέλεις ἵνα ποιήσω πάτερ; λέγει ὁ γέρων· ἄπελθε, κολλήθητι ἀνθρώπῳ φοβουμένῳ τὸν Θεόν· καὶ ταπείνωσον σεαυτὸν αὐτῷ, καὶ ἔκδος τὸ θέλημά σου· καὶ τότε εὑρήσεις παράκλησιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

Frater aliquis interrogans senem dixit: Abba, qui fit, ut, cum ego in mea cellula faciam cuncta quæ decent, tamen non inveniam consolationem a Deo? Ait illi senex: hoc tibi contingit eo, quod vanis cum otioso confabulationibus indulges; & quia D omnino vis potiri optato voluntatem tuam propriam. Reposuit seni: quid igitur facere me jubes, pater? Respondit senex, vade, ini familiaritatem cum viro timente Deum, & humilia te ipsum coram eo; & renuncia voluntati tuæ; & tunc invenies consolationem a Deo.

Εἶπε γέρων· ὁ εἰσερχόμενος εἰς μυρεψικὸν, κἂν μηδὲν ἀγοράσῃ, ἀλλὰ πάντως μεταλαμβάνει τῆς εὐωδίας· οὕτω καὶ ὁ παραβάλλων τοῖς πατράσιν, ἐὰν θελήσῃ ἐργάσασθαι, ὑποδεικνύουσιν αὐτῷ τὴν ὁδὸν τῆς ταπεινώσεως· καὶ τεῖχος αὐτῷ γίνεται ἐν ταῖς ἐπιδρομαῖς τῶν δαιμόνων.

Dixit Senex: qui ingreditur seplasiam, & in foro unguentario deambulat, etsi nihil emat aut contingat ex aromatibus; omnino tamen & interim fruitur odore, & ipse bene olet aliquandiu: sic qui conversatur cum patribus, trahit ex illis contagione salutari quod ipsum juvet. Nam si quidem velit recte agere, monstratam ad hoc ab illis viam humiliationis videt; & horum exempla verbaque instar illi muri sunt ad arcendas dæmonum incursiones.


Εἶπε γέρων· ἐὰν φθάσῃ σοι ἀῤῥωστία σώματος, μὴ ὀλιγώρει, ἐὰν γὰρ θέλῃ σε ὁ δεσπότης σου κακοῦσθαι τῷ σώματι, σὺ τίς εἶ ὁ δυσχεραίνων; οὐκ αὐτός σου φροντίζει ἐν πᾶσι; μὴ πάρεξ αὐτοῦ ζῇς; ἀνεξικάκει οὖν καὶ παρακάλει αὐτὸν παρασχεῖν σοι συμφέροντα· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλημα αὐτοῦ· κάθου μετὰ μακροθυμίας, φάγε ἀγάπην.

E Dixit senex; Si te infirmitas occupet corporis, ne turberis dans te tristitiæ inerti. Si enim velit te Dominus tuus morbo corporeo affligi, tu quis es, qui succensere aut ægre ferre audeas? Nonne ipse tui curam in omnibus gerit? an sine ipso vel potes vivere? patienter ergo tolera: & ora ipsum, ut tibi quæ novit expedire præbeat. Hæc enim est voluntas ejus. Sede cum longanimitate, comede caritatem.

[a] Matth. VI. 12.

* Apud Possinum *Thes. Ascet.* opusc. IX. pag. 243.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
371.



Εἶπε ὁ γέρων· φύσει ἐὰν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἀγωνιστὴς, ἀπαιτεῖ ὁ Θεὸς παρ' αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἔχῃ προσπάθειαν ὕλης σωματικῆς, ἕως μικρᾶς ῥαφίδος, δύναται γὰρ ἐμποδίσαι αὐτῷ τὸν λογισμὸν ἐκ τῆς ἀδολεσχίας τοῦ ἱμέρου καὶ τοῦ πένθους.

A Dixit ſenex: ſi acrem homo naturam ad legitime certandum exſerat, exigit ab eo Deus, ne affectu nimio inhæreat materiæ corporeæ cuiquam, uſque ad minutam acum; nam ſi quid tale addictius amaverit; impedietur mens ejus a ſenſibus & votis Deo dignis, per vehementiam deſiderii poſſeſſis incubantis; & mœrorem quem ex amatarum rerum jactura, crebro inevitabiliter accidente, concipiet.

Εἶπε γέρων· προσευχὴ καὶ λογισμοὶ νήφοντες, καὶ σώματος ὑπωπιασμὸς, διὰ πλείονος ἐπιμελείας προσφερόμενα, τὸ κατὰ τῶν παθῶν ἀναδύονται κράτος.

Dixit ſenex: Oratio, & ſenſus ſobrii attentique, ſimulque vexatio corporis, cum abundantiori diligentia Deo perſeveranter oblata; in perturbationes poteſtate hominem inſtruunt.

Ηρωτήθη γέρων· τί ἐστι ξενιτεία; καὶ εἶπε· οὐκ ἔχω πρᾶγμα· καὶ τοῦτο ποίει ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀληθὴς ξενιτεία.

Interrogatus eſt ſenex: quid eſt, vivere hominem tamquam hoſpitem & peregrinum? Dic, B inquit, tibi; tace; & non habeo hic negotium. Hæc itera & fac in omni loco & operatione; tunc eris vere in ſtatu advenæ & peregrini.

Εἶπε γέρων· ὅτι βίος ἄνευ λόγου, πλεῖον ἐνεργεῖν πέφυκεν ἢ λόγος ἄνευ βίου· ὁ μὲν γὰρ σιγῶν ὠφελεῖ· ὁ δὲ καὶ λαλῶν ἐνοχλεῖ· εἰ δὲ καὶ λόγος καὶ βίος συνδραμοῦνται εἰς ἓν, φιλοσοφίας ἁπάσης ἀποτελοῦσιν ἄγαλμα.

Dixit ſenex: vita ſancta ſine doctrina, plura bona efficit, quam doctrina, ſine vita. Nam ſanctus indoctus vel tacens videntibus prodeſt: doctus ſine ſanctitate, etiam ſolum cogitans, obturbat. Si autem doctrina ſana & vita ſancta in unum concurrant, philoſophiæ totius veram & plenam ſpeciem abſolvunt.

Εἶπε γέρων· μὴ σπεύσῃς κεφαλῶσαι ἀδελφότητα· ἵνα μὴ ἐπιθήσῃς ἀλλοτρίους φόρτους ἁμαρτημάτων ἐπὶ σῷ τραχήλῳ.

Dixit Senex; ne ambias, aut libenter admittas caput fieri congregationis fratrum; ne forte imponas collo tuo alienorum onera peccatorum.

Εἶπε ὁ γέρων· τὸ μετὰ βίας προσεύξασθαι καὶ ὑπομένειν, τίκτει τὸ μετὰ χαρᾶς, καὶ μετὰ ἀναπαύσεως προσεύξασθαι· καὶ τὸ μὲν μετὰ βίας, τῆς προαιρέσεως· τὸ δὲ μετὰ ἀναπαύσεως, τῆς χάριτος.

C Dixit idem ſenex: vim ſibi facere in orando, & ariditatem diu ferre patienter, gignit, orare cum gaudio & cum quiete. Vim ſibi facere ad robur boni propoſiti pertinet: orare autem cum quiete munus eſt gratiæ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΒΒΑ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Διηγήσατο περὶ ἑαυτοῦ ὁ Ἀββᾶς Μακάριος, λέγων, ὅτι ἤμην νεώτερος καὶ ἐκαθήμην εἰς κελλίον εἰς Αἴγυπτον, ἐκράτησάν με, καὶ ἐποίησάν κληρικὸν, εἰς τὴν κώμην. καὶ μὴ θέλων καταδέξασθαι, ἔφυγον εἰς ἕτερον τόπον. καὶ ἦλθε πρός με εὐλαβὴς κοσμικὸς, καὶ ἐλάμβανε τὸ ἐργόχειρόν μου, καὶ διηκόνει μοι· συνέβη δὲ ἀπὸ πειρασμοῦ [1] παρθένον τινὰ εἰς τὴν κώμην ἐκπεσεῖν, καὶ λαβοῦσα κατὰ γαστρὸς ἠρωτᾶτο τίς εἴη ὁ τοῦτο πεποιηκώς; ἡ δὲ ἔλεγεν· ὁ ἀναχωρήτης. καὶ ἐξελθόντες συνέλαβον [2] εἰς τὴν κώμην, καὶ ἐκρέμασαν ἐν τῷ τραχήλῳ μου ἠσβολωμένας χύτρας καὶ ὠτία [3] κούφων, καὶ περιεπόμπευσάν με ἐν τῇ κώμῃ κατὰ ἄμφοδον, τύπτοντές με, καὶ λέγοντες· οὗτος ὁ μοναχὸς ἔφθειρεν ἡμῶν τὴν παρθένον, λάβετε αὐτὸν, λάβετε. καὶ ἔτυψάν με παρὰ μικρὸν τοῦ ἀποθανεῖν. ἐλθὼν δέ τις τῶν γερόντων εἶπεν. ἕως πότε τύπτετε τὸν ξένον μοναχόν; ὁ δὲ διακονῶν μοι, ἠκολούθει ὀπίσω μου αἰδούμενος· ἦσαν γὰρ ὑβρίζοντες αὐτὸν πολλὰ, καὶ λέγοντες· Ἰδοὺ ὁ ἀναχωρήτης [4] ὃν σὺ ἐμαρτύρεις, τί ἐποίησε; καὶ λέγουσιν οἱ γονεῖς αὐτῆς· οὐκ ἀπολύομεν αὐτὸν, ἕως δῷ ἐγγυητὴν τοῦ τρέφειν αὐτήν· καὶ εἶπον τῷ διακονητῇ μου· καὶ ἐνηγγυήσατό με· καὶ ἀπελθὼν εἰς τὸ κελλίον μου, ἔδωκα αὐτῷ ὅσα εἶχον σπυρίδια, λέγων· πώλησον, καὶ δὸς τῇ γυναικί μου φαγεῖν· καὶ ἔλεγον τῷ λογισμῷ μου· Μακάριε, ἰδοὺ εὗρες ἑαυτῷ γυναῖκα· χρὴ ἐργάζεσθαι μικρὸν [5] περισσὸν, ἵνα τρέφῃς αὐτήν· καὶ εἰργαζό-


DE ABBATE MACARIO ÆGYPTIO [a].

I. Narravit de ſe ipſo Abbas Macarius, ad hunc modum: Quando eram juvenis, & in cella reſidebam in Ægypto, apprehenderunt me ac fecerunt clericum in vico; ſed nolens acquieſcere fugi D ad alium locum. Venit ad me ſæcularis vir pius, qui accipiebat, quod manibus operabar, & miniſtrabat mihi. Contigit autem per tentationem, ut quædam virgo vi prolapſa ſit in ſtuprum. Ea cum uterum gereret, interrogabatur, quis eſſet auctor criminis? Reſpondit itaque, Anachoretam eſſe. Unde egreſſi comprehenderunt me adduxeruntque ad vicum; atque appenderunt collo fuligine infectas ollas cum anſis vaſorum, ſicque circumduxerunt me in vico per compita, verberantes ac dicentes; Iſte monachus vitiavit noſtram virginem; capite eum, capite. Et percuſſerunt me pene ad mortem. Accedens vero aliquis ſenum, dixit; Quouſque cæditis monachum iſtum peregrinum? qui autem mihi mi- E niſtrabat, ſequebatur poſt me, pudore ſuffuſus; multis quippe contumeliis eum affecerant, inquientes; ecce Anachoreta, cui tu teſtimonium perhibebas, quid fecit? Ad hæc ajunt parentes puellæ: Non dimittemus eum, donec fidejuſſorem dederit, quod aliturus ſit eam. Itaque ſignificabam miniſtro illi meo; & ſpopondit pro me. Poſtea profectus ad cellam meam, dedi ei, quas habui, ſportulas, dicens; vende & affer cibum uxori meæ. Tum apud me; Macari, ecce tibi inveniſti uxorem; oportet, ut

1. Al. inſer. διαβολικοῦ.
2. Al. οἱ τῆς κώμης.
3. Κούφων] Vox Græcobarbara, ex Græca κύφος, ni fallor. Præter Grammaticos, Orientalium Synodica ad Theophilum imperatorem in *Originibus CP.* Combefiſii pag. 131. *περικλείει ἑαυτὸν ἐν τοῖς τοῦ Δαγιστέως μεγάλου λουτροῦ τῶν καμίνων κύφοις. In Dagiſtei magni balnei caminorum cupis ſe ſe includit* COTEL.
4. Al. ᾧ.
5. Al. περισσῶς.

a Apud Cotelerium *Monum. Eccl. Gr.* tom. I. pagg. 524. ſeqq.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



μὴν νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ἔπεμπον αὐτῇ· καὶ ὅτε ἦλθεν ὁ καιρὸς τῇ ἀθλίᾳ τεκεῖν, ἔμεινεν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας βασανιζομένη, καὶ οὐκ ἔτικτε· καὶ λέγουσιν αὐτῇ· τί ἐστι τοῦτο; ἡ δὲ εἶπεν· ἐγὼ οἶδα· ὅτι τὸν Ἀναχωρήτην ἐσυκοφάντησα, καὶ ψευσαμένη ᾐτιασάμην· καὶ οὗτος οὐκ ἔχει πρᾶγμα, ἀλλ' ὁ δεῖνα ὁ νεώτερος· καὶ ἐλθὼν ὁ διακονῶν μοι χαίρων ἔλεγεν, ὅτι οὐκ ἠδυνήθη τεκεῖν ἡ παρθένος ἐκείνη, ἕως οὗ ὡμολόγησε, λέγουσα, ὅτι οὐκ ἔχει πρᾶγμα ὁ ἀναχωρήτης, ἀλλ' ἐψευσάμην κατ' αὐτοῦ. καὶ ἰδοὺ πᾶσα ἡ κώμη ἐλθεῖν θέλει ὧδε μετὰ δόξης, καὶ μετανοῆσαί σοι, ἐγὼ δὲ ἀκούσας ταῦτα, ἵνα μὴ θλίψωσί με οἱ ἄνθρωποι, ἀνέστην καὶ ἔφυγον ὧδε εἰς Σκῆτιν· αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς αἰτίας, δι' ἣν ἦλθον ὧδε.

A paullo amplius labores, quo nutrias eam. Et operabar nocte dieque, mittebamque ei. Porro cum advenit tempus miseræ, ut pareret, ad multos dies in cruciatibus permansit, nec pariebat. Percontantur, quid hoc esset? illa respondit; Ego scio, quoniam anachoretam calumniata sum, prolatoque mendacio accusavi: neque enim in culpa est, sed ille juvenis. Tunc qui ministrabat mihi, lætus adveniens nunciavit; virgo illa non potuit parere, donec ita confiteretur; Extra culpam est Anachoreta; sed mentita sum adversus eum: & ecce totus vicus huc accedere vult cum honore, ut veniam a te supplex postulet. His ego auditis, ne mihi molestiam parerent homines, surrexi, atque huc in Sce- B tim fugi. Inde principium caussamque habet meus hic adventus.

Ἦλθέ ποτε Μακάριος ὁ Αἰγύπτιος ἀπὸ Σκήτεως εἰς τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας, εἰς τὴν προσφορὰν τοῦ Ἀββᾶ Πάμβω· καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ γέροντες· εἰπὲ ῥῆμα τοῖς ἀδελφοῖς, πάτερ· ὁ δὲ εἶπεν· ἐγὼ οὔπω γέγονα μοναχὸς, ἀλλ' εἶδον μοναχούς· καθημένῳ γάρ μοί ποτε ἐν τῷ κελλίῳ εἰς Σκῆτιν, ὤχλησάν μοι οἱ λογισμοὶ λέγοντες· ἄπελθε εἰς τὴν ἔρημον· καὶ ἴδε, τί βλέπεις ἐκεῖ· ἔμεινα δὲ πολεμῶν τῷ λογισμῷ πέντε ἔτη, λέγων, μήπως ἀπὸ δαιμόνων ἐστίν· καὶ ὡς ἐπέμενεν ὁ λογισμὸς, ἀπῆλθον εἰς τὴν ἔρημον· καὶ εὗρον ἐκεῖ λίμνην ὑδάτων, καὶ νῆσον ἐν μέσῳ αὐτῆς· καὶ ἦλθον τὰ κτήνη τῆς ἐρήμου πιεῖν ἐξ αὐτῆς· καὶ εἶδον ἐν μέσῳ αὐτῶν δύο ἀνθρώπους γυμνούς· καὶ ἐδειλίασε τὸ σῶμά μου· ἐνόμισα γὰρ ὅτι πνεύματά εἰσιν· αὐτοὶ δέ με ὡς εἶδον δειλιῶντα, ἐλάλησαν πρός με· μὴ φοβοῦ· καὶ ἡμεῖς ἄνθρωποί ἐσμεν· καὶ εἶπον αὐτοῖς· πόθεν ἐστὲ, καὶ πῶς ἤλθετε εἰς τὴν ἔρημον ταύτην; καὶ εἶπον· ἀπὸ κοινοβίου ἐσμέν· καὶ γέγονεν ἡμῖν συμφωνία, καὶ ἐξήλθομεν ὧδε· ἰδοὺ τεσσαράκοντα ἔτη[1] καὶ ὁ μὲν εἷς Αἰγύπτιος, ὁ δὲ ἕτερος Λιβυκὸς ὑπάρχει. καὶ ἐπηρώτησάν με αὐτοὶ, λέγοντες· πῶς ὁ κόσμος; καὶ εἰ ἔρχεται τὸ ὕδωρ κατὰ καιρὸν αὐτοῦ, καὶ εἰ ἔχει ὁ κόσμος τὴν εὐθηνίαν αὐτοῦ; καὶ εἶπον αὐτοῖς· ναί· κἀγὼ αὐτοὺς ἠρώτησα· πῶς δύναμαι γενέσθαι μοναχός; καὶ λέγουσί μοι· ἐὰν μὴ ἀποτάξηταί τις πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου, οὐ δύναται γενέσθαι μοναχός· καὶ εἶπον αὐτοῖς· ἐγὼ ἀσθενής εἰμι, καὶ οὐ δύναμαι ὡς ὑμεῖς· καὶ εἶπόν μοι καὶ αὐτοί· καὶ ἐὰν οὐ δύνασαι ὡς ἡμεῖς, κάθου εἰς τὸ κελλίον σου, καὶ κλαῦσον τὰς ἁμαρτίας σου. καὶ ἠρώτησα αὐτοὺς ὅταν γένηται χειμὼν, οὐ ῥιγᾶτε; καὶ ὅταν γένηται καῦμα, οὐ καίεται τὰ σώματα ὑμῶν; οἱ δὲ εἶπον· ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἡμῖν τὴν οἰκονομίαν ταύτην· καὶ οὔτε τῷ χειμῶνι ῥιγῶμεν, οὔτε τῷ θέρει τὸ καῦμα ἡμᾶς ἀδικεῖ· διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι οὔπω γέγονα μοναχὸς, ἀλλ' εἶδον μοναχούς· συγχωρήσατέ μοι ἀδελφοί.

II. Venit aliquando Macarius Ægyptius e Sceti ad montem Nitriæ in oblatione Abbatis Pambo: & dicunt ei senes; sermonem profer fratribus, pater. Tum ille infit; Ego nondum evasi in monachum, sed monachos vidi. Mihi namque aliquando sedenti in cella apud Scetim molestæ erant cogitationes: proficiscere in solitudinem, & vide, quid illic oculis tuis occurret. Perstiti autem quinque annis, pugnans adversus cogitationem, ne forte inquiens a dæmonibus sit. Utque perseveravit cogitatio, abii in eremum. Illic inveni stagnum cum insula in me- C dio ejus, & ad illud veniebant bestiæ eremi, ut biberent. Quas inter conspexi duos homines nudos, & contremuit corpus meum: existimavi enim esse spiritus. Ipsi vero postquam me viderunt trementem, ita locuti sunt; noli timere; etiam nos homines sumus. Dixi illis, unde estis, & quomodo venistis in solitudinem hanc? responderunt; E cœnobio sumus atque ex mutuo consensu egressi venimus huc; ecce quadraginta abhinc anni præterierunt. Unus e nobis Ægyptius est, alter Libycus. Ipsi quoque interrogaverunt me, his verbis: quomodo se habet mundus? Venitne aqua in tempore suo? Mundus obtinetne abundantiam solitam? Respondi; Etiam. Vicissim ego percontatus sum; qua- D nam ratione fieri potero monachus? ajunt mihi; nisi quis renunciaverit omnibus mundi rebus, non potest fieri monachus. Excepi; Ego infirmus sum, nec possum sicuti vos. Exceperunt etiam illi; si non potes, quemadmodum nos, sede in cella tua, & peccata tua defle. Quæsivi ab eis: Quando hiems est, non algetis? Quando æstus est, non uritur corpus vestrum? Responsum dederunt; Deus erga nos hac usus est dispensatione; nec hieme rigemus, nec æstate nos æstus lædit. Propterea dixi vobis, me nondum in monachum evasisse, sed vidisse monachos. Ignoscite mihi, fratres.

Ὁ Ἀββᾶς Μακάριος ὅτε ᾤκει ἐν τῇ πανερήμῳ, ἦν καὶ μόνος ἐν αὐτῇ ἀναχωρῶν, καὶ παρακάτω δὲ ἄλλη ἔρημος ἦν πλειόνων ἀδελφῶν· παρετήρει δὲ ὁ γέρων τὴν ὁδὸν, καὶ ὁρᾷ τὸν σατανᾶν ἀνερχόμενον ἐν σχήματι ἀνθρώπου, παρελθεῖν δι' αὐτοῦ· ἐφαίνετο δὲ ὡς στιχάριον φορῶν λινοῦν τρωγλωτόν· καὶ κατὰ τρυμαλιὰν, ἐκρέματο ληκυθιον· καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων ὁ μέγας· ποῦ πορεύῃ; καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀπέρχομαι ὑπομνῆσαι τοὺς ἀδελφούς· ὁ δὲ γέρων εἶπε· καὶ ἵνα τί σοι τὰ ληκύθια ταῦτα; καὶ εἶπε· γεύματα ἀποφέρω τοῖς ἀδελφοῖς· ὁ δὲ γέρων εἶπε· καὶ ταῦτα ὅλα; ἀπεκρίθη· ναί· ἐὰν μὴ τὸ ἓν ἀρέσῃ τινὶ, φέρω ἄλλο· ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο, διδῶ ἄλλο· πάντως δὲ ἐξ αὐτῶν κἂν ἓν ἀρέσει αὐτῷ, καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπῆλθεν· ὁ δὲ γέρων ἔμεινε παρατηρούμενος

III. Abbas Macarius cum in paneremo; seu omni- E moda solitudine habitaret: solus autem illic anachoreticam vitam ducebat; infra vero alia erat eremus, in qua plures fratres degebant. Eo, inquam, loci aliquando per viam circumspiciens senex, vidit satanam venientem in figura hominis, ut per locum, in quo erat, transiret: apparebat autem quasi tunicam gestans lineam perforatam, a cujus foraminibus pendebant parvi lecythi. Dicit ei magnus senex; quo vadis? Respondit; proficiscor ad fratres, ut eis suggeram. Tum senex; Et quare tibi ampullæ hæ? Ille; Affero fratribus condimenta. Senex; Et hæc omnia? Excepit; Etiam; si unum alicui non placuerit, aliud porrigo; si neque hoc, do aliud; omnino autem ex illis saltem unum placitu-

1. Al. add. ἔχομεν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

τὰς ὁδοὺς, ἕως πάλιν ἐκεῖνος ἐπανῆλθε, καὶ ὡς εἶδεν αὐτὸν ὁ γέρων, λέγει αὐτῷ· σωθείης· ὁ δὲ ἀπεκρίθη· ποῦ ἔνι μοῦ σωθῆναι; λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· διατί; ὁ δὲ λέγει· ὅτι πάντες ἄγριοί μοι ἐγένοντο, καὶ οὐδείς [1] μου ἀνέχεται· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· οὐδένα οὖν φίλον ἔχεις ἐκεῖ; ὁ δὲ ἀπεκρίθη· ναὶ, ἕνα [2] μοναχὸν ἔχω ἐκεῖ φίλον, καὶ κἂν αὐτός μοι πείθεται; καὶ ὅτι ὁρᾷ με, στρέφεται ὡς ἀνέμη· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· καὶ τίς καλεῖται ὁ ἀδελφός; ὁ δὲ λέγει· Θεόπεμπτος· εἰπὼν δὲ ταῦτα ἀπῆλθε. καὶ ἀναστὰς ὁ Ἀββᾶς Μακάριος, ἀπέρχεται ἐπὶ τὴν παρακάτω ἔρημον, καὶ ἀκούσαντες οἱ ἀδελφοὶ, λαβόντες βαΐα ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ· καὶ λοιπὸν ἕκαστος ἡτοιμάζετο, νομίζων, ὅτι παρ᾽ αὐτῷ ἔμελλε καταλύειν ὁ γέρων, ὁ δὲ ἐζήτει τίς εἴη ὁ καλούμενος Θεόπεμπτος ἐν τῷ ὄρει· καὶ εὑρὼν, εἰσῆλθε εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ· ὁ δὲ Θεόπεμπτος ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων· ὡς δὲ ἤρξατο ἰδιάζειν αὐτὸν, ὁ γέρων λέγει· πῶς τὰ κατὰ σὲ, ἀδελφέ; ὁ δὲ εἶπεν· εὐχαῖς σου, καλῶς· εἶπε δὲ ὁ γέρων· μὴ πολεμοῦσί σε οἱ λογισμοί; ὁ δὲ εἶπε· τέως καλῶς εἰμι· ᾐδεῖτο γὰρ εἰπεῖν· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ἰδοὺ πόσα ἔτη ἀσκῶ, καὶ τιμῶμαι παρὰ πάντων, καὶ ἐμοὶ τῷ γέροντι ὀχλεῖ τὸ πνεῦμα τῆς πορνείας· ἀπεκρίθη λέγων ὁ Θεόπεμπτος· πίστευε Ἀββᾶ, καὶ ἐμοί· ὁ δὲ γέρων προεφασίζετο καὶ ἑτέρους λογισμοὺς πολεμεῖν αὐτῷ, ἕως ποιήσει αὐτὸν ὁμολογῆσαι· εἶτα λέγει αὐτῷ πῶς νηστεύεις; ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· τὴν ἐννάτην· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· νήστευε ἕως ὀψὲ, καὶ ἄσκει· καὶ ἀποστήθιζε τοῦ εὐαγγελίου καὶ τῶν ἄλλων γραφῶν· καὶ ἐάν σοι ἀναβῇ λογισμὸς, μηδέποτε πρόσχῃς κάτω, ἀλλὰ πάντοτε ἄνω· καὶ εὐθέως σοι ὁ κύριος βοηθεῖ· καὶ τυπώσας ὁ γέρων τὸν ἀδελφὸν, ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἰδίαν ἔρημον· καὶ παρατηρῶν πάλιν, ὁρᾷ ἐκεῖνον τὸν δαίμονα, καὶ λέγει αὐτῷ· ποῦ πάλιν ἀπέρχῃ; ὁ δὲ λέγει. ὑπομνῆσαι τοὺς ἀδελφούς· καὶ ἀπῆλθεν· ὡς δὲ πάλιν ἐπανῆλθε λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος· πῶς οἱ ἀδελφοί; ὁ δὲ λέγει· κακῶς· ὁ δὲ γέρων λέγει· διατί; ὁ δὲ εἶπεν· ἄγριοί εἰσιν ὅλοι· καὶ τὸ μεῖζον κακὸν, ὅτι καὶ ὃν εἶχον φίλον ὑπακούοντά μοι, καὶ αὐτὸς οὐκ οἶδα πόθεν διεστράφη, καὶ οὐδὲ αὐτός μοι πείθεται, ἀλλὰ πάντων ἀγριώτερος ἐγένετο· καὶ ὤμοσα μηκέτι τὰ ἐκεῖ πατῆσαι, εἰ μὴ μετὰ χρόνον· καὶ οὕτως εἰπὼν ἀπῆλθεν, ἐάσας τὸν γέροντα· καὶ ὁ ἅγιος εἰσῆλθε εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ.

rum est ei. Atque his dictis abiit. At senex remansit, observans vias, donec reverteretur. Utque conspexit illum, ait; salvus sis. Ille respondit. Quomodo contingere mihi poterit, ut salvus sim? Senex, quare? Ille, quia cuncti mihi fuerunt immites, nec ullus sustinuit me. Ad eum senex; nullus ergo illic tibi amicus? Ad senem satanas; Næ unum ibi amicum habeo, qui vel ipse mihi obtemperat; cumque me conspicit, instar auræ vertitur. Tum senex; quomodo vocatur frater ille? satanas ad hoc, Theopemtus. Quo dicto discessit. Itaque surgens Abbas Macarius perrexit ad inferiorem eremum. Eaque re comperta fratres sumentes ramos palmarum, ei obviam prodierunt. Ceterum unusquisque eorum præparabat se, putans, quod apud ipsum diversaturus esset senex. At ille requisivit, quisnam esset in monte, qui Theopemtus appellaretur. Quo invento, intravit in cellam ejus. Theopemtus autem suscepit eum lætus. Utque cœpit solum secum habere, senex, quomodo, inquit, se res tuæ habent, frater? Is dicit; recte, per preces tuas. Et senex; Non impugnant te cogitationes? Ille; interim mihi bene est. Pudebat enim eum edicere. Ait illi senex; ecce a quot annis vitam asceticam duco, & honore afficior ab omnibus; attamen me senem spiritus fornicationis divexat. Theopemtus excepit; Crede Abba, me etiam. Senex vero simulabat ab aliis etiam cogitationibus impugnari se, donec eum ad confessionem adduceret. Postea dicit ei; quomodo jejunas? Respondit; ad horam nonam. Tum senex; jejuna usque ad vesperam; exerce te; meditare, ac recita memoriter ex evangelio aliisque scripturis; cumque te subierit cogitatio, numquam deorsum spectes, sed sursum semper; statimque tibi Dominus præbebit auxilium. Et postquam fratrem informasset senex, reversus est ad solitudinem suam. Ubi observans iterum videt dæmonem illum, aitque ei; quo iterum pergis? fratres, inquit, instigatum. Atque abiit. Ut vero rursus transiit, sciscitatus est illum senex, quo modo haberent fratres? Respondit, male. Et senex; Cur? Dæmon, cuncti feroces sunt; quodque pejus est, ille, quem habebam amicum, & obsequentem mihi, ipse etiam, unde nescio, reversus est, nec amplius a me persuadetur, sed cunctis ferocior evasit: unde juravi me amplius ea loca non calcaturum, nisi post tempus. Quo pronunciato discessit, senem relinquens. Tunc sanctus intravit in cellam suam.

Παρέβαλεν ὁ Ἀββᾶς Μακάριος ὁ μέγας τῷ Ἀββᾷ Ἀντωνίῳ, εἰς τὸ ὄρος καὶ κρούσαντος αὐτοῦ τὴν θύραν, ἐξῆλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· σὺ τίς εἶ; ὁ δὲ ἔφη, ἐγώ εἰμι Μακάριος; καὶ κλείσας τὴν θύραν, εἰσῆλθε, καὶ ἀφῆκεν αὐτόν· καὶ ἰδὼν τὴν ὑπομονὴν αὐτοῦ, ἤνοιξεν αὐτῷ· καὶ χαριεντιζόμενος μετ᾽ αὐτοῦ, ἔλεγεν· ἀπὸ πολλοῦ χρόνου ἐπεθύμουν σε ἰδεῖν, ἀκούων τὰ περὶ σοῦ· καὶ φιλοξενήσας αὐτὸν, ἀνέπαυσεν· ἦν γὰρ ἀπὸ καμάτου πολλοῦ· ὀψίας δὲ γενομένης, ἔβρεξεν ἑαυτῷ ὁ Ἀββᾶς Ἀντώνιος θαλλία· καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἀββᾶς Μακάριος· κέλευσον ἵνα κἀγὼ βρέξω ἐμαυτῷ· ὁ δὲ εἶπε· βρέξον· καὶ ποιήσας δεσμὸν μέγαν, ἔβρεξε, καὶ καθήμενοι ἀπὸ ὀψὲ, λαλοῦντες περὶ σωτηρίας ψυχῶν, ἔπλεκον· καὶ ἡ σειρὰ διὰ τῆς θυρίδος εἰς τὸ σπήλαιον κατέβαινε· καὶ εἰσελθὼν πρωῒ ὁ Μακάριος Ἀντώνιος εἶδε τὸ πλῆθος τῆς σειρᾶς τοῦ Ἀββᾶ Μακαρίου, καὶ ἔλεγε· πολλὴ δύναμις ἐκ τῶν χειρῶν τούτων ἐξέρχεται.

IV. Venit Abbas Macarius magnus ad Abbatem Antonium in montem; cumque pulsasset ostium, egressus est, petiitque, tu quis es? Ille autem, ego, inquit, sum Macarius. Et ostio clauso, intravit, relinquens eum. Sed postquam agnovit patientiam, ejus, aperuit. Atque cum eo urbane agens, dixit; A multo tempore videre te desiderabam, audita tui fama. Et hospitaliter susceptum refecit: erat enim e multo labore fessus, Vespere autem facto, Abbas Antonius sibi madefecit ramos palmarum. Ait ei Abbas Macarius; Jube ut & ego mihi intingam. Ille, intingue, inquit. Confectoque magno fasciculo, intinxit. Igitur sedentes a vespera, collocuti de animarum salute, plectebant; plecta autem per fenestram descendebat in speluncam. Et mane ingrediens beatus Antonius, vidit plectæ Abbatis Macarii copiam; & infit; multa virtus e manibus istis egreditur.

Ἔλεγεν ὁ Ἀββᾶς Μακάριος περὶ τῆς ἐρημώσεως τῆς Σκήτεως, τοῖς ἀδελφοῖς· ὅταν ἴδητε κελλίον οἰκο-

V. Abbas Macarius prædixit fratribus de vastatione Sceteos: Quando spectaveritis cellam ædificatam jux-

1. Al. μοι πείθεται.

2. Al. μόνον. Et mox ἀδελφὸν pro φίλον.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

δομούμενον ἐγγὺς τῆς ἕλους, μάθετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς· ὅταν ἴδητε δένδρα, ἐπὶ θυρῶν ἐστιν· ὅταν δὲ ἴδητε παιδία, ἄρατε τὰ μηλωτάρια ὑμῶν, καὶ ἀναχωρήσατε.

ta paludem, scitote, quod prope sit Sceteos desolatio: quando videritis arbores, ad fores est: cum autem pueros conspexeritis, tollite melotes vestras, atque discedite.

Ελεγε πάλιν, παρηγορῆσαι θέλων τοὺς ἀδελφούς· ἦλθεν ὧδε παιδίον δαιμονιζόμενον μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ ἔλεγε τῇ μητρὶ αὐτοῦ· ἔγειρε [1] γραῖα, ἄγωμεν ἔνθεν. ἡ δὲ εἶπεν, οὐ δύναμαι πεζεῦσαι. καὶ εἶπεν αὐτῇ τὸ παιδίον· ἐγώ σε βαστάζω· καὶ ἐθαύμασα τὴν [2] πονηρίαν τοῦ δαίμονος, πῶς ἠθέλησεν αὐτοὺς φυγαδεῦσαι.

VI. Dixit iterum, volens fratres consolari; Venit huc cum matre sua puer, qui a dæmonio vexabatur; & dicebat matri; Surge anus, abeamus hinc. Illa vero; Non possum, inquit, pedibus incedere. Tum puer ad eam; Ego te portabo. Et admiratus sum dæmonis nequitiam, quomodo eos hinc voluisset fugare.

Ελεγεν ὁ Αββᾶς Σισόης· ὅτι ἤμην εἰς Σκῆτιν μετὰ τοῦ Μακαρίου, ἀνέβημεν θερίσαι, μετ᾽ αὐτοῦ [3] ἑπτὰ ὀνόματα· καὶ ἰδοὺ μία χήρα καλαμωμένη, ἦν ὀπίσω ἡμῶν, καὶ οὐκ ἐπαύετο κλαίουσα· ἐφώνησεν οὖν ὁ γέρων τὸν κύριον τοῦ χωρίου, καὶ εἶπεν αὐτῷ· τί ἔχει ἡ γραῦς αὕτη, ὅτι πάντοτε κλαίει; λέγει αὐτῷ· ὅτι ὁ ἀνὴρ αὐτῆς εἶχε παραθήκην τινὸς, καὶ ἀπέθανεν ἄφνω, καὶ οὐκ εἶπε ποῦ ἔθηκεν αὐτήν· καὶ θέλει ὁ κύριος τῆς παραθήκης, λαβεῖν αὐτὴν καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς εἰς δούλους· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· εἰπὲ αὐτῇ ἵνα ἔλθῃ πρὸς ἡμᾶς, ὅπου ἀναπαυόμεθα τὸ καῦμα· καὶ ἐλθούσης τῆς γυναικὸς, εἶπεν αὐτῇ ὁ γέρων· τί [4] πάντα οὕτως κλαίεις; καὶ εἶπεν· ὁ ἀνήρ μου ἀπέθανε λαβὼν παραθήκην τινὸς, καὶ οὐκ εἶπεν ἀποθνήσκων, ποῦ ἔθηκεν αὐτήν· δεῦρο, δεῖξόν μοι ποῦ ἔθηκας αὐτόν· καὶ λαβὼν τοὺς ἀδελφοὺς μεθ᾽ ἑαυτοῦ, ἐξῆλθε σὺν αὐτῇ καὶ ἐλθόντων ἐπὶ τὸν τόπον, εἶπεν αὐτῇ ὁ γέρων· ἀναχώρησον εἰς τὸν οἶκόν σου· καὶ προσευξαμένων αὐτῶν, ἐφώνησεν ὁ γέρων τὸν νεκρὸν, λέγων· ὁ δεῖνα, ποῦ ἔθηκας τὴν ἀλλοτρίαν παραθήκην; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· εἰς τὸν οἶκόν μου κέκρυπται ὑπὸ τὸν πόδα τῆς κλίνης· καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· κοιμῶ πάλιν ἕως τῆς ἡμέρας ἀναστάσεως. ἰδόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ, ἀπὸ τοῦ φόβου ἔπεσον εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ γέρων· οὐ δι᾽ ἐμὲ γέγονε τοῦτο· οὐδὲν γάρ εἰμι· ἀλλὰ διὰ τὴν χήραν καὶ τὰ ὀρφανὰ, ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸ πρᾶγμα· τοῦτο δέ ἐστι τὸ μέγα, ὅτι ἀναμάρτητον θέλει ὁ Θεὸς τὴν ψυχήν· καὶ εἴ τι ἂν αἰτήσηται, λαμβάνει· ἐλθὼν δὲ, ἀνήγγειλε τῇ χήρᾳ ποῦ κεῖται παραθήκη· ἡ δὲ λαβοῦσα αὐτὴν, ἔδωκε τῷ κυρίῳ αὐτῆς, καὶ ἠλευθέρωσε τὰ τέκνα αὐτῆς· καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες, ἐδόξασαν τὸν Θεόν.

VII. Referebat Abbas Sisoes; quando eram in Sceti cum Macario, adscendimus septem nomina seu homines, ut cum eo meteremus: & ecce vidua quædam pone nos spicas colligebat, nec cessabat plorare. Vocavit ergo senex dominum prædii, dixitque ei, quid habet anus hæc, quod semper plorat? Respondit; quia vir ejus alicujus depositum dum servat, mortuus est subito, nec enunciavit, ubi posuerit illud, vultque depositi Dominus eam & liberos ejus sibi in servos vindicare. Excepit senex; Dic ei, ut veniat ad nos, ubi ob æstum conquiescimus. Cumque venisset mulier, ait illi senex; Quare omnino ita fles? Respondit illa; maritus meus accepto deposito emigravit e vita, nec significavit moriens, ubi posuerit. Tunc senex ad eam; veni, ostende mihi ubi sepelieris eum. Itaque ductis secum fratribus cum ea egressus est. Ut pervenerunt ad locum, dixit senex mulieri; Recede in domum tuam. Et postquam precati fuissent, vocavit senex mortuum his verbis; ille, ubi posuisti alienum depositum? Responsionem dedit homo; absconditum est in domo mea, sub pede lecti. Senex ad ipsum; iterum dormi usque ad resurrectionis diem. Hoc videntes fratres, præ timore ceciderunt ad pedes ejus. Tum illis senex; Non propter me id evenit; nihil quippe sum: sed propter viduam & pupillos Deus rem fecit: hoc vero magnum est, quod Deus vult animam esse sine peccato: & quidquid petierit accipiet. Profectus ergo nunciavit viduæ, ubi jaceret depositum. Quæ accipiens dedit domino, ac in libertatem asseruit liberos: omnesque qui miraculum audiverunt, gloriam dederunt Deo.

Ελεγεν ὁ Αββᾶς Πέτρος περὶ τοῦ ἁγίου Μακαρίου, ὅτι παραγενόμενός ποτε πρός τινα ἀναχωρητὴν, καὶ εὑρὼν αὐτὸν κακούμενον, ἐπυνθάνετο τί βούλοιτο τραγεῖν, οὐδενὸς ὄντος ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ· καὶ φήσαντος ἐκείνου, πάστιλον, εἰς τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν οὐκ ὤκνησεν ὁ ἀνδρεῖος παραγενέσθαι, καὶ δοῦναι τῷ καμόντι, καὶ τὸ θαυμαστὸν μηδενὶ κατάδηλον γενόμενον.

VIII. Narravit Abbas Petrus de beato Macario, quod cum advenisset aliquando ad quemdam anachoretam, & invenisset eum ægrotantem, sciscitatus sit, quidnam cibi vellet sumere: nihil quippe erat in cella ejus. Qui postquam dixisset, pastillum, non piguit virum fortem Alexandriam proficisci, ut ægro daret: miraque res nemini manifesta facta est.

Εἶπε πάλιν, ὅτι ἐν ἀκακίᾳ τοῦ Αββᾶ Μακαρίου πολιτευομένου πρὸς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, ἔφησαν αὐτῷ τινες· διατί οὕτως ἑαυτὸν ποιεῖς; ὁ δὲ εἶπε· δώδεκα ἔτη ἐδούλευσα τῷ κυρίῳ μου, ἵνα μοι χαρίσηται τὸ χάρισμα τοῦτο, καὶ πάντες μοι συμβουλεύεται ἀποθέσθαι αὐτό;

IX. Iterum memoravit; ad abbatem Macarium cum fratribus cunctis in simplicitate conversantem dixerunt nonnulli; Quare te talem præbes? Ille respondit; Duodecim annos servivi Domino meo, ut mihi hanc gratiam largiretur; & omnes mihi consilium datis, uti eam deponam?

Ελεγον περὶ τοῦ Αββᾶ Μακαρίου, ὅτι εἰ ἐσχόλησε μετὰ ἀδελφῶν, ἐκετίθει ἑαυτῷ ὅρον, ὅτι ἐὰν εὑρεθῇ οἶνος, διὰ τοὺς ἀδελφοὺς πίνε, καὶ ἀντὶ ἑνὸς ποτηρίου οἴνου, μίαν ἡμέραν μὴ πίῃς ὕδωρ· οἱ οὖν ἀδελφοὶ, χάριν ἀναπαύσεως ἐδίδουν αὐτῷ· ὁ δὲ γέ-

X. Dicebant de Abbate Macario, quod si cum fratribus vacans versaretur, ita secum constituebat; si vinum adfuerit propter fratres bibe; & pro uno vini poculo, per unum diem aquam non bibas. Igitur fratres, reficere cupientes, dabant ei. Senex

1. Abest ab al.
2. Al. πανουργίαν.
3. Ἑπτὰ ὀνόματα] Ad verbum Joannes interpres, *septem nomina*. Ex sensu ms. Bodecense, referente Bollando, & codex Corbeiensis, *septem fratres*. Nomina autem pro hominibus dici, a tot auctoribus probatum fuit, ut mirer potuisse id viros doctos ignorare. COTEL.
4. Al. πάντοτε.

ρῶν μετὰ χαρᾶς ἐλάμβανεν, ἵνα ἑαυτὸν βασανίσῃ. ὁ δὲ μαθητὴς εἰδὼς τὸ πρᾶγμα, ἔλεγε τοῖς ἀδελφοῖς· διὰ τὸν κύριον, μὴ δῶτε αὐτῷ· εἰδὲ μήγε, εἰς τὸ κελλίον μέλλει ἑαυτὸν δαμάζειν· καὶ μαθόντες οἱ ἀδελφοὶ, οὐκ ἔτι αὐτῷ παρεῖχον.

Παρερχόμενός ποτε ἀπὸ τοῦ ἕλους εἰς τὸ κελλίον ἑαυτοῦ ὁ Αββᾶς Μακάριος, ἐβάσταζε θαλλία, καὶ ἰδοὺ ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ διάβολος κατὰ τὴν ὁδὸν μετὰ δρεπάνου· καὶ ὡς ἠθέλησεν αὐτὸν κροῦσαι, οὐκ ἴσχυσε· καὶ λέγει αὐτῷ· πολλὴ βία ἀπὸ σοῦ Μακάριε, ὅτι οὐ δύναμαι πρὸς σέ· ἰδοὺ γὰρ εἴτι ποιεῖς, κἀγὼ ποιῶ· σὺ νηστεύεις·[1] κἀγώ· ἀγρυπνεῖς· κἀγὼ ὅλως οὐ κοιμῶμαι· ἓν ἐστι μόνον ἐν ᾧ νικᾷς με· λέγει αὐτῷ ὁ Αββᾶς Μακάριος· ποῖον τοῦτο; ὁ δὲ ἔφη· ἡ ταπείνωσίς σου· καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναμαι πρὸς σέ.

Ηρώτησάν τινες τῶν πατέρων τὸν Αββᾶν Μακάριον τὸν Αἰγύπτιον, λέγοντες· πῶς ὅτε ἐσθίεις, καὶ ὅτε νηστεύεις, καὶ σῶμά σου ξηρόν ἐστι; καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· τὸ ξύλον τὸ στρέφον τὰ καιόμενα φρύγανα, δι' ὅλου ἐσθίεται ἐκ τοῦ πυρός· οὕτως ἐὰν καθαρίσῃ ἄνθρωπος τὸν νοῦν αὐτοῦ ἐν τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ κατεσθίει τὸ σῶμα αὐτοῦ.

Ανέβη ποτὲ ὁ Αββᾶς Μακάριος ἀπὸ Σκήτεως εἰς Τερενοῦθιν· καὶ εἰσῆλθε εἰς τὸ ἱερὸν κοιμηθῆναι· ἦσαν δὲ ἐκεῖ σκηνώματα Ελλήνων παλαιά· καὶ λαβὼν ἕν, ὑπέθηκε τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ, ὡς ἐμβρίμιον· οἱ οὖν δαίμονες, ὁρῶντες αὐτοῦ τὸ θαρσαλαῖον, ἐφθόνησαν· καὶ θέλοντες αὐτὸν πτοῆσαι, ἐφώνουν ὡς γυναικὸς ὄνομα, λέγοντες· ἡ δεῖνα, δεῦρο μεθ' ἡμῶν εἰς τὸ βαλανεῖον· ὑπήκουσε δὲ ἄλλος δαίμων ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ὡς ἐκ τῶν νεκρῶν, λέγων· ξένον ἔχω ἐπάνω μου, καὶ οὐ δύναμαι ἐλθεῖν· ὁ δὲ γέρων οὐκ ἐπτοήθη· ἀλλὰ θαρρῶν ἔτυπτε τὸ σκήνωμα, λέγων· ἔγειρε, ὕπαγε εἰς τὸ σκότος, εἰ δύνασαι· καὶ τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες, ἐβόησαν φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες· ἐνίκησας ἡμᾶς· καὶ ἔφυγον καταισχυνόμενοι.

Ελεγον περὶ τοῦ Αββᾶ Μακαρίου τοῦ[2] Αἰγυπτίου, ὅτι ἀναβαίνων ἀπὸ Σκήτεως, καὶ βαστάζων σπυρίδας, κοπιάσας ἐκαθέσθη· καὶ ἤρξατο λέγων· Θεὸς, σὺ οἶδας ὅτι[3] οὐκ ἰσχύω· καὶ εὐθέως εὑρέθη ἐπὶ τὸν ποταμόν.

Ην τις ἔχων υἱὸν παραλυτικὸν ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ ἤνεγκεν αὐτὸν εἰς τὸ κελλίον τοῦ Αββᾶ Μακαρίου· καὶ ἀφεὶς αὐτὸν ἐπὶ τὴν θύραν κλαίοντα, ἀνεχώρησε μακράν· παρακύψας οὖν ὁ γέρων, εἶδε τὸ παιδίον[4], καὶ λέγει αὐτῷ· τίς ἤνεγκέ σε ὧδε; καὶ λέγει· ὁ πατήρ μου ἔρριψέ με ὧδε, καὶ ἀπῆλθε· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ἀναστὰς κατάλαβε αὐτόν· καὶ εὐθέως ὑγιάνας, ἀνέστη, καὶ κατέλαβε τὸν πατέρα αὐτοῦ· καὶ οὕτως ἀπῆλθον εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν.

Ο Αββᾶς Μακάριος ὁ μέγας, ἔλεγε τοῖς ἀδελφοῖς ἐν τῇ Σκήτει, ὡς ἀπέλυε τὴν ἐκκλησίαν· φεύγετε ἀδελφοί· καὶ εἶπεν αὐτῷ τις τῶν γερόντων· ποῦ ἔχομεν φυγεῖν πλέον τῆς ἐρήμου ταύτης; ὁ δὲ ἐτίθει τὸν δάκτυλον αὐτοῦ εἰς τὸ στόμα, λέγων· τοῦτο φεύγετε· καὶ εἰσήρχετο εἰς τὸ κελλίον ἑαυτοῦ, καὶ ἔκλειε τὴν θύραν καὶ ἐκάθετο.

Εἶπεν ὁ αὐτὸς Αββᾶς Μακάριος· ἐάν τινι ἐπιτιμῶν, εἰς ὀργὴν κινηθῇς, ἴδιον πάθος πληροῖς· οὐ γὰρ ἵνα ἄλλους σώσῃς, σεαυτὸν ἀπολέσεις.

A autem cum gaudio admittebat, ut se ipsum torqueret. At discipulus ejus, cui res nota erat, dicebat fratribus; per Dominum, ne præbeatis illi; alioqui in cella confecturus est se. Quo comperto fratres, non amplius ei porrigebant.

XI. Proficiscens aliquando Abbas Macarius a palude in cellam suam, portabat palmarum ramos: & ecce occurrit ei in via diabolus falcem gerens. Utque voluit eum ferire, non valuit. Itaque ait ei; multa a te vis, Macari, quod adversus te nihil valeo. En enim, quidquid agis, ego quoque facio. Tu cibo abstines, & ego: vigilas; ego penitus non dormio. Unum solum est in quo vincis
B me. Interrogavit Abbas Macarius; Quodnam est illud? Respondit; humilitas tua. Ac propterea adversus te nihil possum.

XII. Interrogaverunt quidam e patribus Abbatem Macarium Ægyptium, dicentes; qui fit, ut sive comedas, sive jejunes, corpus tuum pariter siccum sit? Responditque illis senex; lignum quod versat sarmenta quæ comburuntur, omnino ab igne consumitur. Simili modo si mentem suam homo in timore Dei mundaverit, ipse Dei timor corpus ejus consumit.

XIII. Profectus est aliquando Abbas Macarius a
C Sceti in Terenuthim; & ingressus est fanum, ut dormiret. Erant autem ibi vetera ethnicorum cadavera; e quibus unum acceptum posuit sub capite suo, velut embrimium. Dæmones ergo intuiti audaciam ejus, invidia ducti sunt: ac volentes eum terrere, velut feminam de nomine vocabant, dicentes: Illa, veni nobiscum ad balneum: respondit autem alius dæmon sub ipso tamquam e mortuis, sic; Peregrinum habeo super me, nec possum venire. At senex territus non est, sed audacter verberabat corpus, Surge, inquiens, vade in tenebras si potes. Quo audito dæmones clamaverunt voce magna; vicisti nos. Tum pudore suffusi aufugerunt.

D XIV. Dicebant de Abbate Macario Ægyptio, quod adscendens e Sceti, ac sportulas portans, defatigatus sedit, oravitque ad hunc modum; Deus, tu scis, nihil mihi virium superesse. Et illico juxta fluvium est delatus.

XV. Quidam in Ægypto filium habebat paralyticum, & tulit eum ad cellam Abbatis Macarii; relinquens autem ad ostium plorantem, longe abscessit. Igitur senex deorsum adspiciens vidit puerum; & interrogavit eum; Quis te huc attulit? Respondit; Pater meus hic me projecit, & abiit. Dicit ei senex; surgens assequere eum. Statimque sanitate recuperata surrexit, & patrem consecutus est:
E atque ita reversi sunt in domum suam.


XVI. Abbas Macarius Magnus dicebat fratribus in Sceti, postquam ecclesiam dimisisset; Fugite, fratres. Ait illi seniorum quidam; quonam fugere poterimus ultra solitudinem hanc? Ipse vero digitum suum ad os ponebat, dicens; Fugite hoc. Tum ingrediebatur in cellam suam, & clauso ostio sedebat.

XVII. Dixit idem Abbas Macarius; si quempiam increpando, ad iram commoveris, affectui tuo satisfacis. Non enim ut alios salves, perdes te ipsum.

1. Al. ἐγὼ οὐδὲ ὅλως τρώγω. 2. Al. μεγάλου. 3. Al. οὐκέτι. 4. Al. add. ὅτι ἔκλαιεν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



Ο αὐτὸς Ἀββᾶς Μακάριος ἐν Αἰγύπτῳ ὢν, εὗρεν ἄνθρωπον ἔχοντα κτῆνος καὶ συλῶντα τὰς χρείας αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς ὡς ξένος παραστὰς τῷ συλοῦντι, συνεγέμιζε τὸ κτῆνος, καὶ μετὰ πολλῆς ἡσυχίας προέπεμπεν αὐτὸν, λέγων, ὅτι οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, [1] δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. Ὁ κύριος ἔδωκεν· ὡς αὐτὸς ἠθέλησεν, οὕτως καὶ ἐγένετο· εὐλογητὸς κύριος ἐπὶ πᾶσιν.

A XVIII. Idem Abbas Macarius, dum esset in Ægypto, invenit hominem habentem jumentum, & prædantem quæ ad usum suum possidebat: ipse vero tamquam peregrinus adstans furi, una onerabat jumentum, magnaque cum quiete deduxit eum, dicens; [a] *Nihil intulimus in mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus.* [b] *Dominus dedit: sicut ipse voluit, ita & factum est. Benedictus Dominus in omnibus.*

Ἠρώτησάν τινες τὸν Ἀββᾶν Μακάριον, λέγοντες· πῶς ὀφείλομεν προσεύχεσθαι; λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· οὐκ ἔστι χρεία βαττολογεῖν, ἀλλ' ἐκτείνειν [2] τὰς χεῖρας, καὶ λέγειν· κύριε ὡς θέλεις καὶ ὡς οἶδας, ἐλέησον· ἐὰν δὲ ἐπίκειται πόλεμος· κύριε βοήθει [3]· καὶ αὐτὸς οἶδε τὰ συμφέροντα, καὶ ποιεῖ μεθ' ἡμῶν ἔλεος.

XIX. Interrogaverunt quidam Abbatem Macarium dicentes; Quomodo debemus orare? Respondit ille senex; Non opus est loqui multum, sed extendendæ sunt manus; proferendumque; Domine, sicut vis & B sicut nosti, miserere. Si autem ingruerit tentationis impugnatio, dici debet; Domine, adjuva. Ipse scit, quæ expediant, & facit nobiscum misericordiam.

Εἶπεν ὁ Ἀββᾶς Μακάριος· εἰ γέγονεν ἐν σοὶ, ἡ ἐξουδένωσις ὡς ὁ ἔπαινος, καὶ ἡ πενία ὡς ὁ πλοῦτος, καὶ ἡ ἔνδεια ὡς ἡ δαψίλεια, οὐκ ἀποθνήσκεις· ἀμήχανον γάρ ἐστι τὸν καλῶς πιστεύοντα, καὶ ἐν εὐσεβείᾳ ἐργαζόμενον, ἐμπεσεῖν εἰς ἀκαθαρσίαν παθῶν καὶ δαιμόνων πλάνην.

XX. Dixit Abbas Macarius; si apud te exstiterit contemtus velut laus, paupertas tamquam divitiæ, indigentia sicut abundantia, non moreris. Fieri enim non potest, ut qui recte credit, & in pietate operatur, incidat in vitiorum sordes ac dæmonum errorem.

Ἔλεγον, ὅτι ἐσφάλησαν δύο ἀδελφοὶ Σκήτην· καὶ ἐχώρισεν αὐτοὺς ὁ Ἀββᾶς Μακάριος ὁ πολιτικός· καὶ ἦλθόν τινες, καὶ εἶπον τῷ Ἀββᾷ Μακαρίῳ τῷ μεγάλῳ τῷ Αἰγυπτίῳ, ὁ δὲ εἶπεν· οὐκ εἰσὶν οἱ ἀδελφοὶ κεχωρισμένοι, ἀλλὰ Μακάριός ἐστι κεχωρισμένος· ἦν γὰρ ἀγαπῶν αὐτόν· ἤκουσεν ὁ Ἀββᾶς Μακάριος, ὅτι ἐχωρίσθη ὑπὸ τοῦ γέροντος, καὶ ἔφυγεν εἰς τὸ ἕλος· ἐξῆλθεν οὖν ὁ Ἀββᾶς Μακάριος ὁ μέγας· καὶ εὑρίσκει αὐτὸν τιτρωσκόμενον ὑπὸ τῶν κωνώπων· καὶ λέγει αὐτῷ· σὺ ἐχώρισας τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ ἰδοὺ εἶχον ἀναχωρῆσαι εἰς τὴν κώμην· ἐγὼ δέ σε ἐχώρισα· καὶ σὺ ὡς καλὴ παρθένος εἰς τὸν ἐσώτερον κοιτῶνα ἔφυγες ὧδε· ἐγὼ καλέσας τοὺς ἀδελφοὺς, ἔμαθον παρ' αὐτῶν καὶ εἶπον· οὐδὲν τούτων γέγονε, βλέπε οὖν καὶ σὺ ἀδελφὲ μὴ ἀπὸ δαιμόνων ἐχλευάσθης, οὐδὲν γὰρ ἑώρακας, ἀλλὰ βάλε μετάνοιαν ὑπὲρ τοῦ σφάλματός σου· ὁ δὲ εἶπεν· εἰ θέλεις δός μοι μετάνοιαν· ἰδὼν δὲ ὁ γέρων τὴν ταπείνωσιν αὐτοῦ, ἔλεγεν· ὕπαγε καὶ νήστευσον τρεῖς ἑβδομάδας, κατὰ ἑβδομάδα ἐσθίων· αὕτη γὰρ ἦν ἐργασία αὐτοῦ πάντοτε, τὰς ἑβδομάδας νηστεύειν.

XXI. Referebant; duo fratres in Sceti deliquerunt; quos segregavit seu excommunicavit Abbas Macarius urbicus: & venerunt nonnulli, nunciaC runtque Abbati Macario Magno, Ægyptio. Qui affirmavit, fratres non esse segregatos sed Macarium: etenim diligebat eum. Auditu accepit Abbas Macarius, quod a sene excommunicatus fuisset, fugitque ad paludem. Egressus itaque est Abbas Macarius magnus; ac reperit eum a culicibus perforatum dicitque ei; tu segregasti fratres; & secessuri sunt in vicum. Ego vero segregavi te; tuque veluti pulcra virgo, in interius cubiculum fugisti huc. At ego vocatis fratribus ab ipsis didici, nihil horum factum esse. Vide igitur tu frater, ne a dæmonibus illusus fueris. Nam nihil vidisti. Sed veniam incurvatus pete pro delicto tuo. Ille autem dixit; si vis, da mihi pœnitentiam. Videns ergo senex humilitatem D illius, ait: vade jejuna tres hebdomadas, semel singulis hebdomadis comedens. Hæc scilicet erat illius perpetua operatio, hebdomadas jejunare.

Εἶπεν ὁ Ἀββᾶς Μωϋσῆς τῷ Ἀββᾷ Μακαρίῳ εἰς Σκήτην· θέλω ἡσυχάσαι, καὶ οὐκ ἀφιοῦσί με οἱ ἀδελφοί· καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἀββᾶς Μακάριος· θεωρῶ ὅτι ἡ φύσις σου ἁπαλή ἐστι, καὶ οὐ δύνασαι ἀποστρέψαι ἀδελφόν· ἀλλ' ἐὰν θέλῃς ἡσυχάσαι, ὕπαγε εἰς τὴν ἔρημον ἔσω εἰς τὴν πέτραν, κἀκεῖ ἡσυχάζεις· καὶ τοῦτο ἐποίησε, καὶ ἀνεπάη.

XXII. Dixit Abbas Moyses Abbati Macario in Sceti; Volo cum quiete ac silentio vivere, nec sinunt me fratres. Ait illi Abbas Macarius; Video te indolis mollioris esse, nec posse fratrem a te avertere: sed si desideras quietam vitam, proficiscere ad eremum, intro in petra, & illic quiete deges. Atque hoc fecit, & conquievit.

Ἀδελφὸς παρέβαλε τῷ Ἀββᾷ Μακαρίῳ τῷ Αἰγυπτίῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀββᾶ, εἰπέ μοι ῥῆμα πῶς σωθῶ; καὶ λέγει ὁ γέρων· ὕπαγε εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ ὕβρισον τοὺς νεκρούς· ἀπελθὼν οὖν ὁ ἀδελφὸς, ὕβρισε καὶ ἐλίθασε· καὶ ἐλθὼν ἀπήγγειλε τῷ γέροντι· καὶ λέγει αὐτῷ· οὐδέν σοι ἐλάλησαν; ὁ δὲ ἔφη· οὐχί· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ὕπαγε πάλιν αὔριον, καὶ δόξασον αὐτούς· ἀπελθὼν οὖν ὁ ἀδελφὸς, ἐδόξασεν αὐτοὺς, λέγων· ἀπόστολοι ἅγιοι, καὶ δίκαιοι· καὶ ἦλθε πρὸς τὸν γέροντα, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἐδόξασα· καὶ λέγει αὐτῷ· οὐδέν σοι ἀπεκρίθησαν; ἔφη ὁ ἀδελφός· οὐχί· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· οἶδας πόσα ἠτίμασας αὐτοὺς, καὶ οὐδὲν ἀπεκρίθησαν, καὶ

E XXIII. Frater convenit Abbatem Macarium Ægyptium, & dixit ei; Abba, effare mihi verbum, quonam modo salvus ero. Ait senex; vade ad sepulcrum, & maledictis mortuos impete. Abiens igitur frater, conviciis & lapidibus appetiit: reversusque annunciavit seni. Quærit ab eo; nihil tibi responderunt? Frater; Nihil. Tum senex inquit. Iterum proficiscere cras, laudibus eos effer. Pergens itaque frater, collaudavit eos, vocans; Apostoli sancti, justi. Tum adiit senem dixitque; laudavi. Ille ei; nihil tibi responderunt? frater; Nullo modo. Tunc senex infit; Nosti quantis eos contumeliis affeceris, nec quidquam reposuerunt tibi; &


[a] 1. Tim. VI. 7. [b] Job I. 21.

1. Abest ab al. hoc comma. 2. Al. infer. πυκνάς. 3. Al. add. με. Al. vero μοι.

πάντα ἐδόξασας αὐτοὺς, καὶ οὐδέν σοι ἐλάλησαν· οὕτως καὶ σὺ ἐὰν θέλῃς σωθῆναι, γενοῦ νεκρός· μήτε τὴν ἀδικίαν τῶν ἀνθρώπων, μήτε τὴν δόξαν αὐτῶν λογίσῃ, ὡς οἱ νεκροί· καὶ δύνασαι σωθῆναι.

A quantis eosdem laudibus ornaveris, nihilque ad te prolocuti sunt: ita etiam tu, si salutem consequi desideras, mortuus fias; nec injurias hominum, nec laudes eorum cogites, instar mortuorum: sic poteris salvus fieri.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



Παρερχόμενός ποτε ὁ Ἀββᾶς Μακάριος μετὰ ἀδελφῶν διὰ τοῦ Αἰγύπτου, ἤκουσε παιδίου λέγοντος τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Ἀμμᾶ, πλούσιός τις ἀγαπᾷ με, καὶ μισῶ αὐτόν· καὶ πτωχὸς μισεῖ με, καὶ ἀγαπῶ αὐτόν· καὶ ἀκούσας ὁ Ἀββᾶς Μακάριος, ἐθαύμασε· καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἀδελφοί· τί ἐστι τὸ ῥῆμα τοῦτο, πάτερ, ὅτι ἐθαύμασας; καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· ἀληθῶς ὁ κύριος ἡμῶν πλούσιός ἐστι καὶ ἀγαπᾷ ἡμᾶς, καὶ οὐ θέλομεν αὐτοῦ ἀκοῦσαι· ὁ δὲ ἐχθρὸς ἡμῶν διάβολος πτωχός ἐστι καὶ μισεῖ ἡμᾶς, καὶ ἀγαπῶμεν αὐτοῦ τὴν ἀκαθαρσίαν.

XXIV. Præteriens aliquando Abbas Macarius per Ægyptum una cum fratribus, audivit puerum ita matri suæ loquentem; Mater, quidam dives diligit me, & odi eum; pauper vero odit me, ac eum diligo. Quo audito sermone admiratus est Abbas Macarius. Dicunt ei fratres; Quid hoc verbi est, pater, quod affectus sis admiratione? Respondit illis senex; Revera Dominus noster dives est diligitque B nos, nec volumus illi obtemperare; inimicus autem noster diabolus pauper est, odioque nos prosequitur, & diligimus ejus impuritatem.

Παρεκάλεσεν ὁ Ἀββᾶς Ποιμὴν αὐτὸν μετὰ πολλῶν δακρύων, λέγων· εἰπέ μοι ῥῆμα πῶς σωθῶ· ἀποκριθεὶς δὲ ὁ γέρων εἶπεν αὐτῷ· τὸ πρᾶγμα ὃ ζητεῖς, ἀπῆλθε νῦν ἀπὸ τῶν μοναχῶν.

XXV. Rogavit eumdem multis cum lacrymis Abbas Pœmen, dicens; Eloquere mihi verbum, quo modo assecuturus sim salutem. Senex vero ei respondit; Quam quæris rem, nunc recessit a monachis.

Παρέβαλέ ποτε ὁ Ἀββᾶς Μακάριος τῷ Ἀββᾷ Ἀντωνίῳ· καὶ λαλήσας αὐτῷ, ὑπέστρεψεν εἰς Σκῆτιν. καὶ ἦλθον οἱ πατέρες εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ· καὶ ὡς ἐλάλουν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ γέρων· ἔφην τῷ Ἀββᾷ Ἀντωνίῳ, ὡς οὐκ ἔχομεν προσφορὰν ἐν τῷ τόπῳ ἡμῶν· καὶ ἤρξαντο οἱ πατέρες λαλεῖν περὶ ἄλλων, καὶ οὐκ ἠρώτησαν ἔτι μαθεῖν τὴν ἀπόκρισιν παρὰ τοῦ γέροντος, οὔτε ὁ γέρων αὐτοῖς εἶπε· τοῦτο οὖν ἔλεγέ τις τῶν πατέρων, ὅτι ἐὰν ἴδωσιν οἱ πατέρες ὅτι λανθάνει τοὺς ἀδελφοὺς [1] τῷ ἐρωτῆσαι περὶ πράγματος ἀδελφοῦντος αὐτοὺς, ἀναγκάζουσιν ἑαυτοὺς εἰπεῖν ἀρχὴν τοῦ λόγου· ἐὰν δὲ μὴ ἀναγκασθῶσι παρὰ τῶν ἀδελφῶν, οὐκ ἔτι λαλοῦσι τὸν λόγον· ἵνα μὴ εὑρεθῶσιν ὡς μὴ ἐπερωτώμενοι καὶ λαλοῦντες, καὶ ὡς ἀργολογία εὑρίσκηται.

XXVI. Aliquando Abbatem Antonium convenit Abbas Macarius, habitoque ad eum sermone, Scetin reversus est. Obviam ei processerunt patres. Et in colloquio ait illis senex; Abbati Antonio dixi; quod in loco nostro careamus oblatione. Cœperunt C patres differere aliis de rebus, nec requisierunt responsum discere a sene, nec senex eis prolocutus est. Hoc ergo pronunciabat Patrum quidam; Cum viderint Patres, e fratrum memoria excidere, ut interrogent de re eis utili, necessitatem sibi imponunt principium orationis proferendi: quod si a fratribus non adigantur, non persequuntur sermonem; ut ne deprehendantur locuti neque interrogati, videaturque esse otiosa loquela.

Ἠρώτησεν ὁ Ἀββᾶς Ἡσαΐας τὸν Ἀββᾶν Μακάριον, λέγων· εἰπέ μοι ῥῆμα· καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους· ἔλεγε αὐτῷ ὁ Ἀββᾶς Ἡσαΐας τί ἐστι τὸ φεύγειν τοὺς ἀνθρώπους; ὁ δὲ γέρων εἶπεν αὐτῷ· τὸ καθίσαι εἰς τὸ κελλίον σου, καὶ κλαῦσαι τὰς ἁμαρτίας σου.

XXVII. Hunc in modum percontatus est Abbas Esaias Abbatem Macarium; Profer mihi sententiam. Et dixit ei senex: Homines fuge. Rursus Abbas D Esaias; Quid est fugere homines; Senex vero; Sedere in cella tua, & deflere tua peccata.

Ἔλεγεν ὁ Ἀββᾶς Παφνούτιος ὁ μαθητὴς τοῦ Ἀββᾶ Μακαρίου, ὅτι παρεκάλεσα τὸν πατέρα μου, λέγων· εἰπέ μοι λόγον· ὁ δὲ ἔφη· μὴ κακοποιήσῃς τινὰ, μὴ δὲ καταρκρίνῃς τινά· ταῦτα τήρει, καὶ σώζῃ.

XXVIII. Hoc referebat Abbas Paphnutius discipulus Abbatis Macarii: Rogavi Patrem meum, ut aliquid mihi diceret. Illius autem oratio fuit; Neminem læseris, neminem condemnaveris. Hæc observa, & salvus fies.

Εἶπεν ὁ Ἀββᾶς Μακάριος· μὴ κοιμηθῇς εἰς κελλίον ἀδελφοῦ ἔχοντος κακὴν φήμην.

XXIX. Dixit Abbas Macarius; Noli dormire in cella fratris, qui malam famam habet.

Παρέβαλόν ποτε τῷ Ἀββᾷ Μακαρίῳ ἀδελφοὶ εἰς Σκῆτιν, καὶ οὐχ εὗρον ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ οὐδὲν, εἰ μὴ ὕδωρ σαπρόν· καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Ἀββᾶ, δεῦρο ἄνω εἰς τὴν κώμην, καὶ ἀναπαυόμέν σε· λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· οἴδατε ἀδελφοὶ τὸ ἀρτοκοπεῖον τοῦ δεῖνος εἰς τὴν κώμην; καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ναί· λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· κἀγὼ οἶδα αὐτό· οἴδατε καὶ τὸ χωρίον τοῦ δεῖνος ὅπου ὁ ποταμὸς κρούει; λέγουσιν αὐτῷ· ναί· λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· κἀγὼ οἶδα αὐτό· ἐμαυτῷ [2] ἀναβαίζω.

XXX. Accesserunt aliquando fratres ad Abbatem E Macarium Sceti agentem, nec quidquam invenerunt in cella ejus, nisi aquam putridam. Dicunt ei; Abba, adscende in pagum, reficiemus te. Excepit senex; Nostis, fratres, illius talis hominis pistrinum in pago? Respondent; Etiam. Tum senex: Ego quoque novi. Scitis & prædium illius, ubi fluvius salit? Ajunt; Scimus. Ego quoque scio, inquit senex. Quando igitur placet, vestri opus non habeo, sed mihi apporto.

Ἔλεγον περὶ τοῦ Ἀββᾶ Μακαρίου, ὅτι εἰ προσήρχετο αὐτῷ ἀδελφὸς, ὡς ἁγίῳ γέροντι καὶ μεγάλῳ μετὰ φόβου, οὐδὲν ἐλάλει αὐτῷ· εἰ δὲ ἔλεγεν αὐτῷ τις τῶν ἀδελφῶν ὡς ἐξουθενῶν αὐτόν· Ἀββᾶ,

XXXI. Ajebant de Abbate Macario, quod si ad eum accederet Frater, cum timore, tamquam ad sanctum & magnum senem, nihil ei loquebatur. Si vero fratrum quispiam tamquam nihili faciens ei

1. Al. τὸ.

2. Pro ἀναβιβάζω.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

ἄρα ὅταν ἦς καμηλείτης καὶ ἔκλεπτες νίτρον καὶ ἐπώλεις αὐτὸ, οὐκ ἔδερόν σε οἱ [1] τηρηταί; εἰ ταῦτά τις ἔλεγεν αὐτῷ, ἐλάλει αὐτῷ μετὰ χαρᾶς, εἴτι αὐτὸν ἠρώτα.

diceret; Abba, quando eras camelarius, & nitrum furabaris, ac vendebas, nonne verberabant te custodes? Si ista quis esset prolocutus, huic cum gaudio, si quid interrogasset, responsum dabat.

Ελεγον περὶ τοῦ Αββᾶ Μακαρίου τοῦ μεγάλου, ὅτι γέγονε καθὼς ἐστι γεγραμμένον, Θεὸς ἐπίγειος· ὅτι ὥσπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς σκεπάζων τὸν κόσμον· οὕτως γέγονεν ὁ Αββᾶς Μακάριος σκεπάζων τὰ ἐλαττώματα, ἃ ἔβλεπεν ὡς μὴ βλέπων, καὶ ἃ ἤκουεν ὡς μὴ ἀκούων.

XXXII. De Abbate Macario Magno asserebant, quod exstiterit, sicut scriptum est, Deus terrestris. Quia quemadmodum Deus mundum tegit; ita Abbas Macarius delicta obtegebat; quæ viderat quasi non vidisset, quæ audierat, quasi non audivisset.

Διηγήσατο ὁ Αββᾶς Βιτίμιος, ὅτι ἔλεγεν ὁ Αββᾶς Μακάριος· καθημένου μου ποτὲ εἰς Σκῆτιν, κατέβησαν δύο νεώτεροι ξενικοὶ ἐκεῖ· καὶ ὁ μὲν εἷς εἶχε γένειον, ὁ δὲ ἄλλος ἀρχὴν βάλλων γενείου· καὶ ἦλθον πρὸς μὲ λέγοντες· ποῦ ἐστιν ἡ κέλλα τοῦ Αββᾶ Μακαρίου; κἀγὼ εἶπον· τί θέλετε αὐτόν; καὶ λέγουσιν· ἀκούοντες τὰ περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς Σκήτεως, ἤλθομεν ἰδεῖν αὐτόν· λέγω αὐτοῖς· ἐγώ εἰμι· καὶ ἔβαλον μετάνοιαν, λέγοντες· ὧδε θέλομεν μεῖναι· ἐγὼ δὲ βλέπων αὐτοὺς τρυφεροὺς καὶ ὡς ἀπὸ πλούτου, λέγω αὐτοῖς· οὐ δύνασθε καθίσαι ὧδε· καὶ λέγει ὁ μειζότερος· ἐὰν μὴ δυνώμεθα καθίσαι ὧδε, ὑπάγομεν ἀλλαχοῦ· λέγω ἐγὼ τῷ λογισμῷ μου· διατί διώκω αὐτοὺς καὶ σκανδαλίζονται; ὁ κόπος ποιεῖ αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν φυγεῖν· καὶ λέγω αὐτοῖς· δεῦτε, ποιήσατε ἑαυτοῖς κελλίον εἰ δύνασθε· καὶ λέγουσι· δεῖξον ἡμῖν τόπον, καὶ ποιοῦμεν· ἔδωκε δὲ αὐτοῖς ὁ γέρων [2] πέλεκυν καὶ ἀναβολίδιν μεστὸν ψωμίων καὶ ἀλός· ἔδειξε δὲ αὐτοῖς ὁ γέρων καὶ πέτραν σκληράν, λέγων· λατομήσατε ὧδε, καὶ φέρετε αὐτοῖς ξύλα ἐκ τοῦ ἕλους, καὶ στεγάσαντες καθίσατε· ἐνόμιζον δὲ ἐγώ φησιν, ὅτι μέλλουσι διὰ τὸν κόπον [3] ἀναχωρεῖν. ἠρώτησαν δέ με, τί ἐργάζονται ὧδε; λέγω αὐτοῖς· τὴν σειράν· καὶ λαμβάνω βάϊα ἐκ τοῦ ἕλους, καὶ δεικνύω αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν τῆς σειρᾶς, καὶ πῶς ῥάπτειν δεῖ· καὶ εἶπον· ποιεῖτε σπυρίδας, καὶ παρέχετε τοῖς φύλαξι, καὶ φέρουσιν ὑμῖν ψωμία· λοιπὸν οὖν ἐγὼ ἀνεχώρησα· αὐτοὶ δὲ μεθ' ὑπομονῆς πάντα ἐποίησαν, ὅσα εἶπον αὐτοῖς· καὶ οὐ παρέβαλόν μοι ἐπὶ τρία ἔτη· καὶ ἔμεινα πολεμῶν τοῖς λογισμοῖς λέγων· τίς ἄρα ἐστὶν ἡ ἐργασία αὐτῶν, ὅτι οὐκ ἦλθον ἐρωτῆσαι λογισμόν; οἱ ἀπὸ [4] μήκοθεν ἔρχονται πρὸς μέ· καὶ οὗτοι οἱ ἐγγὺς οὐκ ἦλθον, οὔτε δὲ πρὸς ἄλλους ὑπῆγον· εἰ μὴ μόνον εἰς τὴν ἐκκλησίαν σιωπῶντες, λαβεῖν τὴν προσφοράν· καὶ ηὐξάμην τῷ Θεῷ νηστεύσας τὴν ἑβδομάδα, ἵνα δείξῃ μοι τὴν ἐργασίαν αὐτῶν· ἀναστὰς δὲ μετὰ τὴν ἑβδομάδα, ἀπῆλθον πρὸς αὐτοὺς ἰδεῖν πῶς κάθηνται· καὶ κρούσαντός μου ἀνέῳξαν, καὶ ἠσπάσαντό με σιωπῶντες· καὶ ποιήσας εὐχὴν, ἐκάθισα· νεύσας δὲ ὁ μείζων τῷ μικροτέρῳ ἐξελθεῖν, ἐκάθισε [5] πλέκειν τὴν σειρὰν λαλήσας μηδέν, καὶ τῇ ὥρᾳ τῆς ἐνάτης, ἔκρουσε, καὶ ἦλθε ὁ νεώτερος, καὶ ἐποίησε μικρὸν ἕψημα, καὶ παρέθηκε τράπεζαν, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ μειζοτέρου· καὶ ἔθηκεν εἰς αὐτὴν τρεῖς παξαμάδας, καὶ ἔστη σιωπῶν· ἐγὼ δὲ εἶπον· ἐγείρεσθε, φάγωμεν· καὶ ἀναστάντες, ἐφάγομεν· καὶ ἤνεγκε τὸ βαυκάλιον, καὶ ἐπίομεν· ὡς δὲ ἐγένετο ἑσπέρα, λέγουσί μοι· ὑπάγεις; ἐγὼ δὲ εἶπον· οὐχί· ἀλλ' ὧδε κοιμῶμαι· καὶ ἔθηκάν μοι ψιάθιον παρὰ μέρος, καὶ ἑαυτοῖς εἰς τὴν [6] γωνίαν παρὰ μέρος· καὶ ἦραν τὰς ζώνας αὐτῶν καὶ τοὺς ἀναλάβους· καὶ ἔθηκαν ἑαυτοὺς ὁμοῦ εἰς τὸ ψιάθιον ἔμπροσθέν μου· ὡς δὲ ἔθηκαν ἑαυτοὺς, ηὐξάμην τῷ Θεῷ, ἵνα ἀποκαλύψῃ τὴν ἐργασίαν αὐτῶν· καὶ ἠνεῴχθη ἡ στέγη, καὶ ἐγένετο φῶς ὡς [7] ἡμέρα· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐθεώρουν τὸ φῶς. καὶ ὡς ἐνόμιζον ὅτι κοιμῶμαι, νύσσει ὁ μείζων τὸν μικρό-

XXXIII. Narratio Abbatis Vitimii exstitit, quod ita retulerit Abbas Macarius; Sedente me aliquando in Sceti, descenderunt illuc duo juvenes peregrini; quorum unus barbam gerebat, alter vero primam emittebat lanuginem. Hi venerunt ad me rogantes, ubi esset cella Abbatis Macarii? Tum Ego; quid eum vultis? Ajunt; Audita ejus ac Sceteos fama, venimus, ut videamus eum. Dico; Ego sum. Factaque corporis inclinatione, inquiunt. Hoc in loco cupimus manere. Ego vero videns eos delicatos & velut in divitiis eductos, ajo; Non potestis residere hic. Tum major infit; si non possumus remanere hic, ad alium pergemus locum. Ego intra mentem meam; cur pello eos, & scandalum patientur? Efficiet labor, ut ipsi sponte fugiant. Itaque dico eis; Venite, construite vobis cellam, si potestis. Illi, Ostende nobis locum, construemus; dedit autem eis senex securim, peramque plenam panibus, & sal: ostenditque petram duram, monens; lapides heic incidite, atque ex palude portate vobis ligna, tectoque imposito, residete. Putabam autem, inquit, illos propter laborem recessuros. Porro petierunt a me, quid eo loci operaturi essent. Respondi, plectam facerent: sumtisque e palude foliis palmarum, ostendi ipsis plectæ seu funis principium; utque consuere oporteret; dixique; facite sportas, quas tradetis custodibus, ipsi vero afferent nobis panes. Deinde abscessi. At illi patienter quæcumque mandaveram exsecuti sunt: nec venerunt ad me tribus annis. Ego vero assidue cum animo meo colluctabar, reputans; Ecquæ est eorum operatio, quod non accesserint interrogaturi de cogitatione? Qui procul habitant, veniunt ad me: & isti cum propinqui sint, non accesserunt, nec ad alios profecti sunt: dumtaxat pergunt ad ecclesiam, taciti, ut accipiant oblationem. Igitur oravi Dominum, jejunans una hebdomade, ut manifestum mihi faceret, quidnam operentur. Post hebdomadam vero surgens, ad eos abii, ut intuerer, quo modo agerent. Et cum pulsassem aperuerunt, meque salutarunt cum silentio. Feci orationem, & sedi. Major innuit minori, ut egrederetur; ipseque sedit, ad conficiendam plectam, nec quidquam loquebatur. Ad horam vero nonam strepitum edidit. Venit junior, fecit parum polentæ, ac majore innuente adposuit mensam, cumque super eam tres paximates posuisset, stetit tacens. Ego vero dixi; surgite comedamus. Inde consurgentes cibum sumsimus. Attulit baucale, ac bibimus. Ut autem advenit vespera, petunt a me; Recedis ne? Respondi; Non, sed heic dormio. Unde posuerunt mihi stoream ex parte, & sibi ad alium angulum ex parte; tuleruntque zonas suas & succinctoria, simulque collocaverunt se in matta ante me. Ceterum postquam composuerunt se, oravi Deum, ut mihi operationem eorum revelaret. Tunc apertum est tectum, ortaque est lux, velut per diem; ipsi autem non cernebant lucem. Cum vero

1. Al. κριταί.
2. Al. πέλυκα. Et mox ἀναβολίδιον.
3. Al. φεύγειν.
4. Al. μακρόθεν.
5. Al. πλέκων. Et mox μικρότερος pro νεώτερος.
6. Al. infer. ἄλλην.
7. Al. ἐν ἡμέρᾳ.

A τερον εἰς τὴν πλευρὰν, καὶ ἐγείρονται, καὶ [1] ζώννυσιν ἑαυτοὺς, καὶ ἐκτείνουσι τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐθεώρουν αὐτούς· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐθεώρουν με· καὶ εἶδον τοὺς δαίμονας ἐρχομένους ὥσπερ μυίας ἐπὶ τὸν μικρότερον· καὶ οἱ μὲν ἤρχοντο καθίσαι εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, οἱ δὲ εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ· καὶ εἶδον ἄγγελον κυρίου κατέχοντα ῥομφαίαν πυρὸς, καὶ περιχαρακοῦντα αὐτὸν, καὶ διώκοντα τοὺς δαίμονας ἀπ' αὐτοῦ· τῷ δὲ μειζοτέρῳ οὐκ ἐδύναντο προσεγγίσαι· καὶ ὡς περὶ τὴν πρωΐαν ἔθηκαν ἑαυτούς· κἀγὼ ἐποίησα ἐμαυτὸν ὅτι διϋπνίσθην, καὶ αὐτοὶ ὡσαύτως· εἶπε δέ μοι ὁ μείζων τὸν λόγον τοῦτον μόνον· θέλεις βάλωμεν τοὺς δώδεκα ψαλμούς; λέγω· ναί· καὶ ψάλλει ὁ μικρότερος πέντε ψαλμοὺς ἀπὸ ἓξ στίχων καὶ B ἓν ἀλληλούϊα· καὶ κατὰ στίχον ἐξήρχετο λαμπὰς πυρὸς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἀνέβαινεν εἰς τὸν οὐρανόν. ὡσαύτως καὶ ὁ μείζων, ὅτε ἤνοιγε τὸ στόμα αὐτοῦ ψάλλων, ὡς σχοινίον πυρὸς ἐξήρχετο, καὶ ἔφθανεν ἕως τοῦ οὐρανοῦ· κἀγὼ εἶπον μικρὸν ἀπὸ στήθους· καὶ ἐξελθὼν, λέγω· εὔξασθε [2] περὶ ἐμοῦ· αὐτοὶ δὲ ἔβαλον μετάνοιαν, σιωπῶντες· ἔμαθον οὖν ὅτι ὁ μείζων τέλειός ἐστι· τῷ δὲ μικροτέρῳ ἀκμὴν ἐπολέμει ὁ ἐχθρός· μετὰ δὲ μικρὰς ἡμέρας, ἐκοιμήθη ὁ μείζων ἀδελφὸς, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ὁ μικρότερος· καὶ ὅτε παρέβαλόν τινες τῶν πατέρων πρὸς τὸν Ἀββᾶν Μακάριον, ἐλάμβανεν αὐτοὺς εἰς τὴν κέλλαν αὐτῶν, λέγων· δεῦτε, ἴδετε τὸ μαρτύριον τῶν μικρῶν ξένων.

existimarent dormire me, major fodicat minoris latus. Consurgunt, cingunt se, expandunt manus ad cælum. Porro ego cernebam eos; ipsi non videbant me. Ad hæc vidi dæmones instar muscarum venientes super minorem, quorum alii accedebant, ut sederent in ore ejus, alii in oculis. Simul conspexi angelum Domini cum gladio ignis præ manibus, circumvallantem eum; dæmonesque ab eo propellentem. At majori non poterant appropinquare. Circa matutinum vero tempus, recubuerunt: ego assimilavi, me mox expergefactum; ipsique similiter. Hoc autem dumtaxat mihi elocutus est verbum major; Vis recitemus duodecim psalmos? Excipio; Etiam; tum psallit minor quinque psalmos, a sex versibus, & unum alleluja, atque ad unumquemque versum, exibat ignis lampas ex ore ejus, adscendebatque in cælum. Pari modo etiam major, quando aperiebat os in psallendo, tamquam funiculus ignis egrediebatur, & pertingebat usque in cælum. Etiam ego parumper ex pectore ac memoria recitavi. Post quod exiens, dixi; Orate pro me. Ipsi autem inclinaverunt se, tacentes. Comperi ergo, quod major perfectus esset, minorem adhuc impugnaret inimicus. Ceterum post paucos dies, mortis somnum obdormivit major frater, ac tertia dein die minor. Cumque e patribus nonnulli adirent Abbatem Macarium, ducebat eos in istorum cellam, cum his verbis; Venite, videte martyrium minorum peregrinorum.

C

Ἀπέστειλάν ποτε πρὸς τὸν Ἀββᾶν Μακάριον ἐν τῇ Σκήτει οἱ γέροντες τοῦ ὄρους, παρακαλοῦντες αὐτόν· καί φασι πρὸς αὐτόν· ἵνα μὴ σκυλῇ πᾶς ὁ λαὸς πρὸς σὲ, ἀξιοῦμέν σε παραγενέσθαι πρὸς ἡμᾶς, ὅπως θεασώμεθα πρὸ τοῦ σε ἐκδημῆσαι πρὸς κύριον· παραγενομένου δὲ αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει, συνήχθη πᾶς ὁ λαὸς πρὸς αὐτόν· καὶ παρεκάλουν αὐτὸν οἱ γέροντες εἰπεῖν λόγον τοῖς ἀδελφοῖς· ὁ δὲ ἀκούσας ἔφη· κλαύσωμεν ἀδελφοὶ, καὶ καταγαγέτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν δάκρυα, πρὸ τοῦ ἡμᾶς ἀπελθεῖν, ὅπου τὰ ἡμῶν δάκρυα κατακαύσει τὰ σώματα ἡμῶν· καὶ ἔκλαυσαν πάντες, καὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ εἶπον· πάτερ, εὖξαι ὑπὲρ ἡμῶν.

XXXIV. Miserunt aliquando ad Abbatem Macarium in Sceti consistentem senes montis, orantes eum, & ajunt; Ne universa multitudo ad te veniendo fatigetur, precamur, ut accedas ad nos, quo videamus, antequam emigres ad Dominum. Qui ad montem cum adfuisset, congregata est omnis multitudo circa eum. Senes vero rogaverunt, ut ad fratres haberet sermonem. Ille audita rogatione; ploremus, inquit, fratres, & oculi nostri profundant lacrymas, antequam eo abeamus, ubi lacrymæ nostræ combusturæ sunt corpora nostra. Et ploraverunt cuncti, cecideruntque super faciem suam, nec non dixerunt; pater, ora pro nobis.

D

Ἄλλοτε πάλιν, δαίμων ἐπέστη τῷ Ἀββᾷ Μακαρίῳ μετὰ μαχαιρίου, θέλων τὸν πόδα αὐτοῦ κόψαι· καὶ διὰ τὴν ταπεινοφροσύνην αὐτοῦ μὴ δυνηθεὶς, λέγει αὐτῷ· ὅσα ἔχετε, καὶ ἡμεῖς ἔχομεν· μόνῃ τῇ ταπεινοφροσύνῃ διαφέρετε ἡμῶν, καὶ κρατεῖτε.

XXXV. Alia iterum vice dæmon insurrexit adversus Abbatem Macarium cum gladio, volens pedem ejus amputare: sed cum propter humilitatem ipsius non posset, dixit ei; Quæcumque habetis, habemus etiam nos: sola humilitate a nobis differtis & prævaletis.

Εἶπεν ὁ Ἀββᾶς Μακάριος· ἐὰν μνησθῶμεν τῶν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπαγομένων ἡμῖν κακῶν, ἀναιροῦμεν τὴν δύναμιν τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης· ἐὰν δὲ μνησθῶμεν τῶν κακῶν τῶν δαιμόνων, ἐσόμεθα ἄτρωτοι.

XXXVI. Dixit Abbas Macarius; si retinuerimus memoriam malorum, quæ nobis inferuntur ab hominibus, abolemus vim recordationis Dei: quod si recordati fuerimus malorum quæ per dæmones contingunt, erimus invulnerati.

E

Εἶπεν ὁ Ἀββᾶς Παφνούτιος ὁ μαθητὴς τοῦ Μακαρίου, ὅτι ἔλεγεν ὁ γέρων· ὅτι ὅτε ἤμην παιδίον, μετὰ τῶν ἄλλων παιδίων ἔβοσκον βοΐδια· καὶ ἀπῆλθον κλέψαι συκίδια· καὶ ὡς τρέχουσιν, ἔπεσεν ἓν ἐξ αὐτῶν· καὶ λαβὼν ἔφαγον αὐτό· καὶ ὅτε μνημονεύω αὐτοῦ, κάθημαι κλαίων.


XXXVII. Retulit Abbas Paphnutius discipulus Abbatis Macarii, verba senis: Quando eram puer, cum aliis pueris pascebam buculas; & perrexerunt furatum ficus. Dumque currunt, una ex iis cecidit: quam tollens comedi. Quoties ergo eius rei redit memoria, plorans sedeo.

Εἶπεν ὁ Ἀββᾶς Μακάριος, ὅτι, περιπατῶν ποτε εἰς τὴν ἔρημον, εὗρον κρανίον εἰς τὸ ἔδαφος νεκροῦ ἐρριμμένον· καὶ σαλεύσας αὐτὸ τῇ βαϊνῇ ῥάβδῳ, ἐλάλησέ μοι τὸ κρανίον. καὶ λέγω αὐτῷ· σὺ τίς εἶ; ἀπεκρίθη μοι τὸ κρανίον· ἐγὼ ἤμην [3] ἀρχιερεὺς τῶν εἰδώλων, καὶ τῶν μεινάντων Ἑλλήνων ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ· σὺ δὲ εἶ Μακάριος ὁ πνευματοφόρος· οἵαν ὥ-

XXXVIII. Narravit Abbas Macarius; iter agens aliquando per eremum, inveni calvariam mortui ad solum jacentem; quam cum palmeo baculo movissem, locuta mihi est calvaria. Dico ei; Tu quis es; Respondit mihi calvaria; Ego eram Pontifex idolorum, eorumque gentilium, qui hoc loco morabantur: tu vero es Macarius, qui Spiritum Dei

1. Al. ζωννύουσιν. 2. Al. ὑπέρ. 3. Al. ἱερεὺς τῶν Ἑλλήνων τῶν μ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



ραν σπλαγχνισθῇς τοὺς ἐν τῇ κολάσει καὶ εὔχῃ περὶ αὐτῶν, παραμυθοῦνται ὀλίγον· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ποία ἐστὶν ἡ παραμυθία, καὶ τίς ἡ κόλασις; λέγει αὐτῷ· ὅσον ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, τοσοῦτόν ἐστιν τὸ πῦρ ὑποκάτωθεν ἡμῶν, ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς ἑστηκότων ἡμῶν μέσον τοῦ πυρός· καὶ οὐκ ἔστι πρόσωπον πρὸς πρόσωπον θεάσασθαί τινα· ἀλλὰ τὸ [1] πρόσωπον ἑκάστου, πρὸς τὸν ἑτέρου νῶτον κεκόλληται· ὡς οὖν εὔχῃ ὑπὲρ ἡμῶν, ἐκ μέρους τις θεωρεῖ τὸ πρόσωπον τοῦ ἑτέρου· αὕτη ἐστὶν ἡ παραμυθία· καὶ κλαύσας ὁ γέρων εἶπεν· οὐαὶ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος [2]· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ἔστιν ἄλλη χείρων βάσανος; λέγει αὐτῷ τὸ κρανίον· μειζοτέρα βάσανός ἐστιν ὑποκάτωθεν ἡμῶν· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· καὶ τίνες εἰσὶν ἐκεῖ; λέγει αὐτῷ τὸ κρανίον· ἡμεῖς ὡς μὴ εἰδότες τὸν Θεὸν, κἂν ὀλίγον ἐλεούμεθα· οἱ δὲ ἐπιγνόντες τὸν Θεὸν, καὶ ἀρνησάμενοι αὐτὸν, ὑποκάτωθεν [3] ἡμῶν εἰσι· καὶ λαβὼν ὁ γέρων τὸ κρανίον, ἔχωσεν αὐτό.

fers: quacumque hora commotus fueris misericordia erga eos, qui in tormentis versantur, exiguum sentiunt solatium. Ait senex; Quodnam est solatium, & quodnam tormentum? quantum, inquit, a terra distat cælum, tantum est ignis infra nos, a pedibus ad caput stantibus nobis in medio ignis: nec licet facie ad faciem videre quemquam; sed cujusque facies dorso alterius adhæret. Quando igitur oras pro nobis, unus ex parte spectat faciem alterius. Hoc est solatium. Et flens senex, dixit; Væ diei in qua natus est homo! Addidit; estne aliud gravius supplicium? Retulit cranium; Major pœna est subter nos. Tum senex; Et quinam illic degunt? Excepit; nos, utpote qui ignoravimus Deum, modice misericordiam consequimur: qui vero cognoverunt Deum, & negaverunt eum, subtus nos sunt. Tunc senex calvariam sumens, humo mandavit.

Ἔλεγον περὶ τοῦ Ἀββᾶ Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου, ὅτι ἀνέβαινέ ποτε ἐκ τῆς Σκήτεως εἰς τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας· καὶ ὡς ἤγγισεν εἰς τὸν τόπον, εἶπε τῷ μαθητῇ αὐτοῦ· πρόλαβε μικρόν· καὶ ἐν τῷ προάγειν αὐτὸν συναντᾷ τινι ἱερεῖ τῶν Ἑλλήνων· καὶ κράξας αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς, ἐφώνει λέγων· αἲ αἲ δαίμων ποῦ τρέχεις; στραφεὶς δὲ ἐκεῖνος, διδεῖ αὐτῷ πληγάς, καὶ ἀφίει αὐτὸν ἡμιθανῆ· καὶ ἄρας τὸ ξύλον ἔτρεχε, καὶ προβάντι ὀλίγον συναντᾷ αὐτῷ Ἀββᾶς Μακάριος τρέχοντι· καὶ λέγει αὐτῷ· σωθείης, σωθείης καματηρὲ, καὶ θαυμάσας ἦλθεν πρὸς αὐτὸν, καὶ εἶπεν· τί καλὸν εἶδες ἐν ἐμοὶ, ὅτι προσηγόρευσάς με; λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ὅτι εἶδόν σε κοπτῶντα· καὶ οὐκ οἶδας, ὅτι εἰς κενὸν κοπιᾷς· λέγει αὐτῷ καὶ αὐτός· κἀγὼ ἐπὶ τῷ ἀσπασμῷ σου κατενύγην· καὶ ἔμαθον, ὅτι τοῦ μέρους τοῦ Θεοῦ εἶ· ἄλλος δὲ κακὸς μοναχὸς ἀπαντήσας μοι, ὕβρισέ με· κἀγὼ ἔδωκα αὐτῷ πληγὰς εἰς θάνατον· καὶ ἔγνω ὁ γέρων· ὅτι ὁ μαθητὴς αὐτοῦ ἐστι· καὶ κρατήσας τοὺς πόδας αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς ἔλεγεν· οὐκ ἀφῶ σε, ἐὰν μὴ ποιήσῃς με μοναχόν· καὶ ἦλθον ἐπάνω ὅπου ἦν ὁ μοναχὸς, καὶ ἐβάστασαν αὐτὸν, καὶ ἤνεγκαν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ὄρους· καὶ ἰδόντες τὸν ἱερέα μετ' αὐτοῦ, ἐξέστησαν· καὶ ἐποίησαν αὐτὸν μοναχόν· καὶ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων ἐγένοντο δι' αὐτὸν Χριστιανοί· ἔλεγεν οὖν ὁ Ἀββᾶς Μακάριος, ὅτι ὁ λόγος ὁ κακὸς, καὶ τοὺς καλοὺς ποιεῖ κακούς· καὶ ὁ καλὸς λόγος, καὶ τοὺς κακοὺς ποιεῖ καλούς·

XXXIX. Dictum est de Abbate Macario Ægyptio, quod aliquando e Sceti adscendebat in montem Nitriæ: & ut prope locum exstitit, dixit discipulo suo; Præcede paullulum. Cumque ille præiret; obvium habuit quemdam Græcorum seu gentilium sacerdotem. Ad quem clamans frater, vocabat, Heu, heu, inquiens, quo curris, dæmon? Ille vero conversus, plagas ei inflixit, reliquitque semimortuum. Ac tollens, quod portabat lignum, cucurit. Paullulum progresso occurrit inter cursum Abbas Macarius, qui dixit ei; Salvus sis, salvus sis labore confecte. Ille admiratus venit ad eum, & ait, quid boni vidisti in me, quod me salutaveris? Tum senex; Quoniam conspexi te labore fessum, ac nescis te in vanum defatigari. Sacerdos quoque; Ego salutatione tua compunctus sum; & cognovi ex parte Dei te esse. Alius vero malus monachus, obvius factus, contumelia me affecit: quare ego dedi ei plagas ad mortem. Agnovit autem senex, quod de discipulo suo loqueretur. Tunc apprehensis ejus pedibus sacerdos ita locutus est; Non dimittam te, nisi me feceris monachum. Et venerunt sursum, ubi erat monachus, portaveruntque illum ad ecclesiam montis. Porro cernentes sacerdotem cum eo, stupefacti sunt; & fecerunt illum monachum. Multique gentilium propter eum facti sunt Christiani. Adserebat ergo Abbas Macarius, quod sermo malus, etiam bonos malos faciat; & sermo bonus, etiam malos bonos.

Ἔλεγον περὶ τοῦ Ἀββᾶ Μακαρίου, ὅτι ἀπόντος αὐτοῦ, εἰσῆλθε λῃστὴς εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ· παραγενομένου δὲ αὐτοῦ εἰς τὸ κελλίον, εὗρε τὸν λῃστὴν γεμίζοντα τὴν κάμηλον τὰ σκεύη αὐτοῦ. αὐτὸς δὲ εἰσελθὼν εἰς τὸ κελλίον, ἐλάμβανεν ἀπὸ τῶν σκευῶν, καὶ συνεγέμιζε μετ' αὐτοῦ τὴν κάμηλον· ὡς οὖν ἐγέμισαν, ἤρξατο ὁ λῃστὴς τύπτειν τὴν κάμηλον, ἵνα ἀναστῇ· καὶ οὐκ ἠγείρετο· ἰδὼν δὲ ὁ Ἀββᾶς Μακάριος, ὅτι οὐκ ἐγείρεται, εἰσελθὼν ἐν τῷ κελλίῳ εὗρε μικρὸν [4] σκαλίδιν. καὶ ἐκβαλὼν, ἐπέθηκε τῇ καμήλῳ, λέγων, ἀδελφὲ, τοῦτο ζητεῖ ἡ κάμηλος· καὶ κρούσας αὐτὴν ὁ γέρων τῷ ποδὶ, λέγει· ἀνάστα· καὶ εὐθέως ἀνέστη, καὶ ἀπῆλθε μικρὸν διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἐκάθισε, καὶ οὐκ ἀνέστη, ἕως ἀπεγέμισαν ὅλα τὰ σκεύη· καὶ οὕτως ἀπῆλθεν.

XL. De Abbate Macario memorabant, quod absente illo ingressus sit latro in cellam ejus. Cum autem rediisset, invenit latronem, qui camelum supellectile sua onerabat. Ipse igitur intrans in cellam, de vasis accipiebat, & una cum eo onerabat camelum. Ut ergo sarcinam immiserunt, cœpit fur verberare camelum, ut surgeret; neque surgebat. Videns porro Abbas Macarius, quod non exsurgeret, cellam ingressus invenit parvum sarculum, emissumque imposuit camelo, dicens; Frater, hoc quærebat camelus. Pede vero pulsans eam senex, ait; Surge. Confestimque surrexit, & parumper itineris confecit propter ejus sermonem. Sed iterum resedit, nec exsurrexit, donec deposuissent cunctam supellectilem. Tunc enim abiit.

Ὁ Ἀββᾶς Ἀϊὼ ἠρώτησε τὸν Ἀββᾶν Μακάριον, λέγων· εἰπέ μοι ῥῆμα· λέγει αὐτῷ ὁ Ἀββᾶς Μακάριος· φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους· κάθισον εἰς τὸ κελλίον σου· καὶ μὴ ἀγαπήσῃς λαλιὰν ἀνθρώπων. καὶ σώζῃ·

XLI. Abbas Ajo interrogavit Abbatem Macarium, sic; dicito mihi aliquid. Ait ei Abbas Macarius; Fuge homines; sede in cella tua, & defle peccata tua; nec dilexeris loquelam hominum; salusque tibi obtinget.

1. Al. νῶτος.
2. Al. add. εἰ αὕτη ἐστιν ἡ παραμυθία τῆς κολάσεως.
3. Al. inser. καὶ μὴ ποιήσαντες αὐτοῦ τὸ θέλημα.
4. Al. σκαλίδιον. Et mox λαβὼν pro ἐκβαλών.



I.

EXCERPTA DE MACARIO

Ex Vitis Patrum *lib.* II. *pag.* 365.

Apud HERIBERTUM ROSWEIDUM.

Narrabant autem nobis quidam ex patribus qui ibi erant, quod in locis illis duo Macarii, quasi duo cæli luminaria refulsissent, ex quibus unus Ægyptius genere, & discipulus beati Antonii fuit, alius Alexandrinus. Quibus ut vocabula nominis, ita virtutes animi & cælestium gratiarum magnificentia concordabat. Uterque enim Macarius, uterque abstinentiæ exercitiis & virtutibus animi æqualiter pollens, hoc solo alius præcellens, quod quasi hereditatem gratiarum & virtutum beati Antonii possidebat.

Hinc denique ferunt, aliquando cum homicidium in locis vicinis fuisset admissum, & innocenti cuidam impingeretur crimen admissi; confugisse ad ejus cellulam eum, qui calumniam patiebatur; B adsuisse etiam eos, qui perurgebant, allegantes & dicentes periclitari se ipsos, nisi comprehensum legibus traderent homicidam. Is vero, cui crimen impingebatur, cum sacramentis adfirmabat, conscium se non esse sanguinis illius. Et cum diu ab utraque parte certamen haberetur, interrogabat sanctus Macarius, ubi sepultus esset, qui dicebatur occisus. Cumque designassent locum, cum omnibus, qui ad perurgendum hominem venerant, pergit ad sepulcrum, atque ibi fixis genibus invocato Christi nomine, ait ad eos, qui adstabant: Nunc Dominus ostendet, si vere reus est hic, qui perurgetur a vobis. Et elevata voce, ex nomine clamat defunctum. Cumque ei de sepulcro vocatus respondisset, ait ad C eum. Per fidem Christi te obtestor, ut dicas, si ab hoc homine, qui calumniam patitur, occisus es. Tunc ille de sepulcro clara voce respondit, dicens, non se esse ab eo interfectum. Et cum stupefacti omnes decidissent ad terram, ac pedibus ejus advolverentur, rogare cœperunt, ut interrogaret eum, a quo esset occisus. Tunc ille: Hoc, inquit, non interrogabo: sufficit enim mihi, ut innocens liberetur, non est autem meum, ut reus prodatur.


Aliud quoque ejus genus miraculi ferebatur. Cujusdam in vicino oppido patrisfamilias virgo filia per phantasias magicas videbatur hominibus in equinum animal versa, ut putaretur equa esse, & non puella. Hanc adduxerunt ad eum. Tunc ille per- D contatus quid vellent? ajunt parentes ejus: Equa hæc quam vident oculi tui, puella virgo & filia nostra fuit, sed homines pessimi magicis artibus in animal hoc, quod vides, mutaverunt eam. Rogamus ergo, ut ores Dominum, ut commutet eam in hoc, quod fuit. At ille ait: Ego hanc, quam ostenditis mihi, puellam video, nihil in se pecudis habentem: hoc autem quod dicitis, non est in ejus corpore, sed in oculis intuentium. Phantasiæ enim dæmonum sunt istæ, non veritas rerum. Et cum introduxisset eam cum parentibus suis intra cellam, fixis genibus orare Dominum cœpit, simulque & A parentes rogat secum Domino supplicare, & posthac perungens eam oleo in nomine Domini, omni fallacia visus expulsa, virginem videri omnibus, ut etiam sibi videbatur, effecit.

Alia quoque minor puella ad eum deducta est, cujus obscœna corporis ita omni ex parte computruerant, ut consumtis carnibus interiora quoque & secreta naturæ nudarentur, ac vermium ebulliret inde innumera multitudo, ita ut ne accedere quidem quisquam ad eam posset præ fœtoris horrore. Hæc cum allata a parentibus & projecta fuisset ante ejus fores, miserans virginis cruciatus: Æquo animo, inquit, esto, filia, hæc tibi ad salutem Dominus, non ad interitum dedit: unde providendum est magis, ut sanitas tua nullum tibi periculum conferat. Et cum instititisset orationibus per septem continuos dies, & oleo benedicens in nomine Domini perungeret membra ejus, ita eam sanam reddidit, ut muliebris in ea naturæ nulla forma, nulla species adpareret, sed esset ei inter viros conversatio; absque fœmineæ suspicionis obstaculo.

Ajebant præterea, aliquando venisse ad eum hæreticum quemdam hieracitam, quod genus hæreseos invenitur apud Ægyptum. Hic cum per multam loquendi artem plurimos fratrum, qui habitabant in eremo, conturbaret, ausus est etiam coram ipso fidei suæ adserere pravitatem. Cui cum resisteret senior & contradiceret, ille verba simplicia argumentis callidis eludebat. Sed cum videret sanctus, fidem fratrum periclitari, quid opus est, inquit, nos verbis contendere ad subversionem audientium? Exeamus ad sepulcra fratrum, qui nos præcesserunt in Domino, & cui nostrum concesserit Dominus, suscitare mortuum de sepulcro, sciant omnes, quia illius fides probatur a Deo. Sermo hic omnibus qui aderant fratribus placuit. Processerunt ad sepulcra, & hortatur Macarius hieracitam, ut evocaret mortuum in nomine Domini. At ille, Tu, inquit, Domine, qui proposuisti, prior evoca. Et Macarius prosternens se in orationem ante Dominum, ubi sufficienter oravit, elevatis sursum oculis suis, ait ad Dominum: Tu, inquit, Domine quis ex duobus nobis rectam fidem teneat, ostende elevato mortuo hoc. Et cum hæc dixisset, fratris cujusdam nomen, qui nuper fuerat sepultus, evocavit. Cui ille cum de tumulo respondisset, accedentes fratres continuo, quæ superposita fuerant, auferunt, & eductum eum de sepulcro, resolutis fasciolis quibus constrictus erat, exhibuerunt viventem. Hieracita vero, ubi hæc vidit, obstupefactus in fugam vertitur. Quem fratres quoque omnes insequentes, extra terminos terræ illius exturbaverunt.

Multa etiam & alia ferebantur de eo, quæ nimis prolixa sunt ad scribendum: sed ex his paucis, etiam cetera opera ejus noscuntur.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
371.



II.

EXCERPTA

Ex PALLADII Historia Lausiaca *capp.* XIX. XX.

Apud HERIBERTUM ROSWEIDUM

De Vitis Patrum *lib.* VIII. *pag.* 546.

SAnctorum & immortalium patrum, Macarii Ægyptii & Macarii Alexandrini, egregiorum & invictorum athletarum, honestæ vitæ certamina, quæ sunt multa & magna, incredulis prope incredibilia, & narrare vereor, & scriptis mandare, ne forte mei tamquam mendacis fiat mentio. Quod autem Deus perdat omnes, qui loquuntur mendacium, licet aperte videre sanctum Spiritum pronunciantem. Cum ego ergo per Dei gratiam non mentiar, hominum fidelissime Lause, ne sis quoque ipse incredulus patrum certaminibus; sed gloriare potius in æmulatione exercitationis eorum, qui vere sunt Macarii, hoc est, beati. Atque primus quidem Christi athleta nomine Macarius, erat genere Ægyptius; secundus autem ætate, sed in iis, quæ sunt monachorum præcipua, B primas partes obtinens, qui ipse quoque vocabatur Macarius, erat Alexandrinus, qui vendebat bellaria.

Et primum quidem narrabo virtutes Macarii Ægyptii, qui vixit nonaginta annos integros. Ex his in solitudine annos sexaginta. Cum triginta annos natus adscendisset, essetque ætate junior tam toleranter tulit labores exercitationis totum decennium, ut magna quadam & insigni distinctione dignus haberetur, adeo ut vocaretur παιδαριογέρων, id est in puerili ætate senex, quoniam citius, quam pro ætate, profecerat virtutibus. Cum esset quadraginta annos natus, & potestatem accepit contra spiritus, & gratiam curationum, & spiritum futurorum prædictionis, dignus quoque est habitus honorando sa- C cerdotio. Cum eo habitarunt duo discipuli in intima solitudine, quæ vocatur Scete: ex quibus unus quidem erat ei minister, qui semper prope ipsum inveniebatur, propter eos, qui veniebant, ut curarentur; alter autem seorsum sedebat in cella.

Procedente autem tempore, cum sanctus perspicaci oculo prævidisset, dicit suo ministro, Joanni nomine, qui postea factus presbyter in loco sancti Macarii (Presbyteratu enim dignus fuerat habitus magnus Macarius) audi me, frater Joannes, & fer æquo animo meam admonitionem, eaque tibi proderit. Tentaris enim, inquit, & te tentat spiritus avaritiæ. Sic enim vidi: & scio, quod si meam æquo animo tuleris adhortationem, in Dei timore consum- D maberis, & in ejus opere, & laudaberis, & in tuum tabernaculum non appropinquabit flagellum. Quod si non audieris, in te veniet finis Giezi, cujus vitio laboras. Contigit autem, ut sancto quidem non obedierit post ejus mortem, sed obedierit ei, qui Judæ alligavit laqueum propter avaritiam, & alios quindecim aut viginti annos, cum bona pauperum sibi usurpasset, ita laboravit elephantia, ut non inveniretur integer locus in ejus corpore, in quo quis posset figere digitum. Hæc est prophetia sancti Macarii.

Ac de cibo quidem & potione supervacaneum est dicere, cum nec apud eos socordiores monachos, qui sunt extra, inveniri possit ingluvies, aut ulla E citra delectum & discrimen vivendi ratio alia ab iis, qui sunt in illis locis, cum propter inopiam rerum necessariarum, tum etiam propter zelum virorum qui ex Deo est, unoquoque contendente vincere proximum diversis vitæ institutis.

De alia autem exercitatione cælestis hujus viri Macarii inquam, dicebatur hic sanctus esse assidue in A extasi, & majori tempore, vel cum Deo, vel in rebus versari cælestibus: cujus etiam feruntur res diversæ.

Ægyptius quidam libidinosus, captus amore cujusdam mulieris ingenuæ, quæ viro nupserat, cum non posset eam inescare propter pudicitiam, & castitatem erga suum maritum Parthenicum, convenit improbus præstigiatorem, dicens: Aut eam incita, ut me amet, aut arte tua effice, ut ejus maritus eam dimittat. Cum ergo præstigiator satis ab eo accepisset, usus est suis præstigiis & incantationibus: & cum non posset ejus animum movere, ut ei assentiretur, effecit, ut videretur equa iis qui eam intuebantur. Cum ergo foris venisset ejus maritus, adspexit uxorem suam in forma equæ; cumque in suo lecto cubuisset, alienum ei videbatur, quod in suo cubili equa jaceret. Flet ergo ejus maritus, & lamentatur, quod rem non inveniat: & quod existimans se alloqui bestiam, responsum non assequatur, præterquam quod solummodo eam videbat irasci. Unde magis angebatur animo, cum intelligeret, eam esse suam uxorem, curiosis autem hominum artibus esse mutatam in equam. His de caussis accersit vici presbyteros, & domum adducit, & eis eam ostendit: sed nec ii cognoverunt calamitatem, quæ eis acciderat. Tribus ergo diebus neque fœnum comedit, ut equa, neque panem ut homo, utroque alimento privata. Tandem ut Deus glorificaretur, & videretur virtus sancti Macarii, adscendit in cor mariti ejus ducere eam in solitudinem ad sanctum virum: & cum eam capistro ligasset ut equam, duxit in solitudinem. Dum autem appropinquassent, steterunt fratres prope cellam sancti Macarii cum ejus marito contendentes, & dicentes: cur huc adduxisti hanc equam? Is autem dicit: Ut misericordiam consequatur sancti oratione: illi vero dicunt ad eum: Quid mali habet? Ille eis dicit: quam videtis equam, ea misera est uxor mea, neque scio quemadmodum mutata sit in equam, & jam sunt tres dies ex quo nihil comedit. Ii autem cum hæc audissent, referunt ad servum Dei Macarium, eo jam intus pro illa orante: ei enim Deus revelaverat, ipsis ad eum venientibus, & ideo orabat, ut sibi declaretur caussa propter quam hoc evenerat. Respondit autem sanctus Macarius fratribus, qui ei renunciaverant: Adduxit ne aliquis huc equam? dicunt: Ita. Is vero eis dicit: Equi vos estis, qui habetis equorum oculos, illa enim est femina ita ut est creata, non transformata, sed sic solum apparens oculis eorum, qui sunt decepti. Quæ cum esset adducta, aquamque benedixisset, & in ejus nudum caput infudisset, super ejus caput est precatus: statimque effecit, ut omnibus videntibus videretur femina. Cum autem jussisset ei cibum afferri, fecit eam comedere, & sic eam curatam dimisit cum suo marito, Deo agentes gratias. Eam autem admonuit vir Dei, sic dicens: Numquam ecclesiam deseras, numquam abstineas a communione Christi sacramentorum. Hæc enim tibi acciderunt, quod jam quinque hebdomadas non accessisti ad intemerata nostri Servatoris sacramenta.

Alia est actio magnæ ejus exercitationis. Magno vitæ suæ tempore a cella sua in dimidium usque stadium fodiens cuniculum, summam effecit speluncam: & si quando complures ei essent molesti, oc-

culte e sua cella egrediens, ibat in speluncam, neque quisquam eum inveniebat. Narravit autem nobis quidam ex studiosis ejus discipulis, quod recedens usque ad speluncam per cuniculum, dicebat viginti quatuor orationes; & rediens totidem.

De eo exiit fama, quod mortuum suscitavit; ut persuaderet hæretico, qui non confitebatur esse resurrectionem corporum, & fuit constans hæc fama in solitudine.

Ad hunc sanctum adductus est aliquando a matre propria lamentante adolescens, qui vexabatur a dæmone, a duobus adolescentibus ex utraque parte constrictus. Hunc autem ita vexabat dæmon. Trium modiorum panes postquam comedisset, & calicem aquæ bibisset, utraque eructans, cibos resolvebat in vaporem. Ab eo enim non secus ac igne consumebantur, quæ comederat & biberat. Est enim ordo quoque dæmonum, qui dicitur igneus. Sunt enim dæmonum quoque sicut hominum differentiæ, non mutata essentia, verum mente diversa. Hic ergo adolescens cum ei mater non suppeditaret, sæpe sua comedebat excrementa, & lotium bibebat. Flente ergo ejus matre, & alienam sui filii mœrente calamitatem, & sanctum valde obtestante & rogante, illum accipiens invictus Christi athleta Macarius, supplex pro eo Deum oravit. Post unum autem aut alterum diem remisit dæmon vexationem, tunc ergo dicit matri adolescentis dominus Macarius: Quantum vis, ut filius tuus comedat? Illa autem respondit, dicens: Rogo te, jube eum solum edere decem libras. Eam autem increpans, ut quæ nimium dixerat, dixit: O mulier cur hoc dixisti? Cumque septem dies orasset cum jejunio, expulso ab eo pernicioso dæmone ingluviei, constituit ei vivendi rationem ad tres usque libras panis, quas deberet ipse comedere si operaretur. Cum hoc modo Dei gratia puerum emendasset, eum matri reddidit.

Has res admirabiles & præter opinionem fecit Deus per sanctum Macarium. Eum ego non conveni: dormierat enim anno antequam ego ingrederer solitudinem. Conveni autem eum, qui erat ejus socius in fidei operibus, & cui idem venerabile nomen, quod ipse habebat.

III.

EXCERPTA EX JO. CASSIANO DE MACARIO ÆGYPTIO.

Lib. V. de Spiritu Gastrimargiæ *cap.* XLI.

Sententia Abbatis MACARII, *de observantia monachi, vel tamquam diutissime victuri, vel tamquam quotidie morituri.*

ADhuc unum beati Macarii profertur nobis salutare mandatum, quo libellum jejuniorum & continentiæ, tanti viri claudat sententia. Ita, inquit, debere monachum jejuniis operam dare, ut centum annis in corpore commoraturum; ita motus animi refrenare, & injuriarum oblivisci, tristitiasque respuere, dolores quoque ac detrimenta contemnere, tamquam quotidie moriturum. In illo namque utilis est prudensque discretio, æquali monachum districtione faciens semper incedere, nec permittens sub occasione debilitati corporis, de arduis ad perniciosissima prærupta devolui: in hoc vero magnanimitas salutaris, quæ valeat non solum quæ videntur prospera mundi præsentis despicere; verum etiam adversis tristibusque non frangi, & ea velut parva nullaque contemnere; illic habens jugiter defixum suæ mentis intuitum, quo quotidie singulisque momentis accersendum esse se credit.

Collatione V. cap. XII.

De octo principalibus vitiis

In quo sit utilis cenodoxia.

PUlcre Abbas Macarius cuidam percunctanti cur fame ab hora tertia in eremo pulsaretur, qui in cœnobio hebdomadibus integris refectionem sæpe contemnens, non sensisset esuriem? Respondit: Quia nullus hic est jejunii tui testis, qui te suis laudibus nutriat, atque sustentet; ibi autem te digitus hominum & cenodoxiæ refectio saginabat.


Collat. XV. cap. III.

De charismatibus divinis.

De suscitato mortuo ab Abbate MACARIO.

SIcut & ab Abbate Macario, qui habitationem Scythioricæ solitudinis primus invenit, mortuum suscitatum esse reminiscimur. Nam cum hæreticus quidam, qui Eunomii perfidiam sectabatur, sinceritatem catholicæ fidei arte dialectica subvertere conaretur, magnamque jam hominum multitudinem decepisset, rogatus a catholicis viris, qui ruina tantæ subversionis gravissime movebantur, beatus Macarius, ut simplicitatem totius Ægypti ab infidelitatis naufragio liberaret advenit. Quem cum hæreticus arte dialectica fuisset aggressus, & Aristotelicis ignorantem spinis vellet abducere, beatus Macarius apostolica multiloquium ejus brevitate concludens; Non est, inquit, in verbo regnum Dei, sed in virtute. Eamus igitur ad sepulcra, & nomen Domini super mortuum, qui primus inventus fuerit, invocemus, ac, sicut scriptum est, ostendamus ex operibus fidem nostram, ut manifestissime

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



rectæ fidei documenta ejus testimonio declarentur, A & perspicuam veritatem non inani disputatione verborum, virtute signorum, & illo, quod non potest falli, indicio comprobemus. Quo audito hæreticus coram circumstanti plebe pudore constrictus, cum ad præsens præbere se conditioni propositæ simulasset assensum, seque adfuturum in crastinum promisisset, postero die exspectantibus universis, qui studiosius ad condictum locum, spectaculi hujus cupiditate, confluxerant, exterritus de conscientia suæ infidelitatis aufugit, ac protinus ab universa Ægypto transmigravit. Quem cum beatus Macarius usque ad horam nonam cum populis præstolatus pro sua conscientia declinasse vidisset, assumens plebem, quæ ab illo fuerat depravata, ad condicta sepulcra B perrexit. Hunc autem Ægyptiis morem Nili fluminis invexit alveus, ut quoniam universa illius latitudo terræ instar immensi pelagi, non parvo anni tempore solita aquarum eruptione contegitur, ita ut nulla tunc cuiquam humandi copia humani corporis tribuatur, nisi post transvectionem decursam, corpora vero mortuorum pigmentis condita redolentibus, in editioribus cellulis recondantur. Nam madens ebrietate continua terræ illius solum humandi arcet officium. Si qua enim cadavera defossa susceperit, evomere ad superficiem suam inundationum nimietate compellitur. Cum igitur antiquissimo cuidam cadaveri beatus Macarius adstitisset, ait: o homo, si venisset huc mecum hæreticus ille filius perditionis, & adstante ipso nomen Christi Dei mei invocans exclamassem, utrumne coram his, qui pene ejus fuerant fraude subversi, surrecturus fuisses, edicito. Tum ille consurgens, annuentis voce respondit.

Quem interrogans Abbas Macarius, quidnam fuisset aliquando, cum frueretur hac vita, vel qua hominum fuisset ætate, aut si nomen Christi tunc temporis cognovisset? Ille se sub antiquissimis regibus vixisse respondit, Christique nomen adseruit illis se nec audivisse temporibus. Cui rursus Abbas Macarius; Dormi, inquit, in pace cum ceteris in tuo ordine a Christo in fine temporum excitandus.

Hæc igitur ejus virtus & gratia quantum in ipso fuit, semper fortasse latuisset, nisi eum necessitas totius provinciæ periclitantis, & erga Christum plena devotio, amorque sincerus, istud exercere miraculum compulisset.

Quod utique, ut ab eo fieret, non ostentatio gloriæ, sed caritas Christi & totius plebis extorsit utilitas, ut beatum quoque Heliam fecisse Regum lectio manifestat, qui ignem de cœlo super hostias impositas pure, idcirco descendere postulavit, ut periclitantem Pseudoprophetarum præstigiis fidem totius populi liberaret.

Collat. XXIV.

De Mortificatione cap. XIII.

Abbatis MACARII *fabula de tonsoris mercede composita ad illusiones diaboli cognoscendas.*

NAM quod alios quoque salvare vos posse confiditis, & spe majoris lucri ad revisendam patriam festinatis, audite etiam super hoc quamdam Abbatis Macarii fabulam, jucundissime, atque aptissime figuratam, quam & ille cuidam similibus desideriis æstuanti, medicinam opportunissimæ narrationis ingessit. Erat, inquit, in civitate quadam peritissimus tonsor, qui denariis ternis unumquemque detondens, tenuem vilemque mercedem sui operis acquirendo, ex hac eadem quantitate necessaria suo victui quotidie comparabat: centumque denarios, expleta omni corporis cura, marsupio suo diebus singulis inferebat. Sed cum indesinenter hunc conderet quæstum, audivit in quadam longe posita civitate, singulorum solidorum singulos homines tonsori præbere mercedem. Quo ille comperto: Quamdiu ero, inquit, hac mendicitate contentus, ut trium denariorum stipem cum labore conquiram, cum possim illo pergens ingenti solidorum quæstu divitias congregare? Itaque sumens artis suæ protinus instrumenta, expensis in sumtu omnibus, quæ hic multo tempore collecta servarat, ad urbem illam quæstuosissimam cum summo labore pervenit. Ubi cum ea qua ingressus est die secundum id, quod compererat ab unoquoque mercedem sui operis recepisset, ad vesperam se videns grandem solidorum numerum conquisisse, ad macellum lætus intendit, escas refectioni suæ necessarias coemturus. Quas cum cœpisset magno solidorum pretio comparare, expensis in perexiguo victu universis, quos acquisierat solidis, ne unius quidem denarii intulit lucrum. Cumque ita singulis diebus acquisitionem suam vidisset infumi, ut non solum nihil redigeret, sed vix ipsam quotidianæ substantiæ necessitatem posset explere, apud semet ipsum recogitans, revertar inquit ad civitatem meam, illumque repetam tenuissimum quæstum, ex quo mihi expleta omni corporis cura, quod ad sustentationem senectutis accresceret, quotidiana exuberantia conferebat. Quod quamvis parvum videretur & tenue, non mediocrem tamen summam, jugi pariebat augmento. Quæstuosior quippe mihi fuit ille nummorum, quam iste solidorum imaginarius quæstus, ex quo non solum nihil exuberat, quod recondam, sed etiam vix ipsa quotidiani victus necessitas sustinetur. Et idcirco rectius nobis est, hunc solitudinis hujus tenuissimum fructum, indirupta jugitate sectari, quem nullæ seculares curæ, nullæ mundanæ distentiones, nulla cenodoxiæ ac vanitatis arrodat elatio, nullæ solicitudines diurnæ necessitatis imminuant. Melius est enim modicum justo, super divitias peccatorum multas, quam affectare lucra illa majora, quæ etiamsi parata fuerint, quæstuosissima conversione multorum, necessitate tamen mundanæ conversationis, & quotidianis distentionum diminutionibus absumentur. Melior namque est secundum sententiam Salomonis, pugillus unus cum requie, quam duo pugilli cum labore & præsumtione spiritus: Quibus illusionibus atque dispendiis omnes admodum infirmos necesse est implicari, qui cum etiam de sua salute sint dubii, ipsique adhuc magisterio atque institutione egeant aliena, ad convertendos alios & regendos, diabolicis illusionibus instigantur; quippe etiamsi potuerint lucri aliquid ex quorumdam conversione conquirere, impatientia sua atque inconditis moribus, quidquid acquisierint, perdunt. Illud namque eis, quod Aggæus propheta describit, eveniet: Et qui mercedes congregat, mittat eas in sacculum pertusum. Vere enim lucra sua in pertusum sacculum condit, qui quidquid per aliorum conversionem videtur acquirere, intemperantia cordis sui, & quotidiana animi distentione dispendit. Itaque fiet, ut dum uberiora lucra per aliorum credunt institutionem parare se posse, etiam sua correctione priventur. Sunt enim qui se divites ferunt, nihil habentes, & sunt, qui se humiliant in multis divitiis, & melior est vir in ignobilitate serviens sibi, quam qui dignitatem sibi acquirit, & indiget pane.

[1] ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΕΞΟΔΟΥ ΨΥΧΗΣ ΔΙΚΑΙΩΝ ΚΑΙ ΑΜΑΡΤΩΛΩΝ.

[2] Τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος, καὶ πῶς εἰσιν.

SANCTI MACARII ALEXANDRINI SERMO

DE EXCESSU JUSTORUM ET PECCATORUM:

Quorsum scilicet eorum animæ e corpore demigrent, & quomodo se habeant.

E Codice ms. papyr. Bibliothecæ Acad. Lipsiensis.

[3] ΠΟτὲ διοδευόντων ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, [4] εἶδον δύο ἀγγέλους συνακολουθοῦντας τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ, ἕνα ἐξ δεξιῶν, καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων. [5] καὶ ἐν τῷ συμπορεύεσθαι ἡμᾶς, εὑρέθη θνησιμαῖον κείμενον καὶ [6] ὄζον πάνυ. καὶ αἰσθόμενος [7] ὁ ἅγιος Μακάριος τῆς δυσωδίας [8] συνέκλεισε μετὰ τῆς ἰδίας χειρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μυκτῆρας, ἕως οὗ παρῆλθεν. ἐποίησαν δὲ οἱ ἄγγελοι οὕτως. [9] καὶ ἰδὼν ὁ γέρων, [10] εἶπεν αὐτοῖς, καὶ ὑμεῖς οὕτως ὀσφραίνεσθε τὴν δυσωδίαν τοῦ κόσμου; [11] οἱ δὲ εἶπον, οὐχί. ἀλλά σε [12] ἰδόντες ἐποιήσαμεν καὶ ἡμεῖς οὕτως. ἡμεῖς γὰρ τῆς δυσωδίας τοῦ κόσμου οὐκ αἰσθανόμεθα, ἀλλὰ τῆς [13] ὀζομανίας τῶν ψυχῶν τῶν ἁμαρτωλῶν ὀσφραινόμεθα, [14] μόνον, ὃν τρόπον σὺ τὴν δυσωδίαν τοῦ θνησιμαίου τούτου [15] ἀποστρέφῃ. καὶ [16] ὁ γέρων θαυμάσας **B** λέγει αὐτοῖς, [17] γνωρίσατέ μοι, παρακαλῶ, τοῦτο τῆς δυσωδίας. [18] τῶν ψυχῶν τῶν ἁμαρτωλῶν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ αἰσθάνεσθε, ἢ μετὰ θάνατον; καὶ πῶς τὰς ψυχὰς τῶν ἁμαρτωλῶν τῶν ἀσεβῶν, τῶν μὴ πεπιστευκότων, πῶς δὲ τῷ κυρίῳ πεπιστευκότων διακρίνεσθε; εἴπατέ μοι, εἰ εὗρον χάριν ἐνώπιον ὑμῶν. καὶ οἱ ἄγγελοι εἶπον, ἄκουσον ἐκλεκτὲ τοῦ Θεοῦ Μακάριε.

[19] Η ἁμαρτωλὸς ψυχὴ καὶ ἔτι οὖσα ἐν τῷ σώματι τὴν τῶν κακῶν πράξεων ὀζωδίαν ἀποδίδωσι. μετὰ δὲ [20] θάνατον πολὺ [21] πλέον. τῶν γὰρ πράξεων φανε-

A I. QUum forte in deserto nostro obambularemus, angelos vidi duos sanctos Macarium comitantes, a dexteris alterum, alterum a sinistris. Accidit autem, ut in cadaver incideremus jam fœtens. Cujus ubi fœtorem S. Macarius persensit, nares derepente digitis oppressit, donec transisset. Idem & ab angelis factum, animadversumque Macario. Ergo igitur rogavit eos, num & ipsi fœtore mundano tangerentur. Negarunt illi, dixeruntque, ad ipsius se se illud exemplum fecisse. Nos enim tetrum illum mundanum odorem nequaquam percipimus, illius tantum participes quem peccatorum animæ exhalant. Hic enim ita nos afficit, quemadmodum ille e cadaveribus in putrorem euntibus vos male habet. Ad **B** hæc, quæso, inquit noster senex, indicare ne gravemini, utrum hunc peccatricium animarum fœtorem in hac vita sentiatis, an post hanc vitam: quidque inter impiarum & fidelium animarum odorem sit discriminis, quo utrasque inter se dignoscatis, atque ita pias ab infidelibus distinguatis? Obsecro, vos si gratiam apud vos inveni, molestum ne sit hoc exponere. Et angeli quidem lubenter, Accipe responderunt, electe Dei Macari, quid hujusce rei sit.

II. Anima peccatrix, etiam quum corpori adhuc suo alligata est, malorum operum fœdum odorem spargit: post mortem vero multo etiam fœdiorem.

C

1. Τοῦ ἁγίου Μακαρίου] Codex papyraceus Viennensis, habebat: Τοῦ Ἀββᾶ Μακαρίου. πῶς δεῖ χωρίζεται ἡ ψυχὴ ἐκ τοῦ σώματος. Εὐλόγησον δέσποτα · Alius Codex membr. ejusdem Bibliothecæ Cæsareæ hanc habebat inscriptionem: Διήγησις θαυμαστὴ περὶ τῶν ἐντεῦθεν μεθισταμένων ψυχῶν ἀγαθῶν καὶ φαύλων, καὶ πῶς εἰσιν αἱ ψυχαὶ αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ ὁσίου Μακαρίου τοῦ μεγάλου, τοῦ Ἀλεξανδρέως. Τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως ὁ μαθητὴς διηγήσατο, ὅτι ποτὲ, &c.

2. Τὸ πῶς] malim ποῦ.

3. Ποτὲ διοδευόντων] ποτὲ in c. v. deest.

4. Εἶδον] c. v. ἐμένον μὲν προάγοντα. ἐμοῦ δὲ ἀκολουθοῦντος διηγήσατο ἡμῖν ὁ μαθητὴς αὐτοῦ τοῦ Ἀββᾶ Μακαρίου, ὅτι εἶδον δύο ἀγγέλους συνοδεύοντας αὐτῷ, ἕνα ἐξ δεξιῶν &c. pro αὐτῶν L. αὐτῷ.

5. Καὶ ἐν τῷ συμπ.] v. ὁδὸν πορευομένων αὐτῶν.

6. Ὄζον] v. ὄζον πάνυ.

7. Ὁ ἅγιος] v. ὁ Ἀββᾶς.

8. Συνέκλεισε usque ad ἐποίησαν] v. ἐσκέπασε τὴν ῥῖνα αὐτοῦ διὰ τῆς ὀσμῆς.

9. Καὶ ἰδὼν ὁ γέρων] v. ἰδὼν δὲ ὁ γέρων.

10. Εἶπεν αὐτοῖς] v. αὐτοὺς λέγει. l. αὐτοῖς, λέγει.

11. Οἱ δὲ εἶπον] v. ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ.

12. Ἰδόντες] v. ἴδομεν καὶ ἔτι.

13. Ὀζομανίας] v. δυσωδίας.

14. Μόνον] abest a Viennensi.

15. Ἀποστρέφῃ] v. heic recte avitior addit: ὅπως καὶ ἡμεῖς τῶν ἁμαρτωλῶν τὰς ψυχὰς (lege τῶν ψυχῶν) τὴν δυσωδίαν.

16. Ὁ γέρων] v. ὁ γέρων θαυμάσας.

17. Γνωρίσατέ μοι,] v. παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, γνωρίσατέ μοι &c.


18. Ψυχῆς] v. τῶν ψυχῶν.

19. Ἡ ἁμαρτωλὸς] v. ἡ μὲν ἁμαρτ.

20. Θάνατον] v. τοῦ θανάτου. L. τὸν θάνατον.

21. Πλέον] v. πλέονος.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



ρῶς ἐπικειμένων αὐτῇ [1] σκοτοῦσι καὶ μελανίαν δίκην αὐτῇ περισκέπουσι. ἡ γὰρ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν φωτεινὴ καὶ καθαρά ἐστιν, ὡς τοῦ ἀθανάτου φωτὸς ἐμφύσημα, ἀλλὰ ἐν τῷ σώματι [2] γινομένη καὶ μὴ καλῶς αὐτὸ κυβερνῶσα, μολύνεται ἐκ τοῦ κατὰ μέρος ἐκ τῆς ἁμαρτίας, ἢ μὲν πλέον, ἢ δὲ ἔλαττον. τὸ δὲ πῶς αἱ ψυχαὶ ἐκ τῶν σωμάτων [3] λαμβάνονται πιστῶν τε καὶ ἀπίστων, ἄκουσον, [4] καὶ πάντων ὡς ἐπίγεια [5] ἢ κοινὰ ἐλαχίστων τῶν ἐπουρανίων νόμιζε εἶναι, Μακάριε. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ ἐπιγείου βασιλέως ἀποστελλόμενοι στρατιῶται ἐπὶ τῷ παραστῆσαί τινα, ἐλθόντες συνέχουσιν αὐτὸν καὶ μὴ θέλοντα, ὁ δὲ καταπτήσσει μὲν τῷ φόβῳ, τρέμει δὲ καὶ τὴν παρουσίαν τῶν ἀσυμπαθῶς πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ἑλκόντων, οὕτως καὶ ὅταν ἀποσταλῶσιν ἄγγελοι παραλαβεῖν τὴν ψυχὴν, εἴτε δικαίου, εἴτε ἁμαρτωλοῦ, καταπτήσσει τῷ φόβῳ, καὶ τρέμει τὴν παρουσίαν τῶν φοβερῶν καὶ ἀποτόμων ἀγγέλων. Καθορᾷ γάρ ποτε ἡ ψυχὴ ἄπορον, καὶ ἀσθενῆ, καὶ ἀνωφελῆ πάντοθεν τὴν τοῦ πλούτου, καὶ συγγενῶν, καὶ φίλων παρουσίαν, τὰ δάκρυα, καὶ τοὺς θρήνους τῶν παρεστώτων αἰσθάνεται. καὶ λαλῆσαι, καὶ ἀφιέναι φωνὴν οὐ δύναται, μηδέποτε πειρασθεῖσα τοιαύτῃ κλήσει. δέδοικε δὲ καὶ τὸ ἄπειρον τῆς ὁδοῦ, καὶ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς διαγωγῆς. συνέχεται δὲ καὶ τῇ τῶν ὁρωμένων ἀρχόντων ἀσυμπαθείᾳ. προσπάσχει δὲ καὶ πρὸς πάντα, καὶ τῇ τοῦ σώματος συμβιώσει. καὶ θρηνεῖ τὴν τούτου ἀπόζευξιν, ὡς τοῦ ἐν συνηθείᾳ χωριζομένη. μίαν καὶ μόνην παραμυθίαν μὴ δυναμένη ἔχειν ἐκ τοῦ οἰκείου συνειδότος. εἰ μὴ ἐὰν καλῶν ἔργων πρᾶξιν ἑαυτῇ σύνοιδεν. ἡ τοιαύτη ψυχὴ καὶ πρὸ τῆς ἀποφάσεως τοῦ κριτοῦ, ἀπὸ τοῦ συνειδότος ἀδιαλείπτως κρίνεται.


A Opera namque mala incubant illi, tenebrisque illam velut atra veste circumdant. Etenim anima natura sua lucida est & pura, quippe quæ e divino afflatu suam traxerit originem. Verum quamdiu in corpore hæret, & ab eo male habetur potius ac regitur; quam id habet & regit, a peccato ex parte contaminatur; hæc illa plus minus. Quomodo vero animæ e corporibus discedant abducanturque, tam fidelium quam infidelium, audi sis Macari, & de mundanis, quomodo cælestia tractentur, exemplum tibi capiundum existima. Quemadmodum enim, qui a terrestri rege mittuntur milites, uti quem sistant, illum etiam invitum ac reluctantem comprehendunt ac tenent; ille vero timore perculsus tremit, B eorumque horret præsentiam a quibus absque ulla misericordia ad iter faciundum trahitur: sic & quum angeli mittuntur, ut animam aliquam excipiant, sive illa probi hominis sit sive improbi, pavet illa & extimescit terribilium & severorum angelorum consortium. Tunc enim demum, quam inutilis sibi & infirma sit, nulliusque opis, divitiarum, cognatorumque & amicorum copia, animadvertit: & horum quidem circumstantium undique lacrymas & lamenta audit intelligitque: verum verbum proloqui nullum potest, nec vocem mittere; quippe quæ numquam istiusmodi evocationem fuerit experta. Sed & ad immensam viæ prolixitatem exhorrescit, ac commutatum vitæ genus; tum & eorum C quorum jam in potestate est, intuitu perterretur, quos nulla sui tangi videt misericordia. Adhæc & corporis eam afficit convictus, ab eoque se tamquam a familiari quodam contubernali divulsam disjunctamque dolet atque lamentatur. Neque vero vel unicum illud ipsi adest aut succurrit solatium, quod a conscientia suppeditari solet, nisi si forte animus bonorum sibi operum conscius fuerit. Istiusmodi enim anima, etiam ante supremi judicis sententiam, a conscientia perpetim judicatur.

Καὶ ὁ Ἀββᾶς Μακάριος λέγει πάλιν. Τί οὖν, κύριοί μου, δέομαι ὑμῶν, καὶ τοῦτο ἑρμηνεύσατε. ἐπειδὴ ἐκ τῶν πατέρων παραδέδοται ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ τῇ θ'., καὶ τῇ μ'. προσφέρεσθαι τῷ Θεῷ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσφορὰν ὑπὲρ τοῦ τελευτήσαντος, τί τὸ ὄφελος ἐκ τούτου τῇ ἐν μεταστάσει ψυχῇ γίνεται; καὶ ὁ ἄγγελος ἔφη, Οὐδὲν ἀκαίρως, οὐδὲ ἀνωφελῶς, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ συνεχώρησεν ὁ Θεὸς γίνεσθαι. ἀλλὰ τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια αὐτοῦ μυστήρια ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ συνεχώρησεν ὁ Θεὸς γίνεσθαι, καὶ ἐκέλευσε τελεῖσθαι. ἐν γὰρ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γινομένης προσφορᾶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παραμυθίαν τῆς θλίψεως, ὡς ἀπεχωρίσθη τοῦ σώματος, δέχεται ἡ ψυχὴ μὲν θανοῦσα παρὰ τοῦ συνέχοντος αὐτὴν ἀγγέλου. ὅτι εὐλόγησις καὶ προσφορὰ ὑπὲρ αὐτῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ προσκεκόμισται. καὶ εὔελπις γίνεται ἐν τούτῳ. τὰς γὰρ δύο ἡμέρας συγχωρεῖται ἡ ψυχὴ ἅμα τοῖς συνοῦσιν αὐτῇ ἀγγέλοις πορεύεσθαι, ἔνθα βούλεται, ἐπὶ τῆς γῆς. ἡ οὖν φιλοσώματος ψυχὴ ἀπέρχεται, ποτὲ μὲν περὶ τὸν οἶκον, ἔνθα ἀπεζεύχθη, ποτὲ δὲ περὶ τὸ μνῆμα, ὅπου κατετέθη τὸ σῶμα. καὶ οὕτως ἐκτελεῖ τὰς δύο ἡμέρας, ζητοῦσα ὥσπερ ὀρνέον τὴν νοσσιὰν αὐτῆς. ἡ δὲ ἐνάρετος ψυχὴ ἀπέρχεται εἰς τόπους, ὅπου εἶχε συνήθειαν ἐργάζεσθαι τὴν δικαιοσύνην. τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνυψοῦσθαι κελεύει πάσῃ ψυχῇ Χριστιανῶν εἰς οὐρανοὺς ὁ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ὁ πάντων Θεὸς, κατὰ μίμησιν τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως, εἰς προσκύνησιν τοῦ Θεοῦ τῶν ἁπάντων. καλῶς οὖν κατέ-

III. Heic Abbas Macarius, Domini mei, inquit, rogo vos, ut & illud mihi exponere dignemini. Quandoquidem ita se res habet, quid commodi ad animam ex eo ritu redeat qui a patribus nostris institutus est, uti tertia & nona atque item quadra- D gesima die oblatio Deo fiat in ecclesia pro defuncto? Dicam, inquit angelus: Nihil omnino Deus in ecclesia sua aut frustra fieri permisit, aut inutiliter: verum cælestia sua & terrena mysteria in ecclesia sua adhiberi concessit; jussitque peragi. Quum enim tertia die oblatio in ecclesia fit, levamen aliquod doloris quem e corporis sejunctione sentit, anima defuncti ab angelo cujus in potestate est, accipit; quandoquidem pro ea in ecclesia benedictio & oblatio Deo offeruntur. Ac tum spe etiam meliore impletur. Biduum enim illud animæ permittitur, ut una cum angelis qui ei præsto sunt, quocumque animus tulerit, in terras descendat. Quæcumque igitur corporis sui amore ducitur, vel domum illam abit E ubi a corpore sejuncta fuit, vel circa sepulcrum versatur in quo corpus suum conditum jacet. Atque ita quidem biduum illud insumit, haud secus ac avicula solet nidum requirens. At pia anima ac virtutis amans, ad illa loca proficiscitur, in quibus pietatem exercere solita fuit. Ceterum tertia die ille qui a mortuis tertia die resurrexit, Christus, ille omnium Deus, omnes Christianorum animas attolli in cælos jubet, ad imitationem resurrectionis suæ, ut omnium adorent Deum. Recte igitur mos ille

1. Σκοτοῦσι καὶ μελανίαν δίκην αὐτῇ] v. σκότος μελανοίας διοικεῖ αὐτὴν, καὶ περισκ. l. σκότος μελανίας δίκην αὐτῇ &c.
2. Γινομένη] v. γενομένη.
3. Λαμβάνονται] v. τῶν ἀνθρώπων χωρίζονται, lege, παραλαμβάνονται, ut mox infra.
4. Καὶ πάντων] v. ὡς;
5. Η κοινὰ ἐλαχίστων] locus corruptus in utroque codice legam, εἰκόνα ἐλαχίστην, vel ἐλάχιστον adverbialiter. — Warthonus legendum conjicit, πάντως ἐπίγεια καὶ κοινὰ ἐλάττονα vel ἐλαχιστότερα.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



χει ἡ ἐκκλησία τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ προσφορὰν καὶ εὐχὴν ποιεῖσθαι ὑπὲρ τῆς ψυχῆς. μετὰ οὖν τὸ προσκυνῆσαι τὸν Θεὸν, γίνεται κέλευσις παρ' αὐτοῦ, ὥστε ἐπιδειχθῆναι αὐτῇ τὰς διαφορὰς καὶ τερπνὰς σκηνὰς τῶν ἁγίων, καὶ τὴν τοῦ παραδείσου ὡραιότητα. καὶ ταῦτα πάντα καταμανθάνει ἡ ψυχὴ ἐν ἓξ ἡμέραις, θαυμάζουσα καὶ δοξάζουσα τὸν εὐτρεπιστὴν τούτων Θεόν. καὶ ταῦτα πάντα θεωροῦσα ἡ ψυχὴ μεταβάλλεται, καὶ ἐπιλανθάνεται τῆς θλίψεως, ἥνπερ εἶχεν ἐν τῷ σώματι οὖσα.

ab ecclesia observatur, ut tertia die pro anima defuncti oblatio precesque fiant. Ergo ubi Deum veneratа est, jubet ille, ut animæ illi variæ jucundæque sanctorum sedes totaque paradisi voluptas atque elegantia ostendatur & hæc ea omnia diebus sex cognoscit, admirans, laudibusque concelebrans ordinatorem horum Deum. Quæ ubi contuetur, ac perlustrat, immutatur, oblivisciturque ærumnarum omnium & laborum, quos in corpore commorans fuerat perpessa.

Ἐὰν δέ ἐστι ἐν ἁμαρτίαις ὑπεύθυνος, θεωροῦσα τὰς ἀπολαύσεις τῶν ἁγίων, ἄρχεται λυπεῖσθαι, καὶ καταγινώσκειν ἑαυτὴν, λέγουσα, Οἴμοι πῶς ἐματαιώθην ἐν τῷ κόσμῳ ἐκείνῳ, ἐν ἀμελείᾳ, καὶ οὐκ ἐδούλευσα τῷ Θεῷ κατὰ τὸ πρέπον, ὅπως κἀγὼ ἠξιώθην τῆς χάριτος, καὶ τῆς δόξης ταύτης. οἴμοι τῇ ἀθλίᾳ, ἔτι μοι νῦν συμβάλλονται αἱ φροντίδες, καὶ ὁ ἄκαιρος περισπασμὸς, ὃν εἶχον ἐν τῷ κόσμῳ. ποῦ δέ μοι χρησιμεύουσιν οἱ ἀμπελῶνες, οὓς ἐφύτευσα, καὶ οἱ ἐλαιῶνες; ποίαν δέ μοι ὠφέλειαν παρέξεται ὃν ἐκτησάμην ἀγρόν; τί δέ μοι ὀφελεῖ [1] τὸ ἐσθὲν ἐκεῖ χρυσίον; ποῖον δέ μοι ὄφελος παρέχει ὁ πλοῦτος ὁ ἐκεῖσε; τί δέ μοι ὤνησε πᾶν τερπνὸν τοῦ βίου, καὶ τοῦ κόσμου ἐκείνου; οἴμοι, εἰς μάτην ἐκοπίασα. οἴμοι, ὅτι ἀφρόνως ἐβίωσα. οἴμοι, τὴν ἐν ὀλίγῳ καιρῷ δόξαν ἠγάπησα, τὴν δὲ αἰώνιον πτωχίαν ἐκτησάμην. οἴμοι, τί πέπονθα; οὐαί μοι, πῶς ἐσκοτίσθην οὐκ οἶδα. οὐαί μοι, οὐδεὶς δυνήσεται νῦν βοηθῆσαί μοι, ὅπως κἀγὼ ἄθλιος τύχω τῆς δόξης κυρίου. μετὰ δὲ τὸ θεωρῆσαι πᾶσαν τὴν χαρὰν τῶν δικαίων ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις πάλιν ἀναφέρεται ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς προσκύνησιν τοῦ Θεοῦ. Καλῶς οὖν προσφέρει ἐν τῇ θʹ. ἡμέρᾳ λειτουργίας καὶ προσφορὰν ἐκπληροῦσα ὑπὲρ τοῦ τελευτήσαντος. μετὰ δὲ τὴν δευτέραν προσκύνησιν πάλιν γίνεται κέλευσις παρὰ τοῦ πάντων δεσπότου καταγαγεῖν αὐτὴν ἐν τῷ ᾅδῃ, καὶ δεῖξαι αὐτῇ τὰ ἐκεῖσε κολαστήρια, καὶ διάφορα ταμεῖα τοῦ ᾅδου, καὶ τὰς τῶν ἀσεβῶν διαφόρους κολάσεις, ἃς παρακαθεζόμεναι αἱ ψυχαὶ τῶν ἁμαρτωλῶν διηνεκῶς θρηνοῦσι, καὶ βρύχουσι [2] τοὺς ὀδόντας. καὶ ἐν ταῖς τοιαύταις διαφοραῖς τῶν κολάσεων περιφέρεται ἡ ψυχὴ ἡμέρας λʹ. τρέμουσα, μήπως ἄρα καὶ αὐτὴ ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ κατακριθῇ φυλάττεσθαι. καὶ τῇ μʹ. ἡμέρᾳ ἀναφέρεται πάλιν προσκυνῆσαι [3] τῷ κυρίῳ. καὶ τότε λοιπὸν πρὸς τὰ ἔργα [4] αὐτῆς κελεύει ὁ κριτὴς [5] τὸν τόπον τῆς παραφυλακῆς. [6] καλῶς ἐκτελεῖται οὖν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταῖς μνείαις τῶν μεθισταμένων, καὶ πεφωτισμένων.

IV. At si peccatorum rea fuerit ac affinis, voluptates conspicata sanctorum, contristari incipit seque ipsa damnare, Hei mihi, inquiens, quam ego in terris desipui, quæ vitæ voluptatibus tempora mea tribuens maximam vitæ partem incuriæ me tradidi, nec, ut factum oportuit, Deo servivi, ut & ipsa hujusce gratiæ ac gloriæ essem particeps! Me miseram! etiamnum me curæ & inconsulta solicitudo queis in illo mundo tenebar, circumstare ac circumsultare non cessant! Quid nunc me juvant aut vineta quæ plantavi, aut oliveta quæ colui? quid nunc ad me commodi ex agro redit quem coemi? quæ ex auro utilitas quod amavi? quid divitiæ prosunt quas illic possedi? quid omnis vitæ voluptas qua isthic fruitus sum? Hei mihi, quæ incassum me fatigavi! hei mihi, quæ insipienter vitam predidi! hei mihi, quæ exigui temporis, quam deperibam, gloria, perennem ac æternam mihi infamiam comparavi! hei mihi, quæ mala mens me pessum dedit! Væ mihi! quomodo ita excæcata fuerim, non capio. Væ mihi! nunc mihi auxilium ferre nemo potest, nec efficere quisquam, ut & ego infelix gloriæ Domini fiam particeps. Postquam vero diebus illis omne piorum gaudium contemplata est, sursum rursus ab angelis ad adorandum Deum evehitur. Recte igitur nona die ecclesia pro vita functis preces & oblationes instituit. Post alteram vero adorationem, ille omnium arbiter Deus duci illam ad inferos jubet, ibique ipsi pœnas ostendi, variaque impiorum supplicia, quæ desidentes illic animæ jugiter lamentando deplorant, dentibusque infrendunt. In his autem suppliciorum diversis generibus perlustrandis triginta dies anima occupatur, tremens ac metuens, ne & ipsa ad tam diram & horribilem custodiam damnetur. Quadragesima vero die iterum sursum tollitur, quo Dominum adoret. Exin, prout ejus merita, locus illi custodiæ a judice assignatur. Præclare igitur in ecclesia commemoratio usurpatur defunctorum & baptizatorum.

Ἐπὶ δὲ τῶν ψυχῶν τῶν μὴ ἐχουσῶν βάπτισμα τὸ ἅγιον οὐχ οὕτως. ἀλλὰ [7] ἀπεινῶς ἄγγελοι ἀπότομοι λαμβάνουσι τὰς ἀφωτίστους ψυχὰς ἀπὸ τοῦ σώματος, τύπτοντες, καὶ λέγοντες, Δεῦρο [8] ἀσεβὴς ψυχὴ, [9] τίς ὁ δεσπότης σου καὶ πάντων [10] Χριστός. ὃν οὐκ ἐθέλησας γνῶναι, ἐν ἀνέσει διάγουσα ἐν τῷ κόσμῳ. Νῦν γνῶθι τιμωρουμένη αἰωνίως. καὶ μέχρι τοῦ πρώτου οὐρανοῦ ἀνάγοντες ἱστᾶσι καὶ δείκνυσιν [11] αὐτῇ ἐκ μήκους τὴν δόξαν τῶν ἀγγέλων, καὶ πάντων τῶν οὐρανίων δυνάμεων, λέγοντες, Τούτων ἁπάντων κύριός ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὃν οὐκ ἠθέλησας γνῶναι καὶ προσκυνῆσαι, ἀλλὰ [12] ἀπαχθεῖσα

V. Sed non par ratio eorum, quibus sanctum baptisma non contigit. Has enim non illuminatas animas, ubi e corpore discessere, immites angeli duriter accipiunt, cædentes, ingerentesque, Huc huc, anima impia, vide, quis tuus & omnium Dominus Christus sit, & quem cognoscere in hac vita remisse ac negligenter agens noluisti. Hunc tandem cognosce perpetuis damnata suppliciis. Et ad primum usque cælum eam sublevantes statuunt ibidem, ut e longinquo angelorum & omnium cælestium potestatum gloriam intueatur, dicentes: Horum omnium Dominus est Jesus Christus, filius Dei vivi, quem

1. Τὸ ἐσθὲν ἐκεῖ] v. τὸ ἐρθὲν ἐκεῖθεν.
2. Τοὺς ὀδόντας] v. addit: ὑπὸ τοῦ ἰδίου συνειδότος κατακρίνεται. Quod ab interprete, seu mala manu.
3. τῷ κυρίῳ] v. τῷ Θεῷ.
4. Αὐτῆς κελεύει] v. τῆς ψυχῆς ἐκφέρει.
5. Τὸν τόπον] v. τὴν ἀπόφασιν.
6. Καλῶς ἐκτελεῖται, usque ad ἐπὶ δὲ τῶν] pro his C. Viennensis habet: καὶ ἀποκλείεται τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ. καλῶς ἂν ἡ ἐκκλησία ἐκτελεῖ καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἡμέραν τοῦ τεθνεῶτος. μιᾶς ταύτας μέντοι ἐπὶ τῶν ψυχῶν τὸ βάπτισμα ἐχουσῶν ἐκτελεῖται. ἐπὶ δὲ τῶν, &c.
7. Απεινῶς] pro ἀπηνῶς v. μετὰ σφοδρᾶς ἀπειλῆς. quod a scholiaste.
8. Ασεβὴς] v. ἀσελγής.
9. Τίς ὁ δεσπ.] v. γνῶθι, τίς ἐστιν ὁ δεσπ.
10. Χριστὸς] v. κύριος.
11. Αὐτὴν ἐν μήκει.] ita noster codex. v. autem αὐτὴν μικρὸν. restitui αὐτῇ ἐκ μήκους.
12. Απαχθεῖσα] v. προαχθεῖσα. adde & ἴδε.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

πρὸρ τοὺς [1] ὁμοιουσίους ἀσεβεῖς, καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα τὸν διάβολον, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, οὓς ἐν τῷ βίῳ σου ὡς Θεοὺς προσεκυνήσας. [2] ταῦτα εἰπόντες οἱ ἄγγελοι ἀφανεῖς ἐγένοντο ἀφ' ἡμῶν. [3] ἡμεῖς δὲ δόξαν ἀναπέμψωμεν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A nosse noluisti nec adorare. Vade igitur ad tui similes impios, & ad eorum principem diabolum in ignem æternum, qui diabolo & angelis ejus præparatus est: quos, dum in vivis eras, tamquam deos adorasti. Hæc ubi dicta, evanuerunt angeli ex oculis nostris. Nos autem laudes dicamus Patri & Filio & Spiritui sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

1. Ομοιουσίους] malim, ὁμοίους σοι τοὺς ἀσεβεῖς.
2. Ταῦτα εἰπόντες] Viennensis Codex præmittit: καὶ λοιπὸν κατάγουσιν αὐτὴν εἰς τὰ κατώτερα τοῦ ᾅδου, ὅπου καὶ αἱ λοιπαὶ ψυχαὶ τῶν ἀπίστων.
3. Ἡμεῖς δὲ, usque ad finem,] v. Ἡμεῖς ἐπορεύθημεν τὴν ὁδὸν ἡμῶν, δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις.

S. MACARII ALEXANDRINI

ABBATIS NITRIENSIS

REGULA

AD MONACHOS. [1]

I. Milites ergo Christi sic taliter suos debent componere gressus, caritatem in se perfectissimam continentes, [a] *Deum ex tota anima diligere, & ex toto corde, & ex tota virtute sua.*

II. Invicem inter se perfectissimam sectantes obedientiam, pacifici, mites, moderati, non superbi, non injuriosi, non susurrones, non irrisores, non verbosi, non præsumtuosi, non sibi placentes, sed Deo cui militant Christo: non blasphemiam sectantes, nec dicentes quidquam præter quod bonum est: ad obsequium non pigri, ad orationem parati, in humilitate perfecti, in obedientia præcincti, in vigiliis instantes, in jejunio hilares.

III. Nullus se alio justiorem arbitretur; sed unusquisque omnibus se inferiorem contemnat: [b] *Quia qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.*

IV. Præceptum senioris ut salutem suscipias: non murmurando ullam operam facias: non responsionem contra præceptum usurpes.

V. Non te extollas, aut magnifices aliquam utilem operam fecisse: non in acquirendo aliquid lucri congaudeas, aut in damno contristeris.

VI. Non te familiaritas ulla sæcularis trahat; sed tota delectatio tua in cellula demoretur. Cellam ut paradisum habeas; fratres tuos spirituales ut æternos confidas habere parentes.

VII. Præpositum monasterii timeas ut dominum, diligas ut parentem. Similiter quoque omnes oportet diligere fratres, cum quibus etiam te confidis videre gloriam Christi.

VIII. [c] *Non oderis laboriosam operam:* otium quoque ne sectatus fueris. In vigiliis confectus, in opere justo affectus, ambulans quasi dormitans lasB sus ad stratum tuum venias, & cum Christo requiescere te credas.

IX. Cursumque monasterii super omnia diligas. Qui vero sæpius orare voluerit, uberiorem inveniet misericordiam Christi.

X. Matutinoque dicto ita meditationem habeant fratres usque ad horam secundam: si tamen nulla caussa exstiterit, qua necesse sit etiam prætermissa meditatione aliquid fieri in commune.

XI. Post horam vero secundam unusquisque ad opus suum paratus sit usque ad horam nonam, ut
C quidquid injunctum fuerit, [d] *sine murmuratione perficiat*, sicut dicit sanctus Apostolus.

XII. Si quis autem murmuraverit, vel contentiosus exstiterit, aut referens in aliquo contrariam voluntatem præceptis; digne correptus secundum arbitrium senioris vel modum culpæ, tam diu abstineat, quam diu vel culpæ qualitas poposcerit, vel se pœnitendo humiliaverit, vel emendaverit; ita ut correptus non audeat usquam recidere.

XIII. Si quis frater, vel qui in oratorio sunt, vel qui per cellulas consistunt, quicumque ejus errori consenserit, culpabilis erit.

D XIV. Ad horam vero orationis dato signo non statim prætermisso omni opere quod agit, paratus fuerit, foras excludatur, ut erubescat; quia nihil orationi præponendum est.

XV. Operam Deo dabunt singuli fratres tempore quo Missæ in vigiliis observandis fiunt, quando omnes conveniunt, ne deficiant. Quicumque gravatur somno, exeat foras: non se fabulis occupet, sed statim redeat ad opus, quo convenitur. In congregatione autem ipsa ubi legitur, aures semper ad scripturas habeant, & silentium observent.

a Marc. XII. 30. b Luc. XIV. 11. c Eccli. VII. 16. d Philipp. II. 14.

1. Post hanc inscriptionem sequitur altera in edito Holsteniano, ex ms. codice ut videtur desumta, quæ sic se habet: *Incipit Regula S. Macarii, qui habuit sub ordinatione sua quinque millia monachorum.*

XVI. Hoc etiam attendendum fuit, ut frater qui pro qualibet culpa arguitur vel increpatur, patientiam habeat, & non respondeat arguenti se; sed humiliet se in omnibus; secundum præceptum Domini dicentis: [a] *Quia Deus humilibus dat gratiam, superbis autem resistit.* Et, [b] *qui se humiliat, exaltabitur.*

XVII. Qui vero sæpius corripitur, & non se emendaverit, novissimus in ordine stare jubeatur. Qui si nec sic quidem se emendaverit, extraneus habeatur, sicut Dominus dixit: [c] *Sit tibi sicut ethnicus & publicanus.*

XVIII. Ad mensam autem specialiter nullus loquatur, nisi qui præest, vel qui interrogatus fuerit.

XIX. Nullus se in sua peritia neque in voce exaltet, sed per humilitatem & obedientiam lætetur in Domino.

XX. [d] *Hospitalitatem sectantes* per omnia, & ne avertas oculum, aut inanem dimittas pauperem; ne forte Dominus in hospite aut in paupere ad te veniat, & videat te hæsitantem. & contemnaris; sed omnibus hilarem te ostende, & fideliter age.

XXI. Passus injuriam taceas. Injuriam facere non nosse, factam posse tolerare. Non te inania seducant consilia, sed magis te specialiter in Christo confirma. Non tibi æstimes ullos proximiores parentes, quam qui tecum sunt in cellula fratres.

XXII. Si ad necessaria requirenda e monasterio bini egrediantur vel terni fratres, tales fiant quibus creditur, qui timorem Dei in se habere videntur, non qui verbositatem aut gulam sectantur.

XXIII. Ergo si quis de sæculo ad monasterium converti voluerit, Regula ei introeunti legatur, & omnes actus monasterii illi patefiant. Qui si omnia apte sustinuerit, sic digne a fratribus suscipiatur in monasterio.

XXIV. Nam si aliquam in cellula voluerit inferre substantiam, in mensa ponatur coram omnibus fratribus, velut Regula continet. Qui susceptus, fuerit, non solum de substantia quam intulit, sed etiam nec de se ipso ab illa judicabit hora. Nam si aliquid prius erogavit pauperibus, aut veniens in cellulam aliquid intulit fratribus, ipsi tamen non est licitum, ut aliquid habeat in sua potestate.

XXV. Et si ex qualibet caussa scandali post tertium diem inde exire voluerit, nihil penitus accipiat, nisi in veste qua venit. Quod si casu transierit, nullus [1] heredium ejus adire debeat. Quod si [2] impulsare voluerit, Regula ei legatur, & confundatur turpiter, & discedat confusus: quia & illi a quo repetit, fuerat recitata.

XXVI. Ergo ex qualibet caussa quis peccaverit frater, ab oratione suspendatur, & jejuniis distringatur. Quod si coram omnibus fratribus prostratus veniam postulaverit, dimittatur illi.

XXVII. Nam si in sua voluerit perseverare nequitia & superbia, & dicat: heic ego durare non possum, sed accipiam casulam meam, & eam ubi voluerit Dominus: quisquis de fratribus eum hoc dixisse prius audierit, referat præposito, & præpositus abbati. Abbas coram omnibus fratribus resideat, & eum exhiberi jubeat, & virgis purgetur: & oratio fiat, & sic ad communionem recipiatur. Ut si quis sane non emendatur doctrina, virgis purgetur.

XXVIII. Quod si casu quis frater de monasterio exire voluerit, nihil penitus accipiat, nisi in [3] notatissimo vestimento, & extra communionem infidelis discedat. Nam [e] quieti & pacifici excelsum diripiunt regnum, & filii computantur Altissimi, & pretiosas splendidasque accipient coronas, filii autem tenebrarum in exteriora ibunt tormenta. [f] *Super quem requiescam, dicit Dominus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?*

XXIX. Quarta & sexta feria qui infrangunt jejunium, Judæ æstimantur participes qui Christum tradidit.

XXX. Illud etiam attendendum fuit, ut intra monasterium artificium non faciat ullus, nisi ille cujus fides probata fuerit, qui ad utilitatem & necessitatem monasterii faciat quod poterit facere.

[a] Jac. IV. 6. [b] Matth. XXIII. 12. [c] Matth. XVIII. 17. [d] Rom. XII. 13. [e] Matth. V. 4. 9. [f] Isa. LVI. 2.


1. *Heredium*] Idem ac *prædium*. Vidè Cangium in *Glossar.* v. HEREDIUM.

2. *Impulsare*] *Excitare*. Apud Marculfum lib. II. Form. LII. ex epistola Henrici V. abbatis Fuldensis ad alios abbates Ordinis S. Benedicti: *Abbates quidam Ordinis nostri nos ..... multipliciter* IMPULSARUNT, *quatenus ..... assumere curaremus* cet. Vid. Cangium in *Glossar.* v. IMPULSARE.

3. *Notatissimo vest.*] Vide infra quæ adnotavimus ad cap. X. Regulæ III. Patrum ad monachos.

EXPLICIT REGULA S. MACARII.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



EPISTOLA
B. MACARII
DATA AD MONACHOS.

Lignorum copia ingentem excitat flammam; multitudo autem escarum emittit concupiscentiam. Pessima concupiscentia escarum: & inobedientia generat mortem. Indigens venter in orationibus vigilantiam præstat, & coronam animæ acquirit; repletus autem, somnum inducit gravissimum. Oculus gulosi convivia scrutatur, oculus autem sapientum meditatur continentiam. Formidolosus miles horrescit ad tubam quæ bellum significat; & gulosus si abstinentiam prædicantem audierit, non libenter auscultat. Flamma cum marcescit, elucescit iterum si acceperit lignum; & libido sopita rursum crescit in saturitate. Non miserearis corpori si lassitudine defecerit; equus consentiens indigens corpus, nec ascensorem dejicit umquam. Concupiscentia gulæ, mater est libidinis. Oleum nutrit lampada lucernæ, & ignem reaccendit confabulatio mulieris. Facies mulieris, sagitta est truculenta; infigit vulnus in animam. Ut venenum fuge confabulationem mulieris, si castus esse volueris; absconsum namque in eis est venenum bestiarum nequissimum. Magis appropinqua igni ardenti, quam mulieri novellæ. Cum sis juvenis, fuge impetum libidinis, & confabulationem mulieris. Qui repleverunt ventrem, & promiserunt castitatem, sibi mentiuntur. Forma pulcritudinis pejus quam procella submergit. Species mulieris si semel mentem contriverit, etiam ipsam mentem contemnere persuadet. Ut enim si paleis removetur ignis, excitat flammam; sic memoria mulieris permanens succendit concupiscentiam. Ut enim cumulata navis undarum ictu obruitur, sic multa possidens monachus non salvabitur. Nihil possidens monachus athleta insuperabilis: nihil possidens monachus cursor levis, velociter ad bravium vocationis pervenit. Avarus monachus operari negligit: A nihil possidens monachus post opus moderatum orationibus & lectionibus vacat. Avarus monachus thesaurizat sibi iram in die ultionis: nihil possidens monachus thesaurizat in cælo, & dabit laudem cum angelis Deo. Gloriatio monachi, patientia in tribulationibus ejus. Gloriatio monachi, longanimitas cum caritate. Gloriatio monachi, nullas res præsentis vitæ possidere. Gloriatio monachi, vigiliæ & fletus in orationibus. Gloriatio monachi, mansuetudo & cordis silentium. Gloriatio monachi, quando Dominum ex toto corde dilexerit, & proximum suum tamquam se ipsum. Gloriatio monachi, abstinentia escarum, & a multiloquio linguæ. Gloriatio monachi, quando proximum suum sicut se ipsum B patitur. Gloriatio monachi, quando verba ejus operibus consonant. Gloriatio monachi, quando in loco suo permanet, & huc illucque non vagatur. Gloriatio monachi, longanimitas. Sicut lampas in loco tenebroso, sicut sol radians; sic monachus mente sobria, & corde pervigili in tempore salutis suæ. Sicut pondus salis deprimit virum infirmum, sic somnus monachum. Sicut spinæ & tribuli agro opimo, sic & cogitationes turpes pessimæ in corde monachi. Sicut tinea exterminat vestimentum, sic distractiones animam monachi. Noli te dare ad colloquium mulierum, ne fias separatus a regno Dei; & ne velis dicere; loquar cum muliere, & mundus sum. Monachus sapiens suis manibus operatur, C & victum sibi quotidianum acquirit, & lucratus est orationes & jejunia sua; si autem ab alio acceperit victum, quid prodest quod orat & vigilat? sicut mercenarius malus, nudus evadit; quia scriptum est: [a] *melius est dare quam accipere*. Qui legis, intellige in Domino semper.

[a] Act. xx. 35.

EXPLICIT EPISTOLA B. MACARII.

SS. PATRUM SERAPIONIS MACARII, PAPHNUTII ET ALTERIUS MACARII[1] REGULA AD MONACHOS.

CAPUT I. PRÆFATIO.

Sedentibus [2] nobis in unum consilio saluberrimo, cum prece Dominum nostrum rogavimus, ut nobis distribueret Spiritum sanctum, qui nos instrueret, qualiter fratrum conversationem, vel Regulam vitæ ordinare possimus.

CAPUT II.

De prima conjugatione Cœnobitarum.
SERAPION *dixit.*

Quoniam [a] *misericordia Domini plena est terra*, & multorum [3] agmina ad vitæ fastigium tendunt, & quia eremi vastitas & diversorum monstrorum terror singillatim habitare fratres non per- B mittit; optimum videtur Spiritus sancti præceptis obedire. Nec [4] nostra propria verba possunt firma perseverare, nisi firmitas scripturarum e centesimo tricesimo secundo psalmo nostrum ordinem firmet, quo dicit: [b] *Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Et iterum: [c] *Qui habitare facit unanimes in domo;* firmam jam nunc Regulam pietatis per Spiritus sancti ostensionem fratribus ordinare prosequamur.

CAPUT III.

Idem ipse, De unanimitate & jucunditate fratrum.

Volumus ergo fratres unanimes in domo cum jucunditate habitare: sed qualiter unanimitas ipsa vel jucunditas recto ordine teneatur, Deo adjuvante mandamus.

CAPUT IV.

Qui supra, De abbate, & quomodo ei obediant monachi.

Volumus ergo unum præesse seniorem super omnes fratres, nec ab ejus consilio vel imperio quemquam sinistrum declinare, sed sicut im- D perio Domini cum omni lætitia obedire; dicente A Apostolo ad Hebræos: [d] *Obedite præpositis vestris, quia ipsi vigilant pro vobis.* Et Dominus dixit: [e] *Nolo sacrificium, sed obedientiam.* Considerandum est quoque ab his qui se tali opere unanimes esse cupiunt, quia per obedientiam Abraham placuit Deo, [f] *& amicus Dei appellatus est.* Per obedientiam ipsi Apostoli meruerunt testes Domino in tribubus & populis esse. Ipse quoque Dominus noster de supernis ad inferiora descendens ait: [g] *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui me misit.* His ergo tantis virtutibus firmata obedientia magnopere magnoque studio teneatur.

CAPUT V.

MACARIUS *dixit, Qualiter spirituale exercitium ab his qui præsunt patribus teneatur.*

Quoniam fratrum insignia virtutum, habitationes quoque, vel obedientia superius [5] conscripta sunt; nunc qualiter spirituale exercitium ab his qui præsunt patribus teneatur, Deo juvante ostendamus. Debetis qui præestis patres, tales vos exhibere, ut Apostolus ait: [h] *Estote forma credentibus:* hoc est, ut per qualitatem mysticæ pietatis & severitatis, fratrum animos ad cælestia de terrenis erigatis, dicente Apostolo: [i] *Argue, obsecra, increpa, cum omni patientia & doctrina.* Et alio lo- C co inquit: [k] *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in spiritu mansuetudinis?* Decernendum est ab illo qui præest, qualiter circa singulos debeat pietatis affectum monstrare; & qualiter tenere debeat disciplinam, non immemor Domini dicentis: [l] *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.*

CAPUT VI.

Idem ipse, Ut in oratione adstantibus nullus sine præcepto abbatis psalmum imponat.

Adstantibus ergo ad orationem nullus præsumat sine præcepto qui præest patris, psalmi laudem emittere. Ordo iste teneatur, ut nullus priorem in monasterio ad standum vel psallendum or-

a Psalm. XXXII. 5. *b* Psalm. CXXXII. 1. *c* Psalm. LXVII. 7. *d* Heb. XIII. 13. *e* Matth. IX. 13. *f* Jac. II. 23. *g* Joan. VI. 38. *h* I. Theff. I. 7. *i* II. Tim. IV. 2. *k* I. Cor. IV. 21. *l* Matth. VII. 2.

1. Holstenius ad calcem *Cod. Regul.* ex antiquissimo exemplari cod. Vat. 3542. aliquot varias lectiones profert hujusce *Regulæ Sanctorum* cet. prout sequuntur. Heic autem post nomina quatuor Patrum additur in laudato codice, *abbatum*.


2. *Sedentibus*] Id. cod. *residentibus*. Et mox, *ut nobis* TRIBUERET. Rectius, ut videtur.

3. *Multorum*] Id. cod. addit *hominum*.

4. *Nec*] Ms. *Nec tamen*. Idemque caput secundum cum tertio in unum conjungit.

5. *Conscripta sunt*] Ms. *conscripta placuerunt*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



dine præsumat præcedere, dicente Salomone: [a] *Fili primatum concupiscere noli;* [b] *neque accubueris prior in convivio; ne* [1] *veniat melior te, & dicat tibi, surge, & confusionem patiaris in die illa.* Et iterum dicitur: [c] *Noli altum sapere, sed time.* Quod si tardat is qui præest, oportet primum in notitiam ejus differre, & secundum ejus imperium obedire convenit fratres.

CAPUT VII.

Idem ipse, Quomodo examinentur, qui ex sæculo convertuntur.

Qualiter vero examinatio erga eos qui de sæculo convertuntur teneri debeat, ostendamus vobis. Amputandæ sunt primo ab hujuscemodi divitiæ sæculi. Et si quis pauper converti videatur, habet & ipse divitias quas amputare debeat, quas Spiritus sanctus ostendit per Salomonem dicens: [d] *Odit anima mea pauperem superbum, & divitem mendacem.* Et alio loco dicit: [e] *Sicut vulneratum superbum.* Debet ergo is qui præest pater, magno studio hanc regulam tenere; ut si pauper convertitur, primo exponat sarcinam superbiæ: & sic examinatus suscipiatur. Debet ante omnia [2] humiliter imbui, ut quod magnum & Deo acceptum sacrificium est, suam voluntatem non faciat unusquisque vestrum, fratres; sed [f] *ad omne opus bonum parati estote.* Quidquid acciderit, aut justum quid fuerit, memores esse debetis: [g] *In tribulatione patientes;* in operibus honesti. [h] *Nolite vos invicem ad iracundiam provocare,* [i] *sed semper bona sectamini.* Ii qui tales sunt, cum de sæculi hujus illecebris liberari voluerint, appropiantes monasterio, hebdomada [3] pro foribus jaceant: nulli cum eis de fratribus jungantur, & semper dura & laboriosa eis proponantur. Si vero perseveraverint pulsantes, eis non negetur ingressus; sed is qui præest pater hujusmodi homines introire permittat, & qualiter vitam fratrum, vel regulam tenere possint, ostendat. Quod si dives est, & habens multas divitias in sæculo, & converti voluerit, debet primo [4] Dei voluntatem implere, & consequi præceptum illud præcipuum, quod adolescenti diviti dicitur: [k] *Vende omnia bona tua, & da pauperibus, & tolle crucem tuam, & sequere me.* Deinde instruendus est ab eo qui præest patre, ut nihil sibi relinquat, nisi crucem Christi quam tenet, & sequatur Dominum. Crucis vero fastigia quæ tenenda sunt; primo omni obedientia non suam voluntatem facere, sed alterius. Quod si voluerit monasterio partem conferre, noverit quo ordine sive ipse, sive ejus oblatio suscipiatur. Et si voluerit de suis servis secum in monasterio conducere, noverit [5] jam non eum servum habere, sed fratrem; ut in omnibus perfectus inveniatur homo ille.

CAPUT VIII.

Idemque, Qualiter peregrini hospites suscipiantur.

Venientibus eis nullus nisi unus, cui cura circa hospitale fuerit injuncta occurrat, [6] & responsum det venientibus. Orare, vel pacem offerre non liceat ulli, nisi primo videatur ab eo qui præest patre; & oratione simul peracta, sequatur ordine suo pacis officium reddere. Nec licebit alicui fratri cum superveniente sermocinari: non sit ulli cura interrogandi, unde venerit, quid venerit, vel quando ambulaturus sit, nisi soli qui præest patri, aut quibus ipse jusserit. Venientibus vero fratribus ad horam refectionis, non licebit peregrino fratri cum fratribus manducare, nisi cum eo qui præest patre, ut possit ædificari. Nulli licebit cum eo loqui; nec alicujus [7] audiatur sermo, nisi divinus, qui ex pagina proferatur, & ejus qui præest patris, vel quibus ipse jusserit loqui, ut aliquid de Deo conveniat.

CAPUT IX.

Qualiter jejuniorum ordo teneatur.
PAPHNUTIUS *dixit:*

Magna & utilia ad animæ salutem dicta sunt, fratres: nec hoc tacendum est, qualiter jejuniorum ordo tenendus sit. Nec aliud huic firmitati testimonium convenit, dulcissimi fratres, nisi illud quod dicit: [l] *Petrus autem & Joannes ascendebant in templum circa horam orationis nonam.* Debet ergo iste ordo teneri, fratres, ut nullo die, nisi hora nona reficiantur fratres in monasterio, excepta dominica die & quinquagesima Pentecostes. Die autem dominica nihil aliud agant, nisi Deo vacent, ne pro aliqua occasione se velint aut alios excusare. Tamen contestor fratres, quod nulla operatio in die illa sancta comperiatur, nisi tantum hymnis & psalmis, & canticis spiritualibus dies illa transigatur.

CAPUT X.

Idem ipse, Qualiter fratres debent operari.

[8] Idemque præcipimus. Debent ergo fratres istum ordinem tenere. A prima hora usque ad horam tertiam Deo vacent fratres, a tertia vero usque ad nonam, quidquid injunctum fuerit a patre, sine aliqua murmuratione faciant. Meminisse debent hi quibus injungitur, dictum Apostoli: [m] *Omnia quæ facitis, sine murmuratione facite.* Timere debent illud dictum terribile: [n] *Nolite murmurare, sicut quidam eorum murmuraverunt, & ab exterminatore perierunt.* Debet etiam qui præest pater, opus quod faciendum est uni injungere, ut ceteri ejus præcepto cui injunctum fuerit, fratres obediant sine querela.

CAPUT XI.

Qualiter infirmitas vel possibilitas corporum ab eo qui præest patre cognoscenda sit.

Si quis ex fratribus pro jejunio, vel operibus manuum suarum, quæ Apostolus præcepit [9]: [o] *Operantes manibus nostris, ne quem vestrum gravaremus.* Si is qui talis est fuerit infirmitate obsessus,

a Eccli. VII. 4. *b* Luc. XIV. 8. *c* Rom. XI. 20. *d* Eccli. XXV. 4. *e* Psalm. LXXXVIII. 11. *f* II. Tim. II. 21. *g* Rom. XII. 12. *h* Ephes. VI. 4. *i* I. Thess. V. 15. *k* Marc. X. 21. *l* Act. III. 1. *m* Philipp. II. 14. *n* 1. Cor. X. 10. *o* 1. Cor. IV. 12.

1. *Ne*] Ms. *ne forte*.
2. *Humiliter*] Ms. *humilitate*. Et paullo post, *paratus sit*, pro *parati estote*. Recte.
3. *Hebdomada*] Ms. *hebd. continua*.
4. *Primo*] Addit ms. *ante omnia*. Et mox, *quam teneat*.
5. *Noverit*] Idem cod. *noverit se*.
6. *Et resp.*] Ms. *ut resp.* Mox idem ms. post *venientibus* addit, *nec ipse audeat cum venientibus*.
7. *Alicujus*] Addit ms. *ibi*: Paullo post *recitetur*, loco *proferatur*.
8. *Idemque*] An *Itemque?*
9. *Præcepit*] Ms. *præcepit dicens*.

providendum est ab eo qui præest, qualiter ipsa in- A firmitas sustentetur. [1] Quod si infirmus est animo hujusmodi frater, oportet eum frequentius operari, considerando. Apostolum [a], qualiter corpus suum servituti redigit. Hoc autem observandum est, ut in nullo voluntatem suam faciat ille.

CAPUT XII.

Qualiter officiis mutuis se fratres [2] præveniant.

SI congregatio multa est, debet is qui præest pater, disponere hebdomadarios, & ordinem officii, quo sibi invicem succedant ad ministrandum: [3] & decernere debet ille, quomodo debeat esse, B qui cellarium fratrum contineat. Debet talis tantummodo eligi, qui possit in omnibus gulæ suæ suggestionibus dominari, & evangelico ordine fratribus suis victum gubernare: qui timeat Judæ sententiam, qui ab initio fur [b] fuit: Studere debet qui huic officio deputatur, ut audiat: [c] *Quia qui bene ministraverit, bonum gradum [4] acquirit;* & animæ suæ lucrum facit. Nosse debent etiam fratres, quia quidquid in monasterio tractatur, sive in vasis, sive in ferramentis, vel cetera omnia, esse sanctificata. Si quis de fratribus aliquid negligenter tractaverit, partem se habere noverit cum illo rege, qui in vasis domus Dei sanctificatis cum suis bibebat concubinis, & qualem meruit [5] vindi- C ctam. Custodienda sunt ista præcepta, & per singulos dies in aures fratrum recitanda sunt, ut non condemnentur in peccatis suis.

CAPUT XIII.

Qualiter inter se monasteria pacem firmam obtineant.
[6] *Alius* MACARIUS *dixit:*

QUoniam veritas protestatur, quæ dicit: [d] *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum;* firmanda ergo est regula pietatis; nec [7] tacendum est, qualiter inter se monasteria pacem firmam obtineant. Non licebit de alio monasterio, D sine voluntate ejus qui præest patris, fratres [8] recipere; sed nec videre oportet, dicente Apostolo: [e] *Quia qui primam fidem irritam fecit, est infideli deterior.* Quod si precatus fuerit ab eo qui præest patre, ut in alio monasterio ingrediatur, commendetur ab eo ei qui præest, ubi esse desiderat; & sic suscipiatur. [9] Nam sine voluntate qui præesse debet in monasterio patris, nullatenus alibi recipiatur frater. Quod si præsumserit talia facere, noverit se in synodo episcoporum, aut in conventu fratrum suorum in audientiam venire: & tunc recedet tamquam junior suus, donec ab eo cui injuriam fecit veniam petat; ut non per ipsius vitium alii despiciantur patres. Ille vero monachus quantos fratres E in alio monasterio invenerit, tantos se noverit habere priores. Nec attendendum est, qui fuit antea; sed probandum est, qualis esse cœperit. Susceptus vero si habere videtur aliquid, sive in rebus sive in codicibus, ultra ei possidere non licebit, ut possit esse perfectus, quod alibi non potuit. Residentibus vero fratribus, si fuerit aliqua de scripturis collatio, & fuerit [10] ex his talis scitus, non ei licebit aliquid dicere, nisi præceptum ei fuerit [11] a patre.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

CAPUT XIV.

Idemque, Qualiter clerici hospites suscipiendi sunt in monasterio.

CUm omni reverentia ut ministri altaris: non licebit nisi ipsis orationem complere, sive ostiarius, sive minister est templi Dei. Quod si aliquo casu lapsus est, & in eo quod dicitur probatus crimine, non liceat ei ante eum qui præest patrem, vel secundum complere. Nulli permittatur clerico in monasterio habitare, nisi ei tantummodo quem lapsus peccati ad humilitatem deduxit, & est vulneratus; ut in monasterio humilitatis medicina sanetur. Hæc vobis tenenda sufficiant, fratres, custodienda conveniant, & eritis irreprehensibiles in populo Dei.

CAPUT XV.

Qualiter culpæ singulorum emendentur.

NEc hoc tacendum est, qualiter culpæ singulorum emendentur: pro qualitate culpæ erit excommunicatio. Ergo iste ordo teneatur. Si quis ex fratribus sermonem otiosum emiserit, ne reus sit concilii, præcipimus eum triduo a fratrum congregatione vel colloquio esse alienum, ut nullus cum eo jungatur. Si vero aliquis deprehensus fuerit in risu, vel [f] *in scurrilitate* sermonis, sicut ait Apostolus, *quæ ad rem non pertinet;* jubemus hujusmodi duarum hebdomadarum spatio in nomine Domini omni flagello humilitatis coerceri, dicente Apostolo: [g] *Si quis frater nominatur iracundus, aut superbus, aut maledicus, hunc notate:* & [h] *non odite ut inimicum, sed corripite ut fratrem.* Et in alio loco: [i] *Si quis frater fuerit præventus in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite hujusmodi,* & corripite fratrem; ita ut per humilitatis frequentiam non reprobus, sed probatus in congregatione perseveret.

CAPUT XVI.

Ut sine personarum acceptione æqualiter judicetur.

HOc ante omnia præcipimus vobis qui huic officio præestis, ut personæ a vobis non accipiantur, sed æquali affectu omnes diligantur, & per correptionem omnes sanentur: quia æqualitas placet apud Deum, dicente Propheta: [k] *Si vere utique*

[a] I. Cor. IX. 27. [b] Joan. XII. 6. [c] I. Tim. III. 13. [d] Matth. XVIII. 16. [e] I. Tim. V. 12. 8. [f] Ephes. V. 4. [g] I. Cor. V. 11. [h] II. Thess. III. 15. [i] Gal. VI. 1. [k] Psalm. LVII. 2.

1. *Quod si infirmus est animo*] Ms. *Quod si firmus est corpore.*
2. *Præveniant*] Post hanc vocem addit ms. *iste ordo teneatur.*
3. *Et decernere debet ille*] Hæc desunt in ms. Et statim idem cod. *qualis* habet pro *quomodo*.
4. *Gradum*] Ms. *gradum sibi acq.*
5. *Meruit*] Ms. *meruerit.*
6. *Alius*] Ms. *Item alius.*
7. *Nec*] Ms. *Nec hoc tac.*
8. *Recipere*] Post verbum hujusmodi addit ms. *& non solum non recipere:* quæ quidem ob ejusdem verbi repetitionem librario exciderint, ut ex contextu liquet.
9. *Nam sine voluntate cet.*] Hæc & sequentia usque ad ea, *Ille vero monachus*, desunt in ms.
10. *Ex his*] Deest præpositio in ms. & quidem rectius.
11. *A patre*] Ms. *ab eo qui præest*. Heic vero desinit codex Vat, neque tria ultima capita agnoscit.


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

justitiam loquimini, juste judicate filii hominum. A Nec latere vos volumus, quia qui non corripit errantem, noverit se pro eo rationem redditurum. Estote fideles & boni doctores ad omnes: corripite inquietos: suscipite infirmos: patientes estote ad omnes: & quantos fueritis lucrati, pro tantis mercedem accipietis, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.

EXPLICIT REGULA PATRUM ABBATUM XXXVIII.

INDEX CAPITUM EJUSDEM REGULÆ.

EXPLICIUNT CAPITULA.



SEQUITUR ALIA PATRUM REGULA AD MONACHOS.

PRÆFATIO.

CUM resideremus in unum in nomine Domini A nostri Jesu Christi, secundum traditionem Patrum sanctorum virorum, visum est nobis conscribere vel Regulam ordinare, quæ in monasterio teneatur ad profectum fratrum; ut neque nos laboremus; neque sanctus præpositus qui constitutus est in loco, dubitationem aliquam pati possit: ut omnes [a] *unanimes*, sicut scriptum est, *& unum sentientes*, invicem honorantes, ea quæ statuta sunt a Domino jugi observatione custodiant.

I. Ante omnia habentes caritatem, humilitatem, patientiam, mansuetudinem, vel cetera quæ docet sanctus Apostolus [b]; ita ut nemo quidquam suum vindicet, sed sicut scriptum est in actibus Apostolorum [c], habeant omnia communia. Ille vero qui B præpositus est, Dei judicium & ordinationem sacerdotis in omnibus timere, diligere & obaudire debet secundum veritatem: quia si quis illum putat se spernere, Deum spernit: sicut scriptum est: [d] *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: & qui me spernit, spernit eum qui me misit.* Ita ut sine ipsius voluntate nullus frater quidquam agat, neque accipiat ab aliquo aliquid, neque det, nec usquam prorsus recedat sine verbo.

II. Observantes etiam hoc, ut non se invicem fabulis vanis destruant, sed unusquisque opus suum meditetur & custodiat, & cogitationes habeat apud Deum. In conventu omnium nullus junior quidquam nisi interrogatus loquatur. Ceterum si quis vult consolationem accipere vel verbum audire, secretum & opportunum tempus requirat.

III. Advenienti peregrino nihil plus exhibeat quam pacem: reliquum non sit illi cura unde venerit, pro quo venerit, vel quando ambulaturus sit, nec se jungat ad fabulas cum illo.

IV. Illud quoque observandum est, ut præsente seniore quocumque, vel præcedente in ordine psallendi, sequens non habeat facultatem loquendi vel aliquid præsumendi, nisi tantum is qui in ordine, ut dictum est, præcedere videtur. Hoc usque ad imum ante omnia in oratione, seu in opere, sive in responso dando erit servandum. Si vero simplicior fuerit, vel impeditior sermone, & dederit locum, ita demum sequens loquatur. [e] *Omnia tamen in caritate fiant*, non per contentionem vel aliquam præsumtionem.

V. Cursus vero orationum vel psalmorum, sicut dudum statutum est, ultra tempus istud meditandi operandique servabitur. Ita meditationem habeant fratres, ut usque ad horam secundam legant; si tamen nulla caussa exstiterit, qua necesse sit etiam

a Philipp. II. 2. b Coloss. III. 12-14. c Act. IV. 32. d Luc. X. 16. e I. Cor. XVI. 14.

prætermiſſa meditatione aliquid fieri in commune, A Poſt horam vero ſecundam unuſquiſque ad opus ſuum paratus ſit: & uſque ad horam nonam quidquid injunctum fuerit, [a] *ſine murmuratione vel hæſitatione* perficiat, ſicut docet ſanctus Apoſtolus. Si quis autem murmuraverit, vel contentioſus exſtiterit, aut opponens in aliquo contrariam voluntatem præceptis, digne correctus tam diu abſtineat, quam diu vel culpæ qualitas popoſcerit, vel ſe pœnitendo humiliaverit atque emendaverit. Correctus autem non audeat uſquam recedere. Si quis vero de fratribus, vel qui in oratorio ſunt, vel qui in cellis conſiſtunt, ejus errori conſenſerit, culpabilis erit, atque excommunicatione digniſſimus.

VI. Ad horam vero orationis dato ſigno ſi quis non ſtatim prætermiſſo omni opere quod agit (quia nihil orationi præponendum eſt) paratus fuerit, foras excludatur confundendus. Operam vero dabunt ſinguli fratres, ut tempore quo [1] miſſæ fiunt, ſive die, ſive nocte, quando diutius ad orationem ſtandum eſt non deficiant, vel ſuperfluo foras recedant; quia ſcriptum eſt in Evangelio: [b] *Oportet autem ſemper orare, & non deficere*. Et alio loco: [c] *Non impediaris orare ſemper*. Si quis autem non neceſſitate, ſed magis vitio procedendum putaverit, ſciat ſe cum deprehenſus fuerit, culpabilem judicandum; quia per ſuam negligentiam & alios in vitium mittit. In vigiliis obſervandum eſt, quando omnes conveniunt, quicumque gravatur ſomno, & exit foras, non ſe fabulis occupet, ſed ſtatim redeat ad opus ad quod convenitur. In congregatione autem ipſa ubi legitur, aurem ſemper ad ſcripturas habeant, & ſilentium obſervent omnes.

VII. Hoc etiam addendum fuit, ut frater qui pro qualibet culpa arguitur vel increpatur, patientiam B habeat, & non reſpondeat arguenti; ſed humiliet ſe in omnibus ſecundum præceptum Domini dicentis: [d] *Quia Deus humilibus dat gratiam, ſuperbis autem reſiſtit*; Et, [e] *Qui ſe humiliat exaltabitur*. Qui vero ſæpius correptus non ſe emendaverit, noviſſimus in ordine ſtare jubeatur; ſicut Dominus dixit: [f] *Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus*. Ad menſam autem ſpecialiter nullus loquatur, niſi qui præeſt, vel qui interrogatus fuerit.

[a] Philipp. II. 14. [b] Luc. XVIII. 1. [c] Eccli. XVIII. 22. [d] I. Pet. V. 5. [e] Luc. XIV. 11. [f] Matth. XVIII. 17.

1. *Miſſæ*] Orationes & collectæ quæ in fine verſus a ſacerdote dicebantur, dictæ *Miſſæ*, eo quod Deo miſſæ ſint. Aliquando accipiuntur pro horis canonicis & curſibus nocturnis, prout heic. Vide Menardum ad *Concord. Regul.* pagg. 331. 376. 377. qui alias declarationes affert. HOLSTEN. in *Indic. declar.* v. MISSÆ.

EXPLICIT REGULA.

INDEX CAPITUM REGULÆ.

EXPLICIUNT CAPITULA.

SEQUITUR TERTIA

PATRUM REGULA

AD MONACHOS.

I. Cum in nomine Domini una cum fratribus A noſtris conveniſſemus, in primis placuit ut Regula & inſtituta Patrum per ordinem legerentur: quibus lectis placuit, ſi de ſæculo quis in monaſterio converti voluerit, Regula ei introeunti legatur, & omnes actus monaſterii illi pateſiant. Quod ſi omnia apte ſuſceperit, ſic digne a fratribus in cellula ſuſcipiatur: tum ſi aliquam in cellulam voluerit inferre ſubſtantiam, in menſa ponatur coram omnibus fratribus, velut Regula continet. Quod ſi ſuſceptus fuerit, non ſolum de ſubſtantia quam intulit, ſed etiam nec de ſe ipſo ab illa judicabit hora.

II. Abbati vero nulli liceat ſibi quidquam proprie vindicare, cum omnia Deo propitio in illius maneant poteſtate. Si quis vero, quod in Regula junioribus prohibetur, ſibi aliquid ex ſucceſſione parentum, ſeu quolibet donato retinere præſumſerit, & non omnia in commune poſuerit, a fratribus arguatur. Si in vitio perſtiterit, in notitiam epiſcopi deferatur; qui ſi ab epiſcopo correptus nec ſic emendaverit, deponatur.

III. Veſtimenta vero fratribus neceſſaria ita abbas omnibus ordinare debet, quæ monachis deceant; non diverſis coloribus tincta, exceptis cucullis quæ comparantur, ſi fuerint nigræ, uti eas debere cenſemus.

IV. Familiaritatem omnium mulierum, tam parentum, quam extranearum pro cuſtodienda vita,

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

vel cavendis laqueis diaboli, ab omnibus monasteriis vel culturis monachorum; seu frequentationem monachorum a monasteriis puellarum, sicut Regula docet, prohibere censemus. Neque ulla mulier in interius atrium monasterii ingredi audeat. Quod si cum consilio vel voluntate abbatis monasterium vel cellulas monachorum quædam fuerit ingressa, merito ipse abbas & nomen abbatis deponat, & inferiorem se omnibus presbyteris recognoscat: quia talis sancto gregi præponi debet, qui eos immaculatos Deo offerre procuret; non per quaslibet familiaritates diabolo sociare festinet.

V. Matutino dicto fratres lectioni vacent usque ad horam secundam: si tamen nulla caussa exstiterit, qua necesse sit etiam prætermissa lectione aliquid fieri in commune. Post horam secundam unusquisque ad opus suum paratus sit usque ad horam nonam: quod injunctum fuerit, [a] *sine murmuratione* perficiat.

VI. Ad horam vero orationis dato signo, qui non statim prætermisso omni opere quod agit (quia nihil orationi præponendum est) paratus fuerit, ab abbate vel præposito corripiatur: & nisi prostratus veniam petierit, excommunicetur.

VII. Ad mensam autem specialiter nullus loquatur, nisi qui præest, vel qui interrogatus fuerit.

VIII. Ad necessaria quærenda in cellula, bini egrediantur vel terni fratres: & ita illi, quibus creditur, non qui verbositatem aut gulam sectantur.

IX. Si quis vero extra conscientiam abbatis vel præpositi, qualemcumque locum egressus, gulæ vel ebrietati se sociaverit; aut si in proximo transmissus, pro sua levitate vel gula, non statim expedita necessitate ad cellam redierit; cum in id facinus fuerit detectus, ut canones docent, aut triginta diebus a communione separetur, aut virgis cæsus emendetur.

X. Quod si casu quis frater de cellula ex qualibet scandali caussa exire voluerit, nihil penitus nisi [1] nugalissimo induatur vestimento, & extra communionem infidelis discedat.

XI. Illud quoque statuimus, ut abbates omni tempore cum fratribus reficiant: quia eo tempore, quo fratres aut pro negligentia arguere, aut spirituali debent sermone imbuere, absque certa necessitate se removere non debent.

XII. Id etiam pro custodienda fama specialiter statuimus, ut nullus monachus in infirmitate positus relicto monasterio parentum suorum studio commendetur: quia magis eum sæcularium spectaculorum visu aut auditu pollui censemus, quam ab ægritudine posse purgari.

XIII. Si quis vero monachus furtum fecerit, quod potius sacrilegium dici potest, id censuimus ordinandum; ut junior virgis cæsus tanti criminis reus numquam officium clericatus excipiat; si vero jam clericus in id facinus fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate privetur: cui sufficere potest pro actus sui levitate, impleta pœnitentiæ satisfactione, communio.

XIV. Monachum nisi abbatis sui aut permissu aut voluntate ad aliud monasterium commigrantem, nullus abbas aut suscipere aut retinere præsumat. Quod si ad districtiorem Regulam non pro actus sui levitate tendentem abbas suus ipsum ad alterum monasterium transire permiserit, ut inde postea sub aliqua occasione egredi præsumat, nulla ratione permittimus. Sane si quis post hanc diligentissimam sanctionem non observare quæ sunt superius comprehensa præsumserit, reum se divinitatis pariter & fraternitatis judicio futurum esse cognoscat.

[a] Philipp. II. 14.


1. *Nugalissimo*] Id est, quod risum moveat occurrentibus, interprete Cangio, qui hunc ipsum locum recitat in *Glossar.* v. NUGALISSIMUS. Eodem sensu accipiendum *notatissimum vestimentum*, cujus mentio in superiore Regula S. MACARII cap. XXVIII. quod Holstenius interpretatur, *parvi momenti ac nullius valoris*.

EXPLICIT REGULA A SS. PATRIBUS PROLATA.

INDEX CAPITUM REGULÆ.

EXPLICIUNT CAPITULA.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
371.



REGULA ORIENTALIS
EX PATRUM ORIENTALIUM REGULIS COLLECTA
A VIGILIO DIACONO.

I. UT neque seniores in regendis fratribus inaniter laborent, neque disciplina juniorum vacillet, quæ abbatis conversatione stabilita firma sit, oportet abbatem irreprehensibilem esse, severum, patientem, jejunum, pium, humilem: ut doctoris & patris locum impleat, [a] se ipsum formam præbens bonorum operum. Ad cujus ordinationem omnes fratres respiciant, nihil sine consilio & auctoritate ipsius facientes. Qui sustinens monasterii necessitates, de omnibus quæ in monasterio sunt libere judicabit; nullius personam accipiens, nec ulli gratiam præstans; sed unumquemque secundum merita quotidianæ conversationis in veritate judicans, admoneat, hortetur, castiget, condemnet: vel suscipiat, si ita utile videtur, venientes ad monasterium; vel ejiciat, si ita necessitas fuerit, male habitantes.

II. In monasterio seniores sint duo, ad quos vel præsente abbate vel absente omnium fratrum disciplina, & omnis cura monasterii pertineat: dantes sibi vices per dies, & dividentes inter se pondus ac necessitatem monasterii; ex quibus unus tempore suo præsens in monasterio semper erit, ad præstandum abbati solatium, vel obsequium advenientibus fratribus; & ad procedendum ubi necessitas communis exegerit, atque diligentiam circa omnia quæ ad quotidianam custodiam & conversationem monasterii pertinent adhibendam: ut quæcumque ad obsequium usumque monasterii facienda sunt, sine negligentia & querela faciant. Alius cum fratribus erit, tempore suo exiturus cum ipsis ad omnia opera & omnem necessitatem, providens ne quid contra disciplinam faciant. Qui considerans omnes actus singulorum, si qua contra rationem facta viderit, vel per se emendet, vel abbati indicet.

III. Ille vero qui secundum ordinem disciplinæ ordinatione abbatis ex consilio & voluntate omnium fratrum fratribus præpositus est, omnem ad se curam de disciplina fratrum & diligentiam monasterii revocabit; habens potestatem abbate absente faciendi omnia quæ abbas præsens facit. Ille autem patientiam, mansuetudinem, humilitatem, caritatem, æquitatem, sine personarum acceptione servabit; ita agens, ut nec abbati tædium generet, nec fratres intemperantia illius laborent. Hæc observabit senior monasterii qui fratribus præpositus est, referens ad abbatem omnia, vel præcipue illa quæ per se non valuerit explicare.

IV. Commendatum aliquod etiam a germano fratre nullus accipiat: nihil in cella sua absque præpositi jussione quispiam habeat, ne poma quidem vilissima, & cetera hujuscemodi.

V. Operantes vero fratres nihil loquantur sæcu- A lare: sed aut meditentur ea quæ sancta sunt, aut certe silebunt.

VI. Qui autem coquinat, ante quam fratres reficiant, non gustabit quidquam.

VII. Nemo in cella aut in domo sua habeat quidquam præter ea, quæ in communi monasterii lege præcepta sunt.

VIII. Cumque ad dormiendum se collocaverint, alter alteri non loquatur. Cellam alterius, nisi prius ad ostium percutiat, introire non audeat.

B IX. Mutare de his quæ a præposito acceperit cum altero non audebit. Nec accipiat melius, & dabit deterius; aut e contrario dans melius & deterius accipiens. Nemo ab altero accipiat quidpiam, nisi præpositus jusserit.

X. Clausa cella nullus dormiat; nec habeat cubiculum quod claudi possit: nisi forte ætati alicujus vel infirmitati pater monasterii concesserit.

XI. Nemo a terra solvat funiculum absque jussione patris. Qui in monasterio fratrum invenerit quidpiam, suspendat, ut tollat qui cognoverit.

C XII. Ad collectam & ad psallendum nullus sibi occasionem inveniat, quibus se dicat occupatum quasi ire non possit. Et si in monasterio, vel in agro, aut in itinere, aut in quolibet ministerio fuerit, orandi & psallendi tempus non prætermittat.

XIII. Qui minister est, habeat studium ne quid operis pereat in monasterio. In qualicumque omnino arte quæ exercetur a fratribus, si quid perierit, & per negligentiam fuerit dissipatum, increpetur a patre minister operum: & ipse iterum increpet alium, qui opus perdiderit; dumtaxat juxta voluntatem & præscientiam principis, absque quo D nullus increpandi fratrem habebit potestatem.

XIV. Si inventus fuerit unus e fratribus aliquid per contentionem agens, vel contradicens majoris imperio, increpabitur juxta mensuram peccati sui.

XV. Qui mentitur, aut odio quemquam habere fuerit deprehensus, aut inobediens, aut plus joco quam honestum est deditus, aut otiosus, aut dure respondens, aut habens consuetudinem fratribus detrahendi, vel his qui foris sunt; & omnino quidquid contra regulam scripturarum est & monasterii disciplinam, & audierit pater monasterii, vindicabit juxta mensuram opusque peccati.

[a] Tit. II. 7.

SAECUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.

XVI. Si omnes fratres viderint præpositum nimium negligentem, aut dure increpantem fratres, & mensuram monasterii excedentem, referant hoc patri, & ab eo increpetur. Ipse autem præpositus nihil faciat, nisi quod pater jusserit; maxime in re nova. Quæ ex more descendit, servabit regulam monasterii.

XVII. Præpositus vero non inebrietur, nec sedeat in humilioribus locis. Ne rumpat vincula quæ Deus in cælo condidit, ut observentur in terris. Ne lugeat in die festo Domini Salvatoris: dominetur carni suæ, juxta mensuram sanctorum. Non inveniatur in excelsis cubilibus, imitans morem gentilium. Non sit duplicis fidei. Non sequatur cordis sui cogitationes, sed legem Dei. Non resistat sublimioribus tumenti animo potestatibus. Ne fremat, nec hirriat iratus super humiliores: nec transferat terminos Regulæ. Non sit fraudulentus, neque in cogitationibus verset dolos; nec negligat peccatum animæ suæ; nec vincatur carnis luxuria. Non ambulet negligenter. Non loquatur verbum otiosum. Non ponat scandalum ante pedes cæci. Non doceat voluntatem animam suam. Non resolvatur risu stultorum ac joco. Non capiatur cor ejus ab his qui inepta loquuntur & dulcia. Non vincatur muneribus: non parvulorum sermone ducatur. Non deficiat in tribulatione. Non mortem timeat, sed Deum: non prævaricator sit propter imminentem timorem. Non relinquat verum lumen propter modicos cibos. Non nutet ac fluctuet in operibus suis. Non mutet sententiam, sed firmus sit solidique decreti: justus, cuncta considerans; judicans in veritate absque appetitu gloriæ; manifestus Deo & hominibus, & a fraude procul. Nec ignoret conversationem suorum, nec ad eorum scientiam cæcus exsistat. Nulli noceat per superbiam; nec sequatur concupiscentias oculorum. Veritatem numquam prætereat: oderit injustitiam. Secundum personam numquam judicet pro muneribus, nec condemnet animam innocentem per superbiam. Non rideat inter pueros: non deserat veritatem timore superatus. Non despiciat eos qui indigent misericordia. Non deserat justitiam propter lassitudinem; ne perdat animam suam propter verecundiam: ne respiciat dapes lautioris mensæ: nec pulcra vestimenta desideret; nec se negligat, sed semper dijudicet cogitationes suas. Non inebrietur vino; sed humilitati junctam habeat veritatem. Quando judicat, sequatur præcepta majorum & legem Dei, quæ in toto orbe prædicata est.

XVIII. Si deprehensus fuerit aliquis e fratribus libenter cum pueris ridere & ludere, & habere amicitias ætatis infirmæ, tertio commoneatur, ut recedat ab eorum necessitudine, & memor sit honestatis, & timoris Dei: si non cessaverit, corripiatur ut dignus est correptione severissima.

XIX. Qui contemnunt præcepta majorum & regulas monasterii quæ Dei præcepto constitutæ sunt, & parvi pendunt seniorum consilia, corripiantur juxta ordinem constitutum, donec corrigantur.

XX. Majores qui cum fratribus mittuntur foras, quamdiu ibi fuerint, habebunt jus præpositorum, & eorum cuncta regentur arbitrio. Docebunt fratres per constitutos dies; & si forte inter eos ortum fuerit aliquid simultatis, audient ipsi majores, & A dijudicabunt caussam, & dignum culpa increpabunt; ut ad imperium eorum statim pacem pleno corde consocient.

XXI. Si quis frater contra præpositum suum habuerit tristitiam, aut ipse præpositus contra fratrem aliquam querimoniam; probatæ fratres conversationis & fidei eos audire debent, & dijudicabunt inter eos. Si tamen absens est pater monasterii vel alicubi profectus, primum quidem exspectabunt eum: sin autem diutius vident foris demorari, tunc audient inter præpositum & fratrem; ne diu suspenso judicio tristitia major oriatur; ut & ille qui præpositus est, & ille qui subjectus est, & illi qui B audiunt, juxta timorem Dei cuncta faciant, & non dent in ullo occasionem discordiæ.

XXII. Nullus mittatur foras ad aliquod negotium solus. Missi vero non singuli, sed bini vel terni ambulent: ut dum se invicem custodiunt & consolantur, & seniores eorum de honesta eorum conversatione securi sint, & illi non periclitentur. Observantes tamen hoc, ut non se invicem fabulis inanibus destruant, neque negligentiæ dent locum destructionis; sed unusquisque in actu suo attentus sit, prout tempus fuerit.


XXIII. Quando autem reversi fuerint in mona- C sterium, si ante ostium viderint aliquem quærentem suorum affinium, de his qui in monasterio commorantur, non valebunt ire ad eum, & nuntiare, vel evocare. Et omnino quidquid foris gesserint, in monasterio narrare non præsumant.

XXIV. Omnibus erit potestas legendi usque ad horam tertiam: si tamen nulla caussa exstiterit, qua necesse sit etiam aliquid fieri. Post horam vero tertiam si quæ statuta sunt, sicut scriptum est, per superbiam, vel negligentiam, vel desidiam intercedentem non custodierit, sciat se cum in hoc errore deprehensus fuerit, culpabilem judicandum; quia per suum errorem & alios in vi- D tium mittit.

XXV. Cellararii vero cura sit, ut abstinentiam & sobrietatem studens, illata in monasterio ad sumtus fratrum diligenter & fideliter servet: nihil suscipiens, nec quidquam tradens sine auctoritate vel seniorum consilio. Qui etiam omnia utensilia quæ in monasterio sunt, id est, vestem, vas, ferramentum, & quidquid usibus quotidianis necessarium est, custodiat; & unamquamque rem proferens, quum fuerit necessarium, ab eo iterum ad reponendum cui utendo consignaverit recepturus. Ad victum vero fratrum proferat ac tradat septimanariis; ad condiendos cibos det necessaria secundum quoti- E dianæ expensæ consuetudinem, neque profuse neque avare; ne vitio ipsius vel monasterii substantia gravetur, vel fratres patiantur injuriam. Sed & necessitatem infirmorum fratrum ac laborem considerans, nihil ægrotantium desideriis neget ex his quæ habuerit, quantum illis necesse fuerit. Advenientibus diversis fratribus escas parabit. Hæc erit cura custodis cellarii, recurrens semper ad seniorum consilium, & requirens de omnibus, vel præcipue de his quæ proprio suo intellectu non potuerit adimplere.

XXVI. Ostiarij cura sit, ut omnes advenientes intra januas recipiat; dans eis responsum honestum

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
371.



cum humilitate & reverentia, ac statim nuntians A vel abbati vel senioribus, quis venerit & quid petierit. Nec ullus extraneorum patiatur injuriam: neque habeat cum aliquo de fratribus necessitatem ac facultatem loquendi, absque conscientia abbatis vel seniorum præsentia. Si quid vero cuicumque de fratribus missum mandatumque fuerit, nihil ad ipsum perveniat priusquam abbati vel senioribus indicetur. Ante omnia ostiarius monasterij hæc observabit, ne quemquam de fratribus foris januam exire permittat.

XXVII. Si quis accesserit ad ostium volens sæculo renuntiare, & fratrum aggregari numero, non habeat libertatem intrandi: sed prius nuntietur patri monasterij, & manebit paucis diebus foris ante B januam, ac docebitur orationem dominicam, & psalmos, quantos potuerit discere; & diligenter sui experimentum dabit, ne forte mali quidpiam fecerit, ut turbatus ad horam timore discesserit, aut sub aliqua potestate sit; & utrum possit renuntiare parentibus suis, & propriam contemnere facultatem. Si eum viderint aptum ad omnia, tunc docebitur & reliquas monasterij disciplinas; quæ facere debeat, quibusque servire, sive in collecta omnium fratrum, sive in domo cui tradendus est, sive in vescendi ordine: ut instructus atque perfectus in omni opere bono fratribus copuletur. Hæc observabit custos januæ, referens omnia, sicut superius C scriptum est, & annuntians senioribus.

XXVIII. Septimanarii ad cibos parandos, vel ad luminaria concinnanda, vel ad nitores faciendos, & quæ ad obsequium ususque monasterii pertinent, semper parati sint. Hos nulla alia necessitas occupet, sed in hoc studium impendant, ut rem susceptam utiliter & diligenter impleant. Et si quid forte nesciunt de his quæ agere debent, sine dissimulatione seniores suos semper interrogent.

XXIX. Hi itaque quibus disciplina, vel utilitas, vel opinio, vel obsequium monasterii creditur, officia sibi injuncta fideliter custodiant & impleant. D Hos enim errare non decet, qui ad omnes errores emendandos præpositi sunt. Qui si vel superbia, vel negligentia, vel desidia aliqua ex his prætermiserint quæ in Regula continentur; per ipsosque destructio esse cœperit per quos debet ædificatio crescere, omnibus condemnationibus quas Regula continet, subjacebunt.

XXX. Inter omnes fratres hoc observabitur, ut obedientes senioribus suis, & deferentes sibi invicem, habeant patientiam, moderationem, humilitatem, caritatem, pacem sine figmento & mendacio, E & maledictione, & verbositate, & jurandi consuetudine: ita ut nemo suum quidquam vindicet, neque ullus aliquid peculiariter usurpet; sed habeant omnia communia.

XXXI. Sine seniorum verbo & auctoritate nullus fratrum quidquam agat: neque accipiat aliquid, neque det; neque usquam prorsus procedat.

XXXII. Cum vero inventa fuerit culpa, ille qui culpabilis invenitur, corripiatur ab abbate secretius. Quod si non sufficit ad emendationem, corripiatur a paucis senioribus. Quod si nec sic emendaverit, excommunicetur; & non manducet quidquam. Cui si ne hoc quidem profuerit, in quolibet loco fuerit, postremus inter omnes in psallendi ordine ponatur. Quod si in pravitate perseverat, etiam psallendi ei facultas auferatur. Quem si vel hæc confusio non commoverit, abstineatur a conventu fratrum; ita ut nec mensæ, nec Missæ intersit, neque cum eo ullus frater de junioribus colloquatur. Abstinebitur autem tam diu, quam diu vel qualitas culpæ poposcerit, secundum abbatis ac seniorum arbitrium; vel se ex corde pro culpa pœnitens humiliaverit, & veniam erroris sui omnibus præsentibus petierit. Quod si in fratrem peccavit, etiam ab eo fratre veniam petat, cui injuriam fecit.

XXXIII. Si quis errori ejus consenserit, & secundum duritiam illius magis consilium dederit, ut se tardius humiliet, sciat se cum in hoc errore fuerit deprehensus, simili modo culpabilem judicandum.

XXXIV. Hoc etiam addendum fuit; ut frater qui pro qualibet culpa arguitur vel increpatur, patientiam habeat, & non respondeat arguenti se: sed humiliet se in omnibus, & emendet.

XXXV. Si vero fuerit aliquis tam durus & tam alienus a timore Domini, ut tot castigationibus & tot remissionibus non emendet, projiciatur de monasterio, & velut extraneus habeatur: ne vitio ipsius alii periclitentur.

XXXVI. Quod si aliquis locutus fuerit, vel riserit in vescendo, increpetur, & agat pœnitentiam.

XXXVII. Si quis ad manducandum tardius venerit absque majoris imperio, similiter agat pœnitentiam, aut ad cellam suam jejunus revertatur.

XXXVIII. Si aliquid necessarium fuerit in mensa, nemo audebit loqui, sed ministrantibus signum soni dabit. Ministri vero absque his quæ in commune fratribus præparata sunt, nihil aliud comedant, nec mutatos cibos sibi audeant præparare.

XXXIX. Nemo plus alteri dabit quam alter accepit: quod si obtenditur infirmitas, præpositus domus perget ad ministros ægrotantium, & ab his quæ necessaria sunt accipiet.


XL. Quando ad ostium monasterii aliqui venerint, si clerici fuerint aut monachi, majori honore suscipientur: lavabuntque pedes eorum, juxta Evangelii præceptum, & præbebunt eis omnia quæ apta sunt usui monachorum.

XLI. Si quis ad ostium monasterij venerit, dicens velle se videre fratrem suum vel propinquum, janitor nuntiabit abbati, & permittente eo accipiet comitem cujus fides probata est; & sic mittetur ad fratrem videndum vel proximum.

XLII. Si propinquus alicujus mortuus fuerit, prosequendi funus non habebit licentiam, nisi pater monasterii præceperit.

XLIII. Nullus de horto tollat olera, nisi ab hortulano acceperit.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 371.



XLIV. Nemo alteri loquatur in tenebris: nullus in [1] psiatho cum altero dormiat: manum alterius nemo teneat: sed sive steterit, sive ambulaverit, sive sederit, uno cubito distet ab altero.

XLV. Si quis tulerit rem non suam, ponetur super humeros ejus; & sic agat pœnitentiam publice in collecta.


A

XLVI. Si præpositus injuste judicaverit, injustitiæ ab aliis condemnabitur.

XLVII. Qui consentit peccatis, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione severissima.

1. *Psiatho*] *Psiathum* sive *Psiathium*, est teges sive storea, ex junco sive papyro confecta, qua pro lecto & stragulo utebantur monachi. Vid. Rosweydum in *Onomast.* ad Vit. PP. pag. 1035. & Menardum ad *Concordiam Regul.* pag. 758. Holsten. — Vide sis Cangium in *Glossario*, v. Psiatium.

EXPLICIT REGULA ORIENTALIS.



INDEX OPERUM
S. MACARII ÆGYPTII.

PARS I.

P A R S II


A P P E N D I X.

S A N C T I

P A C I A N I

BARCILONENSIS EPISCOPI


Epiſtolæ tres ad SYMPRONIANUM Novatianum.



A C C E S S E R E

E J U S D E M S. P A T R I S

PARÆNESIS AD POENITENTIAM, & SERMO DE BAPTISMO.



SANCTI PACIANI

BARCILONENSIS EPISCOPI

Epiſtolæ tres ad SYMPRONIANUM Novatianum.

EPISTOLA I.

De Catholico nomine.

PACIANUS Semproniano fratri ſalutem.

I. Si non carnalis intentio, ſed ut ego arbitror, vocatio ſpiritualis eſt, domine, quod ex nobis fidem catholicæ veritatis examinas: tu potiſſimum quæ vel quam diverſa ſequereris indicare debueras, qui a rivulo procul in quantum apparet exorſus, fontem atque originem principalis Eccleſiæ non tenebas: te, ut quæ cauſſa potiſſimum de unitate corporis noſtri ſolviſſet, aperires: nudari enim eas partes oportet, quibus medicina depoſcitur. Nunc clauſo, ut ita dixerim, litterarum ſinu, quæ membra nobis potiſſimum curanda ſint non videmus. Tantæ enim a capite Chriſtiano hæreſes exſtiterunt, ut nominum ipſorum ſit volumen immenſum. Nam ut Judæorum hæreticos prætermittam, Doſitheum Samaritanum, Sadducæos & Phariſæos: quanti Apoſtolorum temporibus emerſerint, dinumerare perlongum eſt: Simon magus, & Menander, & Nicolaus, & ceteri quos fama recondit obſcura. Quid [1] poſterioribus temporibus Ebion, & Apelles, & Marcion, & Valentinus & Cerdon: nec longe poſt eos, Cataphryges & Novatiani, ut examina novella prætceream? Quis ergo mihi primum per litteras refutandus eſt? Ipſa, ſi voles, nomina omnium charta non capiet: niſi quod ſcriptis tuis, pœnitentiam uſquequaque damnantibus, ſecundum Phrygas te aſſenſiſſe pronuntias. Verum his ipſis, domine cariſſime, tam multiplex & diverſus eſt error, ut non hoc unum in illis quod contra pœnitentiam ſapiunt, ſed quaſi quædam capita Lernæa cædenda ſint.

II. Et primum hi plurimis nituntur auctoribus: nam puto, & Græcus Blaſtus ipſorum eſt: Theodotus quoque & Praxeas, veſtros aliquando docuere: ipſi illi Phryges nobiliores qui ſe animatos mentiuntur a Leucio, ſe inſtitutos a Proculo gloriantur: Montanum & Maximillam & Priſcillam ſequuti, quam multiplices controverſias excitarunt de Paſchali die, de Paracleto, de Apoſtolis, de Prophetis: multaque alia, ſicut & hoc de Catholico nomine, de venia pœnitentiæ. Quare ſi omnia iſta diſcutere velimus, docili præſentia opus eſt: ſi hæc ſola quæ ſcribis non ſatis inſtruerem, tamen quia quoquo modo admirantibus ſerviendum eſt, informandi tui gratia, ſummatim ad ea de quibus ſcribere dignatus es conloquimur. Si quid ſcire plenius de noſtro voles, oportet ut de tuo profitearе ſimplicius; ne obſcurius conſulendo, non ſcire nos facias, utrum interroges an laceſſas. Interea quod ad præſentes pertinebit, ante omnia te roga-
A tum volo, ne ob hoc ipſum auctoritatem mutueris errori; quod, ſicut ais, per orbem totum nullus intus ſit qui te revinceret, aut perſuadere tibi poſſet contra quam crederes. Nam & ſi nos imperiti, peritiſſimus Dei Spiritus: & ſi nos infideles, [a] *fidelis Deus, qui negare ſe non poteſt*. Tum porro, quod [2] obnitendo, ſacerdotibus Dei diu contendere non licebat: [b] *Nos*, inquit Apoſtolus, *talem conſuetudinem non habemus, nec Eccleſia Dei*. [c] *Poſt unam correptionem*, ſicut ſcis ipſe, contentioſus omittitur. Perſuadere autem quis aliquid poſſit invito? Tua ergo frater, non illorum culpa eſt, ſi tibi quod erat optimum, nemo perſuaſit. Nam & hodie in poteſtate tua eſt ut noſtra etiam ſcripta contemnas, ſi
B ea mavis vincere quam probare. Ceterum & ipſi Domino & Apoſtolis ejus plurimi reſtiterunt; nec perſuaderi veritas cuiquam potuit, niſi ei propria religione conſenſit. Itaque domine, & nos non ea fiducia ſcripſimus, qua repugnanti aliquid perſuadere poſſimus; ſed ea fide qua volenti bonæ pacis aditum non negemus; quæ ſi animo tuo & cordi eſt, de Catholico nomine nullum habet eſſe luctamen. Si enim per Deum id populus noſter adipiſcitur; nec interrogandum eſt, præcedente auctoritate divina: ſi per hominem; quando uſurpatum, detegendum. Tunc ſi bonum nomen eſt, non recipit odium: ſi malum, caret invidia.


C III. Novatianos audio de Novato aut Novatiano vocari: ſectam tamen in his, non nomen accuſo: nec Montano aliquis aut Phrygibus nomen objecit. Sed ſub Apoſtolis, inquies, nemo Catholicus vocabatur. Eſto, ſic fuerit, vel illud indulge. Cum poſt Apoſtolos hæreſes exſtitiſſent, diverſiſque nominibus columbam Dei atque reginam lacerare per partes & ſcindere niterentur: nonne cognomen ſuum plebs apoſtolica poſtulabat, quo incorrupti populi diſtingueret unitatem, ne intemeratam Dei virginem error aliquorum per membra laceraret? Nonne appellatione propria decuit caput principale ſignari? Ego forte ingreſſus populoſam urbem hodie, cum Marcionitas, cum Apollinariacos, Cataphrygas, No-
D vatianos & ceteros ejuſmodi comperiſſem, qui ſe Chriſtianos vocarent: quo cognomine congregationem meæ plebis agnoſcerem, niſi Catholica diceretur? Age, quis ceteris plebibus nomina tanta largitus eſt? Cur tot urbibus, tot nationibus ſua quæque deſcriptio eſt? Ipſe ille qui Catholicum nomen interrogat, cauſſam ſui nominis neſciet, ſi requiram unde mihi traditum eſt. Certe non eſt ab homine mutua-

a II. Tim. II. 13. b 1. Cor. XI. 16. c Tit. III. 10.

1. *Quid poſterioribus temporibus, Ebion?*] Judice Cotelerio ad *Conſtit. Apoſt.* lib. VI. cap VI. hæc Paciani verba benigno interprete egent. Ortus enim Ebionæorum cum Epiphanio & Hieronymo ad tempora Joannis Apoſtoli referendus videtur.

2. *Obnitendo*] Ita ex contextu reſcripſimus. Editi, [illegible].

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
372.



tum, quod per sæcula tanta non cecidit. Catholicum istud: nec Marcionem, nec Apellem, nec Montanum sonat, nec hæreticos sumit auctores. Multos nos Spiritus sanctus edocuit, quem paracletum Apostolis & magistrum Deus misit e cælis; Multa ratio, sicut dicit Paullus, & honestas, & (ut ait) ipsa natura. Quid? Parva nobis de apostolicis viris, parva de primis sacerdotibus, parva de beatissimo Cypriano martyre atque doctore currit auctoritas? An volumus docere doctorem? An sapientiores illo sumus, & spiritu carnis inflamur adversus eum, quem æterni Dei testem nobilis cruor & clarissimæ passionis corona produxit? Quid tot earum partium sacerdotes, quos per totum orbem cum eodem Cypriano pax una solidavit? Quid tot annosi episcopi, tot martyres, tot confessores? Age: si illi, usurpando nomini huic auctores idonei non fuerint, nos idonei erimus negando? Et nostram potius auctoritatem patres sequentur, & emendanda sanctorum cedet antiquitas, & jam putrescentia vitiis tempora canones apostolicæ antiquitatis eradent?

IV. Nec tamen æstues frater: Christianus mihi nomen est, Catholicus vero cognomen. Illud me nuncupat, istud ostendit: hoc probor, inde significor. Et si reddenda postremo Catholici vocabuli ratio est, & exprimenda de græca interpretatione Romana: Catholicus, ubi unum vel (ut doctiores putant) obedientia omnium nuncupatur, mandatorum scilicet Dei. Unde Apostolus; [a] *Si in omnibus obedientes estis*. Et iterum: [b] *Sicut enim per inobedientiam unius, peccatores constituti sunt multi: sic per dicto audientiam unius, justi constituentur multi*. Ergo, qui Catholicus; idem, justi obediens. Qui obediens, idem est Christianus: ita Catholicus, Christianus est. Quare ab hæretico nomine noster populus hac appellatione dividitur, cum Catholicus nuncupatur: sed & si Catholicus ubique unum est, sicut superiores putant, idipsum David indicat dicens: [c] *Astitit regina in veste aurata & variegata*, hoc est, una in omnibus. Et in Cantico canticorum Sponsus hæc loquitur; [d] *Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa est genitrici suæ*. Et iterum: [e] *Adducentur regi virgines post eam*. Et adhuc: [f] *Adolescentulæ, quarum non est numerus*. Ergo in omnibus una, & una super omnia.

V. Si rationem nominis quæris, apparet. De pœnitentia vero, Deus præstet ut nullis fidelibus necessaria sit: nemo post sacri fontis auxilium, foveam mortis incurrat: nec tarda solamina ingerere sacerdotes aut docere cogantur, ne peccandi iter aperiant, dum peccanti remediis blandiuntur. Sed nos hanc indulgentiam Dei nostri miseris, non beatis; nec ante peccatum, [1] sed peccata detegimus: nec sanis medicinam, sed male habentibus nuntiamus. Si nihil in baptizatos possunt nequitiæ spiri-

A tuales, nihil fraus illa serpentis quæ primum subvertit hominem, quæ posteris ejus tot titulos damnationis impressit; si recessit a mundo, si regnare iam cœpimus, si nullum oculis, nullum manibus, nullum mentibus nostris crimen obrepit; abjiciatur hoc Dei donum, repellatur auxilium, nulla exomologesis, nulli gemitus audiantur; contemnat omne remedium superba justitia. Quod si hæc homini suo Dominus providit; si idem stantibus præmia, qui jacentibus remedia largitus est: desinite divinam accusare pietatem, aut tot cælestis clementiæ titulos objectu rigoris eradere, aut gratuita Domini bona inobsecrabili asperitate prohibere. Non largimur ista de nostro. [g] *Convertimini ad me*, di-
B cit Dominus, *simulque jejunio, & fletu, & planctu scindite corda vestra*. Et iterum: [h] *Relinquat impius vias suas, & vir facinorosus cogitationes suas, & convertatur ad Dominum, & misericordiam consequetur*. Itemque Propheta in hunc modum clamat: [i] *Quoniam Deus pius, & mitis & patiens est*, [2] *& qui reflectat sententiam adversus malitias irrogatam*. Habet ne tam diutinum serpens venenum; & Christus non habet medicinam? Diabolus in mundo interficit, Christus heic non potest subvenire? Pigeat sane peccare, sed pœnitere non pigeat. Pudeat periclitari, sed non pudeat liberari. Quis naufrago tabulam, ne evadat, eripiet? Quis sanandis vulneribus invidebit? An non David dicit:
C [k] *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis stratum meum rigabo*? Et iterum: [l] *Peccatum meum ego agnosco, & facinus meum non texi*. Et adhuc: [m] *Dixi; profequar adversum me delictum meum Deo meo, & tu remisisti impietatem cordis*. Nonne ille post cædis & adulterii reatum, pro Bethsabee pœnitenti, Propheta respondit, [n] *Dominus abstulit a te peccatum tuum*? Num Babylonium regem post tot idololatriæ facinora damnatum, exomologesis non liberavit? Et quid est quod ait Dominus: [o] *Nonne qui ceciderit, resurget, & qui aversus fuerit convertetur*? Quid illa tot similitudinum dominicarum argumenta respondent? Quod drachmam invenit mulier, & gratulatur inventam; Quod pastor ovem re-
D portat erraticam; Quod filio revertenti, post [3] prodacta omnia bona, & cum meretricibus & fornicariis [4] nepotata, pater blandus occurrit, & invidum fratrem ostensa ratione castigat? [p] *Filius*, inquiens, *meus hic mortuus fuerat, & revixit; perierat, & inventus est*. Quid ille in via vulneratus, a Levita & sacerdote præteritus? Nonne curatur? Revolve quæ Spiritus dicat ecclesiis [q], Ephesios desertæ dilectionis accusat: stuprum Thyatirenis imputat: Sardos in opere cessantes, Pergamenos docentes diversa reprehendit: Laodicenorum divitias inurit; & tamen omnes ad pœnitentiam satisfactio-
E ne invitat. Quid Apostolus ad Corinthios cum ita dicit; [r] *Ne cum venero, lugeam multos ex his qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam ex his quæ ante gesserunt in fornicatione & immunditiis suis*? Quid, cum rursus ad Galatas? [s] *Si quis*

a II. Cor. II. 9. *b* Rom. V. 19. *c* Psal. XLIV. 10. *d* Cant. VI. 8. *e* Psal. XLIV. 15. *f* Cant. VI. 7. *g* Joel. II. 12. 13. *h* Isa. LV. 7. *i* Joel. II. 13. sec. LXX. *k* Psal. VI. 7. *l* Psal. XXXI. 5. *m* Ibid. *n* II. Reg. XII. 13. *o* Jer. VIII. 4. *p* Luc. XV. 24. 32. *q* Apoc. II. *r* II. Cor. XII. 21. *s* Gal. VI. 1.

1. *Sed peccata*] *Sed post peccata*, legendum videtur. Atque ita ediderunt Lugdunenses.

2. *Et qui reflectat — irrogatam*] Veterem interpretem secutus, hunc Joelis II. 13. locum tum heic, tum infra *Epist.* III. cap. XXI. reddit auctor juxta LXX. καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις. Vulg. *præstabilis super malitia*. Eodem modo quo sanctus Pater noster, recitat eadem Joelis verba sanctus Cyprianus *de Laps.* ad finem, *de bono patient.* sub init & epist. LV. *ad Antonian.* pagg. 138. 211. & 111. edit. Oxon. At ubique pro *reflectat* legit *flectat*, & *irrogatas* pro *irrogatam*: quam equidem posteriorem lectionem alteri Cyprianicæ prætulerim.

3. *Prodacta*] Ita quoque Tertullianus *de Pudic.* c. VIII. *Minor filius, prodacta substantia Dei, in aliena regione mendicat*.

4. *Nepotata*] Perperam rescripsere Lugdunenses *epotata*. Tertullianus in *Apolog.* cap. XLVI. *Aristippus in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur*. Ad quem locum notat Havercampius, verbum hujusmodi a prodigis nepotulis translatum. Plura dabit Cangius in Glossario.

præventus fuerit in aliquo delicto; id est, quocumque, *vos qui spiritales estis, instruite ejusmodi in spiritu mansuetudinis, cavens ne & tu tenteris*. At numquid paterfamilias, in magna domo, argentea tantum & aurea vasa custodit? Nonne & fictilia & lignea, & composita quædam & refecta dignatur? [a] *Nunc gaudeo*, inquit Apostolus, *quia contristati estis ad pœnitentiam*. Et iterum: [b] *Quia secundum Deum tristitia, pœnitentiam, in salutem, stabilem operatur*.

VI. Sed pœnitere non licuit. Nemo sine fructu imperat laborem: [c] *Dignus est enim mercenarius mercede sua*. Numquam Deus non pœnitenti comminaretur, nisi ignosceret pœnitenti. Solus hoc, inquies, Deus poterit. Verum est: sed & quod per sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud quod Apostolis dicit: [d] *Quæ ligaveritis in terris, ligata erunt & in cælis: Et quæcumque solveritis in terris, soluta erunt & in cælis*? Cur hoc, si ligare hominibus ac solvere non licebat? An tantum hoc solis Apostolis licet? Ergo & baptizare solis licet, & Spiritum sanctum dare solis, & solis gentium peccata purgare: quia totum hoc, non aliis quam Apostolis imperatum est. Quod si uno in loco, & resolutio vinculorum & sacramenti potestas datur; aut totum ad nos ex Apostolorum forma & potestate deductum est; aut nec illud ex decretis relaxatum est. [e] *Ego*, inquit, *fundamentum posui*; *alius autem superædificat*. Hoc ergo superædificantes, quod Apostolorum doctrina fundavit. Denique & episcopi, Apostoli nominantur; sicut de Epaphrodito Paullus edisserit: [f] *Fratrem & commilitonem*, inquit, *meum*; *vestrum autem apostolum*. Si ergo & lavacri & chrismatis potestas, majorum & longe charismatum ad episcopos inde descendit; & ligandi quoque jus adfuit atque solvendi. Quod etsi nos ob nostra peccata temerarie vindicamus; Deus tamen illud, ut sanctis & Apostolorum cathedram tenentibus, non negabit; qui episcopis, etiam Unici sui nomen indulsit.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 372.



VII. Plura scriberem frater, ni & celeritate pueri revertentis urgerer, & vel præsenti tibi, vel [1] de omni proposito confitenti, copiosiora servarem. Nemo episcopum hominis contemplatione despiciat. Recordemur, quod Petrus Apostolus Dominum nostrum Episcopum nominarit; [g] *Sed conversi*, inquit, *modo ad episcopum & pastorem animarum vestrarum*. Quid episcopo negabitur, in quo Dei nomen operatur? Reddet quidem illi rationem, si quid perperam fecerit, vel si corrupte & impie judicarit. Nec præjudicatur Deo, quo minus mali ædificatoris opera rescindat: interea si pia illa administratio est, adjutor Dei operum perseverat. Ecce Apostolus ad laicos scribit: [h] *Si cui quid donatis, & ego: Nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi; ut non possideatur a satana: non enim versutias ejus ignoramus*. Si autem quod laici donant, Apostolus donasse se dicit; quod episcopus fecerit qualiter respuetur? Ergo nec baptisma, nec criminum remissio, nec innovatio corporis, sanctæ potestati ejus indulta est; quia nihil propria usurpatione mandatum est, totumque id ex apostolico jure defluxit. Scio, frater, hanc ipsam pœnitentiæ veniam non passim omnibus dari; nec ante quam aut interpretatio divinæ voluntatis, aut forsitan visitatio fuerit, relaxari. Magno pondere magnoque libramine post multos gemitus effusionemque lacrymarum, post totius ecclesiæ preces, ita veniam veræ pœnitentiæ non negari, ut judicaturo Christo, nemo præjudicet. Si apertius, quid tu sentias, scripseris frater; plenius instrueris.

a II. Cor. VII. 9. *b* Ibid. ℣ 10. *c* Matth. X. 10. Luc. X. 7. *d* Matth. XVI. 19. Joan. XX. 23. *e* I. Cor. III. 10. *f* Philipp. II. 25. *g* I. Pet. II. 25. *h* II. Cor. II. 10. 11.

1. *De omni proposito*] Perplacet Latinii conjectura legentis *de* NOMINE *prop.* ut heic respiciat Pacianus epistolæ argumentum, *de Catholico nomine* inscriptæ.

EPISTOLA II.

De SYMPRONIANI *litteris*.

PACIANUS episcopus Semproniano fratri salutem.

I. In quæstione prolixa, quantum potero brevitatem sequar. Neque tibi frater sub interrogationis bonæ specie, occulta verborum tela jaculanti atque objicienti, quæ ipse machinare, aliquam vicem malitiæ repensabo. [a] *Orare pro persequentibus* jubemur, *maledicentibusque benedicere*. Fraus enim quasi vulpeculæ, vis autem leonis est: utrumque ab homine alienissimum; sed fraus odio digna majore. Nam cum plus nocere credas, quasi ignarus interrogas; cum docere te putes, simulas erudiri. *Rabbi*, Dominum vocabant veteres Pharisæi, cum ænigmata legis opponerent; *Magistrum* appellabant, cum sibi omne magisterium vindicarent. Quidlibet agas, frater, totum ex me simpliciter recognosces. Malo imperitus, quam malitiosus intelligi: malo fatuus quam callidus judicari. Quare prius quam rationem fidei nostræ (de qua moveris) assignem, accipe pauca de litteris tuis quas tractatui prætulisti.

II. Refectum esse te dicis prioribus epistolis meis, & statim addis me cum amaritudine respondisse quæ scripserim. Si amara reficiunt, quid dulcia operentur ignoro; nisi quia, ut in medicinæ poculis, solet amarum magis quam dulce medicari. Sed quæso, litteras meas repetas, an aliquo felle respersæ sint, quid superbum, quid insuave responderim. Plures me, ais, hæreses nominasse, de quibus nemo quæsierit. Age, quid tua si hæreticus non eras? Qui cum de fide nostra moveres quæstionem, & doceri velle te diceres, scripsi ignorantiæ caussas esse multiplices, quæ vos potissimum haberet, ut aperires, ne retexendis pluribus æstuarem. De *Catholico nomine* multa respondi placide. Dixi enim, nihil alterius interesse quid alius vocaretur. Ac si vim nominis postulares, quodcumque illud esse mirificum, seu unum in omnibus, seu unum super omnia, seu quod ante non dixi, filius regis, id est populus Christianus. Adeo certe non inditum nobis quod per sæcula tanta non caderet. Et sane gratulor quod licet alios antepofueris, etiam circa nos assentiare de nomine. Quid si negares? Natura clamaret. Aut si adhuc dubitas, taceamus. Ambo, quod vocabimur,

a Matth. V. 44.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 371.



hoc erimus teste nominis vetustate. Ceterum si pertinacius flagitaveris, vide ne tibi vir ille virtutis exclamet: [a] *Quid interrogas nomen meum? Et ipsum est mirabile*. Tunc addidisti sane, unde Catholici nomen hoc traherent, non esse reputandum; quia nec Valentinis si a Valentino, nec Phrygibus si à Phrygia, nec Novatianis si a Novatiano vocarentur, imputari solere.

III. Heic tu graviter commoveris, & quasi aculeo fixus erigeris; nam sic iratus exclamas: Numquid Cypriano sancto viro hoc obest, quod populus ejus apostaticum nomen habet, vel Capitolinum, vel [1] Syndreum? Conviciaris; & ecce non moveor. Horum ne aliquid appellati sumus? Interroga sæculum, frater, totosque ex ordine annos; an nobis nomen hoc hæserit, an Cypriani populus aliud quam Catholicus nominatus sit. Numquam nomen ullum ex his audivi. Jam vide, si vocari aliquis eo nomine potuit, quod sibi nescit impositum. Quid ergo? Maledicta sunt ista, non nomina; & maledicta irascentium, maledicta petulantium. Quotvis & ego vos possum appellare nominibus, si liceat irasci. Cyprianum sanctum vocas, & populum ejus apostaticum? Quomodo? [b] *Si initium* [2] *sanctum, & farina; & si radix sancta, & rami*. Ego ne apostaticus, an Novatus? Novatus, inquam, patre prodito, Ecclesia derelicta, partu uxoris effuso? Ego ne apostaticus, an Novatianus, quem absentem epistola episcopum finxit; quem consecrante nullo, linteata sedes accepit? Verum ista posterius: interim ipsi vos dicite quid vocemini. Negatis ne Novatianos a Novatiano vocari? Quodlibet nomen imponas, semper istud hærebit. Scrutare totos (si videtur) annales, & crede tot sæculis: respondebis Christianum. Inquirente me genus sectæ; Novatianum non infitiaberis. Nec tamen ego Novatiani tui nomen accuso, quod toties requisitum circumloquentibus lineis, & operto quodam sinu claudis. Fatere simpliciter: nihil est sceleris in nomine. Quid te toties interrogatus abscondis? quid caussam nominis erubescis? Cum primum scripseras, Cataphrygem putabam. Tu ne secundis quidem litteris confiteris? Meo invides nomini, & tuum vitas? Vide quid sit pudoris in caussa, quæ refugit quod vocatur.

IV. Quæ castigas & agis? Quasi ad rhetorem venerimus, aut ars sit tractanda, aut de versibus Virgilii, versus enarrarem? Cum plures hæreticos nominassem, addidi: [3] *Et quos fama recondit obscura*. Et unde tu hoc de Virgilii versu tractum putas, si Virgilium omnino non noveras? Atqui nego, non ex ordine versum posui. Dixi enim; *Quos fama recondit obscura*; ut loquentibus moris est, ex copia sermonis humani dicere aliquid quod ante dictum sit. Tu vero versum suo ordine, sua compage repetisti. Adeo Virgilium plus amasti, ut ne fas fieri putares, si versum ejus infringeres? Et tamen ego a parvulo didiceram. Quid mirum si in ea incidi quæ sciebam? In te, frater, tantus est labor, ut ea nunc demum legas quæ lecta quondam ab aliis erubescebas? Latinis institutum, Latine loquentem tam accusare debebis, quam Græce Græcum, quam Parthice Parthum, quam Punice Pœnum: Medis, Ægyptiis, Hebræis sua lingua est secundum copiam Domini, qui eam in centum viginti ora modulatus est. Poeticum versum episcopus dixit. Quid Paullus Apostolus? Erubescit, cum Atheniensem illum versum & dixit & comprobat? Nam in Actis Apostolorum ita ponit; [c] *Quidam etiam secundum vos dixerunt, Hujus namque genus sumus: cum igitur genus simus Dei*. Et rursus ad Titum dixit: [d] *Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri*. Et addit: *Testimonium hoc verum est*. Sic peccamus exemplo: nec rhetores sumus, sed quamcumque vocem, copiam Dei credimus. Latium, Ægyptus, Athenæ, Thraces, Arabes, Hispani Deum confitentur; omnes linguas Spiritus sanctus intelligit. Tu ipse cur ais, Litteras tuas vivaci cedro perlinam propter cariosos hostes musarum? Quarum oro musarum? An quæ invenerint litteras & scripserint chartas quas tineæ persequentur? Dic oro, frater, musæ litteras repererunt? Nonne per Dominum omnia, & a Deo omnia? Præter illas [4] centum & viginti linguas, fuit adhuc alia musarum? Hesiodus istud in Helicone mentitus est, sed Atheniensium studio, quibus ut Apostolus ait, [e] nihil vacabat nisi loqui. Nos teste Apostolo [f], omnium vocum modos, omnium genera linguarum a Deo inspirata retinemus. Ignosco tamen, frater, si quid & tu de tuo auctore præsumis, & Novatiani philosophiam per quam ille in naufragium religionis incurrit, cum Hesiodi auctoritate conjungis. Verumtamen Apostoli meminisse debueras, qui ait: [g] *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem seductionem*.

V. Jam quale illud est quod Catholicis imputandum putas, si quando vos reges aut imperia persecuta sunt? Ergo e contrario vobis debuit imputari quoties regum [5] & persecutionem Catholici pertulerunt: atque nostros, pagani principes, persecuti sunt. Vos Christianorum odia pertulistis? Sed nostri magis questi sunt. Viderit qui hoc fecit, qua mente, quo spiritu; pacem ne an discordia procurarit. [h] *Verum & si quidam eorum deliquerunt*, inquit, *numquid fidem Dei destruunt?* Nec tamen tu querelam putes fuisse nostrorum. Sed cum per nostram fidem Christiani principes esse cœpissent; ipsi principes Catholicæ, hoc est suæ parti faventes proprio dolore commoti sunt; nisi forte Danieli imputabitur quod a Dario vindicatus est; aut Hesteri sanctissimæ feminæ, cum pro ea dux regis occiditur; aut tribus pueris, quod propter eos post experimenta flammarum, profanis & incredulis rex Babylonius comminatur. Nonne Simonem Petrus, [6] judice

a Judic. XIII. 18. *b* Rom. XI. 16. *c* Act. XVII. 28. 29. *d* Tit. I. 12. 13. *e* Act. XVII. 21. *f* 1. Cor. XIV. 10. 18. *g* Coloss. II. 8. *h* Rom. III. 3.

1. *Syndreum*] Arbitror heic legendum συνέδριον. Est autem convicium a Concilii nomine deductum in invidiam Cypriani. TILIUS.

2. *Si initium sanctum, & farina*] Rom. XI. 16. εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα. Vulg. *Quod si delibatio sancta, & massa*.

3. *Et quos fama recondit obscura*] Hæc scripserat auctor epist. I. §. I. Mox forte legendum *Atquin ego*.

4. *Centum & viginti linguas*] Eadem paullo ante insinuat auctor. Cotelerius tamen ad *Recognit.* lib. II. cap. XLII. conjicit scripsisse Pacianum LXX. *linguas*: unde levi mutatione ortus numerus CXX.

5. *Regum & perf.*] Tilius supplet *impietatem & perf.* Et paullo post pro *questi sunt*, legit *queri debuerunt*.

6. *Judice adstipulante*] Observat Cl. Mazochius in *Comment. ad marmor. Neapol. Kalend.* vol. III. pag. 872. heic tangi a Paciano Romanum Petri cum Simone conflictum. Porro, subdit, illud *judice adstipulante* posset ad quemvis judicem qui certamini præfuisset, referri: nisi *apud Neronem regem* fuisse depugnatum Philastrius scripsisset, ubi de Simonis hæresi edisseriit. Mox post Latinium & Mazochium l. c. Nos *Helimam*, sive *Elymam* rescripsimus, ubi editi habent *Num*.

adstipulante, confundit? Non Helima, favente Sergio, Paullus excæcat? [1] Vindicatus esset & Hierosolymis, si quid fidei ligatus habuisset. Nescis servire ipsas innocentibus potestates, & in bonum sanctis patribus ministrare? Sicut Apostolus dicit; [a] *Principes non sunt timori bono operi sed malo. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex ea per Dominum: Minister enim est tibi in bonum.* Et tamen ego de nullo questus sum, de nemine vindicatus. Nec impedire mihi Novatianos puto, quorum parvitate si vellem atque defectu poteram gloriari. Ecce plebem tuam imperatori nullus accusat, & solus es. [b] *Oportet nos tamen omnes stare ante tribunal Dei.* Quod unum scio, quererentur Novatiani, si caussa eorum esset ullis grata principibus.

VI. Utilius esset, ais, vincere quam placere. At qui vincendi ardore ducuntur, contentione proficiunt. Apostolus vero ait: [c] *Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei.* Contra de studio placendi: [d] *Omnibus*, inquit, *per omnia placeo, non quærens quod mihi utile sit, sed quod multis, ut salventur.* Vos autem dum vestra, non fratrum commoda cogitatis, vincendo mavultis elidere, quam placendo recreare. Malum bono vicisse, rationis est; ceterum, in quacumque caussa velle superare, præsumtionis insanæ est. Non de Apostolico jure, sed de Græco; apud quos scriptum putatur, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi. Sus quoque ille lutulentus, & insana tigris, quid aliud velint nisi vincere quam placere? Vacare tibi scribis; & ideo te contentiosa delectant. Mihi vero catholicis negotiis occupato, post triginta ferme dies litteræ tuæ traditæ sunt, post alios quadraginta repetitæ.

VII. Irasci me ais; Absit. Stimulari ut apem, credo, quæ interdum aculeo mella defendit. Verum recole utrimque litteras; jam videbis spiculis ne an floribus paginam conseramus. De similibus quidem Apostolus, [e] *quos oportet* [2] *indentari.* Sed attende. Nos tecum quasi columbæ, ore potius quam dente, confligimus. Utinam verum esset quod doceri velle te dicis: jam ipse tibi manibus meis sancti Spiritus unguenta suggererem, Amas me? Non læsi, scio. Sed tunc demum amares, si non diversa sentires, atque operi meo blandus accederes. Cypriani epistolas mihi placere miraris? Quid ni beati martyris & catholici sacerdotis? Novatianum mihi ingeris? Philosophum sæculi fuisse audio; nec satis miror ab Ecclesia Dei vivi degenerasse. Cognosco, radicem legis antiquæ, fontem veteris populi reliquisse, Cornelio invidentem, Novati insaniæ commodatum, sine consecratione legitima episcopum factum, ideoque nec factum per epistolam eorum qui se Confessores esse simularent, qui matris unius membra divellerent. Hæc ego tibi, frater, confessione vestrorum, litteris approbabo. Ita tuus iste philosophus, [f] *sapientiam suam quærens statuere*, sicut Apostolus ait, *sapientiæ Dei non est subjectus*; quoniam per sapientiam suam mundus non recognovit sapientiam Dei. Nam quod, ante passum Novatianum putas, & Cyprianum dixisse subjungis; *Præcessit me adversarius meus*; vide quam manifeste respondeam. Novatianus martyrium numquam tulit, nec ex verbis beatissimi Cypriani auditum istud aut lectum est. Habes ejus epistolas quibus Cornelium Urbis episcopum, cui tunc Novatianus inviderat, inimicis principibus resistentem, sæpe confessum, sæpe vexatum refert; plurimis Confessoribus, plurimis quoque Martyribus ducem factum, & cum plurimis gloriosissime coronatum vivente tunc Novatiano, etiamque securo. Nam & ideo ab ecclesia Christi recesserat, ne illum labor confessionis urgeret. Qui primum stimulatus invidia, episcopatum Cornelii non ferebat; inde se Novato, paucorum epistolis derisus addixerat. Hæc te omnia de Novatiano Cypriani litteræ perdocebunt. Porro etiam si passus est aliquid Novatianus, non tamen etiam occisus: etiam si occisus, non tamen coronatus. Quid ni? Extra Ecclesiæ pacem, extra concordiam, extra eam matrem cujus portio debet esse qui martyr est. Audi Apostolum: [g] *Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam; caritatem autem non habeam, nihil sum. Et si in cibos pauperum divisero omnem substantiam meam, & si tradidero corpus meum ad comburendum, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* Cyprianus autem in concordia omnium, in pace communi, in Confessorum grege passus est, & sæpe confessus iteratis persecutionibus, & multa laceratione vexatus, & novissime salutari calice propinatus est. Hoc fuit coronari. Quare sibi habeat Novatianus epistolas suas, sibi tumorem, sibi superbiam, qua dum in altum levatur, elisus est; dum nemini parcit, effusus. En qui salutis viam fratribus inexorabili religione præcludat! En qui se [3] palam ferre, & aream Domini purgare confidat!

VIII. Miserere tui, Semproniane frater, nec te Novatianus sub hac fronte decipiat; & ideo justior putetur, quia reliquos sui comparatione despexit. Sæpe fiduciam mentitur audacia; & desperatis quibusque peccatoribus, falsa bonæ conscientiæ imago blanditur. Contra vero omnis humilitas innocentia est, etiam illa debitrix, etiam illa peccatrix, etiam illa quæ animam suam cum peccatore blanditur. [h] *Dele me*, inquit Moyses, *de libro quem scripsisti*; ne peccatores perirent. [i] *Optaveram*, inquit Apostolus, *anathema esse ipse ego in Christo pro fratribus meis, cognatis secundum carnem.* Utique ambo pro peccatoribus deprecantur; & propter hoc, Deum nec Moyses nec Paullus offendit. Novatianus his melior? Emendator Prophetarum? doctor Apostolorum? Jam cum Christo videtur ut idem Moyses? Jam ut Paullus in tertium cælum sublimis evehitur? Jam neglectis omnibus solus auditur? Hæc ad litteras tuas respondisse suffecerit. Sed quia de pœnitentia non agenda, vel ante baptismum agenda latius disputasti; multisque capitulis exemplorum, tractatus ipsius paginam refersisti, respondebo ad singula ex abundanti: quæ fides verior habeat, non tacebo. Tu, ut auditui nostro largiter imperare dignatus es, benignam rursus vicem præbeto tractatui. Præstabit fortasse Dominus, ut qui nos tibi patienter obtulimus, fructum aliquem de tua etiam patientia reportemus. Dominus te in æternum custodire & protegere dignetur, & Christianum atque Catholicum vivere faciat, & concordare nobiscum. Amen.

[a] Rom. XIII. 3. 4. [b] Rom. XIV. 10. II. Cor. V. 19. [c] I. Cor. XI. 16. [d] I. Cor. X. 33. [e] Tit. I. 11. [f] Rom. X. 3. [g] I. Cor. XIII. 2. 3. [h] Exod. XXXII. 32. [i] Rom. IX. 3.

1. *Vindicatus esset* cet.] Locus hic obscurior. TIL.

2. *Indentari*] Id est, redargui. Eodem verbo utitur Lucifer Caralitanus lib. II. *pro S. Athanasio* cap. XL. ut ad eum locum animadvertimus, ubi & istum Paciani adduximus. Ita Paullinum textum reddidit vetus interpres. Vide sis tom. VI. nostræ Bibl. PP. pag. 195. not. 1.

3. *Palam ferre*] Al. *paleam auferre*: minus recte, Latinio judice.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 372.

EPISTOLA III.

Contra tractatus Novatianorum.

PACIANUS epiſcopus Sympronianο fratri ſalutem.

I. Tractatus omnis Novatianorum quem ad me confertis undique propoſitionibus deſtinaſti, Semproniane frater, hoc continet: Quod poſt baptiſmum pœnitere non liceat; quod mortale peccatum Eccleſia donare non poſſit, immo quod ipſa pereat recipiendo peccantes. Præclarus honos, ſingularis auctoritas, magna conſtantia; rejicere nocentes, attactus peccantium fugere, innocentiæ ſuæ male confidere. Quis hoc vindicat, frater, Moyſes, an Paullus, an Chriſtus? At Moyſes deleri e libro pro blaſphematoribus optat [a]: & Paullus [b] *anathema eſſe pro fratribus*; & ipſe Dominus pro injuſtis pati mavult. Nullus horum, inquies. Quis ergo? Novatianus hoc præcepit. Immaculatus aliquis & purus, qui Novatum non audierit, qui numquam Eccleſiam deſeruerit, qui ab epiſcopis epiſcopus factus ſit, qui jure ordinario conſecratus, qui vacantem cathedram in Eccleſia conſequutus? Quid ad te? inquies; Novatianus hoc docuit. At vel quando, frater, quibuſve temporibus? Statim poſt Domini paſſionem? poſt Decii principatum, id eſt, poſt trecentos prope annos dominicæ paſſionis. Quid ergo tunc? Prophetas ſequutus eſt ut Cataphryges, an [1] Philomenem aliquam, ut Apelles; an ipſe tantum auctoritatis accepit? Linguis loquutus eſt? Prophetavit? Suſcitare mortuos potuit? Horum enim aliquid habere debuerat, ut evangelium novi juris induceret. Et ſi contra clamet Apoſtolus; [c] *Licet nos, aut angelus de cælo evangelizaverit præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit.* Novatianus ſic intellexit, inquies: ſed Chriſtus hoc docuit. Ergo a Chriſti [2] uſque Decii principatum nullus intelligens? Poſt Decium denique omnis epiſcopus impatiens; omnes alii diſſoluti qui ſe miſcere perditis mallent, qui perire cum miſeris, qui alieno vulnere vulnerari? Novatiano vindice, juſtitia liberatur; auctore, corrigitur quidquid erravit.

II. Age, inquies, certemus exemplis & ratione pugnemus. At ego huc uſque ſecurus: ipſa Eccleſiæ ferie, congregationis antiquæ pace contentus: nulla diſcordiæ ſtudia didici, nulla certaminum argumenta quæſivi. Tu poſtquam a reliquo corpore ſegregatus es & a matre diviſus, ut rationem facti tui redderes, totos librorum receſſus aſſiduus ſcrutator inquiris: occulta quæque ſolicitas: quidquid exinde ſecurum eſt, inquietas. Noſtri nihil ultro diſputavere majores: nuda eſt apud nos ipſa ſecuritas: quid attuleris de tua parte munitum? Ego neſcio quid Novatianus egerit, quid Novatus admiſerit, quid Evariſtus tumuerit, quid Nicoſtratus nuntiaverit: arma veſtra dum deſpicio, non novi; vide ſi cum inermi veritate confligis. Exſpectemus tamen quid objicias, quid loquaris. Poterat ne vel nuda veritas, innocentiave imperita ſubſiſtere? Proponis, & recte quidem, Eccleſiam eſſe populum ex aqua & Spiritu ſancto renovatum, ſine negatione nominis Chriſti, templum & domum Dei, [d] *columnam & ſtabilimentum veritatis*, virginem ſanctam caſtiſſimis ſenſibus, ſponſam Chriſti [e] *ex oſſibus ejus & carne*, [f] *non habentem maculam neque rugam*, integra evangeliorum jura ſervantem. Quis hoc noſtrum negat? Quin etiam addimus, Eccleſiam eſſe reginam [g] *in veſte aurata & variegata*, [h] *fecundam vitem in lateribus domus Domini*; Matrem [i] *adoleſcentularum, quarum non eſt numerus*; [k] *Unam ſpecioſam columbam matris ſuæ, atque perfectam*: Ipſam omnium matrem [l] *ædificatam in fundamentis Prophetarum & Apoſtolorum, & ipſo angulari lapide Jeſu Chriſto*; Domum magnam vaſorum omnium diverſitate locupletatam.

III. Sed hæc noſtra poſterius; interim tua illa videamus. *Eccleſia eſt populus ex aqua & Spiritu ſancto renatus.* Age. Quis fontem Dei clauſit? Quis Spiritum rapuit? Quin immo apud nos aqua viva eſt, ipſa quæ ſalit a Chriſto: tu, a fonte perpetuo ſeparatus, unde generaris? Spiritus quoque ſanctus a principali matre non abiit: ad te unde pervenit? niſi forte diſcordantem ſequutus eſt, tot ſacerdotibus derelictis non conſecrata ſede contentus, detritum lacum adulterini fontis adamavit. Veſtræ plebi unde Spiritum; quam non conſignat unctus ſacerdos? Unde aquam, quæ a matrice diſceſſit? Unde innovationem, quæ cunabula pronubæ pacis amiſit? *Eccleſia eſt populus ſine negatione nominis Chriſti*: Nulli ne apud nos confeſſores, quos catenæ, quos ignes, quos gladii probaverunt? Fuere, inquies, ſed negatores recipiendo, perierunt. Taceo ne, hæc quidem collegio, quod libellum de negatoribus vel lapſis recipiendis Novatianus veſter, cum adhuc in Eccleſia degeret, & ſcripſit & ſuaſit & legit? Interim, cui perſuadere poteris, quod lapſis receptis Eccleſia tota conciderit? Quod admiſſis pœnitentibus, admittentium populus negator effectus ſit? Quod ſi & remiſſior plebs aliqua fuit, etiam ceteræ quæ non factum ejus probarint, ſed conſuetudinem & pacem ſequutæ ſint, Chriſtianum ne nomen amiſerunt? Accipe Hieremiæ vocem: [m] *In diebus illis non dicent, Patres manducaverunt uvam acerbam, & dentes filiorum ſtupuerunt: ſed unuſquiſque in ſuo peccato morietur.* Nec apud Ezechielem tacet Dominus: [n] *Quomodo anima patris, ita & anima filii, meæ ſunt: Unuſquiſque in ſuo peccato morietur.* Item infra: [o] *Filius non accipiet facinus patris, neque pater accipiet facinus filii: Juſtitia juſti ſuper eum erit.* Ipſe tu illud ponis exemplum: [p] *Et ſi fuerint tres hi in medio, Noe, Job & Daniel, non liberabunt filios neque filias: ipſi ſoli ſalvi erunt.* Ecce ſalvi ſunt ipſi qui in medio peccantium conſtituti ſunt, qui alios liberare non poſſunt. Tu totum orbem paucorum vinculis alligas: tu totam Eccleſiam exiguæ portionis infirmitate condemnas. Quid apud te ſancti omnes, quos Novatus erudit, quos Evariſtus elegit, quos Nicoſtratus docuit, quos Novatianus inſtituit? Tu ſpinas & tribulos refugiſti: tu non habes in tua fruge zizania: tibi jam grana purgata ſunt: ad te ſine ventilabro purgator ille venturus eſt [q]: tu ſolus ex omnibus paleas non habebis?

a Exod. XXXII. 32. *b* Rom. IX. 3. *c* Gal. I. 8. *d* I. Tim. III. 15. *e* Ephef. V. 30. *f* Ibid. ℣. 27. *g* Pſal. XLIV. 10. *h* Pſal. CXXVII. 3. *i* Cant. VI. 7. *k* Ibid. ℣. 8. *l* Ephef. II. 20. *m* Jer. XXXI. 29. 30. *n* Ezech. XVIII. 4. *o* Ibid. ℣. 20. *p* Ezech. XIV. 16. *q* Matth. III. 12.

1. *Philomenem*] Leg. *Philumenam*. Til.

2. *A Chriſti*] Subaudi, *adventu*. Id.

IV. Age, dic reliqua: *Ecclesia est corpus Christi.* Corpus utique, non membrum: corpus multis in unum partibus membrisque collectum, sicut ait Apostolus: [a] *Nam & corpus non est unum membrum, sed multa.* Ergo Ecclesia plenum est corpus, [1] & corpus & solidum, & toto jam orbe diffusum. Sicut civitas, inquam, cujus partes in unum; non ut vos estis Novatiani, quædam insolens portiuncula tuberque collectum, & reliquo corpore separatum. *Ecclesia est templum Dei:* templum certe amplificum, [b] *domus magna,* habens quidem *vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, quædam in honorem,* multa vero magnifica in multiplices usus variorum operum destinata. *Ecclesia est virgo sancta, castissimis sensibus, sponsa Christi.* Virgo; verum est: sed & mater. *Sponsa;* manifestum est: sed & uxor & conjunx [c] *de viro suo sumta:* ideoque *os de ossibus ejus, & caro de carne.* Nam de hac David dixit: [d] *Uxor tua sicut vitis fecunda in lateribus domus tuæ: filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ.* Multus igitur huic virgini partus & proles innumera, qua totus orbis impletur, qua circumfluis semper alvearibus populosum fervet examen. Magna in filios cura matris istius, & mollis affectus: honorantur boni, castigantur superbi, curantur ægroti: nullus perit, nemo despicitur: securi fetus sub indulgentia matris retinentur. [e] *Ecclesia est non habens maculam neque rugam:* hoc est, hæreses non habens, non Valentinos, non Cataphrygas, non Novatianos. In his sunt enim quidam sinus maculosi atque rugosi, pretiosarum vestium ornatibus invidentes. Ceterum, peccator & pœnitens, non est Ecclesiæ macula; quia [2] quamdiu peccat, & non pœnitet, extra Ecclesiam constitutus est. Ubi desinit peccare, jam sanus est. Hæreticus vero vestem Domini, Ecclesiam Christi, scindit, intercipit, vitiat, irrugat. [f] *Cum* enim *schismata,* inquit, *& contentiones in vobis sint, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Sed &, [g] *sermo eorum quasi cancer serpit:* hæc est macula unitatis, hæc ruga. Denique ubi super his Apostolus loquitur: de amore Christi & dilectione proponit. [h] *Sicut Christus,* inquit, *dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea;* ut hæreticos summoveret, quia diligere non noverunt. Ceterum, cur hæc misero pœnitenti? quia & amare optat & amari.

V. *Ecclesia est, integra Evangeliorum jura custodiens.* Integra utique quia tota, quia plena. Ubi præmium fidelibus datur, ubi miseris lacrymæ non negantur, ubi curantur ægroti, ubi nihil sibi vendicat insolens sanitas & superba justitia, ubi solicita in omnibus caritas perseverat, [i] *omnia credens, omnia sperans, omnia sustinens.* Unde illud Apostoli: [k] *Quis infirmus est, & non ego infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Ubi onera sua sustinet tota fraternitas communiter dolens, mutua pietate secura. Cuncti invicem sustinentes in dilectione, [l] *satis agentes servare unitatem Spiritus in conjunctione pacis.* Hoc erit Ecclesia, Symproniane frater; hoc erit populus ex aqua & Spiritu sancto renatus in Christo. Nescio, ais, an remitti peccatum ab episcopis possit, cum dixerit Dominus; [m] *Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum coram Patre meo qui in cælis est.* Cur igitur Novatianus tuus, ne falso quidem adhuc episcopatu sacerdos, longe ante quam Cornelius Romæ episcopus fieret, ante quam sacerdotio illius invideret, hæc suasit? Habes Cypriani testimonium; Cypriani quem nec vos umquam infamare potuistis. Nam quodam in loco, ad Antonianum hoc modo scripsit: [3] *Additum est etiam Novatiano tunc scribente; & quod scripserat, sua voce recitante; & Moyse, tunc confessore nunc jam martyre subscribente; ut lapsis infirmis & in exitu constitutis pax daretur: quæ litteræ per totum mundum missæ sunt, & in notitiam ecclesiis omnibus perlatæ sunt.* Quid ais Symproniane frater? Novatianus hæc scripsit, & ut obsequium meræ voluntatis adjungeret, etiam scripta recitavit. Testis est ejus dextera, testis quæ scripsit, manus; testis lingua, quæ legit. Adhuc Cornelius, pro quo omnis hæc vestra erupit invidia, episcopus non erat. Longe posterius cum plurimis coepiscopis, cum plurimis Confessoribus, statimque Martyribus, ut idem Cyprianus scribit, assensus est senum consilio, licere dare pacem. Si pœnitentiæ negandus est aditus, Novatianus in crimine est, qui hæc scripsit, suasit & legit. Ubi tunc impatiens rigor? ubi ferox illa censura? Si nemo vobis Cornelium prætulisset, maneret illa scribentis auctoritas. Nunc displicet tota sententia, nunc in nos tela jaciuntur, his ipsis subministrantibus quorum auctoritate convaluit caussa telorum.

VI. At in hanc ipsam hæresim, Novatiani quando [4] cœperunt? Audite quæso, & totum ordinem vestri erroris advertite. Cornelius jam Romæ episcopus a sedecim episcopis factus, locum cathedræ vacantis acceperat, & in illa qua fuit præditus castimonia virginali, crebras persecutiones irati principis sustinebat. Tum forte quidam presbyter Novatus ex Africa, fraudatis in Carthaginiensi ecclesia viduis, spoliatis pupillis, pecunia ecclesiæ denegata, projecto extra domum patre, & eodem fame mortuo nec sepulto, uxoris gravidæ utero calce percusso partuque ejus effuso, Romam venit. Et cum apud Carthaginem, urgentibus in ecclesia fratribus, dies cognitionis ipsius immineret, & hic latitavit. Nec multo post, Novatianum istum episcopatu Cornelii anxium (nam sibi speraverat) cum aliquantis, ut in tali re solet, ex sua parte fautoribus nutantem impellit, dubitantem fovet; ut magnum aliquid speret, hortatur. Invenit aliquos ex eorum numero qui tempestatem persecutionis illius evaserunt; apud quos hanc ipsam de lapsis receptis, Cornelio conflaret invidiam. Dat eorum epistolas ad Novatianum. Ille ex auctoritate epistolarum, sedente jam Romæ episcopo, adversum fas sacerdotii singularis, alterius episcopi sibi nomen assumit: Cornelium lapsis communicasse arguit: se vendicat innocentem. Contra hunc mihi reddenda ratio est, contra hunc asserendus pudor, contra hunc vita purganda.

VII. Sed & vos, inquies, episcopi talia cur probatis? Dicat hoc alius: tu Novatianum defende.

[a] I. Cor. XII. 14. [b] II. Tim. II. 20. [c] Gen. II. 23. [d] Psal. CXXVII. 3. [e] Ephes. V. 27. [f] I. Cor. III. 3. [g] II. Tim. II. 17. [h] Ephes. V. 25. [i] I. Cor. XIII. 7. [k] II. Cor. XI. 29. [l] Ephes. IV. 3. [m] Matth. X. 33.

1. *Et corpus & solidum*] Existimarim equidem aut delendam posteriorem conjunctionem, aut potius duabus prioribus voculis expunctis, legendum *& solidum*.

2. *Quamdiu peccat — constitutus est*] Locus videtur a Novatiano corruptus: nisi forte loquatur de peccatoribus in hæresim lapsis, ut adnotavit Bellarminus lib. III. *de Ecclesia* cap. IX. ad septimum argumentum. BRASICH.

3. *Additum est* cet.] Locus exstat in epistola LII. Cypriani ad Antonianum sub initium, pag. 69. edit. Baluz. Paris.

4. *Quando cœperunt?*] Subaudiendum reor *prolabi*. TIL.



Inexcusabilis videatur hæc ceteris caussa, tibi licet grata sit. Tibi innocens sit, quisquis est pro te nocens. Ne accusaveris alium eo crimine, quo tu non potes liberari. Age, jam totum pudorem nos episcopi debeamus, quia & Apostolorum nomen accepimus, quia Christi appellatione signamur. Negantem, inquis, Dominus negat: tu, negantem nolo fatearis. Quis eum negantem confitetur? qui ad pœnitentiam cogit, objurgat, crimen ostendit, vulnera aperit, supplicia æterna commemorat, interitu carnis emendat? Hoc castigare est, non fateri. Ait nobis Dominus: [a] *Vos estis sal terræ*. Recte ergo [1] salimus ista dicendo, nec ad nihilum valebit quisquis audierit. Vides non proculcari a nobis sententiam Domini, sed probari; non abjici severitatem, sed voluntatem ejus aperiri. Sed pœnitenti, inquies, peccata dimittis; cum tantum in baptismate tibi liceat relaxare peccatum. Non mihi plane, sed Deo soli, qui & in baptismate donat admissum, & pœnitentium lacrymas non repellit. Ceterum quod ego facio, id non meo jure, sed Domini: [b] *Dei sumus adjutores*, inquit, *Dei ædificatio est*. Et iterum: [c] *Ego plantavi, Apollo irrigavit, sed Deus incrementum dedit: Ergo neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat, Deus*. Quare sive baptizamus, sive ad pœnitentiam cogimus, seu veniam pœnitentibus relaxamus; Christo id auctore tractamus. Tibi videndum est, an Christus hoc possit, an Christus hoc fecerit.

VIII. Si pœnitentibus remissio peccatorum dari potuit, ais, baptisma non fuit necessarium. Insulsissima comparatio! Baptismus enim, sacramentum est dominicæ passionis: Pœnitentium venia, meritum confitentis. Illud omnes adipisci possunt, quia gratiæ Dei donum est; id est, gratuita donatio: Labor vero iste, paucorum est qui post casum resurgunt, qui post vulnera convalescunt, qui lacrymosis vocibus adjuvantur, qui carnis interitu reviviscunt. Frustra me posuisse afferis illud exemplum quod Deus dixerit; [d] *Malo pœnitentiam peccatoris quam mortem*. Quid si adjecissem illud Esaiæ: [2] *Quum conversus* [e] *ingemueris, tunc salvaberis, & scies ubi fueris*? Quid si id Apocalypsis: [f] *Memento unde cecideris, & age pœnitentiam, & fac priora opera?* Hæc, inquies, gentibus dicta sunt ante baptismum. Audi Apostolum: [g] *Scimus autem, quoniam quæcumque lex dicit, iis qui in lege sunt, dicit & loquitur*. Ergo eos qui sine lege vixerunt, pœnitendi conditio non tenebit. Qui & si pœnituissent, libera id fide fecerant, non imposito per legem vinculo pœnitendi. Ergo & vel Judæi, inquies, qui ante baptismum pœnituerunt, post baptismum pœnitere non possunt. Quis hoc te docuit, frater Sympronianes? Quis suasit, ut qui ante pœnituerit, postea pœnitere non debeat? Sed posterius hoc videbimus. Interim, si Judæis post baptismum præclusa est pœnitentia, quia illam ante persolverint; concede vel gentes quæ pœnitentiæ legem ante nescierint, posterius pœnitere debere. Sed & de Judæis, nolo, fallaris. Illi enim propterea prius pœnituerunt, quia vetus baptisma corruperant, & quasi post fidem fide prodita, pœnitebant. Audi Apostolum: [h] *Nolo enim ignorare vos, fratres, quia*

A *patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt & in nube & in mari: & omnes eumdem cibum spiritalem ederunt, & omnes eumdem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali petra sequente: Petra autem erat Christus*. Hoc ergo baptisma violaverant, & ideo pœnitebant.

IX. Videamus deinde quid dicas: *Si Deus sæpius jubet hominem pœnitere*, inquis, *sæpius peccare permittit*. Quid ais? Ergo qui sæpius remedium criminis monstrat, crimen ostendit? Et medicus ille cum curat, assidue vulnerari docet? Deus nec peccare vult hominem semel, & tamen liberat a peccato. B Nec utique cum liberat, peccatum docet; sicut nec qui ab incendio liberat, incendium monstrat; nec qui naufragum eripit scopulis, in saxa compellit. Aliud est de periculo liberari, aliud ad periculum cogi. Et fortasse paterer hoc credi, si pœnitentia, deliciæ putarentur; cujus labor tantus imponitur, cui carnis interitus imperatur, cui juges lacrymæ, cui gemitus sempiterni. Volet ergo ille sanatus iterum se secari, rursus exuri? Volet peccare iterum, & iterum pœnitere, cum scriptum sit: [i] *Noli adjicere peccatum, ne quid tibi deterius contingat?* Et adhuc: [k] *Assidue peccanti non misereor*. Quod si, ut ais, ad peccatum cogitur, cui pœnitentiæ medicina monstratur; quid tandem ille facturus est, C cui pœnitentia ipsa præcluditur; cui desperato remedio, totum vulnus [3] operitur; cui prorsus ex integro, vitæ aditus denegatur? In baptismo, inquies, semel morimur, sicut ait Apostolus: [l] *An nescitis quoniam quicumque baptizati estis in Christo Jesu, in morte ejus baptizati estis? Consepulti ergo estis ei per baptismum in mortem, ut sicut Christus resurrexit ex mortuis, sic & vos in novitate vitæ ambuletis*. Quid mirum? Docebat Apostolus quod essemus novi; ut nemo peccaret: sequebatur tamen ut qui peccaverat, pœniteret. Hic integer, ille curatus viveret: Innocens coronam, pœnitens veniam subiret: Ille præmium, iste medicinam acciperet. Denique idem Apostolus dicit: [m] *Nam si cum adhuc* D *peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est; multo magis justificati nunc in sanguine ejus, salvi erimus per eum ab ira*. Ab ira utique, quæ peccantibus debebatur. Quod si gentilem populum non passus est mori; multo magis redemtum non patietur exstingui. Nec abjiciet, quos magno redemit; nec enim levis illi est jactura famulorum. Non morietur quidem amplius qui resurgit, ut scriptum est [n]. Sed ipse est advocatus apud Patrem; sed ipse interpellat pro peccatis nostris, haud despicabilis miserorum patronus, parumve idoneus deprecator.

X. Responde frater, an famulos Dei diabolus E possit opprimere, an non possit Christus absolvere? Petri pœnitentiam dicis ante Domini passionem fuisse? Hoc tibi nemo proposuit. Et tamen Petrus jam baptizatus erat: huic enim dixerat Dominus: [o] *Qui lotus est semel, non necesse habet iterum lavari*. Accepit tamen postea remedium Christi, sed ante pœnituit; & ante sanctus est habitus, quam ad remedium perveniret. Nec pœnitentia ejus in

a Matth. V. 13. *b* I. Cor. III. 9. *c* Ibid. ℣℣. 6. 7. *d* Ezech. XXXIII. 11. *e* Isa. XXX. 15. sec. LXX. *f* Apoc. II. 5. *g* Rom. III. 19. *h* 1. Cor. X. 1-4. *i* Joan. V. 14. *k* Eccli. XII. 3. *l* Rom. VI. 3. 4. *m* Rom. V. 9. 10. *n* Rom. XIV. 4. *o* Joan. XIII. 10.

1. *Salimus*] Ita corrigit optime Latinius editorum mendum *psallimus*.

2. *Quum conversus ingemueris* cet.] Ita quoque citat ex vetere interprete hunc Isaiæ locum XXX. 15. juxta LXX. S. Cyprianus lib. *de Lapsis* sub finem, & epist. XXXIV. pagg. 138. & 67. edit. Oxon.

3. *Operitur*] Ex Latinii conjectura sic rescripsimus, ubi editi exhibent *aperitur*, repugnante contextu.

memoriam scriberetur, ni profuisset aliquid pœnitenti. [a] *Flevit*, inquit, *amarissime*. Non vis facere fidelem, quod Petrus fecit? non vis prodesse nobis, quod Petro profuit? Age, Thomas meus nonne post Domini resurrectionem de resurrectione dubitavit? Nonne perfidiæ reus notatur a Domino, cum illi clavorum notæ, cum perfossæ manus, cum lateris vulnus ostenditur, cum sic ad eum ait Dominus: [b] *Noli esse incredulus, sed fidelis?* Quid ergo? erubuit pœnitere? nonne humiliatus est? nonne Deum & Dominum suum illico confitetur? numquid non illum exomologesis ista commendat?

XI. Jam quam argute caput illud absolvis, quod ego posui; datam episcopis potestatem, ut quæ ligassent in terra, ligata essent & in cælis. Dicis, hoc non ad fideles, sed ad cathecumenos pertinere; ut baptizandis adhuc scilicet populis, solvi liceret crimina, vel teneri. Duorum denique Evangelistarum capitula conjungis, ut unum esse videantur; & adjicis, quod Matthæus minus integre prosequutus sit, complesse Joannem: ut quia apud Matthæum dixerat Dominus; [c] *Ite & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*; apud Joannem impleverit dicens: [d] *Si cujus dimiseritis peccata, dimittentur illi; cujus retinueritis, & tenebuntur*: Ut hoc dimittere vel ligare ad gentes quæ baptizandæ erant, pertinuisse videatur, quia prior Evangelista de gentibus præloquutus sit; de solvendo autem & ligando posterior impleverit. Quid ais? Evangelistæ duo dimidiatos invicem sensus, & semi integros retulerunt? Verba his invicem, ratiove defuerat; aut non in omnibus totum Spiritus sanctus implebat, propositos perferens sensus, & ad plenum dicta definiens? Hominis confirmatum testamentum nemo superordinat: Dei tabulam, tabula diversa mutabit? Quænam in vobis hæc vincendi cupido est, ut tale aliquid audeatis? Quid quod apud Matthæum ipsum ante passionem suam dixerat Dominus: [e] *Quæcumque ligaveritis in terra, erunt ligata & in cælo; & quæcumque solveritis in terra, erunt soluta & in cælo?* Apud Matthæum hoc prædixerat Dominus, & nullam ibi gentium fecerat mentionem: cur ergo illi capitulum Joannis adjungis, ubi suum posuit, & ita posuit ut a gentibus separaret? quod utique si ad gentes pertinere voluisset, potuit ipse conjungere quod ipse ponebat. Totum ergo quod quæris, apud Matthæum habes. Cur non universa legisti, qui episcopum doces? Primum præcepti istius caput repete. Ipso referente Matthæo, paullo superius ad Petrum loquutus est Dominus; ad unum, ideo ut unitatem fundaret ex uno; mox id ipsum in commune præcipiens, [1] qualiter tamen ad Petrum incipit: [f] *Et ego tibi dico*, inquit, *quia tu es Petrus & super istam petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ infernorum non convalescent adversus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum: & quæcumque ligaveris super terram, ligata erunt & in cælis; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis*. Dic frater; de solis gentibus hoc loquutus est; *Super hanc petram ædificabo*, inquit, *Ecclesiam meam?* Ecclesiam, non baptizatas gentes vocat? homo necdum renatus, corpus est Christi? Quid solvo gentibus, quod non est ligatum? Nam si non reputa-

A tum est, nec ligatum. Quid alligo, quod nullo jure constringo? Gentilis homo, liber est Legi. Vide nunc e contrario, an in baptizatum utraque conveniant. Solvitur venia, quia peccato tenebatur; ligatur anathemate, quia solutus fuerat fide & per gratiam liberatus. Quod si ad gentes hanc solvendi licentiam vel ligandi spectasse concedam; multo magis ad baptizatos pertinuisse convincam. Nam si is solvi potuit vel ligari, qui non habuit vinculum; quanto magis ille quem fidei jura tenuerunt?

XII. Ais posuisse Matthæum: [g] *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum solus cum solo*; ac statim subjunxisse Dominum: *Quæcumque solve-*
B *ris in terra, soluta erunt & in cælis*; ut ad fratris offensam pertinere videatur. Age, non vides quod supra dicit; *Si in te peccaverit frater tuus*: heic vero addit; *Amen dico vobis, Quæcumque solveritis in terra, &c.* Illud uni jussit, hoc pluribus relaxavit: illud ipse solvit in quem admittitur; hoc vero, Ecclesia: illud, sine sacerdote, sine fratribus; hoc ab omnibus impetratur. *Quæcumque solveritis*, inquit; omnino nihil excipit. *Quæcumque*, inquit: vel magna, vel modica. Attende quod ad Petrum dicat inferius [h] id quod peccatur in hominem, septuagies & septies relaxandum; ut ostendat, alias vel semel posse. Tamen qui in Petrum peccat, Dominum lædit: sicut ad Samuel ipse significat:
C [i] *Non te nullius momenti fecerunt, sed me*. Conceditur ergo vel semel Ecclesiæ, quod nobis ipsis totiens imperatur.

XIII. Nunc ad erraticam ovem, drachmam illam, & adolescentiorem filium revertamur: quæ ego exempla cum strictim scripto priore tetigissem, tu plena repetisti, edocens & ostendens drachmam & ovem & filium minorem ad publicanos & peccatores; hoc est, humilem populum, non ad Christianæ plebis imaginem, nec ad formam fidelium pertinere. Gratulor me doceri; intellectum vero non esse, moleste fero. Nam quid afferam? [k] *Ea quæcumque lex dicat, his qui sub lege sunt, dicere*;
D utique & hoc principaliter ad priores dictum esse consentio, sed in forma fidelium, sed in imagine futurorum, sicut Apostolus dicit: [l] *Hæc autem in figura contingebant illis: Scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos, fines sæculorum devenerunt*. Et iterum: [m] *Quæ omnia illis umbræ erant futurorum bonorum*. Certe ipse adnuis, ad publicanos & peccatores, hoc est, humilem populum, & ideo juniorem, illa dictata. Dic ergo: an populus Christianus ipse est junior? an in radicem cohæserit? an [2] illa membra compegerit? [n] *ædificatus*, ut scriptum est, *in fundamentis Apostolorum & Prophetarum, & ipso angulari lapide Christo Jesu*. [o] *An Judæorum Deus tantum? Non-*
E *ne & gentium? Immo & gentium. Siquidem unus Deus, qui justificat impium ex fide, & per fidem*. Certe ille humilis populus, quem Deus, drachmæ, filio minori & oviculæ conferebat, Ecclesia fuit: unde omnis turba credentium, unde populus Christianus. Huic corpori nostra etiam membra conjuncta sunt, & totæ credentium portiones, ut in bonam olivam ex oleastro gentium convenirent, sicut Apostolus dicit: [p] *Participes pinguedinis ejus effe-*

a Matth. XXVI. 75. *b* Joan. XX. 27. *c* Matth. XXVIII. 19. *d* Joan. XX. 23. *e* Matth. XVI. 19. *f* Ibid. ℣℣. 18. 19. *g* Matth. XVIII. 15. *h* Ibid. ℣. 22. *i* 1. Reg. VIII. 7. *k* Rom. III. 19. *l* 1. Cor. X. 11. *m* Heb. X. 1. *n* Ephes. II. 20. *o* Rom. III. 29. 30. *p* Rom. XI. 17.

1. *Qualiter*] Forte legendum cum Latinio, *æqualiter*, & sic distinguendum: *in commune præcipiens æqualiter, tamen* cet.

2. *Illa membra*] Legit Latinius, *an* IN *illa membra*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.

ctæ? atque ita [a] *unum omnes eſſemus in Chriſto, Judæus & Græcus, ſervus & liber*. Si ergo cum illis humilibus unum corpus ſumus, dicta ſunt & ad nos quæ veterum humiles audierunt: atque ita omni corpori nuntiatum eſt, quidquid de corporis parte prædicatum eſt.

XIV. Dicam planius: Ille poſterior populus, ille pauper, ille mediocris, imago Eccleſiæ fuit, anima humilis & modeſta, anima liberata per Chriſtum. Hanc venit Dominus ſalvam facere, hanc apud inferos non reliquit: hæc eſt ovis illa quæ humeris reportatur: id eſt, niſu & vigore patientiæ. Hæc eſt drachma, quæ quæritur: & vicinis, inventa monſtratur. Vides formam ejus ſimilitudini pœnitentium convenire? Vides miſericordiam uſque ad hoc tempus extendi? Vides quæcumque Eccleſiæ naſcenti dicta ſunt, ad plenitudinem Eccleſiæ pertinere? Inde ibi Dominus adjecit: [b] *Sic erit gaudium in cælo ſuper unum peccatorem pœnitentiam agentem, quam ſuper nonaginta novem juſtos, quibus non fuit opus pœnitentia*. Nam ſi omnia illa ad commonendos nos ſcripta ſunt; cui tandem populus ille peccator humilis comparabitur, niſi populo pœnitenti? Ac ſi figuris in ordinem recurrentibus, nonaginta novem ſanæ, omnis Eccleſia eſt; una vero erratica, delinquentium portiuncula eſt: ac drachma quæ periit, miſer ille peccator eſt: rediens poſt mala ſua filius, redemto illi ſimilis æſtimatur. Jam recte a me poſitum vides, cum de pœnitentium curatione tractarem, dixiſſe Dominum: [c] *Non eſt opus ſanis medico, ſed male habentibus*. Recte & illud: [d] *Beati lugentes, quoniam ipſi conſolabuntur*. Quidquid de publicanis & peccatoribus dictum eſt, ad ægros omnes & omnes miſeros pertinebit.

XV. De ſolis, ais ſcriptum eſſe martyribus: *Beati lugentes*. Nemo ergo præter illos, peccata ſua plangit? Non David clamat: [e] *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum*? Et iterum: [f] *Quoniam cinerem, ſicut panem edi; & potum meum cum fletu miſcebam*. Non Jacob dicit, [g] *Anni vitæ meæ duriſſimi*? Non Apoſtolus ad Timotheum: [h] *Deſiderans te videre, memor lacrymarum tuarum*? Nec tamen hoc de martyre loquebatur. Quid nunc? Miſeri pœnitentes ſiccos habent oculos? Et qui peccaſſe ſe dolent, flere non norunt? Ipſi communicantes, ipſi fideles, lacrymas non habemus? Quempiam noſtrum, gaudente mundo, gaudere delectat? Vos Novatiani, [i] *jam ſatiati eſtis, divites facti eſtis, ſine nobis regnare cœpiſtis*. Non ergo [1] quiſque miſerabilis eſt, ita incipit eſſe miſerandus. Poſt hæc proponis, & dicis ſcriptum eſſe per Dominum: [k] *Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus; Qui autem in Spiritum ſanctum peccaverit, non dimittetur ei neque heic, neque in futuro*. Aut ego fallor, aut iſtud exemplum contra te valet. Nam ſi omne peccatum & blaſphemia relaxabitur, vides veniam pœnitentibus non negari. Ergo omne peccatum, ergo ipſa quoque blaſphemia. Habes additum ſecundum Lucam: [l] *Et in filium hominis*

A *peccaverit, remittetur ei*. Quid hoc amplius de miſericordia Dei, de clementia judicantis? An non [m] invidet oculus tuus, quia bonus eſt paterfamilias? Non licet illi facere, quod vult? Quin immo, [n] *tu quis es qui judicas ſervum? Domino ſuo ſtat, aut cadit: Potens eſt autem Deus ſtatuere illum*. [o] *Sed qui in Spiritu ſancto blaſphemaverit*, ais, *non remittetur ei*. Soles, totas percurrere lectiones: cur heic non legiſti, quid ſit iſtud, *In Spiritu?* Habes ſupra ſcriptum, cum Dominus dæmonia verbo fugaret, & virtutes multas ſpeciali vigore compleret, dixiſſe Phariſæos: [p] *Hic non expellit dæmonia niſi in Beelzebub principe dæmoniorum*: hoc eſt, in Spiritum ſanctum deliquiſſe, in ea blaſphemaſſe quæ
B per ſanctum Spiritum gerebantur. In ceteris quippe peccatis, aut errore labimur, aut metu frangimur, aut carnis infirmitate ſuperamur. Hæc cæcitas eſt non videre quod videas, & ſancti Spiritus opera diabolo deputare, eamque gloriam Domini qua diabolus ipſe ſuperatur, diaboli appellare virtutem. [2] Hoc eſt ergo quod non dimittetur: reliqua bonis pœnitentibus, frater Symproniane, donantur.


XVI. Poſthæc, de ſarmentis & vite proponis ſic: Ait Dominus apud Joannem: [q] *Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricultor eſt. Omne ſarmentum in me quod non affert fructum, tollet illud; & omne fructiferum, purgabit illud*. Vides igitur in ſarmen-
C tis fructum requiri, id eſt bona opera pœnitentiæ, ſicut Joannes ait: [r] *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ*. Vides ſarmenta purgari, quæ ſunt detrimenta carnis, damna lætitiæ, damna patrimonii, vitæ labores; qui actus proprie pœnitentium ſunt. Vides etiam agriculturam Domini, qui ipſa etiam ſarmenta non perdat, ſed purget & colligat, aliqua plane in ignem, aliqua novellandis paſtinandiſque vineis. Eli ſacerdos, ais, loquitur & dicit: [s] *Si vir in virum peccaverit, orabunt pro eo: ſi autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* Joannes itidem: [t] *Si quis ſcit peccare fratrem ſuum peccatum non utique ad mortem, poſtulabit pro eo, & dabit illi vitam Deus. Eſt autem peccatum quod ad*
D *mortem ducit, non pro illo dico ut depreceris*. Vides hoc totum ad peccata manentia pertinere, non ad eos qui aliquando peccaverint, & cœperint pœnitere, ante quam quiſquam pro illis roget. Longum eſt, ut exempla replicemus. Attende univerſa peccata quibus Dominus comminatur: jam videbis eſſe præſentia. Quod [u] ſi non proderit juſto in tempore iniquitatis ſuæ præterita juſtitia; non oberit impio in tempore juſtitiæ ſuæ iniquitas derelicta, cum ſcriptum ſit: [x] *Relinquat impius vias ſuas, & vir facinoroſus cogitationes ſuas; & convertatur ad Deum, & miſericordiam conſequetur*. Quod ſi Deus etiam peccata præterita punivit, [3] deque tranſ-
E actis & prætermiſſis pœnam ſuppliciumque conſtituit; age, non habet in ſua poteſtate mutare ſententiam? Non Rahab, non Nabuchodonoſor regem, non Gabaonitas, non Ninivitas, non Segor a prædicto interitu liberavit? Non per ipſum, Joel vates hæc intulit: [y] *Convertimini ad Dominum Deum veſtrum, ſimulque jejunio, & fletu, & planctu;*

a Gal. III. 28. *b* Luc. xv. 7. *c* Matth. IX. 12. *d* Matth. V. 5. *e* Pſalm. VI. 7. *f* Pſalm. CI. 10. *g* Gen. XLVII. 9. *h* II. Tim. I. 4. *i* I. Cor. IV. 8. *k* Matth. XII. 31. 32. *l* Luc. XII. 10. *m* Matth. XX. 15. *n* Rom. XIV. 4. *o* Matth. XII. 32. *p* Ibid. ✝. 24. *q* Joan. XV. 1. *r* Matth. III. 8. *s* I. Reg. II. 25. *t* I. Joan. V. 16. *u* Ezech. XVIII. 24. *x* Iſa. LV. 7. *y* Joel. II. 12-14.

1. *Quiſque*] Leg. *ut quiſque*.

2. *Hoc eſt ergo* cet.] Rite intellige verba S. Paciani: reliqua peccata dimitti bonis pœnitentibus, non autem blaſphemiam in Spiritum ſanctum: quia ordinarie & ut plurimum peccatum ejuſmodi non curatur per veram pœnitentiam: juſto judicio, deſerente Deo ac in reprobum ſenſum tradente eos qui ita peccant. Vid. Bellarminum lib. II. *de Pœnit.* cap. XVI. BRASICH.

3. *Deque tranſ.*] Sic optime reſtituit Latinius pravam editorum lectionem, *de quo tranſ.*



quia misericors est, patiens, & longanimus, & multæ miserationis, & pœnitens in malitiis. Et quis scit si reversus pœnitebitur, & relinquet post se benedictionem? Quare sicubi constitutam peccantibus pœnam probaveris, hoc tenebis, aut peccatis perseverantibus constitutam, aut libertatem Deo relictam mutandæ, si pœniteas, ad meliora sententiæ.

XVII. Ais adhuc, scriptum: [a] *Quod si manus tua vel pes tuus scandalizaverit te, abjice eum abs te.* Quid sit hoc, Moyses, Deuteronomio testificante, prædixit: [b] *Si autem precatus fuerit te frater tuus* (hi sunt enim oculi & manus nostræ) *aut filia tua, aut uxor tua quæ est in sinu tuo, aut æqualis animæ tuæ, dicens; Eamus & serviamus diis quos non noveras:* Deinde adjecit inferius; *Deferes eum, & manus tua erit super ipsum ad occidendum eum.* Vides ergo, non de pœnitentibus dictum, sed de his qui non solum ipsi in facinore perseverant, verum etiam nos scandalizare non desinunt. Hi quamlibet cari sint, relinquendi: quamlibet utiles deferendi sunt. Proponis adhuc dixisse Apostolum Paullum, [c] *Auferte malum ex vobis ipsis:* malum utique, perseverans. Ceterum, pœnitentia malum non est, cum David dicat: [d] *Bonum est exomologesim facere Deo.* Nec tamen mecum est ille quem pœnitet, nec parte sanctorum, nec pace conjungitur. Sed dicit Apostolus: [e] *Si quis frater nominatur, & sit aut fornicator, aut simulacris serviens, aut avarus, aut maledicus, aut ebrius, aut rapax, cum ejusmodi nec cibum sumere.* Vides non sine caussa esse positum, *& sit*, id est, qui necdum pœniteat, qui necdum improbus esse desierit. Et certe de avaris, & ebriosis, & maledicis, simul dictum est. Responde frater, an nullus ejusmodi, vestra pace teneatur. Ergo inde est, & quod per Esaiam Deus clamat: [f] *Simul iniqui & peccatores peribunt*; non pœnitentes, non misericordiæ opera procurantes, quibus apud eumdem rursus Esaiam Deus dicit: [g] *Et si fuerint peccata vestra ut phœnicium, ut nivem dealbabo: & si ut coccum, ut lanam candidam ea efficiam.*

XVIII. Attamen, ut ais, Apostolus condemnavit errantem. Nam ad Corinthios prima ita dicit: [h] *Ipse ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi eum qui tale facinus admisit: In nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis omnibus in virtute Dei, tradere ejusmodi satanæ, in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini.* Nota, frater, primum, quod non damnat eos cum quibus iste communicat: solus ipse qui tale facinus admiserat, satanæ traditur, solus excluditur, salva pace sanctorum. Vos, omnes ecclesias pro uno peccatore damnatis? Deinde vides, quod hic ipse peccator incestus, non morti traditur, sed satanæ, ad emendandum, ad colaphizandum, ad pœnitendum. Denique ait, *Ad interitum carnis*, non tamen animæ, non etiam spiritus: sed ad solius carnis interitum, tentationes scilicet, carnis angustias, detrimenta membrorum, sicut alibi de intemperantibus dicit: [i] *Tribulationem autem carnis patientur*

A *ejusmodi.* Vis hoc scire? in secunda Corinthiorum, hunc ipsum impium idem Paullus absolvit. Nam de ipso ait: [k] *Sufficit illi qui ejusmodi est, objurgatio ea quæ fit a pluribus; ut e contrario magis donetis & consolemini, ne forte majore tristitia absorbeatur, qui ejusmodi est: Propter quod obsecro vos, ut constituatis in eum caritatem.* Item infra: *Si cui autem aliquid donastis, & ego: nam & ego quod donavi, propter vos in persona Christi, ut non possideatur a satana.* Vides Apostoli indulgentiam, proprias etiam sententias temperantem? Vides mitissimam lenitatem longe a vestro supercilio separatam? longe a Novatiani fronte dissimilem, communi vero vitæ ac saluti omnium consulentem?

B

XIX. At etiam in nos severus censor inveheris. Dicis, ex lege cælesti unum ex mandatis solvere non licere, nec communicare lupis agnos, & quod omnis consensus in crimine sit; & ideo [l] *qui picem tetigerit, inquinetur;* [m] *nec sit ulla societas luci ad tenebras, aut templo Dei cum idolis, aut conventio Christi ad Belial.* Ideoque David dicit: [n] *Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Ais tandem, quia nos Domini mandata rescindimus. Nos [1], unum apicem Legis inflectimus; an potius Novatiani, qui tota Ecclesiæ, tota concordiæ jura violarunt, qui post tot pacis annos, tot fœdera sanctitatis, novas sibi
C leges, nova instituta, novos ritus pepererunt, arcanum justitiæ inexorabili fronte simulantes? Nos in Ecclesiam lupos recepimus, qui hæreticorum ora vitamus; an potius Novatiani, qui cum ipsi sint rapaces lupi, paullo miseriores oviculas reformidant? Nos consentimus malis, nos picem tangimus, nos tenebris cohæremus, nos idolo & Belial jungimur; an illi qui Evaristum, qui Nicostratum receperunt, ceterosque ab Ecclesia recedentes, lingua, manu, moribus inquinatos? Nos cum adulteris & furibus convenimus; an illi qui Novatum, vitæ suæ & capiti prætulerunt; post interceptam pecuniam pupillorum atque viduarum; miseri parentis & partus uxoris parricidam, non modo non pœnitentem, verum etiam gloriantem?
D Verum Paullus Apostolus dixit: [o] *Manus cito nemini imponas.* Docet idem, vel tarde, vel post pœnitentiam non negandas.

XX. Sed perdita Hiericho, Achar filius [2] Charmi propter furtum vestis occisus est. Age; vos, totos fures interficite pecuniarum nostrarum atque librorum; & in Novati ossa sævite. Jugum illud rursus accipite, [p] *quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt.* Quid cessatis, Novatiani, [q] *oculum pro oculo, dentem pro dente*, deposcere, animam postulare, Circumcisionis & Sabbati redintegrare commercium? Necate fures, lapidate petulantes. Nolite in evangelio legere quod pepercerit Dominus
E etiam adulteræ confitenti [r], quam nemo damnarat: quod peccatricem quæ lacrymis pedes ejus lavabat, absolverit: quod Rahab apud ipsam Hiericho urbem Phœnicum liberavit: quod Thamarem a sententia patriarchæ absolverit: quod, Sodomis quoque pereuntibus, Loti filias non exstinxerit; libe-

a Matth. V. 29. *b* Deut. XIII. 6. *c* I. Cor. V. 13. *d* Psal. XCI. 2. *e* I. Cor. V. 11. *f* Isa. I. 28. *g* Ibid. v. 18.
h I. Cor. V. 3-5. *i* 1. Cor. VII. 28. *k* II. Cor. II. 6-8. 10. *l* Eccli. XIII. 1. *m* II. Cor. VI. 14. 15. *n* Psal. XLIX. 18.
o I. Tim. V. 21. *p* Act. XV. 10. *q* Deut. XIX. 21. *r* Joan. VIII. 11.

1. *Nos — an potius Novatiani*] Latinio ductore hunc locum ita restituimus, quem luxatum mendisque obsitum sic exhibent editi: *Nos, unum apicem legis inflectimus? Novatiani, quia tota Ecclesiæ, tota concordiæ; an potius jura violarunt; qui post tot pacis annos, tot fœdera sanctitatis, novas sibi leges* cet. Restitutionem suadent quæ sequuntur.

2. *Achar filius Charmi*] Editi male, *Achar filius Carini*. Locum restituimus ex lectione Luciferi Caralitani lib. *de non parc. in Deum delinq.* cap. III. Adi sis tom. VI. nostræ Bibl. PP. pag. 221. not. 3. ubi *Achar* veram esse hujus nominis pronuntiationem, ex Cotelerio demonstratum.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 372.

raturus & generos, ſi futurum excidium crediđiſſent. A Age; non tenes dicere apud David Dominum; [a] *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus?* Salomonis quoque ſententiam non tacere; [b] *frater fratrem adjuvans, exaltabitur?* Quid Apoſtolus? [c] *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto; vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, conſiderantes voſmet ipſos ne tentemini. Invicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Et illud quod ante jam retuli: [d] *Opto enim anathema eſſe in Chriſto pro fratribus meis cognatis ſecundum carnem.* Et iterum: [e] *Omnibus omnia factus ſum, ut omnes lucrifacerem:* hoc eſt; cum vulneratis, gemitus; cum ægrotantibus, laborem; mortem cum moriente partiri, ca- B ſum fratrum cum ſtatu ſuo poſſe miſcere, aliquid de ſua ſanitate decidere, & deficientibus adhibere medicinam.

XXI. Quid vobis prodeſt ſuperba & aſpera fronte durari, altis regere cervicibus, vultus torquere a miſeris, auditus oculoſque præcludere? Numquam (vos oro) cecidiſtis? Nulla in veſtris mentibus macula eſt? Nulla in oculis (oro) feſtuca? [f] *Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut mundum ſe eſſe a peccatis?* [1] Credo; vos juſti, benevoli, temperates, quibus membra omnia ſana ſunt, quibus omne corpus intactum, quibus medicus neceſſarius non eſt, nec medicina languorum. Intrate jam cælum; paradiſi aditus, rom- C phæa cedente, penetrate; tot noſtrorum populis, Deum unicum confitentibus, dona veſtra præcludite. Quæ ſi ſe longe aliter habent quam implacabilis immanitas [2] rigor rerum, & immanitas veſtra mentitur; jam intelligitis Novatiani, Deum poſſe miſereri; jam miſeris fratribus de præterito confitentibus, vel ſeram patere medicinam; jam vulneratum illum a Levita & ſacerdote præteritum, per Chriſtum poſſe curari; jam Eccleſiæ preces humilibus non negandas; jam manus ſacerdotum miſerandis fratribus exhibendas. Nos autem intelligimus, ut exprobras, Eccleſiam Dei, columbam non felle amaram, non unguium laceratione violentam, parvulis quoque plumis exiguiſque [3]. Scimus etiam puteum aquæ vivæ D fontemque ſignatum, nulla hæretici gurgitis labe ſordere, hortumque concluſum plenum oleribus magnis pariter & parvulis, vilibus atque pretioſis. Octo quoque animas ex arca, ſed inter quas & Cham fuerit: & millia illa volucrum atque ferarum bina atque ſeptena, munda pariter & immunda: fontes vero ſiccos, & nebulas turbinibus excitatas, hæreticorum ſterilitatem & inſanarum vocum impetus arbitramur. Nec promittimus libertatem, cum ipſi ſervi ſimus pœnæ; ſed crimina noſtra confeſſi, reliquos etiam ut fateantur hortamur, credantque in eum [g] *qui juſtificat impium ex fide*, [h] *qui reflectit ſententiam, adverſus malitiam irrogatam*. Attendimus [i] quoque a falſis prophetis & lupis rapacibus, E cum cavemus a vobis. Iannem vero & Mambrem ſic reſtitiſſe Moyſi, ſicut vos catholicis, arbitramur. Inde ſic ponit Apoſtolus: [k] *Quia ſicut Jannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati: homines mente corrupti & a Deo reprobi; ſed ultra non proficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut illorum fuit.* Quod in vos dictum eſſe manifeſtum eſt, qui neque proficere amplius, neque inſipientiam veſtram celare potuiſtis.

XXII. [l] *Qui baptizatur a mortuo, nihil proficit;* utique qui hæretico fonte dilutus, ſic & qui peccatoris oleo ungitur, id eſt, qui ſpiritu ſatiatur immundo. Ergo & filii ſanguinum vos eritis. Non enim pacem fratrum, ſed ſanguinem concupiſcitis. Fides falſa, eſt veſtra credulitas. Adultera mulier, hæretica congregatio eſt: Catholica enim, ab initio, de viri ſui thoro & thalamo non receſſit, nec alienos amatores aut extraneos concupivit. Vos exſulem formam novo colore pinxiſtis; vos thorum veſtrum a conjugio ſeparaſtis antiquo; vos a matris unicubæ corpore receſſiſtis, novo placendi genere, novis corruptelarum inlecebris expoliti. Nam quod Cyprianum beatiſſimum mihi pro contrario teſte proponis, quia in Epiſtola quæ *de Lapſis* eſt, [4] Moyſen & Danielem & Job oraſſe pro peccatoribus dicat, nec impetraſſe, dicente Domino: [m] *Et ſi tres in medio eorum fuerint Noe, Job & Daniel, non liberabunt filios neque filias, ſed ipſi ſoli ſalvi erunt:* Utinam, utinam Cypriano teſte nitaris, utinam tam ſalubribus ſententiis acquieſcas. Ille enim, cum lapſos ad pœnitentiam cogeret qui pœnitere nolebant, dicentes a Confeſſoribus ſive Martyribus accepiſſe ſe pacem, docuit & oſtendit, quod nec patriarchæ illi pro non pœnitentibus impetrarent. Etenim quis liberare poſſit invitum? quis pro ſuperbis humiliari? quis pro non pœnitentibus impetrare? Quod utique cum diceret, ad pœnitentiæ cogebat remedia. Nec contra ſe locutus eſt aliquid vir illius gravitatis & meriti, ſed fundendas a peccatoribus preces docuit, & exomologeſim diligendam. Ipſa tamen Cypriani exempla te permovent, quibus & Moyſen & ceteros ſanctos, non impetraſſe commemorat, qui pro peccatoribus poſtulabant.

XXIII. Ain? Non vides Moyſen pro quibus non impetraverit? Reverſus ad populum, quid audit in caſtris? Voces ebriorum & cantus idolothyti perſonabant. Adhuc perſeverabat in nequitia populus, adhuc in ipſo crimine permanebat, ac pœnitere non noverat. Attamen quis tibi noſtrum dixit, quod Moyſes non impetraverit? Dixerat quidem illi Deus; [n] *Deliquit ante me, delebo eum de libro.* Dixerat tamen auctoritate judicis & Domini poteſtate; ſed vide quam cito reflexerit ſententiam, adverſus populi malitiam irrogatam. Auſculta. Propheta ſtatim, ibidem: [o] *Et precatus eſt*, inquit, *Moyſes in conſpectu Domini Dei ſui; Quare Domine iraſceris ita in populum tuum?* & reliqua. Item infra: [p] *Et propitius factus eſt Dominus de malignitate quam dixerat facere populo ſuo.* Vides lenitam eſſe iram Dei? Vides offenſam eſſe placatam? Et pro populo non rogavit, [5] nec quod fecerat pœnitenti.

a Pſal. cxix. 7. *b* Prov. xviii. 9. *c* Gal. vi. 1. 2. *d* Rom. ix. 3. *e* 1. Cor. ix. 22. *f* Prov. xx. 9. ſec. lxx. *g* Rom. III. 26. *h* Joel. II. 13. ſec. lxx. *i* Matth. vii. 15. *k* II. Tim. III. 8. 9. *l* Eccli. xxxiv. 30. *m* Ezech. xiv. 20. *n* Exod. xxxii. 33. *o* Ibid. ṽ. 11. *p* Ibid. ṽ. 14.

1. *Credo; — languorum.*] Forte legendum interpungendumque: *Cedo: — languorum?*

2. *Rigor rerum*] Poſteriorem vocem expungit Latinius. Quid porro, ſi *veſtrum* gignendi caſu ſcripſerit Pacianus? Vox autem *immanitas* quæ ſequitur, a Tilio ſuppleta reponitur.

3. *Parvulis quoque plumis exiguiſque*] *Candentem* ſupplet Tilius. Mox vero poſt Latinium reſcripſimus *puteum aq. v.* ubi editi habent *ut eum*.

4. *Moyſen*] Aut Pacianus memoria lapſus, aut potius librarius aliud agens erravit. Reſcribendum enim videtur *Noe* pro *Moyſen*, ad textum Ezechielis ſubjectum. Neque aliter ſane S. Cyprianus *de Lapſis* pag. 130. edit. Oxon. quo reſpicit S. Pater. Quæ quidem emendatio ex iis confirmatur, quæ habentur infra cap. xxiv.

5. *Nec quod fecerat pœnitenti*] Legendum conjicit Latinius, *niſi quod fecerat pœnitente*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.

XXIV. Sed Noe, inquis, & Daniel, & Job, filios & filias liberare non potuerunt. Et hoc tale est: Si pro non rogantibus petant; si pro perseveranti in crimine deprecentur; si non singulos, si non paucos, sed millia multa defendant. Ceterum Noe domum suam a ruina publica liberavit; & Job recepit cuncta quæ perdidit; & Daniel instantem illum sapientibus Babyloniæ gladium oratione decussit. Lot certe pro salute oppidi, Paullus pro vectoribus navis orat. Sic absolvuntur a justis, qui pœnitere noverunt. Postremo vel illud aspicio quod scriptum ait: [a] *Ipsi soli salvi erunt*. Qui illi? Ipsi utique qui pro peccatoribus deprecantur, impune pro talibus postulabunt. Et cur Ecclesiam damnas? cur pro pœnitentibus prohibes deprecari; si etiam pro his petere licet, pro quibus non licet impetrare? Lege igitur diligentius Cyprianum meum: lege totam *de Lapsis* Epistolam: lege aliam quam ad Antonianum dedit; ubi exemplis omnibus Novatianus urgetur: jam scies quid de pœnitentium curatione pronuntiet. Cyprianum loquor, vestra oppugnantem & catholica jura retinentem. Tertullianum post hæresim (nam multa inde sumsistis) ipsum epistola sua, & ea ipsa quam catholicus edidit, audies confitentem, posse Ecclesiam peccata dimittere.

XXV. Vides ergo Ecclesiam esse reginam [b] *in veste aurata & variegata*; multorum utique corporum, multorumque populorum varietate compositam. Non est coloris unius ista pictura, nec in uno habitu emicat tanta diversitas. Pars illa indumenti tegit, ista componit. Nonnulla pectori adhæret, aliqua ultimo sinu trahitur, & inter vestigia ipsa sordescit. Quædam, purpuræ martyrum comparatur; aliqua, serico virginali; nonnulla, sinu plicante, subsuitur, aut acu inferente reparatur. [c] *Alius enim sic, alius autem sic*; & tamen una, in omnibus, regina componitur. Ergo eadem fecunda vitis & locuples, plures habens ramos, multo palmitum crine distentior; nihil ne ex istis hiberno frigore laboravit? nihil asperas grandines pertulit? nihil torridas incusavit æstates? Asperior est hæc gemma palmitibus, ista fortior, illa sincerior; hæc se diffundit in fructus, hæc in solas exuberat frondes. Vitis tamen ubique formosa. Mater hæc [d] *adolescentularum, quarum non est numerus*. Calculare denique si potes catholicos greges, & duc in digitos nostræ plebis examina. Nec illa modo quæ toto orbe diffusa sunt cunctis plena regionibus; sed hæc, frater Semproniane, quæ tecum in proximis finibus & vicina urbe consistunt. Contemplare, quot nostros unus aspicias, quot meorum populis solus occurras. Nonne ut stillicidia, fontibus magnis? nonne, ut ab oceano quædam gutta, sorberis? Dic, dic an istæ adolescentulæ ex vestra plebe generentur, an tu solus [1] has parias. Nostra est, inquam, ista regina [e] *electa matri suæ atque perfecta*. Nihil quippe electum, nisi melius & majus ex alio; nihil perfectum potest esse, nisi plenum.


XXVI. Jam & illud attendite, an hæc potissimum ædificata sit [f] *In fundamentis prophetarum & apostolorum ex ipso angulari lapide Jesu Christo*. Si ante te cœpit, si ante te credidit, si a fundamentis prioribus non recessit, si non illa migravit, si non a reliquo corpore separata suos sibi magistros & propria instrumenta constituit, si quid insolitum argumentata est, si quid novi juris invenit, si corpori suo repudium pacis indixit: plane tunc a Christo recessisse videatur, tunc extra prophetas & apostolos constitisse. Hæc igitur erit domus magna, locuples omnium diversitate vasorum, in qua purum refulget *aurum*, in qua ductile lucet *argentum*; verum, quæ *etiam lignea* sicut scriptum est [g], *& fictilia vasa* dignatur. Magna enim domus multos movet usus, opera diversa solicitat. Non solum quærit argentum, nec aureo tantum delectatur ornatu. Subinde plus decet magna, contemtus; & inter nobiles ambitus, exigua quoque jocunda sunt. Nullus artifex opera sua despicit, nec vilia sibi putat esse quæ fecit. Et unde pro peccatoribus passum putas Christum, nisi quod perdere noluit quidquid ipse formavit? Unde illum putas hodieque interpellare pro miseris, nisi quod modicum, eumque & despectissimum, non repellit; neminem, ex his quos acceperit, perditurus; ligneo licet ac fictili comparentur, atque ita in domo sua omnia vasa componit?

XXVII. Tandem, frater Semproniane, non pigeat esse cum multis; tandem libeat reduvias Novatianorum, & præsegmina vestra contemnere; tandem catholicos greges & tam late patentes Ecclesiæ populos intueri. Ubi unus, inquies, ibi & ego; & ubi duo, ibi Ecclesia: ubi unus tamen concors; ubi duo, pacifici. Ubi unus, & Ecclesia; quanto magis ubi plures? [h] *Meliores*, inquit, *duo quam unus: & spartum triplex non rumpitur*. Audi David: [i] *Psallam nomini tuo in ecclesia multa*. Et iterum: [k] *In populo gravi laudabo te*. Et: [l] *Deus deorum loquutus est, & vocavit terram ab ortu solis usque ad occasum*. Quid semen Abrahæ, secundum stellarum modos & numeros arenarum, vestra paupertate contentum? [m] *Benedicentur in te*, inquit, *omnes tribus terræ*. Dic, Novatianus has impleat? Non tam parum, sanguine suo redemit Deus, nec tam pauper est Christus. Cognosce jam, frater, Ecclesiam Dei dilatantem tabernacula sua, & aulæorum palos dextra sinistraque figentem: intellige, [n] *ab ortu solis usque ad occasum laudabile nomen Domini*. Vide, vide quæso, Novatianis in verba luctantibus, catholicas agi toto orbe divitias. Super omnibus quibus a te sum consultus, instruxi. Nullum, ex propositis caput sententiamve præterii. Ad ipsos apices & verba respondi. Si consulentis animo requisisti, amanter ostensum est: si lacessentis, haud segniter disputatum. Subjungam, cum vacuum erit, & aliam Epistolam, in qua non vestra redarguam, sed nostra proponam: quam, si benigne & sine fastidio legeris, fortasse non lædet. Interim, in ista, peto ut singula quæque percenseas. Omnia cito lecta prætereunt: si charismata meliora desideras, & bonæ eruditionis animam geris, non facile tam vera contemnis. Dominus te in æternum custodire & protegere dignetur, & Christianum vivere faciat ad concordiam spiritualem. Amen.

a Ezech. XIV. 14. 20. b Psalm. XLIV. 10. c I. Cor. VII. 7. d Cant. VI. 7. e Ibid. ℣. 8. f Ephes. II. 20. g II. Tim. II. 20. h Eccle. IV. 12. i Psalm. XXXIV. 18. k Ibid. l Psalm. XLIX. 1. m Gen. XXII. 18. n Psalm. CXII. 3.

1. *Has parias*] Sic rescripsimus ex conjectura Latinii. Editi, *hoc parias*.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
372.



S. PACIANI

BARCILONENSIS EPISCOPI

Parænesis, ſive exhortatorius libellus ad pœnitentiam.

I. ETſi aliquoties, tumultuoſe licet, de pœnitentium curatione non tacui; memor tamen dominicæ ſolicitudinis, quæ propter unius oviculæ detrimentum cervicibus etiam ſuis & humeris non pepercit, integrato gregi referens peccatricem delicatam: conabor, ut potero, tantæ virtutis exemplum etiam ſtilo [1] condere, ac dominici laboris induſtriam, mediocritate (qua dignum eſt) ſervus imitabor. Unum illud vereor, dilectiſſimi, ne ſolitæ contrarietatis adverſis, inculcando quæ fiunt, admoneam magis peccata quam reprimam: meliuſque fuerit, Attici Solonis exemplo, tacere de magnis ſceleribus, quam cavere; eo uſque progreſſis noſtrarium moribus, ut admonitos ſe exiſtiment cum vetantur. Hoc enim, puto, proxime [2] Cervulus ille profecit, ut eo diligentior fieret, quo impreſſius notabatur. Et tota illa reprehenſio dedecoris expreſſi ac ſæpe repetiti, non compreſſiſſe videatur, ſed erudiſſe luxuriam. Me miſerum! Quid ego facinoris admiſi? Puto, neſcierant Cervulum facere, niſi illis reprehendendo monſtraſſem. Verum ſit illud. Dei refugæ aut extra Eccleſiam conſtituti, etiam exaſperati ſunt caſtigationis injuria; indignati ſcilicet, mores ſuos ab aliquo poſſe reprehendi. Atque ut cœnum ſolet tum maxime fœtere cum moveas; & incendium tum magis ardere, ſi vertas; & rabies tum vehementius ſævire, ſi provoces: ita illi objurgationis neceſſariæ ſtimulos contrario calce fregerunt, non ſine ſuo quidem malo & vulnere repugnantes.

II. Vos tamen, dilectiſſimi, a Domino mementote poſitum: [a] *Argue ſapientem, & amabit te: atque ſtultum, & odio te habebit.* Et iterum: [b] *Ego, quos diligo, redarguo & caſtigo.* Atque ideo blandam hujus mei operis ac ſolicitam diligentiam, & ſecundum Domini voluntatem a me ipſo fratre veſtro ac ſacerdote ſuſceptam, amorem potius credite quam rigorem, ſequendo amabiliter, non pertinaciter repugnando. Præterea nullus exiſtimet hunc ipſum de Pœnitentiæ inſtitutione ſermonem ſolis tantummodo pœnitentibus ordinatum; ne propter hoc, quiſquis extra hunc gradum poſitus eſt, ea quæcumque dicentur, velut in alios deſtinata faſtidiat, cum in hanc quaſi fibulam totius Eccleſiæ diſciplina [3] notetur, quando, & Cathecumenis, ne in hoc tranſeant; & fidelibus, ne in hoc redeant, providendum ſit; ipſis vero pœnitentibus, ut celeriter ad hujus operis fructum perveniant, laborandum. Sermonum tamen meorum hic ordo ſervabitur. Primum ut de modo criminum ediſſeram, ne quis exiſtimet omnibus omnino peccatis ſummum diſcrimen impoſitum. Tum de his fidelibus dicam qui remedium ſuum erubeſcentes male verecundi ſunt, & inquinato corpore ac polluta mente communicant: in conſpectu hominum timidiſſimi; ante Dominum vero impudentiſſimi, profanis manibus & polluto ore contaminant, ſanctis quoque & Angelis altare metuendum. Tertio, de his erit ſermo, qui confeſſis bene apertiſque criminibus remedia pœnitentiæ, actuſque ipſos exomologeſis adminiſtrandæ, aut neſciunt aut recuſant. Poſtremo illud apertiſſimum enitemur oſtendere, quæ pœna ſit aut non agentibus pœnitentiam, aut etiam negligentibus, atque ideo in vulnere ſuo ac tumore morientibus: quæ rurſus ſit corona, quod præmium, conſcientiæ maculas recta & ordinaria confeſſione purgantibus.

III. Primum igitur, ut diximus, de modo peccantium retractemus, ſedulo requirentes quæ ſint peccata, quæ crimina: ne quis exiſtimet, propter innumera delicta quorum fraudibus nullus immunis eſt, me omne hominum genus indiſcreta pœnitendi lege conſtringere. Apud Moſen & veteres, minimi quoque peccati, & quadrantis unius (ut ita dixerim) rei, in eodem infelicitatis æſtuario volutati ſunt. Et qui ſabbata violaverant, & qui immunda contigerant, & qui eſcarum vetita præſumſerant, & qui murmurabant, & qui pariete corrupto, & qui veſte maculata in templum ſummi Regis intraverant, & qui altaria his obnoxii manu contrectaverant aut veſte contigerant, ut in cælum aſcendere citius fuerit, aut emori ſatius quam hæc univerſa ſervare. His igitur nos omnibus multiſque præterea carnalibus vitiis, ut citius ad deſtinata quiſque perveniat, ſanguis Domini liberavit, redemtos a ſervitute legis & libertate fidei emancipatos. Ideoque Apoſtolus Paullus: [c] *Vos autem*, inquit, *in libertatem vocati eſtis*. Hæc illa libertas; quod non omnibus adſtringimur quibus veteres tenebantur; ſed donata (ut ita dixerim) ſilva delictorum, & remediorum indulgentia deſtinata, in pauca concluſi ſumus & neceſſaria; quæ & ſervare facillimum eſſet credentibus, & cavere: ut meritiſſimo tartarum non recuſaret qui tantæ donationi ingratus, ne hæc quidem pauca ſervaſſet. Quæ ſint autem iſta videamus.


IV. Poſt Domini paſſionem Apoſtoli, tractatis omnibus atque diſcuſſis, epiſtolam tradiderunt, his qui ex gentibus crediderant, perferendam. Cujus epiſtolæ ſententia hæc fuit: [d] *Apoſtoli & presbyteri fratres, his qui ſunt Antiochiæ & Syriæ, & Ciliciæ fratribus qui ſunt ex gentibus, ſalutem. Quoniam audivimus quoſdam ex nobis exiiſſe, & conturbaſſe vos verbis.* Item infra: [e] *Viſum eſt enim ſancto Spiritui & nobis, nullum amplius imponi vobis pondus præterquam: Neceſſe eſt ut abſtineatis vos ab idolothytis & ſanguine, & fornicatione: a quibus obſervantes, bene agetis. Valete.* Hæc eſt novi Teſtamenti tota concluſio. Deſpectus in multis Spiritus ſanctus, hæc nobis capitalis periculi conditione legavit. Reliqua peccata meliorum operum compenſatione curantur: hæc vero tria crimina, ut baſiliſci alicujus afflatus, ut veneni calix, ut letalis arundo, metuenda ſunt: non enim vitiare animam, ſed intercipere noverunt. Qua-

a Prov. IX. 8. *b* Apoc. III. 19. *c* Gal. V. 13. *d* Act. XV. 24. 25. *e* Ibid. ℣℣. 28. 29.

1. *Condere*] An *condire*?

2. *Cervulus ille — Cervulum facere*] S. Hieronymus lib. *de Viris illuſtr.* cap. CVI. inter varia Paciani opuſcula, illud primo loco recenſet, *Cervus* inſcriptum: quod jamdiu interiit. Ludicri nimirum ſpeciem exagitabat eo in opere S. Pater, de quo plura homines eruditi. Vide ſis præ ceteris Cangii utrumque Gloſſarium vv. Κερβίκολος & *Cervula*.

3. Al. *coarctetur*.



re tenacitas humanitate redimetur; convicium ſatisfactione penſabitur; triſtitia jucunditate; aſperitas lenitate; gravitate levitas; honeſtate perverſitas; & quæcumque contrariis emendata proficiunt. Quid vero faciet contemtor Dei? Quid aget ſanguinarius? Quod remedium capiet fornicator? Numquid aut placare Dominum deſertor ipſius poterit; aut conſervare ſanguinem ſuum, qui fudit alienum; aut redintegrare Dei templum; qui illud fornicando violavit? Iſta ſunt capitalia, fratres; iſta mortalia. Nunc audite Joannem, & confidite ſi poteſtis: [a] *Si quis ſcit*, inquit, *fratrem ſuum peccare peccatum non uſque ad mortem, petat pro eo, & dabit illi vitam Dominus, ſi quis deliquit peccatum non ad mortem. Eſt autem peccatum quod ad mortem ducit: non pro eo dico, ut depreceris.*

V. Sed ſi placet, etiam ſeparatim audite de ſingulis. Moſen pro blaſphematore populo deprecantem, ſic appellat Deus: [b] *Si quis*, inquit, *deliquerit ante me, delebo illum de libro meo.* Et de homicida, Dominus hoc judicat: [c] *Si quis*, inquit, *gladio occiderit, gladio morietur.* Et de fornicatore Apoſtolus dicit: [d] *Ne violaveritis*, inquit, *templum Dei quod eſtis vos: Qui autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus.* Scripta ſunt hæc, dilecti fratres, & perpetuis cæſa monumentis; ſcripta & inciſa non dico ceris & charta & ære vel calamo, ſed libro Dei vivi. [e] *Cælum & terra tranſibunt: jota unum*, inquit, *aut apex non poterunt tranſire prius quam omnia compleantur.* Quid ergo? moriendum eſt? Multi etiam animo in hæc peccata ceciderunt. Multi ſanguinis rei, multi idolis mancipati, multi adulteri. Addo etiam non ſolas manus in homicidio plecti, ſed & omne conſilium quod alterius animam impegit in mortem: nec eos tantum qui tura menſis adolevere profanis, ſed omnem prorſus libidinem extra uxorium thorum & complexus licitos evagantem, reatu mortis adſtringi. Hæc quicumque poſt fidem fecerit, Dei faciem non videbit. Deſperavere tantorum criminum rei. Quid vobis ego feci? Numquid non fuit in poteſtate ne fieret? Nullus ne admonuit? Nemo prædixit? Tacuit Eccleſia? Nihil evangelia dixerunt? Nihil Apoſtoli comminati ſunt? Nihil rogavit ſacerdos? Quid quæritis ſera ſolatia? Tunc decuit, cum licebat. Dura iſta vox eſt; ſed [f] qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & ſemitas pedum veſtrorum conturbant. Facinoris viam monſtrat innoxiis, qui nocentibus poſt ſcelera blanditur.

VI. Ergo, inquiet aliquis, perituri ſumus? & ubi miſericors Deus, qui [g] *mortem non invenit, nec lætatur in perditione vivorum?* Moriemur ne in peccatis noſtris? Et quid facies tu ſacerdos? Quibus emolumentis tot Eccleſiæ detrimenta penſabis? Accipite remedium, ſi deſperare cœpiſtis, ſi miſeros vos agnoſcitis, ſi timetis. Qui nimium confidit, indignus eſt. [h] *Super quem*, inquit Dominus, *reſpiciam, niſi ſupra humilem & quietum, & trementem verba mea?* Vos ergo primum appello, fratres, qui criminibus admiſſis pœnitentiam recuſatis: vos, inquam, poſt impudentiam timidos, poſt peccata verecundos; qui peccare non erubeſcitis & erubeſcitis confiteri: qui cum mala conſcientia, Dei ſancta contingitis, & altare Domini non timetis: qui ad manus ſacerdotis, qui in conſpectu Angelorum ſub fiducia innocentiæ acceditis: qui divinæ patientiæ inſultatis; qui tacenti Deo, veluti neA


A ſcienti, pollutam animam & profanum corpus ingeritis. Audite, quid fecerit Dominus; tum deinde, quid dixerit. Cum populus Hebræorum [i] Hieroſolymis Arcam Domini reportaret, & ex domo Aminadab Iſraelitis; Ozas qui non explorata conſcientia, latus Arcæ attigerat, occiſus eſt; & tamen ille, non ut aliquid ex ea ſumeret, ſed ut declinantem ad lapſum vituli contineret, acceſſerat. Tanta infuit cura divinæ reverentiæ, ut audaces manus, nec ob auxilium ſuſtineret. Clamat idem Dominus & dicit: [k] *Omnis mundus manducabit carnem: & anima quæcumque contigerit de carne ſacrificii ſalutaris, & immunditia ſuper illa eſt; pereat anima illa de populo.* Antiqua ne iſta ſunt, & modo non
B fiunt? Quid ergo? deſiit Deus noſtra curare; an ultra conſpectum mundi receſſit, & neminem ſpectat e cælo? An patientia illius, ignorantia eſt? Abſit, inquies. Videt ergo quæ facimus, ſed utique exſpectat & patitur, & pœnitentiæ tempus indulget, & Chriſto ſuo præſtat ut differat, ne cito pereant quos redemit. Bene, tu peccator, intellige: ſpectaris a Domino: potes illum placare ſi velis.

VII. Sed antiquum ſit iſtud quod ad menſam Dei accedere non licuit immundis: evolvite Apoſtolos, & novella cognoſcite. In prima Corinthiorum, Paullus hæc intulit: [l] *Quicumque*, inquit, *manducaverit, aut biberit calicem Domini indigne, reus*
C *erit corporis & ſanguinis Domini.* Item infra: [m] *Qui enim manducat & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit, non diſcernens corpus Domini. Propterea*, inquit, *inter vos, multi infirmi & ægri, & dormiunt multi. Quod ſi nos ipſos judicaremus, non utique judicaremur: cum judicamur autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.* Intremuiſtis, an non? *Reus erit*, inquit, *corporis & ſanguinis Domini.* Humanæ animæ reus non poſſet abſolvi; dominici corporis violator evadet? *Qui manducat*, inquit, *& bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit.* Evigila peccator; time in viſceribus tuis præſens judicium, ſi quid tale feciſti. *Propterea*, inquit, *inter vos, multi infirmi & ægri, & dor-*
D *miunt multi.* Jam ſi quis futura non metuit, vel præſentem ægritudinem præſentemque obitum reformidet. *Cum judicamur*, inquit, *a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.* Lætare peccator ſi in hoc ſæculo aut morte interciperis, aut languore conſumeris, ne puniaris poſt ſæculum. Intellige quantum ſceleris admittat qui ad altare venit indignus; cui pro remedio computatur, cum aut morbis laborat, aut morte diſſolvitur.

VIII. Quod ſi veſtra vobis, vilis eſt anima; parcite populo, parcite ſacerdotibus. Clamat Apoſtolus: [n] *Exiguum fermentum totam maſſam fermentat.* Quid facies tu, propter quem omnis maſſa corrum-
E pitur, propter quem laboratura eſt tota fraternitas? Vives tot animarum reus? Excuſaberis cum tibi communionem ſuam imputaverint innocentes, cum te Eccleſia dixerit ſuæ cladis auctorem? Ecce iterum Apoſtolus ad ſacerdotem: [o] *Manus cito nulli imponas, nec communices peccatis alienis.* Quid facies tu, qui decipis ſacerdotem? qui aut ignorantem fallis, aut non ad plenum ſcientem probandi difficultate confundis? Rogo ergo vos, fratres, etiam pro periculo meo, per illum Dominum quem occulta non fallunt, deſinite vulneratam tegere conſcientiam. Prudentes ægri medicos non verentur, ne in occultis quidem corporum partibus etiam ſe-

[a] I. Joan. V. 16. [b] Exod. XXXII. 33. [c] Exod. XXI. 12. [d] I. Cor. III. 17. [e] Matth. V. 18. [f] Iſa. III. 12. [g] Sap. I. 13. [h] Iſa. LXVI. 2. [i] II. Reg. VI. [k] Lev. VII. 12. [l] 1. Cor. XI. 27. [m] Ibid. ℣. 29-32. [n] I. Cor. V. 6. [o] I. Tim. V. 22.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



caturos, etiam perusturos. Meminimus quosdam, remota etiam & verecunda membrorum non erubescentes, in ferro & cauterio, & gravissima illa pulveris mordacitate durasse. Et quantum est illud quod homines præstiterunt? Peccator timebit? Peccator erubescet, perpetuam vitam præsenti pudore mercari? & offerenti manus Domino, vulnera male tecta subducet? Et habet aliquid quod in illo erubescat, qui Dominum læsit? An sic illi melius est perire, ne tu pudore timidus sine pudore moriaris, non faciens pudori locum, plus de detrimento ejus acquiras cui pro te melius est perire? Quod si fratrum oculos erubescitis; consortes casuum vestrorum timere nolite. Nullum corpus membrorum suorum vexatione lætatur; pariter dolet, & ad remedium conlaborat. In uno & altero, Ecclesia est; in Ecclesia vero, Christus. Atque ideo qui fratribus peccata sua non tacet, Ecclesiæ lacrymis adjutus Christi precibus absolvitur.

IX. Nunc ad eos sermo sit, qui bene ac sapienter vulnera sua, pœnitentiæ nomine, confitentes; nec quid sit pœnitentia, nec quæ vulnerum medicina, noverunt; similesque sunt illis qui plagas quidem aperiunt ac tumores, medicisque etiam adsidentibus confitentur; sed admoniti, quæ imponenda sunt, negligunt; & quæ bibenda, fastidiunt. Quod tale est ac si dicat aliquis: Ecce ego æger, ecce ego vulneratus sum, [1] sed nolo curari stomachum. Hoc erat, sed videte quid stultius. Additur etiam morbus ad caussam, & vulnus adjungitur, & contraria quæque imponuntur, perniciosa potantur. Quo maxime malo Fraternitas hæc laborat, delictis veteribus nova insuper adjungendo peccata. Ergo gravius erupit in vitium, perniciosissima jam tabe cruciatur. Quid ergo faciam nunc sacerdos qui curare compellor? Serum est in ejusmodi. Verumtamen si quis est vestrum qui secari & exuri sustineat, adhuc possum. Ecce scalpellum propheticum: [a] *Convertimini*, inquit, *ad Dominum Deum vestrum, simulque jejunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra*. Nolite hanc secturam timere, dulcissimi. Sustinuit illam David, jacuit in cinere sordenti, sacco insuper horrente deformis. Ille quondam gemmis assuetus & purpuris, texit in jejunio animam suam: cui maria, cui silvæ, cui flumina serviebant, promissasque divitias terra parturiens; madidus lacrymis consumsit oculos illos quibus gloriam Dei viderat, & infelicem se miserumque confessus est pater Mariæ, Judæi etiam dominator imperii. Rex ille Babylonius, exomologesin desertus operatur, & septenni squalore decoquitur. Leonum in illo jubas, impexa cæsaries & barbarus horror exsuperat; & longe incurvis unguibus manus horrentes, aquilas mentiuntur cum fœnum in morem bovis ederet pallentium ruminator herbarum. Hæc tamen illum Deo pœna commendat, & in sua quondam regna restituit. Quem horrebant homines, Deus recipiebat, ipsa illa malæ tractationis calamitate felicem. Ecce sectio, quam spopondi: qui potuerit tolerare, sanabitur.

X. Admovebo adhuc ignes de cauterio apostolico: videamus an ferre possitis. [b] *Judicavi*, inquit, *congregatis vobis & spiritu meo, in virtute Domini Jesu Christi, tradere ejusmodi hominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in diem Domini*. A Quid dicitis, pœnitentes? Ubi est vestræ carnis interitus? An quod in ipsa pœnitentia lautiores semper inceditis, convivio farti, balneis expoliti, veste compositi? Ecce aliquem video aliquando frugi, aliquando pauperculum, aliquando vili tunica sordulentum: nunc bene cultus & locuples, & decorus est, quasi imputet Deo quod illi servire non potuit, & morientem animam recreet voluptate membrorum. Bene quod mediocres sumus: ceterum & illa faceremus quod quosdam & quasdam non pudet lautiores, marmoribus tegi, auro opprimi, serico fluere, cocco rubescere. Si quid ferruginei pulveris in supercilio fulgeret, aut ficti nitoris in genas rutilet, aut coacti ruboris in labia de- B fudet: ista forsitan non habetis. Non desunt tamen vobis hortulani maritimive secessus, & exquisitius vinum, & lautiora convivia, & defæcatio senectutis. Sic agite, sic credite, quando vivetis? Non sustineo jam, fratres. Danielus cum sodalibus suis sacco tectus & cinere, jejunio etiam exsanguis, hæc loquitur: [c] *Peccavimus, facinus admisimus, impie gessimus, transgressi sumus præcepta & judicia tua*. De Azaria itidem scriptura divina; [d] *Stans*, inquit, *Azarias precatus est, & aperiens os suum exomologesim faciebat Deo simul cum sodalibus suis*. David ipse: [e] *Lavabo*, inquit, *per singulas noctes lectum meum, lacrymis stratum meum rigabo*. Nos vero, quid tale, quid simile? Non dico illa quæ congre- C gamus ad cumulum, cauponando, mercando, rapiendo; foris lucra, intus libidines aucupando; nihil agendo simpliciter, nihil pauperibus largiendo, nihil fratribus remittendo. Ne hæc quidem quæ videri etiam a sacerdote possunt, & episcopo teste laudari; ne hæc quidem quotidiani servamus; flere in conspectu Ecclesiæ, perditam vitam sordida veste lugere, jejunare, orare, provolvi: si quis ad balneum vocet, recusare delicias: si quis ad convivium roget, dicere; Ista felicibus, ego deliqui in Dominum, & periclitor in æternum perire: quo mihi epulas, qui Dominum læsi? Tenere præterea pauperum manus, viduas obsecrare, presbyteris advolvi, exoratricem Ecclesiam deprecari, omnia prius D tentare quam pereas.

XI. Scio quosdam ex fratribus & sororibus vestris cilicio pectus involvere, cineri incubare, jejunia sera meditari; & non talia, fortasse, peccarunt. Quid de fratribus loquar? Capræ feræ, ut dicunt, remedia sua noverunt: confixas quippe, audio, venenatis sagittis, saltus peragrare Dictæos, quoad dictami caule detonso, salutarium virulento latice succorum, pulsa decutiant tela corporibus. Nos ignita diaboli spicula nullo pœnitentiæ succo, nullo exomologesis gramine repellimus. Excæcatos hirundo pullos novit oculare de sua chelidonia: nos, lumina mentis amissa, nulla malæ tractationis radice E curabimus? Ecce nec capreis, nec hirundini homo similis, cæcitati suæ invidet & dolori. Considerate nunc, fratres, quid in fine promisimus: quis fructus, hæc opera; vel contra, quis exitus consequatur. Peccatoribus delicatis & pœnitentiam non agentibus, spiritus Domini comminatur & dicit: [f] *Dilectum veritatis non receperunt ut salvi fierent: ac propterea mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio, ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed sibi placent in injustitiam*. Item Apocalypsis de meretrice sic loquitur: [g] *In quantum*

a Joel. II. 12. 13. *b* I. Cor. V. 3-5. *c* Dan. IX. 5. *d* Dan. III. 25. *e* Psalm. VI. 7. *f* II. Thess. II. 10. 11. *g* Apoc. XVIII. 7.

1. *Sed nolo curari stomachum. Hoc — quid stultius*] Legendum videtur cum Latinio: *Sed nolo curari. Stomachandum hoc erat: sed videte quod stultius*.

clarificavit se & delicias exercuit: tantum date ei tormentum & luctum. Et Apostolus Paullus: [a] *An ignoras, quoniam bonitas Dei in pœnitentiam te perducit? Tu autem secundum duritiam tuam thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi judicii Dei.* Timete igitur, dilectissimi, justa judicia: omittite errorem, damnate delicias: properat jam tempus extremum: tartarus & gehenna laxatos impiis sinus pandunt. Post animarum tempestiva supplicia, redivivis quoque perpetua corporibus pœna servatur. Nemo Tityi jecur credat, & Vulturem poetarum. Ipse sibi materiam recrescentium corporum reparat ignis æternus. Attendite, si non creditis: aquarum impetus qui ignibus furit, supplicio nutriente reparabitur. Si de cruciatu exomologesis B retracti, gehennam recordemini quam vobis exomologesis exstinguet. Vim ejus & de præsentibus æstimate; cujus fumariola quædam, maximos montes subterraneis ignibus decoquunt. Æstuant indefessis flammarum globis [1] Æthna Siculus, & Vesuvius Campanus: & quo nobis judicii perpetuitatem probent, dissiliunt, devorantur; nec ullis tamen sæculis finiuntur. Attendite in evangelio divitem solius adhuc animæ suppliciis laborantem. Qualis tandem illa redituris pœna corporibus? quis in illa stridor dentium? quis fletus oculorum?

XII. Mementote, fratres, quia [b] apud inferos exomologesis non est; nec pœnitentia tunc tribui poterit, consumto tempore pœnitendi. Festinate, dum in vita estis, dum cum adversario iter facitis. Sæculares ecce ignes timemus, & carnificum ungulas expavescimus: comparate cum his æternas torquentium manus, apicesque flammarum nulla ætate morientium. Rogo vos per Ecclesiæ fidem, fratres: per solicitudinem meam, per communes omnium animas obtestor & deprecor: ne pudeat in hoc opere; ne pigeat opportuna quam primum remedia sa-

A lutis invadere, dejicere mæroribus animum, sacco corpus involvere, cinere perfundere, macerari jejunio, mærore conficere, multorum precibus adjuvari. In quantum pœnæ vestræ non peperceritis, in tantum vobis Deus parcet. [c] *Est enim mitis & patiens, & multæ miserationis,* [2] *& qui sententiam flectat adversus malitias irrogatam.* Ecce promitto, polliceor, si ad Patrem vestrum vera satisfactione redeatis, nihil ulterius errando, nihil pristinis adjiciendo peccatis, dicendo etiam humile aliquid & flebile, [d] *Peccavimus in conspectu tuo Pater; jam non sumus digni nomine filiorum:* continuo de vobis & pecus illud recedet immundum, & siliquarum esca deformis. Continuo revertentes, & stola [3] vesti-B ti, & annulus honorabit, & paternus iterum complexus accipiet. Ecce ipse loquitur: [e] *Nolo mortem peccatoris, quantum ut revertatur & vivat.* Et iterum: [f] *Nonne, ait, qui ceciderit, resurget; & qui aversatus fuerit, convertetur?* Et Apostolus dicit: [g] *Potens est Deus statuere illum.* Apocalypsis etiam septem Ecclesiis, nisi pœnitentiam egerint, comminatur. Nec utique, non pœnitentibus comminaretur, nisi ignosceret pœnitentibus. Etiam ipse Deus dicit: [h] *Memento ecce unde cecideris, & age pœnitentiam.* Et iterum: [i] *Cum conversus ingemueris, tunc salvaberis, & scies ubi fueris.* Nec quisquam adeo peccatricis animæ vilitate desperet, ut se jam non necessarium Deo credat. Neminem C nostrum perire vult Dominus: etiam modici & minimi requiruntur. Si non creditis, intuemini: ecce in evangelio drachma requiritur, & vicinis inventa monstratur. Ovicula, suppositis reportanda cervicibus, non est onerosa pastori. Super unum peccatorem pœnitentiam agentem in cælis Angeli gaudent, & chorus cælestis exsultat. Heus tu peccator, rogare ne desinas: Vides ubi de tuo reditu gaudeatur. Amen.

a Rom. II. 4. 5. *b* Eccle. IX. 10. Eccli. XIV. 17. *c* Joel. II. 13. sec. LXX. *d* Luc. XV. 21. *e* Ezech. XVIII. 23. XXXIII. 11. *f* Jer. VIII. 4. *g* Rom. XIV. 4. *h* Apoc. II. 5. *i* Isa. XXX. 15. sec. LXX.

1. *Æthna Siculus & Ves.*] Lectionem editorum mendosam, *Æthna & Lisaniculus & Ves.* sic restituit, ut rescripsimus, ex veteri libro Carthusiæ majoris Baluzius ad Cyprianum pag. 568. edit. Paris. Atque ita legendum conjecerat antea Latinius.

D

2. *Et qui sententiam flectat* cet.] De hoc Joelis loco juxta LXX. relato, vide sis quæ superius observabamus ad *Epist.* I. cap. V.

3. *Stola vestiri*] Ex contextu legendum videtur cum Tilio, *stola vesties*.

S. PACIANI

BARCILONENSIS EPISCOPI

Sermo de baptismo.

I. Aperire desidero qualiter in baptismo nascamur, & qualiter innovemur. Verbis sane ipsius loquar, fratres, ne forte me ob nitorem sententiarum, stilo exsultasse credatis; & ut rem mysticam intelligere possitis: atque utinam inculcare possim, gloriam non requiro; Dei enim solius gloria est. Vestri me tantum cura solicitat, & horum maxime Competentium, si quo modo possim intelligere tantæ felicitatis examen. Aperiam igitur quid fuerit ante gentilitas, quid fides præstet, quid baptismus indulgeat. Quod si ita, ut ego sentio, vestra corda penetraverit, judicabitis fratres, nullam nobis adhuc prædicationem amplius præstitisse. E Accipite ergo, dulcissimi, homo ante baptismum in qua morte sit positus. Scitis certe illud antiquum, quod Adam terrenæ origini [1] præstitutus sit: quæ utique damnatio, legem illi æternæ mortis imposuit; & omnibus ab eo posteris quos lex una retinebat, hæc mors in genus omne dominata est, [a] *ab Adam usque ad Moysen.* Per Moysen vero, unus tantum populus electus est, semen scilicet Abrahæ, si mandata justitiæ servare potuisset. Interea nos o-

a Rom. V. 14.

1. *Præstitutus*] *Restitutus* legit Latinius.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 372.



mnes sub peccato tenebamur, ut fructus essemus mortis: siliquarum escis & pecorum custodiæ destinati, id est, operibus immundis, per malos angelos; quibus dominantibus, nec facere licuit nec scire justitiam: parere enim talibus dominis, res ipsa cogebat. Ab his potestatibus & ab hac morte qualiter liberati simus, attendite.

II. Adam postquam peccavit, ut retuli, dicente tunc Domino, [a] *Terra es, & in terram ibis;* addictus est morti. Hæc addictio in genus omne defluxit. Omnes enim peccaverunt, ipsa jam urgente natura, sicut Apostolus dicit: [b] *Quia per unum hominem peccatum introivit, & per delictum mors, & sic in omnes homines devenit, in quo omnes peccaverunt.* Dominatum est ergo peccatum, cujus vinculis quasi captivi trahebamur ad mortem; mortem scilicet sempiternam. Hoc vero peccatum ante Legis tempora nec intelligebatur, sicut Apostolus dicit: [c] Donec enim Lex poneretur, peccatum in mundo non habebatur, hoc est non videbatur; ad Legis adventum revixit. Apertum est enim ut videretur: verum frustra, quia id prope nemo servabat. Dicebat enim Lex; *Non mœchaberis, non occides, non concupisces;* tamen concupiscentia cum vitiis omnibus permanebat: ita peccatum istud ante Legem occulto gladio interfecit hominem, Lege districto. Quæ igitur spes homini? Sine Lege ideo periit, quia peccatum videre non potuit; & in Lege, ideo quia in id ipsum quod videbat, incurrit. Quis eum ab interitu potuit liberare? Audite Apostolum: [d] *Miserrimus* [1] *ergo homo! Quis me liberabit a corpore mortis hujus? Gratia,* inquit, *per Dominum nostrum Jesum Christum.*

III. Quid est gratia? peccati remissio, id est, donum. Gratia enim donum est. Ergo Christus adveniens hominemque suscipiens, ipsum illum hominem de potestate peccati purum & innocentem Deo primus exhibuit. Dicit Esaias: [e] *Ecce virgo,* inquit, *in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen ejus Emmanuel. Butyrum & mel manducabit, prius quam sciat aut proferre malum, aut eligere bonum.* Et de ipso iterum: [f] *Qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus.* Sub hoc innocentiæ patrocinio, ut primum defensionem nominis aggressus est Christus in ipsa carne peccati, continuo ille peccati inobedientiæ parens qui primos homines aliquando deceperat, festinare incepit, æstuare, trepidare. Vincendus enim erat soluta lege peccati, qua sola hominem vel obtinuerat, vel poterat obtinere. Armatur ergo in aciem spiritualem adversus immaculatum; ac primum, eo artificio quo in paradiso Adam vicerat, specie dignitatis aggreditur; & velut sollicitus de potestate cælesti, [g] *Si filius Dei es,* inquit, *dic ut lapides isti fiant panes:* ut dum erubescit, aut non vult dissimulare se Filium Dei, tentantis jussa compleret. Ecce adhuc non tacet, suggerens ut si se misisset ex alto, acciperetur manibus Angelorum, quibus mandasset Pater ut humeris eum ferrent, ne forte offenderet ad lapidem pedem suum, dum probare vult Dominus se esse de quo Pater istud mandasset facere quod tentator urget. Elisus novissime coluber, quasi jam cederet, ipsa illa quæ primo homini eripuerat, mundi regna promittit; ut dum vicisse se credit hominis Advocatum, recepto (quod defendebat) imperio, inclinaret ad dictam ab impio dignitatem, ac sic aliquando peccaret. Verum in his omnibus superatur inimicus, & cælesti virtute dissolvitur, sicut Vates ad Dominum, [h] *ut resolvas,* inquit, *inimicum & vindicatorem, quoniam videbo cælos opus digitorum tuorum.*

IV. Debuerat cedere diabolus; necdum tamen desinit. Scribas & Pharisæos & omnem illam impiorum catervam, notis subornat insidiis, furoribus agitat. Igitur illi post varias artes & corda mendacia, quibus Dominum more serpentis obsequentia decipere cogitarunt; postquam nihil proficiebant, novissime eum aperto latrocinio & crudelissimo genere passionis aggressi sunt: ut vel indignitate rerum, vel dolore pœnarum aliquid injustum aut faceret aut diceret, atque ita perderet hominem quem gerebat, & relinqueretur anima ejus apud inferos; quibus una lex fuit ut peccatorem tenerent: [i] *Aculeus enim mortis, peccatum.* Perstitit ergo Christus, & [k] *peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus,* ut diximus; nec tum quidem cum ad victimam duceretur. Hoc fuit vincere, sine peccato condemnari. Diabolus enim in peccatores acceperat potestatem, quam sibi ille super immaculatum vindicavit; ac sic ipse superatus est, id decernens super Justum quod illi per legem quam acceperat non licebat. Unde prophetes ad Dominum; [l] *Ut justificeris,* inquit, *in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.* Atque ita, sicut Apostolus dicit, [m] *transductis potestatibus Christus condemnavit peccatum in carne affigens illud cruci, & chirographum mortis absolvens.* Inde est quod non [n] *dereliquit Deus animam ejus apud inferos, neque dedit Sanctum suum videre interitum.* Inde quod calcatis mortis aculeis, die tertia resultavit in carne, reconcilians illam Deo & restituens æternitati, victo erasoque peccato.

V. Sed si solus ille vicit, quid ceteris contulit? Breviter audite. Peccatum Adæ, in genus omne transierat: [o] *Per unum enim hominem,* sicut Apostolus dicit, *delictum introivit; & per delictum, mors: sic & in omnes homines devenit.* Ergo & justitia Christi necesse est ut in genus transeat: ac sicut ille per peccatum stirpem suam perdidit; ita Christus per justitiam genus suum omne vivificet. Hoc urget Apostolus dicens: [p] *Ut sicut per inobaudientiam unius peccatores constituti sunt multi; sic per dicto audientiam unius, justi constituantur multi: Ac sicut regnavit delictum in mortem, similiter & gratia regnet per justitiam in vitam æternam.*

VI. Dicet mihi aliquis: Sed peccatum Adæ merito transivit in posteros, quia ex ipso geniti erant: & numquid nos a Christo geniti sumus, ut propter ipsum salvi esse possimus? Carnalia cogitare nolite: jam videbitis qualiter Christo parente generemur. Novissimis temporibus animam utique cum carne accepit Christus ex Maria: hanc venit salvam facere, hanc apud inferos non reliquit, hanc spiritui suo conjunxit & suam fecit. Et hæ sunt nuptiæ Domini, uni carni conjunctæ, ut [q] secundum illud magnum sacramentum fierent duo in carne una, Christus & Ecclesia. Ex his nuptiis Christiana plebs nascitur, veniente desuper Spiritu Domini; nostrarumque animarum substantiæ, superfuso & admixto protinus semente cælesti, visceribus matris inolescimus, alvoque ejus effusi vivificamur in Christo. Unde Apostolus: [r] *Primus Adam, in animam viventem;*

a Gen. III. 19. *b* Rom. V. 12. *c* Rom. V. 13. VII. 9. *d* Rom. VII. 24. 25. *e* Isa. VII. 14. 15. *f* Isa. LIII. 9. *g* Matth. IV. 3. *h* Psal. VIII. 3. 4. *i* I. Cor. XV. 56. *k* I. Pet. II. 22. *l* Psal. L. 6. *m* Coloss. II. 14. 15. *n* Psal. XV. 10. *o* Rom. V. 12. *p* Ibid. ꝟꝟ. 19. 21. *q* Ephes. V. 32. *r* I. Cor. XV. 47.

1. Alias *ego*.


noviſſimus Adam, in ſpiritum vivificantem. Sic generat Chriſtus in Eccleſia per ſuos ſacerdotes, ut idem Apoſtolus; [a] *Chriſto autem ego vos genui*. Atque ita Chriſti ſemen, id eſt Dei ſpiritus novum hominem alvo matris agitatum, & partu fontis exceptum, manibus ſacerdotis effundit, fide tamen pronuba. Neque enim aut inſertus in Eccleſiam videbitur qui non credidit; aut genitus a Chriſto, qui ſpiritum ipſe non recepit. Credendum eſt igitur poſſe nos naſci. Sic enim ait Philippus: [b] *Si credis, potes*. Recipiendus eſt Chriſtus ut generet, quia ſic Joannes Apoſtolus dicit: [c] *Quotquot eum receperunt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*. Hæc autem compleri alias nequeunt, niſi lavacri & chriſmatis & antiſtitis ſacramento. Lavacro enim peccata purgantur; chriſmate ſanctus Spiritus ſuperfunditur; utraque vero iſta, manu & ore antiſtitis impetramus: atque ita totus homo renaſcitur & innovatur in Chriſto; [d] *ut ſicut reſurrexit Chriſtus a mortuis, ſic & nos in novitate vitæ ambulemus*; id eſt, ut depoſitis vitæ veteris erroribus, idolorum ſervitute, crudelitate, fornicatione, luxuria ceteriſque vitiis carnis & ſanguinis, novos per Spiritum mores ſequamur in Chriſto, fidem, pudicitiam, innocentiam, caſtitatem. Ac [e] *ſicut portavimus imaginem terreni hominis, portemus & ejus qui de cælo eſt; Quia primus homo de terra, terrenus; ſecundus a cælo, cæleſtis*. Quod agentes, dilectiſſimi, jam non moriemur amplius. Etiam ſi in hoc corpore reſolvamur, vivemus in Chriſto, ſicut ait ipſe: [f] *Qui in me crediderit, licet moriatur, vivet*. Certi denique ſumus, ipſo teſte Domino, & Abraham & Iſaac & Jacob & omnes ſanctos Dei vivere. Denique de his ipſis ait Dominus: [g] *Omnes autem illi vivunt: Deus enim vivorum eſt, non mortuorum*. Et Apoſtolus de ſe dicit: [h] *Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum: optarem diſſolvi & cum Chriſto eſſe*. Adhuc: [i] *Nos autem dum in corpore hoc ſumus, peregrinamur a Domino. Per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem*.

VII. Hoc eſt quod credimus, dilectiſſimi fratres. Ceterum [k] *ſi in hoc ſæculo ſperantes ſumus; miſerabiliores omnibus hominibus ſumus*. Vita mundi, & pecudibus, & feris, & alitibus, ut videtis ipſi, aut

A nobiſcum eſt communis, aut longior. Et illud homini proprium, quod per Spiritum ſuum dedit Chriſtus; id eſt, vita perpetua; ſed ſi jam non peccamus amplius. Quia ſicut mors ſcelere acquiritur, virtute vitatur; ita vita ſceleribus amittitur, virtute retinetur. [l] *Stipendia ergo peccati mors: donum Dei, vita æterna per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum*. Ante omnia vos retinete, parvuli: omnes aliquando gentes (ſicut ſupra diximus) principibus tenebrarum & poteſtatibus traditas; nunc per Jeſu Chriſti Domini noſtri victoriam liberatas. Ille eſt, ille qui redimit, [m] *donans nobis omnia peccata*, ſicut Apoſtolus dicit, *& delens quod adverſus nos erat chirographum inobauditionis; quia & ipſum tu-* B *lit de medio, affigens illud cruci; exuens ſe carnem, traduxit poteſtates libere triumphans eas in ſemet ipſo*. Solvit compeditos, & vincula noſtra diſrupit, ſicut David dixerat: [n] *Dominus erigit eliſos, Dominus ſolvit compeditos, Dominus illuminat cæcos*. Et iterum: [o] *Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis*. Soluti itaque de vinculis, ubi per baptiſmi ſacramentum ad ſignum Domini convenimus, diabolo & omnibus angelis ejus renuntiamus, quibus ante ſervivimus: ne jam illis ulterius ſerviamus, ſanguine Chriſti & nomine liberati. Quod ſi quis poſthac oblitus ſui & redemtionis ignarus, rurſus [p] ad Angelorum ſervitutes & [q] infirma illa & egena mundi elementa tranſierit, antiquis illis compedibus & C ceteris, id eſt peccati vinculis alligabitur; [r] *& fient noviſſima ejus deteriora prioribus*: quia & diabolus eum quaſi per fugam victum vehementius inligabit; & Chriſtus pro eo jam pati non poterit, quia [ſ] *qui reſurrexit a mortuis, jam non morietur amplius*. Igitur, dilectiſſimi, ſemel abluimur, ſemel liberamur, ſemel in regnum immortale ſuſcipimur: ſemel [t] *felices ſunt, quorum remiſſa ſunt facinora, & quorum tecta ſunt peccata*. Tenete fortiter quod accepiſtis, ſervate feliciter, amplius peccare nolite. Puros vos ex eo & immaculatos in diem Domini reſervate. Grandia & infinita ſunt præmia fidelibus præſtituta; [u] *quæ nec oculus vidit*, inquit, *nec auris audivit, nec ſuper cor hominis ingreſſa ſunt*. Hæc uti accipere poſſitis, juſtitiæ laboribus & votis ſpiritalibus obtinete. Amen.

a 1. Cor. IV. 15. *b* Act. VIII. 37. *c* Joan. I. 12. *d* Rom. VI. 4. *e* 1. Cor. XV. 49. 47. *f* Joan. XI. 25. *g* Luc. XX. 38. *h* Philipp. I. 21. *i* II. Cor. V. 6. 7. *k* 1. Cor. XV. 19. *l* Rom. VI. 23. *m* Coloſſ. II. 13-15. *n* Pſal. CXLV. 7. 8. *o* Pſal. CXV. 16. 17. *p* Coloſſ. II. 18. *q* Gal. IV. 9. Coloſſ. II. 8. *r* Luc. XI. 26. *ſ* Rom. VI. 9. *t* Pſal. XXXI. 1. *u* I. Cor. II. 9.

INDEX OPERUM
SANCTI PACIANI
BARCILONENSIS EPISCOPI.



B. ISAIÆ

ABBATIS

ORATIONES, SIVE SERMONES XXIX.

REGULA AD MONACHOS,


ET CAPITULA XIX.

DE RELIGIOSA EXERCITATIONE ET QUIETE,

Ex ejus Orationibus excerpta.

B. ISAIÆ ABBATIS
ORATIO I.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
372.



Præcepta ad fratres qui cum ipſo vivebant.

I. QUI mecum manere vultis audite, quæſo per A Deum. In cella quiſque ſua degat cum timore Dei. Opus manuum veſtrarum propter Dei mandatum ne contemnatis. Curam propriam & orationem aſſiduam ne negligatis. Cor ab alienis cogitationibus cuſtodite, nihil de ullo homine aut negotio hujus ſæculi ſoliciti. Semper quærite, quomodo progrediamini, & vos emendetis, cum animi dolore & lacrymis, & afflictione Deum obſecrantes, ut peccata vobis condonet, & in futurum cuſtodiat vos, ne in eadem rurſum incidatis. Mors vobis quotidie ante oculos verſetur. Ea vos cura ſolicitet, quomodo e corpore exeatis, quomodo poteſtates tenebrarum evitetis, quæ in aere vobis occurrent. Quomodo coram Deo conſiſtatis in horrendo B illo judicii die, cum pro cujuſque opere & ſermone & cogitatione merita præmia tribuantur, [a] *Omnia enim ſunt nuda & aperta oculis ejus*, cui vobis reddenda eſt ratio. In menſa & congregatione nihil loquamini, niſi magna urgente neceſſitate. Pſallentem ne corrigatis, niſi quid ipſe vos roget. Sua ſinguli hebdomada in timore Dei ſic victui neceſſaria reliquis parent, ut ne interim propriam animi curam abjiciant. Nemo in fratris ſui cellam ingrediatur. Ne curetis mutuo vos ante præfinitum tempus conſpicere. Noli inveſtigare, quæ ceteri opera fecerint, neque utrum frater plus quam tu, an tu quam ille, laboraris. Ad opus exeuntes, a deſidia & arrogantia cavete. Et unuſquiſque cum timore Dei C attendat ſibi, & operi manuum ſuarum, atque meditationi, & animæ ſuæ in abſcondito. Cum dimittitur congregatio, aut a menſa conſurgitis, inter vos ne divinis quidem de rebus colloquentes conſideatis: ſed ſuam quiſque cellam petat, ibique lugeat peccata ſua. Quod ſi neceſſitas colloquium exiget, pauciſſima cum humilitate & religione, tamquam Deo præſente, colloquimini. Nec ulla de re contendite, aut cuipiam detrahite, aut quemquam judicate; aut ſermone, animove quempiam contemnite, aut de quoquam mali aliquid ſuſpicamini. Nec mendacium ex ore veſtro egrediatur. Nec loqui, aut audire velitis quidquam quod non expediat. Malitia in corde veſtro ne reſideat, neque D odium, neque invidia adverſus proximum.

II. Unum in ore promtum, aliud in animo clauſum ne habeatis. [b] *Deus* enim *non irridetur*, ſed omnia tam occulta quam manifeſta perſpicit. Cogitationes & afflictiones & ſuſpiciones veſtras nolite abſcondere, ſed eas abbati veſtro cunctas indicate: & quod ab ipſo auditis, id cum fide percipite. Cavete, ne mandata mea negligatis, quando mecum vivere decreviſtis. Si enim ea ſervaveritis, ego pro vobis Deo rationem reddam: ſin ea non ſervaveritis, a vobis & de negligentia veſtra, & de inertia mea ratio repetetur. Qui mandata mea cuſtodierit, tam in occulto, quam in manifeſto, Dominus Deus cuſtodiet ipſum ab omni malo, & proteget eum in omni tentatione tam occulta, quam manifeſta. Hortor vos fratres mei, ut conſideretis, cur e mundo receſſeritis. Salutis veſtræ curam agite, ne renuntiatio veſtra inanis ſit; & in conſpectu Dei, & ſanctorum ejus, qui propter ipſum mundo renuntiaverunt afflictique ſunt, erubeſcatis. In eo virtutem ſitam exiſtimate, ſi a contentionibus temperetis, ſi res adverſas æquo animo patiamini, ſi humilitatem excolatis, ſi omnibus in rebus voluntatem propriam abnegetis, ſi juſtitiæ veſtræ minime confidatis; ſed peccata veſtra ſemper ante oculos habeatis. Recreatio, mihi credite, & relaxatio, & inanis gloria omnem monachi fructum excutiunt.


ORATIO II.

De mente ſecundum naturam.

I. NOlo vos ignorare fratres, Deum, cum in principio hominem feciſſet, eum ſenſibus integris & naturæ congruentibus in paradiſo collocaſſe. Verum poſtea quam audivit illum a quo deceptus fuit, omnes eius ſenſus in habitum naturæ contrarium converſi ſunt, & ipſe e gloria ſua dejectus eſt. At Dominus noſter magna impulſus caritate miſericordiam ſuam erga genus humanum declaravit. Verbum enim caro, id eſt, perfectus homo factum eſt, [c] omnibus in rebus nobis ſimile, excepto peccato, ut per ſanctum corpus ſuum nos in priſtinum naturæ ſtatum revocaret. Homini enim oſtendens miſericordiam ſuam reduxit eum in paradiſum. Sic enim eos qui ejus ſequi veſtigia, & mandatis quæ nobis dedit obedire volunt, excitavit, ut eos vincere valeant, qui nos e gloria noſtra dejecerunt. Tradidit etiam nobis ſanctam Dei colendi rationem legemque puram, ut in illum naturæ ſtatum homo revertatur in quo fuerat a Deo conſtitutus. Proinde qui vult illuc redire, is omnis carnis ſuæ amputat voluntates, ut mentem ſuam in ſtatum priſtinum redigat. Eſt deſiderium naturæ conveniens, ſine quo nec caritas in Deum conſiſtit. Idcirco Daniel vocatus eſt [d] *vir deſideriorum*. Deſiderium hoc inimicus in fœdam mutavit cupiditatem, ut omnes immunditias concupiſcamus. Eſt animi æmulatio naturæ congruens, ſine qua non licet in Deum progredi. Idcirco [e] *æmulamini*, inquit Apoſtolus, *dona præſtantiora*. Divina hæc æmulatio deflexit e ſtatu naturali, ut mutuis nos æmulationibus & invidia & mendaciis oppugnemus.

II. Eſt mentis ira a naturæ ratione minime aliena, ſine qua caſtitas homini non conſtat; hoc eſt, niſi adverſus ſemina quæ ab inimico in nos ſparguntur, iraſcamur: quemadmodum [f] Phinees filius Eleazar, ejuſmodi ira commotus hominem ſimul cum femina confodit, & ira Domini a populo ſuo receſſit. Hæc nobis ira eo converſa eſt, ut proximis noſtris de rebus quibuslibet ſtultis & inutilibus iraſcamur. Eſt odium animi ſecundum naturam, quo [g] Elias inventos omnes turpitudinis prophetas

a Heb. IV. 13. b Gal. VI. 7. c Heb. IV. 15. d Dan. IX. 23. e I. Cor. XII. 31. f Num. XXV. 7. 8. g III. Reg. XVIII. 40.



SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.

interfecit. Eodem & [a] Samuel in Agag regem Amalech exarsit. Sine hoc in adversarium odio, animi gloria non declaratur. Verum hoc nobis odium contra naturam conversum est, & ideo proximum odimus atque despicimus, & virtutes omnes insectamur. Est animi elatio in hostes minime naturæ contraria, quam Job cum invenisset, inimicis suis convicium fecit: [b] *Homines*, inquiens, *sordidi & abjecti atque indigentes omni bono, quos indignos existimavi ponere cum canibus gregis mei*. Hæc nos animi sublimitas defecit adversus inimicos, & humiliati sumus inimicis nostris, cum proximis autem superbe contendimus, & nos præ illis justos existimamus, Qua quidem superbia Deus nobis inimicus efficitur. Ejusmodi animi affectiones cum homine creatæ sunt, quas ille, cum ex arbore vetita comedisset, in turpia vitia commutavit. Hæc nos fratres carissimi, ex animis nostris deleamus, & colamus ea quæ nobis in sancto corpore suo Dominus noster Jesus Christus ostendit. Sanctus ille est, & in sanctis habitat. Attendamus nobis ipsis & operam demus, ut Deo pro viribus placeamus, bonis operibus incumbentes. Omnia studia & curas nostras ponderemus, ad rectamque naturæ rationem ac normam redigamus, ut inveniamus misericordiam [c] *in die tentationis quæ orbi imminet universo*. Dei benignitate semper indigemus, quæ infirmitati nostræ ferat auxilium & liberet nos ab inimicis nostris: quoniam ejus est potentia, & auxilium & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO III.

Ad Fratres juniores institutio.

I. Humilitas in primis est necessaria, quod in omni sermone dicendum est. Humilitate enim omnes adversarii artes superantur. Omnia quæ tibi agenda sunt diligenter expende, ut in verbis tuis constans inveniaris. Serva gravitatem in vultu: erga hospites utere mansuetudine, ut Dei timor tecum habitet. Si cum fratribus iter susceperis, ita te confirma, ut taceas. In itinere mens in varias partes ne distrahatur, sed tecum ipse meditare, aut Deo funde preces in corde tuo. Ubicumque diverteris, arrogantiam vita, & omnibus in rebus modestum ac verecundum te præbe. Ad id quod tibi appositum fuerit, sic manum extendito, tamquam edere coactus sis. Si junior es, ne audeas corpori alterius manum adhibere. Quo in loco tibi est dormiendum, pallio te atque alium ne cooperueris. Ante quam te cubitum conferas, multas funde preces in corde tuo. Si de via fessus oleo paullulum ungi volueris propter itineris laborem, pedes tuos tantum sic ungi permitte, ut eos retegi verearis. Totum vero corpus ungi ne permiseris, nisi necessitas aut morbus impellat. Si ad te in cella tua commorantem frater peregrinus accesserit, idem illi officium exhibeto, oleoque pedes ejus injungito, ac dicito caritatis gratia: Frater, suscipe parum olei, & corpus tuum cura. Quod si cum quiete noluerit accipere, molestus illi ne esto. At si senex erit exercitatus, coge ipsum, ut totum se ungi permittat. Si ad mensam cum fratribus junioribus discubueris, ne dixeris animo tuo, Comede: sed peccata tua tibi in mentem revoca, ne comedas cum voluptate. Manum tuam ante te solum protende. Si quid autem ante alium positum est, ad id manum injicias cave. Pallium contegat pedes tuos. Genua tua sint inter se conjuncta. Sin hospites fuerint qui vescuntur, hilari vultu necessaria illis subministra. Et cum edere desierint, dic illis iterum, ac tertio: Comedite adhuc, obsecro vos, pauxillum. Inter vescendum oculos tuos in proximum ne conjeceris, neve respexeris huc & illuc, neque verba stulta protuleris. Ad nihil quod velis, manum extende, nisi prius dicas: Benedicite. Cum aquam bibis, guttur tuum ne sinas sonum edere, ut solent homines vulgares. Si in fratrum consessu pituita fuerit molesta tibi, eam in eorum conspectu ne projice, sed foras egredere, ibique te expurga. Nec corpus tuum expone, ut ab hominibus videatur. Si oscitandi te cupiditas invaserit, os clausum contine, & abs te fugiet. Ne aperueris os tuum ut rideas: est enim id animi solutioris. Si proximi tui aut vestem, aut zonam, aut cucullam, aut aliud quippiam videris, id ne concupiscas. Neque similia tibi ipse conficiens, tuæ indulgeas cupiditati. Si librum tibi ipse compegeris, in eo ne labores exornando: est enim vitium puerile.

II. Si aliqua in re erraveris, mendacio ne tegas errorem tuum, sed pœnitentiam agens veniam pete, & error tibi remittetur. Si quis te durius compellarit, ne extollas adversus illum cor tuum, sed operam da, ut illi satisfacias ante quam animus tuus indignetur: ira enim [1] ex studio provenit. Si aliqua in re vel jure, vel injuria ab aliquo reprehensus fueris, ne perturberis, sed pœnitentiam age: Ignosce, inquiens, mihi: non amplius faciam. His enim rationibus studio pietatis adolescentia proficit. Cum aliquid manibus tuis operaris, in timore Dei diligentiam adhibe, ne, si negligens sis, ignorantia pecces. Cum opus aliquod discis, magistrum consule, & ne erubesce sæpius illum orare, ut pro caritate videat, recte ne illud se habeat, nec ne. Si te in opere occupatum vocaverit frater tuus, sedulo vide, quid velit; & opere tuo intermisso, illum adjuva. Cum e mensa surgis, in cellam tuam ingredere, & precibus incumbe, nec cum illis confide qui tibi non prosunt. Quod si de Deo senes colloquantur, abbatem tuum roga, utrum tibi audiendum sit, an eundum ad cellam; & quod ille dixerit, facito. Si te aliquo miserit, roga, ut te diverti velit; & quæ tibi mandata det, diligenter animadverte, ne plus minusve facias. Quæ foris audiveris, ea revertens nemini dixeris. Si aures tuas custodieris, lingua tua non peccabit. Si rem aliquam vis, & eam is cum quo habitas, nollet, remitte illi voluntatem tuam ne contentio oboriatur, neve frater tuus tristitia afficiatur.

III. Hospitio susceptus a fratre tuo, ne quid illi, ut peregrinus præcipias, neu velis ipse præesse. In eorum sermones quibuscum habitas, ne te ut socium & parem intrudas. Si quid tibi commiserint quod ipse nolis, pugna cum voluntate tua quoad ipsam superes, ne affligas eos, & modestiam amittas tuam, & quietam ipsorum consuetudinem perturbes. Si frater quocum habitas, aliquid sibi ut prospicias, abs te petierit; quod possis, id facito cum timore Dei. Si quod opus faciendum est, omnes qui simul vivitis, manum admovete: nemo corpori suo parcat, ne aliorum conscientia perturbetur. Cum mane surgis, quotidie prius quam ad opus te conferas, quæ Dei sunt, meditare. Cum seu sportula, seu vas,


a 1. Reg. xv. 33. b Job xxx. 1. 2. c Luc. xxi. 26.

1. *Ex studio*] An *ex odio*?

seu quid aliud faciendum est, id impigre cum diligentia facito. Si quid est quod lucrum afferat, fratrem adhibe socium, & ne invideas. Si opus est aliquod parvum, & unus alteri dixerit, Recede frater, operare, ego solus hoc faciam; pare: qui enim paret, is magnus est. Si ad te frater peregrinus accedit, læta ipsum facie saluta atque complectere, & quam gestat sarcinam, cum gaudio ipse suscipe. Et in ejus discessu rursum idem facito. Salutatio autem tua sit cum mansuetudine & timore Dei, ne offendatur. Cave, ne illum de rebus inutilibus interroges, sed eum ad orationem invita. Et postea quam séderit, quomodo se habeat quære, & nihil amplius, sed libellum ei aliquem legendum præbe. Sin fessus fuerit de via, fac ut quiescat, & pedes ejus lava. Si verba protulerit non convenientia, mone ipsum cum caritate, Ignosce, inquiens, mihi: infirmus sum, & isthæc ferre non possum. Si pauper est, & sordida habet vestimenta, ea tu ablue. Si vagus est & circulator, & aliquos apud te fideles habes, eum in conspectum eorum ne adducito, sed misericordiam in illum ostendito cum Dei caritate. Sin frater, & propter Deum quærit apud te hospitari, ne avertas faciem tuam ab eo, sed cum lætitia illum suscipe, & cum fidelibus qui apud te diverterunt, admitte. Si mendicus est, vacuum abs te ne dimiseris, sed benedictionem quam tibi Deus dedit aliquid impertire, ut declares ea quæ habes, non esse tua, sed dona Dei. Si frater apud te aliquid deposuerit, illud ne aperias, nisi ipse adsit. Si pretiosum aliquid inest, dic ei ut id reponat in manu tua.

IV. Si peregre proficiscens diverteris apud aliquem, & ille domo egrediatur, & te solum relinquat, oculos tuos ne sustuleris, ut, quæ ibi sunt, vasa & supellectilem aspicias. Fenestram aut arcam aut librum aperias, cave. Illum autem egredientem ora, & si aliquid tibi operis commiserit, id facito diligenter. Incognita ne laudaris. Quæ audiveris, ea numquam certa atque perspecta ne affirmaveris. Neminem propter habitum contemne. Si vel aquam hauris, vel aliud quippiam usui necessarium agis, ne sis negligens, sed a Deo te conspici recordare. Si in cella tua vacas precationi, cave id facias negligenter, ne dum vis Deum honorare, eum ad iracundiam provoces: sed sta in timore Dei: ne te ipsum ad parietem inclines: ne ita statuas pedes tuos, ut in uno stes, & alterum tollas, ut stulti faciunt. Cor tuum ita confirma, ne ambules in voluntate tua, ut sacrificium tuum Deo sit gratum. Si psallitis inter vos, preces quisque suas persolvat. Si peregrinus aliquis adest, rogate illum cum caritate, ut eo ipse munere fungatur, idque illi iterum ac tertio dicite sine contentione. In hora sacrificii resiste cogitationibus, ut sensus tuos continens in amore Dei, mysteriis dignus efficiaris, & Dominus tuas curet ægritudines. Cave, ne corpus tuum in sordibus abjectum relinquens ab inani gloria seducaris. Qui junior est, corpus in omni negligat deformitate; id enim illi prodest. Qui junior est, numquam pulcrum induat vestimentum, nisi prius ad virilem ætatem pervenerit: hac enim eget ille medicina. Ad tertium usque cyathum, si id valetudinis ratio postulat, vinum bibat. Dentes in risu numquam aperiat. Faciem humi præ verecundia demissam teneat. Iturus cubitum zona sua præcinctus sit. Sic assuescat manus, ne intro ferantur. Multa enim habet corpus vitia, quæ perficit animus. In itinere tantum, non autem in cella san-A dalium ferat. Cum ambulat, manus ad zonam inter se conjunctas componat, neque illas concutiat, ut solent homines solutiores. Si cum majoribus iter facit, ne præcedat omnino. Si is qui major est, consistit, & cum aliquo loquitur, tu ne contemne, aut conside, sed tamdiu sta, quoad ille quid tibi agendum sit, dicat. Si in civitatem aut vicum proficisceris, oculi tui deorsum aspiciant, ne hostes tibi in cella suscites. Peregre proficiscens ne dormias in cujusquam domo, ubi cor peccati periculum reformidet. Si aliquo in loco cibum capturus, intelligis ibidem mulierem affuturam, ne consideas ullo modo. Satius enim est, ut eum qui te invitavit, offendas, quam ut occulte cor tuum committat adul-B terium. Ne vestes quidem mulierum, si fieri potest, aspicias. Si te mulier iter facientem salutaverit, responde illi in corde tuo, sed oculos humi defixos tene. Si cum seniore iter facis, sarcinam, si quæ ferenda est, ne sinas illum omnino gestare: Sin æquales estis, eam ambo vicissim gestate, ita tamen, ut semper onustus præcedat.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 372.




ORATIO IV.

Quid in itinere observandum.

I. Si, cum iter facitis, est aliquis inter vos imbecillior, sinite illum præire, ut si sedere C velit, possit. Sin iterum contingit, cum juniores sitis, vobis primum ad mensam discumbendum sit, vel manus ad patinam admovenda, semel id facite, ne si ante horam accesseritis, perturbemini. Verum si quis nunc primus ingreditur, alius alias primus ingrediatur. Si de cogitationibus tuis senem interrogas, & eum ad ea quæ dixeris custodienda fidelem esse cognoveris, animum illi tuum libere patefacito. Si fratris tuis peccatum audiveris, id nemini communicaris: est enim mors tua. Si de cogitationibus quibus oppugnaris, aliqui colloquantur, eos ne cures audire, ne tibi bellum excitetur. Orationi frequenter incumbe: nam animæ tuæ lux est oratio. Quotidie quæ peccaveris, cogita: etenim si D pro peccatis tuis deprecaberis, Deus ea tibi condonabit. Si quis coram te loquitur adversus fratrem suum, cave taceas præ pudore, aut illi assentiaris, ne pecces adversus Deum, sed cum humilitate dic, Ignosce mihi frater, infelix ego sum; & hæc quæ loqueris mea sunt, & ea ferre non possum. Si frater te læserit, & aliquis de illo coram te male dixerit, cor tuum custodi, ne malitia in eo renovetur; & peccatorum tuorum in Dei conspectu reminiscere, ut ignoscat tibi. [a] Ne malum pro malo tribuas proximo tuo. Si cum fratribus ignotis teque minoribus iter facis, eos ut majores honora. Quod si ad amicum tuum diverteris, eos tibi omnibus in rebus antepone, ut & in mensa prius discum-E bant, & prius cibis manus admoveant, ne propter te suscepti fuisse videantur, sed contra potius, eos honorans, ostende te propter illos misericordiam accepisse. Si cum fratre te in viam dederis, & amicus tibi fuerit invisendus, caussam aperi fratri tuo, & dic illi tantisper ut sedeat. Quod si te amicus, ut comedas, coegerit, cave ne quid os tuum ingrediatur, prius quam advoces fratrem tuum, ut simul quiescat & recreetur.

II. Si cum pluribus fratribus iter ingressus fueris, & pudore detinearis, quo minus eos tecum ducas ad amicum tuum, quia multi sint, cave, ne contemnas eos, & clam relictis illis discedas aut co-

a Rom. XII. 7.



medas: sed eos, quid tibi agendum sit, consule, & quod ipsi dixerint, age. In via autem ne tibi ipse parcas, servilia respuens ministeria. Peregre proficiscens si apud fratrem divertere volueris, & ille hospitio te suscipere recusarit, & is postea vel in via tibi obvius fuerit, vel ad te diverterit imprudens, eum benignius humaniusque tractato. Si quem tibi acceperis detraxisse, & aliquo in loco congrediamini, vel ad te ipse diverterit, hilarem & benignum illi pro viribus vultum ostende, neque illa, si audivisti, commemorans quære, cur ita locutus sit: Nam ut in Proverbiis scriptum est: [a] *Qui memor est injuriarum, iniquus est*. Si fratres estis, & peregre proficiscentes ad fratrem pauperem divertitis, ne affligatis eum rebus necessariis, sed eas vobis emite, ut ei quoque satis sint, hospitioque ac tecto contenti estote quod invenistis. Si senes aliquos tibi notos inviseris, & tecum fuerint alii senibus ignoti, ne colloquaris tu cum senibus in conspectu ipsorum, sed sinas eos loqui. Si fratres tecum habitant, eorum curam gere diligenter, sciens te pro ipsis Deus rationem redditurum. Si propter Deum, aliquem in locum secesseris, ne commercium ineas cum incolis illius loci, neve cum illis sermones conferas; satius enim forte fit tibi cum illis esse qui sanguine tibi conjuncti sunt. Si in montem ascenderis, ut fratres in monasteriis invisas, apud quem diverteris maneas, neque ad alium discedas, nisi prius roges eum, utrum velit an non. Quod si noluerit, ne relinquas illum, nisi cum tibi est abeundum. Si cellam in qua degas, acceperis, multos tibi amicos ne adsciveris: unus tibi sit satis propter infirmitatem, & successus tui fructum ne amittas.

III. Si pauperi benefeceris, ne voces illum ad opus, ne beneficium perdas quod in eum contulisti. Si in monasterium tibi ignotum introieris, ubi tibi manere permittetur; ibi mane neque aliam in cellam ingredere, nisi accersaris. Si propinquos reliquisti, ut propter Deum in solitudine degeres, eorum te desiderio capi ne permiseris. Si te in cella commorantem patris aut matris commiseratio stimulaverit, aut fratris sororisve recordatio, aut misericordia filiorum, aut uxoris desiderium; tibi ante oculos pone extremum vitæ diem atque judicii, in quo tibi eorum nemo laturus est auxilium, & eos te reliquisse minime pœnitebit. Si in cella tua sedens memineris alicujus a quo fueris affectus injuria, surge, & ex toto corde tuo Deum, ut illi ignoscat, deprecare, & ultionis abs te fugiet cogitatio. Si ad percipiendam mysteriorum communionem accedis, omnes tuas cogitationes observa, ne in judicium eam percipias. Si noctu consuetudinis imaginatione tentaris, custodi cor tuum, ne interdiu consideret, qualis ea corporum fuerit imaginatio, atque ita ea cogitatione coinquineris, Deumque provoces ad indignationem, sed supplex ante illum procumbe in toto corde tuo, & auxiliabitur tibi: misericors est enim in hominum infirmitate. Si vacas exercitationi, ea cor tuum ne innitatur atque confidat, sed cogitationi tuæ dicas, Deus per corporis afflictionem audiet miseriam meam. Si quis te affecerit contumelia, ne respondeas illi, sed tacitus tecum ipse considera, an vera sint quæ audis; & si vera sunt, pœnitentiam age, & Deus miserebitur tui. Si cum fratribus iter faciens, aliquem inter eos nactus fueris, quem in Deo diligas, ne liberius cum illo ceteris videntibus colloquaris, ne forte sit inter ipsos infirmus quispiam qui zelo moriatur, & tu peccatum ejus sustineas, quoniam ei peccandi occasionem obtulisti. Cum ad aliquos divertis, ne exspectes, ut ab illis cum gaudio suscipiaris, at si te susceperint, Deo gratias agas. Si te in cella quieti vacantem morbus invaserit, ne concidas animo, sed age gratias Deo. Si cor senseris consternatum, dic illi, Nonne morbus hic levior tibi est quam gehenna, in quam, nisi te patienter constanterque geris, introibis? atque ita conquiescet. Si apud fratres diverteris, & eorum aliquis dixerit: Heic ego quietem non reperio, habitare tecum volo; tu id ei ne permiseris, ne reliquis sis offendiculo. Sin dixerit: ob rem occultam moritur anima mea, ei da locum, ut inde abeat, sed apud te manere ne permittas.

IV. Cum in cella tua quietem & silentium colis, in cibo modum aliquem serva, ut corpus habeat quæ necessaria sunt, & ibi in divino cultu possit inservire. Nihil autem, seu bonum seu malum sit, comede cum delectatione & gustus voluptate. Si necessitas coget, fratres aut cœnobium invisas, corpori tuo nihil quod ei jucundum sit, tribuas ad saturitatem, ut libentius ad cellulam revertatur, nec te prodat. Si dæmones suaserint animo tuo ut te supra vires exerceas tuas, eos ne audieris: solent enim hominem ad ea quæ præstare non potest, incitare, ut in manus eorum incidat, & ipsi gaudeant. Semel in die comede, & corpori quod ei necessarium est tribue, ut in exercitio tuo pio durare queas. Vigiliæ prudenter vaca, nec quietem necessariam corpori nega, sed cum mansuetudine & considerate pietatis studium complectere, ne nimia vigilia animus perturbetur & e stadio fugiat. Noctis dimidium pio satis est exercitio, dimidium alterum corporis quieti concedatur. Binas antequam cubitum eas, orando, psallendoque horas consume. Postea quiesce, & cum te Dominus excitaverit, precationibus diligenter incumbe. Si corpus tuum pigrum videris, illi dicito: Vis ad breve tempus torpere, & mox projici in tenebras exteriores? Si te paullulum excitabis, robur & vires advenient. Ne ineas cum illis hominibus amicitiam, qui tibi sint aliorum etiam hominum familiaritatem conciliaturi, ne tibi nimia celebritas detrimentum afferat. Si in monasterio es, & servum habes, in quem imperium exerceas, habitum afficis contumelia: sin eum ut fratrem diligis, in Deum peccas nisi eum manumittis, ut liber discedat. Quod si velit monachus fieri, ipse viderit; tu quidem ne permiseris, ut tecum maneat, id enim non expedit animæ tuæ.

V. Si in loco celebri corpus tuum affligis, & idcirco te homines æmulantur & honorant, eum relinque, & alio proficiscere, ne labor tuus inanis efficiatur. Quod si inanem gloriam subegisti, ne attendas, quid homines dicant aut faciant, sed omnia refer ad Dei munificentiam. Si mundo renuntiasti, tibi nihil omnino reserva. Si te vagandi cupiditas invaserit, corpus in opere manuum tuarum affige vehementius, ut in cellula tua cum mansuetudine conquiescas, & comedas panem tuum. Si ut opera tua vendas, ad urbem proficisceris, ne de pretio contendas, ut solent homines sæculares, sed ea vende cum simplicitate, ne cellæ tuæ fructum amittas. Si cogit necessitas, ut aliquid emas aliquando, emo sine contentione; ne dicas, Non emam, nisi tanti; sed da quod petitur si habes; si non habes, cum silentio discede. Quod si te cogitatio stimulaverit, dicito: Omnino jam factus sum sicut o-

a Prov. XII. 16.



manes sancti, qui tentati fuerunt in paupertate, donec eorum propositum fidele Deus invenit, & eduxit eos in latitudinem. Si apud te frater aliquid deposuerit, & eo tibi sit opus, illud nisi prius fratrem rogaveris, ne contingito. Si te aliquo proficiscentem oraverit frater, sibi ut aliquid emas, si tibi id emere potes, eme & illi. Sin autem cum aliis vivis, id præter eorum sententiam ne feceris, ne tuos offendas contubernales. Si qua necessitate coactus in patriam proficisceris, custodi te ab his qui sanguine tibi conjuncti sunt, ne liberius cum ipsis verseris, sermonemve conferas. Si quid tibi frater commodaverit, ne illud negligas, sed integrum celeriter reddas. Si instrumentum est aliquod operi necessarium, simul ac opus confeceris, redde. B Quod si abs te fuerit confractum aut corruptum, refice, aut aliud melius restitue. Si quid commodaveris, aut mutuo dederis fratri tuo pauperi, quod ille nequeat reddere, ne affligas eum, acerbeve exigas, seu pecunia, seu vestis, seu quid aliud sit, quod ei dedisti.


VI. Si aliquem in locum ad habitandum te contuleris, & cellam acceperis, & ædificando sumtum feceris, eamque postea reliqueris, & post aliquod tempus revertens in ea fratrem habitantem inveneris, ne expellas eum, sed aliam tibi cellam quæras, ne in Deum pecces. Quod si sponte sua velit discedere, innocens eris. Quæ autem in cella tua C reliquisti, si forte ab eo consumta sunt, ne requiras. Si a cella tua migraveris, quæ in ea sunt usui necessaria, ne tecum exportato, sed fratri pauperi relinquito; & Deus tibi ubicumque vixeris, providebit. Cogitationes quæ te oppugnant, omnes seniori patefacere ne erubescas, si vis levationis solatium invenire: dæmones enim non nisi ex homine qui cogitationes suas tegit, seu malæ, seu bonæ sint, gaudium percipiunt. Cave diligenter, cum ad communionem accedis, ne quid malitiæ habeas cum fratre tuo; sic enim te ipsum decipis. Si verba scripturæ tibi patefiunt, ut ea possis ad allegoriam transferre, id facito. Sed cave, ne litteram destruas, neve sensui tuo magis credas, quam sanctæ scripturæ: id enim superbiæ est argumentum. Si frater D tuus verbis deceptus hæreticorum, a recta fide per imprudentiam discesserit, ad eamque rursus resipiscens revertatur, eum tu ne despexeris: ignorantia enim aberravit. Cave, ne defendendæ quidem fidei caussa cum hæreticis colloquaris, ne forte sermones ipsorum animo tuo virus infundant. Si librum inveneris qui esse dicatur hæreticorum, cave ne illum legas, ne veneno mortifero cor tuum impleat, sed in ea doctrina quam in Ecclesia sancta didicisti, ita persiste, ut ei nihil addas, nihil detrahas. [a] Abhorre a *falsi nominis scientia*, *quæ sanæ doctrinæ*, ut inquit Apostolus, *adversatur*. Si junior es & corpus tuum nondum in servitutem redegisti, audis au- E tem eximias patrum virtutes, ad illas ne ita contendas, ut eas te in otio & quiete consequi posse confidas. Nisi enim illas colueris, non assequeris. Quod si colueris, sponte ad te ipsæ venient.

VII. Ab inertia fuge, quantum potes; hæc enim monachi fructum disperdit. Si cum animi perturbationibus & vitiis pugnas, ne deficе, sed te ipsum prosterne coram Deo, Non possum, inquiens in toto corde tuo, per me resistere; tu mihi misero, Domine, fer auxilium: & superabis. Si tibi in cel- A la commoranti semina turpitudinis in corde tuo sparsa fuerint, totis viribus contende, ne coalescant, atque imperent tibi. Considera, Deum esse præsentem, cujus oculis pateant ea quæ in corde loqueris. Sic igitur animam tuam alloquere: Si tui similes erubescis peccatores, metuisque ne videant flagitia tua, quanto magis Deum vereri debes, cui sunt omnia manifesta? Ex hac consideratione timor Dei in anima excitatur; cui si innitaris, adversus perturbationes immobilis permanebis. Scriptum est enim: [b] *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commovebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem*. Si in exercitatione ita resistis tentationi, ut frangi debilitarique videatur ac retrocedere, ne triumphet cor tuum, aut extollatur: dæmones enim fugientes insidias struunt, & prœlium priori periculosius parant: post civitatem copias in insidiis locant, jubentque, ne prodeant, nisi cum eos fugientes cor tuum persequens insolescat; tum vero consurgant, ut anima infelix circumventa nullum perfugium habeat. Perfugium igitur & propugnaculum tuum sit, ut in toto corde tuo supplex ad Deum accedas, & opem ejus implores, & liberabit te ex omnibus impugnationibus inimici. Si Deum precaris ut te liberet a tentatione, & non exaudiris, ne despondeas animum: novit enim magis quam tu, quid expediat tibi. Ne dixeris igitur, Hoc mihi da, aut aufer illud a me: sed ita precare: Domine Jesu Christe, adjuva me: ne sinas me peccare adversus te. A recta via deflexi: ne permittas me sequi voluntatem meam: ne patiaris me perire in peccatis meis: miserere creaturæ: ne despicias me, quia infirmus sum: ne derelinquas me, [c] *quoniam ad te confugi*: [d] *medere animæ meæ, quia peccavi tibi*. [e] *In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me*. Et non est ad quem confugiam, nisi ad te Domine. Salva me, queso, Domine per misericordiam tuam. [f] *Confundantur omnes & erubescant*, qui insurgunt adversus me, *qui quærunt animam meam, ut perdant illam*. Tu Domine potes omnia, & per te est gloria Deo & Patri, & Spiritui sancto in sæcula sæculorum, Amen. Tunc conscientia tua clam loquetur in corde tuo, & caussam aperiet, quamobrem te non exaudiat Deus. Tuum igitur jam erit quod illa dixerit, id non negligere, sed facere diligenter. Fieri enim non potest, si Deum homo audit, quin Deus hominem exaudiat. Neque enim est procul ab homine. Sed voluntates nostræ ei contrariæ non permittunt, ut ille nos audiat. Nemo te decipiat. Quemadmodum enim sine semine & aqua non potest ager ex se fructum ferre: sic homo sine afflictione atque humilitate ferre fructum non valet.

VIII. In Dei timore, fratres carissimi, maneamus, & virtutes excolentes nullum conscientiæ nostræ offendiculum præbeamus, sed nobismet ipsis attendamus in timore Dei, donec ipsa quoque nobiscum libera sit, atque ita conjuncta, ut nobis deinceps custos sit, ostendatque a quibus caveamus. Quod si ei parere noluerimus, nos derelinquet ac deseret, & incidemus in manus inimicorum nostrorum, qui nostri postea non miserebuntur, quemadmodum docuit nos Dominus. [g] *Esto*, inquiens, *cum adversario tuo consentiens, dum es in via cum eo, ne forte tradat te adversarius judici, & judex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exibis inde, donec reddas novissimum quadran-*

a 1. Tim. VI. 20. I. 10. b Psal. CXXIV. 1. 2. c Psal. CXLIII. 9. d Psal. XL. 5. e Psal. LXVIII. 21. f Psal. XXXIX. 15. g Matth. V. 25. 26.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



tem. Adversaria dicitur conscientia, quoniam homi- A ni cupienti facere carnis voluntatem, adversatur. Quæ quidem adversaria, nisi cum ea homo consentiat, tradit eum inimicis ipsius. Idcirco Oseas commiserans Ephraim, dicebat, [a] *Oppressit adversarium suum, & conculcavit judicium. Quæsivit Ægyptum, & vi ductus est ad Assyrios*. Ægyptum quærit, qui carnis vult facere voluntatem. Vi autem ducitur ad Assyrios, cum vel volens, vel invitus inimicis servit. Operam demus, fratres carissimi, ne in manus voluntatis nostræ secundum carnem incidamus, ne captivos nos in Assyriam ducat: nos autem acerba illa verba audiamus: [b] *Venit rex Assyriorum in terram Israel, & captivos duxit Ephraim & Israel in Assyrios: & posuit eos justa Eleam &* B *Enamor fluvios Chuzam; & sunt illic usque ad præsentem diem. Tunc misit Assyriorum rex e populis suis, qui habitaret in terra Israel, & suum sibi quisque sculptile confecit, & adoravit illud, & ecce illic sunt usque ad hodiernum diem*. Hæc Ephraim contigerunt: quia oppressit adversarium suum, & judicium conculcavit.

IX. Considerate, carissimi, quid eis acciderit qui voluntatibus suis malis indulserunt, & propriam conscientiam conculcarunt. Ne æmulemur eos dilectissimi, sed omnes potius sanctos imitemur, qui ad mortem usque peccato non obtemperarunt, sed sanctæ suæ conscientiæ paruerunt, & regni cælestis C hæreditatem acceperunt. Eorum enim quisque ætate sua perfectus fuit caritate. Et nomina ipsorum nulla umquam delebit oblivio. Figuram dilecti Jacob suscipiamus, qui parentibus suis secundum Deum in omnibus obedivit. Qui accepta benedictione voluit in Mesopotamiam proficisci, ut sibi filios illic procrearet. Neque enim filios gignere voluit ex filiabus Chananæorum, qui cum parentibus suis contenderant. [c] Tunc suscepto baculo & olei lenticula venit in locum Bethel, quod significat domum Dei, & ibi dormivit, viditque noctu secundum quietem figuram scalæ de cælo in terram usque pertingentis, & Angelos Dei per eam ascendentes ac descendentes. Dominus autem & scalæ innitebatur. Hæc fi- D gura demonstrat illi qui Deo incipit inservire, in principio quidem virtutum speciem apparere, quas nisi diligenter excoluerit, ad Deum non poterit pervenire. Surrexit autem Jacob, & fœdus cum Deo percussit, ut esset servus ejus, & confirmavit eum Deus, [d] *Ego* inquiens, *ero tecum & te custodiam*. Tunc in Mesopotamiam profectus, ut ibi uxorem duceret, cum Rachel vidisset filiam avunculi sui, dilexit eam, & septem annos servivit propter illam. Quamquam non prius ei data fuit, quam Liam uxorem acciperet. Et Rachel erat sterilis, Mesopotamia nomen ex eo sortita est, quod sit inter duos fluvios sita, nempe inter Tigrim & Euphratem. Prior labitur e regione Assyriorum, alter initium E non habet, sed dicitur fluens in latitudine. Tigris est discretio, Euphrates autem humilitas. Lia corporis laborum typum gerit Rachel autem veræ contemplationis. Hæc homini contingunt in Mesopotamia commoranti, ut cum discretione labores corporeos suscipiat, quibus hostes Assyrios vincat, & cum humilitate ad veram contemplationem perveniat.

X. Ceterum Rachel filios non genuit, antequam pareret Lia, & Jacob ipse serviret. Ex quo intelligimus hominem, nisi prius labores in excolendis virtutibus protulerit, non posse ad veræ perfectionis libertatem aspirare. Uxores erant ambæ quidem Jacob sed ille magis Rachel, quam Liam diligebat; quoniam [e] *Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie & venusta aspectu*. Prioris uxoris oculi lippi significant, hominem dum in corporis laboribus occupatur, nondum veram contemplationem intueri. Intermittendi sunt igitur. Quamvis enim paullum cessaverint, dabitur tamen ad illos reditus. Præbebit enim viro suo Lia Zelpham ancillam, atque ita rursum liberos tollet; vocabitque nomen filii, Aser, quod est divitiæ. Porro cum parere desierit Lia, tunc Deus recordabitur Rachel. Cum igitur labores corporis sensus edomuerint, & a perturbationibus liberaverint, tunc vera contemplatio aperit animo gloriam. Ac tametsi filii Liæ Jacob erant auxilio, tamen maxime omnium Joseph diligebat. Id est, quamvis corporis labores ab inimico hominem defendant, tamen vera contemplatio conjungit illum cum Deo. Postea quam vidit Joseph, reverti voluit ad parentes suos, cum utique sibi eum natum aspexisset, qui rex foret inter fratres suos. Cum autem dicit torrentem Jacob omnes suas copias trajecisse, solumque remansisse, & benedictionis gaudium percepisse, dicente Domino: [f] *Non erit tibi nomen Jacob, sed Israel*, Jacob appellatus est, quoniam supplantavit, quoad benedictione dignus effectus est, & sensus suos servavit, qui erant in manu inimici. Postea quam igitur liberati sunt, vocatus est Israel, hoc est, mens Deum videns. Etenim cum eo pervenerit mens, ut divinitatis gloriam videat, metuitur ab inimico. Quamvis igitur veniat in occursum ejus Esau cum acerbitate, humilitas Jacob exstinguit malitiam ipsius, nec ab eo amplius oppugnatur. Quod si adhuc sæviat inimicus, projicit in conspectu Dei. Et cum ille magnam videat gloriam quam accepit, ei vim afferre non potest. Deus enim illi opitulatur, sicut scriptum est: [g] *Revertere in terram generationis tuæ, & ero tecum*. Postea venit in Salem, & emit ibi agrum, & ædificavit altare Deo. Salem est pax. Cum enim homo bellum evaserit, in quo defendit eum Deus, venit ad pacem, & duodecim lapidibus altare constituit, & offert super illo ex laboribus servitutis quam in Mesopotamia servivit, in possessione quam possedit in terra promissionis.

XI. Talis fuit & dilectus Deo Moses, cum eduxit populum ex Ægypto, eumque de manu Pharaonis liberavit, trajecitque rubrum mare & omnium hostium suorum mortem conspexit, & misit Josue ut perderet Amalec. Ipse vero in montis vertice constitit; & manus ejus ab Aaron & Or sustinebantur, ne ex crucis specie in qua erant constitutæ, deciderent. Et reversus est Josue cum gaudio, deleto Amalec. Tunc super monte duodecim lapidibus [h] *altare construxit, & monti nomen imposuit, Dominus refugium meum*, quia manu occulta pugnavit Deus cum Amalec. Amalec significat acediam. Si enim cœperit homo ex voluntatibus suis effugere, & ad Deum confugerit, acedia in primis eum invadit, conaturque ad pristina peccata reducere: sed illam repellit assidua cum Deo familiaritas, quam temperantia gignit, temperantiam porro corporis afflictio parit. His rationibus Israel liberatur. Et tunc homo gratias agit Deo, Ego inquiens, infirmus sum & imbecillus; sed tu adjutor meus a generatione in generatinem. Talis fuit & magnus propheta Elias, [i] qui omnes turpitudinis prophetas sibi adversantes delere non potuit prius, quam duodecim lapidibus altare

a Osee VII. 11. *b* IV. Reg. XVII. 6. 24. 25. *c* Gen. XXVIII. *d* Ibid. ℣. 15. *e* Gen. XXIX. 17. *f* Gen. XXXII. 28. *g* Gen. XXXI. 3. *h* Exod. XVII. 15. *i* III. Reg. XVIII. 40. seqq.

construeret, & lignis congestis aquam infunderet, & sanctum sacrificium imponeret. Et ignis divinus consumsit altare, & quæ super altari erant posita. Tunc fiduciam sumsit contra adversarios suos, & cum eos ad internecionem usque delevisset, gratias egit Deo, Tu inquiens, in his omnibus es. Scriptum est enim, eum inter genua sua faciem posuisse. Nisi enim mens diligenter inter sensus suos sit constituta, & sobria castaque vigilet assidue, æternam non assequitur felicitatem, quæ hanc illi gloriam affert. Et si minister Eliæ prospiciat, & nullum ex septem vitiis consurgere videat, tunc cernit parvam nubem instar hominis ex mari aquam afferentem: quod Spiritum sanctum significat in animo nostro conquiescentem. In hoc enim sita est felicitas, ut nostra virtutis studia integra atque perpetua sint, & ne revertamur ad ea, quorum veniam impetravimus. Si enim labores ac studia nostra Deo fuerint accepta, adversarii nostri non poterunt consistere. Cum enim viderint voluntati ipsorum a nobis non obtemperari, tunc per se dissolventur. [a] *Invocate*, inquit, *nomina deorum vestrorum, & ego invocabo nomen Domini Dei mei: & quicumque audiverit in igne, is erit Dominus Deus.* Quamvis animis nostris dæmones suggerant tentationes, eas tamen nobis invitis ad exitum perducere nequeunt. Omnes illi quidem vires conferunt suas; sed eos non audit homo Dei, quoniam ab illis abhorret cor ipsius, quo in Dei voluntate requiescit. *Invocate*, inquit, *nomina deorum vestrorum, & ego invocabo nomen Dei mei*. Quod illi frustra fecerunt.

XII. Hæc ad utilitatem nostram scripta sunt, ut sequamur eorum vestigia, qui virtutum studio ad felicitatem contenderunt. Confugiebant illi ad auxilium Dei, in eoque spes suas omnes collocabant, nihil viribus propriis confidentes. Et divina protectio fuit eis in civitatem munitam. Sciebant enim se sine Dei præsidio nihil posse. Dicebant cum humilitate illa Davidis verba: [b] *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Si enim viderit Deus animum sibi omnino esse subjectum, neque in alio spem habere, confirmat eum, dicens: [c] *Ne timeas, fili mi Jacob, puer Israel, ne timeas, quoniam liberavi te, & vocavi nomen tuum; meus es tu. Et si per aquam transieris, tecum sum, & fluvii te non intercludent. Et si per ignem transieris, non combureris: flamma enim non exuret te: Quia ego Dominus Deus tuus Sanctus Israel, salvans te.* Hanc vocem animus si audierit, audet adversus inimicos. [d] *Quis est*, inquiens, *oppugnator meus? appropinquet mihi. Ecce Deus adjutor meus: quis mihi nocebit? Ecce vos omnes sicut vestimentum inveterascetis, & tamquam vellera a tinea corrodemini.* Utinam inveniat nos Deus cum illis, qui humilitate sunt præditi, & ab ea servantur incolumes, ab omnibus jaculis inimici, per gratiam Dei, cujus est potentia, & gloria, & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

ORATIO V.

Quæ observanda sunt iis, qui simul in pace habitare cupiunt.

I. Si simul iter feceritis, attendite, si quis inter vos sit imbecillior, & ejus rationem habete, si vel paullum sedere velit, aut aliquid ante præscriptam horam gustare. Si ad opus faciendum pro- A ficiscimini, sibi quisque attendat, non autem fratri suo. Ne quis alterum docere audeat, aut ei quidquam præcipere. Si intra cellam opus aliquod facitis, permittite, ut quisque faciat arbitratu suo. Sin aliquis dixerit, Obsecro vos, me ut doceatis, neque enim scio; qui inter vos peritus est, ne reluctetur, aut scire ne neget. Hæc enim non est humilitas secundum Deum. Si videris fratrem tuum opus aliquod facientem, ne dixeris eum errare, aut nihil agere. Quod si ipse te rogaverit, ut se doceas, tu vero id non feceris, sed tacueris, ostendis in te non esse Dei caritatem, sed nequitiam. Si frater tuus edulia haud ita bene coxerit, ne dixeris eum male coxisse: id enim mors est animæ tuæ: sed considera, B quam molestum & grave tibi fuisset, si quis in te ea verba pronuntiasset, & quiesces. Inter psallendum si quis in aliquo verbo erraverit, ne statim eum corrigas atque perturbes. Sed si verbum præterierit, ne sit tibi curæ. Sin rogaverit, ut corrigas, amanter id facito. Si quid in mensa fuerit, a quo fratrum aliquis abhorreat, ne dicat eo se vesci non posse, sed ad mortem usque sibi ipse vim afferat, & Deus illum consolabitur. Si opus aliquod simul facitis, & aliquis vestrum animo pusillo desistendum ab illo suaserit, eum ne reprehendatis, sed pariter gaudete. Si fratres aliqui ad vos diverterint, eos de rebus inutilibus ne interrogetis, alioquin apud vos relinquent servitutem. Quod si C quispiam ex illis sibi temperare nequiverit, quo minus alicui vestrum dicat aliquid inutile & perniciosum; is qui illud audiverit, reliquis fratribus ne aperiat rem, ne venenum mortiferum animos eorum interimat. Si te peregre proficisci necessitas coegerit, ne perconteris quidquam, quod tibi prodesse nequeat, ut ad cellulam tuam incolumis revertare. Quod si vel invitus aliquid ejusmodi audiveris, in domum reversus ne fratribus nuntiaris. Si hospes in aliena regione versaris, quemcumque in locum veneris, nihil arroganter aut facias aut dicas, ut ex modestia taciturnitateque tua incolæ fructum percipiant. Infirmi enim propter cordis imbecillitatem facile offenduntur, quia non perspiciunt D peccata sua.

II. Divinum auxilium & spes, mansuetudo & bona conscientia, & propriæ voluntatis omnibus in rebus abnegatio, sunt humilitatis indicia. Arrogantia vero, & contentio, & sui ipsius existimatio, fratrisque despectio, & cum quis eo propter se afflicto ac perturbato, dicit, quid ad me? Quid mihi negotii cum illo est? Hæc omnia cordis duritiam declarant. Si te opus faciente, frater in cellam tuam ingrediatur, cave ne animum tuum ea occupet cogitatio, ut te plus quam illum laborasse putes. Si cum fratre imbecilliore opus facis, ne contendas, ut plus quam ille fecisse videare. Si E commune aliquod opus efficitis, sic in illud totis viribus incumbe, ut quid tu, quid frater tuus in hebdomada laboraverit, scire non cures: ineptum est enim id quærere. Si ad opus faciendum cum fratribus proficisceris, ne cupias, ut sciant te omnium maxime laborasse: [e] Opus enim quod homo facit in occulto, perspicit Deus. Si quid tibi frater responderit acerbius, id cum lætitia suscipe. Si enim recto Dei judicio cogitationes tuas examinaris, te peccasse animadvertes. Si cum fratribus habitas, & animus te stimulat, ut restrictius vivas; dic animo tuo, Frater hic infirmus est dominus meus. Quod si temperantius omnino vivere decrevisti, cellulam tibi selige separatim, & noli fratrem tuum infir-

a III. Reg. xviii. 24. b Psal. cxxvi. 1. c Isa. xliii. 1-3. d Isa. l. 8. 9. e Matth. vi. 4. 18.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 372.



mum affligere. Si frater aliquis peregrinus quem A vitio aliquo laborare acceperitis, apud vos diverterit, ne exploretis eum verbis, nisi vitium ejus se se apparuerit, sed cavete, ne quid faciatis, quod si frater rescierit, affligatur. Si qua re tibi opus est, ne succenseas fratri tuo, quod eam tibi sponte non commodarit: sed cum fiducia & simplicitate roga illum, ut rem tibi necessariam tribuat. Hæc enim in corde est castitas sancta. Nam si id illi non patefeceris, sed in corde tuo cum murmure succensueris, judicium tibi ipse constituis. Si inter vos inciderit sermo de aliquo scripturæ loco, cui locus ille notus est, is eum fratri suo modeste benigneque declaret. Ea namque scripturæ maxima cognitio est, ut te humilem præbeas fratri tuo. Considera judicium illud, ad quod sistendus es, & operam da, ne mutus ibi deprehendaris, nec ullam in illa hora formidanda defensionem invenias.

III. Quæ mundi sunt, ne curiosius inquiratis, ne latrinis similes sitis, ad quas homines accedunt, ut ventris onera deponant, atque ita fœtore sunt plenæ. Sed estote potius templa & altaria Dei in sanctitate, ubi mane & vesperi thymiama adoleatur. Numquam altare hoc sit sine thymiamate. Semper estote in conspectu Dei obsecrantes eum, & gratias agentes cum simplicitate & sinceritate, ut a vobis accipiat Deus ea, quæ calliditati & sapientiæ dæmoniacæ, & curiositati, & nimio amori C sui ipsius cordisque malitiæ sunt contraria. His enim qui sunt obstricti, frustra laborant, & finis eorum interitus: qui vero Deum timet, & conscientiam audit, ab his omnibus abhorrebit. At paterfamilias abest, miser homo domum constructam habet super voluntate sua, & loquitur, quæ non vult in se ipso: quoniam non habet cor in potestate sua, sed in manu inimici. Si ad opus exire vultis, unus alterum ne despiciat, neque relinquat fratrem suum, ut in cella a conscientia stimuletur. Sed eum amanter sic alloquatur: Vis ut exeamus? Quod si fratrem suum eo tempore minus quietum aspexerit, aut corpore invalidum, ne contendat tunc esse discedendum, sed paullulum differat, & cum caritate ad cellulam revertatur. Cavete, ne ulla in re fratribus vestris adversemini, ne eos perturbetis. Si quis cum patre aut fratre suo habitat spirituali, nullum cum externis commercium habeat: hæc enim est pax & subjectio. Si cum patre aut fratre tuo habitas, ne ineas clam amicitiam cum aliquo, neque occulte litteras ad aliquem scribas, quod eos quibuscum vivis, velis ignorare; alioquin & te ipsum & illos perdes. Si cum superiore te habitas, noli clam & eo inscio pauperi benefacere. Noli post factum petere consilium: sed de iis quæ te in præsentia stimulant consule; sive de migratione cogitas, sive opus discere cupis aut intermittere, aut cum aliquibus discedere, audacter consilium pete, E antequam rem ipsam aggrediare. Aperi ægritudinem animi tui, aut corporis morbos, aut eorum caussas, atque ita aperi, non ut integer, sed ut vulneratus videare, si vis vulneris medicamentum accipere. Quod si cogitationes tuas patefacis, ne simules, neve rem unam pro alia dicas, aut tamquam de alio consulas, sed veritatem prome, atque ita te ipsum para, ut quæ tibi dicentur, efficias; alioqui non senes quos consulis, sed te ipsum decipies.

IV. Si a senibus consilium petis adversus tentationum impugnationes, ne audias eos, qui tibi plura quam senes intus loquuntur. Sed Deum ora, ut tecum faciat misericordiam suam, senesque moneat, ut tibi, quæ ipsi grata sunt, consulant. Tum quæ tibi senes dixerint, facito, & Deus te consolabitur. Si cum fratribus habitas, & quietem non invenis, vel propter opera, vel propter vincula; vel quia onus ferre non potes, vel propter acediam, vel quia jugum sustinere non vales, vel quia facere voluntatem tuam non potes, vel quia suppetunt res necessariæ, vel quia severiore te disciplina cupis adstingere & vehementius castigare, seu quavis alia de caussa te animus movet ut egrediaris; cave ne temere id facias, neu jugum excutias, & exeas cum tristitia, aut occulte fugias cum afflictione, immemor fraternitatis, cum offensio intercedit, & mali- B tiæ velamen obtendas: sed potius pacis & tranquillitatis tempus observa, ut animus tuus ubicumque fueris, conquiescat. Tibi ipsi culpam adscribe, non autem fratribus quibuscum vixisti. Ne audieris inimicum suadentem, ut simules te a fratribus affectum injuria a quibus beneficium accepisti, quo fugias infamiam & eorum ignominia contegas tuam, atque ita servus inimici fias ubicumque vixeris. Si te aliquo contuleris ad habitandum, haud ita cito cellam incolendam tibi ipse constituas, nisi prius loci naturas consideres, ne forte illic offendiculum reperias, vel propter solicitudinem, vel propter cujuspiam conspectum, vel propter gloriam, vel propter laboris magnitudinem, vel propter offensionem amicorum: quamquam si sapiens fueris, paucis diebus omnia cognosces, unde tibi aut mors, aut vita sit proventura.

V. Si fratri cellam tuam dies aliquot ad habitandum concesseris, noli eum tibi subditum existimare. Si cellam alterius ipse diebus aliquot ad habitandum acceperis, nihil in ea diruas, aut ædifices sine ejus licentia qui eam tibi commodavit. Si cum aliquo vel habitas vel peregre proficisceris, & ab eo mandatum accipis; cave propter Deum, ne contemnas, neve aut clam aut palam ab ipso mandato recedas. Si tibi ipse in cellula tua præscripsisti, ut vel statuta aliqua hora comedas, vel a cibo aliquo abstineas; D cave ne cum peregre proficisceris, in mensa cuipiam dicas, Ignosce mihi, hoc ego cibo non vescor. Sic enim vanitas tua labores tuos in manus inimicorum tuorum excuteret. Dominus enim jubet, [a] ut in occulto hæc faciamus, quod pater noster nobis reddat in manifesto. Qui opera sua diligit, ea servet, ne pereant. Si in eodem vivitis contubernio, & cum opus aliquod intus, aut foris facitis, frater tuus vocat te; ne dixeris, Paullisper exspecta, dum opus absolvam, sed statim obtempera. Cum opus aliquod simul facitis, si erratum alicujus animadverteris, ne illud ad alios deferas, aut in ore tuo sit, ut fratribus dicat: id enim est mors animæ tuæ. Si tecum fratres habitaverint, cum laborando sunt fessi, ante solidam edendi horam, fac ut cibum capiant, & quiescant. Dei judicio utere, non autem tuo. Quidquid agis, Deum tibi ante oculos propone: Si aliquo ad habitandum concesseris, vel solus, vel cum illis qui erant illic ante te, & videris ibi artificem, aut opera quæ detrimentum afferant, aut monacho minus convenientia, ne patefeceris os tuum ad reprehendendum; sed si quietem non invenis, alio proficiscere, & linguam cohibe, ne maledicas: id enim tibi mors est. Si infirmus es, & ad vitia proclivis, ne permittas ut cogitationes suas pravas tibi tamquam fideli quispiam communicet: ea enim res animæ tuæ est perniciosa. Si inter vos oriatur sermo qui ti-

[a] Matth. vi. 4. 18.

sum moveat, cavete, ne vocem vestram finatis exaudiri: ibi enim solutior est risus ubi non est disciplina, nec timor Dei, nec interior animi custodia.

VI. Quoniam ira divina in diebus nostris invasit orbem terrarum, nolite terreri, si quid horrendum audiveritis, sed ita vobiscum considerate: Quid sunt hæc, si cum illis conferantur, in quæ propter peccata nostra, nisi resipuerimus, incidemus? Diligite inter vos propter Deum. Si hæc in simplicitate servaveritis, cum gaudio pervenietis ad requiem filii Dei: sin ab his recesseritis, frustra heic laborabitis; & cum e corpore exibitis, ad supplicium æternum, ut scripturæ testantur, rapiemini. Ob hæc enim quæ commemoravimus, venit Dominus noster Jesus Christus. Verum cordis nostri duritia nos excæcat, quia nostræ obsequimur voluntati, eamque præponimus ipsi Deo. Neque enim eum diligimus; sed nostras voluptates. Et hæc vobis coactus sum scribere: quia priora non fuerunt satis. Diligite igitur inter vos, & nolite in cordibus vestris incircumcisis permanere. Pauculos istos vitæ dies recte transigite cum humilitate, & pace, & patientia, propriam amputantes voluntatem in caritate. Quod si hæc non observatis, sed est inter vos zelus, & lis, & contentio, & superbia, & indignatio, & suspicio, & inobedientia; male tempus consumitis, & sine dubio in æterna supplicia, cum hinc discesseritis, incurretis. Diligite igitur fratres vestros in caritate sancta, & linguam vestram custodite, ne temere verba pronuntiet, quibus nos offendatis. Potest autem Dominus Deus noster gratiam nobis elargiri, ut bona opera facientes misericordiam ejus consequamur cum omnibus sanctis qui ei placuerunt: Quoniam ipsius est gloria, & honor, adoratio nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VI.

Qui honestam quietem amplecti volunt, eos esse curiosos non oportere, neque omissa peccatorum suorum consideratione, tempus in rebus inutilibus consumere.

I. Qui cum curiositate scrutatur scripturas, inimicitias invenit & contentionem: at qui luget peccata sua, pacem reperit & tranquillitatem. Monachus qui residet in cella sua, & post habita peccatorum suorum consideratione, curiosus est in scrutanda scriptura, in errore versatur. Quisquis antequam se ipsum possideat, quæstiunculis vacat, quod sic aut sic loquatur scriptura; is curiositatis vitio laborat. Qui autem vigilat, ne a peccatis capiatur, is se supplicem assidue projicit in conspectu Dei. Qui similitudinem in Deo quærit, maledicit Deo. Qui Deum venerari studet, in timore ejus sanctitatem amplectitur. Qui Dei verba custodit & servat, is Deum cognoscit. Quæ Dei sublimia sunt, ne quæsieris, dum ejus auxilium imploras, ut veniat & servet te a peccato. Dei munera sponte veniunt, si locum purum castumque repererint. Qui propria nititur cognitione, & suam sequitur voluntatem; is in se fovet inimicitias, & ab eo spiritu esse non potest, qui cordis parit compunctionem. Qui videt verba scripturæ, & servat ea proprio sensu obstinateque contendit sic illa esse intelligenda; is gloriam Dei & divitias ejus ignorat. Qui autem ea sic inspicit, ut dicat: Non novi, homo enim sum; & dat gloriam Deo, in eo Dei divitiæ inhabitant. Cogitationes tuas noli quibuslibet aperire, sed patribus tantum tuis, ne tristitiam contrahas in corde tuo. Os tuum custodi, ut proximus tuus in honore sit apud te. Erudi linguam tuam in Dei sermonibus, & mendacium fugiet a te. Humanæ gloriæ cupiditas mendacium parit. At humilitatis studium Dei timorem in corde majorem efficit. Eorum qui in mundo gloria sunt insignes, amicitiam noli concupiscere, ne Dei gloriam extinguas in corde tuo. Si quis detrahit fratri suo, & eum calumniatur, & malitiam ostendit, ei ne patefacias aures tuas: ne te ea quæ nolis, comprehendant.

II. Simplicitas & humilis de se opinio cor integrum & purum a malo conservat. Qui callide ambulat cum fratre suo, animi tristitiam non effugiet. Qui unum in corde, aliud in lingua promtum habet, sacrificia ejus sunt vana. Cum ejusmodi hominibus noli versari, ne veneno ipsorum conspergare. Cum probis & sanctis hominibus ambula, ut eorum probitatis & sanctitatis particeps fias. Odium in animo serves adversus neminem, alioquin labores tuos irritos inanesque reddes. Cor tuum erga omnes sit integrum atque benevolum, ut Dei pacem in te reperias. Quemadmodum virus in totum illius corpus diffunditur, qui morsus est a scorpione, & ad cor usque pertransit; sic quem odium occupat, veneno perfunditur, & animus ejus ab eo vulneratur. Quisquis igitur studet, ne labores & opera sua celeriter pereant, is scorpionem a se procul avertet, id est, odium atque improbitatem. A qua quidem peste liberet nos benignitas Domini nostri Jesu Christi, cujus est gloria & adoratio in sæcula sæculorum. Amen.


ORATIO VII.

De Virtutibus.

I. Tres sunt virtutes [1] quæ menti semper prospiciunt, eique sunt necessariæ; impetus secundum naturam & fortitudo, & diligentia. Tres sunt virtutes, quas si mens secum viderit, se proxime ad felicitatem credit accessisse: Unum ab alio discernere, omnia ante tempus prævidere, & nullis externis rebus commoveri. Tres sunt virtutes, quæ menti lucem præbent assidue: Non nosse cujuscumque hominis malitiam, & benefacere iis a quibus affecti sumus injuria, & ferre quæcumque accidunt sine perturbatione. Hæ tres virtutes, tres alias pariunt se ipsis majores: Non nosse hominis malitiam, benevolentiam gignit. Benefacere illis a quibus afficimur injuria, pacem generat. Ferre sine perturbatione quæcumque accidunt, parit mansuetudinem. Quatuor sunt virtutes, quæ sanctam animam reddunt, taciturnitas, observatio mandatorum, paupertas & humilitas. Quatuor hisce virtutibus mens semper indiget. Deo assidue supplicare, se se prosternere in conspectu Dei, neminem judicare, surdum esse adversus obstrepentes perturbationes. Quatuor animam virtutes muniunt, & ab hostium terrore faciunt respirare: Misericordia, mansuetudo, longanimitas & injuriarum oblivio. Quatuor virtutes adolescentiam adjuvant apud Deum: assidua meditatio, & diligentia, & vigilantia, & humilis de se existimatio. Quatuor sunt quæ animum conta-

[1] *Tres sunt virtutes —— humilitas.*] Græcum loci hujus textum habes infra inter Capitula ejusdem abbatis Isaiæ a Possino evulgata: scilicet capp. I-IV.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



minant; versari in civitate, nec oculos custodire, A mulierum uti familiaritate, eorum qui in mundo gloriosi sunt amicitiam sequi, & illorum qui sanguine nobis conjuncti sunt, diligere consuetudinem. Quatuor sunt, quibus in corpore libido concitatur. Somnus usque ad satietatem, ciborum copia, facetiarum urbanitas, & deliciæ vestimentorum. Quatuor sunt, quæ menti tenebras offundunt; odium proximi, & contemtus, & æmulatio, atque suspicio. Quatuor sunt quibus anima deserta redditur, transitus de loco in locum, negotiorum occupatio, rerum terrenarum amor & avaritia. Quatuor sunt quibus ad iracundiam incitamur; cum non assequimur concupita, cum propriam amplectimur voluntatem, cum docendi munus accipimus, & nos prudentes existimamus. Tria sunt, quæ virtutes omnes conservant, sed paratu sunt difficilia: cordis compunctio, luctus propter peccata, & assidua mortis meditatio. Tria sunt quæ animæ dominantur, ante quam ad magnam mensuram perveniat, & hæc in mente non sinunt habitare virtutes: captivitas, pigritia, & oblivio. Pugnat enim cum homine oblivio, & conatur opprimere omnes ejus bonas cogitationes, atque ita malorum omnium affert occasionem, & quotidie destruit ea quæ ab homine ædificantur.

II. Cernis opera novi hominis & veteris. Qui diligit animam suam, ne perdat eam, servat ea C quæ sunt hominis novi. At qui in hoc exiguo vitæ spatio requiem quærit, ea quæ sunt veteris hominis amplectitur, sed perdit animam suam. Nam Dominus noster Jesus Christus novum in corpore suo hominem ostendens, dicebat: [a] *Qui amat animam suam, perdet eam: qui autem perdiderit eam propter me, inveniet illam.* Ipse enim est Dominus pacis, & [b] per ipsum medius inimicitiæ paries dirutus est. [c] *Et non veni*, inquit, *mittere pacem, sed gladium.* Et rursum, [d] *Veni mittere ignem in terram, & quid volo nisi ut accendatur?* Hic est ignis ille divinitatis ejus, qui in animis eorum qui sanctam ipsius doctrinam secuti sunt, exarsit. Tunc invenerunt gladium spiritus, & omnes carnis volupta- D tes amputarunt. Et postea dedit eis gaudium, dicens: [e] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Ecce qui studuerunt animas suas liberare, voluntates proprias circumcidentes, oves ejus sanctæ ad sacrificium facti sunt. Et cum apparuerit in gloria divinitatis suæ, vocabit eos ad dexteram suam: [f] *Venite*, inquiens, *benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare*, & quæ sequuntur. Ecce qui animas suas in hoc brevi vitæ curriculo perdunt, quomodo eas invenient in tempore necessitatis, & præmia longe majora percipient, quam exspectarant. Qui autem propriis voluntatibus indulgentes, servant animas suas in hoc sæculo pecca- E tis obnoxio, seque divitiarum suarum vanitate defendunt, neque observant mandata Dei, sed perpetuo se in hoc sæculo victuros putant; in die judicii, cæcitatis suæ turpitudinem agnoscent, & fient hœdi maledicti, & formidandam exaudient judicis sententiam dicentis: [g] *Discedite a me maledicti in ignem æternum, paratum diabolo & angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare*, & reliqua. Tunc os illis obstruetur, & quod respondeant, non habebunt. Nam & si dixerint: [h] *Domine, quando te vidimus esurientem, & non ministravimus tibi?* ita refellentur: [i] *Qui bene fecit uni ex his qui in me credunt, mihi fecit.*

III. Exploremus singuli nosmet ipsos, carissimi, & consideremus, utrum mandata ejus pro viribus observaverimus, nec ne. Debitores enim sumus omnes, ut ea pro viribus observemus, parvus pro exiguitate sua, & magnus pro sua magnitudine. Etenim [k] qui in gazophylacium munera conferebant, erant divites: attamen duobus viduæ minutis magis gavisus est Dominus, qui animi nostri propositum intuetur. Nullum in cordibus nostris inertia locum inveniat, ne invidia nos separet a Deo. Sed ministeria nostra pro viribus exsequamur. B Quemadmodum enim misericordiam suam in archisynagogi filiam ostendit, eam in vitam revocans: & sicut misertus est illius mulieris, quæ sanguinis fluxum patiebatur, quæque antequam Christum cognosceret, omnes facultates suas in medicos consumserat: & quemadmodum curavit puerum Centurionis, qui in se crediderat: & quemadmodum Chananæam miseratus est in ejus filiæ curatione; & Lazarum amicum suum in vitam revocavit: sic unicum pauperis viduæ filium lacrymis ejus commotus suscitavit: & quemadmodum Mariam quæ pedes ejus unguento unxit, & lacrymis abstersit, non est aspernatus: ita nec peccatricem pedes suos unguento ungentem contemsit. Et quemadmodum Petrum & Joannem e navicula ipsorum vocavit, [l] *Sequimini*, inquiens, *me*: sic & Matthæum in telonio sedentem vocavit. Et quemadmodum lavit pedes discipulorum, sic lavit & Judam sine ullo discrimine. Et quemadmodum super Apostolos venit Spiritus paracletus; sic & super Cornelium venit. Et quemadmodum propter Paullum Ananiæ opera usus est Damasci: [m] *Quoniam*, inquiens, *vas electionis est mihi*; sic in Samaria propter eunuchum Æthiopem usus est opera Philippi. Nulla enim in conspectu ejus est acceptio personarum, nulla inter parvum & magnum, nulla inter pauperem & divitem differentia. Animi propositum respicit, & fidem erga se & mandatorum suorum observationem, & dilectionem erga omnes. Hoc est enim animi signum & nota, cum e corpore discesserit. [n] *In hoc*, inquit, *cognoscent omnes vos meos esse discipulos, si dilectionem habueritis inter vos.*

IV. Hanc dilectionis notam quibus impressam viderint adversarii, ab illis cum timore discedent: at omnes Angelorum cœtus illis congratulabuntur. Totis igitur viribus operam demus, fratres carissimi, ut eam consequamur, ne adversarii nostri nos expugnent. [o] *Non potest*, inquit Dominus, *civitas abscondi supra montem posita.* Quo de monte loquitur, nisi de sermone suo, cum ait: [p] *Qui diligit me, mandata mea servabit?* In hoc studium diligenter incumbamus, ut ejus sermonem servemus. Et labores nostri erunt veluti civitas fortis ac munita, quæ nos, quoad ipsi occurremus, custodiet ab omnibus inimicis nostris. Hac enim fiducia si erimus muniti, omnes inimici ejus per montem sermonis ipsius dissipabuntur. Hoc ex monte lapis sine manibus excisus statuam ex auro & argento, & ære, ac ferro conflatam confregit. [q] *Induite vos*, inquit Apostolus, *armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum*

a Matth. x. 39. b Ephes. II. 14. c Matth. x. 34. d Luc. xii. 49. e Joan. xiv. 27. f Matth. xxv. 34. 35. g Ibid. ℣. 41. h Ibid. ℣. 44. i Ibid. ℣. 45. k Marc. xii. 41-43. Luc. xxi. 1-3. l Matth. iv. 19. 21. m Act. ix. 15. n Joan. xiii. 35. o Matth. V. 15. p Joan. xiv. 23. q Ephes. vi. 11. 12.

seculi hujus, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Quatuor hos principatus indicat quadruplex illa statua, quam lapis, hoc est, Dei verbum confregit, ut scriptum est [a], & in montem magnum evasit, & terram implevit universam. In montem hunc fugiamus, fratres carissimi, ut sit nobis perfugium servetque nos a quatuor istis improbis dominationibus, percipiamusque etiam nos gaudium cum omnibus sanctis ejus, qui ad eum congregantur ex quatuor terminis terræ. Pro suis enim quisque operibus propriam audiet beatitudinem. Porro sanctum ejus nomen potens est, si nobiscum sit, ut corroboret nos ad opus ipsius, nec sinat nos decipi ab inimico, sed custodiat nos atque muniat, ut possimus quæcumque nobis acciderint, sustinere, misericordiamque reperire cum illis qui digni facti sunt, ut vera beatitudine fruerentur. Ipsi Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto gloria, & honor, & adoratio, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VIII.

Beati Esaiæ abbatis Apophthegmata.

I. Video me [1] aliquando, inquit abbas Esaias, tamquam equum sine rectore oberrantem, quem qui invenit insidet ei, ac rursus dimissum ab illo, alius apprehendit atque conscendit. Alias autem similis sum, inquit, homini, quem inimici comprehensum ac vinctum in cœni lacum conjecerunt. Qui si clamaverit ad Dominum suum verberatur ab eis, ut taceat. Item similis, inquit, sum passeri, cujus pes laqueo vinctus sit: qui dum solutum se existimans volatu extollitur, laqueo retinetur. Nemo enim est, qui non ad extremum usque spiritum aliqua prematur solicitudine. Idem, si quid, inquit, alicui mutuo dedisti, nec illud repetis, Jesu naturam imitaris; si repetis, naturam Adæ: sin fœnus exigis, perversum ejusdem morem. Si quis te reprehendit propter rem aliquam quam vel fecisti vel non fecisti; si taces, Jesu te similem præbes: sin respondes, Quid inquiens, feci? non amplius ei similis es. At si par pari refers, es omnino dissimilis. Si tuum aufers sacrificium cum humilitate, tamquam sis indignus, gratum est apud Deum; quod si extollaris in corde tuo, & recorderis alterius dormientis aut negligentis, tuus inanis est labor. Dicere solitus erat, humilitatem nec linguam habere, qua de aliquo tamquam negligente, aut superbo loqueretur: neque oculos, quibus aliorum e rrata perspiceret: neque aures, quibus ea quæ animæ suæ non prodessent, audiret; nihil denique habere negotii, nisi cum peccatis suis. Illi enim cum omnibus pacem esse, non amicitiæ gratia, sed propter mandatum Dei. Quod si quis sine humilitate, vel jejuniis incumbat, vel se se vehementer affligat, vel mandata conetur observare; ejus inanes esse labores. Si quis, inquit, instrumentum possidet, & illud quo tempore necessarium est, non inveniat, frustra possidet. Talis est, qui se timere Deum asserit; & cum tempus adest, ut Dei timorem ostendat, quo vel ab iracundia, arrogantia, vel ambitione, aut alio vitio cohibeatur, Dei timorem non reperit, hujus omnia studia sunt inania.


II. Dominus noster Jesus Christus non prius in crucem ascendit, quam omnes humanas curaret infirmitates, ut quo consilio humanitatem imbuerat, declararet. Ante quam enim ipse veniret in carne, homo erat cæcus, & mutus, & surdus, & paralyticus, & leprosus, & claudus, & in omnibus vitiis naturæ contrariis mortuus: at postea quam humana pro nobis peregrinatione suscepta, misericordiam suam ostendit, mortuum suscitavit, claudum fecit ambulare, & cæcum aspicere, & mutum loqui, & surdum audire, & novum hominem constituit, ab omni liberum infirmitate. Porro in crucem sublatus duos secum latrones assumsit, quorum is qui a dextris ipsius erat, laudabat eum, ac precabatur: [b] *Memento*, inquiens, *mei Domine, cum veneris in regnum tuum*. Alter autem, qui a sinistris erat, eum maledictis insectabatur. Mens ante quam e negligentia resipiscat, cum inimico est: at si Dominus noster Jesus Christus illam e negligentia suscitarit, eique dederit ut omnia queat dijudicare, tum poterit in crucem ascendere. Quod si inimico calumniante ad negligentiam redierit, fiet id quod de duobus latronibus dictum est, quos Dominus noster Jesus Christus a mutua benevolentia separavit, quorum unus blasphemabat eum, alter autem ita precatus est, ut meruerit audire, [c] *Hodie mecum eris in paradiso*. Hic est ille latro qui paradisum etiam furatus est, & comedit de ligno vitæ.

III. Idem rursus de sancta communione dicebat, ejus esse munus, ut nos conjungat atque uniat cum Deo. Quod cum ita sit, Ubi est, inquit, ista conjunctio? ab ira aut æmulatione, aut odio, aut ambitione, aut inani gloria, aut aliis vitiis superati longe absumus a Deo. Idem, Cum oramus, inquit, & aliqua ex perturbationibus ejusmodi viget in corde nostro, inanis est noster labor, & minime gratus ipsi Deo. Cur igitur, respondit quidam e senibus, eo tempore non inhabenter respondit: Cum pluit super terram in qua semen est, germinat: quod si non habeat semen, non germinat? Studeat igitur quisque mala semina ejicere de corde suo, ne exoriantur. Deus hominem vult omnibus in rebus esse similem sui. Ideo venit in mundum & passus est, ut naturam hominis pravam immutaret, & voluntates nostras abscinderet, & falsam cognitionem quæ nostros animos occupat, expelleret. Cetera enim animalia naturam propriam conservarunt: homo vero mutavit naturam suam. Quamobrem quemadmodum jumenta homini subjecta sunt; sic quisque debet esse subjectus proximo suo propter Deum. Idcirco enim Dominus venit. Vide, quanto jumenta præstent hominibus, qui scientia sua innituntur. Si ad naturam meam redire voluero, quemadmodum jumenta patent alienæ voluntati; sic mihi faciendum erit, non solum cum familiaribus, sed etiam cum adversariis meis. Hæc est enim voluntas Dei. Qui cellulæ suæ quiete vult frui, & ab inimico non superari, ab hominum recedat consuetudine, ne quemquam vituperet aut laudet aut beatum putet, neve justitiam suam prædicet aut quempiam offendat, sed sibi ipse attendat, nec inimici aculeum cogitationis relinquat in corde suo. Noli mentem tuam ignorantibus aperire, nec voluntatem tuam imprudentibus patefacere. Nosce te ipsum, & quæ tibi perniciosa sunt, cave. Qui propria confisus justitia voluntatem amplectitur suam,

a Dan. II. 34. 35. b Luc. XXIII. 42. c Ibid. ✝. 43.

1. *Video me — conscendit*] Hic locus Græce exstat infra cap. V. ex iis quæ vulgavit Possinus.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



nec hostis insidias effugere potest, nec quietem invenire, nec quæ tibi desunt intelligere, nec cum e corpore discedit, misericordiam assequi. Hæc rerum omnium summa, ut spes tuas omnes in Deo positas habeas, ad eumque toto corde ac viribus tuis confugias, & erga omnes misericors sis, atque peccata lugeas tua; Deique auxilium ac misericordiam implores.

IV. Quod autem attinet ad docendos proximos mandata Dei, unde, inquit, ego scire possum, me Deo gratum esse, ut hoc aut illud alteri faciendum præscribere audeam, cum adhuc ipse defleam peccata mea? Qui enim aliquando lapsus est, lugere debet, nec tutus est, ante quam se veniam novit impetrasse. Homo quidem peccat: Deus autem miseretur. Cor tuum securum esse non potest, prius quam accedas ad judicium Dei. Quod si cupis intelligere, utrum tibi peccata condonata sint, illud magnum est argumentum, si nihil ex illis amplius est reliquum in corde tuo. At si vivunt adhuc, & memoria commoventur, neque tu id admodum curas, malum est signum. Luge igitur, & dole ac contremisce, donec a Deo misericordiam impetres. Si quis a te doceri vult, nec tamen facit ea quæ studiose illi præcipis, sed subinde revertitur idem flagitans, declina ab eo. Docet omnes Deus qui audire volunt. Quis docuit Cain & Abel, ut hoc facerent, ab eo abstinerent, cum lex adhuc scripta non esset? Frustra discendo laborat homo, qui Deum magistrum non habet. Si quis verba pronuntiat inutilia, audire noli, ne perdat animam tuam. Quod si ea re offenditur, ne sit tibi curæ. Dic, Animus meus hæc ferre non potest, omitte ea, obsecro; neque enim major ego sum primo illo homine, quem manibus suis formavit Deus, & pravis colloquiis corruptus est. Fuge igitur, & noli audire, sed ita fuge, ut quæ dicuntur, penitus obliviscare: nam si quid memoria tua residere permiseris, illud dæmones minime negligent, sed occident animam tuam.

V. Idem; Quantum, inquit, video, lucrum, & honor, & otium ad mortem usque hominem oppugnant. Qui alios docendi sibi munus arrogat, lædit animam suam, & dum proximum corrigere profitetur atque ejus domum ædificare, sibi ipse ruinam atque interitum struit. Cave ne peccando coinquines innocentiam quam in baptismate accepisti. Etenim sive pecces in corpus tuum, sive te furto obstringas, sive cupidius aliquid intuearis, sive clam quippiam degustes, timens ne te aliquis aspiciat, sive quid elegantius aut pretiosius occulte possideas, Dei filium afficis contumelia. Tanti ne sunt hæc, quidam inquit, o pater! Cui ille respondit: Quemadmodum qui defosso pariete pecuniam surripuit, a diabolo deceptus est; sic & is qui hoc facit. Nam qui illum vicit, vincit & hunc. Et qui parvis in rebus vincitur, in magnis etiam superatur. Si quis, inquit, virtutes magnas fecerit & curationes, & omnem scientiam habuerit & mortuos suscitaverit, & affixerit corpus suum, viderit autem aliquem in peccatis omnibus versantem, eumque despexerit: ea nihil ei proderunt, quia Christi membra contemnit, eaque ipse judicat, nec relinquit judicio Dei.

VI. Dicebat, nos omnes esse tamquam in medici officina, in qua hic oculis, ille manibus, alius fistula, alius alio morbo laborat: cumque sint quædam vulnera jam curata, tamen nisi a cibis contrariis temperes, recrudescunt. Sic qui pœnitentiæ incumbit, cum alium judicat aut contemnit, animæ suæ renovat ægritudinem. Suus igitur cuique curandus est morbus; sua cuique lugenda peccata, non autem alii despiciendi. Væ illi animæ, quæ non abhorret ab omni peccato. Cum esset populus Israel in Ægypto; abunde edebant & bibebant, sed premebantur Pharaonis servitute: at cum Deus illis misit auxilium per Mosem, ut a servitute liberarentur, tunc laboribus afflicti sunt, nec prius Moyses confisus est, quamvis Pharao variis plagis afficeretur, quam tempus illud advenit, cum Deus dixit illi: [a] *Adhuc una restat plaga, & mox Pharao dimittet populum meum. Interficiam enim omne primogenitum. Et dixit Deus ad Mosem: Dices omni plebi, ut postulet vir ab amico suo, & mulier e vicina sua vasa argentea & aurea, vestemque plurimam.* Dicebat igitur se a senioribus audivisse, vasa argentea & aurea, ac vestem sensus significare, qui inimico deserviunt. Quos homo nisi ab inimico extorserit, feceritque, ut fructum afferant Deo, ad veram quietem pervenire non potest. Tabernaculum non obumbravit Deus, quoad imperfectum fuit, sed cum esset absolutum, tunc illud obumbravit. Sic & templum nebula non obumbravit; quamdiu illi quidquam defuit: at ubi perfectum fuit, oblata sunt holocausta, & odoratus est Deus odorem suavitatis. Nisi homo ex totis viribus suis & ex tota mente sua Deum dilexerit, eique toto corde conjunctus fuerit, super eum Deus non requiescit. Si mens, inquit, ante quam sensus domet, velit in crucem conscendere, provocat iram Dei. Rem enim viribus suis majorem aggreditur. Si malæ te cogitationes coinquinant, tu autem non doles in corde tuo, sed foves ea unde proficiscuntur, veterem Adam imitaris. Si in illud studium incumbis, ut peccatum superes, te ipsum affligens, & omnes removens occasiones, & Dei opem implorans: Tua inquiens, Domine, est misericordia, ut liberes me: ego enim sine auxilio tuo manus inimicorum meorum effugere nequeo. Si hæc facis, & diligenter operam das ne offendas eos qui in te secundum Deum erudiunt, Jesu naturam imitaris. Et ipse custodiet te ab omni malo. Quoniam ejus est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO IX.

Ad eos qui mundo renuntiarunt.

I. SI mundo renuntiasti, teque Deo per pœnitentiam addixisti, ne sinas ea te affligi [1] cognitione, quasi veterum peccatorum veniam non impetraris. Neque rursum ejus mandata contemnas, & ad eadem peccata revertaris. Ad mortem usque serva divina mandata, & ea numquam despice. Cum mulieribus cibum ne capias, nec tibi cum junioribus familiaritas intercedat. Eodem in lectulo cum nemine dormias. Te ipsum quoque dum solus es, dum induis, aut exuis, reverere. Si urget necessitas, ad tertium utrumque vini poculum bibe. Mensuram hanc amicitiæ gratia transsilias cave. Eum ne incolas locum, ubi peccando Deum offendisti. Orationis studium noli remittere, ne incidas in manus inimicorum tuorum. Psalmorum incumbe meditationi: ea enim te in innocentia continebit.

a Exod. XI. I. 2.

1. *Cognitione*] An *cogitatione*?

Corporis afflictiones amplectere, & vitia reprimantur. Ne qua in re tibi placeas cave. Peccata tua assidue defle. A mendacio abhorre: expellet enim abs te timorem Dei. Cogitationes tuas in omnium conspectu ne retexeris, ne proximo tuo sis offendiculo. Aperi cogitationes tuas patribus tuis, ut gratia Dei te protegat. In opere & labore manus tuas exerce, & timor Dei tecum habitabit. Si fratris tui [a] *peccatum* videris *non ad mortem*, eum ne despexeris, ne incidas in manus inimici tui. [1] Eorum quæ admisisti memoria ne delectare, ne renoventur in te peccata tua.


II. Humilitatem amplectere, & proteget te a peccatis tuis. Noli esse contentiosus, ne omnis in B te habitet improbitas. Ne sis apud temet ipsum prudens, ne incidas in manus inimicorum tuorum. Cor tuum inclina, ut libenter obediat patribus tuis; & gratia Dei habitabit in te. Linguam tuam assuefacito ut dicat; Da mihi veniam, ignosce mihi: & humilitas ad te veniet. Dum resides in cella tua, his tribus assidue vaca, orationi, meditationi & labori manuum tuarum. Ita vive, ut si diem agas quotidie ultimum, & non peccabis. [2] Ventri noli indulgere, ne pristina in te peccata renoventur. In omni loco atque opere desidiam vita, ne te inimici vis opprimat. Quæ Dei sunt assidue meditare, & Deus in te requiescet. Quemadmodum domus extra civitatem diruta, fit locus fœtidus: sic C anima pigri monachi vitiorum fit domicilium. Orationi cum lacrymis incumbe, ut Dei misericordia veterem hominem peccatis onustum exuat. [3] Labor, & paupertas, & hospitalitas, & afflictio, & silentium pariunt humilitatem. Humilitas vero veniam impetrat omnium peccatorum. Potest autem Domini & Dei nostri benignitas nos ita corroborare, ut voluntatem ipsius agnoscentes ac facientes, misericordiam inveniamus cum omnibus sanctis qui mandatis ejus obtemperarunt. Amen.

ORATIO X.

Ejusdem argumenti.

SAncto Petro Apostolo Deus ostendit [b], nullum debere communem aut immundum hominem existimari. Cujus mundum est cor, is omnes homines mundos existimat: at qui vitiis cor habet inquinatum, is neminem mundum putat, sed sui similes omnes arbitratur: quod si quis dixerit aliquem esse virum bonum, statim irascitur in corde suo. Cavete igitur, ne quempiam aut aperte aut in animo vestro vituperetis. Quanto se quisque negligentius explorat, tanto se judicat amiciorem Dei. At qui studet se a vitiis & perturbationibus expurgare, erubescit in cælum tollere oculos suos in conspectu Dei: se enim perspicit ab illo abesse quam longissime. E Homo quidam duos servos habebat, & misit eos in agrum suum, ut meterent triticum, jussitque, ut septena singuli una die jugera meterent. Alter ipsorum totis viribus operam dedit, ut domini faceret imperata; sed tamen opus explere non potuit, quoniam vires ipsius superabat: alter autem otio se dedit. Ecquis, secum ipse inquiens, tantum opus uno die queat perficere? Jussa igitur negligens, illa afficiebatur solicitudine, sed modo dormiens, modo oscitans, modo se se vertens, ut ostium vertitur in A cardine suo, diem temere consumsit: cum autem vesper advenisset, ad dominum reversi sunt. Qui cum servi diligentis laborem intellexisset, licet totum ab eo non esset opus perfectum, tamen hominem laudavit: alterum autem, ut inertem ac desidem contemtorem domo sua male mulctatum extrudi jussit. Nos item in omni opere & afflictione naviter ac totis viribus laboremus; & Deus nos sine dubio suscipiet cum sanctis suis. Debet homo preces assidue fundere in conspectu Dei magna cum humilitate cordis & corporis afflictione, nec ullo in opere suo sibi placere, nec humanis laudibus extolli, aut vituperationibus deprimi, sed frequenter peccatorum suorum recordari. Sic enim cor ab inimicis suis requiescet. Nullum verbum acerbum exeat ab ore tuo. Neminem coram laudes, aut usquam vituperes. Omnes animæ fores, id est sensus, diligenter occlude atque custodi, ne per illas aut evagetur, aut mundi verba ad eam perferantur. Beatus qui continenter luget peccata sua. Amen.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



ORATIO XI.

De grano sinapis.

MAgnum in exiguo sinapis grano mysterium continetur, quemadmodum patres dixerunt, ideoque ad nostram doctrinam scriptum est: [c] *Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo; quod omnium est seminum minimum; cum autem creverit, majus est omnibus oleribus; & fit arbor, ita ut volucres cæli veniant, & habitent in ramis ejus.* Hæc cum ita se habeant, consentaneum est, ut hujus granuli facultates imitemur. Cum enim illud ex omnibus seminibus dicat esse minimum, ostendit humilitatem nobis esse complectendam: ut mansuetudine & patientia nobis omnes homines anteponamus. Rubor in eo verecundiam significat & castitatem, ut nullum in carne nostra dedecus admittamus. Acris in eo vis indicat odium adversus vitia & mundi vanitates. Quod autem vis ejus non patet, nisi tractetur & conteratur, demonstrat nihil virtutem prodesse, nisi labore atque usu & exercitatione actio prodeat & consequatur. Valet etiam ad corpora condienda, ne putrescant aut fœteant. Hoc igitur granulo quod regno cælorum est simile, quod Christus est, voluntates nostras solutas ac mortuas conspergamus, ne putrescant & vermibus scateant. Idcirco enim Dominus Jesus factus est homo, ne soliciti simus, ne mundi curis distrahamur, sed ipsum pro viribus imitemur. Ad hujus granuli normam nos exploremus: videamus utrum illi cordis humilitate, animi mansuetudine, caritatis ardore similes simus. Ipse autem Dominus Jesus nos misericordia sua confirmet, ut voluntati ejus pareamus; quoniam ejus est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XII.


De vino.

I. VIni & naturæ hominis mysterium sic intelligitur. Debemus cor nostrum integrum cum omni sanctitate servare, si volumus, ut in eo Deus cum lætitia degat. Dolium nisi undique sit

a I. Joan. V. 16. b Act. x. 15. c Matth. XIII. 31. 32.

1. *Eorum* cet.] Græca habes infra l. c. cap. VI.
2. *Ventri* cet.] Græca infra l. c. cap. VII.
3. *Labor* cet.] Græce infra l. c. cap. VIII.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 372.



pice illitum, & nullas habeat rimas, vinum non potest continere: cor nisi humilitate & castitate muniatur, & nullas habeat vitiorum rimas, Dei non potest esse domicilium. Fieri enim nequit, ut Deo quis simul & voluptatibus serviat. Caveamus diligenter, ne in corde nostro sit odium, aut inimicitia: hæc enim arcent hominem a vera pœnitentia, ut Deo placere non possit. Fervet initio vinum: sic & adolescentia: paullatim fervorem remittit vinum, tandemque consistit; sic æstus adolescentiæ tempore sedatur, tandemque constituitur, dum patrum disciplina eruditur, & eorum præceptis obtemperamus. Non infertur vinum in cellam, nisi prius consistat: non admittitur in aliorum cœtum, cujus non est constantia variis ante rationibus explorata. Si cum vinaceis vinum relinquatur, acescit: sic & adolescens si cum illis qui sanguine ei conjuncti sunt, aut certe ab institutis ejus alieni, sinatur versari, disciplinam a patribus traditam corrumpit & bonos mores. Nisi vinum in locis profundis & subterraneis recondatur, evanescit: sic adolescentiæ labores omnes sunt vani, nisi in humilitate conserventur. Vinum, quod subinde movetur & gustatur, deterius fit: sic & homo qui studia & actiones suas frequenter ostentat inani gloria, amittit perfectionem. Si dolii os apertum manet, culices ingrediuntur, & vinum corrumpunt: idem accidit in multiloquio, & facetis vanisque sermonibus. Vinum ventis expositum amittit gratiam suam: & superbia perdit omnem hominis fructum. Quiescit vinum in locis penitus abditis, & operitur: sic qui virtutem colit, in silentio conquiescit, & regit labore studia sua.

II. Hæc omnia in vino observantur, ut placeat domino suo: debet hæc omnia quisque custodire, ut placeat Deo. Porto quemadmodum vino non creditur, quale sit, nisi hauriatur & degustetur: sic homo non debet sibi ipsi fidere, sed in timore versari, donec occurrat Deo, a quo opera ipsius comprobentur. Ac quemadmodum si qua in dolio rimula exsistat, defluit vinum, antequam dominus sciat, si negligens est: sic quælibet res quamvis exigua fructum excutit hominis negligentis. Studiose igitur, fratres, ab omnibus offensionibus & peccatis caveamus, ut Deus nobis misericordiam & gratiam suam in judicii die largiatur: quod faciet ille profecto, si pro infirmitatis nostræ viribus mandata ejus observaverimus. Ceterum tua est Domine, potentia, & misericordia, & auxilium, & protectio, & venia, & patientia. Quis enim ego sum in manu malorum, a quibus me liberasti? Ego nihil habeo quod tibi dem. Peccator ego sum, atque indignus omnibus donis tuis. Tu me e manibus inimicorum meorum eripuisti: Tu es Dominus meus, & Deus meus. Tua est gloria, & misericordia, & defensio, & præsidium, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XIII.

Ad eos, qui initiantur & tendunt ad perfectionem.

I. HÆc sunt signa quæ fecit Dominus Jesus, antequam in crucem ascenderet. [a] *Euntes*, inquit, *renuntiate Joanni, quæ audivistis & vidistis: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.* Qui spem suam in hoc mundo sitam habet, cæcus est. Et si hac spe omissa, animum suum ad ea quæ in altera vita exspectantur, intenderit, visum recipit. Claudus est, qui amat hoc sæculum: quod si eo neglecto, Deum diligit carnemque contemnit, recte incedit. Surdus est, qui vanis distractus occupationibus, divinis rebus minime vacet: quod si relictis omnibus, capessit præcepta Dei, jam audivit. Qui odio, aut invidia, aut æmulatione, aut maledictis proximum suum insectatur, leprosus est; & idcirco, ut olim leprosi, arcendus est ab altari: quod si vitia ejusmodi expulerit, mundus erit. Si igitur respiciat cæcus, ambulet claudus, surdus audiat, & leprosus mundetur; homo qui negligentiæ tempore in his vitiis erat mortuus, in vitam revocatur, & fit homo novus; ac deinceps evangelizatur, cum antea pauper sensibus fuerit, virtutum divitiis carens: & hæc renunciat ei, a quo baptizatus est.

II. Baptisma est afflictio cum humilitate atque silentio. Joannes enim, ut scriptum est [b], indumentum habebat ex pilis cameli, zona pellicea erat circa lumbos ejus, & in deserto versabatur: quod afflictionis est signum ac pœnitentiæ, quæ mundat hominem, ac talem reddit, ut vacet ei in crucem ascendere. Crux autem est futuræ immortalitatis judicium: sed opus est prius, ut ora claudat Pharisæorum, & Sadducæorum. Sadducæi figuram gerunt infidelitatis & obstinationis: Pharisæi autem malitiæ & simulationis & inanis gloriæ. Scriptum est enim: [c] *Et nemo ex illa die ausus est amplius Jesum interrogare.* Postea [d] misit Petrum & Joannem, ut pararent Pascha. Cum enim mens se ipsam viderit nullis obstrictam vitiis, paratur ad immortalitatem, sensusque suos eodem dirigit, & secum conjunctos habet. Jesus autem oravit, dicens: [e] *Pater mi, si fieri potest, transeat a me calix iste in hac hora.* Quod nobis est documento, ut cum mens vult in crucem conscendere, multum incumbat orationi & lacrymis, supplexque semper prosternat se in conspectu Dei, benignitatis ejus opem implorans, ut roboretur & custodiatur, donec resurgat in novitate sancta atque invicta. Crucis enim tempore magnum imminet periculum. Cum autem orat, Petrum & Joannem & Jacobum adhibere socios debet, id est, integram fidem, spem constantem, & ardentem caritatem.

III. Atque hæc quidem gessit; & pertulit dilectus Dominus ac Deus noster Jesus Christus pro nobis, & omnibus in rebus nobis exemplum fuit, ut inquit Apostolus, ut [f] *cognoscamus eum, & virtutem resurrectionis ipsius, & participes simus passionum ejus, mortique conformemur, ut occurramus ad resurrectionem mortuorum.* Fel ipse pro nobis gustavit, ut nos improbam omnem cupiditatem abjiciamus, & os nostrum obstruamus, nec sinamus illam ex eo prodire ac perfici. Gustavit acetum pro nobis, ut nos omnem arrogantiam & perturbationem exstinguamus. Sputis conspersus est pro nobis, ut nos mundi laudes & humanam gloriam aspernemur. Spinea corona caput ejus confixum est pro nobis, ut nos humilitatis corona redimiti, inimici superbiam conculcemus. Quod autem verberibus affectus est Jesus, ante quam in crucem ageretur, nobis documento est, ut omnes hominum contumelias atque injurias æquo animo feramus. Jam quod vestimenta ejus ductis sortibus inter se diviserint,

a Luc. VII. 21. 23. b Matth. III. 4. c Matth. XXII. 46. d Luc. XXII. 8. e Matth. XXVI. 39. Marc. XIV. 35. f Philipp. III. 10. 11.

admonemur, ut rerum caducarum jacturam parvipendamus, & crucem amplectamur, [a] *rapinam bonorum nostrorum*, ut Paullus ait, *cum gaudio suscipientes, quandoquidem meliorem & manentem substantiam habemus in cælis*. Hæc omnia debet homo præstare pro viribus suis, alioquin in crucem cum Domino non conscendet. Porro, cum hora sexta crucifixus sit pro salute nostra cum tanta cordis acerbitate, debemus ignaviam omnem ac formidinem deponere, donec peccatum intereat: quoniam ut scriptum est [b], per crucem interfecit inimicitiam in eo. Nam quod hora nona clamavit Jesus voce magna, [c] *Deus, Deus meus, quid dereliquisti me?* nostrum esse declarat, postea quam vitia nos acriter affligentes devicimus, ut tandem cum humilitate clamantes ad Deum, fiduciam sumamus. Quod autem sole obscurato Dominus emisit spiritum, intellige tunc in te mortuum esse peccatum, cum spes rerum quæ in hoc mundo cernuntur, in animo tuo deficit. [d] *Et velum templi scissum est a summo usque deorsum:* quod significat, si mens fuerit liberata, interstitium quod inter illam & Deum intercedit, sublatum iri. [e] *Petræ scissæ sunt, & monumenta aperta:* quoniam per mortem illam nobis adhibitam, omne pondus & cæcitas, & quæcumque premunt animam nostram confringuntur, & sensus, qui morti fructum ferebant convalescunt, atque excitantur invicti. In sindone munda & aromatibus involutus est: ut nos post ejus mortem in sanctitate atque immortalitate conquiescamus. [f] *Et posuerunt illum in monumento novo, in quo nemo positus fuerat;* [g] & volverunt lapidem magnum ad ostium monumenti. Cum mens ab omnibus hujus sæculi perturbationibus liberata sabbatum agit, est in monumento novo, & res novas atque incorruptas meditatur. [h] *Ubi corpus est, illuc congregabuntur & aquilæ*. Surrexit in gloria Patris sui, & ascendit in cælos, [i] *sedet in dextera majestatis in excelsis*. Nostrum igitur est, Apostolus ait, [k] *ut si cum Christo consurreximus, quæ sursum sunt inquiramus, ubi Christus est in gloria Dei sedens. Quæ sursum sunt sapiamus, non quæ super terram. Mortui enim cum Christo sumus*, qui pro sancto nomine suo faciet nobiscum misericordiam suam: nostras enim tulit infirmitates, ut peccata nostra deleret, nosque in sanctorum suorum numero collocaret, qui vivit & regnat, in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XIV.

Beati Isaiæ abbatis luctus & lamentatio.

I. ME miserum, me miserum quia nondum a gehennæ igne sum liber! Qui ad illam homines detrahunt, adhuc in me operantur: & omnia opera ejus moventur in corde meo. Qui me in incendium conantur demergere, agunt adhuc in corde meo, & fructus suos proferre cupiunt. Nondum mihi constat, quonam hinc sim profecturus. Nondum mihi parata est recta via. Nondum plane liberatus sum ab aereis potestatibus, quæ mihi per mala mea opera dominari conantur. Nondum liberatorem meum suscepi, qui venit ut me ab ipsis vindicaret. Adhuc enim in me viget earum improbitas. Nondum video, quæ mihi apud judicem possit esse fiducia. Nondum exploratum habeo, utrum morte mulctandus sim, nec ne. Nondum ex reorum numero exemtus sum. Reus qui in carcere vinctus est, non lætatur. Qui ferreis obstrictus est vinculis, facere voluntatem suam non potest. Non ducet alios, qui compeditus tenetur. Qui in doloribus versatur, non valet quiescere. Non edit cum voluptate, cujus collo injectus est laqueus. Neque amplius cogitat, quomodo alia scelera committat, sed in luctu & mærore degit ob illa quibus obstrictus est, & propter quæ merito cruciatur.

II. Qui considerat extrema illa supplicia, quibus afficiendus est propter peccata sua, is animum in ceteris judicandis non habet occupatum: cor ejus stimulat dolor tormentorum: cruciatuum cogitatio non finit eum curiosum: de cibis non est solicitus. Non respondet illis, a quibus afficitur contumelia: patienti animo fert omnes injurias, seque dignum illis existimat: risus ab eo procul abest: cum suspirio & gemitu formidandi judicii in quo sistendus est, recordatur: si quid audit, non animadvertit, utrum cum laude dictum sit, an contra: doloris magnitudo ingentem ex oculis ejus copiam exprimit lacrymarum: si ex claris parentibus ortus est, magis etiam dolet, quoniam in judicio tam multis spectantibus videndus est: in populo non considerat, qui boni, qui mali sint: si una cum ipso alii vincti trahuntur, non attendit illis, nec consultat cum eis, quid agendum sit. [l] *Onus enim fert quisque suum*. Dum ad supplicium trahitur, oculos humi defixos tenet: nemo de illo audet verba facere propter metum tormentorum. Ea quæ patrarit, quamobrem merito damnatus sit, ipse confitetur.

III. Quamdiu igitur ebrius ero sine vino, & hæc quæ ante me sunt negligam? Ariditas cordis mei oculos meos exsiccavit. Et solicitudinis ebrietate caput meum exhaustum est. Animi distractio ad horam usque tenebrarum mihi oblivionem adduxit. Corporis necessitas devinxit me: & interitus de via me cogit deflectere. Neque amicum habeo, qui de me loquatur; nec munus est mihi, quod civibus mittam. Fama calamitatum quibus afficior, facit ut me non agnoscant. Si eos imploro, non audiunt me. Vident enim me nondum a doloribus liberum. Cor meum consolationem non invenit. Peccatorum enim aculeus sine ulla intermissione me stimulat: & onus iniquitatum mearum ingravescit. Nec tamen ignis vim plane reformido, quoniam in illum me injectum iri exploratum non habeo. Clamor in auribus meis insonat, in propinquo supplicium esse. Vulnera quæ sanata videbantur, in corpore meo recrudescunt, nec tamen adhuc computruerunt, ut medium requiram. Contego vulnera mea, ne ab hominibus videantur, & pati nequeo, ut ea medicus curet. Acerba inferre vult medicamenta, sed ego non patior. Bonus est medicus, nec mercedem a me requirit: & ego sum ita piger, ut ad eum graver accedere. Ultro ipse ad me venit, ut mihi medeatur; & invenit me comedentem, quæ vulneribus sunt contraria. Hortatur me, ut deinceps abstineam, & vescendi voluptas cor meum decipit. Quoties comedo, toties me pœnitet comedisse; sed pœnitentia mea non est vera. Mittit ille mihi quod comedam, ut convalescam: at mala consuetudo ea me suscipere non permittit. In summa, quid agam, ignoro. Lugete mecum, omnes vos fratres mei, ut Dei auxilium viribus meis majus ad me descendat, ut me regat, & doceat: Quoniam ipsius est regnum, & gloria, nunc & semper, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

a Heb. x. 34. b Ephes. II. 16. c Matth. xxvii. 46. d Ibid. ℣. 51. e Ibid. ℣℣. 51. 52. f Joan. xix. 41. g Matth. xxvii. 60. h Matth. xxiv. 28. Luc. xvii. 37. i Heb. I. 3. k Coloss. III. 1-3. l Gal. vi. 5.

ORATIO XV.

De mundi renuntiatione.

I. Rationibus nostris consulamus, carissimi, quoniam [a] *tempus breve est*. Animo vacare non potest qui de corpore solicitus est. Quemadmodum nemo potest oculum unum in cælum tollere, & alterum humi defigere; ita mens nequit, quæ Dei & quæ mundi sunt, simul curare. De iis quæ tibi non prosunt, te adeo fuisse solicitum erubesces, cum e corpore excesseris. Deum time, qui tuas cogitationes intuetur. Quæ coram hominibus facere erubescis, ea & occulte cogitare turpe puta. B Ut arbor ex fructu cognoscitur, sic ex cogitatione mens qualis sit, intelligitur. Quamdiu peccato pates, ne te liberum putes. Qui vera fruitur libertate, is in eorum quæ turpiter admisit, meditatione non immoratur. Ne te igitur liberum existima, donec Dominum provocas ad indignationem. Libertas non advenit, quod animus aliquid eorum quæ in mundo sunt, concupiscit. Ea te cura solicitet, quod resurrecturus sis, & Deo rationem redditurus. Deum time, qui singula quæ fecisti, judicaturus est. Qui tam solicitus es, si corpus ægrotat, ut illud cures: cur non studes, ut in resurrectione beatum efficiatur? Quotidie antequam Deo preces effundas, tecum ipse considera, quod vitium superaris. C Quemadmodum terra sine semine & aqua fructum ferre non potest: sic agere nequit homo pœnitentiam sine humilitate & corporis afflictione. Aeris circumfusi & spirantis afflatu florent germina: & mandatorum observantia floret homo. Quæ quidem observantia fidei in Deum est argumentum. Timor Dei conscientiam integram & tranquillam conservat. Si tibi in cellula commoranti voluptas sensus tuos libidine titillaverit, primos cogitationis impetus cohibe, ne te corripiant. Deum esse præsentem recordare, cujus oculis vel cordis arcana sunt manifesta.

II. Sic igitur animam tuam alloquere: Si veD reris, ne te peccantem aspiciant peccatores similes tui, quanto magis Deum vereri debes, qui penitus abdita & occulta contuetur? His verbis Dei timor excitabitur in corde tuo: quem quidem Dei timorem si amplecti volueris, immobilis atque invictus adversus vitia permanebis. Sicut scriptum est: [b] *Qui confidunt in Domino* [1]*: non commovebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem.* Qui credit sibi cum e corpore discesserit, judicium esse subeundum, is nulla in re judicat proximum suum. [c] *Oportet enim*, ut scriptum est, *omnes nos sisti ante tribunal Christi, ut unusquisque recipiat ex operibus quæ gessit in corpore suo, vel præmium vel supplicium.* Qui credit, futurum esse sanctorum regnum, E cavet ne in parvis aut minimis rebus peccet, ut fiat vas electum. Nam [d] *simile*, inquit, *est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti; quos, cum impleta esset, extrahentes elegerunt bonos, & putres abjecerunt.* Qui credit corpus suum in die judicii resurrecturum, debet illud ab omni sorde & macula purum integrumque servare. [e] *Reformabit enim*, ut scriptum est, *corpus humilitatis nostræ, ut sit conforme corpori claritatis suæ secundum operationem virtutis suæ.* Ni-

A hil est in hoc mundo, quod eum in quo Dei caritas habitat, possit ab illa separare. [f] *Quis enim*, inquit Apostolus, *nos separabit a caritate Dei? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?* Utinam nos inter illos reperiat Deus, quos nulla res hujus mundi separavit a caritate Christi, ut una cum illis inveniamus misericordiam per virtutem Domini nostri Jesu Christi: cujus cum Patre ingenito, & Spiritu sancto est gloria, & imperium, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XVI.

Ejusdem argumenti.

I. Difficile videtur in primis patria relicta in solitudinem se se conferre, secumque gerere fidem perfectam & spem, animique constantiam adversus proprias voluntates. Statim enim ejusmodi cogitationes te circumvenient, & timorem injicient. Quomodo tentationes laturus sis, & asperam paupertatem, & morbos, si in eos incideris, cum qui te curet aut cognoscat, habeas neminem? Sic autem exploret te bonitas Dei, ut studium tuum, & caritas erga ipsum appareat. Denique cum in cellula tua solus eris, invadent te gravissimæ timoris C cogitationes. Servat hominem, inquient, non solitudo, sed observatio mandatorum Dei: tibique in memoriam redigunt sanguine conjunctos aliquos, & dicent: Nonne isti sunt servi Dei? Aeris præterea proponent intemperiem, ut concidat cor tuum, atque animum despondeas. Verum si in te caritas spesque fuerit, malitia nihil proficiet: sed tuus in Deum amor patefiet, qui eum magis diligas, quam quietem carnis. Solitudinis afflictio perducit hominem ad spem: spes defendit ab inimicis ex carne. Neque enim temere in solitudinem te contulisti, sed ut te ipsum explorares exercceresque contra adversarios tuos, discerésque suo quemque illorum tempore prosternere, quibus devictis ad immortaliD tatis quietem pervenires.

II. Magnum autem ac præclarum existimo inanem gloriam vincere, atque in Dei cogitatione proficere. Qui enim hac improba inanis gloriæ perturbatione tenetur, is procul abest ab ipsa pace, & animum a sanctis alienum habet, & ad malorum suorum extremum incidit in superbiæ vitium fallendique solicitudinem. Tu vero o Christiane, labores cela virtutesque tuas; & cave, ne lingua tua tibi illas surripiat, & tradat inimicis tuis. Qui enim recte agit, & corporis sui vitia infirmitatesque per pœnitentiam abjicit, is animam suam pretiosam constituit in conspectu Dei, & gratum illi templum E efficitur. Qui vero gloriam hominum diligit, is vitiorum expers esse non potest, sed æmulatio & invidia habitant in eo: is animam suam multis tentationibus exponit, & cor ejus a dæmonibus convulneratur, cum explendæ cupiditatis suæ locum non semper inveniat: finis autem ejus interitus. Humilibus a Deo peccata reteguntur, ut ea agnoscant, & pœnitentiam agant, expulsisque septem dæmonibus, vera gloria & sanctis virtutibus animam nutriant. Qui sunt ejusmodi non curant hominum contumelias. Suorum enim memoria pecca-

a I. Cor. VII. 29. *b* Psalm. CXXIV. 1. *c* II. Cor. V. 10. *d* Matth. XIII. 47. 48. *e* Philipp. III. 21. *f* Rom. VIII. 35.

1. *In Domino*] Ad sententiam explendam, hæc deesse videntur, *sicut mons Sion*.

torum tamquam clypeo ab iracundia ultioneque se se defendunt, patienterque ferunt, quidquid illis accidit. Quænam illos attingat ignominia, qui sua in conspectu Dei peccata perspiciunt? Quod si verba proximi tui ferre non poteris, sed volueris illi respondere; bella excitabuntur in corde tuo, quæ tibi molestiam afferent, tum ex iis quæ audieris, tum ex iis quæ fueris locutus. Et beatos existimabis eos qui soli degunt, irritabiturque cor tuum adversus proximos tuos, tamquam sint caritatis expertes. Patientiam igitur & caritatem amplectere: patientia enim iracundiam vincit, & caritas molestiam abstergit. Itaque Deum ora, ut has tibi virtutes largiatur, quibus iracundiæ impetum repellas. Quod si tibi objicientur adhuc, quibus adversus proximum irascaris, irascere adversus dæmonas, cum proximo autem humiliter pacem retine. Qui ut pacem colat, dura hominis acerbi ac stulti verba sustinet, is vocabitur filius pacis, animæque & corporis, & spiritus pacem possidebit. Quæ quidem tria si in te consenserint, concident ii qui armati sunt adversus legem mentis, & carnis servitus destruetur, & ipse filius pacis appellaberis, & habitabit in te Spiritus sanctus, & non discedet.

III. Beati qui labores suos prudenter considerateque suscipiunt. Eos enim levius ferunt, & dæmonum dolos ac fraudes subterfugiunt, eorum in primis qui formidine quadam homines ab omni opere bono quod aggrediuntur, deterrent, & ad ignaviam animum Deo vacantem impellunt, ut eum ab ejusmodi avocent studio. Verum si caritas in nobis fuerit & patientia & continentia, ne ab uno quidem opere bono poterunt nos amovere, præsertim si cogitaverimus ignaviam bona cuncta destruere. Si mundo renuntiasti, caveto a dæmone tristitiam afferente, ne te per nimiam acerbitatem & afflictionem impediat, quo minus ad magnas virtutes pervenias; quæ in eo sitæ sunt, ut tibi ipse ne placeas, ut æquo animo contumeliam feras, gaudeasque te ad nullum sæculi negotium & munus aptum existimari. Hæc si operam dederis ut assequare, animæ coronam & decus acquires, Neque enim qui mundo renuntiarunt, & paupertatem in aperto tantum complexi sunt, spiritu pauperes existunt: sed qui malitiæ renuntiant, Deique memoriam semper esuriunt & sitiunt. Neque qui corporis tantum incumbunt afflictioni, ad animi perveniunt tranquillitatem: sed qui vacant homini interiori, & proprias amputant voluntates, ii virtutum coronas accipient. Sta igitur in custodia cordis tui, & sensibus tuis attende, ut memoria tecum ab omnibus mundi cogitationibus conquiescat, neque a latronibus diripiatur. Qui enim cogitationes suas diligenter observant, agnoscunt eas quæ cupiunt ingredi & animum coinquinare. Si ardenti studio divinis mandatis incubueris, intelliges eos qui te perturbant, qua occasione tibi terrorem injiciant. Mentem enim perterrefaciunt, ut extollatur, & iners fiat. At illi quibus malitia eorum cognita est, constantes manent in eo loco quem elegerunt, & Domino gratias agunt. Sic enim in rebus adversis se gerunt illi, quibus patientia, & longanimitas & caritas cordi est. Desidia vero, & negligentia, otiique cupiditas ea suadent loca conquirere, in quibus laudem & gloriam inveniamus. Ex quo sensus fiunt imbecilliores, & perturbationum impetus exsurgit, superbiaque & satietate occultam continentiam perdit.


IV. Si sensibus tuis vis perfecte mederi, Christi crucem amplectere: in ea enim veram omnium ægritudinum medicinam invenies. Si te invito cor tuum extollitur, & ad ea quæ nolis, facienda pertrahitur; id ex vetere Adam scito proficisci. Si cor tuum peccatum odit, & abhorret ab iis quæ peccati afferunt occasionem, & tu prudenter adhibito supplicio, recedes ab iis quæ te ad peccandum alliciunt, & ex animo procreatorem tuum orabis, ut tibi ferat auxilium, ut nulla in re ipsum offendas, multisque lacrymis in conspectu ejus prostratus ita precaberis: Tuum est Domine, misereri. Libera me Domine ab inimicis meis. Ego enim sum imbecillior, quam ut sine ope tua possim e manibus eorum effugere. Si hoc modo supplicaris, diligenter studens, ne illos molestia afficias qui docent te secundum Deum: id ex natura est novi Adam Jesu Christi Nisi enim obedientiam, & humilitatem, & patientiam amplectare, licet cuncta facias, tamen ad habitum naturæ contrarium declinabis. Totum igitur cor tuum ad obediendum Deo converte, sic illum obsecrans in veritate: Ad te Domine, supplex accedo; [a] *doce me facere voluntatem tuam*: ego enim quid mihi expediat, ignoro. Tu Domine pro me pugna adversus inimicos meos: mihi enim ignotæ sunt fraudes ipsorum & doli. Si ex animo ita precatus, ea studueris exsequi quæ novi hominis Jesu naturæ sunt congruentia, is nulla in re te decipi patietur. Si unum aliquod dumtaxat præceptum observas, non curas te ipsum plane, neque illius servituti te penitus addixisti. Quemadmodum agellus per se non potest efficere, ut a zizaniis expurgetur & semina bona percipiat, neque fruges bonas simul cum zizaniis ferre, quoniam a zizaniis opprimuntur: ita tu nisi ope divina fueris a carnis voluptatibus expurgatus, non poteris te ipsum a peccato custodire.

V. Cave igitur ab iis quæ peccatum generant. Avaritia mater est improba omnium peccatorum. Acedia propriam fovet voluntatem. Voluntas propria superbia intumescit, & contemtum gignit. Cor sibi placens mundanæ consuetudinis parit cupiditatem, inde fit, ut quæ tibi sunt inutilia concupiscas, ut obtrectatoribus aures patefacias, ut nugas aucuperis easque aliis vendites, ut quæ sæculi sunt diligas, ut doceas quæ non didicisti, & quæ abs te non exiguntur: ut lingua tua proximum pungas, ac stimules. Hæc & alia mala permulta consequuntur. Si quis igitur proficit, aut cupit proficere, caveat diligenter ab occasionibus peccatorum, atque ita peccata comprimet & exstinguet. Qui strenue pugnat, hæc animadvertit, & admonitiones libenter audit: qui vero eas aspernatur, adulatoribus aures patefacit. Qui corporis timet infirmitatem, ad id quod secundum naturam est, non perveniet. Qui supplex ad Deum confugit, in eo quietem inveniet. [1] Nisi Gedeon hydrias confregisset [b], non aspexisset lampadum splendorem: itidem homo nisi corpus contemserit, divinitatis lumen non intuebitur. Etiam Jahel uxor Haber Cinæi, nisi tulisset clavum tabernaculi [c], Sisaræ superbiam non oppressisset. Si mens igitur se confirmaverit, decreveritque caritatem sequi, omnia carnis vitia superabit. [d] *Caritas enim patiens est, benigna est*, æmulationem & arrogantiam vitat; permittit, ut mens ab iis quæ naturæ contraria sunt, opprimatur. Mens autem bona, caput est animæ atque princeps, nec sinit eam quid-

a Psalm. CLII. 10. *b* Jud. VII. 19. *c* Jud. IV. 21. *d* 1. Cor. XIII. 4.

1. *Nisi Gedeon cet.*] Hæc infra Græce l. c. cap. XIV.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



quam suscipere, quod sit naturæ contrarium: ostendit enim illi, quot injuriis propterea sit affecta.

VI. Dominus noster Jesus Christus cum suam erga genus humanum in cruce misericordiam ostenderet, latrones duos, cum inter ipsos medius esset, separavit. Turbatus est autem is qui a sinistris erat, animadvertens necessitudinem pravam quæ sibi cum altero qui a dextris pendebat, intercesserat, esse diremtam. At ipse cum humilitate & timore in Jesum intuens: [a] *Memento*, inquit, *mei cum veneris in regnum tuum*. Amici non sunt igitur amplius; nec potest is qui a dextris est, alteri persuadere, ut a malo vitæ proposito recedat. Ceterum illi, qui nondum ad hanc humilitatis & caritatis viam pervenerunt, identidem cadunt & resurgunt, donec misericordia Dei cum illis fiat, sine qua salutem assequi nequeunt. Quæ cum ita sint, boni latronis fidem atque humilitatem imitemur. Humilitas faciet, ut crucis ignominiam libenter feramus. Qui cruce sua sublata per Christum a malo latrone sejungitur, agnoscit peccata sua quibus Deum offendit, eaque confitetur & deflet, & veniam atque misericordiam impetrat ab ipso Deo: cui potestas, & gloria nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XVII.

De gaudio animæ Deo servientis.

I. IN primis hortor te in timore Dei, ut ex ejus voluntate perfectus sis, ne labores tui sint inanes, sed Deo grati. Qui enim negotiatur, lucrum facit, ideoque lætatur; nec considerat, quos labores pertulerit. Qui duxit uxorem, eam studiose observat atque custodit, & cor ejus in illa conquiescit. Miles pro rege suo pugnans mortem despicit, ut corona donetur. Hæc istius mundi sunt opera, & qui ea faciunt gaudent. Quod cum ita sit, quonam gaudio affici debet animus illius, qui Dei se se addixit servituti, & in eo studio se naviter gerit, cum considerat Angelos sibi ex hac vita discedenti obviam venturos, gratulaturosque, quod ex tenebrarum potestatibus fuerit liberatus? Cum enim anima e corpore egreditur, Angeli cum ipsa proficiscuntur. Tunc autem occurrunt illi omnes tenebrarum potestates, exquiruntque, si quid in ea proprium inveniant, ut illam sibi vendicent. Contra vero tum Angeli pugnant, tum multo magis opera quæ ipsa fecit, quibus ab adversariis oppugnantibus defenditur & custoditur, ut eam attingere nequeant. Quod opera bona vicerint, tunc ejus præconium canunt Angeli, donec cum lætitia Deo occurrat. Quo quidem tempore omnium laborum quos in mundo pertulit, obliviscitur. In hoc ergo exiguo vitæ curriculo alacriter laboremus, & opera nostra ab omni malitia pura atque integra custodiamus, ut e manibus inimicorum nostrorum qui admodum improbi crudelesque sunt, liberemur.

II. Beatus ille, in quo nihil eorum inest, quoniam gaudium ejus, & lætitia, & quies & corona est immortalis. Hujus autem mundi divitiæ & voluptates sunt vanæ. Ploremus coram Domino pro viribus, ut ipse pro benignitate sua nostri misereatur, nobisque ferat auxilium, quo nos adorientibus inimicis resistamus. Curam nostri geramus cum severitate, desiderioque feramur in Deum, ut tunc ex improbis inimicorum manibus nos eripiat. Pau-

A peres benigne complectamur, ut nos ab avaritia liberet. Omnes fratres nostros pariter diligamus, neminem omnino odio prosequentes, [b] *neque ulli malum pro malo reddamus*, atque ab æmulatione liberabimur. [c] Pacem cum omnibus, tam parvis, quam magnis habeamus. Omnibus in rebus humilitatem servemus, proximoque cedamus, quamvis injuria aut contumelia affecti, ut a superbia liberi simus. Proximum nostrum, licet vituperemur ab eo, honore prosequamur, & a maledicentia erimus alieni. Mundi delicias & dignitates contemnamus, ut ab invidia simus integri. Linguam in Dei laudibus & precibus contineamus, ut mendacium a nobis procul absit. Animum & corpus nostrum a libidi-

B ne arceamus, ut puri castique simus. Hæc enim animam, cum e corpore egreditur, tuentur atque defendunt; & virtutes ei sunt auxilio, si eas possederit. Quis sapiens recuset mortem oppetere, ut a mundi miseriis & peccatis liberetur? Faciamus, quod in nobis est, & virtus Domini nostri Jesu Christi nostræ non deerit humilitati. Novit enim hominis infirmitatem, & idcirco concessit illi perfugium pœnitentiæ, quamdiu est in corpore, usque ad extremum spiritum. Omnes igitur cogitationes tuas in Deo fige, ut te custodiat. Nihil in hoc mundo spei ponas, ne te perdat: res enim has omnes terrenas derelinques, & emigrabis. Quidquid autem gesseris propter Deum, id te necessitatis tempore

C comitabitur. Quæ mundi sunt, odio prosequere, ut Deum cor tuum videat. Orationi continenter incumbe, ut animus tuus illustretur. Desidiam fuge, ne dolore afficiaris in resurrectione justorum. Linguam tuam custodi, & Dei timorem amplectere. In pauperes benignus esto, ne in sanctorum conspectu confundaris. Ciborum ne indulgeas cupiditati, ne arceat te Amalec. A murmurationibus tempera, ne te serpentes devorent. Noli vinum diligere ad ebrietatem, ne Dei lætitia priveris. Pios homines dilige atque observa, ut per ipsos misericordiam consequare. Sanctos homines cole, ut zelus eorum comedat te.

D III. Regni cælorum recordare, ut ejus memoria te paullatim alliciat. Gehennam considera, ut ejus opera tibi sint invisa. Quotidie mane cum surgis, cogita, Deo te rerum omnium quas gesseris, ratione redditurum, & non peccabis adversus illum, sed ejus timor in te manebit. Para te, ut ei obviam procedas, & ejus voluntati obtemperabis. Eorum in quibus heic deficis, quotidie rationem subducito, & in ipso mortis articulo non affligeris. Videant fratres tui opera tua bona, & zelus sanctus comedat eos. Explora quotidie, ecquod in te vitium superaris, nec tibi propterea placeas; nam misericordia & virtus sunt Dei. De fide & probitate tua ne extollaris, sed ad ultimum usque vitæ

E spiritum sta in timore. Ne tibi ipse fidas, quamdiu vivis, donec superes omnes tenebrarum potestates. Vigila frater, adversus spiritum homini tristitiam afferentem. Multas enim tendit insidias, ut opprimat te. Tristitia quæ ex Deo est lætitiam affert, & hominem confirmat in voluntate Dei. Qui autem dicit tibi: Quo fugies? pœnitentiam non habes, veniam non invenies: is ab inimico est, & nihil aliud quærit, nisi ut abjecta continentia, incidas in desperationem. Tristitia vero quæ ex Deo est, hominem ad desperationem non impellit, sed contra potius eum consolatur, Ne timeas inquiens; ad Deum revertere, qui benignus & misericors est & novit hominum imbecillitatem. Malis cogitationibus acriter resiste,

a Luc. xxiii. 42. b Rom. xii. 17. c Ibid. ℣, 18.

& abs te fugient. Timidos enim ignavosque premunt ac superant, & fidem in Deo non habere coarguunt. Qui sibi ipse minime blanditur, quique suam agnoscit imperitiam atque infirmitatem; is non cupiditatibus indulget suis, sed divinæ obtemperat voluntati. Qui sibi ipse placet, & sententiam suam ceteris anteponit, timorem Dei a se abesse ostendit.

IV. Timor Dei custos est animæ, & rationis defensor adversus inimicos ejus. Qui Dei gloriam quærit, a se fugat immunditiam. Qui prudenter sollicitus est, abscindit cupiditates. Solicitudo enim, ut scriptum est, veniet ad hominem sapientem: Et qui se ipsum extenuat, novit sanitatem. Qui regis sui vicit adversarios, coronatur. Sunt vitia, sunt & virtutes. Quod si nos desidiæ dedimus, deprehendimur proditores. Labor secundum Deum ad virtutem auxilio est, desidia vitiorum est mater. Eorum qui virtutes capessunt, est ut si ceciderint, non desperent, sed exsurgant. Moderati corporis labores in excolendis virtutibus prosunt. Ex inertia pullulant vitia. Scienter pugnantium murus est, proximum non judicare. Murum hunc diruit, qui vituperat proximum. Linguæ moderatio prudentem indicat hominem. Qui linguæ laxat habenas, se procul a virtute abesse significat. Eleemosyna fiduciam parit: qui abhorret ab eleemosyna, virtutis est expers. Bonitas, mater est castitatis. Animi distractio gignit cupiditates. Cordis asperitas iracundiam promit. Animi exercitatio terrenas detestatur occupationes. [a] *Corporis exercitatio parum utilis est.* Animus concidit, cum occupationes diligit: exsurgit autem, dum moderatam quietem amplectitur. Somni satietas in corpore excitat cupiditates. Vigilia moderata salus est cordis. Somnus immodicus hebetat animum, moderatus autem illum acuit. Qui vigiliæ tempus in nugis consumit, tolerabilius illud in somno collocaret. Vitiorum omnium comes est dolor. Proximi conscientiam non pungit humilitas. Humana gloria paullatim superbiam parit. Distentio impedit cognitionem. Ventris continentia vitia domat. Epularum studium immensas excitat cupiditates. Corporis ornatus est animæ interitus. Divini judicii meditatio animum continet in officio.

V. Qui conscientiam conculcat, virtutes excutit e corde suo. Qui Deum timet, diligens est: qui illum non timet, amplectitur negligentiam. Qui os suum custodit prudenterque tacet, cogitationes in Deum tollit. E multiloquio desidia prodit & furor. Qui voluntatem suam proximo submittit, animum virtutis studiosum ostendit: qui vero voluntatem suam amplectitur, præ se fert imperitiam. Dei timor & tacita meditatio custodit animum a vitiis. Mundi colloquia cordi tenebras offundunt, & a virtutibus deterrent. Rerum amor terrenarum mentem atque animum perturbat: earum vero contemtus quietem affert & tranquillitatem. Qui celat cogitationes suas, mundi gloriam quærit: qui autem cogitationes suas patribus aperit, fugat eas a se. In domum quæ foribus fenestrisque caret, quilibet serpens ingreditur: huic similis est homo, qui laborat & non custodit labores suos. Quemadmodum ærugo ferrum consumit, sic ambitio cor hominis rodit. Quemadmodum hedera vitem amplexa, fructum illius destruit: sic inanis gloria hominis labores evertit. Inter virtutes excellit humilitas, & ingluvies præstat inter vitia. Virtutum finis est caritas, & vitiorum extremum est se justum existimare. Quemadmodum tinea lignum rodendo corrumpit, ita malitia cor hominis invadens animam opprimit. Qui animam suam projicit in conspectu Dei, facile perfert hominum contumelias. Qui se ipsum non reprehendit, ab iracundia superatur. Qui cum hominibus mundo deditis versatur sermonesque confert, animam suam perturbat & confundit eam, adimens illi fiduciam in oratione. Qui ea quæ mundi sunt diligit, animæ suæ tenebras offundit. Qui autem ea quæ mundi sunt, plane contemnit ac despicit, quæ vera sunt bona, cognoscit & percipit. Qui labores libenter sumit, facile vitia domat ac fugat: inertia vero atque ignavia ea gignit & fovet.

VI. Ne te civilibus negotiis implices, & animus tuus tranquillus erit. Ne confidas viribus tuis, & divinum auxilium aderit tibi. Nullo cum homine inimicitias exercueris, alioquin oratio tua exsecrabilis. Pax tibi cum omnibus sit, ut oratio tua Deo sit grata. Oculos tuos custodi, & cor tuum improba ne conspiciat. [b] Qui mulierem spectat cum voluptate, committit adulterium. Inimici jacturam ne cupias audire, ne cor tuum ultione gaudeat. Aures tuas obsera, ne tibi compares inimicos. Opere & labore manum exerce, ut pauper panem inveniat: inertia enim mors est & interitus animæ. Oratio frequens excutit servitutis jugum. Qui mortem cogitat appropinquare, facile temperat a peccatis. Qui diu se victurum sperat, multis peccatis irretitur. Qui ita vivit tamquam factorum suorum omnium rationem redditurus, auxilio Dei vitam suam servat integram a peccato: qui autem contemnit, Quando inquiens, erit illa dies? ambulat in via peccatorum. Cogita ubi sis, & quo tibi sit abeundum, cum e corpore discesseris, & nullo tempore negligas animam tuam. Honorem considera quem omnes sancti sunt affecuti, & eorum æmulatio te paullatim ad virtutem alliciet. Dedecus item considera in quod peccatores omnes inciderunt, & custodiet te semper a malis.

VII. Quidquid agis, id patrum tuorum consilio dirige, & tempus omne traduces cum tranquillitate. Attende tibi: cum te cogitatio stimulat, quod fratrem tuum offenderis, ne illam contemseris; sed supplex ab eo veniam pete, donec eam impetres. Cave ne durus acerbusque sis adversus fratrem tuum; ab inimico enim omnes tentamur. Si cum aliis fratribus habitas, noli semper illis imperare, sed simul labora, ne mercedem amittas tuam. Si tibi de victu vestituque dæmones solicitudinem injecerint, aut nimiam inopiam exprobrarint, nihil eis responde; sed te ipsum in toto corde tuo ante Deum prosterne, & ipse te consolabitur. Cave, ne in orationibus tuis negligens sis: ex illis enim lumen ad animam venit. Si multa bona opera fecisti, ne glorieris. Quod si mala rursus multa commisisti, cor tuum ne contabescat desperatione, sed diligenter attendat, ne illis amplius obstringatur. [1] Si libido te premit, corpus tuum affige sine intermissione in conspectu Dei cum humilitate, & quietem invenies. Si te livor invaserit, cogita nos omnes esse Christi membra, proximique tum honorem tum ignominiam esse nobis communem: & liberaberis. Si te gula ciborumque cupiditas oppugnat, fœto-

a 1. Tim. IV. 8. b Matth. V. 28.

1. *Si libido* cet.] Græca videas infra cap. IX. ex Possinianis.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.

rem inde provenientem considera, & conquiesces. Si te obtrectandi fratri vitium adoritur, cogita illud quam abjecti sit animi, invisumque Deo, & recedet a te. Si te superbia occupat, recordare per illam omnes excuti virtutum fructus, & abs te fugiet. Si te proximi contemtus invadit, cogita Deum traditurum te in manus inimicorum tuorum, & recedet a te. Si cor tuum trahit corporis pulcritudo, quæ sit intus in eo fœditas, considera, & requiesces. [1] Si feminæ voluptas tibi jucunda est, aliquid earum quæ jam mortuæ sunt memoria repete, & quietem invenies.

VIII. Hæc omnia rationis judicio discutiuntur. Quod quidem judicium assequi sine exercitatione non potes. Primum quies est necessaria: hæc studium parit: ex studio humanæ miseriæ cognitio nascitur, quæ gignit timorem Dei: ex Dei timore provenit humilitas: ex humilitate prudentia, ex prudentia dilectio: dilectio servat animam a perturbationibus liberam. Tunc homo quam longe sit a Deo, facile intelligit. Ad hæc virtutum ornamenta qui cupit accedere, humanam omnem abjiciat solicitudinem, & se ipsum ad mortem præparet; & quoties orat, consideret, quid sit quod separet ipsum a Deo, atque illud vitet, & mundum oderit universum: & Dei benignitas munera hæc illi omnia celeriter largietur. Ad ea vero nemo, mihi crede, aspirabit, qui vino cibisque indulget, & eorum quæ mundi sunt, aliquid amat, sed se ipsum decipit. Quamobrem omnes homines, qui Deum sibi per pœnitentiam conciliare cupiunt, hortor, ut a vino temperent. Vinum enim renovat omnia vitia, & ab anima Dei timorem expellit. Deum ora totis viribus tuis timorem tibi largiatur, quo possis omnia vitia miseram animam tuam, ut eam in servitutem redigant, oppugnantia superare. [2] Numquam igitur cesses, frater dum es in corpore, neque tibi ipsi confidas, quamvis interdum te sentias a perturbationibus liberum. Hostes enim nos ad tempus desinunt oppugnare, ut studium remittamus, quo nos imprudentes adoriantur, & infelicem animam nostram tamquam passerem rapiant, & in peccatis gravioribus detineant, quam erant illa, a quibus ut solveretur, antea precabatur.

X. Maneamus igitur in timore Dei, & virtutes omnes quæ hostium malitiam cohibent, amplectamur. Virtutes enim non solum a vitiis nos vindicant, sed animæ coronam parant, ante quam e corpore discedat. [3] Magister noster sanctus Dominus Jesus hostium nostrorum cognita crudelitate, & genus humanum commiseratus; [a] *Vigilate*, inquit, *quia nescitis, qua hora fur venturus sit*, ne forte veniat repente, & inveniat vos dormientes. Rursumque docens suos, [b] *Videte*, inquit, *ne graventur corda vestra crapula & ebrietate, & solicitudinibus hujus vitæ, & repente superveniat vobis hora*. Cum item sciret nobis esse fortiores adversarios nostros, ut doceret nos, ab ipso vim proficisci, qua muniti eos minime timeremus: [c] *Ecce ego vos*, inquit, *mitto sicut oves in medio luporum*, & præcepit eis [d], ut nihil acciperent in via. Cum enim nihil luporum haberent, non poterant eos lupi devorare. Porro cum incolumes observato mandato ejus revertissent, gratulatus est eis, gratias agens Deo & Patri pro ipsis. Et cor eorum confirmans dicebat illis: [e] *Videbam satanam tamquam fulgur e cælo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & nihil vobis nocebit*. Missio illa fuit cum timore & observatione. Sed cum expleto mandato reversi essent, dedit eis potestatem atque auctoritatem.

X. Hæc non ad eos solum pertinent, sed ad omnes qui mandata ejus observant. Cum enim eos diligeret caritate perfecta: [f] *Ne timeas*, inquit, *pusille grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam; & habebitis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis*. Cum autem & sermonem hunc servassent, dixit eis: [g] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. Et rursum eos cohortans: [h] *Qui diligit me*, inquit, *mandata mea servabit: & ego & Pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus*. Jam ut mundi terrorem ab illis excuteret, [i] *In mundo*, inquit, *afflictionem habetis: sed confidite, ego vici mundum*. Eos vero corroborans, ne in rebus adversis animum despondérent, & corda eorum lætitia perfundens: [k] *Vos*, inquit, *estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut Pater meus disposuit mihi regnum, ut edatis & bibatis in mensa mea*. Hæc autem non omnibus dixit, sed illis qui secum permanserant in tribulationibus. Quinam illi sunt, qui cum Jesu permanserant in tribulationibus, nisi qui constantes sunt in vitiis insectandis donec ea absciderint? Sic autem illos alloquebatur, cum esset ad crucem profecturus. Quamobrem qui vult edere & bibere in mensa Domini, una cum illo crucem conscendat. Crux enim Jesu est omnium cupiditatum, donec eas deleveris, insectatio.

XI. Itaque beatus Apostolus qui eas contriverat, audebat dicere: [l] *Cum Christo crucifixus sum. Vivo autem, jam non ego: vivit autem in me Christus*. In illis igitur qui cupiditates destruxerunt, vivit Christus. Quare filios suos Apostolus commonefaciens, [m] *Qui Christi Jesu sunt*, inquit, *carnem crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis*. Scribens autem ad Timotheum filium suum: [n] *Si*, inquit, *commortui sumus, & convivemus: si sustinemus, & conregnabimus: si negaverimus, & ille negabit nos*. Quis autem negat illum, nisi qui voluntatem suam facit secundum carnem, quique contumelia afficit sanctum baptisma? Nam per sanctum nomen ejus data nobis est remissio peccatorum. At hostis noster nos rursum peccato per invidiam obstrinxit. Cujus malitiam cum ab initio Dominus noster Jesus Christus non ignoret, pœnitentiæ nobis donum ad extremum usque spiritum concessit. Nisi enim hoc pœnitentiæ munus esset, nemo fere salvaretur. Proinde cum sciret Apostolus non deesse, qui peccent etiam post baptisma: [o] *Qui furabatur*, inquit, *jam non furetur*. Dum igitur Spiritus sancti signaculum habemus, abolere peccata nostra studeamus, ut misericordiam inveniamus in die illa quæ jam appropinquat. Cito enim aderit [p] *Dominus sedens in solio majestatis suæ, & congregabuntur coram illo omnes tribus*: & unusquisque ex propria lampade quam in manu tenebit, illustrabitur. Quod si quis oleum non habuerit, lampas ejus exstingue-

a Matth. xxiv. 42. 43. *b* Luc. xxi. 34. *c* Matth. x. 16. *d* Luc. ix. 3. *e* Luc. x. 18. 19. *f* Luc. xii. 32. *g* Joan. xiv. 27. *h* Ibid. v. 23. *i* Joan. xvi. 33. *k* Luc. xxii. 28-30. *l* Gal. II. 19.20. *m* Gal. V. 24. *n* II. Tim. II. 11. 12. *o* Ephes. iv. 28. *p* Matth. xxv. 31. 32.

1. *Si feminæ vol.*] Hæc item Græce ibidem exhibentur.
2. *Numquam igit.*] Græca l. c. cap. x.
3. *Magister noster* cet.] Hæc infra Græce cap. xiii.

tur, & in tenebras conjicietur. Qui lampadem splendidam & ardentem habuerit, in regnum ingredietur.

XII. Demus igitur operam, fratres, ut vasa nostra sint oleo plena, quamdiu sumus in corpore, quo lampas nostra nobis in regnum ingredientibus præluceat. Præclara lampas atque illustris est anima sancta. Anima enim bonis operibus splendens, in regnum introibit: anima vero malitia coinquinata, in tenebras discedet. Vigilate igitur fratres, & bonis operibus incumbite, quoniam tempus appropinquat. Beatus qui strenue se gerit. Matura jam seges est, & messis adest. Beatus qui fructum suum servavit: quia venient Angeli, & recondent illum in horreo æterno. Væ illis qui zizania sunt, quoniam ignis eos manet. Hereditas hujus mundi est aurum, & argentum, & domus, & vestimenta: quæ quidem omnia peccati materiam præbent; & tamen hinc discedentes ea relinquimus. Dei vero hereditas est immensa, quam [a] *neque oculus vidit, neque auris audivit, neque cor hominis cogitatione comprehendit.* Atque hanc elargitur iis, qui exiguo hoc tempore mandatis suis obtemperant. Hanc pro pane & aqua & vestimentis quæ pauperibus largiti fuerimus, pro humanitate, pro corporis castitate, pro cordis innocentia & reliquis virtutibus accipiemus. Quas quidem virtutes qui colunt, & quietem inveniunt in hoc sæculo, & in honore ac veneratione sunt apud homines; & cum e corpore decesserint, gaudium percipient sempiternum. Qui vero cupiditatibus indulgent suis, nec pœnitentiam agunt, sed voluptate detinentur, & opinionis errore decepti delicias aucupantur, & vitia complectuntur, nec Dei judicium reformidant, crudelesque sunt atque inhumani adversus pauperes, & reliquis se se peccatis obstringunt atque contaminant: isti cum in hoc sæculo confundentur, despectique atque invisi erunt apud homines, tum vero, cum ex hoc mundo migraverint, dedecus eos & ignominia in gehennam consequetur. Potest autem Deus dignos nos facere, qui in operibus ejus proficiamus abstineamusque ab omni opere malo, ut servari possimus in tempore tentationis, quæ ventura est super mundum universum. Neque enim tardat Dominus noster Jesus Christus, sed veniet secum præmia ferens: atque impios quidem mittet in ignem æternum, piis autem mercedem tribuet, & ingredientur cum ipso in regnum cæleste, ubi conquiescent in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XVIII.

De injuriarum oblivione.

I. SAnctus Apostolus præcipiebat filiis suis, [b] *Dominus* inquiens, *prope est: nihil soliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei quæ superat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras.* Et Dominus in Evangelio: [c] *Dimittite*, inquit, *omnia peccata debitoribus vestris, ut & vobis dimittat Pater vester peccata vestra.* Verbum Domini terribile ac formidandum. Nisi cor tuum videris erga omnes purum, cave petas aliquid a Deo, ne te ipsum afficias ignominia: qui peccator cum sis, & succenseas proximo tuo, tamen corda scrutanti audeas dicere, dimitte mihi peccata mea. Qui talis est, non orat mente, sed labiis cum ignorantia. Qui enim in veritate orare vult Deum in Spiritu sancto & corde puro, animum suum explorat, ante quam ad orandum accedat, utrum odii quippiam retineat adversus aliquem, an non, ne se ipsum decipiat, cum audiat nemo. Siquidem nec mens ipsa orat, nisi quodam consuetudinis instituto horarias preces persolvendi. Quamobrem si puram vis orationem offerre, prius excute mentem tuam, atque ita constitue, ut si dixeris; Miserere mei, ipse quoque precantis te miserearis. Si dixeris; Ignosce mihi, tu item inimicis ignoscas tuis. Si dixeris; Ne reminiscaris delicta mea, nec tu proximi tui delicta recorderis. Si dixeris; Ne memineris peccatorum, quibus me vel volens vel invitus obstrinxi; ipse quoque, quibus sis affectus injuriis, obliviscaris. Hæc nisi præstiteris, frustra precaris. Neque enim te Deus exaudit, ut omnes scripturæ testantur. Sic enim in evangelio Matthæi præcipit orare: [d] *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis peccata vestra.* Et in evangelio Lucæ: [e] *Dimittite*, inquit, *& dimittetur vobis.* Et alibi discipulos precari docens: *Et dimitte nobis peccata nostra, si quidem & nos dimittimus omni debenti nobis.*

II. Totam caritatis vim ostendi tibi, ut quod a Deo vis tibi fieri, id prior ipse facias. Et tunc ea mensura quam hominibus exhibuisti, liberaberis. Cordis affectionem Deus intuetur, non linguæ verba tantum. Cor igitur tuum ita confirma, ut omnes injurias oblivione deleas voluntaria: nihil enim voluntate vehementius est, sive ad mortem sive ad vitam inclinet. Beati igitur qui vitam æternam diligunt, quia non offendent. In eam curam omni labore & studio est incumbendum, ut oppugnantes opprimas cogitationes, ante quam cor tuum vulnerent. Id assequere, si peccata tua semper ante oculos habueris. Hoc enim pacto si quam tibi ab aliquo illatam injuriam intellexeris, facilius ex animo tuo pelles omnem ulciscendi cupiditatem. Quod si proximo tuo perrexeris succendere, gehennæ timor invadet te; & cum tibi ignosci postulaveris, ita coarguet: Infelix ac miser homo, ad hunc usque diem te Deus patienter exspectavit, nec peccata tua patefecit; & tu palam irasceris fratri tuo, & peccata ejus acerbe persequeris, & speras te a Deo veniam impetraturum? Falleris, mihi crede. Si igitur cor tuum mite fuerit & facile ad ignoscendum, apud Deum misericordiam invenies. Sin durum adversus proximum exstiterit & inhumanum, nulla tui habebitur ratio in conspectu Dei. Ignosce mihi. Ego enim egenus plane sum, & peccatis obstrictus. Et hæc scribens confundor in corde meo. Nisi enim homo ad filii Dei naturam & exemplum se composuerit, inanes sunt omnes labores ejus. Qui seminat, multiplicem fructum exspectat: quod si spes eum fefellerit, dolet, quod semina laboresque perdiderit.

III. Petrus Apostolus cum Romæ esset affigendus cruci oravit, ut capite demisso suspenderetur. Quo quidem mysterio, quæ naturæ contraria sunt, atque homini dominantur, indicavit. Quisquis enim baptizatus est, debet omnia naturæ rationique repugnantia, quibus superatus est Adam & ex gloria in ignominiam æternumque dedecus deturbatus, crucifigere. Forti igitur animo pugnandum est, despi-

a I. Cor. II. 9. b Philipp. IV. 5-7. c Matth. VI. 14. Marc. XI. 25. d Matth. VI. 12. 14. e Luc. VI. 37.

Sæcul. IV, circa Ann. Chr. 372.

ciendaque omnia quæ apud homines ſunt in pretio. A Hæc enim ſunt illa, quæ filios Adam redigunt in ſervitutem: nempe lucrum, honor, otium, gloria, corporis pulcritudo, & cetera his ſimilia quæ nutriunt voluptatem, quam draco in os Evæ conjecit. Quamobrem nos quoque ex malis cogitationibus quæ nos Dei hoſtes conſtituunt, agnoſcimus nos eſſe filios Adam. Beatus qui cum Chriſto crucifixus eſt, & mortuus, & ſepultus, & reſurrexit in novitate vitæ, & ſancta Jeſu veſtigia ſequitur; qui pro nobis factus eſt homo, ut ei per humilitatem, & paupertatem, & injuriarum ignominiæque tolerantiam ſimiles efficiamur, & de corpore nihil ſoliciti, neque malorum inſidias veriti, pacem cum omnibus habeamus. Qui vitiis ſublatis hæc comple- B ctitur, is ex Chriſto eſt, & filius Dei, & frater Jeſu. Faxit Deus, ut nos omnes ſimus in numero electorum ejus, & bonis potiamur ſempiternis in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO XIX.

De morbis animi.

I. Clamare libet & mihi cum Eſaia propheta: [a] *Patiens fui, ſicut parturiens loquar; diſſipabo eos, & perdam.* Si te ipſum noſti, ſi fons in te fluit Spiritus ſancti, conſtat diſſipatos & per- C ditos eſſe inimicos tuos. [b] *Non eſt*, inquit Salvator noſter, *regnum Dei heic aut illic, ſed intra vos.* Sunt qui loquuntur ea quæ regni ſunt, nec tamen faciunt; ſunt rurſus qui ea faciunt; ſed minus ſcienter & conſiderate: pauciſſimi vero intra quos ſit regnum Dei, ut Salvator ait. Ad hos pervenit Spiritus ſanctus: in his impletus eſt ſermo Joannis Evangeliſtæ; [c] *Poteſtatem dedit eis filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine ejus; qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo, nati ſunt.* Iſti liberati ſunt a dolore qui Evam invaſit; [d] *In dolore filios paries.* Iſti liberati ſunt ab acerba ſententia, quæ lata fuit in Adam: [e] *Maledicta terra in opere tuo.* Iſti ſunt D qui gratiam accipiunt, quam accepit Maria; [f] *Quia Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Quemadmodum enim dolor cepit Evam & ſemen ejus ad hunc uſque diem: ſic gaudium cepit Mariam, & bonos omnes Chriſtianos in perpetuum. Sicut igitur eramus jam filii Evæ, & maledictionem ejus in nos per malas noſtras cogitationes agnoſcebamus: ita debemus intelligere nos eſſe filios Dei per bonas Spiritus ſancti cogitationes, & Chriſti paſſiones, ſi quidem vere ſunt in corpore noſtro. Sic enim ab Apoſtolo ſcriptum eſt: [g] *Probate voſmet ipſos, utrum Chriſtus in vobis ſit, ne forte reprobi ſitis.* Quando enim ferebamus [h] *imaginem terreni*, cognoſcebamus nos E ejus eſſe filios ex turpi materia cogitationum in nobis habitantium, quæ morbi ſunt animi: qui autem *cæleſtis* geſtant *imaginem*, cognoſcunt ſe Dei filios per Spiritum ſanctum in ipſis habitantem. Eſaias enim clamat: [i] *Ex timore tuo Domine, in utero concepimus, & parturivimus, & peperimus ſpiritum ſalutis in terra.* Et rurſus in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: [k] *Quemadmodum compinguntur oſſa in ventre gerentis, ſic eſt via ſpiritus.* Nam ſicut ſancta virgo geſtavit Dei filium in carne: ita qui Spiritus ſancti gratiam accipiunt, concipiunt & geſtant illum in corde ſuo, ſicut Apoſtolus ait [l] *habitare Chriſtum in interiori homine per fidem in cordibus veſtris, radicati & fundati in caritate, ut poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis.* Et rurſus: [m] *Habemus*, inquit, *theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, ut ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis.*

II. Si illuc igitur perveniſti, ut eadem imagine ex gloria in gloriam ſis transformatus, & impletum eſt in te illud Apoſtoli; [n] *Et pax Dei exſultet in cordibus veſtris*; & [o] *Si in mente veſtra eſt Chriſtus Jeſus.* Et; [p] *Quoniam e tenebris lux effulſit in cordibus veſtris cognitionis Dei*: & ſi adimpletum eſt illud in te; [q] *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: & eritis ſicut ſervi exſpectantes dominum ſuum, donec revertatur a nuptis.* Ne obſtruatur os tuum, non habens quod reſpondeat in medio ſanctorum. Et ſi noſti te, quemadmodum virgines illas habere oleum in vaſe tuo, ut ſponſo obviam procedas, neque excludaris; Et ſi cognoſcis ſpiritum tuum, & animam, & corpus eſſe conjuncta ſine reprehenſione, ut in die Domini noſtri Jeſu Chriſti ſine macula appareant: Et ſi te non accuſat neque arguit conſcientia: Et ſi parvulus factus es juxta ſermonem Salvatoris dicentis; [r] *Sinite parvulos venire ad me; talium enim eſt regnum cælorum*: vere ſponſa ejus facta eſt anima tua, & Spiritus ſanctus in te, nunc etiam dum es in corpore, conquieſcit. Quod ſi non es ejuſmodi, dolorem & gemitum acerbum exſpecta, quoniam dedecus & ignominia præcedent te in conſpectu ſanctorum. Quemadmodum virgo quotidie mane cum ſurgit, nihil aliud curat, niſi ut ornet ſe ſponſo ſuo, & ſpeculo explorat diligenter, ne qua macula reſideat in vultu ſuo, qua ſponſus offendatur: ſic magna quotidie cura & diligentia ſancti cogitationes & ſermones, actionesque explorant ſuas, ne quid in illis ſit quod cæleſti ſponſo diſpliceat. Nullis neque animi neque corporis laboribus parcito frater, ut æternum illud gaudium aſſequare, quo pauci reperiuntur digni; nimirum illi, qui [ſ] *ſpiritus gladio* animum ſenſuſque ſuos [t] *ab omni inquinamento*, ut monet Apoſtolus, mundaverunt. Adjuvet Deus infirmitatem noſtram, ut in numero ſanctorum ejus eſſe mereamur per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

ORATIO XX.

De humilitate.

Η Ταπείνωσίς [1] ἐστι, τὸ λογίσασθαι ἑαυτὸν ἁμαρτωλὸν εἶναι, καὶ μηδὲν καλὸν ποιεῖν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ ἔργον τῆς ταπεινώσεώς ἐστιν ἡ σιωπὴ, καὶ τὸ μὴ μετρεῖν ἑαυτὸν ἔν τινι, μηδὲ φι-

I. Quid eſt humilitas? Humilitas eſt cum quis ſe peccatorem exiſtimat, & nihil boni facere in conſpectu Dei. Humilitatis exercet officia, qui ſilentium colit, qui ſibi ipſe non pla-

a Iſa. XLII. 13. *b* Luc. XVII. 21. *c* Joan. I. 12. 13. *d* Gen. III. 16. *e* Ibid. ℣. 17. *f* Luc. I. 35. *g* II. Cor. XIII. 5. *h* I. Cor. XV. 49. *i* Iſa. XXVI. 17. 18. *k* Eccle. XI. 5. *l* Epheſ. III. 16-18. *m* II. Cor. IV. 6. *n* Coloſſ. III. 15. *o* Rom. VIII. 10. *p* II. Cor. IV. 6. *q* Luc. XII. 35. *r* Matth. XIX. 14. *ſ* Epheſ. VI. 17. *t* II. Cor. VII. 1.

1. Η ταπείνωσις κ. τ. λ.] Græca hujuſmodi nobis ſervavit S. Joannes Damaſcenus in *Parall. ſacr.* opp. tom. II. pag. 698.

λογεικῆσαι· ἡ ὑποταγὴ, τὸ βλέμμα ἔχειν χαμαὶ, τὸ ἔχειν πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν ἑαυτοῦ θάνατον, τὸ φυλάξαι ἑαυτὸν ἀπὸ ψεύδους, τὸ μὴ ὁμιλῆσαι ἐν ματαιολογίαις, τὸ μὴ ἀντιλέγειν τῷ μείζονι, τὸ μισῆσαι τὴν ἀνάπαυσιν, τὸ βιάζεσθαι ἑαυτὸν ἐν κόπῳ, τὸ νήφειν. ἀδελφὲ, μετὰ ἀκριβείας πλέσαι τὰς ἐντολὰς ταύτας, ἵνα μὴ γένηται ἡ ψυχή σου κατοικητήριον παντὸς πάθους· ἀλλὰ νῆφε εἰς ἓν ἕκαστον αὐτῶν, ἵνα μὴ τελέσῃς ὅλον τὸν βίον σου ἄκαρπον.

A cet ulla in re, qui non est contentiosus, qui se subjicit omnibus, qui oculos humi defixos tenet, qui mortem assidue meditatur, qui a mendacio cavet, & a nugis & sermonibus abhorret inutilibus, qui majoribus non adversatur, qui sententiam suam minime defendit, qui æquo animo fert contumeliam, qui otium fugit, qui labores libenter subit, qui neminem irritat. Da igitur operam, frater, ut hæc possideas, ne anima tua domicilium fiat omnium perturbationum, & vitam transigas semper infructuosam. Concedat nobis Deus, ut fructus feramus dignos æterna vita, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 372.

ORATIO XXI.

De pœnitentia.


I. Quæsitum fuit ex Abbate Esaia, quid esset pœnitentia, aut quid esset fugere a peccato. Qui respondens, Duæ sunt, inquit, viæ. Una vitæ, mortis altera. Qui per hanc ingreditur, in illa non ambulat. Qui autem in utraque incedit, nondum addictus est uni, neque ad regnum, neque ad supplicium, donec e vita decesserit. Judicium est Dei, cujus & misericordia. Qui vult in regnum introire, opera ejus observat. Regnum enim cælorum destruit omne peccatum. Seminant inimici, sed eorum non germinant semina cogitationum. Etenim cum mens divinitatis dulce- C dinem degustarit, jacula nequeunt ad eam penetrare. Munita est enim virtutum clypeo, quo se defendit ut nequeat perturbari, & propriæ incumbit meditationi, ut viam utramque discernat, atque unam quidem fugiat, alteram autem diligat. Si quis Dei gloriam novit, is inimici sævitiam intelligit. Si quis regnum agnoscit, is gehennam non ignorat. Cui nota est dilectio, huic perspectum est odium. Cui amor Dei cognitus est, huic odium mundi non est incognitum. Qui munditiam novit, is immunditiam detestatur. Qui scit virtutum fructum, is etiam scit qui sit malitiæ fructus. Cui de bonis operibus Angeli gratulantur, is non dubitat dæmones gaudere, cum eorum opera perficimus. D Quomodo quispiam intelligat, quæ sit avaritia, nisi propter Deum paupertatem amplectatur? Quomodo quis æmulationis amaritudinem norit, nisi mansuetudinem sit adeptus? Quomodo quis iracundiæ cognoscat perturbationem, nisi omnibus in rebus patientiam diligat? Quomodo libidinis fœtorem, nisi integræ castitatis sentiat suavitatem? quomodo obtrectationis dedecus, nisi suas agnoscat infirmitates? quomodo risus ineptias, nisi in lugendis peccatis lacrymas effundat? quomodo desidiæ vitium, nisi sensibus recte constitutis Dei lumen perspiciat?

II. Horum malorum omnium caput est unum, malitia inimici. Virtutum autem fons est timor E Dei. Qui Dei timorem possidet, in castitate virtutes parit, & amputat malitiæ ramos quos recensuimus. Dei timorem amplectere, frater carissime, & tempus omne traduces cum tranquillitate. Virtutum enim omnium radix est timor Dei. Quamdiu quis hæc transgreditur, nondum est regni cælorum. Paullatim igitur illi certandum est, donec vitia quæ commemoravimus, expugnet. Id autem hoc argumento intelliget se consecutum. Donec sinistra peragit opera sua, nondum peccatum interiit: neque virtus dexteræ tecum conquiescit. Scriptum est enim: [a] *An nescitis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis,* B *sive peccati ad mortem: sive obeditionis ad justitiam?* Et rursum: [b] *An nescitis, quod Jesus Christus in vobis est? nisi forte reprobi estis.* Et Jacobus: [c] *Si quis*, inquit, *videtur religiosus esse, non refrenans linguam suam, hujus vana est religio.* Hæc omnia nos docet Spiritus sanctus, ut a peccato recedamus, neque in illud amplius incurramus. In hoc enim pœnitentia consistit. Peccatum vero non unum est, sed multiplex. Totus enim homo vetus peccatum appellatur. Idcirco; [d] *Nescitis*, inquit Apostolus, *quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium?* Quis autem est hic, nisi qui constanter & fortiter pugnat? [e] *Qui enim*, inquit, *in agone contendit, ab omnibus abstinet.* Curam igitur nostri geramus, fratres carissimi. In eo autem hæc cura potissimum sita sit, ut supplices procidamus in conspectu bonitatis Domini nostri Jesu Christi, qui potest nos ex improbis inimicorum nostrorum manibus liberare.

III. Idem Abbas, cum ex eo quæreretur, quomodo sit in cella quiescendum, respondit: Is in cella recte quietem & silentium colit, qui supplex ante Deum prostratus assidue vacat orationi, & totis viribus improbas omnes inimici repellit cogitationes. Id enim est, a mundo procul aufugere. Rursum ex eo cum quæreretur, quid esset mundus: Mundus est, inquit, animi ad peccata distractio. Mundus est, cum ea quæ naturæ contraria sunt, sequimur. Mundus est, cum carnis voluptates implemus. Mundus est, cum arbitramur diu nos in hoc sæculo permansuros. Mundus est, cum majorem corporis, quam animæ curam gerimus. Mundus est, cum iis quæ caduca sunt gloriamur. Non ex me ipso ista confingo, sed Joannes Apostolus ita loquitur: [f] *Nolite diligere mundum, neque ea quæ ex mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ; quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit & concupiscentia ejus: Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.* [g] *Filioli, ne quis vos seducat. Qui facit justitiam, justus est: Qui autem peccatum facit, ex diabolo est: Ab initio enim diabolus peccat.* [h] *Amicitia enim mundi inimicitia est in Deum.* Et Petrus Apostolus deterrens filios suos a peccato: [i] *Hortor*, inquit, *vos fratres tamquam advenas & peregrinos, ut abstineatis a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam.* Et dilectus Dominus noster Jesus, cum sciret mundum afferre nobis peccati molestiam, donec illum relinquamus, discipulos suos confirmavit; [k] *Venit*, inquiens, *princeps mundi hujus, & in me nihil eorum quæ ipsius sunt, invenit.* Et rursum: [l] *Mundus in maligno positus est.*

a Rom. VI. 16. b II. Cor. XIII. 5. c Jac. I. 26. d I. Cor. IX. 24. e Ibid. ✝. 25. f I. Joan. II. 15-17. g I. Joan. III. 7. 8. h Jac. IV. 4. i I. Pet. II. 11. k Joan. XIV. 30. l I. Joan. V. 19.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



Ac de discipulis suis dicebat [a] eos se elegisse de mundo. Quomodo e mundo elegit eos, nisi ex omni occupatione peccati? Quisquis igitur vult esse discipulus Jesu, fugit a vitiis: nisi enim ea projecerit, Dei non potest esse domicilium, neque divinitatis dulcedinem degustare. [b] *Lucerna* enim, inquit, *corporis est oculus. Nisi oculus simplex fuerit, totum corpus tenebrosum erit.* Itaque nisi mens a malitia fuerit aliena, atque integra, non potest divinitatis lucem intueri. Malitia enim tamquam obscurus paries menti prætenditur, & animam desertam efficit, ut in Evangelio scriptum est: [c] *Nemo lucernam accendens ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant.* Mundi hujus injustitia modius dicitur, qua dum mens ipsa distinetur, in ea divinitatis lucerna non potest esse. At si mens super sublimius candelabrum fuerit, tunc divinitatis lumen in ipsa est: tunc cognoscit eos qui in domo sunt, & quos debet ejicere, & quibuscum pacem habere. Sic enim docuit eos, quorum mens in divinis mandatis illustrata est. [d] *Dico*, inquiens, *vobis qui auditis: Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos. Orate pro calumniantibus & persequentibus vos. Percutienti te in dextera maxilla, præbe illi & alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni petenti te tribue: Et volenti mutuare a te, ne avertare: Et ab eo qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.*

IV. Hæc dixit ad eos qui mundum fugerant. Reliquerant enim omnia sæculi hujus, & paraverant se ipsos, ut Salvatorem suum sequerentur. Ideo diligens eos caritate perfecta dicebat eis: [e] *Surgite, abeamus hinc.* Quo igitur ducit eos, quia dicit; *Surgite, abeamus hinc*? Ab hujus sæculi negotiis abducit illos in regnum suum, ut requiescant. Quamobrem ad ipsos; [f] *Ego*, inquit, *sum vitis, & vos palmites. Manete in me, & ego in vobis. Quemadmodum palmes non potest ferre fructum, nisi manserit in vite: ita nec vos nisi in me manseritis.* Sic eos alloquitur qui mundum reliquerunt, quia Spiritus sanctus in illis est & habitat in cordibus eorum. [g] *Non relinquam vos orphanos, sed veniam ad vos.* Si quis igitur Deum diligit, & vult eum in se habitare, & se orphanum non derelinqui, studeat ea quæ Jesus præcepit, observare, & habitabit cum ipso. Neque enim procul a nobis est, neque inter ipsum & nos quidquam intercedit, nisi peccatum. Quamobrem frater, si dicis te mundo renuntiasse, & ea quæ mundi sunt facere deprehenderis, non renuntiasti plane; sed te ipsum decipis. Hoc enim eorum qui mundo renuntiaruut, judicium tulit: [h] *Qui amat*, inquiens, *animam suam, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, servabit eam.* Quomodo quis perdit animam suam, nisi dum omnes carnis voluntates amputat? Et rursum: [i] *Qui non tollit crucem suam & sequitur me, non potest meus esse discipulus.* Quam dicit ut tollamus crucem? nisi ut mens assidue vigilet & virtutibus incumbat? A cruce non discedit, qui vitia persequitur, donec ea profliget ac superet. Ad eos qui resurgunt; [k] *Nisi*, inquit, *granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Eos vero qui ad grani similitudinem moriuntur, consolatur; [l] *Qui mihi*, in-

A quiens, *ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Et ubi ego sum, illic & minister meus erit.* Quomodo ministrant Jesu, nisi dum mundi vitia odio persequuntur, & observant mandata Dei? quorum observatione fiduciam sumunt, & dicunt ei: [m] *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* quibus ille respondet: *Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes judicantes duodecim tribus Israel. Et quicumque reliquerit domos, aut fratres aut sorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*


B

V. Cum sciret dilectus Dominus noster Jesus fieri non posse, ut hominis mens ad crucem accederet, nisi ab omni mundi solicitudine abesset, præcepit, ut omnia relinqueret, quorum occasione avocaretur a cruce. Ideo venienti ad se dicentique, [n] *Sequar te Domine, sed permitte, ut prius disponam ea quæ in domo mea sunt*, prohibuit: quoniam si ea vidisset cor ejus, iterum ad illa declinasset. [o] *Nemo*, inquit, *mittens manum ad aratrum, & revertens retro, aptus est ad regnum cælorum.* Jam cum fecisset cœnam filio suo pater [p], misissetque servos qui vocarent invitatos, & rerum quas quisque diligebat, cupiditate noluisset venire, dolore commotus C dixit: [q] *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores atque etiam animam suam, non potest meus esse discipulus.* Quibus verbis significavit, non posse nos ad regnum quod cupimus, pervenire, nisi prius decreverimus odio persequi ea quæ cor nostrum ad mundum alliciunt. Porro monens nos, ne fide sola in qua non insint opera, confidamus: [r] *Ingressus* inquit, *rex ut recumbentes videret, aspexit illic hominem non indutum veste nuptiarum, & jussit eum extrudi in tenebras exteriores.* Ingrediuntur enim quia sunt nomine Christiani; ejiciuntur autem, quia non habent opera nomini congruentia. Sciebat Apostolus neminem, quæ Dei & quæ mun- D di sunt, simul posse diligere, ideo scripsit ad Timotheum discipulum suum: [s] *Nemo militans vitæ negotiis implicatur, ut ei placeat a quo miles electus est. Neque pugil quisquam coronatur, nisi legitime certaverit.* Et confirmans eum, ne labores suos crederet inanes fore, [t] *Laborantem*, inquit, *agricolam oportet primum de fructibus accipere.* Et ad Corinthios scribens. [u] *Qui sine uxore est*, inquit, *solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est.* Caveat unusquisque, ne vocem illam audiat: [x] Projicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.

E

VI. Demus igitur operam pro viribus fratres, ut induamus vestimenta virtutum, ne foras exturbemur. Nulla enim erit acceptio personarum apud Deum in illa die. Et [y] *qui turpiter flagitioseque vivunt*, ut ait Apostolus, *regnum Dei possidere non possunt.* Et quoniam qui ex mortis operibus suscitantur, & vivunt secundum spiritum, a quo accusentur non habent: quinam sit fructus ipsius spiritus indicat: [z] *Fructus*, inquiens, *spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, boni-*

a Joan. xv. 19. b Luc. xi. 34. c Luc. viii. 16. d Luc. vi. 27-30. e Joan. xiv. 31. f Joan. xv. 5. 4. g Joan. xiv. 18. h Joan. xii. 25. i Luc. xiv. 27. k Joan. xii. 24. 25. l Ibid. ℣. 26. m Matth. xix. 27-29. n Matth. viii. 21. o Luc. ix. 62. p Luc. xiv. 17. q Ibid. ℣. 26. r Matth. xxii. 11. 13. s II. Tim. II. 4. 5. t Ibid. ℣. 6. u 1. Cor. vii. 32. 33. x Matth. xxv. 30. y 1. Cor. xv. 50. z Gal. V. 22. 23.



tas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversus hujusmodi non est lex. At amabilis Dominus noster Jesus, ostendens nobis opera in illa die esse patefacienda; [a] *Multi*, inquit, *quærent ingredi, & non poterunt. Postea quam enim pater familias surrexerit, & ostium clauserit, pulsantibus respondebit: Nescio vos.* Num possumus dicere Deum quidquam ignorare? Absit. Cur igitur dicitur, *Nescio vos?* Quia virtutes ignorant illi qui pulsant & dicunt; [b] *Domine, Domine, aperi nobis.* Ac de illis quidem qui fidem habent, & non habent opera, rursum loquitur: [c] *Ego sum* inquiens, *vitis, & vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: qui autem in me non manet, ejicietur foras, & arescet, & in ignem conjicietur.* [d] Qui autem fructum ferunt bonum, eos purgat Deus, ut plus fructuum ferant. Quod autem illos non amet qui carnis obtemperant voluntati, declarat: [e] *Non pro mundo* inquiens, *rogo, sed pro iis quos dedisti mihi: Quia tui sunt:* [f] & ego elegi eos de mundo: mundus enim quæ sua sunt, diligit. [g] *Pater serva illos a malo, quia non sunt de mundo.* Exploremus nosmetipsos fratres, utrum simus de mundo, necne. Quod si non sumus e mundo, nos a malo servabit. Sic enim ait: [h] *Non pro iis tantum rogo, sed & pro illis qui per sermonem ipsorum in me credent, ut omnes unum sint, sicut & nos unum sumus.* Et rursum: [i] *Ut ubi ego sum, illic sint & ipsi mecum.*


VII. Considerate carissimi, quanta nos qui in hoc mundo certamus, & carnis voluntatem odimus, caritas amplectatur, siquidem regnaturi sumus cum ipso in infinita sæcula. Contemplans enim magnam illam gloriam Joannes Apostolus: [k] *Scimus*, inquit, *quia cum apparuerit, similes ei erimus*, [l] si servaverimus mandata ejus & ea quæ sunt placita in conspectu ejus fecerimus. Et idem rursus: [m] *Nolite mirari, carissimi, si mundus vos odit. Nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Et rursum: [n] *Omnis qui non facit justitiam, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum.* Et rursum: [o] *Qui facit justitiam, ex Deo natus est.* [p] *Qui autem peccatum facit, ex diabolo est.* Et rursum: [q] *Qui ex Deo natus est, peccatum non facit, quia semen ejus in ipso manet & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* His testimoniis confirmati ad Dei benignitatem confugiamus, ut misereatur nostri, viresque tribuat quibus mundi istius immundi jugum excutiamus. Neque enim inimicus noster umquam cessat vias omnes persequi, quibus animas nostras deprædetur. Verum Dominus noster Jesus Christus nobiscum est. Ejus verba nobis opitulantur. Horum virtute, si ea servaverimus, inimicum conteremus. Alioqui quis ei resistere valeat? Petrus Apostolus docens hominem operibus servari, [r] *Ministrate*, inquit, *in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis caritatem. Hæc* enim *si vobis adsint & superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitione. Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est & manu tentans, oblivionem accipiens veterum suorum peccatorum.* Et

A Joannes Baptista: [f] *Facite*, inquit, *fructus dignos pœnitentiæ. Jam & securis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor non faciens fructum bonum, exscinditur, & in ignem mittitur.* Et Dominus: [t] *Ex fructu*, inquit, *arbor* cognoscitur. [u] *Numquid colligunt e spinis uvam, aut e tribulis ficus?* Et rursum. [x] *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est.* Et Jacobus; [y] *Fides*, inquit, *sine operibus mortua est. Et dæmonia credunt, & contremiscunt. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, sic & fides sine operibus mortua est.* Apostolus item affirmans filiis suis fidem operibus indigere, sic eis vehementer præci-
B pit: [z] *Fornicatio, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei.* Et hæc confirmans subjicit: [aa] *Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios inobedientiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino: ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & justitia, & veritate, probantes, quid sit beneplacitum Deo: & nolite com-
C municare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.* Et rursum: [bb] *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.* [cc] *Imitatores*, inquit, *mei estote, sicut & ego Christi.* [dd] *Quicumque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis.*

VIII. Exploremus nos ipsos fratres utrum Christum induerimus, an non. Agnoscitur Christus per castitatem: castus est enim, & in castis habitat. Quomodo igitur casti sint, nisi desinant ea flagitia facere quæ faciebant? Ea enim est Dei benignitas, ut quacumque hora se converterit homo a peccatis
D suis, suscipiat eum cum gaudio, & veterum ejus peccatorum obliviscatur, sicut in Evangelio scriptum est de filio juniore [ee], qui hereditatis suæ partem prodigus dilapidarat, & ad extremum eo redactus est, ut porcos pasceret, & saturari cuperet porcorum cibo. Denique resipiscens intellexit, nullam inveniri peccatorum satietatem. Quanto enim magis ea committimus, tanto majori eorum accendimur cupiditate. Cum igitur pœnitentiæ stimulus eum attigisset, rem non distulit; sed statim carnis voluntatem abjiciens, ad patrem suum rediit cum humilitate. Patris enim misericordia confisus, speravit eum sibi peccata quæ commiserat, non exprobraturum. Quamobrem & pater ejus confestim
E jussit, illi sanctitatis stolam dari, & arram paterni amoris. Hoc exemplo nos docuit Dominus noster Jesus Christus, ut si volumus ad ipsum reverti, prius porcorum cibum relinquamus, & tunc suscipiet nos. Hæc dixit, ne animum despondentes dubitemus, utrum nos sit exauditurus. Convertamus igitur nos in toto corde, nec peccando defatigemur, & celeriter nos exaudit, ipse enim ait: [ff] *Petite & accipietis: quærite, & invenietis: pulsate & aperietur vobis.* Si igitur petere ac quærere aut pul-

a Luc. XIII. 24. 25. *b* Matth. XXV. 11. *c* Joan. XV. 5. 6. *d* Ibid. ℣. 2. *e* Joan. XVII. 9. *f* Joan. XV. 19.
g Joan. XVII. 15. 16. *h* Ibid. ℣℣. 20. 21. *i* Ibid. ℣. 24. *k* I. Joan. III. 2. *l* I. Joan. II. 3.
m I. Joan. III. 13. 14. *n* Ibid. ℣. 10. *o* I. Joan. II. 29. *p* I. Joan. III. 8. *q* Ibid. ℣. 9.
r II. Pet. I. 5-9. *f* Luc. III. 8. 9. *t* Matth. XII. 33. *u* Matth. VII. 16. *x* Ibid. ℣. 21.
y Iac. II. 19. 20. 26. *z* Ephes. V. 3-5. *aa* Ibid. ℣℣. 6-11. *bb* Ephes. IV. 31. *cc* I. Cor. XI. 1.
dd Gal. III. 27. *ee* Luc. XV. 11. seqq. *ff* Matth. VII. 7.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



ſare volumus, diſcamus quid ab eo nobis petendum A ſit. Qui media nocte ad amicum ſuum acceſſit: [a] *Mutua*, inquit, *mihi tres panes, quoniam amicus ad me venit de via. Cum igitur pulſare pergeret, quod petebat, impetravit.*

IX. Abjiciamus pigritiam a nobis fratres, & hanc petendi conſtantiam imitemur, & quæcumque petierimus impetrabimus. Miſericors enim eſt, nec magis quidquam cupit quam ut peccator reſipiſcat & convertatur. [b] *Amen dico vobis*, inquit ipſe, *gaudium eſt in cælo ſuper uno peccatore pænitentiam agente*. Dum ad ejus clementiam confugere poſſumus, & miſericordiæ ipſius divitiis perfrui, reſipiſcamus in toto corde: dum ſumus in corpore, ad B illum revertamur. Exiguum eſt hujus vitæ curriculum. Quod ſi fecerimus, gaudium æternum & incredibile conſequemur: ſin retro nos converterimus, ſimiles erimus adoleſcenti illi qui Dominum Jeſum interrogavit, quid ſibi agendum eſſet ut ſalvus fieret. Cui Dominus cum reſpondiſſet: [c] *Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & tolle crucem tuam & ſequere me:* oſtendens nobis ſalutem in eo ſitam eſſe ut voluntatem noſtram abnegemus. *His ille auditis triſtis diſceſſit*. Intelligebat enim grave quidem eſſe, dare cuncta pauperibus, ſed multo gravius crucem ſuam geſtare. Facultates enim pauperibus diſtribuere virtus eſt una, quæ tamen etiam in cruce conſiſtit. Crucem vero geſtare eſt omne peccatum C deſtruere, unde & caritas naſcitur, ſine qua non eſt crux. Ceterum cum ſciret Apoſtolus multas eſſe & haberi virtutes in quibus caritas non eſt, neque virtutum perfectio: [d] *Si linguis hominum*, inquit, *loquar & Angelorum, caritatem autem non habuero, factus ſum ſicut æs ſonans aut cymbalum tinniens. Et ſi diſtribuero omnes facultates meas, & dedero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Caritas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non indecore ſe gerit, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum*. Qui vult igitur in via caritatis incedere, ab omnium hominum, ſeu boni ſeu mali ſint, ſolicitudine recedit, D & Dei deſiderium fovet in corde ſuo. Quod quidem deſiderium juſtam quamdam illi iram gignit, qua propulſat inimicum. Tunc Dei timor nutritur in eo, & per timorem caritas pateſit. Et qui ejuſmodi eſt, eadem fiducia qua Apoſtolus, dicit; [e] *Ego paratus ſum non ſolum vinciri, ſed etiam mori pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Beata eſt anima illa, quæ ad talem caritatem pervenit.

X. Exeamus e mundo fratres. Quo in ſtatu ſimus, conſideremus. Etenim miſericors eſt Dominus Jeſus, & pro cujuſque operibus quietem tribuit, magnis pro magnitudine, parvis pro tenuitate ipſorum. [f] *Multæ* enim *ſunt*, inquit, *manſiones apud* E *Patrem meum*. Licet enim unum ſit regnum, proprium tamen in eo quiſque locum invenit, & opus ſuum. Pugnemus fratres, adverſus ignaviam, & tenebrarum velum a nobis excutiamus, quod eſt oblivio, ut pœnitentiæ lucem aſpiciamus. Martham & Mariam imitemur, quæ plorant in conſpectu Salvatoris, ut ſuſcitet fratrem Lazarum, id eſt animum multis peccatorum vinculis obſtrictum. Qui ſi ſolutus fuerit, tunc Mariæ Marthæque ſtudium exſtabit, & Lazarus ſine ſolicitudine recumbet cum Jeſu. Martha cum lætitia miniſterium ſuum diligenter exercebit: Maria vero promet alabaſtrum unguenti, & unget pedes Domini. Quod in nobis eſt, fratres, id totis viribus exſequamur: & Deus pro multitudine miſericordiæ ſuæ nobis opitulabitur. Quod ſi corda noſtra haud ita cuſtodivimus, ut patres noſtri; nunc ſaltem ea a peccatis cuſtodiamus, ſperemuſque nos item famis tempore apud eum miſericordiam inventuros, ſicut invenerunt ſancti omnes. Quamvis enim [g] *alia ſit ſolis gloria, alia lunæ, & ſtella a ſtella differat in claritate*; in eodem tamen ſunt firmamento. Et gloria atque honor omnium eſt ipſius Dei in ſæcula ſæculorum, Amen.

ORATIO XXII.

De operibus hominis novi.

I. Tria ſunt cariſſimi, quibus Hebræus ab aliis diſtinguitur: circumciſio, & paſcha, & ſabbatum. Sic enim in Geneſi ſcriptum eſt: [h] *Infans octo dierum circumcidetur in vobis, tam vernaculus quam emtitius. Qui circumciſus non fuerit, delebitur de populo meo, quia pactum meum irritum fecit*. Primus Abraham circumciſus eſt. Id eſt ſignum hominis novi; quod in ſancto corpore ſuo Dominus Jeſus admiſit. De hoc & Apoſtolus ait: [i] *In quo circumciſi eſtis circumciſione non manu facta in exſpoliatione corporis carnis, ſed in circumciſione Chriſti, conſepulti ei in baptiſmo, in quo & ſurrexiſtis per fidem operationis Dei*. Et rurſum: [k] *Deponite vos ſecundum priſtinam converſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris: Renovamini autem ſpiritum mentis veſtræ, & induite novum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia & ſanctitate, & veritate*. Et rurſum: [l] *Ut moriamini quidem peccato, vivatis autem juſtitiæ*. Et hæc quidem de circumciſione: quæ qui non obſervat, non eſt circumciſus, nec vere Chriſtianus, quia irritum fecit pactum, quod proprio ſanguine ſancto ſuo Dominus Jeſus ſancivit.

II. Nunc de ſancto paſchate dicendum eſt, de quo ſic ait ad Moyſem: [m] Hæc eſt paſchatis lex: Omnis alienigena non veſcetur ex eo. Omnis ſervus emtitius non comedet ex eo. Omnem ſervum emtitium circumcides: & ſic comedet ex eo. Quiſquis autem non fuerit circumciſus, ne comedat ex eo. Hoc comedite in una domo. [n] *Renes veſtros accingetis, & calceamenta veſtra habebitis in pedibus veſtris, tenentes baculos in manibus*. Non editur paſcha niſi cum azymis & lactucis agreſtibus, & carnibus aſſatis igni. Non dixit: Accingetis vos ſuper renes veſtros, ne quis de cingulo dictum intelligeret. Sed *renes veſtros accingetis*, ut de caſtitate & munditia intelligamus. Calciamenta autem ſignificant, ut promti paratique ſimus ad omnia fugienda & declinanda, quæ conſcientiam pungunt & maculant, mentemque avertunt a propria contemplatione in ſanctitate. Per baculum ſpes indicatur, & fortitudo tendentium ad terram promiſſionis. Hi ſunt qui ſabbatum obſervant. Sanguis agni ſignificat ſanguinem Domini Jeſu, qui factus homo venit ad nos, ut filios Iſrael duceret ad promiſſam cæli hereditatem. Apparent qui inſtructi ſunt, & ſignum in anima ſua perſpicue impreſſum habent. Hyſſopi faſciculum indicat afflictionem. Jubet enim ut cum lactucis agreſtibus, ſeu herbis amaris comedatur.

a Luc. XI. 5-8. *b* Luc. XV. 7. *c* Luc. XVIII. 22. 23. *d* I. Cor. XIII. 1. 3-5. *e* Act. XXI. 13. *f* Joan. XIV. 2. *g* I. Cor. XV. 41. *h* Gen. XVII. 12. 14. *i* Coloſſ. II. 11. 12. *k* Epheſ. IV. 22-24. *l* I. Pet. II. 24. *m* Exod. XII. 43-48. *n* Ibid. ỹ. 11.

Expende diligenter o frater, utrum sis circumcisus, & domus tuæ fores inunxeris agni sanguine immaculati. Utrum ab omni terrena cogitatione te removeris. Utrum te ipsum sic instruxeris, ut intrepide in terram promissionis ingrediaris.

III. Deinceps de sabbato dicendum est, quod est ipsorum proprium qui circumcisi sunt, & sanctum pascha, ut diximus, comederunt, & ab Ægyptiis liberati eos omnes in mari rubro submersos conspexerunt, & ab acerba eorum servitute quieverunt. [a] *Sex diebus*, inquit, *operaberis. Septima dies sabbatum est requietionis Domini.* [b] *Qui die sabbati fuerit operatus, perdetur anima illa.* At Dominus noster Jesus verum ipse sabbatum observavit, docuitque, quomodo deberet observari. Cum in parasceve ascendit, sed antequam in crucem ascenderet, cuncta præparavit, tot ignominias & contumelias ferens, non solvens, neque se ipsum recreans ullo modo, quin etiam cum diceret; [c] *Sitio, obtulerunt illi spongiam aceto plenam;* quo degustato dixit: *Consummata sunt omnia: & inclinato capite tradidit spiritum.* Et deposuerunt eum vere sabbatum observantem. Quievit enim Dominus Jesus septimo die, & benedixit ei, quoniam requievit ab omnibus operibus: quibus humanas destruxerat infirmitates. [d] *Ingrediens enim*, ut scribit Apostolus, *in requiem suam, ab omnibus operibus suis quievit, quemadmodum & a suis Deus.* Hoc verum est sabbatum, quod qui non observat, non est Christianus. Lugens enim Jeremias super populum Israel; [e] *Nolite* inquit, *onera gestare in die sabbati, & ne egrediamini portas Jerusalem portantes onera in die sabbati.*

IV. Heu me miserum, qui hæc sancta mandata non observo, & gravia fero onera in die sabbati. Quæ sunt ista onera? Ira onus est grave, æmulatio, odium, inanis gloria, obtrectatio, maledicentia, irritatio, superbia, arrogantia, contentio, amor proprius, invidia. Hæc animæ sunt. Corporis autem, ingluvies; nimius corporis ornatus & cura, libido, concupiscentia, cordis defectio. Hæc omnia, & reliqua his similia repulit a corporibus sanctorum, [f] *occidens ea in sancto corpore suo*, ut affirmat Apostolus, *per crucem interficiens inimicitias in se ipso.* Quisquis igitur gravia fert onera peccatorum, is sabbatum violat, nec verus est Israelita, sed se ipsum decipit. Solum enim habet nomen, nec quidquam accipiet a Domino Jesu, quem factis negat, suscitans ea quæ interfecit, & faciens illa quæ sepelivit. Cum igitur venerit Dominus Jesus in gloria sua, solos filios Israel, id est solos vere Christianos, circumcisione non manufacta, sed spiritu circumcisos, quos ex omnibus populis elegit, ducet in regnum suum sempiternum. [g] *Cæcitas enim*, inquit Apostolus, *contigit ex parte populo Israel, donec omnes ingrediantur nationes.* Et rursum: [h] *Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & super Israel Dei.* Animadvertis eos esse Israelitas Dei, qui cordis habent circumcisionem & sabbati observationem, hoc est destructionem peccati. [i] *Nam*, ut idem ait Apostolus, *non qui in manifesto Judæus est in carne, ille Judæus est: neque circumcisio quæ cernitur, illa est circumcisio: sed qui in occulto Judæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non in littera.*


V. Attendamus nobismet ipsis fratres. Quousque frustra laborabimus? quousque nostro parebimus adversario qui in nobis est, & allicit ad vitia, a virtute nos avocans, nec permittit, ut oculos ad perspiciendam divinitatis lucem extollamus? Explora te ipsum infelix, qui baptizatus es in Christum & mortem ejus. Considera, qualem ipse pro te mortem subierit, utrum ejus sequaris vestigia. Ostende mihi mores tuos. Ipse sine peccato est, & se tibi omnibus in rebus exemplum proposuit ad imitandum. Paupertatem amplexus est, tu autem abhorres a paupertate. [k] *Non habuit ubi caput reclinaret*: tu certum & commodum quæris domicilium. Ille contumelias pertulit: tu eas ferre non vis. Ille malum pro malo non reddidit: tu ultionis es cupidus. Ille, [l] *dum pateretur, non comminabatur*, tu dum laboras, irasceris. Ille inter ignominias minime turbabatur: tu nulla affectus ignominia perturbaris. Ille benigne ad se peccatores vocabat: tu verbis tuis amicos etiam pungis. Ille injurias æquo animo perferebat: tu nulla injuria provocatus indignaris. Ille mansuetus in eos qui in peccatum inciderant: tu superbus etiam in eos qui te meliores exsistunt. Ille semet ipsum tradidit pro illis a quibus offensus fuerat, ut eos redimeret: tu eos etiam lædis, qui de te sunt bene meriti. Considera quid tibi ille dederit, & quid tu vicissim illi retribuas. Agnosce illum ex ejus operibus, & te ex operibus tuis. Si mortuus es cum ipso, quis facit ista opera, id est ista peccata?

VI. Sancta ipsius mandata diligenter attendamus dilectissimi, & proprias abnegabimus voluntates. [m] Si diligimus eos qui nos colunt, quid amplius facimus, quam ethnici? Si pro bene merentibus oramus, id faciunt & publicani. Si laudantium sermone delectaris, & Judæis idem contingit. Quid igitur amplius facis tu qui peccato mortuus, vivis in Christo Jesu? Si eos qui tibi obsequuntur, tantum amas, quid amplius facis, quam peccatores? Nonne & ipsi idem faciunt? Si eos qui te molestia afficiunt, qui non obediunt, qui lacessunt, odio prosequeris; ethnico & tu similis es: pro illis potius tibi precandum erat, ut eis ignosceretur. Si contumeliis & ignominiis doles, dolent & publicani. Te ipsum excute & expende qui in Christi nomine baptizatus es, utrum hæc sint opera nomini tuo congruentia. Ea ne in die gloriæ ejus tecum coram illo laturus sis, ut coroneris? Corona dabitur pro illarum victoria perturbationum, quas olim superavit Rex tuus, se ipsum tibi proponens exemplum. Ipse enim Rex regum, & Dominus dominantium, cum illa die se gentibus omnibus conspiciendum præbebit in majestate, secum feret signa sua, nempe cicatrices illas quas pro nobis pertulit. Tu vero nihil eorum simile laturus es in corpore tuo. Quamobrem dicet tibi, Nescio te. Tunc videns omnes sanctos, qui propter nomen ipsius mortem oppetierunt, in eorum conspectu erubescens consistere. Sanctorum omnium vitas perpende, & eos reperies, cum mala pertulerunt, ea non rependisse; Sanguis eorum omnium clamat: Vindica nos ex omnibus inhabitantibus terram. Ego vero, qui otium & quietem diligo, quid dicam in illa die quando perspiciam illic Prophetas, & Apostolos, & Martyres, & reliquos sanctos, qui nullum dantes ultionis aut iracundiæ signum, in injuriis tolerandis fortes atque constantes exstiterunt? Cum illa dies advenerit, non erit in cujusque potestate

a Exod. xx. 8. 9. *b* Exod. xxxi. 14. *c* Joan. xix. 28-30. *d* Heb. iv. 10. *e* Jer. xvii. 21. 22. *f* Ephes. II. 14. 16. *g* Rom. xi. 25. *h* Gal. vi. 16. *i* Rom. II. 28. 29. *k* Matth. viii. 20. *l* I. Pet. II. 23. *m* Matth. V. 46.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.

quid respondeat: sed unusquisque resurget propriis A operibus, sive bonis sive malis, tamquam vestimentis indutus. Opera loquentur ipsa, & in loco cujusque consistent.



VII. Beatus qui in eam curam diligenter incumbit, ut exuat opera quæ in gehennam detrahunt, & induat illa, quæ perducunt in cælum. Nam ut Apostolus ait; [a] *Et si terrena nostra habitatio hujus tabernaculi dissolvatur, scimus nos habitationem habere domum non manufactam in cælis.* Nihil est tempus vitæ nostræ, & cum venerit hora nostra, ratio a nobis acriter exigetur. Ne sint igitur animi nostri remissi & dissoluti: sed omni studio ac diligentia laboremus, suppliciterque ad Dei be- B nignitatem, ut nos adjuvet, assidue confugiamus. Fratribus nostris ne irascamur, quod re aut sermone nos læserint. Quod si operarii, & vasa diaboli esse perrexerint, Dei constituentur adversarii, donec dissolvantur, & e stadio fugiant. Omnibus in rebus fratres carissimi, humilitatem & patientiam amplectimini; & semper in eam cogitationem incumbite, ut propriæ voluntati renuntietis. Nam propria voluntas perdit omnes virtutes. Qui cogitationes suas recte disponit ac moderatur, propriam abnegat voluntatem; & mansuetudinem amplectens, tamquam a dracone fugit ab omni discordia & contentione. Hæc enim totum virtutis ædificium evertit, & animo tenebras offundit, ut ho- C nestatis lucem aspicere nequeat. Ab hoc igitur vitio, quod se virtutibus insinuat atque implicat, donec eas deleat, declinato. Etenim nec Dominus Jesus prius ascendit in crucem, quam Judam expulisset e medio discipulorum. Nisi enim homo tetrum hoc vitium exscindit; non potest proficere secundum Deum; ex eo namque mala cuncta proficiscuntur. Qui hoc vitio laborat, crucem suam ferre non vult, inanem gloriam sequitur: omnia denique quæ Deus odit, habitant in animo hominis contentiosi & arrogantis.

VIII. Qui peccata sua considerat, facile assequitur humilitatem. Humilitatis est, propriam volun- D tatem subjicere proximi voluntati. Cordis munditia gratas Deo preces persolvit. Cui propria displicent vitia, luctui & lacrymis vacat. Caritas non judicat proximum. Patientia non meminit injuriarum. Qui Deum diligit, vindictam non appetit. Qui silentium & quietem colit, quod sibi minus obediatur non commovetur. Animus paupertatis studiosus, innocens est. Qui propriis sensibus dominatur, in pace degit. Qui mitis est, omnia perfert. Qui misericors, facile ignoscit. Propriæ voluntatis abnegatio gignit hæc omnia, & virtute amabili pacis vinculo conjungit. Nihil in omnibus scripturis perspicio, quod magis ab homine Deus exigat, quam ut omnibus in rebus humilitet E se proximo suo, & propriam abneget voluntatem, & Dei semper auxilium imploret, ut oculos suos excitet a somno oblivionis & ab errore captivitatis. Hominis natura mutabilis est, & ad malum prona: Dei vero est misereri, & imbecillitatem nostram corroborare: Dei, nos ad se convertere: Dei, nobis gratiam elargiri, ut ei gratias agamus: Dei, nos defendere atque eripere e manibus inimicorum: Dei denique est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen. Contentionem vero quæ pariunt, hæc sunt: Multiloquium, & curiositas, & adulatio, & arrogantia, & linguæ duplicitas. Anima illius in quo sunt hæc, virtutum est expers. Nisi quis magno cum sudore singulis virtutibus incubuerit, ad quietem filii Dei non poterit pervenire. Vitam igitur vestram, fratres ne negligatis, neque mens vestra in malitiæ operibus torpescat, ne tempus deficiat ante quam ad filii Dei quietem aspiretis, quæ in eo sita est, ut omnibus in rebus humilitatem atque innocentiam complectamini, & neminem oderitis; neque ulli rei Deo invisæ acquiescatis, sed ab omnibus peccatis abhorrentes, cunctis malitiæ operibus mortui sitis. Sic enim [b] *Deus qui non mentitur*, aderit nobis, & infirmitatem nostram misericordia sua confirmabit. Amen.

ORATIO XXIII.

De Perfectione.

I. NIsi quis fidem in Deum possideat, ut quidam e patribus ait, & assiduo ejus flagret desiderio, & nemini noceat, nec malum pro malo reddat, affligatque se, & humilitatem & castitatem & humanitatem colat, mundoque renuntiet, mansuetusque sit & patiens, assiduoque cordis labore Deum precetur, & veram caritatem amplectatur, neque ad ea quæ retro sunt, redeat, sed ad [1] interiora contendat, neque bonis operibus & sacrificiis suis confisus, divinum quotidie imploret, auxilium, salutem assequi non potest: tam acres vigilantesque sunt hominis adversarii. Ne contemnas frater, neque negligas conscientiam tuam, neque tibi ipse confidas omnino, quamvis aliquo in pretio apud Deum esse videaris. Undique enim ab adversariis obsidemur. Afflictio considerata præteritas delet negligentiæ notas. Et sensuum castigatio hostium interiorum vulneribus medetur. Perfecta secundum Deum dilectio occulta hostibus resistit. Occulto sanctitas occultis bellis superatis ad filii Dei quietem perducit. Et sanctitas manifesta virtutes servat. Dei cognitio facit, ut ad eum tempore tentationis confugiamus, ejusque muniti præsidio superiores simus. Qui laboribus suis minime confidit, is Dei magis sentit auxilium. Qui ex animo pie Deum quærit in veritate, is stat in timore, ne displiceat Deo. Semper enim a conscientia stimulatur, quod aliqua in re defecerit. Ubi autem stimulus, ibi accusatio: ubi accusatio, non est libertas. Quod si deinceps orando animadverterit se nullo malitiæ stimulo pungi, tum vere liber est, & ex voluntate Dei in requiem sanctam introivit.

II. Si bonos fructus perspexeris a nullis inimici zizaniis suffocari, neque tamen quamvis cum sensibus amplius non pugnes, hostes malitia sua consistent oppugnare. Et si nubes tabernaculum obumbravit, neque sol ussit te per diem neque luna per noctem: & inventus in te fuerit omnis apparatus tabernaculi, ut colloces & custodias illud secundum voluntatem Dei, parta nimirum tibi per Deum est victoria, & ipse tabernaculum obumbrabit, quia ipse est, & ipse præcedit, & [2] parat ubi constituatur. Nisi enim præcipiat ipse, quo in loco sit collocandum, non potest consistere, ut ait scriptura. Magnum jam est periculum, donec homo se ipsum noverit, & plane sciat in se non esse, ut

a II. Cor. V. 1. *b* Tit. I. 2.

1. *Interiora*] Nullus dubito quin legendum sit, *anteriora*. Heic enim respicit auctor ad Philipp. III. 13. ubi legimus, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν. Vulg. *ad ea quæ sunt priora.*

2. *Parat*] Malim *imperat*. Restitutionem suadet, quod mox sequitur *præcipiat*.

ab interpellantibus & ad iracundiam impellentibus liberetur. Oportet igitur ut cum timore ad ejus benignitatem confugiamus, assidueque memoria repetamus ipsius beneficia, & sanctam humilitatem amplectamur, quæ nullo umquam tempore discedat a corde nostro, quæ peccata nostra nobis semper ante oculos proponat, & bona si quæ in nobis sunt, servet, & ad finem usque tueatur, faciatque ne nobis ipsi confidamus.

III. Ceterum qui proximum judicat, & irascitur fratri suo, eumque contemnit ac despicit, aut iracunde docet, aut cuipiam detrahit; a misericordia qua sancti sunt præditi, alienus est, & ab aliis præstantibus virtutibus. Ejusmodi enim vitia labores hominum perdunt, & fructus bonos excutiunt. Si quis peccata sua lugere se dicit, neque ab illis recedit, is se ipsum decipit. Qui ad quietem aspirat, neque solicitus est, ut animi pellat ægritudines, cæcus est, & sanctæ virtutum ædificationis imperitus. Qui posthabita peccatorum suorum curatione, aliis mederi studet, præpostere agit. Prius quam enim illud aggrediatur, debet peccata sua lacrymis abstergere: & Dei misericordiam imploret ut sibi ignoscat, tantumque roboris & fortitudinis præbeat, ut numquam amplius in eadem incurrat, aut illum vel cogitatione vel sermone vel factis offendat. Beatus qui ita se gerit in veritate. Qui vere pœnitentiam agit, in eo non est occupatus, ut proximum judicet. Satis enim sua cuique peccata negotii præbent, nec spatium relinquunt, aliena ut curet. Qui malum pro malo reddit, procul abest a vera pœnitentia. Qui gloriæ captus cupiditate, mundi negotiis implicatur, ex animo non luget peccata sua. Qui nunc aut illum bonum, aut malum affirmat esse, in corde suo confundetur. Dum enim ea quæ nostra non sunt volumus judicare, decipimur, atque ita distrahimur, ut nobis non vacet peccata nostra cognoscere.


IV. Si contumelia affectus indignaris, veram non agis pœnitentiam. Si rebus tuis tibi ereptis doles, Dei timor non est in te. Si quod in te aliquis falsa contulerit perturbaris, timor Dei non est in te. Si laudes tuas libenter audis, timor Dei non est in te. Si in mutuis sermonibus verba tua volueris prævalere, timor Dei non est in te. Si dolueris quod sermo tuus contemnatur, timor Dei non est in te. Hæc enim omnia indicant veterem hominem adhuc vigere, neque esse qui illum expugnet, verumque & Deo gratum luctum amplectatur. Aperiendi sunt mentis oculi, ut nos ipsi cognoscamus, sciamusque Dei inimicum constitui, qui propriam sequitur voluntatem. Si custodieris mandata Dei, & ex ipsius voluntate direxeris opera tua, & animadverteris majestati ejus per te placere non posse, & peccata tua semper ante oculos habueris; invenies propugnaculum oppositum adversario tuo, qui te conatur per superbiam qua tibi justus videaris, expugnare; & ædificium quod exstruit pœnitentiæ luctus conservabis. Tunc te tibi notum esse intelliges, & ubi sis, & cor tuum tamquam victoria parta non extolletur. Etenim, nisi homo in judicio constiterit, & sententiam audiverit, & locum suum noverit, scire non potest, utrum Deo placeat, nec ne. Dolor qui secundum Deum cor pungit, sensus in officio potest continere, & sobrietas mentem integram conservare. Sed homo sibi ipse non debet umquam confidere, immo tamdiu solicitus esse, dum est in corpore. Beati qui suis numquam operibus fidunt, sed semper pavidi Deo non audent occurrere, & cognita ejus majestate & propria infirmitate, voluntati ejus, ut ipse vult, student obtemperare, atque ita se ipsos lugent, & ceteros non judicant, sed Deo omnium judici judicium derelinquunt.

V. Cum quis se ipsum Deo totum addixerit, & ex voluntate ejus perfectus decesserit, tunc in libro viventium se scriptum inveniet, & Angeli testabuntur eum sinistræ principes evasisse. Tunc inter beatos spiritus consistet. At dum viget bellum, in timore versatur homo: & si hodie vincit, nescit utrum cras victurus sit: ancipiti enim certamine cor est suspensum. At qui jam bravium percepit, tranquillus est, nec metuit, quorsum tres illæ partes tendant, quæ jam in Deo cum pace conjunctæ sunt, [a] *anima* nimirum, *& corpus*, *& spiritus*, ut ait Apostolus. Cum enim hæc tria per operationem Spiritus sancti unum fuerint, amplius sejungi nequeunt. [b] *Christus* enim *mortuus est*, *& resurrexit*, *& amplius non moritur; mors illi ultra non dominabitur*: nam mors ejus salus nobis facta est. Et per mortem ejus peccatum deletum est in perpetuum. Et resurrectio ipsius vita facta est credentibus in eum, ut in Deo vivant, & justitiæ fructum afferant. Ne vicisse te putes, dum pugnas. [c] *Militia* enim *est vita hominis super terram*. Sive vigilemus, sive dormiamus, non cessat nos adversarius oppugnare. Qui in stadio pugnat, si prudens est, ante victoriam præconium non canit. Imprudens autem, & si cadit, tamen extollitur, & se victorem existimat. Idcirco Dominus, cum discipulos suos mitteret ad prædicandum: [d] *Neminem*, inquit, *in via salutaveritis: in domum autem cum intraveritis*, *salutate: & si ibi fuerit filius pacis*, *apud eum manete*. Et Elisæus ad Giezi, cum eum mitteret; [e] *Si occurrerit*, inquit, *tibi homo*, *ne salutes eum; & si salutaverit te quispiam*, *ne respondeas illi*. Neque tamen Giezi puerum suscitavit. At cum venisset vir Dei, vidit puerum jacentem in lectulo, & clausit ostium super se, & super illum, & cum singulis sensibus pugnavit, descendensque in domo semel huc atque illuc deambulavit, & cum calefacta esset caro pueri, per voluntatem Spiritus Dei aperti sunt oculi ejus.

VI. Quid dicemus nos miseri, qui gloriam mundi diligimus magis, quam gloriam Dei? Qui nec quomodo pugnandum sit, aut ad requiem contendendum, consideramus, nec Dei patientiam intelligimus, qui cum bono fructu sinit zizania crescere; nec prius quam ille creverit perfectusque sit, permittit ut zizania colligantur. Et Giezi itineris cursum confecit, sed tamen non potuit puerum suscitare, quia dilexit gloriam hominum magis, quam gloriam Dei. Beati oculi qui cum humilitate ad Deum respiciunt, & soliciti sunt quomodo curent vulnera sua, & peccata lacrymis abluunt ac veniam deprecantur. Væ illis qui tempus consumunt, putantque se esse sine peccatis, & propriam conculcant conscientiam, nec volunt pœnitentiam agere. Agricola qui semen suum jacit, nisi germinet, queritur quod sumtum & operam perdiderit. Sic & homo [f] licet noverit mysteria omnia, & omnem scientiam, & fecerit virtutes multas & curationes, variisque se afflictionibus affecerit, nisi caritatis fructus aspiciat, magno affici timore debet. Undeque

[a] I. Thess. V. 23. [b] Rom. VI. 9. [c] Job VII. 1. [d] Luc. X. 4. 5. [e] IV. Reg. IV. 29. [f] I. Cor. XIII. 2.

SÆCUL. IV, CIRCA ANN. CHR. 371.



enim inimicorum fraudibus, insidiis & dolis oppugnatur, ut concidat. [a] *Caritas* vero *numquam excidit*, sed *omnia sperat*, *&* *credit*, *&* *sustinet*.

VII. O quam laboriosa est via Dei! [b] *Angusta* enim *est*, ut ipse ait, *porta*, *&* *arcta est via quæ ducit ad vitam*, *&* *pauci sunt*, *qui inveniunt eam*. Nos autem inertes & ignavi & voluptatibus dediti, quietem in eo sitam ducimus, quod jugum illius non gestamus qui dixit: [c] *Tollite jugum meum super vos*, *&* *discite a me*, *quia mitis sum &* *humilis corde*, *&* *invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est*, *&* *onus meum leve*. Quis sapiens ac timens Deum non omnibus viribus contendit, ut divina mandata custodiat, & tamen cum omnia fecerit, se indignum agnoscit, qui Dei nomen invocet? Dominus noster Jesus Christus propter nos factus est homo, ut ægritudines nostras curaret, ut secundum spiritum, non secundum carnem ambulemus, & Patris voluntatem nobis patefecit. Et discipulis suis dixit: [d] *Cum feceritis omnia quæ præcipio vobis*, *dicite*; *Servi inutiles sumus*: *etenim quod debemus facere*, *fecimus*. Si quis viperam aut scorpionem, aut aliquid aliud pestiferum viderit, timore perterritus fugit: & imprudens atque infelix anima, cum mortifera cernat, non fugit neque recedit, sed audacter cum illis versatur. Ideo sterilis, & sine fructu tempus omne consumit.

ORATIO XXIV.

De tranquillitate.

IN virtutum via est lapsus, sunt inimici, est mutatio, est copia, est mediocritas, est inopia, est mæstitia, est gaudium, est animi labor & angustia, est quies, est progressio, est vis. Iter enim agimus, donec ad requiem perveniamus. Tranquillitas autem ab omnibus est perturbationibus vacua, & nulla re indiget. Est enim in Deo, & Deus in illa. Inimicos non habet, non lapsum, non incredulitatem, non perturbationis laborem; non rei cujusquam cupiditatem. Magnæ denique atque innumerabiles sunt illius dotes. Ab hac procul abest, qui aliqua laborat perturbatione. Hæc est illa caritas, quam nos Dominus Jesus docuit omnibus exhibere. Ad hanc imperiti nonnulli putant se pervenisse, cum adhuc animi morbis divexentur, & corporis immunditia sordeant, & ab omni virtute sint remotissimi. Ignoscite mihi, quæso per Deum, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXV.

Ejusdem ad Petrum Abbatem discipulum suum.

I. QUod scribis ad me, te velle peccatorum tuorum pœnitentiam agere, si Deus te ab hujus mundi solicitudine liberaverit, recte dicis. Fieri enim non potest, ut mens sæculi curis obvoluta Deo serviat. [e] *Non potestis*, inquit Dominus, *Deo servire &* *mammonæ*. Per Mammonam omnia mundi negotia significat. Quæ quidem homo nisi reliquerit, Deo servire non potest. Dei servitus requirit, ut dum illum colimus, & adoramus, & precamur, & laudamus, neque malitiam in animo, neque odium, neque invidiam, neque turpem cupiditatem retineamus. Hæc enim omnia miseræ animæ tene-

A bras offundunt, ut Deo caste servire non possit, & illi in abscondito benedicere. Hæc illam impediunt, quo minus occurrat Deo, & cum caritatis dulcedine & cordis suavitate illum sancte ex animo deprecetur, ut se ipsam illustret. Hæc sunt in caussa, quo minus proficiat secundum Deum, & omnes amputet perturbationes. Quod quidem assequi non possumus, nisi ab omnibus mundi solicitudinibus recedamus. Anima enim foris & intus oppugnatur. Foris ab hujus sæculi occupationibus, ut corpori satisfaciat; intus a propriis ægritudinibus, quæ sunt inimicæ virtutis. Has autem illa nec videre potest, nec curare, nisi mundi negotiis & curis liberetur. Idcirco Dominus Jesus eos negat suos posse

B discipulos esse [f], qui propriæ non renuntiant voluntati. Voluntas enim tam intimis, quam externis actionibus dominatur. Et ideo, ne mentem interimat, ut Dominus præcipit, est abneganda. Mens enim occiditur, cum anima mundi negotiis & solicitudinibus destinetur. Tunc enim ægritudines intus sæviunt & propagantur. Quod si anima Domini Jesu verbis obtemperans, omnes suas abjecerit voluntates, ab omnibus sæculi istius operibus abhorrebit. Tunc mens excitata confirmabitur, & omnes a se depellet ægritudines, animamque diligenter custodiet, ne rursus ad pristina se se convertens, in manus incidat inimicorum.

C II. Anima enim similis est adolescentulæ degenti cum viro suo, quæ si forte vir peregre abierit, excusso timore, res domesticas negligit. At illo domum reverso, sedula ad officium redit, & cum timore cuncta ex viri voluntate disponit: ipse vero domui suæ consulit omnibus in rebus necessariis. Sic & mens animam observat assidue, & bona opera ex illa tamquam filios gignit & nutrit: atque ita conveniunt, ut cor unum efficiantur. Anima menti ut mulier viro subjicitur: *Nam*, ut ait Apostolus, [g] *caput mulieris est vir*. Et rursum: [h] *Vir*, inquit, *non debet velare caput*: *imago enim &* *gloria Dei est*: *mulier autem est viri gloria. Non enim est vir ex muliere*, *sed mulier ex viro. Etenim non*

D *est creatus vir propter mulierem*, *sed mulier propter virum. Propterea mulier debet velare caput*, *&* *propter angelos. Verumtamen neque mulier sine viro*, *neque vir sine muliere*, *in Domino. Sicut enim mulier ex viro*, *sic &* *vir ex muliere*, *omnia autem ex Deo*. Cum igitur anima menti paret in Domino, tunc Deo preces fundimus in castitate, tunc Deo benedicimus ex corde sancto, tunc illustramur a Deo: tunc veri illi efficimur adoratores, quos Deus requirit. Tales sunt, de quibus ipse ait: [i] *Inhabitabo in eis &* *inambulabo*. Tunc illud impletur: [k] *Si duo vestrum consenserint*, *quæcumque in nomine meo petierint*, *impetrabunt*. Vult ergo Deus, ut ab omnibus quæ ipse destruxit in corpore suo, quæ-

E que nos vel intus vel foris coinquinant, liberi simus. [l] *Manete*, inquit, *in me*, *&* *ego in vobis*. Vides frater, quomodo velit ut maneamus in ipso per bona opera, ut ipse in nobis maneat per sanctitatem.

III. At ego, dicet aliquis, in ipso maneo per baptisma, opera autem perficere nequeo. Audi, frater carissime: quisquis baptisma suscipit, illud suscipit ad peccati destructionem. [m] *Illi* enim *consepulti sumus in mortem*, ut inquit Apostolus, *ut destruat corpus peccati*, hoc est, *ut peccato amplius*

a 1. Cor. XIII. 8. 7. *b* Matth. VII. 14. *c* Matth. XI. 29. 30. *d* Luc. XVII. 10. *e* Matth. VI. 24. *f* Luc. XIV. 26. *g* 1 Cor. XI. 3. *h* Ibid. *vv.* 7-12. *i* II. Cor. VI. 16. *k* Matth. XVIII. 19. *l* Joan. XV. 4. *m* Rom. VI. 4. 6.

non serviamus. Simul cum peccato Christus manere non potest. Quamobrem [a] *si in te Christus habitat, peccatum mortuum est, spiritus autem per justitiam vivit*. [b] *Quæ enim*, ut ait Apostolus, *sub viro est mulier, ei dum vivit, alligata est lege: Quod si vir mortuus fuerit, liberabitur a lege viri. Itaque si vivente viro cum alio fuerit, adultera declarabitur: at mortuo viro liberabitur a lege, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro*. Si quis igitur scire cupit, utrum in se Christus inhabitet, id ex propriis intelligat cogitationibus. Quamdiu enim cordi peccatum imperat, Deus in eo non habitat, neque spiritus ejus in illo requiem invenit. Deus habitat in homine, qui bona facit opera; & homo in Deo, cujus est cor liberum a peccato. [c] *Qui adhæret meretrici*, inquit Apostolus, *unum cum illa corpus efficitur. Et qui adhæret Domino, unus cum illo spiritus est*. Per meretricem intelligitur omne vitium. Si igitur liberata fuerit anima, & evaserit omnia quæ illi in hoc aere adversantur, tunc manet in Deo & haurit de spiritu ejus, atque ita dictum illud impletur: *Qui adhæret Domino, unus spiritus est*. Et discit, quomodo orare debeat, adorans eum assidue, & adhærens illi sine intermissione. Itidem ipse manet in ea & requiescit, aperiens & largiens ei honores & munera sua incredibilia: regeneratur enim ab illo per baptisma & sancti Spiritus infusionem.

IV. Porro [d] *qui natus est ex Deo*, ut scriptum est, *non peccat, nec tangit eum malus*. [e] *Nisi conversi fueritis*, inquit ipse, *& efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum*. [f] *Sicut modo geniti infantes*, inquit Petrus, *rationabile, ac sine dolo lac concupiscite, ut in ipso crescatis*. Quænam sunt infantis opera? Infans si verberetur, plorat. Risu agnoscit arridentes sibi. Affectus contumelia non irascitur. Laudibus non extollitur. Si loco ejus alium venereris, non dolet. Si res illi suas eripias, non turbatur. Si paucis in rebus heres fuerit institutus, minime curat. Neminem vocat in judicium. Pro fortunis suis non contendit. Neminem odit. Si pauper est, non mæret. Si dives, non superbit. Si mulierem videt, non concupiscit. Nulla illi neque libido, neque solicitudo dominatur. Neminem judicat. Nemini imperat. Invidet nemini. In iis quæ nescit, se se non jactitat. Proximi formam aut habitum non deridet. Non exercet ullo cum homine inimicitias. Non simulat. Non quærit mundi dignitates. Cumulandis divitiis non incumbit. Non diligit avaritiam. Non est pertinax. Non litigiosus. Non in docendo ambitiosus. Si exuasur, non est solicitus. Non tristatur. Propriam non defendit voluntatem. Famem non metuit. Maleficos & facinorosos homines non timet. Serpentes & feras non formidat. Si bellum ingruat, non perhorrescit. Tales sunt, de quibus ait Dominus noster Jesus Christus: *Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum Dei*.

V. Ceterum ubi infans paullulum creverit, & in eo malitia cœperit habitare, eum Apostolus arguit, [g] *Ut jam*, inquiens, *non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia, ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus*. Et alibi; [h]


A *Tamquam parvulis*, inquit, *in Christo, lac vobis potum dedi, non cibum, nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis*. Et alio in loco; [i] *Quanto*, inquit, *tempore heres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium; sed sub tutoribus & actoribus est, usque ad præfinitum tempus a patre. Sic & nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes*. Idem rursus: [k] *Juvenilia*, inquit, *desideria fuge*. Docens autem nos, ut ejusmodi infantiam evitemus; [l] *Nolite*, inquit, *pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote: sensibus autem perfecti estote*. Parvulorum igitur quos requirit Dominus, opera indicantur ab Apostolo. Porro in illis verbis: [m]
B *Deponentes omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes*, &c. intellexisti frater, qui sit sensus verborum Domini nostri Jesu, cum ait: *Amen, amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum*. Quæ quidem verba eo majorem terrorem afferunt, quoniam duplici cum affirmatione sunt pronuntiata. *Amen* enim jurantis est vox. Idcirco Paullus Apostolus; [n] *Quoniam*, inquit, *neminem habuit, per quem juraret majorem se, juravit per semet ipsum. Nisi benedicens benedicam*.

VI. Hæc igitur assidue cum timore & tremore
C diligenter consideremus. Quoties diabolus inimicus noster adversus proximum nos incitaverit, aut quoties nos aliquis lacessierit, aut contumelia affecerit, aut nobis calumniam struxerit, aut proximus nobiscum contenderit, aut dicto audiens non fuerit; quamobrem acerba nos in eum ira, aut indignatio, aut odium adoriatur, ut animæ tenebras offundat: sermonem Domini nobis in memoriam revocemus sic affirmantis: *Amen, amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum Dei*. Qualis hæc audiens verba non contremiscat? Aut quis sapiens, & salutis animæ suæ cupidus non projiciat omnem ex animo suo adversus proximum indignationem? Aut
D quis metuens incendium gehennæ, odium non expellat e corde suo, ne e regno deturbetur? Verbum nobis proposuit abbreviatum; *Nisi conversi*, inquiens, *fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum*: Acerba sententia apud illos, qui propriæ indulgent voluntati, mundumque diligunt, nec munus agnoscunt Spiritus sancti, qui super quos venerit, facit eos omnium iniquitatum oblivisci, & docet illos quæ sua sunt, pro ira lenitatem, pro inimicitia pacem, pro contentione humilitatem, caritatem pro odio, patientiam pro contumelia. Ejusmodi sunt illi, quibus contigit regeneratio.

VII. Studeamus igitur evellere e corde nostro,
E & abolere quæ dixit magnus Apostolus, ut ad parvuli mensuram veniamus. Qui enim ea circumcidunt atque amputant, hi rursus ad sanctam & magnam atque perfectam ætatem perveniunt. Etenim cum in faciem ipsorum insufflasset, [o] *Accipite*, inquit, *Spiritum sanctum*, apparuit eis juxta mare Galileæ; [p] *Habetis*, inquiens, *aliquid quod manducetur?* Per Spiritus insufflationem eos se fecisse parvulos significavit. Atqui non erant ætate parvuli. Rursus scriptum est: [q] *Ecce ego & parvuli, quos dedit mihi Deus*. [r] *Quoniam igitur pueri communi-*

a Rom. VIII. 10. *b* Rom. VII. 2. *c* I. Cor. VI. 16. 17. *d* I. Joan. V. 18. *e* Matth. XVIII. 3. *f* I. Pet. II. 2. *g* Ephes. IV. 14. 15. *h* I. Cor. III. 2. 3. *i* Gal. IV. 1-3. *k* II. Tim. II. 22. *l* I. Cor. XIV. 20. *m* I. Pet. II. 1. 2. *n* Heb. VI. 13. 14. *o* Joan. XX. 22. *p* Luc. XXIV. 41. *q* Isa. VIII. 18. *r* Heb. II. 14. 15.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



caverant carni & sanguini, & ipse pariter factus est particeps eorum: ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, atque illos liberaret. Cujusnam carnis & sanguinis factus est particeps ad eorum similitudinem; nisi illorum, qui malitiam omnem abjecerant, & ad sanctæ pervenerant mensuram infantiæ? Et ipsi rursus fiunt perfecti, ut ait Apostolus, [a] *donec occurramus omnes in unitatem fidei filii Dei, in virum perfectum, ad mensuram ætatis plenitudinis Christi*. Et rursum: [b] *Augmentum corporis facite ad ædificationem ejus in caritate*. Ad eos qui sunt ejusmodi, loquitur Joannes Apostolus: [c] *Hæc scribo*, inquiens, *vobis filioli, quia cognovistis eum qui est ab initio: Scripsi vobis adolescentes, quia vicistis malum*. Vides eos qui malitia parvuli sunt, fieri pugnatores adversus inimicum? Ejus enim armatura quæ est malitia, sunt exuti. Et iidem patres evadunt, & ad perfectionis mensuram perveniunt. Quoniam committuntur eis mysteria & revelationes, donec sapientiam, & unitatem, & bonitatem, & mansuetudinem, & castitatem assequantur. Hi sunt qui Christum honorant in corpore suo.

VIII. Quæ cum ita sint, frater, & magna fames terram occupet, omni studio contendamus, ne quid nobis desit: sed bonitatem & fortitudinem atque constantiam postulemus, ne hostis invidus nos decipiat, persuadeatque, ut abjecto pudore atque misericordia, flagitia & scelera admittamus. Assidue igitur Deum cum David obsecrantes dicamus: [d] *Respice, & audi me Domine Deus meus. Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte; ne quando dicat inimicus meus, Prævalui adversus eum. Quoniam qui tribulant me, si cecidero, gaudebunt*. Si igitur nos adorti fuerint, clamemus, dicentes: [e] *Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris, Deus. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput. Super populum tuum inierunt consilium, & cogitaverunt adversus sanctos tuos. Dixerunt, Venite, & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel ultra*. Quamobrem supplicans Spiritui sancto dicebat: [f] *Deus meus pone eos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Imple facies eorum ignominia, & cognoscant, quia tu es Deus solus*. Ecce quomodo qui fide muniti sunt, cor suum armant adversus inimicos, & se se confirmant ad sanctam [g] petram qui Christus est; & cum animi fortitudine, [h] *Circumdederunt*, inquiunt, *me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis; & in nomine Domini, quia ultus sum in eos*.


IX. Proinde si viderimus eos qui nos malitia sua, id est acedia circumdederunt, aut voluptate animam nostram dissolvere, aut ira nos adversus proximum, si quid perperam egerit, concitare, aut oculos nostros ad cupiendam corporum pulcritudinem commovere, aut proximi nostri sermonem nobis tamquam venenum objicere, aut nos ad aliorum verba carpenda pellicere, aut ad serendas inter fratres discordias, dicentes, hunc esse bonum, illum vero malum: fraudibus eorum ne succumbamus, sed potius cum David magna animi fortitudine clamemus: [i] *Dominus protector vitæ meæ. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum. Si exsurgat adversus me prœlium, in hoc ego sperabo. Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ; Ut videam lætitiam Domini, & visitem templum sanctum ejus. Quoniam protexit me: & ecce nunc exaltavit caput meum super inimicos meos*. Hæc eorum sunt, qui mentem a mortuis excitant, quos Apostolus *noctem* appellat: [k] *Non sumus*, inquiens, *noctis, nec tenebrarum*. Eos vero qui desidiæ dediti se ipsos negligunt, coarguit; [l] *Qui dormiunt*, inquiens, *nocte dormiunt, & qui ebrii sunt, nocte sunt ebrii*. Et rursum: [m] *Dies Domini tamquam fur veniet, & non effugient*, quoniam sunt in nocte. Ad illos autem, qui mentem excitant a vitiis, quæ sunt nox; [n] *Induentes*, inquit, *loricam fidei, & caritatis, & galeam spei salutis*.

X. Ab operibus ergo mortuorum vigilemus, & animæ diligenter vacemus, ne quid agamus, quod sit naturæ contrarium. Est enim animæ natura mutabilis, & similis ferro, quod, si negligatur, rubigine consumitur, igne autem excoctum purgatur, & quamdiu manet in igne, fit ei simile, nec potest illud quisquam attingere, quoniam ignis est. Itidem anima dum versatur & loquitur cum Deo, ignis efficitur; & comburit inimicos suos, qui eam negligentiæ somno consopitam solent opprimere. Ut ferrum igitur, anima renovatur, sanctaque efficitur, neque amplius ulla in re istius mundi corrumpitur, sed in recta natura sua quam habet a Deo, conquiescit. Quod si a natura sua recesserit, perit. Quemadmodum enim animalia terrestria, si in aqua demergantur, intereunt, quoniam sunt e natura terrena: pisces autem in terram extracti moriuntur, quoniam ex aquæ natura sunt: volucres vero in aere quiescunt, quod si in terram descenderint, timent ne capiantur: sic & anima si a propria natura deflexerit, statim interimitur. Quamobrem qui divinis illis muneribus donati sunt, mundi fraudes & dolos reformidant, ejusque fugiunt consuetudinem, ne in laqueos & mortem incidant.

XI. Talis anima, ne si velit quidem, potest mundum diligere. Meminit enim qualis fuerit, antequam esset in Deo: & quid sibi ex mundo contigerit, & quam male fuerit ab ipso tractata. Quemadmodum enim cum in urbem quam expugnarit rex inimicus ingredietur, cives timore conterriti passis manibus victori se dedunt: at ille statim dejectis alterius regis imaginibus, legibusque sublatis, imagines suas, & leges novas constituit: quod si cives legitimo regi clam denuntiarint, ut sibi ferat auxilium, & iratus ille adversus hostem exercitum duxerit, civesque re intellecta, regi suo portas aperuerint, ingrediens ipse captum hostem interficit, statuasque suas & pristinas leges restituit, regis adversarii statuis & legibus eversis & abrogatis. Tunc incredibili civitas exsultat gaudio. Rex autem in illa habitat, & sic eam munit, ut nemo possit amplius ea potiri. Et cives suos docet arma tractare, ut nullum metuant adversarium. Sic etiam anima post susceptum baptisma, a diabolo fuit expugnata, qui eam pro libidine sua evertit atque vastavit, exturbataque veri regis imagine, suam erexit, fecitque ut misera anima sæculi istius curis & solicitudinibus vacaret, & in omnibus vitiis & peccatis volutaretur. Verum postea quam sancti magnique regis Jesu Christi benignitas eam ad pœnitentiam revocavit, læta regi suo fores aperuit. At ille ingressus adversarium expulit, & turpem ejus

a Ephes. IV. 13. *b* Ibid ℣. 16. *c* I. Joan. II. 14. *d* Psal. XII. 4. 5. *e* Psal. LXXXII. 2-5. *f* Ibid. ℣℣. 14. 17. *g* I. Cor. X. 4. *h* Psal. CXVII. 12. *i* Psal. XXVI. 1. 3. *k* I. Thess. V. 6. *l* Ibid. ℣. 7. *m* Ibid. ℣℣. 2. 3. *n* Ibid. ℣. 8.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



imaginem atque nefarias leges abolevit, animamque in priſtinam libertatem vindicavit; & ſuam in illa ſanctam imaginem inſtaurans, ſanctas ei leges dedit, pugnandique peritiam tradidit, & ſenſus illius omnes communivit, ac deinceps in ea uti ſua requievit. Fieri enim non poteſt, ut anima ingrediatur in requiem filii Dei, niſi ejus imaginem habeat. Quemadmodum enim nullus mercator nummum accipit, in quo regis imago non ſit expreſſa: neque eum nummularius probat, neque rex in ſuum theſaurum admittit: ſic anima, niſi regis magni & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervet imaginem, non probatur ab angelis, neque admittitur ab ipſo rege: quin potius audit: Quomodo huc intraſti non habens imaginem meam?

XII. Porro imaginis nota caritas eſt. [a] *In hoc enim*, inquit, *cognoſcent vos meos eſſe diſcipulos, ſi dilexeritis inter vos.* At caritas ejus in nobis eſſe non poteſt, cum anima ita diviſa ſit, ut & Deum quærat, & diligat ea quæ mundi ſunt. Etenim quemadmodum volucris unica ala volare non poteſt, ſic anima nequit in Deum progredi, ſi altera parte ad mundum inclinet. Et quemadmodum navis, ſi quid ei neceſſarium deſit, per mare tranſire non poteſt; ſic anima, ſi virtus ei aliqua deſit, perturbationum pelagus non poteſt trajicere. Et quemadmodum nautæ ſi pulcra veſtimenta, & chirothecas, & calciamenta habent muliebria, officio ſuo fungi & navigare non poſſunt, quia neceſſe eſt ut ſint expediti: ſic anima improbas ſpirituum adverſariorum procellas ſuperare non valet, niſi mundi curis & ſolicitudinibus ſit vacua. Et quemadmodum miles cum hoſtibus principis ſui conflicturus, ſi arma deficiant, non poteſt reſiſtere; ita Chriſti adverſariis, id eſt, vitiis & perturbationibus homo repugnare non valet, ſi virtutum armis ſit deſtitutus. [1] Et quemadmodum ſi pars aliqua muri corruerit, hoſtes in urbem per illam ingredi poterunt, licet portæ cuſtodiantur: ita ſi quis ædificii ſpiritualis propugnacula aliqua ex parte per vitium aut flagitium aliquod ſinat corruere, licet ſenſuum portas alioqui diligenter cuſtodiat, tamen adverſarius diabolus ingreditur, & evertit omnia.

XIII. Neque vero hæc ipſe confingo, ſed ipſa teſtatur divina ſcriptura: [b] *Et dixit Deus Noe: Te ſolum in hac generatione vidi juſtum atque perfectum.* Abrahæ vero; [c] *Ambula*, inquit, *coram me, & eſto perfectus, & ponam pactum meum tecum in ſempiternum.* Et Iſaac benedicens filio ſuo Jacob, [d] *Deus*, inquit, *meus corroboret te, donec poſſis facere omnem voluntatem ejus.* Et in Numeris ſcriptum eſt: [e] *Omnis qui votum habet ſuper ſe, ſe ipſum cuſtodiat, nec vinum bibat, aut acetum ex vino, aut quidquid inebriare poteſt, uſque ad acinum vuæ.* Et in Deuteronomio; [f] *Si exieris*, inquit, *ad pugnam contra adverſarios tuos, cuſtodi te ipſum ab omni ſermone & opere malo, donec tradatur inimicus tuus in manus tuas.* [g] *Porro ex his ſeptem gentibus neminem omnino captivum ſervabis, ne doceat te peccare contra me.* Ac docens nos, ne contemnamus eos, qui dicunt: Quando poterimus eos delere, cum tam multi ſint? [h] *Non poteris*, inquit, *delere eos in anno uno, ne forte terra deſerta* A *relinquatur, & multiplicentur feræ contra te: ſed paullatim, donec numero augearis. Et dilatabit Deus terminos ſuos.* Sæpe etiam præcepit illis Deus; [i] *Cave*, inquiens, *ne fœdus ineas cum Chananæis, quos ego ſum deleturus a facie tua.* Jam cum Jeſus filius Nave Hiericho obſideret ut illam everteret, [k] *Anathema*, inquit, *conſtitues illam, & omnia quæ in ea ſunt.* Et cum vellet manum cum hoſte conferere, non potuit Iſrael reſiſtere, ſed fugit a facie ejus, propter exiguum anathema, quod ſurripuerat Achan. Et procidens Joſue in faciem ſuam clamavit in conſpectu Dei: [l] *Vertit*, inquiens, *Iſrael terga inimicis ſuis.* Et ego quid faciam? Et dixit ei princeps militiæ Domini; [m] *Quoniam eſt* B *in te anathema, Iſrael: non poteris reſiſtere inimicis tuis.* Et non proceſſit in prœlium prius, quam e medio tolleret Achan. Ad hæc videmus, quomodo Saulem regno ſpoliaverit Deus [n], propter anathema quod ceperat ex Amalech.

XIV. Quid, quod Deus non audiit Iſrael [o], cum Jonathas haſtam intinxiſſet in melle, eumque admoviſſet ori ſuo? Eccleſiaſtes præterea docens, quolibet minimo vitio virtutum aciem frangi dicebat; [p] *Muſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti.* Et Ezechiel: [q] *Quacumque*, inquit, *die juſtus deflexerit de via juſtitiæ ſuæ, & fecerit iniquitatem, omnes juſtitiæ ejus tradentur oblivioni.* Et Apoſtolus; [r] C *Modicum*, inquit, *fermentum totam maſſam corrumpit.* Ananias autem & Sapphira uxor ejus, cum fraudaſſent de pretio agri mentientes, repente ceciderunt ante pedes Apoſtolorum, & exſpirarunt. [ſ] *Si quis*, inquit Jacobus, *totam legem ſervaverit, offenderit autem in uno, factus eſt omnium reus.* Admonet nos Deus, ut ad ſe nos convertamus: [t] *In qua die*, inquiens per Ezechielem, *converterit ſe impius a via impietatis ſuæ, & fecerit juſtitiam & judicium, iniquitatum ejus non recordabor, ſed vita vivet. Quia nolo mortem peccatoris, ſed potius ut revertatur, & vivat.* [u] *Dicit Dominus Deus; Convertimini convertentes: Cur interit domus Iſrael?* Et Jeremias: [x] *Convertimini*, inquit, *ad me, domus* D *Iſrael, & propitius ero vobis, dicit Dominus.* Et idem rurſus? [y] *Numquid qui cecidit, non reſurget? & qui averſus eſt, non revertetur? Quare ergo averſus eſt populus iſte averſione contentioſa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti ad me, dicit Dominus. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* Et Dominus; [z] *Si dimiſeritis*, inquit, *hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis peccata veſtra. Quod ſi non dimiſeritis, nec Pater veſter dimittet vobis.* [aa] *Si quis veſtrum*, inquit Apoſtolus, *præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, corripite ejuſmodi in ſpiritu lenitatis.* Et Jacobus; [bb] *Fratres mei*, inquit, *ſi quis ex vobis erraverit a veritate, &* E *converterit quis eum, ſcire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ſuam a morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Ecce quomodo cuncta, ſcripturarum teſtimonia nos commonent, ut noſmet ipſos exploremus, ne, dum ſtudio virtutis incumbimus, malitiam ſervemus, aut iram adverſus proximum, quæ labores noſtros perdat, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus nobis eo tempore non opituletur, cum inimici

a Joan. XIII. 35. *b* Gen. VII. 1. *c* Gen. XVII. 1. *d* Gen. XXVIII. 3. *e* Num. VI. 2. 3. *f* Deut. XXIII. 9. *g* Deut. XX. 16. 18. *h* Deut. VII. 22. *i* Ibid. ℣. 2. *k* Joſ. VI. 17. *l* Joſ. VII. 8. *m* Ibid. ℣. 13. *n* 1. Reg. XV. *o* 1. Reg. XIV. 37. *p* Eccle. X. 1. *q* Ezech. XVIII. 24. *r* Gal. V. 9. *ſ* Jac. II. 10. *t* Ezech. XVIII. 21-23. 32. *u* Ezech. XXXIII. 11. *x* Jer. III. 22. *y* Jer. VIII. 4. 5. *z* Matth. VI. 14. 15. *aa* Gal. VI. 1. *bb* Jac. V. 19. 20.

1. *Et quemadmodum* cet.] Græce infra l. c. cap. XV.

nostri nos afflixerint. His enim indignatur, cum ait: [a] *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne oportuit & te misereri conservi tui? Et iratus tradidit eum tortoribus, donec redderet omne debitum. Sic faciet Pater meus cælestis, nisi dimiseritis unusquisque fratri vestro e cordibus vestris.* Explora te ipsum frater, & quotidie cor tuum excute in conspectu Dei, ut intelligas, utrum in eo resideat indignatio, aut odium in fratrem tuum, aut contumelia, aut invidia, aut superbia. Quoniam si ejusmodi veneno infectum fuerit, Deo placere non poterit. Tibi in memoriam redige verba illa Domini Jesu: *Nisi dimiserit unusquisque proximo suo ex toto corde.*


XV. Quisquis igitur timet, ne in gehennam incurrat, omnem e corde suo malitiam expellat. [1] Attende cordi tuo frater, & vigila. Hostes enim nostri sunt astutissimi, & numquam dormiunt. Scito fieri non posse, ut homo, dum male agit, faciat bona. Potest tamen sub specie boni mala facere. Idcirco Dominus ad vigilandum nos hortabatur: [b] *Angusta enim est porta, & arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci inveniunt eam. Lata autem & spatiosa est via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui ingrediuntur per illam.* [c] *Attendite*, inquit, *a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus ipsorum cognoscetis eos.* Quinam sunt fructus istorum? omnia peccata ad quæ nos conantur impellere. Attamen eos qui Deum ex toto corde diligunt, decipere nequeunt falsi prophetæ. [d] *Quis*, inquit Apostolus, *nos separabit a caritate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an periculum? an nuditas? an gladius? Certus sum enim, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque præsentia, neque futura, neque ulla alia creatura poterit nos separare a caritate Christi.* Animadvertis, mi frater, nihil esse in mundo, quod ex toto corde diligentes Deum possit ab ipsius caritate separare. [2] Attende igitur tibi, ne qua te malitia sejungat ab ejus caritate, ne aurum, aut argentum, aut ædes, aut voluptas, aut odium, aut contumelia, aut acerbius aliquod dictum, aut ullum aliud draconis venenum, quo ille cor nostrum afflaverit. Ne turbemur, sed potius in serpentem æneum aciem intendamus, quem ex sermone Domini Moses fecit [e]. Ligno enim illum affixit in montis vertice, ut quicumque fuisset a serpentibus morsus, statim in eum respiciens, curaretur. Dominus noster Jesus Christus æneo serpenti assimilatus est. Quandoquidem inimicus est, quem audivit Adam, inimicus constitutus est Dei. At Dominus noster Jesus Christus, [f] perfectus homo factus est in omnibus, excepto peccato, similis Adam propter nos. Porro serpens est æneus, quia similis est illi qui Dei erat inimicus: non tamen improbam habet cogitationem, neque venenum, neque malitiam, neque abscondit se se, neque afflat, neque spiritum habet inimici. Figuram hanc subiit Dominus noster Jesus Christus, ut venenum illud exstingueret quod ex ore draconis Adam hauserat. Natura igitur quæ fuerat depravata, in proprium statum redacta est. [g] *Quid est*, inquit Dominus Moysi, *quod habes in manu tua? Et dixit: Virgam. Projice*, inquit, *illam in terram. Quæ projecta in serpentem conversa est. Et fugit Moyses a facie ejus. Et dixit illi Deus: Extende manum tuam, & caudam ipsius apprehende. Quod ille cum fecisset, in virgam conversus est serpens.* [h] Et dixit Deus, Sume virgam, quæ in serpentem versa est, & fluvium Ægypti percuties in conspectu Pharaonis, & aqua ejus vertetur in sanguinem. Et rursus [i] eamdem virgam accipiens, percute mare rubrum, & arescet. Petram item eadem virga percutito [k], & aquam effundet.

XVI. Cernis, quomodo qui per vestigia Domini nostri Jesu Christi incedit, postea quam factus est inimicus & serpens, in virgam vertitur, & nullus illi resistere potest adversarius? Mysterium hoc magnum est. Si igitur draco suum in nos virus effuderit, oculos nostros ad crucifixum intendamus, qui propter nos hæc omnia passus est, neque tamen immutatus est, neque ira commotus in eos a quibus tot injuriis & contumeliis afficiebatur, nihil respondens, sed ad ænei serpentis similitudinem immobilis manens. Quamobrem si auxilium ejus imploraverimus, ab occultorum serpentium morsibus integri permanebimus. In eo situm est robur & præsidium nostrum. [l] *Quemadmodum* enim, inquit ipse, *Moyses exaltavit serpentem in deserto, sic exaltari oportet Filium hominis: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Ut omnis*, inquit, *qui credit in eum.* Necesse est, ut ad illum per fidem accedamus. Neque enim æneus serpens vulneratos curabat, nisi qui in eum respexissent. Multi enim increduli, neglecto Dei sermone, a serpentibus icti moriebantur, ut testatur Apostolus: [m] *Et ne tentemus*, inquiens, *eum, sicut illi tentaverunt, & a serpentibus sunt interfecti.* Cernis frater, hoc item tempore serpentes in eorum cordibus inesse, qui tentare volunt Dominum Jesum? Quinam sunt isti? Illi nimirum qui mandata ejus requirunt, cum ea nolint observare. [n] *Accessit*, inquit, *ad eum unus e legisperitis tentans eum, & dicens: Magister quod est magnum & primum mandatum in lege? Cui respondit Jesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua: & proximum tuum, sicut te ipsum. In his duobus præceptis universa lex pendet, & prophetæ.* Vides eos, qui quærunt & non faciunt, tentatores appellari? quoniam æneo serpenti nolunt credere, qui potest eos a pestifero occulti serpentis morsu curare.

XVII. Cor igitur tuum confirma, & ne dixeris; Quomodo possum ejus mandata servare, cum homo peccator sim? Qui enim confessus fuerit peccata sua se se convertens ad Deum per pœnitentiam, regenerabitur. [o] *Sicut portavimus imaginem terreni*, inquit Apostolus, *portemus & imaginem cælestis.* Potestatem, ut vides, dedit homini Deus, ut per pœnitentiam immutetur, & totus per illam novus efficiatur. Mater dum infans est in sinu suo, illum servat ab omni malo. Si luget, mammam præbet. Leviter colaphos infligit, ut cum timore lac sugat, nec contumax evadat. Flentem complexu & osculo consolatur. Eum ut cor, & viscera propria, diligit & fovet, & ad sugenda ubera invitat. Si aurum infanti, aut argentum, aut margarita, aut quidvis aliud ostendatur, aspicit ille quidem, sed

[a] Matth. VIII. 32-35. [b] Matth. VII. 13. 14. [c] Ibid. ℣℣. 15. 16. [d] Rom. VIII. 35. 38. 39. [e] Num. XXI. 8. 9. [f] Heb. IV. 15. [g] Exod. III. 2-4. [h] Exod. VII. 19. [i] Exod. XIV. 16. [k] Num. XX, 8. [l] Joan. III. 14. [m] 1. Cor. X. 9. [n] Matth. XXII. 35-40. [o] 1. Cor. XV. 49.

1. *Attende cordi tuo* cet.] Græce infra l. c. cap. XVI. 2. *Attende igitur* cet.] Græce infra l. c. cap. XVII.



in sinum matris fugiens omnia contemnit, ut mammam ejus accipiat. Non arguit eum pater quod nihil agat, quod se ad bellum non conferat, & pugnet cum adversariis. Quoniam est parvulus, non potest: pedes habet ille quidem, sed illis inniti non valet. Manus habet, sed arma nequit tractare. Patienter exspectat mater, ut paullatim crescat. Ubi paullulum crevit, si forte cum alio luctari voluit, victusque cecidit, non irascitur pater, quoniam parvus est. At cum in virum evaserit, ejus apparet virtus & studium. Patris inimicos persequitur. Tunc illi pater omnia sua committit & credit, quoniam filius est. Quod si post omnes labores quos in eo educando parentes pertulerunt, fames aut pestis aut bellum ingruerit, & ille parentes deserat, neque eorum senectuti velit consulere, sed cum inimicis illorum amicitiam ineat; tunc amoris obliti, domo filium ingratum ejiciunt, & spoliant hereditate.


XVIII. Et nos igitur fratres, operam demus, ut in pœnitentiæ præsidio consistamus, sugamusque lac e sanctis ejus uberibus, ut nos ipsa nutriat & foveat. Omnia quæ cernuntur, aspernemur, ut lac ejus in ore nostro dulcescat. Disciplinæ ipsius jugum subeamus, ut nostri curam gerat. Quod si cum hostibus nostris pugnaverimus, & illi nos ut parvulos afflixerint; ploremus in sinu ejus, ut illa patrem nostrum ad eos qui nos vexant, ulciscendos exhortetur. Omnem cordis nostri voluntatem amputemus, & nos esse peregrinos non pigebit, ut nos tamquam Abraham servet atque defendat. Manibus ejus nos ut Jacob, subjiciamus, ut a patre nostro benedictionem impetremus. Voluntates nostras abnegemus, ut Moyses, qui sub ejus perfugio servatus est adversus illos qui eum interficere cupiebant. Ne contemnamus illam, ne oderit nos sicut Esau. Sanctitatem ejus custodiamus, ut nos exaltet in terra inimicorum nostrorum. Eam tamquam propugnaculum teneamus, ut Jesus filius Nave, qui puer e tabernaculo non egrediebatur. Inertiæ locum in corde nostro ne relinquamus, ne spoliet nos terræ promissionis hereditate. Omnibus in rebus humilitatem amplectamur, ut quemadmodum Caleb, ingrediamur in terram fluentem lac & mel. Nihil perditionis concupiscamus, ne pereamus, ut Acham. Amemus ejus stimulum conscientiæ, qui omni hora nos excitet, ut servet nos in tempore tentationis, quemadmodum Rahab. In nullo cibi genere gulæ indulgeamus, ne perdat nos, ut filios Heli. Servemus nos integros ab omni iniquitate, sicuti Samuel, qui nullo conscientiæ stimulo pungebatur, quod mali quippiam fecisset proximo suo. Caveamus, ne malum proximo reddamus, ut nos a malo custodiat, quemadmodum David. Ab omni jactantia atque inani gloria temperemus, ne ejiciat nos a facie patris nostri, ut Absalom. Humilitatem & gravitatem colamus, ut habeat nos ultores adversus inimicos patris nostri, quemadmodum Salomonem. Omni in re nos subjici studeamus, membra nostra ab omnibus operibus mortuis cohibentes, ut cor strenuum adversus inimicos nostros obtineamus, sicut Elias Thesbites. Ne simus cupidi voluptatis, ne nos perdat ut Achan. Totis viribus ad mortem usque contendamus, ne sanctam ipsius amittamus hereditatem, uti Nabut Jezraelita. Obedientes simus patribus nostris spiritualibus, voluntates nostras omnibus in rebus abnegantes, donec illis subjiciamur, ut ad Elisei similitudinem, eorum benedictio nobiscum maneat. Ne simus avari neque mendaces, ut hominibus placeamus, ne nos perterrefaciat, ut Giezi. Viros pios magis, quam nosmet ipsos omnibus in rebus diligamus, ut nos quemadmodum Sunamitidem benedicat. Peccatum ad mortem usque odio persequamur, ut in die necessitatis sicut Susannam nos adjuvet. Varia ciborum genera ne cupiamus, ut illi qui cibum de mensa Nabuchodonosor capiebant. Afflictione gaudeamus, ut Azarias. Ne simus astuti & callidi, sicut Babylonii murmurantes contra fideles. Expleamus ministeria nostra, ut Daniel, corporis ignaviæ non indulgentes, quoniam maluit mori, quam relinquere sacrificia quæ quotidie faciebat. Deus enim fortis est, eosque a tentationibus servat, a quibus diligitur. Improbos autem perdit. Justi vero fides in Deum, feras reddit ut agnos ovium. Benedictus Deus pœnitentiæ, & benedictus a Deo, qui pœnitentiam diligit, & collum subjicit voluntati ejus, donec desuper regeneretur ex voluntate Dei.

XIX. Magna frater, opus est homini diligentia & judicio & vigilantia, ut omnem suam repudiet voluntatem, & recte incedat in omnibus viis suis, ne aberret, & incidat in manus hostium pœnitentiæ. Qui se justum existimat, illam interficit. Qui judicat peccatores, eam insectatur. Qui despicit negligentes, eam dissolvit. De hac in Proverbiis scriptum est: [a] *Omnes viæ ejus rectæ. Cibum otiosa non comedit. Vestimenta duplicia fecit viro suo. Facta est velut navis institoris de longe portans divitias suas.* Ex his verbis illam consideremus. Mercator qui navem onerat, non genus unum mercium in eam conjicit, sed omnia ex quibus se lucraturum sperat. Quod si quam jacturam fecisse viderit, eam non imitatur, sed eos potius, quos animadvertit divites evasisse. Incolas, & quos minime invidos arbitratur, rogat quanti unaquæque res emi aut vendi possit. Talis est anima, quæ Deo cum lætitia cupit occurrere. Non una re tantum contenta est: sed omnia comparat ex quibus lucrum sperat; ea vero respuit, quæ damnum allatura suspicatur. Nunc igitur mi frater, quando Domini Jesu mercator effectus es, ab illis mercibus cave quæ afferunt detrimentum: Cujusmodi sunt, humana gloria, superbia, arrogantia, jactantia, irritatio proximi, maledicentia, avaritia, discordia. Hæc, & his similia Domino Jesu placere non possunt. Te ipsum frater, considera diligenter, sensus tuos expende, ut scias, quinam ex illis aut Deo aut peccato fructum ferat. Utrum oculi tui rapiantur a voluptate. Utrum lingua sit ad petulantiam prona. Utrum cor tuum humanæ gloriæ dulcedine capiatur. Utrum aures adulatores & maledicos libenter audiant. Hæc omnia menti sunt detrimento. Nam in Levitico scriptum est: [b] *Sic dicito Aaron: Ne obtuleris ad altare meum ex animalibus mundis quod maculam habeat, ne moriaris.* Aaron mentem significat. Et quoniam inimicus cum specie justitiæ miscet malitiam suam, ideo jussit, ut exploraret, ante quam offerret, ne moreretur.

XX. Diligens hæc exploratio illorum est, qui vere diligunt Dominum Jesum, & sperant in eum. Horum anima facta est sponsa virtutibus omnibus exornata, quæ habet speculum suum. Nam, ut inquit Apostolus, [c] *nos omnes revelata facie gloriam Dei veluti speculo referentes, in eamdem imaginem*

[a] Prov. XXXI. 27. 21. 24. [b] Levit. XXII. 18. 20. [c] II. Cor. III. 18.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



transformamur de claritate in claritatem, tamquam a Domini spiritu. [a] *Nunc autem videmus per speculum in ænigmate, tunc videbimus ipsum facie ad faciem.* Quamobrem animæ quæ sponsæ illius fiunt, in castitate se ipsas tamquam in speculo contemplantur, ne forte aliqua in vultu macula resideat, qua displiceant sponso suo. Quærit enim ille virgines animas castas, & mundas, nullam habentes maculam. Id quod de Rebecca scriptum est, quod [b] *virgo erat pulcra valde*, nesciens virum. Et Propheta [c] *Adducentur*, inquit, *virgines post eam; proximæ ejus adducentur tibi. Adducentur*, habita humanitatis ratione. *Proximæ*, quia conjungentur ipsi. Sancti enim baptismatis regeneratio renovat eas ab omni vetustate. Et pœnitentia illas sanctificat, & puras virgines reddit. Totius enim vetustatis obliviscuntur. [d] *Audi*, inquit, *filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populi tui & domum patris tui: Et concupiscet rex speciem tuam.* Et suspicient illam omnes virtutes cælorum, propter munditiam, qua eam pœnitentia decoravit, & unum cum ipso corpus illam effecit. Et dicent: [e] *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata inter filias ejus?*

XXI. Omnibus ergo viribus contendamus, ut paullatim veteris hominis actiones exuamus; caveamus a rebus omnibus perditionis, donec caritas ejus ad nos veniat, & a nobis auferat imaginem terreni & sanctam ejus imaginem figat in corde nostro, ut puri & integri ab omni macula eo digni efficiamur. Et [f] *sicut portavimus immaginem terreni*, ut inquit Apostolus, *portemus & imaginem cælestis*. Quoniam probe novit Apostolus, neminem esse sine peccato, ex quo facta est transgressio: & pœnitentiam esse, quæ hominem ad integram ducit puritatem: idcirco nos monet, ut destruamus actionem ejus qui non obedivit, & actionem amplectamur Domini nostri Jesu Christi, obtemperantes mandatis illius, qui misericordia adductus hominis servitutem tulit, ut eum in reconditum reduceret paradisum, & sanctas illi suas virtutes omnes largiretur, permitteretque vesci de ligno vitæ, quæ est sermonum ejus cognitio atque observatio; quæ in animo fidelium pacem inserit, eosque servat assidue, & arcet aures eorum ab omni sermone draconis improbi, in memoriam illis redigens acerbam servitutem in quam per inobedientiam incidimus, cohortansque nos, ut ei semper gratias agamus, qui pretioso sanguine suo nos redemit, [g] *delens in cruce chirographum* nostræ servitutis, nosque sibi [h] *fratres & amicos* adscribens, qui cum Spiritum suum in caritate super discipulos suos effudisset, & animos eorum recreasset; [i] *Ascendo*, inquit, *ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.* [k] *Volo Pater, ut ubi ego sum, & ipsi illic sint mecum. Quoniam dilexisti eos, sicut tu dilexisti me.*


XXII. Ceterum ut ostenderet se non de omnibus dicere, sed de illis qui proprias amputant voluntates, & sanctæ ipsius voluntati parent, & omnia mundi hujus commercia a se rejiciunt; [l] *Elegi*, inquit, *eos de mundo, propterea odit eos mundus, quoniam ab eo non sunt.* Qui ea quæ mundi sunt, re-

A liquerunt, digni facti sunt, quemadmodum vides, ut Domini Jesu sponsæ sint, & in ejus veritate permaneant, [m] *Propter hoc*, inquit Apostolus, *relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Idem Apostolus [n] *gentes* dixit esse *coheredes & concorporales & comparticipes promissionis in Christo Jesu per Evangelium.* Qui digni facti sunt, ut sint unum corpus cum ipso Spiritus sanctus habitat in eis, & ipse fuggerit illis omnia, & pro illis ipse solicitus est. [o] *Neque enim vos estis*, inquit, *qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Et Apostolus: [p] *Quoniam*, inquit, *nobis* B *revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Nos enim*, inquit, *mentem Christi habemus.* Quomodo igitur Christi mente peccatum aliquod cogitemus? Mysterium hoc frater, animo contemplare.

XXIII. Omnia genera animalium quæ sunt in terra, cum simili, non cum diverso genere conjuncta generant, sive jumenta sint, sive feræ, sive serpentes, sive volucres. Propterea Deus adduxit omnia ad Adam, [q] ut videret, an inveniret quod sibi esset simile. Et nullum ex omnibus invenit, quoniam ex ejus natura non erat. Tunc accepit Deus unam e costis ejus, & fecit ipsi uxorem, C quoniam sumserat eam e viro suo. *Mysterium hoc magnum est* in illis qui fiunt sponsæ Christi: quia sunt ex ejus substantia per regenerationem, & ex sancto illius sunt corpore. Nam, ut Apostolus ait, [r] *Unum corpus sumus omnes in Christo: singuli autem alter alterius membra.* Et rursum: [s] *Quoniam* inquit, *membra sumus corporis ejus, ex carnibus ejus & ex ossibus ejus.* Vides quomodo velit hominem esse in omnibus, quemadmodum Eva ex Adam, & sicut est ipse in omnibus. Nam qui brutorum instar sunt rationis expertes, aut sibi vicissim aliquid surripientes ferarum avaritiam imitantur, aut volucrum inconstantiam, aut venenum serpentium: horum animæ sponsæ Christi esse non possunt: quo- D niam illi sunt actione dissimiles. Vides frater, quomodo velit hominem sibi esse similem, ut anima ejus sit sponsa ipsius. Ex propriis igitur actionibus agnoscit anima [1] cognitiones suas. Nam si recte agit, Spiritus sanctus habitat in ea. Actiones bonæ reddunt animam a perturbationibus liberam. Porro fieri non potest, ut in ea quæ talis est, non habitet Spiritus sanctus. [t] *Si me diligitis*, inquit Dominus, *mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem, & mittet vobis paracletum Spiritum veritatis.* Et Apostolus: [u] *Nonne*, inquit, *cognoscitis, quod Christus Jesus habitat in vobis? nisi forte reprobi estis.* Vides, quomodo, nisi quis Domini actionem imitetur, reprobus sit & sponsa ejus esse E nequeat? [x] Et virgines omnes paraverunt lampades suas, sed quæ non habebant opera bona, rejectæ sunt. [y] Sagena missa in mare congregavit, & intulit bonos pisces in regnum cælorum. [z] Zizania simul cum tritico creverunt, sed cum messis advenisset ligata sunt & in ignem projecta. [aa] Palmites qui fructum non tulerunt, in ignem projecti sunt. Oves simul cum hœdis pascebantur: sed [bb] oves tantum a dextris constiterunt: hœdi autem a sinistris.

a I. Cor. XIII. 12. *b* Gen. XXIX. 17. *c* Psal. XLIV. 15. *d* Ibid. ℣℣. 11. 12. *e* Cant. III. 6. *f* I. Cor. XV. 49. *g* Coloss. II. 14. *h* Joan. XV. 14. 15. XX. 17. *i* Joan. XX. 17. *k* Joan. XVII. 23. 24. *l* Joan. XV. 19. *m* Ephes. V. 31. 32. *n* Ephes. III. 6. *o* Matth. X. 20. *p* I. Cor. II. 10. 16. *q* Gen. II. 19-21. *r* Rom. XII. 5. *s* Ephes. V. 30. *t* Joan. XIV. 15-17. *u* II. Cor. XIII. 5. *x* Matth. XV. 1-12. *y* Matth. XIII. 47. *z* Ibid. ℣℣. 25-30. *aa* Joan. XV. 6. *bb* Matth. XXV. 33.

1. *Cognitiones*] Forte *cogitationes*.



[a] Is qui seminat seminavit semen suum: sed illud solum quod cecidit in terram bonam, fructum tulit. [b] Dedit argentum suum sine simulatione, sed eo tamen gavisus est duplicato. [c] Vocati fuerant omnes ad nuptias, sed qui non habebat vestem nuptiarum, jussus est projici in tenebras exteriores. Omnes se credere profitentur, sed qui bona non habent opera, ejiciuntur foras: [d] *Quoniam multi sunt vocati, pauci vero electi*.

XXIV. Exploremus nosmet ipsos fratres, & opera nostra perpendamus, ante quam illi sit obviam a nobis prodeundum. Ne simus ex eorum numero, qui carnis faciunt voluntatem. Operam demus, ut eas divitias assequamur, quas in illa necessitatis hora sumus inventuri. Eas quæ nobis heic necessario sunt relinquendæ, contemnamus. Consideremus illos, qui summo studio caducis istis divitiis cumulandis incubuerunt: quomodo illis relictis, in gehennam inciderint, quia Domini Jesu vestigia sequi neglexerunt, ut dignæ fierent illius sponsæ. Lacrymis igitur coram Deo, & occulto cordis dolore ac gemitu laboremus: ne in dedecus ipsorum incidamus. Etenim si tempestas in mari oriatur, & multa navigia submergantur, non dicimus, Quoniam illi perierunt, pereamus & nos: Quin etiam totis viribus contendimus, & Deo vota facimus, ut incolumes evadamus. Vere magna, fratres, in hoc vitæ pelago tempestas oborta est. Cohortemur nos ad laborem, & clamemus ad Dominum, ne fluctibus obruamur. Nisi deponamus onera peccatorum, exuamusque nos ab omni solicitudine, ex hac turbulenta tempestate non possumus evadere. Moyses non prius cecinit canticum Domino, quam mare trajecisset, vidissetque mortem eorum qui volebant Dei populum in servitute detinere! Tunc demum dixit: [e] *Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est: equum & ascensorem projecit in mare*.

XXV. Si mens igitur animæ sensus a carnis voluntate servaverit, & contemplationis columna animam ab illa separaverit, tunc Deus perspiciens improbitatem perturbationum quæ in animam impetum facientes sensus ipsius in peccatis conantur continere, menti assidue supplicanti fert auxilium, & inimicos ejus omnes perdit ac delet. Quemadmodum dixit & Moysi: [f] *Quid clamas ad me? præcipe filiis Israel, ut promti paratique sint. Tu autem virga quæ est in manu tua, percute mare, & arescet*. Fidelis est Deus qui nobis etiam opituletur, ut Moysi, eripiatque nos e manibus inimicorum nostrorum, ut illi possimus canere canticum novum, & dicere: *Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est*. Ceterum quomodo poterimus hæc pronuntiare si hostibus nostris pareamus, & voluntate in Ægyptum revertamur, concupiscentes ea quæ olim comedebamus, & clamantes ad Aaron: [g] *Fac nobis deos, qui præcedant & reducant nos in Ægyptum*: [h] *displicet enim nobis iste cibus spiritualis*. Potens est Deus mittere Moysen ad nos, qui conterat vitulum conflatilem, per quem ad iram eum provocamus. Potens est Deus qui nobis largitus est pœnitentiæ donum, nos iterum ad se convertere, & Moysen confirmare, ut pro nobis precetur & dicat: [i] *Si quidem dimittis illis peccatum, dimitte; sin minus, dele me de libro viventium*. Corroborabit & Josue in tempore, quo deleantur septem gentes, ut in terram promissionis nos introducat; & Israel accipiat hereditatem habitans in illa commodissime in sæcula sæculorum, Amen. Ipsius Domini nostri Jesu Christi est fortitudo, ipsius est auxilium, ipsius est protectio, ipsius est sapientia, ipsius est custodia. Ipse in nobis est ad gloriam & honorem Dei Patris, & sancti Spiritus ante sæcula sæculorum, Amen. Si hæc intelligis, frater, operam da ut ea perficias; & Dominus proteget te in hora tentationis. Amen.

ORATIO XXVI.

Beati Isaiæ abbatis dicta, quæ Petrus abbas discipulus ejus ex illo accepit, & liberis commendavit.

I. Dicebat Pater meus: Fortis esto in his corrigendis, quæ indigent correctione. Animi puritas gratas Deo fundit preces. Dei timor & angustia facile veniam impetrant peccatorum. Hominis, qui ultionis est cupidus, sacrificia sunt vana. Hujus temporis noli consilium aut rationem requirere, nec requirenti tibi confide. Et eos attende, qui intra te loquuntur: & Deum ora, ut te doceat quem ex illis debeas audire. Cave, ne aliud in lingua, aliud in corde promtum habeas. Qui supplex se prosternit ante Deum, & qui cum humilitate mandata audit, caritatem assequitur. Caritas autem vitia & perturbationes expellit. Qui se quieti & silentio tradit, assidue consideret, utrum eos effugerit adversarios qui nos in aere oppugnant, & ab eis liberatus sit. Quamdiu enim eorum servituti subjectus est, non est liber. Affligat igitur se se, donec a Deo misericordiam impetret. Qui accusatur a corde suo, nondum misericordiam impetravit. Si vis sequi Dominum nostrum Jesum Christum, serva sermonem ejus. Si veterem hominem vis cum ipso suspendere, ab iis qui a cruce te revocant, debes abhorrere; & te ipsum assuefacere, ut æquo animo feras, si contemnaris; & qui te afficiunt injuria, diligas, & te illis humilem præbeas, & tuis cupiditatibus domineris, atque oris silentium custodias, & neminem judices in corde tuo. Qui quietem & silentium colit, timorem habeat sibi occurrentis Dei. Dei timor non est in illo, qui peccato obtemperat, & eget misericordia Dei.

II. Hoc grave est, quod probitatem in ore, iniquitatem & malitiam in corde gerimus. Nisi quis ad mortem usque contenderit, ut corpus suum tale reddat quale fuit dilecti Jesu, non occurrit illi cum lætitia, nec ab acerba servitute liberatur. Dicebat: Miserere, miserere, miserere, quoniam decidit anima mea: in quali puritate creata fuit? in qua servitute detinetur? cui vanitati obstricta est? [1] Hortor te, dum es in corpore, ne cor tuum liberes. Quemadmodum enim homo agri sui fructus incertos putat, donec eos in horrea sua condiderit: ita quos e corde tuo fructus sis percepturus, incertus es, [k] *donec in naribus spiritum habes*. Quemadmodum homo a quo vitio sit oppugnandus, ad extremum usque spiritum scire non potest: ita liberare

a Matth. XXII. 3-8. *b* Matth. XXV. 21. 23. *c* Matth. XXII. 11-13. *d* Ibid. ℣. 14. *e* Exod. XV. 1. *f* Exod. XIV. 15. 16. *g* Exod. XXXII. 1. *h* Num. XXI. 5. *i* Exod. XXXII. 31. 32. *k* Job XXVII. 3.

1. *Hortor te — implorare*] Græca hujus loci habes infra cap. XIX. ex iis quæ edidit Possinus.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



cor suum nequit, dum spirat, sed assidue Dei auxilium & misericordiam debet implorare. Quæsivi ex eo, quid sit humilitas, & quomodo comparetur? Respondit: Humilitas est obedientia, & propriæ voluntatis abnegatio. Humilitas est affligere se, cordis puritatem amplecti, proximi contumelias & injurias libenter ferre. Beatus, inquit, qui novum induit hominem, ante quam Christo occurrat: [a] *Caro enim & sanguis*, ut ait Apostolus, *regnum Dei possidere non possunt*. Idem: [b] *Dum zelum*, inquit, *& contentionem habetis inter vos, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Ideo, inquit, sic affligimur ab inimicis nostris, quia nostras infirmitates ignoramus, nec considerate luctum amplectimur. Aperiret enim nobis peccata nostra, quæ quidem nobis si plane essent cognita, deteriores nos meretricibus existimaremus. Illæ enim palam peccant, quia ignorant Deum. Nos autem qui Dei cognitionem profitemur, peccato tamen inservimus. Qui sustinet reprehensionem, & proximo subjicit voluntatem suam ne Deus inimicum in medium prodire sinat, se mercenarium ostendit. Si enim ingenue ad Domini Jesu pedes se se subjiceret, studeret propriæ voluntati renuntiare, ne ab amabili Domino suo sejungeretur. Qui propriam sequitur voluntatem, ne cum bonis quidem pacem habet: contemtus enim & ira & contentio in ejus corde vigent. Qui se curare negat, quid aut loquatur aut audiat, cæco similis est, qui tam intus, quam foris lumen non videt. Qui assidue cogitat peccata sua, linguam non habet, qua ullo de homine verba faciat.

III. Quæ mundi sunt, & ipsam etiam corporis quietem odio persequere, quoniam avocant te ab amicitia Dei. Sicut qui habet inimicum, cum illo pugnat: ita nos cum corpore nostro debemus pugnare, neque illi otium aut quietem concedere. Qui Deum amat, cogitationes suas debet expendere, utrum ex corpore sint, nec ne. Quamdiu enim corporis curis detinetur, non est pura Dei sponsa. Interrogatus a me, quid sibi vellet ea precatio: [c] *Sanctificetur nomen tuum*. Perfectum est, inquit: quoniam Dei nomen in nobis sanctificari non potest, dum cupiditatibus obtemperamus. Dicebat ex veterum patrum sententia, Recessum esse corporis fugam, & mortis meditationem. Ubi non est pax, inquit, ibi nec Deus. Qui cernit peccata sua, pacem intuetur. Peccata non fugat locus, sed humilitas. David cum in adulterii & homicidii crimen incidisset, unum illud Deo gratum sacrificium invenit, & ideo dixit: [d] *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies*. Contemtus & indignatio mentem perturbant, nec permittunt illi Dei lumen aspicere. Hæc tria in primis vitia totis viribus fuge, avaritiam, ambitionem & ignaviam: quæ si animam occupent, evertunt illam, nec sinunt proficere. Si te in cellula tua considentem cupiditas judicandi fratrem invaserit, ex peccatis tuis illud judica, tua quam illius tum plura tum majora esse considerans, & quæ bona in te esse opera arbitraris, ea placere Deo ne putes. Firmiora enim corporis membra pro infirmioribus sunt solicita, eisque donec convalescant, propter necessitudinem qua cum illis conjuncta sunt, serviunt. Qui duro sunt corde, numquam peccasse se existimant. Humiles vero proximi culpam in se transferunt. Superbus in animo suo sapientem se judicat, & neminem umquam offendisse. Is autem in quo est timor Dei, solicitus est, ne qua sibi virtus desit. Si in cellula tua

A consederis, & preces tuas in silentio fuderis, & cor tuum ad aliquid quod Dei non sit, inclinaris, idque tecum ipse non esse peccatum, sed cogitationem reputaris: considera preces etiam tuas, quas in silentio fundis, non esse veras. Quod si cordis tui sacrificium Deo credis esse acceptum, conclude simplicem item cordis cogitationem cum malitia conjunctam tibi crimini verti apud Deum.

IV. Qui belli tempore auxilium non invenit, pacem sperare non potest. Is frustra docet, cujus opera sunt doctrinæ contraria. De communione dicebat: Hei mihi, hei mihi! Si communico cum inimicis Dei: quæ mihi cum Deo potest esse com-
B munio? Nonne in judicium & condemnationem a me suscipitur? [e] *Omnia enim munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia*. Si enim ego sanctus sum, qui sunt isti, qui operantur in me? Cum ex illo quæsissem, quid esset timor Dei, respondit: Timor Dei non est in illo, qui paret inimicis ejus. Rursum quæsivi, quem duceret esse servum Dei. Ille Dei servus, inquit, non est existimandus, qui propriis obtemperat cupiditatibus. Cui enim quis imperat, is ejus est dominus. Hei mihi, hei mihi! dicebat, qui non studui me purum & sanctum reddere, ut misericordiam consequi possem. Heu me miserum! qui ut regna-
C rem cum Christo, meos inimicos superare non contendi. Heu me miserum! qui ex nomine tuo appellor, Domine, & servio inimicis tuis. Hei mihi, hei mihi! quia vescor iis quæ Rex meus detestatur, & ideo non medetur mihi. Cum eum ægrotum & morbo valde laborantem inviserem, & incommoda ejus valetudine dolerem: Vix, inquit, ita morbo vexatus, possum illius acerbi temporis recordari: tantum abest, ut ejus memor essem futurus, si caro valeret. Cum enim valet, pronior est ad exercendas inimicitias cum Deo. Arbor quæ irrigatur non arescit, sed fructum affert. Calamitates nobis sunt adjumento ad observanda mandata Dei. Hei mihi, hei mihi, qui habeo ante me accusato-
D res! Quomodo potero occurrere Domino meo & sanctis ejus, cum inimici mei mihi ne unum quidem membrum integrum reliquerint? Quæsivi quid esset homini solitario necessarium. Et respondens: Tria sunt, inquit, illi necessaria, perpetuus timor, assidua precatio, & continua cordis custodia. Cavere debet homo solitudini & quieti deditus, ne verba audiat inutilia. Hæc enim perdunt labores ipsius. Abbas, inquit Serapio rogatus a quodam sene, qualis sibi ipse videretur, respondit mihi: Similis videor homini super turre exsistenti, qui nutu significet accedentibus, ne ad se veniant. Et senex qui simile ipsum interrogaverat, dixit ei: Mihi autem videor homini, qui propugnaculum ædificavit, &
E ferreis vectibus illud munivit, ut si quis pulset, non audiat, neque intelligat, quis ille sit, aut unde veniat, aut quid velit, neque appareat ei prius, quam discedat. Si quis Dominum quærit ex animo, attenditque sibi, nec mundi vinculis illigatur, & cor suum custodit, ut sine offensione possit ante Dei tribunal consistere: is ab eo exauditur atque diligitur.

a I. Cor. XV. 50. *b* I. Cor. III. 3. *c* Matth. VI. 9. *d* Psalm. L. 19. *e* Tit. I. 15.

ORATIO XXVII.

In dictum illud : Attende tibi.

I. Attende tibi diligenter, & magna cum fiducia considera Dominum nostrum Jesum Christum cum Deus esset, & ineffabilem haberet gloriam & majestatem, hominem pro nobis esse factum, [a] *seque nobis exemplum* proposuisse, *ut sequamur vestigia ejus*. [b] *Formam* enim *servi accipiens*, vehementer atque incredibili modo *humiliavit semet ipsum*, & pauper effectus est, multorumque ignominias & contumelias pertulit; & quemadmodum scriptum est, [c] *tamquam ovis ad occisionem ductus est, & tamquam agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum. In humilitate ejus judicium sublatum est*, & mortem turpissimam pro nobis subiit. Quamobrem & nos propter mandatum ejus & pro peccatis nostris, patienti atque æquo animo ferre debemus, si quis nos vel jure vel injuria lædit aut afficit contumelia. Si quis ad mortem usque persequitur, tamquam oves nos geramus, non resistentes nec contradicentes, sed potius cum silentio & humilitate pro inimicis orantes.

II. Attende tibi diligenter, & magnum lucrum existima, salutemque animæ tuæ in eo sitam arbitrare, si contumelias & ignominias & oppugnationes propter Dominum patienter feras. Illud cogita, te multo graviora mereri supplicia propter peccata tua. Et beneficii loco numera quod dignus factus sis, qui propter Deum plectaris, ut aliquo saltem modo ex multis afflictionibus & probris Domini tui fœdissima ludibria & cruciatus acerbissimos imiteris. Et quoties affligentium te atque insectantium recordaris, noli conqueri, sed potius ex animo pro illis ora, ut qui tibi maximorum bonorum sint auctores.

III. Attende tibi diligenter, ut tamquam pestem & mortem atque interitum animæ, æternumque supplicium fugias imperii & gloriæ & honoris & laudis cupiditatem. Et cave, ne te aliquid esse putes, aut virtute aliqua præditum, aut te aliis vel præstantiorem, vel etiam parem. Et omne quamvis exiguum carnis desiderium & voluptatem penitus abscinde. Neque cujusquam hominis utere, nisi necessitas urgeat, familiaritate, neque corpus alterius attinge, aut quippiam licet pauxillum sit, comede præter tempus, ne paullatim ex minimis ad deteriora prolabare.

IV. Attende tibi diligenter, ut te vere atque ex animo Christianorum omnium abjectissimum, & peccatorem maximum arbitrere, & animus tuus semper humilis sit, & in mærore tristitiaque versetur. Semper ut imperitus indignusque tace, neque umquam omnino, nisi necesse sit, loquere.

V. Attende tibi diligenter: ignis ille perpetuus, sempiterna supplicia, & qui illic damnati excruciantur, tibi semper ante oculos obversentur, teque ex eorum numero unum potius, quam viventium existima.

VI. Attende tibi diligenter & considera, Dominum nostrum Jesum Christum pro nobis mortuum esse & surrexisse, nosque sanguine suo redemisse, [d] *ut ipsi tibi non amplius vivas, sed Domino qui pro nobis mortuus est & surrexit*. Cogita igitur, te semper ante oculos ejus versari, & cor tuum observa.

VII. Attende tibi diligenter, ut promto semper animo pareas voluntati Dei & Domini nostri Jesu Christi, sive in vita, sive in morte, sive in quavis afflictione. Et semper magnas aliquas terribiles tentationes & afflictiones & calamitates & mortem exspecta, ne te imparatum offendant.

VIII. Attende tibi diligenter, ut tamquam ubique præsens sit Deus, nihil facere cogites, quod ejus sit voluntati contrarium. Omnibus in rebus quamvis minimis, seu quid loqui vis, seu agere, seu cum aliquo negotii quippiam contrahere, aut cibum capere aut bibere, aut cubitum ire, aut quidquam aggredi, prius considera, utrum id cum Dei voluntate conveniat, & ejus caussam confitere, atque ita rem aggredere, ut magna tibi fiducia sit apud Deum.

IX. Attende tibi diligenter, ut si quis te aliqua in re offenderit, & te dolor exstimulet aut indignatio, ne quid præter decus loquaris, sed taceas, donec quiescat cor tuum, ac tum demum benigne fratrem admone, & cohortare. Quod si necesse fuerit fratrem reprehendere, & te ira commotum videris, & non tui juris: cave, ne quid omnino loquaris, ne crescat perturbatio, sed cum & te & illum quietos tranquillosque animadverteris, tum sic eum alloquere, ut non arguere, sed omni cum humilitate commonere proximum videare.

X. Attende tibi diligenter, ut singulis horis aliquam tibi vel ex morte, vel ex calamitate, aut magno aliquo periculo tentationem instare non dubites. Et quæ advenerint, forti ac strenuo animo perfer omnia, considerans esse necessarium, ut [e] *per multas afflictiones & ærumnas ingrediamur in regnum cælorum*.


XI. Attende tibi diligenter, ut nulla in actione aut sermone aut cogitatione, voluntati aut quieti tuæ servias, sed voluntati Dei, etiam si magnus propositus labor videatur. Sic enim tenditur ad regnum cælorum. Eam igitur omni humanæ prudentiæ antepone, & reliquis omnibus hominum consiliis utiliorem existima, Dei namque mandatum est æterna vita. Et [f] *qui ipsum exquirunt, non minuentur in omni bono*.

XII. Attende tibi diligenter, ut in conspectu Dei semper existens, nihil ab ullo alio speres, sed ab uno illo omnia cum fide. Si qua re tibi opus est, Deum precare, ut eam tibi, si velit, concedat. Quidquid habes, id non aliis, sed Deo acceptum refer, & illi gratias age. Si qua tibi desunt, ea ab hominibus ne exspectes, neque de ullo conquerere, sed alacri animo & tranquillo cuncta sustineas, tecum ipse ita cogitans: Ego quidem propter peccata mea multis sum dignus afflictionibus: attamen Deus, si velit, potest mei misereri, & quæ sunt usui necessaria, mihi subministrare. Hoc animo si fueris, Deus nihil tibi quod expediat, deesse patietur.

XIII. Attende tibi diligenter, ut nihil omnino suscipias, nisi quod tibi persuaseris juste partum, a Deo suppeditari. Quæ sunt ejusmodi, ea cum pace

a I. Pet. II. 21. b Philipp. II. 7. c Isa. LIII. 7. 8. d II. Cor. V. 15. e Act. XIV. 21. f Psal. XXXIII. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



suscipito: quæ vero ex iniquitate, aut bello aut fraude aut simulatione profecta perspexeris, ea rejicito & repudiato. [a] *Melior exigua pars cum timore Dei, quam ingentes thesauri cum iniquitate.*

XIV. Attende tibi diligenter, ut omni studio silentium colas, quo facilius, Deo adjuvante, ad virtutem contendas atque proficias. Quod si tempus inciderit, ut necessario loquendum sit, aut præstet loqui quam tacere: tunc os tuum aperiens cum timore Dei atque tremore, & capite demisso, modeste & submissa voce verba facito. Si cum aliquo congressus fueris, caritatis gratia pauca loquere, & celeriter tace. Si fueris interrogatus, tantum responde, quantum obedientiæ necessitas coget, & non amplius.

XV. Attende tibi diligenter, ut quemadmodum a libidine temperas, sic etiam oculorum, & aurium & tactus cohibeas cupiditatem. Oculos manuum tuarum operibus solum intende, & non rebus aliis, nisi probabilis necessitas id postulabit. Feminas vero aut viros formosos, nisi magna urgente necessitate, respicias cave. Quæ de aliis dicuntur, ne cures audire. Os tuum, nisi necesse sit, nihil loquatur omnino. Si hæc utilia esse animadvertis, frater, operam da, ut ea re ipsa perficias, ut in hora tentationis te Deus protegat ac tueatur, Amen.

ORATIO XXVIII.

De malitiæ ramis.

I. DE malitiæ ramis dicendum est, ut homo quid sit vitium, & quid se a Deo separet, intelligat, & ejus auxilium imploret adversus singula vitia, & divina adjuvante clementia, ea profliget & expellat. Vitia sunt animæ vulnera, quæ sejungunt illam a Deo. Beatus ille, qui a vitiis integer & purus est: quia tamquam ovis ratione prædita gratum Deo sacrificium offeretur, & jucundam illam Domini vocem exaudiet. [b] *Euge serve bone & fidelis, quia super paucas fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.* Qui autem volunt carnis suæ voluntates explere, neque se sanctis pœnitentiæ medicamentis curare, ut mundi sanctique fiant, in hora necessitatis virtutum stola reperientur nudi, & projicientur in tenebras exteriores, ubi diabolus est stola vitiorum indutus, quæ sunt fornicatio, cupiditas, avaritia, detractio, ira, æmulatio, inanis gloria & superbia. Hi sunt malitiæ rami, & aliis similes multi, ut ebrietas, corporis ornatus, animi distractio, inertia, scurrilitas, sermones ridiculi, impudentia, cachinnatio, conscientiæ despectio, divini judicii negligentia, invidia, mendacium, adulatio, falsum testimonium, falsa scientiæ professio, docendi arrogantia, lucri cupiditas, desperatio, odium proximi, cum se ipsum quis non reprehendit, cum hominum gloriam diligit, cum delicatas epulas quærit, cum corporis cupiditates amplectitur, cum inconsiderate scandalizatur, cum propter doctrinam sibi ipse plaudit, cum contendit & altercatur, cum propriam defendit voluntatem, cum se bonum & sapientem existimat, cum fratrem suum improbum ac stultum putat ac despicit.

II. Isti malitiæ rami crescunt & propagantur in anima misera atque infelice, donec eam separent a

A Deo. Hæc sunt onera illa gravissima, quibus Adam cervicem subdidit, cum ex ligno vetito comedit. Hæc sunt, quamobrem dictum est: [c] *Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.* Hæc sunt, quæ Dominus noster Jesus Christus interfecit in cruce. Hi sunt utres illi veteres [d], in quos non infunditur vinum novum. Hæc sunt illa vincula [e] quibus Lazarus erat obligatus. Isti sunt illi dæmones, [f] quos Christus immisit in gregem porcorum. Talis est ille vetus homo, quem Apostolus præcipit, ut exuamus propterea dixit: [g] *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* Et rursum: [h] *Si secundum carnem vixeritis, moriemini.* Istæ sunt illæ spinæ & tribuli, quos terra protulit B Adam, postea quam ejectus est e paradiso. At Christi [i] *jugum suave est, & onus leve;* nempe mansuetudo, castitas, lenitas, bonitas, gaudium spiritus, abstinentia ab omnibus vitiis, caritas erga omnes, sancta discretio, fides immobilis, affectionum toleratio, a mundo sejunctio, cupiditas a corpore discedendi, & occurrendi Domino Jesu Christo. Hæc sunt onera illa levia, quæ nos jussit Dominus gestare. Hæc est illa via, ad quam sancti ut pervenirent, tam multos labores pertulerunt. Hæc sunt quæ nemo consequi potest, nisi veterem hominem exuerit, & liberatus fuerit, & possederit caritatem; quæ quidem caritas hominem liberat ab omnibus curis & solicitudinibus.

C

III. Neque vero fieri potest, ut caritas in nobis habitet, quamdiu aliquid mundi diligimus. [k] *Non potestis*, inquit, *mensæ Dei participes esse, & mensæ dæmoniorum.* Et Esaias: [l] *Quis annuntiabit*, inquit, *vobis locum æternum? Qui ambulat in justitia, & loquitur viam rectam, qui odit iniquitatem & injustitiam, & excutit manus suas a muneribus: Qui aures obturat, ne audiat judicium sanguinis: Qui claudit oculos, ut non videat iniquitatem: Hic habitabit in excelsa spelunca petræ fortis. Panis ei dabitur, & aqua ejus fidelis.* Vide quibus honoribus & præmiis eos Dominus sit affecturus, qui strenue pugnant in hoc exiguo vitæ curriculo, & D per patientiam atque afflictionem mundi sarcinam excutiunt? Cernis quomodo Deus adjuvet labores eorum qui proprias amputant voluntates, & omnes ab illis perturbationes expellat, qui cupiditatibus suis divinam voluntatem anteponunt? Qui autem voluntatibus indulgent suis, quamvis spiritu incipiant, tamen quia volunt eas implere, hostibus resistere nequeunt, & in carne desinunt, ac perdunt labores suos. Itaque detestatur eos Jeremias propheta: [m] *Maledictus*, inquit, *qui facit opera Domini negligenter.* Vides, quomodo Deus eos qui in servitutem ipsius se dedicant, & tamen propriæ voluntati deserviunt, non adjuvet, sed deserat & tradat in manus inimicorum: ex quo fit, ut loco hono- E ris quem ab hominibus aucupantur, in dedecus & ignominiam incidant, quia hostibus non restiterunt, donec Deus illis ad eos superandos auxilium ferret. Porro, sicut omnes scripturæ testantur, homo non exauditur a Deo, nisi eum oret ac deprecetur. Quamobrem ad ejus clementiam cum omni studio & lacrymis supplices accedamus, subjiciamusque nos omnibus hominibus propter Dominum, & fratribus nostris ut prudentioribus nos submittamus, [n] *nemini malum pro malo reddentes*, neque male de aliquo cogitantes in corde nostro, sed cor unum simus omnes atque una anima.

a Prov. xv. 16. *b* Matth. xxv. 21. 23. *c* Isa. LIII. 4. *d* Matth. IX. 17. *e* Joan. XI. 44. *f* Matth. VIII. 30-32. *g* I. Cor. xv. 50. *h* Rom. VIII. 13. *i* Matth. XI. 30. *k* I. Cor. x. 21. *l* Isa. XXXIII. 14-16. *m* Jer. XLVIII. 10. *n* Rom. XII. 17.

IV. Quod autem ad ea pertinet quæ sunt corpori necessaria, numquam dicamus: hoc meum est. Cor nostrum assidue custodiamus, observemusque quo se se vertat, ne immundum aut impurum aliquid cogitet. Corpus a repletione coerceamus, ne a nobis proprias exigat cupiditates, sed animæ subjectum sit, & anima menti, ut fiat sponsa pura, & munda ab omni macula, vocetque sponsum suum; [a] *Veniat*, inquiens, *dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum*. In hoc studium & curam incumbamus, fratres, ut hac fiducia præditi, audiamus eum dicentem: [b] *Ubi ego sum, volo ut & ipsi sint, quoniam dilexi eos, quemadmodum dilexisti me Pater. Et tu in me, & ego in eis*. Ostendat nobis sancta & ejusdem essentiæ ac sine principio Trinitas misericordiam suam, ut veniam & remissionem inveniamus cum sanctis ejus in die judicii. Quoniam ipsi est gloria & imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXIX.

Ejusdem lamentationes.

I. VÆ nobis qui in hoc exiguo vitæ spatio voluptati dediti sumus, qui, ut iniquæ & brevi carnis cupiditati satisfaciamus, nos jucundissimo divinæ gloriæ spectaculo indignos constituimus. Væ nobis quia [c] *corruptio incorruptionem non possidebit*. Et nos incorruptione contemta, corruptionis cupidine furimus & insanimus. Væ nobis qui carnem nostram, quæ in putredinem est resolvenda & vermium esca futura, in peccatis fovemus & enutrimus, nec ignem in quo sumus perpetuo excruciandi, nec vermem qui numquam dormit, extimescimus. Væ nobis, quorum corpus immunditiis coinquinatum homines pii colunt & deosculantur, cum tamen simus [d] *sepulcra dealbata*, & mortiferum peccatum redoleamus. Væ nobis, qui per intemperantiam & delicias epularum semen in nobis adaugemus, & idcirco ad nefarias corporum mixtiones incitamur. Væ nobis, qui mortalitatem cum immortalitate non comparamus, & divinam ac formidandam rectitudinem negligimus. Væ nobis, qui pigri tardique sumus ad bona, promti autem & alacres ad mala. Væ nobis qui corpus nostrum capax æternæ lucis, tenebris addiximus sempiternis. Væ nobis, quia filius hominis qui est ejusdem essentiæ cum Deo & Patre, pro nobis factus homo non habet apud nos [e] *ubi caput reclinet: cum vulpes*, hoc est astuti atque improbi spiritus, suas *foveas* in nobis struxerint. Væ nobis quia recti corde animas puras & corpora sua sancta & sine macula sistent ante judicem: nos autem impuras animas & immunda corpora habentes, æterni supplicii sententiam audiemus.

II. Væ nobis, qui cum omnium dedecorum & flagitiorum simus studiosi, honorem & gloriam sanctorum flagitamus. Væ nobis, qui cum damnati simus & multis peccatis obnoxii, tamquam liberi atque insontes in medio sanctorum & innocentium versamur. Væ nobis, qui cum simus erroribus pleni, eos qui nobis multo meliores præstantioresque sunt, monemus & instituimus. Væ nobis, qui [f] *trabem habentes in oculo*, quam minimas *fratrum festucas acute cernimus* & iracunde volumus excutere, tamquam nihil in nobis sit quod egeat reprehensione. Væ nobis, quia [g] gravia fratribus onera atque intolerabilia imponimus, cum ea nos tamquam corpore imbecilliores ne digito quidem velimus attingere. Væ nobis, qui cum divina & monastica ministeria recusemus, alios quæ sint excolendæ virtutis officia, docere non erubescimus. Væ nobis, qui non solum veterum peccatorum obliviscimur, sed recentia depellere & lacrymis diluere negligimus. Væ nobis, qui cum Dei auxilio & gratia recte vivendi fundamenta jecerimus; nunc ea quæ carnis sunt, superstruimus. Væ nobis qui malis cogitationibus ita delectamur, ut peccata quæ despeximus, memoria repetamus. Væ nobis qui in edendo bibendoque non prævidemus, quod nobis e crapula bellum oriatur. Væ nobis, quos diabolus, dum libidinis suggerit cogitata, imparatos & consentientes offendit. Væ nobis, qui neglecto divinarum precum & sacræ lectionis studio, in nugis & rebus inutilibus dies nostros consumimus. Væ nobis, quorum adeo cæca sunt corda, ut dum lugendis peccatis nostris debemus incumbere, inertia atque otio torpescamus. Væ nobis, qui cum Deus dicat: [h] *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur*: ejus assidue peccantis nullam curam gerimus.

III. Væ nobis, qui corpus nostrum ad peccata proclive ciborum copia & deliciis ad impuras cupiditates & immundas cogitationes impellimus, & improbi hostis jacula per oculos in cor admittimus, & corporum tactu equi furentes evadimus, neque dignitatis nostræ, neque æterni supplicii rationem ullam habemus. Væ nobis, qui corporis morbos & dolores tam facile sentimus; in animæ autem ægritudinibus & vulneribus gravissimis caremus omni sensu. Væ nobis, quia princeps animæ pars, carni quæ ancilla est, servit; & pars deterior imperat præstantiori, nempe ambæ concordes atque unanimes procreatori suo serviunt Deo. Væ nobis, in quos peccata malis & immundis cogitationibus debacchantur, neque nos inter Dei discessum, & impurorum spirituum accessum sinunt discernere. Væ nobis, qui tam stulti sumus atque imprudentes, ut cum laudes sanctorum aucupemur, opera tamen & actiones eorum nolumus imitari. Væ nobis, qui neque servorum metum, neque mercenariorum studium, neque amorem filiorum in exquirendis divinis mandatis exhibemus. Væ nobis, qui cum pro ineunda hominum gratia nihil aut loqui aut facere recusemus, justitiam negligimus & æquitatem. Væ nobis, quos æternum dedecus nihil movet, & respectus hominum etiam ad peccandum impellit. Væ nobis, qui cum e pauperibus & obscuris orti parentibus simus, nosmet ipsos ignoramus; & paupertatis & ignominiæ studium professi, inter opulentos & claros viros numerari contendimus. Væ nobis, qui nunc paupertate coacti temperantiam, in mundo complectimur; nunc autem ad abstinentiam vocati, saturitatem ventris & carnis requiem summo studio consectamur. Væ nobis, qui cum Angeli ad eos qui Deum timent se se adjungant, & dæmones ad illos qui Deum spernunt & mandata ejus negligunt, accedant; nos societati dæmonum adscribimus. Væ nobis, qui divitibus & potentibus placere studemus, pauperes autem & supplices tamquam importunam turbam aversamur.

IV. Væ nobis qui non ex virtute homines, sed ex opinione pendimus. Væ nobis, qui quæ justa bonaque sint, definimus, & judicamus & docemus; a justis autem & bonis operibus absumus quam lon-

a Cant. V. 1. b Joan. XVII. 24. 23. c 1. Cor. XV. 50. d Matth. XXIII. 27. e Matth. VIII. 20. f Matth. VII. 3. 5. g Matth. XXIII. 4. h Ezech. XVIII. 4. 20.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.

gissime. Væ nobis, qui terram a lappis & tribulis & spinis ceterisque frugum pestibus diligenter purgamus: animam autem nostram a pravis & immundis cogitationibus quæ sanctos virtutum fructus excutiunt ac perdunt, Dei timore purgare contemnimus. Væ nobis, qui tanta solicitudine tamdiu torquemur, ut caducum aliquid percipiamus e terra, in qua sumus hospites ac peregrini: temporis autem illius quo nobis hinc in perpetuum erit necessario demigrandum, nullam omnino curam suscipere dignamur. Væ nobis, qui cum de omni actione, de omni verbo otioso, de omnibus denique improbis & impuris cogitationibus rationem reddituri simus apud judicem severissimum: tamen tamquam liberi simus futuri, nullis reddendis rationibus obnoxii, totum vitæ nostræ tempus sine ulla hujus rei solicitudine transigimus. Væ nobis, quia non solum impia multa nefariaque patravimus, verum etiam per incredulitatem Dei promissa sprevimus atque contemsimus. Væ nobis, qui stulto corruptionis studio capti, cum per evangelium vitæ possemus assequi incorruptionem; rerum terrenarum amore insanientes, æternis incorruptisque bonis nos spoliavimus. Væ nobis, qui in hominum conspectu peccare metuimus: ante oculos autem occulta cernentis Dei impia agentes & peccantes non contremiscimus. Væ nobis, qui sermones nostros non condimus de sale divino, sed verba inutilia & ab omni religione aliena temere fundimus. Væ nobis, quorum animi compunctionem propter somnum atque desidiam nostram dæmones deprædantur. Væ nobis, qui cum reliquerimus mundum, homines qui in mundo vivunt, peccatis & vitiis superamus. Væ nobis, qui cum magnis reprehensionibus indigeamus, eos qui minimis urgentur vitiis, acerbissime castigamus.

V. Væ nobis, si Deus nos, antequam emendemur in judicium adduxerit. Væ nobis, qui ventris nostri sordes non considerantes, a libidine & superbia superamur. Væ nobis, qui cum assidue corpora nostra fœdis cogitationibus inquinemus, nos tamen & haberi sanctos volumus & appellari. Væ nobis, qui vanitatibus incumbentes, pugnare cum vitiis obliviscimur. Væ nobis, qui heic sine timore nos peccatis obstringimus, quoniam illic nos ignis æternus excipiet, & tenebræ exteriores, & vermis qui non dormit, & luctus & stridor dentium, & coram Angelis & creaturis omnibus dedecus sempiternum. Væ nobis, quorum animæ confusæ & a pœnitentia alienæ, in resurrectione & horrendo illo gentium omnium judicio, assumtis corporibus suis, cum fletu & stridore dentium in gemitus & luctus & cruciatus conjicientur acerbissimos ac sempiternos. Væ nobis, qui in isto peregrinationis exsilio detestandas oblectationes consectamur, & paradisi deliciarum obliti, contemnimus regnum cælorum. Væ nobis, qui propter crudelitatem stultis virginibus similes sumus, & oleum quo nostræ lampades illustrentur, beneficia in proximum conferentes non emimus. Væ nobis, qui diebus ac noctibus Christo preces persolvimus, dicentes: [a] *Domine, Domine;* & ea quæ nobis præcipit, non observamus. Væ mihi, qui lamentationes istas conscribo, neque ullum veræ pœnitentiæ signum ostendo. Væ illis qui aliis laborant, & sibi ipsis non prosunt. Væ nobis qui cum assiduos conscientiæ nos reprehendentis stimulos sentiamus, non erubescimus, nec rationem actionum nostrarum omnium reddituri, Dei judicium formidamus. Væ nobis, qui cum turpibus operibus fœteamus, laudibus tamen hominum gaudemus.

VI. Væ nobis, qui rebus inanibus occupati, divini timoris obliviscimur. Væ nobis, quorum mens studio vanitatis obtunditur & hebetatur. Væ nobis, qui cum Dei patientia nos toleret & exspectet, non tamen resipiscimus nec pravas actiones nostras emendamus. Væ nobis, qui peccatorum nostrorum in præsentia non meminimus: quoniam paullo post, cum anima erit corpore exuta, omnia quæ vel cogitatione vel verbis vel factis admisimus, magno cum dolore nobis in memoria conscripta perlegemus. Væ nobis, qui cum Apostolus dicat: [b] *Qui manducat panem & bibit calicem Domini indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini*: nostris immunditiis coinquinati, ad tremenda & formidanda Dei mysteria, veniam nobis ipsi eorum quæ nocturnis imaginationibus cogitando fecimus tribuentes, accedimus. Qui enim nec puram habet cogitationem, nec castos oculos, nec corpus incorruptum, nec animam mundam, & assidet Deo; is se multis cum carnis doloribus, tum animi ægritudinibus obnoxium reddit, & mox in æternos cruciatus & immensum dedecus incurret. Me miserum qui hæc acerbe lacrymans scribo, nec tamen re ipsa pœnitentiam amplector. Hei mihi, qui vera dico, sed bona non facio. Hei mihi, qui bona doceo, sed mala committo. Væ illis qui voluptatis suavitate deliniti peccant, quoniam ad extremum dolore afficientur & ignominia sempiterna. Væ illis, qui lugent, sed peccare non desinunt, quoniam utili se luctu spoliant.


VII. Væ hominibus, qui proximum contumelia afficiunt & ignominia, quoniam a caritatis beatitudine sunt alieni. Væ invidis, quoniam procul absunt a Dei benignitate. Væ illis, qui student hominibus placere, quia Deo placere non possunt. Væ illis qui personas hominum respiciunt, quoniam a Dei veritate deciderunt. Væ superbis, quia sunt ex parte diaboli desertoris. Væ illis qui Deum non timent, quia pluribus peccatis implicabuntur, & in hac atque in alia vita vapulabunt. Væ nobis qui pulicum, & lendium, & pediculorum, & muscarum, & culicum, & apum morsus atque aculeos ferre non possumus; ab ingenti autem dracone qui fauces horrendas aperit, ut nos devoret & absorbeat, omnibusque pestiferis mortis aculeis vulneret, nec studemus aufugere, nec ullum adversus eum imploramus auxilium. Væ nobis, quos diabolus voluptatibus, & doloribus, & necessitatibus, & omnibus quæ in mundo sunt, fraudibus decipit: & tamen nos a tot malis nolumus liberari. Væ nobis, qui cum multi tot jam annos ab Ecclesia defecerint, & orthodoxam fidem conentur labefactare; tamen nec lacrymas fundimus, neque ullum animi dolorem ostendimus, nec mores ac vitam emendamus; ut peccata peccatis & incredulitatem malis operibus cumulantes, acerbissima nobis supplicia in gehenna paremus ac sempiterna. Væ nobis qui post conscriptas lamentationes, & fine mundi jam adventante, nec resipiscimus, neque eorum quæ a nobis in adolescentia commissa sunt pœnitentiam agimus, sed miseræ senectuti majora & graviora in dies imponimus onera peccatorum. Væ nobis, quos, cum variis corporum morbis erubescamus, non pudet miseras animas nostras & corporum flagitiis & peccatis fœdissimis ægrotare. Væ nobis quibus per ignem super maris undas ebullien-

[a] Matth. VII. 21. [b] 1. Cor. XI. 27. 29.

tis est transeundum, [a] *ut unusquisque nostrum in suo corpore accipiat*, prout gessit sive bona, sive mala. Væ nobis, qui tenebrosum illud & materiæ expers incendium, æternumque atque amarum fletum & stridorem dentium non consideramus. Ablato enim flammæ splendore Deus in illo igne relinquit urendi vim & obscuritatem, quo magis impii & peccatores excrucientur.


VIII. Hei mihi misera anima mea, quoniam assiduus dolor & cruciatus cor meum affligit: quia malitia prudentiam immutavit: corruptio vicit incorruptionem: mendacium texit veritatem: mors vita superior fuit: terrena, caduca, brevia cælestibus, perpetuis & sempiternis sunt commutata: abjecta & odio digna, vera Christi caritate & gravitate dulciora sunt habita ac jucundiora. Error ex animo meo depulit veritatem. Dedecus & ignominiam pro veris laudibus & gloria sum amplexus. Amaritudinem pro dulcedine degustavi, terræ fuliginem pro cælorum regno dilexi. Inimicus ab omni vera pulcritudine abhorrens cordi meo tenebras offudit, & cognitionis lumen delevit e mente mea. Heu me miserum & infelicem, quem diabolus suis implicitum retibus cepit ac supplantavit, & e tanta sublimitate dejecit. In cursu confractus cecidi. Vani fuerunt sudores mei. Quis vicem meam non lugeat? Quis me inanibus consumtum laboribus non lamentetur? Quis me in portu naufragium facientem non misericordia prosequatur? [b] *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei:* & benignum, quique a nullis vincitur malis, Dominum meum Jesum Christum supplices deprecamini, si forte misericordia adductus densissimam diaboli ab omni pulcritudine abhorrentis caliginem excutiat e mente mea; ut quo in luto verser, nec surgere curem, tandem aspiciam, ne forte contractum vitæ meæ tempus omnem mihi spem adimat. Non est dolor supra dolorem meum. Non est plaga similis plagæ meæ. Non est cruciatus par cruciatui cordis mei: [c] *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum*. Vulnera mea non sunt gladii vulnera, [d] *nec mortui mei sunt mortui in bello:* sed [e] *sagittæ inimici acutæ infixæ sunt mihi*, & meum interiorem hominem excæcarunt. Et [f] *infixus sum in limo profundi, & non est substantia.* [g] *Timor quem timebam, evenit mihi:* [h] *& umbra mortis operuit me*. Hei mihi: considera anima mea, & vide quæ præsentia sunt, quam fugacia sint, & quanta cum acerbitate & dolore cito pertranseant, & quanto sint quæ jam adventant atque adsunt, acerbiora. Cogita anima, e quantis bonis excidas & quanta spe, & quantis mox cruciatibus & suppliciis in perpetuum afficieris. Ante quam igitur super caput tuum lux exstinguatur, supplex ad Dei clementiam accede, æterni luminis largitorem obsecra & obtestare, ut liberet te a devorante flamma & tenebris obscurissimis. Quoniam benignitatis ipsius est, hominum peccatis ignoscere, & nobis licet misericordia ejus indignis, veniam dare. Cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 372.



a II. Cor. V. 10. *b* Job XIX. 21. *c* Psalm. XXXVII. 5. *d* Isa. XXI. 2. *e* Psalm. XXXVII. 3. *f* Psalm. LXVIII. 3. *g* Job III. 25. *h* Psalm. XLIII. 20.





B. ISAIÆ ABBATIS
REGULA
AD MONACHOS.

Frater dilectissime, si jam reliquisti mundum hunc vanum, & Deo te ipsum dedidisti, pœnitentiam age de peccatis tuis, & serva propositum quod amplexus es; & ne auscultes cogitationibus tuis, cum animum tuum affligent, & dicent: Nequaquam peccata tua priora tibi condonata sunt; & serva hæc præcepta.

I. Cave ne comedas cum muliere, aut fraternitatem ineas cum puero, aut dormias cum adolescente super eadem storea. Cum exuis vestem tuam, ne aspicias corpus tuum.

II. Si ad potum vini coactus fueris, ne bibas plus quam tres scyphos mediocres: cave ne solvas præceptum propter amicitiam.

III. Ne persolvas horarias preces negligenter, ne incidas in manus inimicorum tuorum. Da operam quantum potes meditationi psalmorum; quia hoc servabit te ab immunda vita.

IV. Dilige laborem & afflictionem, ut leventur passiones tuæ. Ne reputes te ipsum quidquam in ulla re, & vacabis gemitibus pro peccatis tuis.

V. Custodi te ipsum a mendacio; quia expellit a te timorem Domini. Ne aperias omnibus tua benefacta, ne rapiat illa inimicus tuus.

VI. Aperi morbos tuos patribus tuis, ut experiaris opem per ipsorum consilium.

VII. Coge te ipsum ad opus manuum tuarum, & habitabit in te timor Domini.

VIII. Ne judices fratrem tuum cum peccat, nec despicias illum; incides enim in manus inimicorum tuorum.

IX. Ne sis contentiosus ad statuendum verbum tuum, ne inhabitent in te mala.

X. Dilige humilitatem, & non acquiescas tuo consilio. Assuescat lingua tua dicere: Ignosce mihi; & superveniet tibi humilitas.

XI. Cum sederis in cella tua, de tribus solicitus esto: nempe de assiduitate in oratione, meditatione psalmorum, & opere manuum tuarum.

XII. Cogita apud te: utique non sum superstes in hoc mundo, nisi hac die; & eripieris a peccato.

XIII. Ne sis helluo, ne renoventur in te priora peccata tua. Ne pigeat te laboris; & da operam meditationi psalmorum, & adveniet tibi requies a Deo.

XIV. Coge te ipsum ad fletum in orationibus; & Deus miserebitur tui, & exuet te homine vetere.

XV. Scito, quod labor, & paupertas, & peregrinatio, & afflictio, & silentium afferunt humilitatem; Humilitas autem peccata omnia condonat. Humilitas autem est, ut homo reputet se ipsum peccatorem & injustum, & ne statuat verbum suum, & abscindat suam concupiscentiam, & defigat oculos ad terram, & sustineat injuriam & laborem, & odio habeat honorem & requiem, & dicat in omnibus: Ignosce mihi; beneficio autem humilitatis fugantur hostes.

XVI. Perpetuo tristis esto; si vero venerint ad te fratres, exhilareris cum illis, ut inhabitet in te timor Dei.

XVII. Si iter feceris cum fratribus, secede ab illis, ut silere possis; nec te convertas huc & illuc, sed meditare psalmos tuos, & ora ad Deum in mente tua. Et quemcumque locum ingressus fueris, ne præfidenter agas cum habitatoribus ejus. Serva modestiam & verecundiam in omnibus; & ad ea quæ apponuntur coram te, manum non nisi invitus extendas.

XVIII. Ne cubes cum alio sub eodem stragulo. Ora multum ante cubitum, quamvis defatigatus sis ab itinere.

XIX. Ne permittas ut quisquam ungat oleo corpus tuum, nisi propter gravem morbum.

XX. Cum sederis ad mensam cum fratribus, ne comedas cum delectatione, & extende manum tuam tantum ad ea quæ sunt ante te. Et complicata sint genua tua, nec eleves visum tuum ad alium. Nec bibas aquam avide, nec cum sonitu.

XXI. Si excreandi te urserit necessitas, cum sederis inter fratres, surge, & longius projice ab illis. Ne pandiculeris inter homines; & si acciderit tibi pandiculatio, ne hies ore tuo, & deseret te.

XXII. Ne aperias os tuum ad risum; hoc enim indicat tibi deesse timorem Dei.

XXIII. Ne concupiscas rem alienam. Si feceris librum, ne exornes illum; hoc quippe affectum tuum ostendit.

XXIV. Si peccaveris in aliquo, non pudeat te confiteri illud, neque excuses te mendacio, sed genua flecte, & confitere delictum tuum, & pete veniam, & condonabitur tibi.

XXV. Si quis mentitus fuerit apud te, ne irascaris, sed dicito: Ignosce mihi, non revertar.

XXVI. Non pudeat te quærere a tuo magistro.

XXVII. Si quis pulsaverit januam cellæ tuæ dum sedens incumbis operi tuo, desere opus tuum, & cura ejus requiem.

XXVIII. Ne loquaris cum quoquam, nec attendas verbis cujusquam sine utilitate.

XXIX. Si miserit te magister tuus ad iter faciendum, postula ab illo quomodo te regas, & fac juxta mandatum ejus. Ne transferas verba. Si custodieris oculos tuos & aures tuas, minime peccabis lingua tua.

XXX. Si habitaveris cum aliquo fratre, esto cum illo ut peregrinus, nec præcipias illi quidquam, nec te superiorem illi facias, nec præfidenter agas cum illo: & si præceperit tibi aliquid quod nolles, abscinde voluntatem tuam, & ne contristes illum, ne abscindatur pax a vobis; & scias quod obediens, est major.

XXXI. Si habitaveris cum fratre aliquo, & dicet tibi; coquito: Dic; quid vis? & si electionem tibi reliquerit, coquito quod tibi venerit ad manus cum timore Dei.

XXXII. Cum e somno surrexeris, ora antequam ullum opus attingas, & meditare prius verba Dei; tunc aggredere impigre opus.

XXXIII. Hilariter occurre extero, & saluta illum; ne discessus vester ab invicem sit cum detrimento: & cave ne statim atque advenerit ad te, interroges illum inutilia tibi, sed postula ab illo ut oret; & cum sederit, dic illi: Quomodo vales frater mi? & exhibe illi librum aliquem legendum. Si vero est defatigatus ab itinere, permitte illi quiescere, & lava pedes ejus. Si autem loquetur verba inania, dic ei cum caritate: Parce mihi frater mi, quia infirmus sum, & non valeo audire hæc. Si autem diffuta fuerint ejus vestimenta, consue illa. Si vero infirmus est, & ejus vestimenta sunt sordida, lava illa. At si vagus est, & fuerint apud te sancti, ne permittas ingredi ad illos, sed fac ei misericordiam, & dimitte illum. Si est autem pauper, ne tristem illum dimittas, sed da ei quod concesserit tibi Deus.

XXXIV. Si quis frater deposuerit apud te aliquid, ne perscruteris depositum, nisi ipso præsente.

XXXV. Si quis reliquerit te in cella sua, & egressus fuerit, ne eleves visum ad perspiciendum quid in ea sit, sed dic ei dum egreditur; Da mihi opus aliquod cui operam navem, donec revertaris; & quidquid tibi præceperit, diligenter perfice.

XXXVI. Ne ores cum pigritia & indiligenter; hac enim ratione pro eo quod Deo placeas, ad iracundiam eum provocabis: sed sta cum timore & tremore, & ne innitaris muro, nec remittas pedes tuos, ut uno stes, & alium extendas. Obsiste cogitationibus tuis, nec permittas, ut solicitæ sint de rebus carnalibus, ut sit accepta Deo oratio tua.

XXXVII. Si autem adfueris Missæ, custodi cogitationes tuas, & sensus tuos, & stes coram Deo altissimo cum timore; ut dignus fias, qui sumas corpus Christi & sanguinem ejus, & sanes passiones tuas.

XXXVIII. Dum juvenis es, ne induas vestem bonam, donec pervenias ad senectutem.

XXXIX. Si iter feceris cum majore te, ne præcedas illum. Si assurrexerit major te ad alloquendum alios, ne parvi ducas illum, & maneas sedens; sed sta cum illo, donec tibi ut resideas præcipiat.

XL. Cum urbem aut oppidum ingressus fueris, ad terram dimitte visum tuum; ne visa abs te sint tibi certaminis caussa in cella tua.

XLI. Ne dormias in loco, in quo corde peccare times. Ne comedas cum muliere, nec aspicias illam, neque etiam vestimenta ejus, si potes.

XLII. Si iter feceris cum sene, ne permittas ut ille portet quidquam. Si autem fueritis juvenes, unusquisque portet partem aliquam. Si vero fuerit modicum, portet illud unusquisque per horam, & præcedat qui portat, & præeat infirmus, ut si lassus sederit ad capiendam requiem sedeatis cum illo.

XLIII. Si quem senem interrogaveris de cogitationibus tuis, aperi illas libere uti se habent, ei quem tua arcana servaturum confidis: nec rationem habeas illius qui provectæ ætatis est, sed qui doctrina, opere & spirituali experimento pollet; ne referas damnum si augeantur passiones tuæ.

XLIV. Adnitere ut multum ores noctu, ut illuminetur intellectus tuus. Pensita peccata tua, & deprecare Deum pro illis, & ipse parcet tibi.

XLV. Si quis fratrem suum te præsente judicare apponat, quamvis judicatus ex eorum sit numero qui te judicant, dicito illi cum humilitate: Parce mihi frater mi, quia peccator & infirmus sum, & obnoxius illis quæ dicis; quare illa audire non possum.

XLVI. Præfer fratres tuos in omnibus, & si quis amicus præstiterit tibi honores, dicito: Propter vos hos mihi præstitit honores; neque gustes quidquam absque sociis.

XLVII. Mutuo aliquid a te postulanti, ne deneges.

XLVIII. Ne frequentius corde verses memoriam eorum, quos propter Dei caritatem deseruisti; sed mortis & damnationis memento, & quod nullus illorum eo tempore tibi opem ferre poterit.

XLIX. Si dum sederis in cella tua, memineris, quod aliquis tibi male fecerit, surge statim, & ora pro illo in corde tuo, ut parcat illi Deus; ita enim passio quam ejus caussa pateris, evanescit.

L. Si corpus Christi sumere velis, cave ne cordi tuo ira aut odium insit contra quempiam: & si quem adversus te iratum noveris, pete ab illo prius veniam, quemadmodum præcepit Dominus noster [a].

LI. Si oppugnatus fueris noctu a libidine, cave ne cogitatione repetas species illas interdiu, ne delectatione coinquinetur cor tuum: sed prosterne te coram Deo, & ipse miserebitur tui; novit quippe infirmitatem hominum.

LII. Si operam dederis nimio jejunio & continuæ orationi, ne fidas, quod hæc te salvabunt; sed confide, quod Deus miserebitur afflictioni corporis tui, & infirmitati tuæ opitulabitur.

LIII. Si morbo correptus fueris, ne tædeat te, & deficiat spiritus tuus; sed gratias age Deo, quod de tuo emolumento sit solicitus.

[a] Matth. V. 24.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.

LIV. Dum habitas in cella tua, constitue cibo tuo præfinitam mensuram, & statutum tempus, & ne prætereas illud: & da corpori tuo quantum indiget, ut valeat orare & colere Deum. Si vero oblatus tibi fuerit extra cellam tuam delicatus cibus, ne ad satietatem ex illo sumas, ut cito reverti valeas ad cellam tuam.

LV. Si severint in te diaboli laborem, quem ferre non valeas, ne acceptes ab eis; quoniam occupant cor hominis quibusdam rebus quas superare non valet, ut tædio illum afficiant & deludant. Omnia sane eorum negotia sunt sine mensura ac sine ordine.

LVI. Comede semel in die, sed non ad satietatem. Præbe corpori tuo quantum indiget, juxta exigentiam naturæ.

LVII. Mediam noctem ad invigilandum orationi decerne; alteram vero medietatem requiei corporis tui. Antequam autem cubitum eas, vigila per duas horas in oratione & laudibus, tum corpori tuo da requiem. Si pigretur corpus tuum, dum ad orationem surgendum est, dicito illi: Vis ne requiem capere modico hoc tempore, deinde abire ad longum supplicium? Nonne præstat, ut parum heic labores, tum requiescas illic cum sanctis in æternum? Tunc enim statim [1] recedit a te pigritia, & adveniet tibi divinum auxilium.

LVIII. Cum monachatus institutum amplexus fueris, manumitte servum tuum; qui si monachatum sequi velit, ne permittas ut habitet tecum.

LIX. Si abieris ad vendendum opus manuum tuarum, ne disceptes de pretio, ut sæculares. Idem quoque præstabis, si quid emas. Inopiam rerum Deo te propinquum facere scias.

LX. Si deposuerit apud te frater quispiam vas, illoque indigueris, ne tangas illud, nisi ipso consulto.

LXI. Si quis frater rogaverit te, ut illi aliquid emas, dum peregrinaris, facito; si autem fratres fuerint tecum, fit in præsentia eorum.

A LXII. Si quid tibi mutuo datum fuerit, restitue illud, cum eo fueris usus; nec detineas illud, donec abs te repetatur: & si quid illius fractum, resarcito. Si quid mutuo alicui dedisti, ne repetas illud, si noveris illum non posse restituere, præsertim si illo tibi opus non fuerit.

LXIII. Si egressus jam a cella tua, postea repetis illam, & invenies aliquem fratrem jam ibi habitare, quære tibi aliam: & cave ne illum inde expellas, ne contra te irascatur Deus. At si ipse sponte illam relinquere voluerit, jam justificatus es; si autem acceperit aliquid ex ejus suppellectile, ne requiras id ab illo.

B

LIV. Si volueris egredi ab aliqua cella, cave ne asportes aliquid ex ejus suppellectile, sed relinque illam alicui fratri pauperi; & Deus largietur tibi quocumque abieris.

LXV. De nulla re ita lætantur diaboli, sicuti lætantur de eo, qui cogitationes suas spiritualem suum magistrum celat. Ne putes te patribus similem evasurum, nisi imitatus fueris eorum labores.


LXVI. Serva te ipsum a divitiis, earumque amore; quoniam corrumpunt fructum monachi.

C LXVII. Si pugnas adversus tentationem aliquam quæ te oppressit, ne desistas, sed prosterne te coram Deo, & dic: Adjuva me Domine, quoniam ego infirmus non valeo sustinere hanc pugnam: & ille opitulabitur tibi, si ex recto corde processerit deprecatio tua. Si certaveris, & viceris, ne glorieris, neque confidas; sed tibi cave, quoniam hostis difficiliorem priore pugnam in te machinabitur.

LXVIII. Si deprecaris Deum, ne dicas: Domine remove hoc a me, & concede mihi hoc, sed dicito: Domine Deus meus tu scis quid mihi magis conducat; quocirca adjuva me, & ne permittas
D ut peccem tibi, & peream in peccatis meis, quia sum peccator infirmus; nec tradas me inimicis meis, quoniam confugi ad te: libera me Domine, quia tu es fortitudo mea, & spes mea, & tibi est potentia, & gloria, & beneficentia, & gratiarum actio in æternum. Amen.

1. *Recedit*] An *recedet*?

EXPLICIT REGULA ISAIÆ ABBATIS.



ΤΟΥ ΑΒΒΑ
ΗΣΑΙΟΥ
ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Περὶ ἀσκήσεως καὶ ἡσυχίας.

ABBATIS
ISAIÆ
CAPITULA.

De religiosa exercitatione & quiete.

Τρεῖς ἀρεταί [1] εἰσιν αἱ προνοοῦσαι τοῦ νοῦ διὰ A παντός· ἡ κατὰ φύσιν ὁρμή· ἡ ἀνδρεία· καὶ τὸ ἄοκνον.

I. Tres virtutes sunt menti providentes semper; Naturalis impetus, fortitudo, & impigra strenuitas.

Τρεῖς εἰσιν ἀρεταὶ, ἃς ἐὰν ἴδῃ ὁ νοῦς μετ' αὐτοῦ, πιστεύει ὅτι ἔφθασεν εἰς τὴν ἀθανασίαν· ἡ διάκρισις, ἤ τὸ ἀφορίσαι ἕκαστον πάθος ἀπ' ἀλλήλων· καὶ τὸ προβλέπειν πάντα πρὸ καιροῦ· καὶ μὴ συμπείθεσθαι μετά τινος λογισμοῦ ἀλλοτρίου.

II. Tres virtutes sunt quas si mens apud se viderit, confidit pervenisse se ad immortalitatem; discretio, subtiliter ab invicem discernens species diversas vitiorum. Provisio cuncta præcognoscere mature occupans: & firmitas animi numquam persuaderi sibi sinentis id quod aliena cogitatio suggerit.

Τρεῖς ἀρεταί εἰσιν, αἵ τινες χορηγοῦσι φῶς εἰς τὸν νοῦν διὰ παντός· τὸ μὴ εἰδέναι πονηρίαν τινὸς ἀνθρώπου· καὶ τὸ ὑποφέρειν τὰ ὑπερχόμενα ἀταράχως· καὶ τὸ ἀγαθοποιεῖν τοὺς κακοποιοῦντας· αἱ τρεῖς οὖν B αὗται γεννῶσιν ἄλλας τρεῖς μείζους αὐτῶν· τὸ μὴ εἰδέναι πονηρίας ἀνθρώπου, γεννᾷ τὴν ἀγάπην· καὶ τὸ ὑποφέρειν τὰ ἐπερχόμενα ἀταράχως, φέρει τὴν πρᾳότητα· καὶ τὸ ἀγαθοποιεῖν τοὺς κακοποιοῦντας, φέρει τὴν εἰρήνην·

III. Tres virtutes sunt quæ semper lucem suppeditant menti cui adsunt: Nescire malitiam cujusvis hominis: Supervenientia ferre imperturbate: Et benefacere maleficis. Hæ tres porro istæ tres alias gignunt se majores: nescire malitiam hominis gignit caritatem. Ferre supervenientia imperturbate affert mansuetudinem: Denique benefacere maleficis affert pacem.

Τέσσαρές εἰσιν ἀρεταὶ, αἳ ἁγνίζουσι τὴν ψυχήν· ἡ σιωπή· καὶ τὸ φυλάξαι τὰς ἐντολάς· καὶ ἡ στενοχωρία· καὶ ἡ ταπεινοφροσύνη.

IV. Quatuor virtutes sunt quæ castificant animam. Silentium, custodia mandatorum, anguste habitare, & humiliter de se sentire.

[2] Ο αὐτὸς Ησαΐας εἶπεν· ὅτι ἐγὼ βλέπω ἐμαυτὸν ὡς ἵππον πλανώμενον, μὴ ἔχοντα δεσπότην· καὶ ὁ εὑρίσκων αὐτὸν ἐπικαθέζεται ἐν αὐτῷ· καὶ ὅταν ἀπολύσῃ αὐτὸν, ἄλλος αὐτὸν κρατήσας ἐπικαθέζεται. C

V. Dixit idem Isaias: video me ipsum ut equum errantem, non habentem dominum, & qui eum invenit sedet supra illum: & postquam is eum dimiserit, alius eumdem similiter occupans, inscendit.

[3] Φύλαξον σεαυτὸν μὴ αἰχμαλωτισθῆναι εἰς ἃ ἥμαρτες· ἵνα μὴ ἀνακαινισθῶσιν ἐν σοί· ἀγάπησον τὴν ταπείνωσιν, καὶ αὐτή σε σκεπάσει ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν σου· δὸς τὴν καρδίαν σου εἰς ὑπακοὴν Πατέρων σου· καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ οἰκήσει ἐν σοί· μὴ ἔσῃ παρὰ σεαυτῷ φρόνιμος, ἵνα μὴ ἐμπέσῃς εἰς χεῖρας τῶν ἐχθρῶν σου· ἔθισον τὴν γλῶσσάν σου λαλεῖν τὴν συγχώρησιν· καὶ ἡ ταπείνωσις ἐλεύσεται ἐπὶ σέ· καθήμενος ἐν τῷ κελλίῳ σου, τῶν τριῶν τούτων φρόντισον συνεχῶς· τοῦ ἐργοχείρου, τῆς μελέτης, καὶ τῆς εὐχῆς· λογίζου δὲ καθ' ἡμέραν· ὅτι τὴν σήμερον ἔχομεν ποιῆσαι εἰς τὸν κόσμον τοῦτον· τὴν δὲ D αὔριον, οὐκ οἶδα· καὶ οὐ μὴ ἁμαρτήσεις εἰς Θεόν.

VI. Custodi te ipsum ne captiveris in iis in quibus alias peccasti: ne peccata vetera renoventur in te. Ama Humilitatem, & illa te proteget a peccatis tuis. Da cor tuum ad obediendum Patribus tuis; & gratia Dei habitabit in te. Ne sis apud teipsum opinione tui tumida sapiens: ne incidas in manus Hostium tuorum. Assuefac linguam tuam ad loquendum verba consensum significantia. & Humilitas veniet super te. Residens in tua cellula trium semper horum curam gere: Laboris manuum, Meditationis, & Orationis. Quotidie reputa: Hunc diem habemus ad operandum in hoc mundo, an crastinum habiturus sim, nescio. Sic faciens, non peccabis in Deum.


[4] Μὴ ἴσο γαστρίμαργος ἐν βρώσει, ἵνα μὴ ἀνακαινισθῶσιν ἐν σοὶ τὰ πρότερά σου ἁμαρτήμα-

VII. Ne gulæ indulgeas in refectione: ut non renoventur in te priora tua peccata. Ne attædieris in

1. Τρεῖς ἀρεταί] Hujusmodi Capitula quæ in *Thesauro ascetico* vulgavit Possinus ex ejusdem Isaiæ abbatis *Orationibus* excerpta noscuntur: quod editorem latuit. Hæc autem quatuor priora desumta sunt ex *Orat.* VII. cap. 1.

2. Ο αὐτὸς Ησ.] Hæc exstant *Orat.* VIII. cap. 1. init.
3. Φύλαξον κ. τ. λ.] Ex *Orat.* IX. capp. I. & II.
4. Μὴ ἴσο γαστρ.] Ex eadem *Orat.* IX. l. c.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.



τα· μὴ ἀκηδιάσῃς ἔν τινι κόπῳ· ἵνα μὴ εἰσπηδήσωσιν ἐν σοὶ αἱ τοῦ ἐχθροῦ ἐνέργειαι· βίαζε σεαυτὸν ἐν τῇ μελέτῃ σου· καὶ ἥξει ἐν σοὶ ἡ ἀνάπαυσις τοῦ Θεοῦ ἐν τάχει· ἀνάγκαζε σεαυτὸν εἰς πολλὰς προσευχὰς μετὰ κλαυθμοῦ· καὶ ἴσως ἐλεήσει σε ὁ Θεὸς, καὶ ἐκδύσει σε τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν ἁμαρτάνοντα.

aliquo labore, ut non ingruant in te vehementes insultus Inimici. Vim infer tibi ipsi ad strenue agendum in meditatione tua: Et veniet in te requies Dei velociter. Coge te ipsum ad multas orationes cum fletu: & forte miserebitur tui Deus; & exuet te veteri homine peccatore.

[1] Ὁ κόπος, καὶ ἡ πτωχεία, καὶ ἡ ξενιτεία, καὶ ἡ κακοπάθεια, καὶ ἡ σιωπὴ, τίκτουσι τὴν ταπείνωσιν· καὶ ἡ ταπείνωσις συγχωρεῖ πᾶσαν ἁμαρτίαν.

VIII. Labor, & mendicitas, & peregrinatio, & tolerantia durorum, & silentium, pariunt Humilitatem. Humilitas autem remittit omne peccatum.

[2] Ἐὰν ἡ πορνεία σε πολεμεῖ, θλίψον σεαυτὸν ἀδιαλείπτως ἐν ἀγρυπνίᾳ, ἐν πείνῃ καὶ δίψῃ, καὶ ταπεινώσει πρὸς πάντας· ἐὰν δὲ κάλλος σώματος ἕλκῃ τὴν καρδίαν σου, ἢ ἡδονὴ γυναικός· μνήσθητι τῆς δυσωδίας τούτων· καὶ ἀναπαύσῃ.

IX. Si fornicatio te impugnat, affige te ipsum indesinenter in vigilia, in fame & siti, in humilitate ad omnes; Si vero pulcritudo corporis & imaginatio voluptatis in femina trahit cor tuum, recordare fœtoris istorum: & requiesces.

[3] Μὴ θελήσῃς ἀδελφὲ ἐφ' ὅσον ἦς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ δοῦναι ἀνάπαυσιν τῷ σώματί σου· μηδὲ πιστεύσῃς σεαυτὸν ἐὰν ἴδῃς ἀναπαυόμενον ἀπὸ τῶν παθῶν· διότι στέλλουσιν ἑαυτοὺς οἱ δαίμονες πανουργίᾳ πρὸς καιρὸν, καὶ ἐὰν ὁ ἄνθρωπος ἀμελήσῃ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, ἄφνω εἰσπηδῶσιν εἰς τὴν ταλαίπωρον ψυχὴν, καὶ ἁρπάζουσιν αὐτὴν ὡς στρουθίον, καὶ ἂν ἐπικρατέστεροι αὐτῆς γένωνται, ἐν παντὶ ἁμαρτήματι ταπεινοῦσιν αὐτὴν ἀνελεημόνως· στῶμεν οὖν ἐν φόβῳ Θεοῦ καὶ φυλάξωμεν αὐτοὺς, ἐπιτελοῦντες τὸ πρακτικὸν ἡμῶν, καὶ φυλάττοντες πάσας τὰς ἀρετὰς αἵτινες κωλύουσι τὴν κακίαν τῶν ἐχθρῶν· ὅτι οἱ κόποι καὶ οἱ μόχθοι τοῦ βραχέος καιροῦ τούτου, οὐ μόνον φυλάττουσι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν πονηρῶν· ἀλλὰ καὶ στεφάνους εὐτρεπίζουσι τῇ ψυχῇ, πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος· ὅσοι ἔχομεν τὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος σφραγίδα, σπουδάσωμεν καταλεῖψαι ἁμαρτίας ἡμῶν, ὅπως εὕρωμεν ἔλεος ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως· ἀγωνισώμεθα ἀγαπητοὶ ὅτι ὁ καιρὸς ἤγγικε· μακάριος οὖν ὁ ἔχων τὴν μέριμναν ταύτην ἡμέρας πάντοτε καὶ νυκτός.

X. Noli, frater, quamdiu fueris in hac vita, dare requiem tuo corpori nec confidas in te ipso si te videris feriantem a pravorum affectuum tumultu: cohibent enim vim suam dæmones astu ad tempus, & cum homo negligenter securus studium suæ salutis remiserit, repente insiliunt in miseram animam, & rapiunt eam ut passerem. Ac si eam superare ipsis ex voto contigerit, ad omne illam peccatum immisericorditer dejiciunt. Stemus igitur in Dei timore, & custodiamus nos: exsequentes perfecte cuncta religiosæ nostræ disciplinæ opera, & exercentes omnes virtutes idoneas arcendæ hostium improbitati. Labores quippe ac contentiones brevis hujus temporis, non modo præservant nos a culpis, sed coronas præparant animæ priusquam egrediatur e corpore. Quotquot habemus sancti baptismatis signaculum, studeamus relinquere peccata nostra, ut inveniamus misericordiam in die judicii. Contendamus dilectissimi, quoniam tempus prope est. Beatus ergo qui hanc semper animo solicitudinem versat die pariter ac nocte.

Χρὴ τὴν προσβολὴν τοῦ πονηροῦ ἀποτρέπειν ἐκ τῆς καρδίας δι' εὐσεβοῦς ἀντιλογίας τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς· μήποτε εὑρεθῶμεν τοῖς μὲν χείλεσι τῷ Θεῷ προσδιαλεγόμενοι, τῇ δὲ καρδίᾳ ἄτοπα λογιζόμενοι. οὐ γὰρ προσδέχεται ὁ Θεὸς ἀπὸ ἡσυχαστοῦ εὐχὴν θολώδη καὶ καταφρονητικήν· πανταχοῦ γὰρ ἡ γραφὴ τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια διαμαρτύρεται φυλάττειν· ἐὰν γὰρ ὑποταγῇ τὸ θέλημα τοῦ μοναχοῦ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ· καὶ κατὰ τὸν νόμον αὐτοῦ κυβερνήσῃ τὰ ὑπήκοα αὐτοῦ, πάσας φημὶ τὰς ψυχικὰς κινήσεις, κατεξαίρετον δὲ τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν· ταῦτα γὰρ ὑπήκοα τῷ λόγῳ· ἀρετὴν εἰργάσατο καὶ δικαιοσύνην ἐποίησε· τὴν μὲν ἐπιθυμίαν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τὰ αὐτοῦ θελήματα· τὸν δὲ θυμὸν κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῆς ἁμαρτίας· τί οὖν ἐστι τὸ ζητούμενον ἔκτοτε; ἡ κρυπτὴ μελέτη.

XI. Oportet appulsum mali dæmonis avertere a corde per piam contradictionem tempore orationis, ne quando reperiamur labiis quidem alloquentes Deum, corde autem absurda cogitantes. Non enim acceptat Deus ab homine sacræ quieti vacante orationem lutulentam, & irrisoriam. Ubique enim Scriptura animæ sensus ut custodiamus contestatur. Nam si subjiciatur voluntas monachi legi Dei, & secundum legem ejus gubernet subjecta sibi, omnes inquam, animales motiones, præsertim autem iram & concupiscentiam, hæc quippe subsunt rationi: virtutem operatur & justitiam facit: concupiscentiam quidem ad Deum & ejus voluntates desiderandas vertens: iram autem contra diabolum & peccatum incitans. Quid autem deinceps requiritur? occulta meditatio.

Ἐὰν ἦς ἀνθιστάμενος τῇ ἐχθρᾷ, καὶ ἴδῃς αὐτὴν ἀσθενήσασαν ἀπὸ σοῦ καὶ φυγοῦσαν εἰς τὰ ὀπίσω, μὴ χαρῇ σου ἡ καρδία· ὅτι ἡ κακία τῶν πνευμάτων αὐτῶν ὀπίσω αὐτῶν ἐστιν· ἑτοιμάζουσι γὰρ πόλεμον χείρονα τοῦ πρώτου· καὶ ἐῶσιν αὐτὸν ὀπίσω τῆς πόλεως, καὶ ἐντέλλονται μὴ κινηθῆναι· καὶ ἐὰν ἀντιστῇς ἀνταβαίνων αὐτοῖς, φεύγουσιν ἀπὸ προσώπου σου· καὶ ἐὰν ὑψωθῇ ἡ καρδία σου ὅτι ἐδίωξας αὐτοὺς, καὶ καταλήψῃς τὴν πόλιν, οἱ μὲν ἐγείρονται ἐκ τῶν ὀπίσω, οἱ δὲ ἵστανται ἔμπροσθεν, καὶ τύπτουσι τὴν ταλαίπωρον ψυχὴν ἐν μέσῳ αὐτῶν μὴ ἔχουσαν ἔτι καταφυγήν.

XII. Quando ex adverso stans contra turbam hostium, videris eam a te debilitatam retro fugere: ne cor tuum des lætitiæ, quoniam malitia spirituum istorum post ipsos est. Parant scilicet bellum priore acrius: collocando turmas in insidiis extra civitatem, & jubendo ibi eas perstare immotas, ut interim intentantes insultum, & tui rursus occursu fugientes. Te fervide primi successus fiducia persequentem extra civitatem eliciant ultra insidias latentes: quo cum imprudens perveneris exsurgent in te a tergo cohortes insidiantes, & iis qui modo fugiebant, repente frontem vertentibus, circumventa in medio, & undique pulsata infelix anima quo confugiat non habet.

1. Ὁ κόπος κ. τ. λ.] Ex eadem *Orat.* IX. l. c.
2. Ἐὰν ἡ πορν.] Ex *Orat.* XVII. cap. VII.
3. Μὴ θελήσ.] Ex eadem *Orat.* XVII. cap. VIII.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 374.

[1] Ὁ διδάσκαλος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰδὼς τὴν A μεγάλην τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ἀνελεημοσύνην, καὶ οἰκτείρων τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ἐνετείλατο ἐν στρυφνότητι καρδίας λέγων· γίνεσθε ἕτοιμοι ἐν πάσῃ ὥρᾳ· ὅτι οὐκ οἴδατε ἐν ποίᾳ ὥρᾳ ὁ λῃστὴς ἔρχεται· μή ποτε ἔλθῃ καὶ εὕρῃ ἡμᾶς κοιμωμένους· καὶ πάλιν λέγει· βλέπετε μὴ βαρυνθῶσιν αἱ καρδίαι ὑμῶν ἐν κραιπάλαις καὶ μέθαις καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ ἐπελεύσεται ὑμῖν ἄφνω ἡ ὥρα· στῆθι οὖν ἐπὶ τῆς καρδίας σου προσέχων τοῖς αἰσθητηρίοις σου· καὶ ἐὰν εἰρηνεύσῃ μετὰ σοῦ ἡ μνήμη τοῦ Θεοῦ, καταλαμβάνεις τοὺς λῃστὰς τοὺς ἀποσυλῶντας αὐτήν· ὁ γὰρ ἀκριβαζόμενος ἐν τοῖς λογισμοῖς, ἐπιγινώσκει τοὺς θέλοντας εἰσελθεῖν καὶ μιᾶναι αὐτόν· ταράττουσι γὰρ τὸν νοῦν ὅπως γένηται μετέωρος καὶ ἀργός· οἱ δὲ ἐπιγνόντες B τὴν πανουργίαν αὐτῶν ἀτάραχοι μένουσι, δεόμενοι τοῦ κυρίου.

A XIII. Magister noster Jesus Christus sciens magnam hostium nostrorum immisericordiam; & miserans genus humanum, mandavit in amaritudine cordis, dicens: [a] *Estote parati in omni hora quia nescitis qua hora fur venit. Ne forte veniat, & inveniat vos dormientes.* Et rursus ait: [b] *Videte ne graventur corda vestra crapulis, & ebrietatibus, & curis sæcularibus: & superveniet vobis repente hora.* Sta igitur super cor tuum, attendens tuis sensibus, & si pacem tecum habuerit memoria Dei, comprehendes fures deprædantes ipsam. Qui enim exacte invigilat cogitationibus, discernens cognoscit quænam ex iis ingressum tentent ut polluant ipsum. Turbant enim mentem, ut illa vel alio intenta, B vel desidia constricta, fraudem non sentiat. At qui astutiam ipsorum norunt, imperturbati manent, postulantes a Domino.

Ἐὰν ἡ καρδία σου ῥέμβηται, καὶ οὐκ οἶδας ἄξαι αὐτὴν, ἡ πρᾶξίς σου ἐστὶν ἡ θέλοντος καὶ μὴ θέλοντος ἕλκει αὐτὴν εἰς τὸ ῥέμβεσθαι· [2] εἰ μὴ γὰρ Γεδεὼν ἔκλασε τὰς ὑδρίας, οὐκ ἂν εἶδε τὸ φῶς τῶν λαμπάδων· οὕτως ἐὰν μὴ ἄνθρωπος καταφρονήσῃ τοῦ σώματος, οὐκ ἂν ἴδῃ τὸ φῶς τῆς θεότητος.

XIV. Si anima tua vagetur, & tu nescias eam stringere, operatio tua volentis incertum an nolentis, trahit eam ad vagandum. Nisi enim [c] Gedeon confregisset hydrias, non vidisset lucem lampadum. Sic nisi homo contemnat corpus, non videbit lumen divinitatis.

[3] Ὥσπερ πόλις τετειχισμένη ἔχουσα μικρὸν τοῦ τείχους κατεστραμμένον, ἐὰν θέλωσιν οἱ ἐχθροὶ εἰσελθεῖν, προσέχουσι τὸ κατεστραμμένον ἵνα δι᾽ αὐτοῦ εἰσέλθωσι· κἂν γὰρ οἱ φύλακες παρὰ τὰς πύλας εἰσὶν, οὐ δύνανται ἀντιστῆναι τοῖς ἐχθροῖς, ἐὰν μὴ οἰκοδομηθῇ τὸ κατεστραμμένον· οὕτως ἀδύνατον τῷ ἀσκητῇ μοναχῷ ἀντιστῆναι τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ, κυριευομένῳ ὑπὸ πάθους τινὸς, οὐδὲ δύναται φθάσαι εἰς μέτρα τελειότητος.

XV. Ut civitatis circumseptæ mœnibus, si muri pars aliqua labem fecerit, hostes eam oppugnantes attendunt ad labem illam ut per eam introeant. C Quamvis enim custodes ad portas præsto sint, nequeunt resistere hostibus nisi reparetur quod dirutum est. Sic monachus cui vitium aliquod dominatur, quantumlibet conetur, numquam ad perfectionis metam pertingere poterit.

Ἐξερεύνησον σεαυτὸν ἀδελφὲ καθ᾽ ἡμέραν κατανοῶν τὴν καρδίαν σου, τί ἐστιν ἐν αὐτῇ τῶν παθῶν, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ ἀπόρριψον ἀπὸ τῆς καρδίας σου, ἵνα μὴ πρόφασις πονηρὰ ἔλθῃ ἐπὶ σέ· [4] πρόσχες οὖν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ γρηγόρει τοῖς ἐχθροῖς σου· καὶ γὰρ πανοῦργοί εἰσιν ἐν τῇ κακίᾳ αὐτῶν· καὶ πείσθητι ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ· ὅτι ἀδύνατον ἀνθρώπῳ ποιοῦντι κακὰ ποιῆσαι καλά. διὰ D τοῦτο ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν γρηγορεῖν· λέγων, στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν· καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν.

XVI. Perscrutare te ipsum, frater, quotidie penitus intuens & pervidens cor tuum: ecquid in ipso vitiorum sit in conspectu Dei: & illud quidquid est ex ipso ejice, ne mali occasio inde veniat super te. Attende igitur cordi tuo, & vigil observa hostes tuos. Etenim astuti & vafri sunt in malitia ipsorum. Ac plane persuade cordi tuo, hoc D quod mox dicam: fieri non posse ut qui male agit agat bene. Propter hoc docuit nos Salvator noster vigilare, dicens: [d] *Angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam; & pauci sunt qui inveniunt eam.*

[5] Πρόσχες οὖν σεαυτὸν, μήπως τι τῆς ἀπωλείας ἀποστήσῃ σε τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ· καὶ κάτεχε τὴν καρδίαν σου· καὶ μὴ ἀκηδιάσῃς λέγων· πῶς ἔχω αὐτὴν φυλάξαι ἁμαρτωλὸς ἄνθρωπος ὤν; ὅταν γὰρ καταλείψῃ ἄνθρωπος τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ καὶ ἐπιστρέψει ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἡ μετάνοια αὐτοῦ ἀναγεννᾷ αὐτὸν, καὶ ὅλον καινοποιεῖ αὐτόν.

XVII. Attende igitur tibi, ne qua perditio abducat te a caritate Dei: & contine cor tuum, & ne attædieris dicens: quomodo possum cor custodire, cum peccator sim? Quando enim reliquerit homo peccata sua, & se converterit ad Deum, pœnitentia ejus regenerat ipsum, & totum in novam creaturam immutat.

Ὀφείλει ὁ μοναχὸς κατέχειν τὸν τῆς ἀσκήσεως ἀγῶνα, καὶ προσέχειν προσβολὰς τοῦ ἀντιπάλου, καὶ ὡς κυβερνήτης τὰ κύματα διαβιβάζειν, οἰακιζόμενος ὑπὸ τῆς χάριτος, μὴ παρατρεπόμενος τῆς εὐθείας ὁδοῦ, καὶ ἑαυτῷ μόνῳ προσέχειν, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ προσομιλεῖν τῷ Θεῷ ἀῤῥέπῳ λογισμῷ, καὶ ἀπεριέργῳ νοΐ.

E XVIII. Debet monachus perstare constanter in certamine religiosæ exercitationis: & attendere observandis insultibus adversarii, & ut nauclerus, fluctus pertransire, gubernaculo obsequens divinæ gratiæ, nusquam declinando a via recta. Sibi autem soli attendere: & in pace animi Deum alloqui, cogitatione indeflexa; & mente rerum ceterarum omnium secura.

[6] Παρακαλῶ σε ἐν ὅσῳ ἧς ἐν τῷ σώματι, μὴ ἀταλύσῃς σου τὴν καρδίαν· ὥσπερ γὰρ ὁ γεωργὸς οὐ

XIX. Hortor te; ne quamdiu es in corpore, relaxes cor tuum a solicitudine salutis tuæ, ut enim

a Luc. XII. 39. b Luc. XXI. 34. c Jud. VII. 20. d Matth. VII. 14.


1. Ὁ διδάσκ.] Ex *Orat.* XVII. cap. IX.
2. Εἰ μὴ γὰρ κ. τ. λ.] Ex *Orat.* XVI. cap. V.
3. Ὥσπερ πόλις κ. τ. λ.] Ex *Orat.* XXV. cap. XII.
4. Πρόσχες οὖν τῇ καρδίᾳ] Ex eadem *Orat.* XXV. cap. XV.
5. Πρόσχες οὖν σεαυτῷ] Ex eadem *Orat.* XXV. cap. cit.
6. Παρακαλῶ κ. τ. λ.] Exstat hic locus in *Orat.* XXVI. cap. II.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 372.

δύναται πεποιθέναι ἐπί τινι καρπῷ αὐτοῦ ἀνερχομένῳ ἐν ἀγρῷ αὐτοῦ· οὐ γὰρ οἶδε τί αὐτῷ ἀποβαίνει, πρὶν ἐγκλεισθῆναι ἐν τοῖς θησαυροῖς αὐτοῦ· οὕτως ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔχει ἀπολῦσαι τὴν καρδίαν, ἐφ' ὅσον ἔχει πνοὴν ἐν τῇ ῥινὶ αὐτοῦ· καὶ ὥσπερ ἄνθρωπος ἀπαυτήσειν ἑαυτὸν ἕως τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς, καὶ μὴ ποιῆσαι ὅλως πάθος, οὐ δύναται· οὕτως οὐ δυνατὸν τῷ μοναχῷ ἀπολῦσαι τὴν ἑαυτοῦ ἐν ὅσῳ ἔχει ἀναπνοήν· ἀλλὰ χρὴ αὐτὸν πάντοτε ἀναβοᾷν πρὸς Θεὸν διὰ τὴν βοήθειαν αὐτοῦ καὶ τὸ ἔλεος.

A agricola non poteſt certam habere fiduciam proventuri ad felicem exitum fructus, quem jam natum in agro ſuo videt, non enim ſcit quid ei eventurum ante meſſem ſit; ac tum demum ſecurus eſt, quando triticum jam purgatum in ſuis horreis condidit: ſic homo non debet cura ſolvere cor ſuum, quoad [a] *ſpiritus in naribus ejus eſt*. Ac ſicut homo quivis ante ſupremum anhelitum tenere ſe ipſum nequit quin in aliquod aliquando labatur vitium: ita fas non eſt monacho ante ultimum anhelitum eſſe prorſus ſecuro perſeverantiæ ac ſalutis ſuæ. Sed oportet ipſum ſemper clamare ad Deum, implorando ejus auxilium & miſericordiam.

[a] Job XXVII. 3.



EJUSDEM ABBATIS ISAIÆ FRAGMENTA.

I.

Apud S. JOANNEM DAMASCENUM ſacr. Parall. *opp. tom.* II. *pag.* 677.

[1] Ἐπεὶ συμπτώματα τὰ αὐτὰ ἁμαρτωλοῖς καὶ δικαίοις συμβαίνει, μὴ πάντως τοὺς περιστατικοῖς ὑποβαλλομένους ἡγώμεθα, καὶ [2] παραλαβούσης πονηρίας, ὑπομεμενηκέναι τὰ πονηρά.

B Quandoquidem iidem caſus peccatoribus & juſtis contingunt, non eſt exiſtimandum, omnes qui in adverſitates aliquas inciderint, ob antecedentem improbitatem infortunia ejuſmodi ſubiiſſe.

II.

Ibidem pag. 721.

Οἱ ἑαυτῶν μόνον ἕνεκα πάντα πράττοντες, φιλαυτίαν τὸ μέγιστον τῶν κακῶν ἐπιτηδεύουσιν· ὃ ποιεῖ τὸ ἄμικτον, τὸ ἀκοινώνητον, τὸ ἄφιλον, τὸ ἄδικον, τὸ ἀσεβές. τὸν γὰρ ἄνθρωπον ἡ φύσις κατεσκεύασεν, οὐχ ὡς τὰ μονωτικὰ θηρία, ἀλλ' ὡς ἀγελαῖα, καὶ συνόμα, καὶ κοινωνικά· ἵνα μὴ ἑαυτῷ μόνῳ ζῇ, ἀλλὰ καὶ πατρὶ καὶ μητρὶ, καὶ ἀδελφοῖς, καὶ γυναικὶ, καὶ τέκνοις, καὶ ἄλλοις συγγενέσι, καὶ φίλοις καὶ δημόταις, καὶ φυλέταις, καὶ πατρίδι, καὶ ὁμοφύλοις καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις· ἔτι μέντοι καὶ τοῖς μέρεσι τοῦ παντὸς, καὶ τῷ ὅλῳ κόσμῳ, καὶ πολὺ πρότερον τῷ Θεῷ καὶ ποιητῇ. δεῖ γὰρ εἶναι, εἴ γε ὅλως ἐστὶ λογικὸς, κοινωνικὸν, φιλόκοσμον, φιλόθεον, ἵνα γένηται καὶ θεοφιλής.


Qui ſua dumtaxat cauſſa omnia faciunt, hi philautiæ, hoc eſt malorum omnium graviſſimo, ſtudent: quod quidem illud affert, ut a ſocietate & commercio atque amicitia quiſpiam abhorreat, iniuſteque & impie ſe gerat. Natura enim hominem, C non uti ſolivaga animantia, condidit, ſed ut gregalia communibuſque paſcuis utentia: ut non ſibi ſoli vivat, verum & patri & matri, & fratribus & uxori & liberis aliiſque cognatis; & amicis & popularibus ac tribulibus ſuis; itemque patriæ & provincialibus ſuis & omnibus hominibus; atque inſuper univerſitatis partibus totique mundo: longe autem ante omnia, Deo & creatori. Eum enim, ſi quidem omnino rationis eſt particeps, ſocietatis ſtudioſum ac mundi Deique amantem eſſe oportet, ut Deo quoque carus efficiatur.

1. Ἐπεὶ συμπτ.] In Parall. Rupeſucaldinis fragmentum iſtud tribuitur Didymo in Iſaiam.

2. Παραλαβ.] Sic edit. ſed interpres legiſſe videtur προλαβ.

INDEX OPERUM
B. ISAIÆ ABBATIS NITRIENSIS.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
373.




ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΥΝΕΙΣΑΚΤΩΝ.



S. P. N.

BASILII MAGNI

SERMO

DE CONTUBERNALIBUS:

Ex ms. codice bibliothecæ Mediceæ nuper editus inter vetera Ecclesiæ Græcæ monumenta Bandiniana,

Interprete Joanne Baptista Gallicciolli.

ΑΡξώμεθα καὶ ἡμεῖς λαλῆσαι, ταῖς τῶν ἁγίων Χριστοῦ δούλων εὐχαῖς δι᾽ ἁγίου πνεύματος ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ υἱοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐνδυναμούμενοι, ῥήματα εὐσεβείας καὶ σωφροσύνης. Ἀποφθεγξώμεθα λόγους χάριτος καὶ ἀληθείας ὑπὸ τῆς μεγάλης ἐνδυναμούμενοι χάριτος. ἀνοίξαντες τὸ στόμα ἐν Χριστῷ προκομίσωμεν θησαυρόν τινα μικρὸν ἐναποκείμενον τῇ καρδίᾳ ἡμῶν, μικρὸν μὲν τῇ αἰσθητῇ ὑποστάσει, μέγαν δὲ τῇ νοητῇ φύσει· καὶ προβάλωμεν χρυσίου καθαροῦ στατῆρα, καὶ καθαρίσαντες τοῦτον, ὥσπερ ἐν χωνευτηρίῳ, τῷ εἰλικρινεῖ φρονήματι, τηλαυγέστατον πᾶσιν ὑμῖν ἐπιδείξωμεν. πρόθυμος γὰρ ὁ νοῦς, καὶ τὸ πνεῦμα πρόθυμον, ἀσθενὴς δὲ ἡ σάρξ. ἤθελον γὰρ εἶναι δυνατὸν ὑπὲρ τῶν ὑπερτάτων ἀκρωτηρίων ἐπιστάντα σαλπίσαι με ὥσπερ διὰ τοῦ στόματος, καὶ βροντῆς δίκην κατὰ πάσης ἐξαποστεῖλαι τῆς οἰκουμένης τὰ τῆς σωφροσύνης ῥήματα, ὅπως εἰς μαρτύριον ἔσονται πᾶσι τοῖς παραφθείρουσι τὴν ἀλήθειαν· ἀλλ᾽ ἀδύνατον τὸ πρᾶγμα· ἄνθρωπος γάρ εἰμι ὀλιγόβιος καὶ εὐτελὴς μὲν τὴν ἡλικίαν, μικρὸς δὲ τὴν φωνήν, καὶ ἄλλως δὲ ταπεινὸς τὴν ψυχήν, πολλαῖς ἁμαρτίαις ἐμπεφυρμένος. Ἀλλὰ κἂν βροντῆς δίκην εἰς ὕψος ἐπάρω τὴν φωνήν, καὶ βοήσω μεγάλα, οὐκ ἀκουσθήσομαι. Χριστὸς γὰρ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱός, ὁ πήξας τοὺς οὐρανοὺς ὡσεὶ καμάραν, καὶ θεμελιώσας τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, καὶ στερεώσας τὴν θάλασσαν, ὁ πῦρ, καὶ θεῖον, καὶ γέενναν, καὶ φόβον, καὶ τρόμον αἰωνίων κριτηρίων ἑτοιμάσας τοῖς ἁμαρτάνουσιν, οὗτος δι᾽ εὐαγγελίων βοῶν καὶ παραγγέλλων παρακούσεται. ἀπόστολοι δ᾽ αὖ πάλιν ἅγιοι, τέλειοι τοῦ Χριστοῦ μαθηταί, καὶ υἱοὶ βροντῆς ὀνομασθέντες, δι᾽ ἐπιστολῶν γράφοντες καὶ παρακαλοῦντες καταφρονοῦνται· ἀλλ᾽ οὔτε προφῆται ἅγιοι τοῦ Θεοῦ, οὔτε νόμος, οὔτε ἄνθρωποι νουθετοῦντες ἐντρέπουσι· καὶ τίς ἄλλος δυνήσεται ἄρα τὸ τηλικοῦτον ἀπηνὲς διορθώσασθαι καὶ ἀνήμερον πρᾶγμα; ὅτε λοιπὸν τραῦμα κατὰ πάσης γέγονε τῆς οἰκουμένης, καί μοι δοκεῖ πολλοὺς λόγους καυτήρων δίκην προστάττειν τῷ πάθει. ἐπικέχυται γὰρ τὸ νόσημα, καὶ κεκράτηκε πλείστων, ἵνα μὴ πάντων λέγω, καὶ ὥσπερ ἀχλὺς σκοτεινοτάτη ἐπέσχε τῶν πολλῶν τὸ βλεπτικὸν τῆς διανοίας. Ἐγὼ δὲ ἐρῶ μετὰ παῤῥησίας, λαμπάδα εὐσεβείας διὰ στόματος ῥήμασιν ἁγίοις ἐξάπτων, καὶ

A I. Aggrediamur & nos, precibus sanctorum Christi servorum per Spiritum sanctum ab unigenito Dei filio Christo domino nostro roborati, de pietate & modestia habere orationem. De gratia & veritate verba faciamus, magna confirmati gratia. In Christo os aperientes, promamus thesaurum aliquem parvum in corde nostro repositum: parvum quidem, inquam, sensili substantia, sed magnum cognobili natura. Afferamus etiam defæcati auri staterem; & hunc expolientes, quasi in fornace, sincero videlicet sensu, fulgentissimum illum universis vobis ostendamus. Promta enim mens, & [a] *promtus spiritus est, caro autem infirma*. Utinam enim fieri posset, ut in summis arcibus con-B sistens, clangerem quasi ore, & tonitrui ad instar in universam terram emitterem modestiæ verba; quo in testimonium essent omnibus, qui veritatem adulterant. At enim istud fieri nequit. Homo namque sum brevi victurus tempore, & ætate quidem exilis, gracilis autem voce, ac ceteroquin angusto animo, & multis coinquinatus criminibus. Verumtamen quamvis tonitrui ad instar, vocem in sublime tollerem, clamaremque vehementer, nequaquam audirer. Christus etenim unigenitus Dei filius, qui cælos ut fornicem compegit, fundavitque terram super aquis, & firmavit mare: qui ignem & sulphur & gehennam, & metum horroremque æternorum suppliciorum præparavit iis qui peccant: ipse per C evangelia clamans & jubens, contemnitur. Apostoli etiam sancti, perfecti Christi discipuli, & filii tonitrui appellati, per epistolas scribentes exhortantesque spernuntur. Quinimmo nec sanctos Dei prophetas, nec legem, nec homines commonentes reverentur: ecquis alius poterit ergo rem tam immanem & efferatam in æquum statum revocare? Præterea hujusmodi vulnus universum orbem pervasit: mihique videor verba ingeminans quasi cauteria huic malæ affectioni adhibere. Diffusus est enim morbus, plurimosque obtinuit, ut ne dicam omnes; & veluti caligo quædam tenebricosa aciei mentis plurimorum offusa est. Ego tamen cum libertate loquar, lampadem pietatis verbis sanctis ore accendens, & veneranda morum virtutis exempla enarrans: non

[a] Matth. xxvi. 41.

σεμνὰ τρόπων ἀρετῆς παραδείγματα διηγούμενος, μὴ ἄνθρωπον εὐλαβούμενος, ἀλλὰ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ οὐ βουλόμενος κοινωνὸς γενέσθαι τῶν ἐν τῷ κακῷ δικτύῳ σαγηνευθέντων, ὅπως δίκην ἡλίου ὁ λόγος τὰς ἀκτῖνας ἐκπετάσας, διαλύσῃ τὸ ζοφῶδες τῆς διανοίας τῶν εἰσακουόντων ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ τὸ πάθος παύσῃ ταῖς αὐτοῦ μαρμαρυγαῖς.

A homines veritus, ſed ob oculos habens eum, qui ſine perſonarum diſcrimine judicat vivos & mortuos; eo quod nolim particeps fieri eorum, qui malo hoc reti comprehenſi ſunt: ut ſolis in modum oratio radios circumfundens, diſjiciat tenebras mentis eorum, qui ex puro corde audiunt, & infirmitas hæc convaleſcat ipſis orationis fulgoribus.


Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 373.

Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος· ἀληθῶς ῥίζα πολλοὺς κλάδους πονηρίας ἐκφέρουσα, δι᾽ ἣν τὰ πάντα ἐν τῷ πονηρῷ βίῳ ἐπιτελεῖται. Ῥίζα δὲ πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλογυνία, καὶ ἡγεμὼν τῆς ἀπωλείας, ἡ τῶν ἀγαπητρίδων λέγω δὴ μανία, ῥίζα ἀπώλειαν βλαστάνουσα, καὶ ἐξανθοῦσα μανίαν. Ἰουδαϊκὴ γὰρ τυγχάνει ἐκ Σοδόμων μετενεχθεῖσα, καθότι ὕπουλόν τινα καὶ πεποιημένην τῆς ἔξωθεν ἐπιπλάστου ἀγάπης τὴν φαντασίαν κέκτηται. Καί μοι λαβὼν κόμιζε λοιπὸν εἰς μέσον τὸ τοῦ ἀποστόλου λόγιον ἐκεῖνο τὸ φάσκον, μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι καὶ Κηφᾶς; ᾧ ἐπερείδονται οἱ τῷ τῆς ταλαιπωρίας πάθει δεδουλωμένοι, τὸ καλῶς πρὸς ὠφέλειαν γραφὲν, τῇ ἑαυτῶν ματαιοφροσύνῃ πρὸς ἀπώλειαν ψυχῶν ἐκλαμβάνοντες. καὶ ἐξετάσωμεν παράλληλα τοῖς ἀποστόλοις, καὶ τοῖς νῦν πιστεύουσι τὰ πραττόμενα. Τίς οὖν ὁ γράφων πρῶτον μάθωμεν, καὶ εἰ δι᾽ ἐπιστολῆς ὁ μακάριος ἀπόστολος ἐπέτρεψε, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐκώλυσεν αὐτοὺς, ἑαυτὸν τύπον παρεχόμενος πᾶσιν ἡμῖν· οἴδαμεν γὰρ αὐτὸν μετὰ ἀνδρῶν εὐλαβεστάτων πάντα τὸν χρόνον ἀναστραφέντα, καὶ οὐχὶ μετὰ γυναικῶν ἀπρεπεστάτων διάγοντα. Οὔτε κἂν αἰδοῦνται τοῦτο λέγοντες. Αἰσχύνην καταχεέσθωσαν οἱ ἑαυτοὺς Πέτρῳ τῷ προστάτῃ τῶν ἀποστόλων, καὶ κλειδούχῳ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν συγκρίνοντες, καὶ φάσκοντες, εἰ ἐκεῖνος εἶχεν ἀγαπητὴν, καὶ ἡμεῖς τοῖς ἐκείνου ἴχνεσιν ἐπακολουθοῦμεν. καὶ τάχα καλῶς ἔχεις. ἔγειρόν μοι γοῦν ὡς αὐτὸς τὴν Ταβιθὰν ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἵνα πιστεύσω σοι, ὅτι καὶ σὺ πνευματοφόρος εἶ, ἐκπεπλησμένος θείας δυνάμεως. ἐξέλασόν μοι τοὺς δαίμονας, οὓς ἐκεῖνος ἐξήλασε, τὰς νόσους, καὶ τὰς ἑτέρας ἔργασαι θεραπείας, ὅσας ἐπετέλεσεν ἐκεῖνος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἐῶ γὰρ τἄλλα. ὅταν μοι δείξῃς, τότε σοι πιστεύσω, ὅτι οὐ πυροῦσαι πρὸς τὸ θῆλυ· ἢ οὐκ ἀκούεις τί λέγει ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅτι ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ; ἢ μῦθός σοι καταφαίνεται τὰ τοῦ εὐαγγελίου ῥήματα; ὁρᾷς, ὅπως οὐ μόνον τὸ πράττειν ἐκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ὄψεως ὁρᾶν ἀπέτρεψεν, εἰδὼς ὅτι σκάνδαλον τῇ τοῦ ἀνδρὸς ψυχῇ τὸ ἔνεδρον; ἀλλὰ σοὶ τῷ πάσχοντι παίγνιον καταφαίνεται τὸ πρᾶγμα· ἐπήρωσας γάρ σου τὸ φρόνημα τῇ ἀναισχυντίᾳ, προσωπεῖον δίκην τῷ προσώπῳ σου ἐμπεριθέμενος· ἀγνοεῖς γὰρ ἡλίκῳ ναυαγίῳ περιπέπτωκας. Ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τοὺς τῶν ἁγίων προφητῶν χαρακτῆρας, ὅπως τὸν ἅπαντα χρόνον τῆς ζωῆς ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις διετέλουν, οὐ μόνον τοῦ ὁρᾶν γυναῖκα ἀπαλλαττόμενοι, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦ ἐνθυμεῖσθαι. ἢ καὶ τοῦτό σοι πάντως λῆρος καταφανήσεται; βλέπω γάρ σε καὶ ἀντιθέσεσι πολλῶν λόγων κενῶν σαυτὸν παραμυθούμενον. Μνήσθητι τῆς ἐκ τοῦ παραδείσου ἐκβολῆς, καὶ τοῦ ὀλέθρου τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ τῆς τῶν Σοδομιτῶν καταστροφῆς, ὅτι διὰ γυναῖκα πάντα τὰ κακὰ ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους γίνεται, τῆς τοῦ Σαμψὼν τοῦ δικαίου προδοσίας, καὶ τῆς τοῦ Ἰωσὴφ ἐκείνου τοῦ ἐναρέτου ἐπιβουλῆς. Μνημόνευσον τῆς τοῦ ἐκλεκτοῦ γένους τῶν Ἰουδαίων ἀπωλείας. εἰ δὲ ταῦτά σε

II. [a] *Radix namque omnium malorum eſt avaritia*, ait divinus Apoſtolus: radix profecto bene multos proferens nequitiæ ramos, per quam omnia in vita nequam efficiuntur. Attamen radix omnium malorum mulieroſitas eſt, & dux interitus, furor
B ille inquam, amaſiuncularum: radix interitum pullulans, & furorem germinans. Judaïca eſt enim, de Sodomis delata, quod adulterinam quamdam & fictitiam exterius ſubleſtæ caritatis ſpeciem habeat. Ceterum, profer tu mihi ſis in medium teſtimonium illud Apoſtoli quod ait: [b] *Numquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut & ceteri apoſtoli, & Cephas?* cui nempe innituntur hi, qui miſerandæ huic noxæ deſerviunt, id quod optime ad utilitatem ſcriptum eſt, inſana mente ſua ad interitum animarum aſſumentes; & conferamus invicem ea quæ ab Apoſtolis, cum iis quæ nunc a credentibus fieri conſueverunt. Ac primum quiſnam fuerit ſcriptor attendamus: & utrum per
C epiſtolam beatus Apoſtolus rem indulſerit, vel non potius eos coercuerit, ſemet ipſe exemplar exhibens nobis univerſis. Novimus nimirum eum cum viris religioſiſſimis per totum tempus fuiſſe converſatum, nec cum turpiſſimis mulieribus degiſſe, ne ſi iſtud quidem dicere erubeſcant. Pudore ſuffundantur qui ſe ipſos Petro apoſtolorum principi, & regni cælorum clavigero comparant, & dicunt: [c] *Si ille habuit Dilectam, & nos veſtigia ejus ſectamur*. Belle enim vero. Reſuſcita tu mihi ergo, quemadmodum ille, Tabitham ex mortuis per fidem in dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut credam tibi, quod & tu Spiritu ſis plenus, repletus divina virtute. Expelle tu mihi dæmones quos ille expulit & morbos,
D aliaſque effice curationes, quot effecit ille in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti: mitto enim reliqua. Hoc quum mihi oſtenderis; tunc tibi credam, quod non igneſceres ad hanc veneratam beſtiam. An non audis quid dicat dominus noſter Jeſus Chriſtus: [d] *Qui intuetur mulierem ex concupiſcentia, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo?* Viden' quo pacto non modo actum interdixerit, ſed & rationem intuitus prohibuerit, ſciens ſcandalo eſſe animæ hominis illas inſidias? At tibi morbo affecto luſus ea res videtur. Hebetaſti enim animum impudentia, veluti larvam faciei imponens tuæ. Ignoras namque in quantum naufragium incideris. Revertamur ad ſanctorum prophetarum inſtituta, quo modo omne tempus vi-
E tæ in montibus & cavernis tranſegerunt; nedum a videnda, verum etiam a cogitanda muliere in libertatem aſſerti. Num & hæ tibi nugæ omnino cenſebuntur? Sentio enim te opinionibus multarum inanium rationum animum delinientem tuum. Revoca in memoriam ejectionem e paradiſo, ruinamque diluvii, & Sodomorum everſionem (quia ob mulierem mala omnia ab initio ad uſque finem contingunt) Samſonis juſti proditiones, & ſtructas adverſus Joſeph præclarum illum hominem inſidias. Veniat tibi in mentem interitus electi generis Judæorum. Et ſi hæc tibi non perſuadent, perſuadeat

a 1. Tim. VI. 10. b 1. Cor. IX. 5. c Actor. IX. 40. d Matth. V. 28.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 373.



οὐ πείθει, Σολομὼν ὁ σοφός σε πεισάτω ὧδέ πη λέγων, οἶνος καὶ γυνὴ ἀποστήσουσι καρδίας σοφῶν. σοφῶν, εἶπεν, ἵνα μὴ καὶ τούτῳ παρενθῇς τι, καὶ ἁπλῶς φρονήσῃς περὶ τοῦ ῥητοῦ. ὁ γὰρ οἶνος εἰς τὸν ἄνθρωπον εἰσδυνών, καὶ κάρωσιν μέθης ἐν αὐτῷ ἐργαζόμενος, ὥσπερ ποταμὸς πλημμυρῶν, ὅλον τὸ φρόνημα τῷ ἑαυτοῦ ῥοιζήματι παρασύρει, καὶ εἰς μανίαν ἄγει τὸν ἄνθρωπον. τὰ αὐτὰ καὶ ἡ γυνὴ τῷ οἴνῳ διαπράττεται κατὰ τοῦ ἀνθρώπου. διὸ δὴ καὶ ὁ Παροιμιαστὴς παρεπλησίασε τὸν οἶνον τῇ γυναικί, καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται διαφόροις κακοῖς καὶ θηρίοις ἰοβόλοις παρεπλησίασαν τὸ γένος τῶν γυναικῶν, τὸ ἀπόλλον τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων.

A ſapiens Salomon in hanc ſententiam alicubi loquens: [a] *Vinum & mulier abalienabunt corda ſapientum.* Sapientum, inquit, ne & huic opponas quippiam, & abjectum aliquid ſentias de verbo. Vinum enim hominem ingrediens, ſtuporemque ebrietatis in illo efficiens, veluti fluvius exundans, mentem omnem impetu ſuo abripit, & in furorem hominem impellit. Eadem quæ vinum, agit mulier in hominem. Quamobrem parœmiaſtes comparavit vinum cum muliere: & omnes etiam prophetæ cum aliis atque aliis malis, & venenatis belluis contulerunt genus mulierum, virorum animabus pernicioſum.

Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτά σε πείθει. παίγνιον γὰρ ὡς ἔοικε B πάντα σοι καταφαίνεται. ἔβυσας γὰρ ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς τὰ ὦτά σου μὴ εἰσακούων τῶν θείων γραφῶν. καὶ λοιπὸν δὲ καὶ αὐτὸς εἰς θηλιώδη τρόπον μετήλλαξάς σου τὴν φύσιν, τῇ τοῦ θηρίου συνοικίᾳ ὁμότροπος αὐτῇ γενόμενος, ἧς τὰ μὲν ῥήματα ἄλαλα, καὶ ἡ φωνὴ ἡδεῖα, ἡ δὲ ψυχὴ ἀγρία, καὶ τὸ φρόνημα δρακόντων, καὶ ἡ προαίρεσις ἑρπηστικῶν, καὶ τὸ βλέμμα πυρίπνουν, καὶ τὸ φίλημα ἰοβόλον· καὶ ἀγὼν αὐτῇ, ὅπως τῇ τῶν λόγων κολακείᾳ, καὶ τῇ τῆς προσόψεως ἀπάτῃ, καὶ τῇ τοῦ φιλήματος προσβολῇ ἐκπτύσῃ τὸ θηρίον τὸν ἰὸν εἰς τὸν τοῦ ἀθλίου λάρυγγα. παρασύρει γοῦν λοιπὸν τὴν διάνοιαν, καὶ καροῖ τὸ φρόνημα, καὶ αὐτὸ τὸ ἡγεμονικὸν ἀκρωτηριάζει, καὶ ἐξίστησι τὸν νοῦν· καὶ ὥσπερ τὰ φάρμακα C τὰ διδόμενα πρὸς ἀναίρεσιν τοῖς ἀνθρώποις, σκοτοῖ τὴν σύνεσιν, καὶ ὅλον τὸν ἄνθρωπον εἰς ἀναισθησίαν παρασύρει τῇ τοῦ δηλητηρίου ἀποτομίᾳ, τῷ αὐτῷ λόγῳ καὶ ἡ γυνὴ διὰ τοῦ φιλήματος καταβλάπτει τὸν λογικὸν ἄνθρωπον ἀλόγῳ ὁρμῇ ὑπαχθέντα, καὶ τὸ διὰ πολλῶν χορδῶν καὶ ἀρετῶν συγκείμενον κινητικὸν ὄργανον, τὸ αὐτεξούσιον, τὸ θεοειδὲς τῆς ψυχῆς, δι' ἑνὸς δολεροῦ ῥήματος, ἢ χειλέων ψυρίσματος, ἢ ὀφθαλμῶν νεύματος, ὥσπέρ τι ἄψυχον ὄργανον ὧδε κἀκεῖσε ὅπου βούλεται περιφέρει, καὶ ὥσπερ θάλασσα κυμαίνουσα, ὅλον τὸ σῶμα ταῖς αὐτῆς ὁρμαῖς παρασύρει. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν λοιπὸν τὸν ἄθλιον, τὸν ἐλεεινόν, τὸν παντὸς οἴκτου ἄξιον, τὸν συνετὸν ἐν φρονήσει, τὸν εἰς ἄκρον γραμματικῆς ἐπιστήμης ἔμπειρον, καὶ σοφιστικῆς τεχνίτην δι- D δασκαλίας, τὸν ἰατρικῆς μετέχοντα ἐπιστήμης, τὸν παντοίων ἔμπειρον γραμμάτων, ἢ καὶ τῶν θείων λόγων ἀναγνώσει ἑαυτὸν ἐπιδεδωκότα, καὶ τὸν μονήρη βίον πολλάκις ἐπανελόμενον, καὶ ἐκκλησίας προὔχοντα, ὥσπέρ τι ζῶον εὐτελὲς σχοινίῳ δεδεμένον, καὶ ὧδε κἀκεῖ ῥιπιζόμενον· ἔδησε γὰρ διὰ τῆς ἐπιπλάστου ἀγάπης, μᾶλλον δέ, εἰ δεῖ τἀληθὲς λέγειν, τῆς αἰσχρᾶς· καὶ γίνεται λοιπὸν ἐπιταφίου θρήνου ὁ τοιοῦτος ἄξιος, καὶ ζῶν κλαιόμενος, καὶ ἀποθανὼν πενθούμενος· καὶ γὰρ ζῶν ἀπέθανεν, ὥσπερ ἐν τάφῳ τῷ ἰδίῳ σώματι κατοικῶν· καὶ ἀποθανών, δισσῶς ἀπέθανε, κρίσει γεέννης πυρὸς αἰωνίου κολαζόμενος. E

III. At neque iſta tibi perſuadent; ludicra enim fortaſſe omnia tibi videntur. Obturaſti namque [b] *quemadmodum aſpidis ſurdæ* aures tuas, non exaudiens divinas ſcripturas: ac præterea tute ipſe ferinum in modum naturam mutaſti tuam, feræ contubernio moribus ſimilis illius effectus; cujus quidem verba elegantia ſunt, & vox jucunda, anima vero agreſtis, & mens draconum, propoſitum ſerpentinum, obtutus ignem ſpirans, & oſculum venenum ejaculans: cujus ſtudium omne eſt, quo modo fera verborum aſſentationibus, fraude aſpectus, & oſculi impreſſione venenum in miſeri guttur infundat. Abripit ergo aſtutum cogitationem, intellectum obtundit, rationem ipſam obtruncat, & mentem percellit. Et veluti medicamina quæ dantur hominibus ut e medio tollantur, veneni acrimonia rationi tenebras offundunt, totumque hominem in ſtuporem agunt: haud ſecus mulier quoque per oſculum male afficit rationalem hominem irrationali impetu delatum, ipſumque multis chordis & viribus conſtans mobile organum, arbitrium ipſum, & divinam animæ imaginem unico doloſo verbo, aut labiorum ſibilo, vel oculorum nictu, ceu quoddam inanime organum huc illuc, quo vult, circumagit, & veluti mare exæſtuans, totum corpus proprio abripit impetu. Quare licet videre hunc ceteroquin miſerum, hunc infelicem hominem, & omni dignum miſericordia, hunc ſapientem intelligentia, hunc quam maxime grammatica pollentem ſcientia, & ſophiſticæ magiſtrum diſciplinæ, hunc medicinæ peritia callentem, hunc variis imbutum literis, & qui ſe vel divinorum ſermonum lectioni dediderit, ac monaſticam vitam ſæpius fuerit profeſſus, Eccleſiæ item præfuerit, ceu vile quoddam jumentum reſte devinctum, & huc illucque exagitatum. Illum enim devincivit adulterina caritate, atque adeo turpi, ſi licet quod verum eſt dicere. Quamobrem fit iſte funebri lamentatione dignus; ut & vivus defleatur, & mortuus lugeatur. Vivus enim mortuus erat, proprium corpus quaſi ſepulcrum inhabitans: vita vero defunctus dupliciter mortuus eſt, pœna gehennæ ignis æterni damnatus.

Τί νῦν λέγεις, ὦ τῶν ἀθλίων ἀθλιώτερε, ὦ τῆς κακίας γεῖτον; ποῦ σου τὰ σεμνὰ βαδίσματα; ποῦ σου εἰς ἄκρον παιδεία; ποῦ δὲ ὁ τῆς σοφίας κάματος; ποῦ σου τὸ σεμνὸν τῶν τρόπων; ποῦ τὸ εὔτακτον; ποῦ αἱ πλειστάκις ἐπιτελεσθεῖσαι ὑπὸ σοῦ χαμευνίαι τῆς φιλοσοφίας χάριν; ποῦ ἡ σύνεσις; ποῦ τὸ φιλόθεον; ποῦ τὸ φιλόχριστόν σου; ἀλλὰ τούτων μακρὰν ἐγένου κακῷ θηρίῳ συνοικήσας, μᾶλλον δὲ ἑαυτὸν εἰς τὸν τῆς ἀπωλείας τάρταρον ἐνερρίψας. Τίς γάρ σε ἠνάγκασεν εἰς τὸ τῆς παρανομίας ἐργαστήριον εἰσιέναι; τίς δέ σε ἠνάγκασεν εἰς τὸν αὐτῆς κόλπον, ὥσπερ εἰς βυθὸν ἀγριαινούσης θαλάσσης εἰσ-

IV. Quid nunc ais, o infelicium hominum infeliciſſime! o ſceleris contermine! Ubi ſunt tui illi graves inceſſus? Ubi tua illa ſumma eruditio? Ubi in ſapientiam impenſus labor? Ubi venerandi mores? Ubi modeſtia? Ubi, quas ſæpenumero feciſti humi cubationes propter philoſophiam? Ubi intelligentia? Ubi pietas in Deum? Ubi amor in Chriſtum? At enim ab hiſce rebus longe receſſiſti malæ feræ uſus contubernio, atque adeo te ipſe in perditionis tartarum præcipitem egiſti. Quis enim coegit te, ut prævaricationis intrares officinam? Ecquis vero impulit te, ut ſinum illius quaſi profundum furioſi ma-

a Eccli. xix. 2. *b* Pſal. lvii. 5.

δύνασαι; μὴ γὰρ οὐκ ἦσθα αὐτεξούσιος; αὐτοκατάκριτον σαυτὸν πεποίηκας· ἐπειδὴ οὐκ ἠβουλήθης πρὸ τῆς τοῦ πάθους ἀκμῆς ἀπολῦσαι ἀπὸ σοῦ τὸ ἀργαλέον, πάντως που ηὐλαβήθης μή σου τὰ μυστήρια θριαμβεύσῃ ἐκβληθεῖσα. Τί δὲ αὐτῇ καὶ ἀνετίθου μυστήρια τὰ ἐν σοὶ καλῶς ἀποκείμενα; μὴ γὰρ στενοχωρίαν παρεῖχέ σοι ἐν θησαυροῖς σοφίας σου φυλαττόμενα; Εἶτα τὸν μὲν ὑπὸ τοῦ ἰδίου δεξιοῦ ὀφθαλμοῦ σκανδαλιζόμενον, παρακελεύεται ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, αὐτὸν δι' ἑαυτοῦ ἐκκόπτειν τὸ σκανδαλίζον μέλος. σὺ δὲ ἐχθρὸν καὶ ἐναντίον πρᾶγμα, τὸ μὴ μόνον σκανδαλίζον, ἀλλὰ καὶ θανατοῦν τὴν ψυχὴν οὐκ ἐκβάλλεις ἀπὸ σοῦ· ἀγαπητὴ γὰρ ἤτω διὰ Χριστὸν ἕως τοῦ χαίρειν· ἐὰν δὲ βλάπτῃ ψυχὴν, μηδὲ τὸ χαίρειν αὐτῇ· μόνον ἐπισκέψασθαι ἀσθενοῦντα, καὶ μὴ τὸν ὑγιαίνοντα σκανδαλίσαι, ἢ ἐν καιρῷ θλίψεως, διωγμοῦ, ἢ ἐν ἐκκλησίᾳ· ἐπειδὴ πάντες εἷς ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἐσμεν. διατί; ἐπειδὴ ἡμεῖς οὐ βουλόμεθα προτιμήσαντες τὴν μισαδελφίαν τῆς φιλαδελφίας. Μὴ σκανδαλίζετε τὸν κόσμον οἱ τὰς συνεισάκτους ἔχοντες· μὴ γὰρ γῆμαί σε ἡ γραφὴ οὐκ ἐπέτρεψε; γεγόνατε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ πρόσκομμα. ἢ ἀντιπίπτειν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς ἐπιχειρεῖτε, καὶ παραζηλοῦτε τὸν κύριον; μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐστε; ἐμβλέψατε εἰς τὴν ἑαυτῶν ἀσθένειαν, αἰσχύνθητε τὸ ἑαυτῶν πάθος, θεραπεύσατε ἑαυτοὺς ἐν καιρῷ εὐθέτῳ, πρὶν ἢ ἐξάπινα ὡς ἀστραπὴ ἀθρόα ἥξει ἡ αὐτοῦ παρουσία, πρὶν ἢ πυρφόρος, πρὶν σκότος τὸ ἐξώτερον, πρὶν συντέλεια καὶ σκώληξ ἀκοίμητος. Τρέμοντες λέγομεν, μετὰ φόβου ἀκούετε, μηδ' ἐν γελοίῳ καταφαινέτω τὸ πρᾶγμα· υἱοὶ Θεοῦ, σειραῖς ταρτάρου παραδίδονται διὰ γυναῖκα.

A ris subires? Numnam libertatis carebas arbitrio? Tuo te gladio jugulasti. Quoniam noluisti, antequam morbus vires acquireret, dimittere a te hanc noxam; veritus omnino es, ne secreta tua illa in triumphum ageret expulsa. At quianam illi commitebas secreta, quæ apud te optime reposita erant? Numquid arctabant te in thesauris sapientiæ tuæ recondita? Deinde, eum qui ab oculo dextero suo scandalum patiatur, jubet sospitator ac dominus noster Jesus Christus unigenitus Dei filius, ut per se ipse abscindat membrum quod scandalum parit; & tu rem infestam & inimicam, quæ non modo scandalum sed & mortem infert animæ, non ejicis abs te? Dilecta enim esto per Christum salutatione tenus: quod B si animæ obsit, ne salutetur ea quidem. Invisat, licet, ægrotum; nec tamen bene valenti offendiculo sit, seu tempore angustiæ & persequutionis, sive etiam in ecclesia. Quoniam omnes unus sumus in Christo, sed nunc non sumus. Ut quid? quoniam nos renuimus, præferentes fraternæ dilectioni odium fraternum. Ne scandalum pariatis mundo, o vos qui mulieres in contubernio habetis! Numquid enim tibi uxorem ducere Scriptura non indulsit? Facti estis & Judæis & gentilibus & Ecclesiæ Dei offendiculum. Utrum adversari divinis nitimini Scripturis, ac Dominum exstimulatis? An fortiores estis illo? Respicite infirmitatem vestram: erubescite morbum vestrum: curate vos tempore oportuno, antequam C repente quasi fulgur ingeminans contingat adventus ejus; ante flammam ignis, ante tenebras exteriores, ante consummationem, ante vermem qui non moritur. Trementes dicimus; cum timore audite, nec pro deridiculo res habeatur: Filii Dei tartarorum vinculis traduntur propter mulierem.


Ἀλλ' ἐρεῖς μοι, ὅτι συνοικῶν ταύτῃ οὐ βλάπτομαι. εἰ ὁ δράκων συνοικῶν τῇ ἀσπίδι οὐ βλάπτεται, πάντως καὶ σὺ οὐ βλαβήσῃ· ὁ γὰρ δράκων τῇ δρακαίνῃ συγγινόμενος, θάνατον λαμβάνει τὸν μισθὸν τῆς συμβιώσεως, τοιαύτης φύσεως τυγχάνοντος τοῦ θήλεος θηρίου. Ὅρα γοῦν, μήποτε ὅμοιόν ἐστι καὶ τὸ τῆς γυναικὸς πρᾶγμα. παραθώμεθα δὲ ἀποδείξεις ἐλέγχοντες τοὺς λογικοὺς ἀνθρώπους, εἰ τὸ πῦρ τὴν καλάμην οὐκ ἀνάπτει, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄρρενα λίθον εἰ σπείσεις τῇ θηλείᾳ, πυρκαϊὰ γίνεται. Ἀλλ' ἐπειδὴ λέγετε καὶ γυναῖκα σωφρονεῖν δύνασθαι. τοῦτο σαφῶς ἐπίσταμαι. καὶ ἀνὴρ μένων καθ' ἑαυτὸν εὐσχημονεῖν δύναται. τοῦτο ἀκριβῶς ἐπίσταμαι. Ἀνὴρ δὲ μετὰ γυναικὸς, κακόν· καὶ γυνὴ μετὰ ἀνδρὸς, δεινότερον κακόν. ἂν πάλιν γυνὴ τῶν ἰδίων ἀποστᾶσα συγγενῶν, ξένῳ ἀνδρὶ συνοικεῖν ἐπιχειρῇ τῆς ἐπιπλάστου ἀγάπης ἕνεκεν, τοῦτο μίξις λοιπὸν συζυγίας ἀθεμίτου πυρκαϊὰν ἐργαζομένης· τῷ χρόνῳ γὰρ ἀναθερμαινόμενοι τῇ ὁμοσκηνίῳ συμβιώσει, ἀνάπτουσι τὴν ὕλην, καὶ ἐμπυρίζουσι τὴν οἰκίαν, μᾶλλον δὲ τὰ ἑαυτῶν σώματα καίουσιν εἰς γέενναν καὶ αἰωνίαν κόλασιν.

V. At enim dices: Cum hac habitans, non mihi detrimento est. Si draconi cum aspide degenti detrimentum nullum est, omnino nec tibi erit. Draco enim qui cum dracæna simul degit, mortem accipit sui mercedem convictus: hujusmodi est enim illius feræ feminæ natura. Vide ergo, ne quid simile habeat & mulieris negotium. Proferamus & D specimen quoddam, ut rationales homines convincamus: Tametsi ignis stipulam non accendit, attamen si vel marem lapidem feminæ asperseris, incendium fit. Sed quoniam dicitis, & mulierem posse modeste agere; hoc liquido novi: Et vir solus degens honeste agere potest; istud optime compertum habeo. Vir autem cum muliere, malum: & mulier cum viro, vehementius malum. Quod si rursus mulier, consanguineis suis relictis, cum externo homine habere contubernium velit sublestæ caritatis causa; istuc enim vero mixtio est illicitæ copulæ incendium excitantis. Labente enim tempore, ex illo contubernali convictu concepta flamma, materiem incendunt, & habitaculum exurunt; at- E que adeo propria comburunt corpora in gehenna perpetuoque supplicio.

Λέγε μοι, ὦ πολυμήχανον θηρίον, ἡ τὸ τοῦ προβάτου ἔνδυμα ἔχουσα, καὶ τὸ τῆς ἀσπίδος φρόνημα ἐνστερνισμένη, τί περιχρίεις, τί ὑποχρίεις σεαυτήν; τί χρώμασιν ἀλλοτρίοις ἀψύχοις προσλαμβάνεις μορφὴν εἰδωλικήν; τί βασανίζεις σου τὰς τρίχας; τί προστιθεῖς πλοκάμους καὶ κορύβαντας ἐπὶ κεφαλὰς ἀλλοτρίων προσθεμάτων καὶ νεκρῶν καὶ ἀλόγων ζώων ἀνιστᾷς διὰ τῆς κεφαλῆς καὶ ὄψεως, καὶ διὰ τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἱματίων ποικιλίας ἐξαπατῶσα καὶ ἐκμαλάσσουσα καὶ ἐλλεβορίζουσα τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων; ἡ γὰρ ἄπιστος γυνὴ πολυτρόπους ἀψύχους ὕλας συνάγουσα, καὶ χρωμάτων ποικιλίας διὰ παντοδαπῶν χρωμάτων καὶ ἀσβόλης καὶ ἀσβέστου καὶ βοτανῶν, ἃ τῷ

VI. Dic mihi, vaferrima venenata bestia, quæ vestimentum ovis habes, & aspidis mentem in pectore foves: Quid te circumlinis? Quid te pingis? Quid alienis coloribus inanimis speciem captas simulacri? Quid torques crines tuos? Quid cincinnos adscititios, cirrosque capiti imponis alienorum ornamentorum, animantium mortuorum & irrationalium; capite, obtutu, atque exoticorum indumentorum varietate decipiens, mulcens & fascinans animos hominum? Infidelis etenim mulier, alias atque alias inanimes materias colligens, & fucorum adhibens varietates, per omnigenos colores & fuliginem & calcem & herbas (quæ ab ejus corpore

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 373.



ἰδίῳ σώματι ἔξωθέν ἐστι, προσκολλήσασα, πολύμορφον ὥσπέρ τι θηρίον, ἑαυτὴν ἀπειργάσατο. ἡ δὲ πιστὴ γυνὴ, τούτων ὀφείλει ξένη τυγχάνειν, καὶ μάλιστα ἡ ἐπαγγελλομένη εἶναι Χριστιανή. ἢ καταγινώσκεις τοῦ Θεοῦ, ὦ γύναι, ὅτι τοιαύτην σε ἔπλασεν; ἄφες ὡς ἐπλάσθης εἶναι. μηδὲν ἑαυτῇ διὰ μηχανίας προσθῇς. μὴ γὰρ ἐμπειροτέρα εἶ τοῦ δημιουργήσαντός σε. τίνι δὲ καὶ ἀρέσαι βουλομένη ταῦτα ποιεῖς; τῷ ἀνδρί; οὐκ ἔχεις ἄνδρα, ὥς γε ἔφης, ὦ παρθένε· εἰ δὲ καὶ ἔχεις, οἶδέ σου τὴν πολυμήχανον σύνθεσιν. τί δελεάσμασι πολυτρόποις ὀργανώσασα τὸ σῶμα, θηρεύεις τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων πρὸς ἀπώλειαν; καὶ πῶς τὸν Χριστὸν ἐπικαλεῖσθαι τολμᾷς, ἢ ἐκκλησίας οὐδὸν πατεῖν, ξοάνων μορφὰς ἀψύχων ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διὰ χρυσοῦ τοῦ ἀπολλυμένου φέρουσα, μᾶλλον δὲ πομπευομένη ὑπ' αὐτῶν, καὶ πολλὴν συστροφὴν ἀκολάστων ἀνδρῶν πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἔκθεσμον θέαν ἐφελκομένη;

A extranea sunt) veluti bestiam quamdam multiformem se ipsa efficit. At quæ fidelis est mulier, ab his procul esse debet, & maxime quæ se Christianam esse profiteatur. An Deum incusas, o mulier, quod te ejusmodi fecerit? Patere, sis qualis creata fuisti. Nihil tibi machinamentis adsciscas: neque enim sapientior es conditore tuo. Cui autem placere satagens isthæc efficis? Viro? at non habes, ut quidem ais, virgo. Quod si etiam habes, perpende versutam artem tuam. Quid fomitibus variis corpus instruens, venaris animas hominum in perditionem? Aut qua ratione Christum invocare audes, vel ecclesiæ solum calcare tu, quæ inanimarum statuarum formas toto corpore refers per corruptibile aurum; B atque adeo ab illis in pompam deduceris; & plurimorum intemperantium hominum intuitus ad te turpiter conspiciendam provocas?

Ἀλλὰ τίνι ταῦτα λαλοῦμεν; λογικῷ ζώῳ ἑρπηστικῶν δρακόντων προαίρεσιν ἔχοντι. οὔτε σε αἱ γραφαὶ πείθουσιν, οὔτε ἡ γέεννα φοβεῖ, οὔτε ἡ τῶν ἀνθρώπων νουθεσία κατανύσσει; κἂν τὴν ἑαυτῆς φύσιν αἰδέσθητι, μετάβαλέ σου τὴν ὄψιν, μὴ ἀπεργάζου ταύτην εἰδωλικὸν χαρακτῆρα, μὴ μίμου τὰς τὴν ἑταιρικὴν καὶ μοιχικὴν αἰσχύνην ὑπερχομένας. ἐκεῖναι γὰρ τῆς ἀνομίας θυγατέρες τυγχάνουσαι, ἔθος τοιοῦτον πράττειν ἔχουσι. σοὶ δὲ τίς τοιαύτην ἐνετείλατο τὴν παραγγελίαν; ἆρα ποῖαι γραφαὶ προφητικαὶ, ἢ ποῖα εὐαγγέλια, ποῖαι δὲ ἀποστολικαὶ παραγγελίαι; ἐγὼ οἶδα, ὅτι αἱ θεῖαι γραφαὶ, καὶ τὰς ἐξ ἔθους ἐχούσας τοῦτο πράττειν ἀπείργουσι τοῦ μηκέτι ἐπιτελεῖν τὰς εἰδωλομόρφους ἐξομοιώσεις. εἴρηται μετὰ παρρησίας, ἀλλ' οὐδὲν κατ' ἀξίαν τῶν πραττομένων.

VII. At cui isthæc loquimur? Animali nempe ratione utenti, quod reptantium draconum institutum præsefert. Nec tibi Scripturæ persuadent, neque gehenna percellit, neque hominum monita compungunt? Saltem naturam tuam reverere. Muta aspectum tuum: neu istum feceris idoli indicium: neu imiteris eas, quæ meretriciam sive fornicariam turpitudinem profitentur. Illæ enim iniquitatis filiæ quum sint, istud facere in moribus habent: tibi vero quisnam hujusmodi ambitum detulit? C Quæ sunt ergo propheticæ scripturæ, aut quæ Evangelia, quæ demum apostolicæ obtestationes? Scio ego, divinas scripturas, illas etiam mulieres quæ hoc facere consueverunt, deterrere quo minus adhuc idolorum in se similitudines exprimant. Dictum cum libertate est; nihil tamen pro merito eorum quæ fiunt.

Ἀλλ' ἐρεῖ τις, σκληρὸς ὁ λόγος οὗτος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; καὶ τὸ ὑποκριτικὸν καὶ ἀπεχθέστατον γένος τοῦτο εἴρηκέ ποτε πρὸς τὸν Σωτῆρα· ἀλλ' ἴστε ἅπαντες, τίνα αὐτοῖς ἀπόκρισιν ἔδωκεν. οὕτως καὶ ἐνταῦθα ὁ βουλόμενος κατανυσσέσθω. λόγοι γὰρ σοφῶν, ὡς τὰ βούκεντρα, καὶ ὡς ἧλοι πεπυρωμένοι, φησὶν ἡ γραφή. νομίζω ἀξιόπιστα ταῦτα τυγχάνειν, εἰ καὶ μέτρια τῷ λόγῳ πρὸς τὴν τῶν τὰς συνεισάκτους ἐχόντων μανίαν. ἀνακοπτέτω τοίνυν ὁ λόγος τὸν χρεμετισμὸν χαλινοῦ δίκην, καὶ εἰς τάξιν ἀγέτω τὴν ἄλογον ὁρμὴν τοῦ γυναικείου ῥεύματος παρασυρομένων. φόβος πρόκειται καὶ τρόμος, καὶ τὸ πῦρ ἀπηχεῖ. μηδεὶς καταφρονείτω· κἂν γάρ τις θηριώδης τυγχάνῃ, ὑπὸ πυρὸς δαμασθήσεται· κἂν γάρ τις δρακοντώδης τὴν προαίρεσιν, τάρταρος ἡτοίμασται· κἂν Σοδομιτικὴν καρδίαν περιφέρῃ, πῦρ ἀπ' οὐρανοῦ βρέχει· ὅλοι γὰρ οἱ οὐρανοὶ, πυρὶ τεθησαυρισμένοι. μηδεὶς τῆς τοῦ λέγοντος φωνῆς παρακουέτω, ἀλλὰ τῆς τῶν λόγων δυνάμεως σκοπείτω τὸ φοβερὸν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἐχέτω, ὡς ἀνέλεος ἡ κρίσις τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεον.


VIII. At dicet quispiam: [a] *Durus est hic sermo, quis potest eum audire?* Etiam populus ille hypocrita infensissimusque, istud aliquando dixit Salvatori. Sed nostis omnes cujusmodi responsum illis dederit. Haud aliter & heic; qui vult compungatur. [b] *Sermones enim sapientum tamquam stimuli boum, & tamquam clavi candentes*, inquit Scriptura. D Arbitror satis hæc valere posse, quamvis mediocri sermone comprehensa, adversus eorum stultitiam, qui mulieres in contubernio habent. Inhibeat igitur oratio hinnitum hunc freni ad instar, & in ordinem cogat infrunitum impetum eorum, qui a muliebri æstu longius abripiuntur. Timor propositus est & tremor, & ignis stridet. Nemo contemnat: tametsi enim quis ferus sit, ab igne domabitur: tametsi mentem quis draconis habeat, tartarus præparatus est: tametsi Sodomiticum cor gerat, ignis cælitus pluit. Cæli enim universi quasi igne locupletati sunt. Nemo loquentis vocem obaudire detrectet, sed quid terroris habeat vis sermonum, consideret, Deique judicium sibi ob oculos ponat: [c] *Judicium quippe* E *sine misericordia, ei qui non fecit misericordiam.*

Λοιπὸν δέ μοι καιρὸς καὶ πρὸς ὑμᾶς μέτρια εἰπεῖν, ὦ ἄνθρωποι, οἱ τῶν ἀδελφῶν ἐχθροί, καὶ τῶν γυναικῶν φίλοι, οἱ εἰς τὴν τῶν γυναικῶν θολερὰν φιλίαν ζέοντες, καὶ εἰς τὴν καθαρὰν τῶν ἀδελφῶν ἀγάπην ψυχρότατοι. Ἀλλ' ἐρεῖς, ὅτι διὰ Χριστὸν αὐτὸ πράττεις, προνοούμενος τοῦ ἀσθενοῦς σκεύους. ναὶ οἶδα. Διατί τοίνυν καὶ τῷ ἀδελφῷ σου τῷ διὰ Χριστὸν πενομένῳ τὸ αὐτὸ οὐ ποιεῖς, ἀλλὰ τοὺς ἀδελφοὺς, ὡς ἐπιβούλους ὁρᾷς, τὰς δὲ ἐπιβούλους, ὡς ἀδελφάς; Ἀλλ' ἐρεῖς μοι, πῶς δύναμαι τὸν ἀδελφὸν μετ' ἐμαυτοῦ προσλαβέσθαι; ἐκείνη με ἔθαλπεν· ἐκείνη με ἐκολάκευεν· ἐκείνη μοι ἱμάτια ποικίλα κατεσκεύαζε,

IX. Nunc tempus est mihi, ut & nonnulla ad vos verba faciam, o viri, qui fratrum inimici estis, at mulierum amici; qui in feculentum feminarum amorem excandescitis, & in puram fratrum caritatem penitus refrixistis. At dices, quod propter Christum hoc facias, curam gerens infirmi vasis. Næ istuc novi. Cur ergo fratri tuo pauperi propter Christum idem non præstas; quinimmo fratres ceu hostes insidias struentes respicis, & quæ revera insidias struunt, tamquam sorores? Sed dices mihi: quei possum fratrem mecum assummere? illa me fovebat: illa mihi blandiebatur: illa mihi vestes

[a] Joan. VI. 61. [b] Eccl. XII. 11. [c] Jacob II. 13.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 373.



θρυπτὰ καὶ στρεπτοὺς καὶ νεήλατα ἐποίει· ἐκείνης ἡ φωνὴ ἡδεῖα, καὶ τὸ βλέμμα τρυφερόν. Οὐκ οἶδας τί φρονεῖς. ταῦτα ἐνθουσιαζόντων τὰ ῥήματα· ἐκείνης τὰ γλυκερὰ ῥήματα, ὕστερον πικρότερα χολῆς εὑρεθήσεταί σοι· ἐκείνης τὸ τρυφερὸν βλέμμα, εἰς ταρτάρου σε κλεῖθρα κατάγει· ἡ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ ἀγάπη βασιλείαν οὐρανῶν σοι προξενεῖ. Τί τὴν τῆς ἀσπιδοχελώνης ὕπουλον ἀγάπην προτιμᾷς τῆς τοῦ ἀδελφοῦ γνησίας ἀγάπης; τί τὸ ἀπόλλον διώκεις, τὸ σῶζον ἀποθούμενος; Εἰ γὰρ ἄνδρες Νινευῖται οἱ ἐπὶ τῷ τοῦ προφήτου κηρύγματι πιστεύσαντες, ἀναστάντες ἐν τῇ κρίσει κατακρινοῦσι τοὺς παρακούσαντας τῶν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ῥημάτων, πάντως που καὶ οἱ τῶν Ἑλλήνων σοφοὶ, οἱ τὴν φιλοσοφίαν ἀσκήσαντες, καὶ τὴν μισογυνίαν ἑλόμενοι, κατακρινοῦσι τοὺς ἐν τῇ ἀληθινῇ σοφίᾳ ὄντας, καὶ συμπεπλεγμένους γυναικείοις ἀσώτοις· ὅτι ἐκεῖνοι διὰ γραμματικὴν ἐμπειρίαν καὶ ῥητορικὴν δεινότητα, ἥτις μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστιν, ἐγκράτειαν ἤσκησαν, καίπερ εἰδώλοις ἀψύχοις λατρεύοντες· ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν τῷ τῆς μανίας σταδίῳ τρέχοντες· καταφρονοῦσι τοῦ πράγματος, μηδὲ τὸ σύνολον εἰς γυναῖκα ἐμβλέποντες, τοῦ φθαρτοῦ βραβείου χάριν· ὑμεῖς δὲ τὰ μυστήρια τῶν ἐπουρανίων πραγμάτων ἐπιγνόντες, καὶ τὰ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος φοβερὰ κριτήρια προακούσαντες, τὴν σωφροσύνην οὐκ ἐτηρήσατε, οὐδὲ τὴν ἐγκράτειαν ἐφυλάξατε, ματαίῳ λογισμῷ ὑπαχθέντες τῇ τῶν ὁμοσκηνίων ἑταιρείᾳ.

A varias præparabat, placentas, scriblitas, offulas faciebat: illius vox jucunda, & intuitus mollis. Nescis quid cogites. Insanientium hæc sunt verba. Illius dulcia verba, mox felle amariora invenientur tibi: illius mollis aspectus, in tartari claustra te contrudit; at fratrum amor regnum tibi comparat cælorum. Quid clypeatæ testudinis subdolam caritatem antefers fratris genuinæ caritati? Quid, quod perdit, sectaris, quod salutem affert, rejiciens? Si enim viri Ninivitæ qui ad Prophetæ prædicationem crediderunt, surgentes in judicio condemnabunt eos, qui verbis domini nostri Jesu Christi dicto audientes esse noluerunt; omnino etiam Gentium sapientes, qui philosophiæ navarunt operam, B & mulierositatem aversati sunt, condemnabunt eos qui in vera philosophia versantur, & cum intemperantibus mulierculis se ipsos implicant: quoniam illi per grammaticam scientiam & rhetoricam facultatem (quæ stultitia est apud Deum) continentiam sectati sunt, tametsi inanibus idolis servirent. Sed & illi qui in stultitiæ stadio currunt, a re hujusmodi temperant, ne respicientes quidem mulierem, corruptibilis præmii gratia. Vos autem qui mysteria rerum cælestium noscitatis, & futuri sæculi horribilia supplicia præaudistis, honestatem nequaquam servastis, nec continentiam custodistis, stulta ratione abrepti, contubernalium videlicet sodalitate.

Καὶ πῶς τις ἐξ ὑμῶν δυνήσεται ἐκκλησίας προνοήσασθαι, καὶ τὸν περὶ κατηχήσεως λόγον ἐν ἐκκλησίᾳ λαλῆσαι, αὐτὸς μὴ προκαθαρίσας τὴν ἑαυτοῦ συνείδησιν; πρὸς ὃν ἄν τις εὐλόγως εἴποι, ὑποκριτὰ, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε δυνήσῃ ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου. Πῶς δὲ καὶ περὶ σωφροσύνης τολμήσεις λαλῆσαι, αὐτὸς γυναικομανίᾳ δεδουλωμένος; ἢ πῶς τὰ περὶ δικαιοσύνης διδάξαι, αὐτὸς ὑπὸ τῆς ἀδικίας κρατούμενος; θεραπευέτω τοίνυν πρῶτον τὸ ἑαυτοῦ τραῦμα ὁ τοιοῦτος, καὶ τότε δυνήσεται τὸν τοῦ ἀδελφοῦ μώλωπα ἰάσασθαι, λόγοις θείοις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐπιῤῥώσας. τὸ γὰρ τῆς ψυχῆς τραῦμα τοῖς ἁγίοις λόγοις παραμυθούμενον κουφίζεται. παρακάλει τοίνυν πάντας τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς μὲν πυρουμένους, εἰ βούλοιντο, γαμεῖν ἐν Χριστῷ, γινώσκοντας μέντοι, ὡς μία ἑνὶ ἐπλάσθη, πρῶτος δὲ Λάμεχ ὢν ἐκ τοῦ Κάϊν, ἔλαβεν ἑαυτῷ δύο γυναῖκας· τὸ δὲ ἑαυτῷ λαβεῖν ἐστι τὸ μὴ κατὰ θέλημα Θεοῦ· ἡ γὰρ πολυγαμία, γάμου μὲν ἔχει τὸ ὄνομα. ἔστι δὲ φιλοπρόσωπος πορνεία· τοὺς δὲ ἐγκρατευομένους, τελείως ἐν Χριστῷ ἀσκεῖν, καὶ μὴ τῷ μὲν ὀνόματι φιλοσοφεῖν, τὸ δὲ ἔργον ἐπικεκαλυμμένως πράττειν. Μηδὲ πάλιν τοῖς τῶν ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς προσέχετε, ὅτι οὐχ ὁρᾶσθε, τοίχων ὑμᾶς πανταχόθεν περικλειόντων, ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀπειλὴν φοβήθητε, ὅτι πάντα γυμνὰ, καὶ τετραχηλισμένα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσι, τὰ ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων πραττόμενα.

C X. Et quonam pacto poterit quis ex vobis Ecclesiæ solicitudinem gerere, & imbuendis doctrina religionis hominibus aptum in ecclesia habere sermonem, cum ipse in antecessum propriam non expurgarit conscientiam? Ad quem merito dixerit nonnemo: [a] *Hypocrita, ejice primum trabem ex oculo tuo, & tunc poteris ejicere festucam, quæ est in oculo fratris tui.* Quomodo vero & de honestate loqui audebis, ipse intemperanti mulierum insania correptus? Aut quo modo ea quæ justitiam decent, edocere, ipse ab injustitia devinctus? Medeatur itaque primum qui hujusmodi est, huic vulneri; & tunc poterit fraterne vibici adhibere medicinam, verbis divinis illius D animam corroborans. Animæ etenim vulnus sanctis verbis delinitum, allevatur. Quamobrem hortare omnes homines; eos quidem qui uruntur, ut si velint uxorem ducant in Christo (scientes tamen quod una uni formata fuerit, Lamech vero primus, qui a Cain genus ducebat, [b] *accepit sibi duas uxores: Sibi* autem *accipere*, est non secundum Dei beneplacitum. Polygamia namque, Conjugii quidem nomen habet, sed honesta fornicatio est) Eos vero qui continentiam profitentur, ut perfecte in Christo exerceant; nec verbo quidem philosophentur, rem tamen clandestino perpetrent. Neque rursus animum humanis oculis advertite, quod nempe non videamini, parietibus vos circum- E quaque concludentibus: sed Dei minas metuite, quod [c] *omnia nuda & resupinata coram illo sunt*, quæ interdiu & noctu ab hominibus fiunt.

Καί μοι θαυμάσαι λίαν ἔπεισιν ἐκπληττομένῳ τὴν ἀναισθησίαν τῶν μυωπαζόντων, πῶς αἱ θήλειαι ἑκουσίᾳ γνώμῃ ἑαυτὰς εἰς δουλείαν ἐκδεδώκασι, τιμῆς ὑπὸ τοῦ τετιμηκότος ἀγορασθεῖσαι. πολλάκις γάρ τις κόρη τοῖς ἰδίοις γονεῦσι μὴ ἐξυπηρετησαμένη, καὶ ἀμοιβὰς δικαίων πόνων μὴ ἀποδεδωκυῖα τοῖς ἑαυτῆς γεννήτορσιν, αὕτη σπουδαία εἰς τὸν ἀγαπητὸν εὑρέθη, καὶ πάντα τρόπον ἀγωνίζεται αὐτῷ ἀρέσαι, καὶ οὐχὶ Θεῷ εὐσεβῶς δουλεῦσαι, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ταλαιπωροῦσα, καὶ στολὰς ἐξαλλάττουσα αὐτῷ

XI. Ac mihi admirari vehementer subit, dum stoliditate eorum percellor qui tantopere cæcutiunt: quanam videlicet ratione mulierculæ ultro se ipsæ in servitutem dedant, pretio ab eo qui æstimaverit, coemtæ. Sæpe enim contingit, ut puella quæpiam suis parentibus nequaquam famulata, nec mutuas justorum laborum vices propriis genitoribus reddens, ea studiosa in Dilectum inveniatur, & omnes nervos intendat ut ei placeat; non tamen Deo religiose deserviat; diu noctuque solicita, eique in-

[a] Matth. vii. 3-5. Luc. vi. 41. 42. [b] Genes. iv. 19. [c] Hebr. iv. 13.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 373.

καὶ κατασκελάζουσα· καὶ πολλὰ ἄλλα πράγματά ἐστιν, ἃ οὐκ ἀγνοοῦμεν, ἀλλὰ νῦν λέγειν οὐ βουλόμεθα· οὐ γὰρ θέμις τὰ κρυφῆ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν εἰς μέσον ἄγειν, ἃ καὶ τῷ λέγειν αἰσχρὰ τυγχάνει. ὁ δὲ λοιπὸν, ὥσπέρ τις ἰχθὺς ἀμφιβλήστρῳ κακῷ περιβληθεὶς, διὰ τῶν ἱματίων καὶ τῆς θανατηφόρου ὑπηρεσίας τῆς κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν γινομένης, καὶ οὐ κατὰ θεοσέβειαν, δεδούλωται τῷ γυναίῳ, μεθύων τὸ φρόνημα, καὶ κραδαινόμενος ὅλως ἐκλύεται ὑπὸ τῶν γυναικίων ῥημάτων, καὶ ὅτε προσευχῆς καιρὸν λοιπὸν ἐπιγινώσκει, οὔτε ἐὰν κύψῃ τοῦ προσεύξασθαι, οἶδε τί ποιεῖ· ἐνοπτριζόμενος χαρακτῆρα ἑταιρικῆς διαθέσεως. τὰ ὅμοια δὲ καὶ τὸ γύναιον συμπάσχει τῷ πάσχοντι· καὶ γραφῆς ἀναγινωσκομένης ἀβλεπτοῦσι τὴν διάνοιαν, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ προσομιλιῶν λαλουμένων, οὐκ οἴδασι τί ἀκούουσι, τῷ ἀλλήλων αἰσχρῷ πάθει δεδουλωμένοι, οὕτως τοῦ ἐρωτικοῦ καὶ μανιώδους πάθους τὴν ψυχὴν τηρούντος, ὡς εἰ δυνατὸν, καὶ τῶν ἰδίων ὀνομάτων ἐπιλανθάνεσθαι. τοσοῦτον ἡ γυνὴ συνοικοῦσα τῷ ἀνδρὶ ἐκτρέπει τὸν νοῦν τοῦ ἀνθρώπου, τοσοῦτον ὁ ἀνὴρ γυναικὶ συσκηνῶν πρὸς μανίαν ἐπιθυμίας ἄγει τὴν γυναῖκα. τοσοῦτον ἰσχύει γυνὴ ἀνδρὶ συνοικοῦσα, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης λήθην ἐμποιῆσαι. Ἐξελάσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ γεέννης καὶ πυρὸς αἰωνίου. τί ζῶντες ἑαυτοὺς εἰς ᾅδην καὶ φοβερὸν τάρταρον κατορύσσετε; οἱ τὰς συνεισάκτους ἔχοντες, καὶ αὐταῖς συνοικοῦντες, ἀπομάθετε τὸ κακὸν μάθημα, τὸ τῆς ἀπωλείας πρόξενον, καὶ τὸ τῆς σωτηρίας προδοτικόν. μιμησώμεθα τοὺς ἀποστόλους, μιμησώμεθα τοὺς προφήτας, καὶ κατ' ἴχνος αὐτῶν βαίνωμεν, καὶ μὴ ἡμᾶς ἀπατάτω τὸ τῆς γυναικὸς δέλεαρ· μηδὲ πάλιν γυναῖκα ἡμεῖς αὐτοὶ δελεάζωμεν διὰ τῆς κενοδοξίας, καὶ ἐθελοταπεινοφροσύνης, ἀλλὰ πάντα κατὰ ἀληθινὴν καὶ βεβαίαν ταπεινοφροσύνην σωφρόνως ὑφ' ἡμῶν πραττέσθω ἐν Χριστῷ, ἵνα δυνηθῶμεν ῥυσθῆναι ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος καιροῦ πονηροῦ, κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ δόξα, κράτος, τιμὴ τῷ ἀοράτῳ πατρὶ σὺν ἁγίῳ καὶ παρακλήτῳ πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A dumenta subinde permutans & præparans. (Aliæ sunt item res complures, quas nequaquam ignoramus, sed quas dicere nunc minime volumus: neque enim fas est, ut quæ furtim ab illis fiunt, in medium proferantur, quum ea vel dictu sint turpia.) Ille vero quasi quidam piscis malis plagis irretitus, per vestimenta & mortiferum famulatum, qui ea mente exhibetur ut hominibus placeatur, non vero secundum pietatem, captivus cedit mulieri: mente temulentus, ac omnino lapsabundus enervatur a muliebri affatu, & nec deinceps orationis tempus cognoscit, nec, si quidem ad orandum procumbat, quid faciat intelligit, imaginem animo versans contubernalis rationis. Quo modo il- B le afficitur, haud aliter & mulierculæ contingit: & dum Scriptura legitur, cæcutiunt animo; dumque in ecclesia homiliæ habentur, nesciunt quid audiant, turpi affectione invicem captivi, sic amoris furorisque morbo animam obtundente, ut si fieri posset, suorum etiam nominum obliviscerentur. Eousque mulier cum homine convivens, hominis mentem evertit: eousque vir cum femina habitans, in insaniam concupiscentiæ mulierem impellit: eousque potest mulier cum viro contubernium habens, vel Dei ipsius memoriæ oblivionem inducere. Facessamus ab gehenna, & igne sempiterno! Ut quid spirantes adhuc vosmet ipsi in Orcum horribilemque tartarum defoditis? Qui contubernales habetis & C cum illis conversamini, dediscite hanc malam doctrinam, quæ interitum propinat, & salutem prodit. Imitemur apostolos; imitemur prophetas, & per vestigia eorum incedamus, nec nos decipiat feminina esca. Nos ipsi rursus ne mulierem quasi esca in fraudem inducamus ob inanem gloriam, & superstitiosam humilitatem. Sed omnia secundum veram solidamque humilitatem sobrie a nobis peragantur in Christo; ut possimus liberari a præsenti tempore malo, juxta voluntatem Patris, & domini nostri Jesu Christi filii ejus unigeniti: per quem & cum quo gloria, imperium, honor invisibili Patri cum sancto & paracleto Spiritu, nunc, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

PETRI II. EPISCOPI ALEXANDRINI

EX EPISTOLA ENCYCLICA:

De his quæ Alexandriæ gesta sunt auctore Lucio.

Apud THEODORITUM Hist. eccl. *lib.* IV. *cap.* XXII.

Ὁ Τοῦ ἔθνους ἡγεμονεύων Παλλάδιος, ἐθνικὸς ὢν τὴν αἵρεσιν, καὶ τῶν εἰδώλων ἀεὶ προκυλινδούμενος, κατὰ Χριστοῦ στρατεύεσθαι πολλάκις μελετήσας, τὰ προειρημένα συναθροίσας πλήθη, ὁρμᾷ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ὡς ὑποτάξαι Βαρβάρους ἐπειγόμενος. τότε δὴ τότε χείριστα γέγονεν. ἀλλὰ καὶ μόνον ὑπαγορεῦσαι θέλων, τῆς μνήμης ὀδύνην μοι παρεχούσης, ἐπαφῆκα δακρύων ἄμετρον φοράν· καὶ ἐπὶ πολὺ ἔμεινα ἂν τοῦτο πάσχων, εἰ μὴ θείῳ λογισμῷ λωφῆσαι παρεσκεύασα. ἐν γὰρ τῇ καλουμένῃ Ἐκκλησίᾳ Θεωνᾶ, ἐπεισελθόντα τὰ πλήθη, ἀντὶ ῥημάτων σεμνῶν, εἰδώλων εὐφημίας [1] ἐπήφιον. ἀντὶ θείων γραφῶν ἀναγνώσεως, κρότους χειρῶν ἀσέμνους, καὶ κεκλασμένας μετ' αἰσχρότητος φωνὰς, κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ παρθένων ὕβρεις, ἃς ἡ γλῶττα προφέρειν οὐκ ἀνέχεται. αἰσχρὸν γάρ ἐστι καὶ λέγειν. καὶ γὰρ μόνον τις τῶν εὖ φρονούντων ταύτας ἀκούσας ἔβυσε τὰς ἀκοάς· καὶ μᾶλλον ηὔξατο ἂν γενέσθαι κωφὸς, ἢ αὐτήκοος γενέσθαι τῆς αἰσχρολογίας αὐτῶν. ἀλλ' εἴθε λόγοις ἀρκούμενοι μόνον ἐξημάρτανον, καὶ μὴ πράξει τὴν τῶν [2] λόγων ἐνίκων ἀσέλγειαν. εὐύποιστος γὰρ ἡ λοιδορία, κἂν οἱαδηποτοῦν τυγχάνῃ, παρ' οἷς οἰκεῖ Χριστοῦ φρόνησις καὶ θεῖα διδάγματα. αὐτοὶ τοίνυν οὗτοι ὀργῆς σκεύη τυγχάνοντες, [3] κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, τὴν ῥῖνα σιμώσαντες, ψόφον ἀσελγῆ διὰ τῶν μυκτήρων μακρὸν, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, [4] ὡς ἀπὸ κρουνοῦ προχέοντες, τὴν μὲν ἐσθῆτα διέρρησσον τῶν ἁγίων Χριστοῦ παρθένων, ὧν ἡ ἄσκησις [5] τύπον ἁγίων Ἀγγέλων ἐχαρακτήριζεν. ὡς δ' ἡ φύσις ἔχει, [6] γυμνὰς πᾶσαν τὴν πόλιν ἐθριάμβευον, διαπαίζοντες μετὰ ἀσελγείας, ὃν τρόπον ἐβούλοντο. καὶ ὅλως ὠμὰ καὶ ξένα τὰ γενόμενα. εἰ γοῦν τις συμπαθῶς ἐπὶ τούτοις ἐκώλυσε, παραινέσεως χρώμενος λόγοις, τραυματίας ἀπελύετο. ἀλλὰ φεῦ τῶν συμφορῶν, πολλαὶ βιαίως φθορὰν ὑπέστησαν σώματος· πολλαὶ τῶν παρθένων ῥοπάλοις κατὰ κεφαλῆς τυπτόμεναι, ἔμενον ἀχανεῖς, οὐκ ἐπιτρεπομένων τῶν σωμάτων, [7] οὐδὲ τῇ ταφῇ παραδίδοσθαι. πολλὰ οὖν μέχρι σήμερον τῶν γονέων ὀδυρομένων, οὐχ εὑρίσκεται σώματα.

A I. PRovinciæ rector Palladius, secta gentilis & simulacrorum cultor assiduus, qui ad bellum Christo inferendum sæpius se se exercuerat, collecta multitudine superius memorata, impetum in ecclesiam fecit, perinde ac si ad subigendos barbaros properaret. Tunc vero teterrima facinora perpetrata sunt. Quæ cum ego dumtaxat referre vellem, tantum mihi dolorem attulit eorum recordatio, ut ingentem lacrymarum copiam effuderim. Atque in eo statu mansissem diutissime, nisi divina cogitatione dolorem meum compressissem. Ingressa enim turba in ecclesiam quam vocant Theonæ, loco verborum gravium, laudes idolorum canebant: pro lectione sacrarum scripturarum, plausus manuum in- B decoros, & fractas cum obscenitate voces usurpabant; ejusmodi denique contumelias adversus virgines Christi, quas nec lingua proferre sustinet: nam & turpis est ipsa prolatio. Certe ex cordatis hominibus quisquis hæc solummodo audivit, statim obturavit aures, & surdus esse potius optavit quam illorum obscenitatem auribus suis audire. Sed utinam verbis contenti hactenus deliquissent, nec verborum petulantiam factis ipsis superassent! Nam convicia quantacumque sint, tolerabilia sunt iis in quibus Christi sapientia & divina mandata resident. Isti vero, utpote vasa iræ ad exitium præparata, expanso naso turpem sonum per nares edentes, & tubis, ut ita dicam, ac fistulis procul emittentes, C sanctarum Christi virginum vestem disciderunt: quarum continentia, sanctorum Angelorum similitudinem exprimebat. Easque nudas, sicut natæ fuerant, per totam urbem traduxerunt, petulanter iis illudentes, prout ipsis libitum erat. Erantque omnia prorsus crudelia atque inaudita. Quod si quis ob hæc miseratione captus eos cohibere; ac verbis eos admonere voluisset, vulneratus abibat. Sed o rem calamitosam! Multæ virgines per vim stupratæ sunt. Multæ dum fustibus capita verberarentur, manserunt exanimes. Ac ne corpora quidem sepulturæ mandari permittebantur. Plurima certe corpora, magno cum parentum dolore, hactenus reperiri non possunt.

D

Ἀλλὰ τί τὰ μικρὰ πρὸς τὰ μεγάλα διεξέρχομαι; τί δὲ τούτοις ἐμβραδύνω, καὶ μὴ σφοδρῶς ἐπὶ τὰ κατεπείγοντα βαίνω; ἐφ' οἷς εὖ οἶδ' ὅτι θαυμάσετε, καὶ μενεῖτε ἐπὶ πολὺ ἀχανεῖς σὺν ἡμῖν ἐξιστάμενοι, τῆς φιλανθρωπίας τὸν Κύριον, ὅτι μὴ ἄρδην τὸ ὅλον συ-

II. Sed quid persequor parva ac levia, si cum majoribus comparentur? Quid his immoror, ac non potius ad ea quæ urgent, contendo? In quibus admirabimini, sat scio, clementiam Domini, & nobiscum attoniti diu manebitis ac stupentes, quod

1. Ἐπήφιον] Codex Regius habet ἐπηφίων.

2. Λόγων ἐνίκων ἀσέλγειαν] Codex Savilii scriptum habet ἀσέβειαν. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem tuetur.

3. Κατηρτισμένα] κατηρτισμένοι, codex Regius.

4. Ὡς ἀπὸ κρουνοῦ] Nescio, quid sibi voluerit Sirmundus, hunc locum ita vertens: *Strepitum insolentem de naribus, velut e scatebra, ut ita dicam, fundentes.* Nec melius Christophorsonus, qui sic vertit: *Velut ex aquæductu, ut ita dicam erumpentem.* Pessime vero Epiphanius Scholasticus interpretatus est hoc modo: *Et ut ita dicam, fœtorem veluti de quodam cuniculo profundentes.* Magis placet interpretatio Camerarii, qui sic vertit: *Obscœnos per nares sonos, clarum & quasi, ut ita dicam, de aquæ fistulis jaculantes:* κρουνοὶ enim proprie sunt tubi, seu salientes, ex quibus aqua in subjectum canalem effunditur.

5. Τύπον ἁγίων ἀγγέλων] Postrema vox deest in cunctis exemplaribus, tam manuscriptis, quam impressis: primumque a Genevensibus Typographis addita est ex conjectura Christophorsoni, quam confirmat Epiphanius Scholasticus. Sirmundus tamen cum eam e Græco textu expunxisset, in versione sua retinuit.

E

6. Γυμνὰς πᾶσαν τὴν πόλιν] Scribendum puto γυμνὰς ἀνὰ τὴν πόλιν ἐθριάμβευον.

7. Οὐδὲ τῇ ταφῇ παραδίδοσθαι] Codex Regius, & Savilii scriptum habet οὐδὲ τῇ ὁσίᾳ παραδίδοσθαι. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 375.



νέστειλεν· ἃ γὰρ κατὰ τὸ γεγραμμένον, μήτε γέγονε μήτε ἠκούσθη ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, ταῦτα ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θυσιαστηρίου ἐπετέλουν οἱ δυσσεβεῖς. ὡς γὰρ ἐν κρηπῖδι σκηνῆς ἀτάκτου, παῖδα [1] τὴν ἄρρενα φύσιν ἐξαρνησάμενον, καὶ τὴν γυναικείαν ποθήσαντα, [2] στοιβῇ κατὰ τὸ γεγραμμένον τοὺς ὀφθαλμοὺς διακεχρισμένον, καὶ φύκει τὰς ὄψεις ἐρυθήναντα, ὡς τὰ παρ' αὐτοῖς εἴδωλα, θηλυμόρφῳ τῷ σχήματι, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, ἔνθα κάθοδον τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπικαλούμεθα, ἀνακύκλῳ τῇ στροφῇ, ὧδε κἀκεῖσε τὼ χεῖρε σχηματιζόμενον, ὀρχεῖσθαι παρεσκεύασαν, πλατὺ μὲν γελῶντες, ἀθέσμους δ' ἐπαφιέντες φωνάς. οἱ δὲ πάλιν καὶ τοῦτο πρὸς ἀταξίαν ἡγησάμενοι, καὶ τὰ παρῳχηκότα ἀπρεπῆ μᾶλλον ἤπερ ἄθεσμα λογισάμενοι, ἐξ αὐτῶν ἕνα γνωριμώτατον ἐν αἰσχρότητι, ὁμοῦ τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν αἰδῶ γυμνωσάμενον, ὡς ἡ φύσις ἔχει σχήματος, τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἐπιβιβάσαντες θρόνῳ, δημηγόρον αἰσχρὸν κατὰ Χριστοῦ προσηγόρευσαν. ἀντὶ γὰρ θείων ῥημάτων, αἰσχρότητα προὐβάλλετο, ἀντὶ σεμνῶν λόγων ἀσέλγειαν, ἀντ' εὐσεβείας ἀσέβειαν, ἀντ' ἐγκρατείας πορνείαν, μοιχείαν, ἀρσενοκοιτίαν, κλοπὴν, βρῶσιν καὶ πόσιν τῷ βίῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰσηγούμενος εἶναι χρήσιμα.

universa non obruerit. Etenim quæ neque facta sunt neque audita in diebus patrum nostrorum, ut ait Scriptura, ea in ipso altari impii perpetrarunt. Nam velut in pulpito scenæ petulantis, puerum, qui virilem sexum ejuraverat & muliebrem affectabat, oculos stibio depictos atque inunctos habentem, & vultum fuco rubentem, sicut ipsorum simulacra habere solent, muliebri habitu in ipso sancto altari ubi adventum sancti Spiritus invocamus, saltare fecerunt volubili motu, hac & illac manus jactantem ac gesticulantem; ipsi immoderate ridentes, vocesque nefandas emittentes. Quin etiam istud ad lasciviam spectare arbitrati, & præterita decora potius esse quam impia existimantes, quemdam ex suo numero notissimæ turpitudinis, qui una cum veste pudorem simul exuerat, nudum, sicut natus erat, in ecclesiæ folio collocantes, concionatorem infamem adversus Christum salutarunt. Nam divinorum verborum loco turpitudinem proferebat: pro gravibus verbis petulantiam, pro pietate impietatem; pro continentia scortationem, adulterium, masculam venerem, furtum, escam ac potum, vitæ hominum utilia esse docens.

Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, κἀμοῦ τῆς Ἐκκλησίας ὑπαναχωρήσαντος· πῶς γὰρ οὐχὶ, ὅπου στρατιωτῶν ἔφοδοι, ὅπου δῆμος πρὸς ἀταξίαν ἀργυρώνητος, ὅπου φιλοτιμίαι χρημάτων, καὶ ἐθνικῶν πλήθη μετὰ μεγίστων ὑποσχέσεων; ἡμέτερος δῆθεν ἀποστέλλεται διάδοχος, χρυσίου τὴν Ἐπισκοπὴν ὡς ἀξίωμα κοσμικὸν [3] ὠνησάμενος Λούκιός τις, λύκου τὴν πονηρίαν καὶ τὰς πράξεις ἔχειν ἐσπουδακώς· οὐκ Ἐπισκόπων Ὀρθοδόξων Συνόδῳ, οὐ ψήφῳ κληρικῶν ἀληθινῶν, οὐκ αἰτήσει λαῶν, ὡς οἱ τῆς Ἐκκλησίας διαγορεύουσι θεσμοί. τῷ δὴ τοιούτῳ συνῆσαν, ἁπλῇ γὰρ εἰσόδῳ τῆς πόλεως ἐπιβαίνειν οὐκ ἠδύνατο, οὐκ Ἐπισκόπων τινὲς, οὐ Πρεσβυτέρων, οὐ Διακόνων, οὐ λαῶν πλήθη. οὐ προῆγον τοῦτον μονάζοντες, ὕμνους ἐκ γραφῶν ἀναμέλποντες, ἀλλ' Εὐζώϊος ἦν, ὁ πρώην μὲν σὺν Ἀρείῳ καθαιρεθεὶς, Διάκονος ὢν τῆς καθ' ἡμᾶς Ἀλεξανδρείας, ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Συνόδῳ· ἄρτι δὲ προστασίᾳ τὴν Ἀντιοχέων λυμαινόμενος. καὶ ὁ τῶν [4] κομητατησίων δὲ λαργιτιόνων κόμης, στρατιωτῶν ἐπαγόμενος ἄμετρον πληθὺν, ὁ ἐν πάσῃ ἀσεβείᾳ ἀεὶ γνωριζόμενος Μάγνος τοὔνομα· ὃς ἐν τοῖς Ἰουλιανοῦ καιροῖς, τὴν Βηρυτίων Ἐκκλησίαν ἐμπρήσας, Φοινίκων δ' αὕτη πόλις ἐπιφανὴς, [5] ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Ἰωβιανοῦ χρόνοις, ἐξ οἰκείων ταύτην ἀνορθῶσαι κατηνάγκασται, ὀλίγου καὶ τὴν κε-

III. Quæ cum ita fierent, atque ego ecclesia excessissem: quomodo enim non abiissem, cum milites incursionem facerent, plebs pecuniis conducta esset ad tumultuandum, nummi erogarentur, multitudo gentilium magnis pollicitationibus illecta adesset? successor noster mittitur, qui episcopatum velut sæcularem quemdam magistratum pretio coemerat, Lucius quidam, lupi prorsus improbitatem & actus studens æmulari: non in orthodoxorum episcoporum synodo; non suffragio legitimorum clericorum, non postulatione plebis electus, sicut ecclesiasticæ leges requirunt. Erant una cum illo; neque enim simplex ejus ingressus esse potuit; non episcopi aliqui, non presbyteri ac diaconi, non populi multitudo, non illum præcedebant monachi, hymnos e scripturis depromtos canentes; sed Euzoius, qui olim quidem cum diaconus esset Alexandriæ nostræ, in sancta & magna synodo Nicæna simul cum Ario depositus est: nunc vero Antiochenam ecclesiam præsulatu suo devastat. Simul etiam Comes largitionum comitatensium, Magnus nomine, immensam militum multitudinem secum ducens: qui in omni impietate semper antesignanus esse cognoscitur. Qui cum Juliani temporibus ecclesiam Berytensium incendisset; quæ civitas est Phœnices non ignobilis; principatu felicis memoriæ

1. Τὴν ἄρρενα φύσιν ἐξαρνησάμενον] Cinædum intelligit. Sic enim Cinædos designare Græci solent. Certe Polybius lib. 4. pag. 273. Babyrtam quemdam Cinædum ita describit. ἄνθρωπος ἀπαράλλακτος τῶν ἐξηρνημένων τὸν ἄνδρα κατὰ πάντα τρόπον. Sic enim legendus est locus ille, quem Casaubonus non intellexit.

2. Στοιβῇ κατὰ τὸ γεγραμμένον] Hunc locum feliciter mihi videor restituisse hoc modo, στίβι κατὰ τὸ γεγραμμένον τοὺς ὀφθαλμούς. Proprium olim erat Cinædorum, oculos stibio delinire, quod Græci στιβίζειν dicunt uno verbo. Græci enim στίβιν dicunt, & στίμμιν. Hesychius in Lexico, στίβη χρῶμα μεταλλικὸν μέλαν. Jon in Omphale;

Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.

Quare hoc loco στίβῃ scribi potest, ut legitur in editione Basiliensi. In Regio codice J. Pini hæc vox deest, nec habetur in versione Epiphanii Scholastici. Potior tamen mihi videtur Basiliensis editionis scriptura. Alludit enim Petrus ad cap. 4. Jeremiæ, ubi propheta sic dicit, ἐὰν ἐγχρίσῃ στίβῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου. Nihil itaque mutandum est hoc loco, sed locus ita vertendus: *Oculos, ut ait scriptura, stibio inunctos habentem, & vultum fuco rubentem, sicut ipsorum simulacra*, &c. Et prioribus quidem verbis alludit Petrus ad locum Jeremiæ, ut jam dixi: posterioribus autem alludit ad cap. 13. Sapientiæ, ubi Salomon ita dicit de simulacris gentilium ligneis, καταχρίσας μίλτῳ, καὶ φύκει ἐρυθήνας χρόαν αὐτοῦ, quæ vetus interpres ita vertit: *perliniens rubrica*, &c. Ego vero *minium* mallem vertere. Sic enim Latini vocabant, quod Græci μίλτον, teste Plinio lib. 35. ubi etiam testatur Romanos solitos esse miniare simulacra deorum suorum.

2. Στοιβῇ] Deest in cod. Regio, ubi mox pro φύκει, φυκίῳ.

3. Ὠνησάμενος] Codex Regius, & Basiliensis editio habent ἡγησάμενος.

4. Κομητατησίων δὲ λαργιτιόνων] Thesauri Principis, qui vulgo sacræ largitiones dicebantur. Alii erant per singulas diœceses, quibus præerant Comites. Alii erant in comitatu una cum ipso Principe, qui comitatenses largitiones dicebantur. His præerat Comes largitionum comitatensium. Erant autem omnes isti Comites sub dispositione viri illustris Comitis sacrarum largitionum, ut docet notitia utriusque Imperii. Hic Comes largitionum comitatensium Officiales sub se habebat, qui Largitionales Comitatenses dicebantur, quorum mentio fit in lege 7. codice Theodos. de diversis Officiis: *De Largitionalibus comitatensibus, & Officialibus Rationalis rerum privatarum custodiri præcepimus*, &c. Sic enim scribendus est locus ille, qui vulgo corruptus est.

5. Ἐπὶ σοῦ] Ἐπὶ τοῖς σοῦ, Codex Regius.

φαλὴν τμηθεὶς, εἰ μὴ φιλανθρωπίας ἐκ πολλῆς πε- A ριδρομῆς ἔτυχε βασιλικῆς.

Joviani, eam propriis sumtibus instaurare coactus est: parumque abfuit, quin capite plecteretur, nisi multorum ambitu ac suffragio, imperatoris clementiam meruisset.

Ἀναλογήσασθαι τοίνυν ἐκ τούτου τὸν ὑμέτερον ζῆλον προσήκει, ὃν διεγερθῆναι πρὸς ἐκδικίαν τῶν γενομένων παρακαλῶ, οἷα καὶ ἡλίκα τὰ πλημμεληθέντα κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, τοιούτου τυράννου τοῦ προειρημένου καθ' ἡμῶν ἐπαναστάντος. ἅμα γὰρ ὁ παρὰ τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας καὶ τῶν ἁπανταχοῦ Ὀρθοδόξων Ἐπισκόπων πολλάκις ἀπαγορευθεὶς Λούκιος, τῆς πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς διακειμένης ἐπ' εὐλόγοις ταῖς προφάσεσιν ἐπέστη πόλεως. οὐ γὰρ μόνον ὡς ὁ δύσφημος ἐν ψαλμοῖς ἄφρων, λέγει· οὐκ ἔστι Θεὸς ἀληθινῶς B ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι διεφθάρη καὶ διέφθειρε, [1] χαίρων ἐπὶ ταῖς βλασφημίαις, ταῖς κατὰ τοῦ σωτῆρος πεμπομέναις παρὰ τῶν τῇ κτίσει λατρευόντων παρὰ τὸν κτίσαντα. [2] πῶς οὐχ ὅπωγε παραπλήσιον Ἕλλησιν ἔχων τὸ φρόνημα [3] προσφάτῳ τολμᾷ ὁ ἀλιτήριος σέβειν Θεῷ. ἐπ' ὄψεσι γὰρ αὐτῷ τούτους τοὺς ἐπαίνους ἔπεμπον· καλῶς ἦλθες Ἐπίσκοπε Υἱὸν μὴ λέγων. ὁ [4] Σέραπίς σε φιλῶν εἰσήνεγκε. τὸ πάτριον εἴδωλον ἑαυτῶν ὀνομάζοντες. αὐτίκα γὰρ ῥοπῆς οὐδὲ μιᾶς παρελθούσης, ὁ προειρημένος Μάγνος, ὁ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ κοινωνὸς ἀδιαίρετος, καὶ δορυφόρος πικρὸς καὶ Σατράπης ὠμότατος, συναθροίσας καὶ τὰ ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ φροντίδα ἐπανακείμενα πλήθη, Πρεσβυτέρους καὶ διακόνους τὸν ἀριθ- C μὸν ἐννεακαίδεκα συλλαβόμενος, ὧν τινες τὸ ὀγδοηκοστὸν ὑπερβεβήκασιν ἔτος, ὡς ἁλόντας ἐπὶ μυσαρῷ τινι καὶ νόμῳ Ῥωμαίων ἐχθρῷ, δημόσιον ἐγείρας κριτήριον, κατηνάγκαζεν, οὐκ εἰδὼς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς Χριστιανῶν νόμους, τὴν πατρῴαν παρὰ τῶν Ἀποστόλων διὰ τῶν πατέρων ἀποδοθεῖσαν ἡμῖν προδιδόναι πίστιν, ἡδόμενον ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸν φιλανθρωπότατον Αὔγουστον Οὐάλεντα διϊσχυριζόμενος· πείσθητε τάλανες, λέγων μεγάλῃ τῇ βοῇ, τῷ τῶν Ἀρειανῶν φρονήματι, πείσθητε. συγγνωμονήσει γὰρ ὑμῖν τὸ θεῖον, κἂν ἀληθῆ σέβητε θρησκείαν, οὐκ αὐθαιρέτως, ἀλλὰ πρὸς ἀνάγκην τοῦτο πράξασι. τῇ μὲν γὰρ ἀνάγκῃ ἀπολογία περιλείπεται· τῷ δὲ αὐθαιρέτῳ ἀκολουθεῖ κατηγορία. διὸ τοιούτους λογισμοὺς D πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενοι, ἥκετε πρόθυμοι, μελλησμὸν ἀποθέμενοι πάντα, τῷ Ἀρείου ὑπογράφοντες δόγματι, ὃ νῦν κηρύττει ὀνομαστὶ [5] Λούκιος λέγων. καὶ εἰδότες ὡς πειθαρχοῦντες, χρήματα καὶ πόρους καὶ γέρα παρὰ [6] Βασιλέων ἕξετε· ἀπαναινόμενοι δὲ, εἱρκτῆς καὶ στρεβλώσεων καὶ βασάνων καὶ μαστίγων καὶ δαμαστηρίων πεῖραν λήψεσθε. χρημάτων ὁμοῦ καὶ κτημάτων στερηθέντες, καὶ τῆς πατρίδος μεταναστάντες, εἰς χαλεποὺς οἰκῆσαι τόπους κατακριθήσεσθε.

IV. Hinc igitur considerare debet zelus vester, quem quidem hortor vos, ut excitetis ad ea quæ gesta sunt vindicanda; quæ & quanta patrata sint scelera adversus ecclesiam Dei, cum tantus in nos tyrannus supra memoratus insurrexisset. Nam continuo ille a vestra pietate, & ab omnibus ubique orthodoxis sæpe damnatus Lucius, in hanc civitatem justa de caussa ipsi infensam introivit. Neque enim solum, sicut detestandus ille in psalmis insipiens, dicit: Non est vere Deus Christus. Sed etiam studiis atque institutis & ipse corruptus est, & alios corrupit, gaudens blasphemiis quæ adversus Christum jactantur ab iis, qui creaturam adorant potius, quam creatorem. An non enim ita est, cum sceleratus ille affinia & proxima sentiens gentilibus, recentem Deum colere audeat? Nam in conspectu ejus has laudes acclamabant: Bene advenisti episcope, qui Filium negas: Serapis te diligens huc adduxit: patrium simulacrum suum designantes. Statim namque, ne momento quidem temporis interjecto, supradictus Magnus impietatis ejus individuus comes, acerbus satelles & crudelissimus satrapa, collecta multitudine eorum qui sub ipsius cura ductuque erant, presbyteros ac diaconos novemdecim numero comprehendit, ex quibus nonnulli octogesimum annum excesserant: & quasi in detestando quodam facinore & legibus Romanis contrario deprehensi fuissent, constituto publico judicio, ipse Christianarum de virtute legum ignarus, avitam fidem, ab Apostolis continua serie per patres nobis traditam, prodere eos coegit: clementissimo Augusto Valenti gratissimum id fore asseverans. Assentiatis miseri, clamabat, assentiatis dogmati Arianorum. Quamvis enim vera sit religio quam colitis, ignoscet tamen vobis Deus: quippe qui non vestra sponte, sed necessitate compulsi id feceritis. Nam necessitati quidem excusatio semper relinquitur: liberam autem voluntatem sequitur accusatio. Has igitur rationes præ oculis vestris habentes, omni cunctatione abjecta, alacres accedite ad subscribendum dogmati Ariano, quod nunc disertis verbis prædicat Lucius. Ac pro certo habete, vos si quidem parueritis, pecunias & opes atque honores ab Imperatoribus consecuturos: si vero renuatis, carcerem, tormenta, quæstiones, flagra & cruciatus vos esse subituros; & pecuniis ac possessionibus cunctis spoliatos, & patria extorres, in loca aspera atque incommoda deportandos.

Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ γενναῖος, [7] ἀπάτῃ τὴν ἀπειλὴν κεράσας, μεταναστῆναι τῆς εὐσεβοῦς τοὺς πάντας καὶ προὐτρέπετο καὶ κατηνάγκαζε γνώμης. οἱ δὲ, πικρότερον E βασάνου πάσης τὴν εἰς ἀσέβειαν προδοσίαν ἡγησά-

V. Ad hunc modum generosus ille vir, fraude atque illecebris minas suas temperans, hortabatur simul & cogebat cunctos, ut a pia sententia recederent. Verum illi pietatis proditionem omni tor-

1. Χαίρων ἐπὶ ταῖς κατὰ τοῦ σωτῆρος πεμπομέναις βλασφημίαις. Cod. Reg.

2. Πῶς οὐχ] Πῶς γὰρ οὐχί. Codex Regius.

2. Πῶς οὐχ ὅπωγε] Codex Regius, cujus variantes lectiones edidit Stephanus, scriptum heic habet πῶς γὰρ οὐχί. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus, recte procul dubio.

3. Προσφάτῳ τολμᾷ —— σέβειν Θεῷ] Sirmundus ex eodem codice Regio edidit πρόσφατον Θεόν. Sed nihil opus erat hac emendatione, cum utrumque dici possit. Recentem vero Deum Petrus heic appellat Christum, juxta sensum Arianorum, qui eum creaturam esse dicebant, non autem ab æterno Deum fuisse. Vide quæ sequuntur paullo post in Confessione Presbyterorum Ecclesiæ Catholicæ; ubi leguntur hæc verba: ὑμεῖς ὅτι νέηλυν, ὅτι πρόσφατον σέβοντες Θεόν, &c. Sic enim legendum est ex codice Savilii, & ex editione Basiliensi. Augustinus in Psalmum 80. de Ario ita scribit: *Nescio quis alius in vanitatem accipiens nomen Domini Dei sui, fecit sibi Christum creaturam, Christum imparem, & inæqualem generanti, Filium Dei dicens, & Filium Dei negans*. Et paullo post: *Tu autem aliud nescio quid cogitasti: in corde tuo Deum recentem posuisti*. Hilarius in epistola contra Auxentium: *Isti nunc Christum novum*, &c.


4. Σέραπις] Σάραπις Codex Regius.

5. Λούκιος λέγων] Hæc verba Valesius inverso ordine legenda notavit, λέγων Λούκιος.

6. Βασιλέων] Βασιλέως Codex Regius.

7. Ἀπάτῃ] Ἀγάπῃ Basiliensis editio.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 375.



μενοι. ἔχει γὰρ οὕτω. τοιοῖσδε πρὸς αὐτὸν ἀναγκαζόμενοι ἀπαντῆσαι ῥήμασιν, ἀρετῇ καὶ γενναίῳ φρονήματι ὁμοῦ τὴν ἀπάτην καὶ τὰς ἀπειλὰς ὑποτάξαντες· πέπαυσο λοιπὸν, πέπαυσο τούτοις ἡμᾶς ἐκφοβῶν τοῖς ῥήμασιν· ἔπεχε εἰκαῖα προφέρειν ῥήματα. ἡμεῖς γὰρ οὔτε νέηλυν, οὔτε πρόσφατον σέβοντες Θεὸν, κἂν ἐπαφρίζῃς κυμαίνων εἰκῆ, καὶ προσρήσσῃς ὡς βίαιος ἄνεμος, τοῖς εὐσεβείας ἄχρι θανάτου ἐμπολιτευόμεθα δόγμασιν· οὐκ ἀδύνατον, οὐκ ἄσοφον, οὐ χωρὶς ἀληθείας πώποτε φρονήσαντες Θεόν· οὐ ποτὲ μὲν ὄντα Πατέρα, ποτὲ δὲ μὴ ὄντα, κατὰ τὸν δυσσεβῆ τοῦτον Ἀρειανὸν, χρονικὸν ἢ πρόσκαιρον δοξάζοντες τὸν Υἱόν. εἰ γὰρ κτίσμα κατὰ τοὺς Ἀρειομανίτας ὁ Υἱὸς, οὐχ ὑπάρχων Πατρὶ ὁμοούσιος, εἰς τὸ μὴ εἶναι συστήσεται καὶ ὁ Πατὴρ, οὐχ ὑφεστῶτος Υἱοῦ, οὐκ ὢν ποτε κατ' αὐτοὺς Πατήρ. εἰ δὲ ἀεὶ Πατήρ ἐστιν, ὑφεστῶτος δηλονότι τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἀληθινοῦ καὶ οὐ κατὰ ἀπόρροιαν γεννήματος· ἀπαθὴς γὰρ ὁ Θεός· πῶς οὐκ ἄφρων καὶ μανιώδης, ὁ ἦν ὅτε οὐκ ἦν φρονῶν τὸν Υἱὸν, δι' οὗ τὰ πάντα εἰς τὸ εἶναι κατὰ χάριν συνέστη; οἱ γοῦν ἡμέτεροι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πατέρες, ὧν ἐκπεσόντες οὗτοι εἰκότως [1] ἀπάτορες γεγόνασιν, ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες, ἀναθεματίσαντες τὴν Ἀρείου κακοδοξίαν, ἧς ὁ νεώτερος οὗτος νῦν πρωΐσταται, οὐχ ἑτεροούσιον, ὃ νῦν ἡμᾶς εἰπεῖν καταναγκάζεις, τὸν Υἱὸν εἰρήκασι τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' [2] ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας· ὃ καλῶς μετ' εὐσεβοῦς διανοίας νοήσαντες, ἐκ πολλῆς τῶν θείων ῥημάτων συλλογῆς, ὁμοούσιον ὡμολόγησαν.

Τὰ δὴ τοιαῦτα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια λέγοντας, καθεῖρξεν ἡμερῶν πολλῶν, οἰόμενος τῆς εὐσεβοῦς μετακινήσειν γνώμης. οἱ δὲ μᾶλλον, ὥσπερ ἐν σταδίῳ τῶν ἀθλητῶν οἱ γενναιότατοι, δειλίαν πᾶσαν ἀποσβέσαντες, ἐπαλείφοντες ἑαυτοὺς τοῖς τῶν πατέρων διὰ θείων λογισμῶν ἀνδραγαθήμασι, γενναιότερον εἶχον περὶ τὴν εὐσέβειαν τὸ φρόνημα, γυμνάσιον ἀρετῆς τὰς στρέβλας ἡγούμενοι. οὕτω τοίνυν ἀγωνιζομένων, καὶ θέατρον ὡς ὁ μακάριος Παῦλος γράφει γενομένων καὶ Ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, ἐπέτρεχεν ἡ πόλις ἅπασα, [3] ἀθλητὰς θεασαμένη Χριστοῦ, καρτερίᾳ τοῦ βασανίζοντος δικαστοῦ νικῶντας τὰς μάστιγας, καὶ τρόπαια δι' ὑπομονῆς κατὰ ἀσεβείας ἐπαίροντας, καὶ θριάμβους κατὰ Ἀρειανῶν ἐπιδεικνυμένους. οὓς ὑποτάξας ὁ πικρὸς οὗτος πολέμιος [4] δι' ἀπειλῶν καὶ ἀπάτης, τοῖς εἰς Χριστὸν ἀσεβοῦσιν ἐκδώσειν ἐνόμιζεν. ἀποκνήσας τοιγαροῦν ταῖς τῶν βασάνων δι' ἐπινοίας χαλεπῆς προσβολαῖς, ἁπάντων τῶν λαῶν ὀδυρομένων ποικίλως διὰ πολλὰ τῷ θρήνῳ, ὁ πικρὸς καὶ πάσης ἀποδέων φιλανθρωπίας, τὰ συνήθη πάλιν πρὸς ἀταξίαν συναθροίσας πλήθη, ἐπὶ κρίσιν αὐτοὺς, μᾶλλον δὲ ἕωλον κατάκρισιν καλεῖ, πρὸς τῷ τῆς θαλάσσης λιμένι, πολυωνήτων συνήθως κατ' αὐτῶν ἐπαφιεμένων τῶν βοῶν παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ τῶν Ἰουδαίων. καὶ μὴ θελησάντων, εἶξαι τῇ προφανεῖ δυσσεβείᾳ τῶν Ἀρειομανιτῶν, ἀποφαίνεται, τῶν

mento acerbiorem esse ducentes; uti re vera est; illi his verbis coacti responderunt, fraudem ejus pariter ac minas suas virtute animique magnitudine calcantes. Desine tandem, desine, his verbis nos terrere. Cessa inanes proferre sermones. Nos enim nec novitium nec recentem colimus Deum: licet instar maris fluctuum inaniter spumes, & tamquam vehemens ventus cum fragore irruas, rectæ ac piæ doctrinæ ad extremum usque spiritum adhæsuri sumus; non potentiæ, non sapientiæ expertem, non sine veritate umquam fuisse sentientes Deum: non eum aliquando fuisse Patrem, aliquando autem non fuisse; juxta impium istum Arianum, Filium temporalem esse credendo. Nam si Filius creatura est, ut ajunt Ariomanitæ, nec consubstantialis Patri; ad nihilum redigetur etiam Pater, cum secundum ipsos Filio non exsistente, Pater aliquando non fuerit. Si vero semper est Pater, exsistente scilicet ex ipso vero fetu, & non per defluxum; Deus enim passionis expers est: quei fieri potest, ut non amens sit ac vecors, qui de Filio dicit, Fuit tempus cum non esset, cui cuncta accepto ferre debent quod exsistunt? Hac de caussa patres nostri qui ex toto terrarum orbe Nicæam convenere, a quibus excidentes isti, merito spurii facti sunt, cum perversam Arii opinionem quam nunc junior iste defendit, anathemate damnassent, non alterius quam Patrem, substantiæ Filium esse dixerunt, sicuti nunc cogis nos dicere, sed ex una eademque substantia. Quod pio sensu recte intelligentes, ex multis divinis vocibus in unum collectis, consubstantialem esse confessi sunt.

VI. Hæc & hujusmodi alia cum dixissent, eos multis diebus Comes in carcere detinuit, ratus eo se facto a pia sententia illos abducturum. Verum illi, velut in stadio fortissimi athletæ, abjecta omni formidine, rebus a majoribus ex divina mente fortiter gestis se ipsos communientes, excelsiore animo pro pietatis defensione stabant, cruciatus gymnasium virtutis esse ducentes. Cum igitur ad hunc modum decertarent, & spectaculum, sicut ait beatus Paullus [a], facti essent Angelis & hominibus, accurrit tota civitas visura athletas Christi; qui flagra judicis ipsos torquentis tolerantia sua superabant, & tropæa adversus impietatem per patientiam erigebant, & de Arianis palam triumphabant. Quos hostis ille acerbissimus minis ac fraudibus subactos, impiæ in Christum factioni dediturum se putabat. Fatigatus igitur in infligendis quæ subinde excogitabat tormentis, cum universus populus crebro ingemisceret ac lugeret; crudelis iste & ab omni sensu humanitatis alienus, convocatis iterum turbis incompositis & ad tumultuandum assuetis, eos ad judicium, seu potius ad paratam condemnationem, vocat juxta urbis portum, Gentilibus ac Judæis multas adversus eos acclamationes magna mercede conductas ex more jactantibus. Cumque ipsi manifestæ Arianorum impietati cedere noluissent, uni-

a 1. Cor. iv. 9.

1. Ἀπάτορες] Hunc locum feliciter mihi videor vertisse. Nam cum reliqui interpretes, Epiphanius scilicet, Christophorsonus ac Sirmundus, *patre carentes* interpretati sint, ego Græcam vocem uno Latino vocabulo expressi, *Spurios* vertens. Atque ita etiam ante nos vertit Joachimus Camerarius hoc modo. *Nostri igitur totius orbis patres, a quibus alienati isti Spurii sunt*. Certe Plutarchus in quæstionibus Romanis diserte testatur, τοὺς ἀπάτορας a Romanis vulgo appellari Spurios, vel Spurii filios.

2. Ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας] In manuscripto codice Henrici Savilii, & in Regio J. Pini, & in editione Basiliensi legitur ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, quemadmodum legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Nos tamen nihil mutare voluimus, propterea quod utrobique idem sensus est.

3. Ἀθλητὰς θεασαμένη] In editione Basiliensi scriptum inveni θεασάμενοι, non male. Mallem tamen scribere θεασόμενοι, vel θεασομένη, ut legit Epiphanius.

4. Δι' ἀπειλῶν καὶ ἀπάτης] In variis lectionibus, quas ex altero codice Regio collegit Stephanus, legitur δι' ἀπειλῶν καὶ βασάνων. Quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Paullo post, ubi legitur τῇ προφανεῖ δυσσεβείᾳ τῶν Ἀρειομανιτῶν. Sirmundus ex eodem codice Regio edidit τῇ προφανεῖ αἱρέσει, quod minus probo.

λαῶν πρὸ τοῦ δικαστηρίου πάντων ὀδυρομένων, τῆς Ἀλεξανδρείας μετανάστας ἀνταῖς, τὴν Ἡλιούπολιν τῆς Φοινίκης οἰκῆσαι, ἔνθα τῶν ἐνοικούντων οὐδεὶς κἂν ἀκοῦσαι τὸ τοῦ Χριστοῦ ἀνέχεται ὄνομα· Εἰδωλικοὶ γάρ οἱ πάντες. παραυτὰ [1] δὴ σκάφους ἐπιβῆναι προστάξας, αὐτὸς ἑστηκὼς ἐπὶ λιμένος· πλησίον γὰρ ἐν δημοσίῳ λουτρῷ τὴν κατάκρισιν κατ' αὐτῶν ὥρισε· γυμνὸν ἐπιδεικνύμενος τὸ ξίφος, νομίσας ἐκ τούτου φοβεῖν τοὺς τῇ διστόμῳ μαχαίρᾳ τοὺς πολεμίους δαίμονας πολλάκις κατατρώσαντας. οὕτω δὴ οὖν ἀποπλεῖν αὐτοὺς κελεύει, οὐκ ἐμβαλομένους ἐπιτήδεια, οὐ παραμύθιόν τι τὸ σμικρὸν τῆς ἐξορίας ἔχοντας· καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ ἄπιστον, τῆς θαλάσσης ἐπαφριζούσης καὶ δυσχερῶς οἶμαι διὰ τοῦτο φερούσης, καὶ μὴ βουλομένης, ἵν' οὕτως εἴπω, δι' ὑποδοχῆς τῶν ἀνδρῶν, ἀδίκῳ κοινωνῆσαι κελεύσματι. ἐνέφαινε γὰρ καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ τοῦ κελεύοντος τὴν βάρβαρον προαίρεσιν.

Ἐστι γοῦν ἀληθῶς εἰπεῖν, ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ. ἐστέναξε γὰρ ἡ πόλις ἅπασα, καὶ μέχρι δὲ νῦν θρηνεῖ. καὶ οἱ μὲν, ἀλλεπαλλήλῳ τῇ χειρὶ κτύπον ἐκ στηθῶν μακρὸν ἀπέπεμπον· οἱ δὲ τὰς χεῖρας ὁμοῦ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς οὐρανὸν ἀνέτεινον, τὴν βίαν διαμαρτυρόμενοι, μονονουχὶ λέγοντες· ἄκουε οὐρανὲ καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ, ὅτι παράνομα τὰ γιγνόμενα. καὶ ὅλως οἰμωγῆς τὸ πᾶν ἐπεπλήρωτο· καὶ μέλη, καὶ θρήνους ἦν ἐν πάσῃ τῇ πόλει χορεύων, καὶ ποταμὸς ἐκ δακρύων σχεδὸν καλύπτων πλημμύρᾳ τὴν θάλατταν, τοῖς ἅπασιν ἄφνω προσεγένετο. ὅτε τοίνυν ὁ προειρημένος ἐπὶ τοῦ λιμένος παρὼν, τοῖς ἐρέταις ὑψοῦν τὰ ἱστία προσέταττε, τότε σύμμικτος οἰμωγὴ παρθένων καὶ γυναικῶν, πρεσβυτέρων καὶ νέων, καὶ θρῆνοι προσπεπλεγμένοι δάκρυσιν ὀξέσιν, αἱ τῶν ἁπάντων βοαὶ, τῆς ἐπαφριζούσης θαλάσσης τὸν προσρησσόμενον [2] σωρὸν τοῖς κύμασι κτύπον ἐκάλυπτον. ἀλλ' οὕτω τῶν προειρημένων ἀποπλεόντων εἰς Ἡλιούπολιν, ἔνθα δεισιδαιμονῶν πᾶς, ἔνθα τοῦ διαβόλου τὰ πρὸς ἡδονὴν ἐπιτηδεύματα, ἔνθα θηρίων ἐφέστια φοβερά· ὄρη γὰρ ἐν κύκλῳ πανταχόθεν οὐρανῶν προσπελάζοντα, οἱ πάντες λοιπὸν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, κοινῇ καὶ ἕκαστος ἰδίᾳ ὀλοφυρόμενοι, καὶ στεναγμῶν ἐπιπέμποντες ῥήματα, οὐδὲ δακρύειν ἐπετρέποντο, κελεύσει τοῦ τῆς πόλεως ἐπάρχου Παλλαδίου, δεισιδαιμονεστάτου καὶ αὐτοῦ τυγχάνοντος. πολλοὶ γὰρ τῶν κλαιόντων, ἁρπαζόμενοι καὶ φυλακιζόμενοι πρότερον, εἶτα αἰκιζόμενοι, [3] ξαινόμενοι, βασανιζόμενοι, τοῖς Φεννησίοις καὶ Προικοννησίοις παρεδίδοντο μετάλλοις, ἄνθρωποι τῆς Ἐκκλησίας δι' ἔνθεον ζῆλον ὑπέρμαχοι. οἱ πλείους γὰρ ἦσαν μονάζοντες, ἔρημον οἰκοῦντες δι' ἄσκησιν· μεθ' ὧν εἴκοσι καὶ τριῶν τυγχανόντων, μικρὸν ὕστερον ὁ Διάκονος ὁ [4] παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν Δαμάσου τοῦ τῆς Ῥώμης Ἐπισκόπου, κομίσας ὁμοῦ παρακλητικὰ καὶ κοινωνικὰ γράμματα, ὀπίσω τὼ χεῖρε δεθεὶς, ὑπὸ δημίων δημοσίᾳ

verſo populo ante prætorium lamentante, ſententiam in eos profert, ut Alexandria excedentes, in urbem Phœnices Heliopolim migrent: in qua ne audire quidem nomen Chriſti ullus incolarum ſuſtinet. Sunt enim omnes ſimulacrorum cultores. Mox cum illos navigium conſcendere juſſiſſet, ipſe in portu ſtans: prope enim in publico lavacro ſententiam contra eos tulerat, ſtrictum gladium oſtentabat, ratus hoc facto ſe territurum eos, qui ancipiti gladio infeſtos dæmonas ſæpius vulneraverant. Sic igitur ſolvere eos jubet, nullo commeatu inſtructos, nihil prorſus habentes ſolatii ad exſilium perferendum: quodque mirandum & incredibile eſt, ſpumante mari, ac per hoc, ut arbitror, indignante, nec ſuſtinente, ut ita dicam, ut per horum virorum ſuſceptionem injuſti præcepti ſocius, ac particeps fieret. Demonſtrabat enim barbarum judicis propoſitum iis quoque, qui illud ignorabant.

VII. Vere igitur dici poteſt: obſtupuit cælum ob hoc facinus. Ingemuit enim univerſa civitas, & in hodiernum uſque diem luget. Et alii quidem pectus identidem manibus percutientes, ingentem ſonitum edebant. Alii manus ſimul atque oculos in cælum tollebant, vim conteſtantes, tantum non iſta dicentes: Audi cælum, auribus percipe terra, quam iniqua ſint quæ fiunt. Denique ejulatu plena erant omnia: næniæ ac lamentationes tota urbe reſonabant. Et fluvius quidam lacrymarum, mare ipſum inundatione ſua obtegens, cunctis repente effluxit. Itaque cum ſupra memoratus in litore ſtans, remigibus præciperet ut vela panderent: tunc promiſcuus ululatus virginum ac mulierum, ſenum ac juvenum, & lamenta acerbis lacrymis permixta; clamoreſque omnium ſimul juncti fremitum ventorum qui turbati maris fluctibus allidebantur, longe ſuperabant. Dum ſupradicti hoc modo navigarent Heliopolim, qua in urbe omnes ſunt idolorum cultores: ubi ſtudia atque inſtituta diaboli vigent ad voluptatem tendentia: ubi ferarum horrenda domicilia: montibus enim undique cingitur cælo ipſi contiguis: omnes poſthæc in media urbe publice & privatim ſinguli gementes & verba lugubria fundentes, ne flere quidem permiſſi ſunt, vetante id Palladio Præfecto urbis Alexandriæ, qui & ipſe dæmonum cultui erat addictiſſimus. Multi enim ex flentibus rapti, ac prius cuſtodiæ mancipati, deinde verberati, lacerati, torti, ad Phennenſia & Proconneſia metalla damnati ſunt, viri qui pro Eccleſiæ defenſione divino zelo incenſi pugnaverant. Plerique enim erant monachi, accuratioris ac diſtrictioris vitæ ſtudio ſolitudinem incolentes, tres ac viginti numero. Cum quibus paullo poſt diaconus quoque, qui a cariſſimo noſtro Damaſo epiſcopo urbis Romæ conſolatorias ſimul & communicatorias

1. Δὴ deeſt in cod. Regio.

2. Σωρὸν τοῖς κύμασι] Primam vocem Sirmundus in editione ſua delevit, ut ſuperfluam. Exſtat tamen in omnibus noſtris codicibus. Ego levi mutatione locum ita reſtituendum puto: αἱ τῶν ἁπάντων βοαὶ, τῆς ἐπαφριζούσης θαλάσσης τῶν προσρησσομένων ὀρῶν τοῖς κύμασι κτύπον ἐκάλυπτον, poſſet etiam ſcribi τῶν προσρησσομένων ἀνέμων. Sic enim ſupra locutus eſt Petrus de Magno comite largitionum κἂν προσρήσσῃς ὡς ἄνεμος βίαιος. Ceterum in codice Savilii, & in editione Baſilienſi ſcribitur τῷ κύματι. In Regio codice J. Pini ita ſcriptum inveni, τῆς ἐπαφριζούσης θαλάσσης. τὸν προσρησσόμενον χωρὸν τῷ κύματι κτύπον ἐκάλυπτον; unde quis ſuſpicari poſſit legendum eſſe τῆς ἐπαφριζούσης θαλάσσης, καὶ τῶν προσρησσομένων χωρῶν τῷ κύματι, &c. ut χωρῶν ſumatur pro ventis, quos Latini Coros vocant, de quibus Plinius in libro 12. Id eſt, *cunctorum clamores ſpumantis maris & ventorum fluctibus illiſorum ſtrepitum ſuperabant.*

3. Ξαινόμενοι] Baſilienſis editio, & cod. Reg. J. Pini, habet ξεόμενοι. Et paullo poſt, ubi legitur προικοννησίοις, ſcriptum habet προκοννησίοις, ut & codex Savilii. Utrumque tamen dici poteſt, ut teſtatur Auctor Etymologici.

4. Παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν Δαμάσου] Mortuo Athanaſio, cum Petrus in ejus locum ſucceſſiſſet, ſtatim literas Synodicas, ſeu communicatorias ſcripſit ad Damaſum Romanæ urbis Epiſcopum, quibus & ordinationem ſuam ei ſignificabat ex more, & perſecutiones Arianorum ac Gentilium, quibus vexabatur, narrabat. His literis reſpondens Damaſus literas communicatorias ſimul, & conſolatorias miſit ad Petrum per quemdam Diaconum urbis Romæ, ut teſtatur Petrus in hac epiſtola. Ex quo apparet, inter ordinationem Petri ac fugam, ſatis longum temporis ſpatium interceſſiſſe. Nec probabilis videtur Baronii ſententia, qui ordinationem, ac fugam Petri in eumdem annum contulit Chriſti ſcilicet 372. Quamquam Socrates mortem Athanaſii ac Petri ordinationem anno citius refert.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 375.

ἤγετο, ὥσπερ τὶς τῶν κακούργων περιβόητος. [1] ὃς φονέων βασάνοις ἐπέκεινα κοινωνήσας, λίθοις καὶ μολιβδῖσι κατ' αὐτῶν τῶν αὐχένων ἐπὶ πολὺ μαστιζόμενος ἐπέβαινε σκάφους ἐπὶ θαλάσσης παραπλησίως τοῖς ἄλλοις, τοῦ θείου σταυροῦ ἐπὶ μετώπου τὸ σημεῖον χαρακτηρίσας, οὐ τημελείας, οὐ θεραπείας τυχὼν, [2] τοῖς κατὰ Φέννης παρεδόθη μετάλλοις· ἔστι δὲ ταῦτα χαλκᾶ.

A literas attulerat, manibus post tergum revinctis, publice a carnificibus ductus est, non secus ac insignis quispiam maleficus; qui cum homicidarum tormentis, & adhuc acerbioribus cruciatus fuisset, lapidibus ac plumbatis cervice diu verberata, navigium in mari conscendit, sicut ceteri, divinæ crucis signo frontem suam consignans, omnique cura & solatio destitutus, ad æris metalla datus est quæ sunt in Phenne.

Ἔτι γοῦν βασανίζοντος τοῦ δικαστοῦ ἁπαλὰ παιδαρίων σώματα, [3] τινὲς μὲν παραυτὰ μεμενήκασιν, οὐδ' ὁσίας κοινωνήσαντες· γονέων καὶ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν, καὶ πάσης ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς πόλεως, μίαν αὐτοῖς αἰτούντων δοθῆναι τὴν ὑστάτην ταύτην παράκλησιν. ἀλλ' ὢ πολλῆς ἀπανθρωπίας τοῦ δικάζοντος, μᾶλλον δὲ τοῦ κατακρίνοντος. οἱ δι' εὐσέβειαν ἀθλήσαντες, φονεῦσι οὐ συνεκρίνοντο, ἄταφοι μένοντες τὰ σώματα· οἱ καλῶς ἀγωνιζόμενοι, θηρίοις καὶ πτηνοῖς πρὸς βορὰν ἐῤῥίπτοντο· οἱ συμπαθῆσαι βεβουλημένοι πατράσι διὰ τὴν συνείδησιν, τὴν κεφαλὴν ὡς παράνομα δράσαντες ἀπετέμνοντο. ποῖος νόμος Ῥωμαίων, ποία δὲ γνώμη βαρβάρων τοὺς πατράσι συμπαθοῦντας ἠμύνατο; ποῦ τίς τῶν παλαιῶν ποτε ἔδρασε τοιοῦτόν τι παράνομον; ἐκέλευσέ ποτε Φαραὼ ἀναιρεῖσθαι τῶν Ἑβραίων τὰ ἄῤῥενα. ἀλλὰ φθόνος καὶ δέος ὑπέβαλλε τοῦτο τὸ πρόσταγμα. πόσῳ τὰ τότε τῶν νῦν φιλανθρωπότερα; πόσῳ ποθεινὰ πρὸς αἵρεσιν ἀδικήματος; πόσῳ βελτίονα πρὸς σύγκρισιν ἀνομήματος, κἂν ἀλλήλων αἱ κακίαι μὴ χωρίζονται. ἄπιστα τὰ λεγόμενα, ἀπάνθρωπα καὶ δεινὰ, ὠμὰ καὶ βάρβαρα, ἀνηλεῆ καὶ πικρά.

VIII. Porro dum judex tenera puerorum corpora adhuc torqueret, quidam juxta ipsa cadavera remanserunt, ne exsequiarum quidem honore iis persoluto; cum parentes, fratres & cognati, tota denique, B ut ita dicam, civitas unum hoc extremum solatium sibi concedi flagitassent. Sed o summam judicantis, seu potius damnantis immanitatem! Qui pro pietate certaverant, cum homicidis non sunt judicati, insepultis corporibus jacentes. Qui strenue depugnaverant, feris ac volucribus laniandi objiciebantur. Qui cæterorum patribus compati propter conscientiam voluerant, perinde ac si grave facinus admisissent, capite truncabantur. Quæ lex Romana, quæ barbarorum sententia, in eos umquam animadvertit, qui parentibus condoluissent? Quis umquam ex veteribus tam iniquum facinus perpetravit? Jussit quondam Pharao, ut Hebræorum masculi necarentur. Sed invidia, ac metus hoc mandatum ei suggessе- C rat. Quanto ea quæ tunc gesta fuerunt, humaniora sunt iis quæ nunc cernimus? Quanto magis optabilia, si optio detur injuriæ? Quanto potiora, si conferatur iniquitas, tametsi vitia a se invicem sejungi non possint? Incredibilia sunt quæ dicuntur, immania & gravia; crudelia, & barbara; immitia atque acerba.

Ἀλλ' ἐν τούτοις ἐγαυρίων οἱ τῆς Ἀρείου μανίας ὑπήκοοι χορεύοντες. τῆς δὲ πόλεως πάσης ὀλοφυρομένης· οὐκ ἦν γὰρ οἰκία ἐν ᾗ οὐκ ἦν τεθνηκὼς, ὡς ἐν τῇ Ἐξόδῳ γέγραπται· οὐκ ἠρέμησαν πάλιν, οἱ τὴν ἕξιν ἀκόρεστον πρὸς παρανομίαν ἀσκήσαντες. ἐπὶ γὰρ τὰ χείρω τὴν προαίρεσιν γυμνάζοντες, μέχρι τῶν τῆς ἐπαρχίας Ἐπισκόπων τὸν ἴδιον τῆς κακίας ἰὸν ἐπεκτείναντες, δορυφόρῳ πρὸς ἀδικίας τῷ τῶν λαργιτιόνων χρώμενοι Κόμητι τῷ προειρημένῳ, τοὺς μὲν βουλευτηρίῳ παρέδοσαν, τοὺς δ' ἄλλους, ὃν ἠβούλοντο τρόπον ἐνήδρευον, πανταχόθεν πρὸς ἀσέβειαν τοὺς πάντας θηρεῦσαι βουλόμενοι, οὐδὲν ἀφέντες ἀτόλμητον. Ἀλλὰ γὰρ καὶ πάντα περιερχόμενοι κατὰ τὸν ἴδιον τῆς αἱρέσεως πατέρα διάβολον, ζητοῦσι τίνα καταπίωσι. καθ' ὅλου τοίνυν [4] παρὰ πάντων ἀπορούμενοι, ἕνδεκα τῶν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὸν ἀριθμὸν Ἐπισκόπων, ἄνδρας ἐκ παιδίου μέχρι γήρως τὴν ἔρημον ἀσκήσεως χάριν [5] οἰκήσαντας, καὶ λόγῳ καὶ πράξει τὰς ἡδονὰς ὑπο-

IX. His tamen oblectabantur, atque exsultabant Arianæ dementiæ sectatores. Cumque universa civitas lamentaretur: nulla enim erat domus, sicut in Exodo scriptum est, in qua non esset mortuus: ii tamen, quorum animus in omni scelere exercitatus nulla iniquitate satiari poterat, nequaquam D quievere. Propositum enim suum ad pejora semper acuentes, improbitatis suæ venenum usque ad episcopos provinciæ protulerunt, satellitem ac ministrum sceleris habentes Comitem largitionum, quem supra diximus, Magnum. Et alios quidem Curiæ tradiderunt: alios aliis modis pro arbitrio suo vexarunt: nihil intentatum relinquentes, dum cunctos undiquaque student ad impietatem pertrahere. Omnia enim circumeuntes, quemadmodum parens & auctor hæreseos ipsorum diabolus, quærunt quem devorent. Postremo cum eorum conatus ab omnibus repelleretur, episcopos Ægypti undecim numero; viros, qui ab ineunte ætate usque ad senectu-


1. Ος φονέων βασάνοις ἐπέκεινα κοινωνήσας] Interpretes hæc verba sic construunt, ut φονέων referatur ad ἐπέκεινα. Nam Camerarius ita vertit: *Qui magis quam ullus homicida tortus*. Nec aliter Christophorsonus, & Sirmundus. Verum si ita construxeris, quomodo ferri poterit hæc locutio κοινωνήσας βασάνοις? Quare magis placet versio Epiphanii, qui sic transtulit: *Et homicidarum verberibus coæquandus*. Vox igitur ἐπέκεινα transponenda est hoc modo, φονέων βασάνοις κοινωνήσας, ἐπέκεινα λίθοις, &c.

2. Τοῖς κατὰ φέννησον μετάλλοις]. In altero codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus, scriptum est καταφέννης una voce, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Malim tamen legere κατὰ φέννον. De his metallis Eusebius in libro de locis Hebraicis ita scribit, φινῶν ἣν κατῴκησεν Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς ἐρήμου· ἣν δὲ καὶ πόλις Ἐδώμ. αὕτη ἐστὶ Φαινῶν, ἔνθα τὰ μέταλλα τοῦ χαλκοῦ, μεταξὺ κειμένη πέτρας πόλεως, καὶ Ζοορῶν.

3. Τινὲς μὲν παρ' αὐτὰ μεμενήκασιν] Interpretes vocem τινὲς interpretati sunt de pueris, qui mortui remanserunt sepulturæ expertes. Malim tamen de officialibus Præsidis intelligere, qui custodes appositi erant cadaveribus mortuorum, ne quis ea sepulturæ mandaret.

4. Παρὰ πάντων ἀπορούμενοι] Epiphanius Scholasticus hæc E verba in interpretatione sua prætermisit. Camerarius autem ita vertit: *Sed cum omnino illos conatus erga cunctos sui frustrarentur*. Christophorsonus vero sic interpretatur: *Atqui cum in eo quod conabantur, ab omnibus se destitutos viderent*. Jacobus autem Sirmundus Camerarium secutus ita transtulit. *In universum ergo cum omnia frustra conarentur*. Ego vero scribendum puto ἀποκρουόμενοι, quam lectionem in versione mea secutus sum. Id autem optime convenit cum præcedentibus. Ait enim Petrus Arianos instar diaboli circumeuntes, quæsivisse, quem seducerent ac devorarent. Sed cum ab omnibus repellerentur, in aliquot Episcopos & Clericos iram suam vertisse, & rabiem effudisse.

5. Οἰκήσαντας] Post hoc verbum integram pericopen adjecimus ex variis lectionibus, quas Robertus Stephanus ad calcem editionis suæ descripsit ex altero codice Bibliothecæ Regiæ, quæ sic habet καὶ λόγῳ καὶ πράξει τὰς ἡδονὰς



τάξαντας, καὶ τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἀνεπαισχύντως κηρύττοντας, καὶ τὰ τῆς ἀσεβείας [1] γαλουχηθέντας δόγματα, καὶ νίκην πολλάκις κατὰ δαιμόνων ἐπάραντας, ἀρετῇ δυσωποῦντας τὸν ἀντίπαλον, καὶ τὴν Αρειανὴν σοφωτάτῳ λόγῳ στηλιτεύοντας αἵρεσιν, ὄργανον ὠμότητος τὸν προειρημένον ἔχοντες, ὑπερορίους πεποιήκασιν, ἐν οἰκουμένῃ παρὰ τῶν κυριοκτόνων Ιουδαίων πόλει, τοὔνομα Διοκαισαρείᾳ. καὶ ὅμως ὡς ὁ ᾅδης, ἐπὶ θανάτῳ τῶν ἀδελφῶν οὐκ ἐμπιπλάμενοι, ἁπανταχοῦ γῆς ἐτόλμησαν οἱ παράφρονες καὶ ἀβέλτεροι τῆς οἰκείας ὠμότητος καταλεῖψαι μνημόσυνα, ἐκ κακῶν ἔχειν τὸ γνώρισμα βουλόμενοι. ἰδοὺ γὰρ πάλιν κληρικοὺς τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐν Αντιοχείᾳ διατρίβοντας, ἅμα σπουδαίοις μονάζουσι, τὰ τῆς δραματουργίας αὐτῶν διαμαρτύρασθαι προθεμένους, βασιλικὰς ἠχήσαντες κατ' αὐτῶν ἀκοὰς, τὴν Νεοκαισάρειαν τοῦ Πόντου οἰκεῖν παρεσκεύασαν· οἳ τάχα καὶ τοῦ ζῆν ἐστερήθησαν, διὰ τὴν τῶν τόπων ἀγριότητα. Τοιαύτας ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἐδέξατο τραγῳδίας· σιγῆς μὲν καὶ λήθης ἀξίας, ἐν συγγράμμασι δὲ τιθεμένας εἰς ἔλεγχον τῶν κατὰ τοῦ μονογενοῦς κινησάντων τὰς γλώττας· οἳ τὴν τῆς βλασφημίας [2] εἰσδεξάμενοι λύτταν, οὐ μόνον τὸν τῶν ὅλων δεσπότην τοξεύειν ἐπιχειροῦσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν εὐσεβῶν αὐτοῦ θεραπόντων τὸν ἄσπονδον ἀνεδέξαντο πόλεμον.

A tem, districtioris vitæ gratia solitudinem incoluerant; qui ratione & actu voluptates corporis superaverant; qui piam fidem audacter prædicabant; qui pietatis doctrinam una cum nutricis lacte suxerant; qui victoriam de dæmonibus sæpe retulerant; qui sua virtute pudorem incutiebant adversario; qui denique Arianam hæresim sapientissima oratione convincebant ac denotabant, ministro crudelitatis suæ usi supra memorato Magno, Diocæsaream relegarunt, urbem quæ ab Judæis Domini interfectoribus colitur. Et tamen velut orcus, fratrum morte minime satiati, crudelitatis suæ monumenta dementes ac stulti ubique terrarum relinquere ausi sunt, famam ex malefactis consequi studen-
B tes. Ecce enim rursus ecclesiæ catholicæ clericos Antiochiæ degentes, qui una cum piis quibusdam monachis adversus fraudes eorum protestari decreverant, cum imperatoris aures variis contra illos criminationibus obtudissent, Neocæsaream Ponti relegari fecerunt. Qui nunc ipsa etiam vita forsitan privati sunt ob locorum asperitatem. Hujusmodi tragœdias tempus illud expertum est; silentio quidem & oblivione dignas, sed quæ litteris traditæ sunt, ad reprehensionem eorum qui adversus unigenitum Filium Dei linguas suas exacuerunt. Qui pestilenti blasphemiæ morbo correpti, non solum in Dominum universorum tela jacere conantur, sed & adversus pios ejus famulos implacabile bellum susceperunt.


ὑποτάξαντες. Ita certe in suo codice legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Viros pene ab infantia usque ad senectutem eremum incolentes, verboque superantes, & actu libidinem*. Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

1. Γαλουχηθέντας] γαλουχήσαντας Cod. Reg. J. Pini.

2. Εἰσδεξάμενοι νόσον] In manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est εἰσδεξάμενοι λύτταν, quomodo etiam legitur in codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus. Ita quoque in suo codice legerat Epiphanius, ut ex ejus interpretatione colligitur, quæ sic habet: *Hi namque rabie coarmati blasphemiæ*.



Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
375.



EJUSDEM PETRI II. EPISCOPI ALEXANDRINI

F R A G M E N T A

Epistolæ ad episcopos Ægyptios fidei caussa exsules.

Apud Facundum Hermianensem *lib.* iv. *cap.* II.

I.

Amor, quo circa vos in Christo gaudeo, non permisit patienter ferre: immo etiam scribens veluti non scribens sum, & iterum ad scribendum compellor. *Et infra*: Consiliatoribus igitur vobis in his quæ incurrunt utor: & quid oportet me facere sic semper perturbatum,[1] Timotheo diffamante se ipsum A Episcopum esse, ut per hoc confidentius injuriet, & paternas leges infringat? Voluit enim me anathematizare, & Basilium Cæsareæ, & Paullinum, & Epiphanium, & Diodorum episcopos, & soli Vitali communicare.

I I.

Ibid. *lib.* xi. *cap.* II.

Sine Deo quippe est, & in omnibus reprobus qui non confitetur integrum hominem salvasse adventu suo Salvatorem: & si totum salvat, totum adsumsit, non in adjutorium salvationis, sed ad totius salvationem. Nullus ergo pie se sapere existimans, infidelis magis exsistat. Si vero quærere studet, discat ex epistola quam ad Antiochenos beatæ memoriæ Episcopus Athanasius scribit, ubi omnia diligenter exponit: quam legere incipientes orthodoxi, & ita sapere & subscripsisse confirmant.

I I I.

Ibidem.

[a] *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula.* Heri quidem ante sæcula sempiternitatem significat: hodie autem terrenum sæculum: in sæcula vero, post transitum hujus vitæ. Jesus Christus autem, B qui juxta hominem salvatoris intelligitur, non est ipse: qui enim provectum ætatis suscepit, aliquando infans exsistens, & aliquando vir incipiens quasi annorum xxx. sicut ait Lucas, non potest ipse esse.

I V.

Ibidem.

Est Spiritus vitæ sanctus cum patre & filio in singulis prophetarum per generationes transiens, qui indicat quæ erunt & quæ fuerunt, habens oculos ante & post, hoc est, sicut diximus, scientiam futurorum atque præteritorum, quæ in Salomone narrat ex persona filii hominis ex Maria, & filii Dei verbi, quod ab initio erat apud patrem: & duas personas significans, de homine quidem ex Maria creato & plasmato, de illo vero, qui ante sæcula est sine principio, & æternæ nativitatis. Quoniam ergo verborum seductores, & non eruditi spiritu observantes errare faciant indoctos, dicentes, a quadringentis annis est operatio corporis Domini, & quomodo in eum quidam referunt quod dictum est, [b] *Dominus creavit me principium viarum suarum in opera ejus*, cum dicat scriptura, ante montes & colles, antes fontes, & ante sæculum generatum & creatum? Hæc dicentes a quibusdam laudari putantur, non dividentes quæ persona prophetico spiritu C de corpore Domini clamat, & quæ de æterna ejus a patre generatione docet.

a Hebr. xiii. 8. *b* Prov. viii. 22.


1. *Timotheo*] Apollinaris discipulo, de quo Damasus Papa in epistola ad Orientales: *Quid est cur abdicationem Timothei a me rursus requiratis, qui etiam hic judicio sedis Apostolicæ, Petro quoque Alexandriæ Episcopo præsente, abdicatus est una cum magistro suo Apollinare?* & in epistola Orientalium ad Rufum Thessalonicensem Episcopum in actis Synodi Ephesinæ. ὁ τρισμακάριος Δάμασος καθεῖλεν Ἀπολινάριον, καὶ Βιτάλιον, καὶ Τιμόθεον τοὺς αἱρετικούς. Citatur etiam in Ecloge Anastasii Polemon impius, Apollinarii discipulus, κατὰ Τιμοθέου συμμαθητοῦ αὐτοῦ.

[1]ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ ΚΑΝΟΝΙΚΑΙ

ΤΙΜΟΘΕΟΥ

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

Ἑνὸς τῶν ρν΄. πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθέντων, πρὸς τὰς προσενεχθείσας αὐτῷ ἐρωτήσεις περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.



RESPONSA CANONICA

TIMOTHEI

SANCTISSIMI EPISCOPI ALEXANDRINI,

Qui fuit unus ex CL. patribus Constantinopoli congregatis, ad interrogationes ei propositas de episcopis & clericis.

A

Ἐρώτησις.

ΕΑΝ παιδίον κατηχούμενον, ὡς ἐτῶν ἑπτὰ, ἢ ἄνθρωπος τέλειος ἐγκαιρήσῃ τῆς προσφορᾶς γινομένης, καὶ ἀγνοῶν μεταλάβῃ, τί ὀφείλει γίνεσθαι περὶ αὐτοῦ;

Interrogatio.

SI puellus catechumenus, utpote annorum septem, vel homo etiam perfectus dum fieret oblatio opportune adfuerit, ejusque nescius particeps factus sit, quid de eo fieri debet?

Ἀπόκρισις.

Φωτισθῆναι ὀφείλει· παρὰ Θεοῦ γὰρ κέκληται.

Responsio.

Debet illuminari: a Deo enim vocatus est.

ΒΑΛΣ. Ἠρωτήθη ὁ πατὴρ οὗτος, ὅτι ἐὰν παιδίον ἢ καὶ ἀνὴρ τέλειος ἐν κατηχουμένοις τεταγμένος, καὶ μήπω τοῦ ἁγίου τυχὼν βαπτίσματος, προσφορᾶς γινομένης, ἤτοι θυσίας μυστικῆς προσαγομένης, ἐγκαιρήσῃ, ἀντὶ τοῦ καιροῦ τύχῃ ἐπιτηδείου, καὶ μεταλάβῃ τῶν ἁγιασμάτων, ἀγνοῶν ὅτι οὐ δεῖ αὐτὸν μεταλαβεῖν πρὸ τοῦ βαπτίσματος, ἀλλ᾽ οὐχὶ καταφρονητικῶς διατεθέμενος, τί ὀφείλει γενέσθαι; καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι βαπτισθῆναι ὀφείλει. ἐπεὶ γὰρ ἀπονήρως προσῆλθε τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἁγίων δώρων, καὶ εὐκαιρίας ἔτυχε μὴ κωλυθεὶς ὑπό τινος, ἀγνοησάντων ἴσως τῶν παρόντων πιστῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ μεταδιδόντος, ὅτι κατηχούμενός ἐστι, δοκεῖ παρὰ τοῦ Θεοῦ προσκληθῆναι. καὶ ὅπερ ὁ ἅγιος ἀπόστολος Πέτρος ἔφη περὶ τοῦ Κορνηλίου καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, ὅτι κατηχουμένων ἐκείνων ἔπεσεν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐλάλουν γλώτταις, καὶ ἐμεγάλυνον τὸν Θεὸν, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν πράξεων γέγραπται, μή τι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους, οἳ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον ὡς καὶ ἡμεῖς; τοῦτο μονονουχὶ καὶ ὁ Τιμόθεος εἶπεν, ὅτι παρὰ Θεοῦ κληθεὶς, καὶ ἄξιος νομισθεὶς τῶν ἁγιασμάτων, φωτισθῆναι ὀφείλει.

BALS. Interrogatus est hic pater, an si puellus, vel etiam vir perfectus in ordine catechumenorum collocatus, & sanctum baptismum nondum affecu-
B tus, dum oblatio fieret, sive mysticum sacrificium offerretur, opportune adfuerit, hoc est, tempus idoneum assecutus fuerit, & sacramentorum particeps factus fuerit, ignorans se non debere participare antequam sit baptizatus, non tamen ea improbe contemnens, quid debet fieri? & respondit eum baptizari debere. Quia enim non malitiose ad sanctorum donorum communionem accessit, & opportunitate usus est ab aliquo non prohibitus; forte ignorantibus qui aderant fidelibus, & ipso etiam qui communionem impertiit, eum esse catechumenum: videtur a Deo esse vocatus. Et quod sanctus Apostolus Petrus dixit de Cornelio, & iis qui circa eum erant: quo tempore cum essent catechumeni
C Spiritus sanctus in eos cecidit, & loquebantur linguis, & Deum glorificabant, ut in Actorum libro scriptum est; Numquid aquam prohibuerit quispiam, quo minus ii baptizentur, qui sanctum Spiritum sicut nos acceperunt? hoc propemodum etiam dixit Timotheus, quod a Deo vocatus, & sacramentis dignus existimatus, debet illuminari.

1. Ἀποκρίσεις κανονικαὶ Τιμοθέου.] De hoc Timotheo Episcopo Alexandrino, Scholium quoddam in codice Amerbachiano habetur, his verbis conceptum, Ἰστέον, ὅτι μετὰ Διονύσιον τὸν μέγαν τεσσαρεσκαιδέκατον Ἀλεξανδρείας γενόμενον Ἐπίσκοπον, οἵδε ἐπεσκόπησαν, Θεωνᾶς, Μάξιμος, Πέτρος ἱερομάρτυς, Ἀχιλλᾶς, Ἀλέξανδρος, Ἀθανάσιος, Γρηγόριος Ἀρειανὸς ὁ καππαδόκης, Ἀθανάσιος πάλιν, Πέτρος ὁ παρὰ Οὐάλεντος περιορισθεὶς, Λούκιος Ἀρειανὸς, Πέτρος πάλιν· εἶτα Τιμόθεος οὗτος ὁ μέγας, ἀναχθεὶς μὲν ἐπὶ τὸν θρόνον κατὰ τὸ δ΄. ἔτος τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, παρὼν δὲ ἐν τῇ κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου συνόδῳ τῶν ρν΄. ἁγίων πατέρων. μετὰ δὲ ἑπταετίαν ἐξεδήμησε πρὸς κύριον, διάδοχον ἐσχηκὼς Θεόφιλον. *Sciendum est, quod post Dionysium magnum decimum quartum Alexandriæ Episcorum constitutum, Episcopalia munera obierunt Th[illegible], Ma[illegible], [illegible] sanctus martyr Achillas, Alexander, Ath[illegible], G[illegible] Arianus e Cappadocia, Athanasius [illegible]. [illegible] expulsus, Lucius Arianus, Petrus iterum; Postea m[illegible] hic Timotheus, ad thronum quidem quarto im[illegible] T[illegible] magni anno promotus; interfuit autem [illegible] Theodosii magni Synodo CL. sanctorum P[illegible] Macedonium Spiritus oppugnatorem congregatæ. post [illegible] tem ad Dominum migravit, successorem habens The[illegible].*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 380.

A

Ερώτησις.

Εάν δαιμονιζόμενος κατηχούμενος ᾖ, καὶ θελήσῃ αὐτὸς ἢ οἱ ἴδιοι αὐτοῦ, ἵνα λάβῃ τὸ ἅγιον βάπτισμα, ὀφείλει λαβεῖν ἢ οὔ, καὶ μάλιστα ἐὰν περὶ τὸν θάνατον ἐστίν;

Interrogatio.

Si catechumenus a dæmone corripiatur, & voluerit ipse vel sui, ut sanctum baptismum accipiat, debetne accipere an non, & maxime si morti propinquus fuerit?

Απόκρισις.

Εὰν ὁ δαιμονιζόμενος μὴ καθαρισθῇ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος, οὐ δύναται λαβεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα· περὶ δὲ τὴν ἔξοδον βαπτίζεται.

Responsio.

Si is, qui a dæmone corripitur, non fuerit ab immundo spiritu mundatus, non potest sanctum baptismum accipere; sed in exitu a vita baptizatur.

B

ΒΑΛΣ. Ο δαιμονιζόμενος εἶναι δοκεῖ οἰκητήριον δαίμονος. κρίνεται τοίνυν, ὡς εἰ μὴ ἄξιον αὐτοῦ τὸν ἄνθρωπον εὗρε τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα κατοικητήριον, οὐκ ἂν ᾤκησεν ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ βαπτιζόμενος, διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος δέχεται ἐνοικοῦσαν αὐτῷ. πῶς οὖν ἐν τ' αὐτῷ δυνατόν ἐστι τὸν αὐτὸν δύο ἐναντίων δεκτικὸν γενέσθαι; διὰ τοῦτο τὸν κατηχούμενον καὶ μὴ ἀπαλλαγέντα τοῦ ἐνοχλοῦντος αὐτὸν δαίμονος, οὐκ ἔκρινεν ὁ πατὴρ τοῦ θείου βαπτίσματος ἄξιον. εἰ δὲ καὶ τελευτᾷ, φησι, βαπτισθήσεται, ἵνα μὴ ἀμέτοχος τῆς χάριτος τοῦ βαπτίσματος, τοῦ βίου ἐξελθὼν, στερηθῇ τοιούτου ἐφοδίου, καὶ ἀσήμαντος ἀπέλθῃ.

Bals. Qui a dæmone corripitur, habitaculum dæmonis esse videtur. Judicatur enim, quod nisi immundus spiritus invenisset hominem ipsi idoneum habitaculum, in eo non habitasset. Qui autem baptizatur, per baptismum sancti Spiritus gratiam in se cohabitantem suscipit. Quomodo ergo fieri poterit, ut idem simul duo in se contraria suscipiat? & ideo catechumenum & a vexante eum dæmone non liberatum judicavit pater, non esse dignum sancto baptismate. Sin autem moriatur, inquit, baptizabitur: ne gratiæ baptismi expers, a vita excedendo, hoc viatico privetur, & non signatus recedat.

C

Ερώτησις.

Εάν πιστός τις ὢν δαιμονίζεται, ὀφείλει μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἢ οὔ;

Interrogatio.

Si quis, cum sit fidelis a dæmone corripiatur: debet ne esse sanctorum mysteriorum particeps, an non?

Απόκρισις.

Εάν μὴ ἐξαγορεύῃ τὸ μυστήριον, μήτε ἄλλως πως βλασφημῇ, μεταλαμβανέτω· μὴ μέντοι καθ' ἑκάστην. ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ κατὰ καιροὺς μόνον.

Responsio.

Si mysterium non enunciet, nec ullo alio modo blasphemet, sit particeps: sed non singulis diebus. Sufficit enim, si statis solum temporibus.

ΒΑΛΣ. Ο Ιούδας ἐξαγορεῦσαι λέγεται τὸ μυστήριον, ὡς ἃ ἐδιδάχθη παρὰ κυρίου ἐκκαλύψας τοῖς Ιουδαίοις, οἷα διαπιστῶν αὐτοῖς, καὶ μηδὲ τῷ ταῦτα διδάσκοντι ὡς Θεῷ προσέχων, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ. ὁ δὲ δαιμονιζόμενος, εἰ μὲν διόλου μαίνεται, οὔτε τῶν ἁγιασμάτων ἀξιωθήσεται, οὔτε τὸ μυστήριον ἐξαγορεύων καὶ βλασφημῶν κατακριθήσεται, ὡς μὴ εἰδὼς ὃ ποιεῖ. εἰ δὲ διαλείμματα ἔχει, καὶ ἐν τῷ καιρῷ, ᾧ σωφρονεῖ, διασύρει τὸ μυστήριον καὶ βλασφημεῖ, οὐ μόνον τῶν ἁγιασμάτων οὐ μεθέξει, ἀλλ' οὐδὲ πιστοῖς συνεύξεται ἢ συναριθμήσεται. ὥστε ὁ θεῖος οὗτος πατὴρ περὶ δαιμονιζομένου καὶ διαλείμματα ἔχοντος λέγει. ἐὰν οὖν, ὅτε οὐκ ἐνεργεῖται ὑπὸ τοῦ δαίμονος, οὐδὲν κατὰ τῆς πίστεως λέγῃ, μεταλήψεται τῶν ἁγιασμάτων.

D

Bals. Judas dicitur mysterium enunciasse, ut qui, quæ a Domino doctus est, Judæis revelaverit ceu eis non credens, & non docenti illa tamquam Deo mentem adhibens, sed ut nudo homini. Qui autem a dæmone corripitur, si perpetuo quidem furit, nec sacramentis dignus habebitur, nec mysterium enuncians & blasphemans condemnabitur, ut qui nesciat quid agat. Sin autem habet intervallā, & in tempore, quo est sanæ mentis, in mysterium invehitur & blasphemat; non solum non erit sacramentorum particeps, sed nec cum fidelibus simul precabitur vel connumerabitur. Quare divinus hic pater de dæmoniaco, qui habet intervalla, dicit, Si ergo, quando a dæmone non agitatur nihil contra fidem dixerit, erit sacramentorum particeps.

E

Ερώτησις.

Εάν τις κατηχούμενος, ὢν ἀσθενὴς, γένηται ἐκ φρενός, καὶ μὴ δύνηται ἑαυτὸς ὁμολογῆσαι τὴν πίστιν, καὶ παρακαλῶσιν οἱ ἴδιοι αὐτοῦ, ἵνα λάβῃ τὸ ἅγιον βάπτισμα, ἕως ζῇ, ὀφείλει λαβεῖν, ἢ οὔ;

Interrogatio.

Si quis catechumenus, cum esset infirmus, emotæ mentis factus sit, nec possit ipse fidem confiteri, suique suadeant, ut donec vivit sanctum baptismum accipiat, debetne accipere, an non?

Απόκρισις.

Οφείλει λαβεῖν, ἐὰν μὴ ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου πειράζηται.

Responsio.

Debet accipere, si non ab immundo spiritu tentetur.

ΒΑΛΣ. Η ἐρώτησις ἦν περὶ κατηχουμένου καὶ ἐκ νόσου ἔξω φρενῶν γενομένου, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτὸν ἐρωτώμενον τὰς ἐν τῷ βαπτίσματι ἀποκρίσεις ἀποκρίνεσθαι, εἰ δεῖ τοῦτον βαπτίζεσθαι; ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι δεῖ βαπτίζεσθαι αὐτὸν καὶ οὕτως ἔχοντα,

Bals. Interrogatio erat de catechumeno, qui propter morbum emotæ mentis est, ut non posset interrogatus quæ in baptismo respondentur respondere, an eum baptizare oporteat? Responsio autem est, quod oportet eum qui ita se habet baptizari,

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.

καὶ εἰκότως. ἐπεὶ γὰρ κατηχούμενος ὢν ἔδειξε προαίρεσιν, ὅτι ἀσπάζεται τὴν πίστιν, καὶ κἂν μὴ ἐν τῷ βαπτίσματι ἀποκρίνηται, ἔφθασε δεῖξαι τὴν οἰκείαν προαίρεσιν, εἰ δὲ ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου πειράζεται, οὐ βαπτισθήσεται, φησὶν, ἀλλὰ γενήσεται αὐτῷ, καθὼς ἄνωθεν εἴρηται.

A & merito; quia quod est catechumenus videtur eo se esse animo ostendisse, ut fidem amplectatur, & quamvis in baptismate non respondeat; prius tamen animi sui institutum ostendit. Sin autem ab immundo spiritu tentetur, non baptizabitur, inquit; sed fiet ei, sicut superius dictum est.

Ερώτησις.

Interrogatio.

Ἐὰν γυνὴ συγγένηται μετὰ ἀνδρὸς αὐτῆς τὴν νύκτα, ἢ ἀνὴρ μετὰ γυναικὸς, καὶ γένηται μίξις, ὀφείλουσι μεταλαβεῖν, ἢ οὔ;

Si uxor cum suo marito noctu cohabitarit, vel maritus cum uxore, & fiat coitio, debentne communicare, an non?

Απόκρισις.

Responsio.

B

Οὐκ ὀφείλουσι, τοῦ ἀποστόλου βοῶντος, μὴ ἀποστερῆτε ἀλλήλους, εἰ μή τοι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε, ἵνα μὴ πειράσῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν.

Non debent, cum clamet Apostolus, Ne fraudate vos invicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi; & rursus, ad idem conveniatis, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram.

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἐννόμως συνοικαζομένων ἡ ἐρώτησις, εἰ ὀφείλουσι μεταλαβεῖν κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην συνελθόντες ἀλλήλοις; ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι οὐκ ὀφείλουσι. καὶ εἰς σύστασιν τοῦ οἰκείου λόγου τοῖς ῥήμασιν ἐχρήσατο τοῦ μεγάλου Παύλου.

Bals. De iis qui legitime cohabitant est interrogatio, an debent nocte illa simul congressi esse sacramentorum participes? Responsio vero est, quod non debent; & ad dicti sui confirmationem magni Paulli verbis usus est.

Ερώτησις.

Interrogatio.

C

Ἐὰν γυνὴ κατηχουμένη δέδωκε τὸ ὄνομα αὐτῆς, ἵνα φωτισθῇ, καὶ περὶ τὴν ἡμέραν τοῦ βαπτίσματος γέγονεν αὐτῇ τὸ κατ᾽ ἔθος τῶν γυναικῶν, ὀφείλει φωτισθῆναι αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἢ ὑπερθέσθαι, καὶ πόσον ὑπερθέσθαι.

Si mulier catechumena dederit nomen suum, ut baptizaretur, & die baptismatis illi sit secundum consuetudinem mulierum; debetne eo die baptizari, an differre, & quantum differre?

Απόκρισις.

Responsio.

Ὑπερθέσθαι ὀφείλει ἕως οὗ καθαρισθῇ.

Debet differre donec purgata fuerit.

Ερώτησις.

Interrogatio.

Ἐὰν γυνὴ ἴδῃ τὸ κατ᾽ ἔθος τῶν γυναικείων αὐτῆς, ὀφείλει προσέρχεσθαι τοῖς μυστηρίοις αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἢ οὔ;

Si mulier consueta sibi muliebria accidisse viderit, D *debetne ad sancta mysteria accedere, an non?*

Απόκρισις.

Responsio.

Οὐκ ὀφείλει ἕως οὗ καθαρισθῇ.

Non debet usque dum purgetur.

ΒΑΛΣ. Οἱ μέλλοντες καταξιοῦσθαι τοῦ θείου βαπτίσματος ἀπεγράφοντο παρὰ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐνεργούντων. ἐὰν οὖν γυνὴ, φησιν, ἀπογραφεῖσα, ὡς μέλλουσα βαπτισθῆναι, γένηται ἐν ῥύσει τῶν ἐμμηνίων, πότε δεῖ αὐτὴν φωτισθῆναι; καὶ ἀπεκρίθη πρὸς τοῦτο ὁ θεῖος οὗτος πατὴρ, ὅτι ὅτε καθαρθῇ. ἕως γὰρ αἱ νενομισμέναι παρέλθωσιν ἡμέραι ἐν ἀκαθαρσίᾳ κρίνεται εἶναι, καὶ οὔτε βαπτισθήσεται, οὔτε τῶν θείων μυστηρίων ἀξιωθήσεται.

Bals. Qui divino baptismate digni erant habendi describebantur ab iis, qui munus ecclesiasticum exercebant. Si ergo, inquit, descripta mulier, tamquam baptizanda, in fluxum menstruorum inciderit, quando debet baptizari? Ad quod divinus hic pater respondit; quod quando purgata fuerit. Donec enim præstituti dies præterierint, impura esse E judicabitur, & nec baptizabitur, nec divinis mysteriis digna habebitur.

Ερώτησις.

Interrogatio.

Γυνὴ ἐὰν γεννήσῃ, τὸ Πάσχα ὀφείλει νηστεῦσαι καὶ μὴ πιεῖν οἶνον, ἢ ἀπολύεται τῆς νηστείας καὶ τοῦ μὴ πιεῖν οἶνον διὰ τὸ γεννῆσαι;

Mulier si pepererit, debetne jejunare Pascha, & vinum non bibere: an a jejunio absolvitur, & vinum bibere permittitur, eo quod pepererit?

Απόκρισις.

Responsio.

Ἡ νηστεία ἐπενοήθη διὰ τὸ σῶμα ταπεινῶσαι. εἰ οὖν τὸ σῶμα ἐν ταπεινώσει ἐστὶ καὶ ἀσθενείᾳ, ὀφείλει καταλαβεῖν καθὼς βούλεται καὶ δύναται βαστάσαι τροφῆς καὶ ποτοῦ.

Excogitatum est jejunium, ut corpus humile reddatur. Si ergo corpus in humilitate & imbecillitate versatur, debet cibi & potus quantum vult & potest esse particeps.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



ΒΑΛΣ. Ηρωτήθη, εἰ ὀφείλει γυνὴ τεκοῦσα κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα πιεῖν οἶνον, καὶ τῆς νηστείας λυθῆναι; καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι ἡ νηστεία διὰ ταπείνωσιν τοῦ σώματος ὡρίσθη. ἐὰν δὲ τὸ σῶμα τεταπεινωμένον καὶ ἀσθενὲς ᾖ, ἄλλοθεν οὐ δεῖται τῆς ἐκ τῆς νηστείας παιδαγωγίας, ἀλλὰ μᾶλλον συστάσεως χρήζει καὶ ἀνακτήσεως. ὀφείλει οὖν ἡ τεκοῦσα κατὰ τὸ Πάσχα, ἤγουν ἐν τῇ διὰ τὸ Πάσχα γινομένῃ νηστείᾳ, καὶ οἴνῳ χρήσασθαι καὶ βρώματι.

A Bals. Interrogatus est ſanctus, an debet mulier, quæ in Paſchæ quadrageſima peperit, bibere vinum, & a jejunio abſolvi? Et reſpondit, quod jejunium ad corpus humiliandum decretum eſt. Quod ſi corpus humiliatum fuerit, & infirmum, non aliunde jejunii diſciplina indiget; ſed confirmatione potius & recreatione opus habet. Debet ergo, quæ peperit in paſchate, hoc eſt, in jejunio quod fit propter paſcha, uti & vino & cibo.

Ερώτησις.

Interrogatio.

Εἰ ὀφείλει κληρικὸς εὔχεσθαι παρόντων Αρρειανῶν, ἢ ἄλλων αἱρετικῶν· εἰ οὐδὲν αὐτὸν βλάπτει, ὅταν αὐτὸς ποιῇ τὴν εὐχὴν ἤγουν τὴν προσφοράν;

An debet clericus, præſentibus Arrianis, vel aliis hæreticis, orare; & an eum nihil lædit quando ille
B *facit orationem, ſeu oblationem?*

Απόκρισις.

Reſponſio.

Εν τῇ θείᾳ ἀναφορᾷ ὁ διάκονος προσφωνεῖ πρὸ τοῦ ἀσπασμοῦ, οἱ ἀκοινώνητοι περιπατήσατε. οὐκ ὀφείλουσιν οὖν παρεῖναι, εἰ μὴ ἂν ἐπαγγέλλωνται μετανοεῖν καὶ ἐκφεύγειν τὴν αἵρεσιν.

In divina oblatione Diaconus ante ſalutationem edicit; Qui non communicatis, ambulate. Non debent ergo intereſſe, niſi profiteantur ſe pœnitentiam acturos, & hæreſin vitaturos.

ΒΑΛΣ. Η ἐρώτησις περὶ κληρικοῦ, εἰ ὀφείλει εὔχεσθαι παρόντων αἱρετικῶν, ἤγουν προσφέρειν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν. καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι μέλλουσι προσάγεσθαι τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ ἅγια, λέγεται τοῖς ἀμυήτοις, οἱ ἀκοινώνητοι περιπατήσατε, ἤγουν οἱ κατηχούμενοι προσέλθετε. εἰ οὖν οἱ κατηχούμενοι οὐκ ἐῶνται παρεῖναι τελουμένης τῆς θυσίας, πῶς αἱρετικοὶ ἐαθήσονται; εἰ μήπου ἐπαγγέλλωνται, φησὶ, μετανοεῖν καὶ ἀφίστασθαι τῆς αἱρέσεως· καὶ τότε δὲ οἶμαι, οὐκ ἐντὸς τοῦ ναοῦ παραχωρηθήσονται εἶναι, ἀλλ' ἔξω μετὰ τῶν κατηχουμένων· ὡς εἰ μὴ ἐπαγγέλλονται ἀφίστασθαι τῆς αἱρέσεως, οὐδὲ τοῖς κατηχουμένοις συστήσονται, ἀλλ' ἐκδιωχθήσονται.

Bals. Interrogatio de Clerico facta eſt; an debet præſentibus hæreticis orare, aut incruentum ſacrificium offerre: & reſpondit, quod quando ad ſacram menſam ſancta offerenda ſunt, dicitur prophanis, qui non communicatis ambulate, ſive catechumeni exite. Si ergo catechumeni non ſinuntur adeſſe dum fit ſacrificium, quomodo ſinentur hæretici? Niſi ſe, inquit, pœnitentiam acturos conſiteantur, & ab hæreſi ceſſaturos; & tunc quoque, ut exiſtimo, intra templum eſſe non ſinentur, ſed foris cum catechumenis: quod ſi ſe ab hæreſi abſtenturos non profiteantur, ne cum catechumenis quidem conſiſtent, ſed expellentur.

Ερώτησις.

Interrogatio.

Εάν τις ᾖ ἀσθενῶν καὶ ἐκτακεὶς πάνυ ἀπὸ τῆς πολλῆς ἀσθενείας, καὶ ἔλθῃ τὸ ἅγιον Πάσχα, πάντως ὀφείλει νηστεῦσαι, ἢ ἀπολύει αὐτὸν ὁ κληρικὸς λαμβάνειν, ὃ δύναται, ἢ καὶ ἔλαιον καὶ οἶνον, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀσθένειαν;

Si quis ſit ægrotus, & ex multa imbecillitate valde attenuatus, & ad ſanctum Paſcha venerit; debetne omnino jejunare, an eum abſolvit Clericus, ut
D *accipiat quod poteſt, vel etiam oleum & vinum, propter multam ejus imbecillitatem?*

Απόκρισις.

Reſponſio.

Απολύεσθαι ὀφείλει μεταλαμβάνειν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τοῦ ποτοῦ ὁ ἀσθενῶν, πρὸς ὃ δύναται βαστάσαι. τὸ γὰρ μεταλαμβάνειν ἐλαίου τὸν ἅπαξ ἐκτακέντα δίκαιόν ἐστιν.

Abſolvi debet ægrotus, ut cibum & potum capiat, quantum ferre poteſt. Eum enim, qui ſemel attenuatus eſt, eſſe olei participem æquum eſt.

ΒΑΛΣ. Περὶ νοσοῦντος καὶ ἐκτακέντος ὑπὸ τῆς νόσου ἡ ἐρώτησις, εἰ ὀφείλει ἐν τῇ διὰ τὸ Πάσχα νηστείᾳ πάντως νηστεῦσαι, ἀντὶ τοῦ ἀπαραιτήτως, ἀσυμπαθῶς, ἢ μετασχεῖν οἴνου καὶ ἐλαίου διὰ τὴν ἀσθένειαν; ἡ δὲ ἀπόκρισις λέγει, ὅτι τὸν ἐκτακέντα ἐκ νόσου δίκαιον καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου μεταλαμβάνειν, ὡς δύναται ὑπομεῖναι, ἤγουν, ἢ διόλου, ἢ ἐν ἡμέραις τισὶ κατὰ τὴν κρίσιν τοῦ οἰκονομοῦντος αὐτόν. σημειωτέον οὖν ἐκ τούτου τοῦ κανόνος καὶ ἐκ τοῦ η. ὅτι ἡ νηστεία τῆς τεσσαρακοστῆς τοῦ Πάσχα ξηροφαγία ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ οἴνου ἀποχή. τινὲς δὲ καὶ ἐν ἀμφοῖν τοῖς κανόσι τούτοις, τὴν ἐν τῷ Πάσχα νηστείαν, τὴν τῶν ἁγίων παθῶν ἑβδομάδα λέγουσιν εἶναι, καὶ οὐ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστήν.

Bals. De eo, qui ægrotat, & morbo conſumtus eſt, fit interrogatio; debetne in jejunio propter Paſcha omnino jejunare, hoc eſt, inexcuſabiliter & abſque ulla commiſeratione, an vinum & oleum ſumere propter imbecillitatem? Reſponſio autem di-
E cit, quod is, qui morbo conſumtus eſt, capere debet vinum & oleum, quantum ferre poteſt; perpetuo ſcilicet, vel in aliquibus diebus, ſecundum judicium ejus qui illum diſpenſat. Nota autem ex hoc canone & viii. quod jejunium Quadrageſimæ Paſchæ eſt aridorum eſus, & a vino abſtinentia. Nonnulli autem dicunt, in utriſque his canonibus jejunium in Paſchate eſſe ſanctæ paſſionis hebdomadam, & non omnem Quadrageſimam.


Ερώτησις.

Interrogatio.

Εἰς τὸ ζεῦξαι γάμον ἐὰν καλέσῃ τις κληρικὸν, ἀκούσῃ δὲ τὸν γάμον παράνομον, ἢ θειογαμίαν, ἤγουν ἀδελφὴν τελευτησάσης γυναικὸς τὴν μέλλουσαν ζεύγνυσθαι, εἰ ὀφείλει ἀκολουθῆσαι ὁ κληρικὸς, ἢ προσφορὰν ποιῆσαι;

Si quis Clericum vocaverit, ut matrimonio conjungat, audiat autem eſſe illicitum matrimonium, utpote vel amitæ conjugium, vel defunctæ uxoris eſſe ſororem eam, quæ eſt matrimonio conjungenda; debetne ſequi Clericus, vel facere oblationem?

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
380.



Ἀπόκρισις.

A

Ἅπαξ εἴπατε, ἐὰν ἀκούσῃ ὁ κληρικὸς τὸν γάμον παράνομον, εἰ οὖν ὁ γάμος παράνομός ἐστιν, οὐκ ὀφείλει ὁ κληρικὸς κοινωνεῖν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις.

ΒΑΛΣ. Τοὺς κληρικοὺς δεῖ, φησι, καλουμένους εἰς τελετὴν γάμων, ὥστε εὔξασθαι καὶ συζεῦξαι τοὺς νυμφευομένους, εἰ ἀκούσουσι παράνομον εἶναι τὸν γάμον, μὴ ἀπέρχεσθαι, μήτε εὔχεσθαι, μήτε προσφέρειν, καὶ οὕτω κοινωνεῖν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις.

Ἐρώτησις.

B Ἐὰν ὀνειρασθεὶς ὁ λαϊκὸς ἐρωτήσῃ κληρικὸν, εἰ ὀφείλει ἐπιτρέψαι αὐτῷ κοινωνῆσαι, ἢ οὔ;

Ἀπόκρισις.

Εἰ μὲν ὑπόκειται ἐπιθυμία γυναικὸς, οὐκ ὀφείλει· εἰ δὲ ὁ σατανᾶς πειράζει αὐτὸν, ἵνα διὰ τῆς προφάσεως ταύτης ἀλλοτριῶται τῆς κοινωνίας τῶν θείων μυστηρίων, ὀφείλει κοινωνῆσαι. ἐπεὶ οὐ παύσεται ὁ πειράζων κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὅτε ὀφείλει κοινωνεῖν, ἐπιτιθέμενος αὐτῷ.

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἐν ὀνείροις φανταζομένων, οἷς καὶ σπέρματος ἴσως γίνεται ἐκροὴ, φησὶν ὁ πατὴρ οὗτος, ὅτι εἰ μὲν πρὸ τούτου προσέβαλλε τῷ ὀνειρασθέντι ἐπιθυμίας γυναικὸς λογισμὸς, καὶ ἐνέμεινεν C ὁ νοῦς ἐπὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ἐνεφιλοχώρησε ταύτῃ, κἀντεῦθεν ἡ φαντασία, ἐπῆλθε ἡ ῥύσις τοῦ σπέρματος, οὐκ ὀφείλει μεταλαβεῖν. καὶ εἰκότως· ἡ γὰρ συγκατάθεσις ἐμόλυνε τὸν λογισμὸν τοῦ ὀνειρασθέντος. καὶ πῶς μετὰ τοιούτου λογισμοῦ προσελεύσεται τοῖς ἁγίοις; εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον προηγήσατο, τοῦ διαβόλου, φησὶν, ἐστὶ πεῖρα, ἵνα οὕτως ἀποξενῶται αὐτὸν τῆς θείας κοινωνίας· καὶ δεῖ αὐτὸν κοινωνεῖν. εἰ γὰρ ἴδῃ ὁ πονηρὸς οὕτω κατορθούμενον τὸ μὴ μετέχειν αὐτὸν τῶν ἁγιασμάτων, οὐ παύσεται ἐπιβουλεύων τῷ ἀνθρώπῳ, ὁσάκις ἂν γνῷ αὐτὸν θέλοντα μεταλαβεῖν.

Ἐρώτησις.

D Τοῖς ζευγνυμένοις εἰς γάμου κοινωνίαν, περὶ ποίων ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος παρατίθεσθαι χρὴ ἀπέχεσθαι τῆς πρὸς ἀλλήλους κοινωνίας, καὶ ποίας ἔχειν ἐπ' ἐξουσίας;

Ἀπόκρισις.

Προείρηκα καὶ νῦν λέγω· ὁ ἀπόστολος λέγει, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μήτι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. ἐξ ἀνάγκης δὲ τὸ σάββατον καὶ τὴν κυριακὴν ἀπέχεσθαι δεῖ, διὰ τὸ ἐν αὐταῖς τὴν πνευματικὴν θυσίαν ἀναφέρεσθαι τῷ κυρίῳ.

Ἐρώτησις.

E Ἐάν τις μὴ ἔχων ἑαυτὸν χειρίσηται, ἢ κρημνίσῃ ἑαυτὸν, εἰ γίνεται προσφορὰ, ἢ οὔ;

Ἀπόκρισις.

Ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ διακρῖναι ὀφείλει ὁ κληρικὸς, τὸ ἀληθὲς ἐκφρενὴς ὢν πεποίηκε τοῦτο. πολλάκις γὰρ οἱ διαφέροντες τῷ πεπονθότι, θέλοντες τυχεῖν τῆς προσφορᾶς καὶ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ εὐχῆς, καταψεύδονται, καὶ λέγουσιν ὅτι οὐκ εἶχεν ἑαυτόν· ἐνίοτε δὲ ἀπὸ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἢ ἄλλως πως ἀπὸ ὀλιγωρίας πεποιηκέναι τοῦτο. οὐ χρὴ προσφορὰν ἐκείνῳ αὐτῷ γενέσθαι· αὐτοφονευτὴς γὰρ ἑαυτοῦ ἐστι. δεῖ οὖν πάντως τὸν κληρικὸν μετὰ ἀκριβείας ἐρευνῆσαι, ἵνα μὴ ὑπὸ κρίμα πέσῃ.

ΒΑΛΣ. Ἐρωτηθεὶς ὡς εἰ μὴ ἔχων τις ὑγιᾶ τὸν λογισμὸν, ἀλλὰ παρατραπεὶς τὰς φρένας, αὐτόχειρ

Responsio.

Uno verbo dicite; Si audiverit Clericus illicitum matrimonium. Si ergo est illicitum matrimonium, non debet Clericus alienis peccatis communicare.

Bals. Oportet, inquit, Clericos, qui ad matrimonii mysterium celebrandum vocantur, ut orent & sponsos conjungant, si audiverint esse illicitum matrimonium, nec abire, nec orare, nec offerre, & sic alienis peccatis communicare.

Interrogatio.

Si laicus, qui somniavit, Clericum interrogaverit an debet ei permittere communicare, an non?

Responsio.

Si subest quidem mulieris desiderium, non debet: Sin autem tentat eum Satanas, ut per hanc occasionem a divinorum mysteriorum communione alienetur, debet communicare. Neque enim cessabit tentator eo tempore, quando debet communicare, illum invadere.

Bals. De iis, quibus visa se in somniis offerunt, quibus etiam fit fortasse fluxus seminis, dicit hic pater; quod si mulieris desiderium in eo qui somniat, cogitatio antea accenderit, & mens in desiderio perstiterit, eique assensus est, & ex eo illi visio oblata est, & fluxio seminis est consecuta, non debet communicare. Et merito; Assensio enim ejus, qui somniavit, mentem polluit; & quomodo cum hac cogitatione ad sancta accedet? Sin autem nihil tale præcessit, est diaboli, inquit, tentatio; ut sic eum alienet a divina communione: & oportet eum communicare. Si enim sciverit malus se per somnium efficere, ne sit sacramenti particeps; non cessabit homini insidiari, quoties eum velle communicare cognoverit.

Interrogatio.

Iis, qui matrimonii societate junguntur, in quibusnam septimanæ diebus proponere oportet, ut a mutuo congressu abstineant, & quibusnam potestatem habeant?

Responsio.

Quod ante dixi, nunc quoque dico. Dicit apostolus; Ne fraudate vos invicem, nisi forte ex consensu ad tempus; ut vacetis orationi; & rursus ad idem conveniatis, ne vos tentet Satanas propter incontinentiam vestram. Necessario autem sabbato & die dominico abstinere oportet, quod spirituale sacrificium in eis Domino offeratur.

Interrogatio.


Si quis, cum sui compos non esset, sibi manum attulerit, vel etiam se præcipitaverit, fit ne oblatio, an non?

Responsio.

Hoc debet clericus discernere, an cum revera mentis compos non esset, hoc fecerit. Sæpe enim ii, qui ad eum cui hoc accidit pertinent, volentes assequi oblationem & orationem pro ipso, mentiuntur, & dicunt eum non fuisse apud se: nonnumquam autem propter insultationem hominum, vel aliquo alio modo per negligentiam hoc fecisse. Pro hujusmodi oblatio non est facienda: est enim sui homicida. Oportet ergo Clericum accurate sciscitari, ne in judicium incidat.

Bals. Interrogatus sanctus, si is, qui non est sanæ mentis, sed emotæ, sibi mortem consciverit,

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



γένηται ἑαυτοῦ, ἢ κατακρημνοῦ ὠθήσει ἑαυτὸν, ἐὰν χρὴ ὑπὲρ αὐτοῦ εὐχὴν γενέσθαι ἢ προσφοράν; εἶπεν, ὅτι ἐὰν ἀληθῶς ἔξω φρενῶν γενόμενος ὁ ἄνθρωπος, καὶ μὴ εἰδὼς ὃ ποιεῖ, διεχειρίσατο ἑαυτὸν ἢ ἐκρήμνισεν ἢ ἄλλως διέφθειρε, γενήσεται ὑπὲρ αὐτοῦ δέησις καὶ προσφορά. δεῖ δὲ τοὺς εἰς εὐχὴν προσκαλουμένους ἀκριβοῦσθαι περὶ τούτου, μήποτε ἢ ἐκ μικροψυχίας ἢ ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἢ ἄλλως πως, ἑκὼν καὶ εἰδὼς ὃ ποιεῖ, διεχειρίσατο ἑαυτόν. ὑπὲρ γὰρ τοῦ τοιούτου οὐ δεῖ, οὔτε εὔχεσθαι, οὔτε προσφέρειν, ὅτι αὐτοφονευτής ἐστι.

A vel se deorsum præcipitem dederit; an pro eo facienda sit oratio vel oblatio? dixit, quod si homo quidem revera emotæ mentis, & nesciens quid ageret, sibi manum attulerit, vel se præcipitaverit, vel aliquo modo interemerit; fiet pro eo oblatio & oratio. Oportet autem eos, qui ad orationem evocantur, subtiliter investigare; numquid vel propter animi timiditatem, vel hominum insultationem, vel aliquo alio modo, prudens ac sciens quid ageret, sibi manum attulerit. Pro tali enim nec orare nec offerre oportet, quoniam sui homicida est.

Ἐρώτησις.

Ἐάν τινος γυνὴ πνευματιᾷ, ὥστε καὶ σίδηρα φορεῖν, ὁ δὲ ἀνὴρ λέγει, ὅτι οὐ δύναμαι ἐγκρατεύεσθαι, καὶ θέλει λαβεῖν ἄλλην, ὀφείλει λαβεῖν ἑτέραν, ἢ οὔ;

Interrogatio.

B *Si alicujus uxor spiritu corripitur, ut ferreos etiam compedes gestet, vir autem dicat, non possum continere, & velit aliam accipere; debet ne aliam accipere an non?*

Ἀπόκρισις.

Μοιχεία μεταλαβεῖ τῷ πράγματι, καὶ περὶ τούτου τί ἀποκρίνεσθαι οὐκ ἔχω ἢ ἐφευρίσκω.

Responsio.

In hac re quidem adulterium intercedit, nec habeo, aut invenio quid de ea respondeam.

ΒΑΛΣ. Περὶ ἀνδρὸς ἡ ἐρώτησις ἔχοντος γυναῖκα πνευματιῶσαν, ἤγουν πνεύματι πονηρῷ συνεχομένην, καὶ οὕτως μαινομένην, ὡς καὶ σιδήροις δεσμεῖσθαι, ἵνα μὴ ἑαυτὴν ἀπολέσῃ ἢ ἑτέρους βλάψῃ, ἢ συνελθεῖν αὐτὸν ἀδύνατον, καὶ λέγοντος σωφρονεῖν, θέλοντός τε λαβεῖν γυναῖκα ἑτέραν νομίμως. ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι οὐ δύναταί τι εἰπεῖν. μοιχεία γάρ ἐστι τὸ ἔτι συνισταμένου τοῦ γάμου ἑτέραν ἀγαγέσθαι τὸν ἄνδρα γυναῖκα εἰς συμβίωσιν. ἐκ δὲ τῆς νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, δέδοται τῷ ἀνδρὶ, μαινομένης διηνεκῆ μανίαν τῆς γυναικὸς, λύειν τὸν γάμον· τοῦ γάμου δὲ λυθέντος, ἔξεστι τῷ ἀνδρὶ ἑτέραν νομίμως εἰσοικίσασθαι.

BALS. Interrogatio est de marito, qui habet uxorem spiritu correptam, seu spiritu malo agitatam, & ita furentem, ut etiam ferreis compedibus manicisque ligetur, ne se ipsam interficiat, vel alios lædat, cum qua ipse rem habere non potest; dicit autem se non posse continere, & vult aliam uxorem C legitime accipere. Responsio autem est, se nihil posse dicere. Est enim adulterium, si constante matrimonio, vir aliam mulierem ducat in matrimonium. Ex novella autem imperatoris domini Leonis philosophi marito concessum est, mulieris, quæ perpetua insania laborat, solvere matrimonium: soluto autem matrimonio, licet marito aliam uxorem introducere.

Ἐρώτησις.

Ἐὰν νηστεύων τις ἐπὶ τῷ κοινωνῆσαι, νιπτόμενος τὸ στόμα, ἢ ἐν τῷ βαλανείῳ κατέπιεν ὕδωρ μὴ θέλων, ὀφείλει κοινωνῆσαι;

Interrogatio.

Si quis jejunans, ut communicet, os lavans, vel in balneo aquam bibit nolens; debet ne communicare?

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ εὗρεν ὁ σατανᾶς ἀφορμὴν τοῦ κωλύειν αὐτὸν τῆς κοινωνίας, συχνότερον τοῦτο ποιήσει.

Responsio.

D *Quia etiam invenit Satanas occasionem prohibendi eum a communione, frequentius hoc faciet.*

Ἐρώτησις.

Συχνῶς ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ποιοῦντες, ἆρα ὑπὸ κατάκρισιν ἐσμέν;

Interrogatio.

Sermonem Dei sæpe audientes, & non facientes, an sumus judicio obnoxii?

Ἀπόκρισις.

Εἰ καὶ μὴ ποιοῦμεν, ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται μὴ μέμφεσθαι ἑαυτοὺς, ὅτι ἀκούοντες παρακούομεν· μέρος δὲ σωτηρίας ἐστὶ καὶ τὸ μέμφεσθαι ἑαυτούς.

Responsio.

Si non faciamus, nec nos accusare contingit, quod audientes non pareamus. Est autem pars salutis se ipsos accusare.

Ἐρώτησις.

Ἐκ ποίας κείρας κρίνονται παρὰ Θεοῦ τὰ ἁμαρτήματα;

Interrogatio.

E *Ex quanam ætate a Deo judicantur peccata?*

Ἀπόκρισις.


Πρὸς τὴν γνῶσιν ἑκάστου καὶ τὴν φρόνησιν. οἱ μὲν ἀπὸ δεκαετοῦς κείρας, οἱ δὲ καὶ μείζονος.

Responsio.

Ex uniuscujusque cognitione, & prudentia: illi quidem a decennio; hi vero a majori ætate.

ΒΑΛΣ. Πρὸς τὴν γνῶσιν ἑκάστου καὶ τὸ φρόνημα ἔφη κρίνεσθαι τῷ Θεῷ τὰ ἁμαρτήματα. οἱ μὲν γὰρ ὀξυτέρας φύσεως ὄντες τῶν παίδων καὶ μᾶλλον ἐγρηγορυίας, συντομώτερον διακρίνουσι τὸ καλὸν καὶ τὸ χεῖρον· οἱ δὲ νωθροτέρας τυχόντες καὶ ἀναπεπτωκυίας ἕξεως, βραδεῖς εἰσι πρὸς τὴν γνῶσιν τοῦ δέοντος. διὸ τοῖς μὲν ἀπὸ δεκάτου ἐνιαυτοῦ τῆς ἡλικίας αὐτῶν λογίζεσθαι εἶπε τὰ ἁμαρτήματα, τοῖς δὲ ἐκ μείζονος καὶ τελειοτέρας.

BALS. Ex uniuscujusque cognitione & intelligentia dicit a Deo peccata judicari. Pueri enim, qui sunt acrioris & vigilantioris naturæ, bonum & malum citius discernunt: qui autem sunt hebetioris tardiorisque ingenii, tardi sunt ad cognitionem ejus quod fieri oportet. Ideo illis quidem dicit ab anno decimo reputari peccatum: his vero a majori & perfectiori ætate.



NEMESIUS

EPISCOPUS EMESENUS

DE

NATURA HOMINIS.

Ex editione Oxoniensi ann. 1671. ad duos mss. codd. Anglicanos exacta & restituta.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
380.

ΝΕΜΕΣΙΟΥ [1]

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΕΜΕΣΗΣ

Περὶ φύσεως ἀνθρώπου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α΄.

NEMESII

EPISCOPI EMESENI

De Natura Hominis.

CAPUT I.

ΤΟΝ ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος ἄριστα κατεσκευάσθαι καὶ οὕτω καλῶς, ὡς οὐκ ἐνεδέχετο ἄλλως γενέσθαι καὶ συνεστάναι, πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἔδοξε· τοῦ δὲ νοερὰν λέγεσθαι τὴν ψυχὴν ἀμφιβολίαν ἔχοντος, πότερον προσελθὼν ὁ νοῦς τῇ ψυχῇ ὡς ἄλλος ἄλλῃ νοερὰν αὐτὴν ἐποίησεν, ἢ τὸ νοερὸν ἀφ' ἑαυτῆς ἡ ψυχὴ καὶ φύσει κέκτηται, καὶ τοῦτο ἔστιν αὐτῆς τὸ κάλλιστον μέρος ὡς ὀφθαλμὸς ἐν σώματι· τινὲς μὲν ὧν ἐστι καὶ Πλωτῖνος, ἄλλην εἶναι τὴν ψυχὴν καὶ ἄλλον τὸν νοῦν δογματίσαντες, ἐκ τριῶν τὸν ἄνθρωπον συνεστάναι βούλονται, σώματος, καὶ ψυχῆς, καὶ νοῦ. οἷς ἠκολούθησε καὶ Ἀπολλινάριος ὁ τῆς Λαοδικείας γενόμενος ἐπίσκοπος. τοῦτον γὰρ πηξάμενος τὸν θεμέλιον τῆς οἰκείας δόξης, καὶ τὰ λοιπὰ προσῳκοδόμησε κατὰ τὸ οἰκεῖον δόγμα. τινὲς δὲ οὐ διέστειλαν ἀπὸ τῆς ψυχῆς τὸν νοῦν· ἀλλὰ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἡγεμονικὸν εἶναι τὸ νοερὸν ἡγοῦνται. Ἀριστοτέλης [2] δὲ τὸν μὲν δυνάμει νοῦν συγκατεσκευάσθαι τῷ ἀνθρώπῳ, τὸν δὲ ἐνεργείᾳ θύραθεν ἡμῖν ἐπεισιέναι δοξάζει· οὐκ εἰς τὸ εἶναι καὶ τὴν ὕπαρξιν τοῦ ἀνθρώπου συντελοῦντα, ἀλλ' εἰς προκοπὴν τῆς τῶν φυσικῶν γνώσεως καὶ θεωρίας συμβαλλόμενον. κομιδῇ γοῦν ὀλίγους τῶν ἀνθρώπων καὶ μόνους τοὺς φιλοσοφήσαντας τὸν ἐνεργείᾳ νοῦν ἔχειν διαβεβαιοῦται· Πλάτων [3] δὲ οὐ λέγει τὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸ συναμφότερον, ψυχὴν καὶ σῶμα, ἀλλὰ ψυχὴν σώματι τοιῷδε χρωμένην, τὸ ἀξιοπρεπέστερον φανταζόμενος τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ αὐτόθεν ἡμᾶς ἐπιστρέφων πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς μόνης θειότητα καὶ ἐπιμέλειαν, ἵνα τὴν ψυχὴν ἑαυτοὺς εἶναι πιστεύοντες τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ μόνα διώκωμεν, τὰς ἀρετὰς καὶ τὴν εὐσέβειαν, καὶ μὴ τὰς τοῦ σώματος ἐπιθυμίας ἀγαπήσωμεν, ὡς

A Hominem ex animo intelligente, & corpore rectiſſime conſtructum eſſe, atque ita quidem recte ut aliter fieri, ac cohærere non poſſit, multi, iique boni viri exiſtimarunt. Sed cum hoc habeat controverſiam, quod intelligens animus dicatur, utrum intelligendi vis ad animum, velut dispar quædam natura, ad diſparem naturam accedens, intelligentem eum efficiat: an intelligentiam a ſe ipſo, atque ſuapte natura habeat, atque ut corporis oculus, ita hæc ejus pulcherrima pars ſit: aliqui in quibus eſt Plotinus, aliud eſſe animum, aliud intelligentiam ſtatuentes, ex tribus hominem conſtare volunt, corpore, animo, intelligentia. Quos B etiam Apollinarius ſecutus eſt, Laodiceæ Epiſcopus: nam hoc opinionis ſuæ jacto fundamento, reliqua ſuo dogmati convenienter aſtruxit. Nonnulli non ſepararunt ab animo intelligentiam, ſed in ea principatum eſſe animæ opinantur. Ariſtoteles vero eam quidem intelligentiam quæ poteſtate eſt, una cum homine fabricatam putat: ſed eam quæ actu eſt, extrinſecus ſe inſinuare nobis, neque ad eſſentiam hominis, ſed ad progreſſionem cognitionis, & contemplationis rerum naturalium conferre. Nam paucos admodum homines, & eos ſolos qui ſe philoſophiæ dediderunt, intelligentiam actu habere confirmat. At Plato quod in homine præſtantiſſimum eſt intuens, eoque nos ad unius animi divinitatem C curamque convertens, non quod ex corpore & animo junctum eſt, ſed animum ipſum tali corpore utentem, hominem eſſe dicit: ſcilicet ut animum nos eſſe credentes, ſpretis & contemtis cupiditatibus corporis, utpote quæ hominis non ſint, qua homo eſt, ſed primario loco animalis, ſecundario hominis, (quoniam & animal homo eſt) ſola animi bona, virtutes, & pietatem perſequamur. Ne-

1. Νεμεσίου] In altero mss. codicum quibus uſi ſumus, hæc habetur Epigraphe: Ἀδαμαντίωνος τοῦ καὶ Νεμεσίου Ἐπισκόπου Ἐμέσης, ita ut Adamantionis prænomine is inſigniatur. Floruiſſe quidem ſub quarto ſæculo Rhetorem non incelebrem Adamantium appellatum pluribus conſtat; & ſpeciatim ex Nazianzeni, nec non Libanii ad eum ſcriptis epiſtolis: at eumdem illum non fuiſſe cum Nemeſio Cappadociæ Præfecto, Gregorii Nazianzeni familiari, evidenter liquet, tum ex ea varietate quæ in nominum flexu cernitur, tum ex ipſa Epiſtolarum forma & tenore; quod pariter dicendum de Iſidori Nemeſio. Quin immo profiteri par erit, in eodem illo quem ſupra laudavimus codice, præter tractatum hunc noſtrum Περὶ φύσεως ἀνθρώπου, alium haberi parvi momenti, ut & molis; qui ejuſdem Auctoris Λόγος κεφαλαιώδης dicitur, & ſeptem circiter paginas complectitur, ex Nemeſio noſtro, & Meletii, ejuſdem argumenti libello conſarcinatus; æquiſſima hac plagii lege, ut prior pars Nemeſio, altera Meletio pauciſſimis ſubinde interpolatis, in ſolidum debeatur; qui quidem liber ille ipſe videtur quem Geſnerus laudat, ſub titulo *Adamantionis Philoſophiæ Compendiariæ*, quem Græce exſtare dicit Venetiis apud S. Antonium.

2. Ἀριστοτέλης] Hæc habentur lib. 2. *de Anima* cap. 1.

3. Πλάτων δὲ] De his pluribus verbis agens Socrates introducitur in Alcibiade.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



οὐκ ὄντας ἀνθρώπου ἢ ἄνθρωπος, ἀλλὰ ζώου μὲν προηγουμένως, ἀνθρώπου δὲ ἑπομένως, ἐπειδὴ καὶ ζῶον ὁ ἄνθρωπος. καὶ ἄλλως δὲ κυριωτέρα τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ πᾶσιν ἀνθρώποις εἶναι καθωμολόγηται, ὑπὸ ταύτης γὰρ ὡς ὄργανον κινεῖται τὸ σῶμα. [1] δηλοῖ δὲ ὁ θάνατος· χωρισθείσης γὰρ τῆς ψυχῆς ἀκίνητον μένει τὸ σῶμα παντελῶς καὶ ἀνενέργητον, ὡς τεχνίτου χωρισθέντος ἀκίνητα μένει τὰ ὄργανα. γνώριμον δὲ ὅτι τοῖς ἀψύχοις κοινωνεῖ, καὶ τῆς τῶν ἀλόγων μετέχει ζωῆς, καὶ τῆς τῶν λογικῶν μετείληφε νοήσεως. κοινωνεῖ γὰρ τοῖς μὲν ἀψύχοις κατὰ τὸ σῶμα καὶ τὴν ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων κρᾶσιν. τοῖς δὲ φυτοῖς κατά τε ταῦτα καὶ τὴν θρεπτικὴν καὶ σπερματικὴν δύναμιν. τοῖς δὲ ἀλόγοις καὶ ἐν τούτοις μὲν, ἐξ ἐπιμέτρου δὲ κατά τε τὴν καθ' ὁρμὴν κίνησιν καὶ κατὰ τὴν ὄρεξιν καὶ τὸν θυμὸν καὶ τὴν αἰσθητικὴν καὶ ἀναπνευστικὴν δύναμιν· ταῦτα γὰρ ἅπαντα κοινὰ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐστὶν, εἰ καὶ μὴ πᾶσι πάντα. συνάπτεται δὲ διὰ τοῦ λογικοῦ ταῖς ἀσωμάτοις καὶ νοεραῖς φύσεσι, λογιζόμενος καὶ νοῶν καὶ κρίνων ἕκαστα, καὶ τὰς ἀρετὰς μεταδιώκων, καὶ τῶν ἀρετῶν τὸν κολοφῶνα τὴν εὐσέβειαν ἀσπαζόμενος. δι' ὃ καὶ ὥσπερ ἐν μεθορίοις ἐστὶν αἰσθητικῆς καὶ νοητῆς οὐσίας, συναπτόμενος κατὰ τὸ σῶμα καὶ τὰς σωματικὰς δυνάμεις τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ τοῖς ἀψύχοις, κατὰ δὲ τὸ λογικὸν ταῖς ἀσωμάτοις οὐσίαις, ὡς εἴρηται πρότερον· ὁ γὰρ δημιουργὸς ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον ἔοικεν ἐπισυνάπτειν ἀλλήλαις τὰς διαφόρους φύσεις, ὥστε μίαν εἶναι καὶ συγγενῆ τὴν πᾶσαν κτίσιν. ἐξ οὗ μάλιστα δείκνυται εἷς ὢν ὁ πάντων τῶν ὄντων δημιουργός, οὐ γὰρ μόνον ἥνωσε τὴν ὕπαρξιν τῶν κατὰ μέρος ἀτόμων, ἀλλὰ καὶ ἕκαστα πρὸς ἄλληλα συνήρμοσεν οἰκείως. ὥσπερ γὰρ ἐν ἑκάστῳ τῶν ζώων ἥνωσε τὰ ἀναίσθητα τοῖς αἰσθητικοῖς, ὀστοῦν καὶ πιμελὴν καὶ τρίχας καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀναίσθητα τοῖς αἰσθητικοῖς νεύροις καὶ σαρξὶ καὶ τοῖς ὁμοίοις, καὶ ἐποίησεν ἐξ ἀναισθήτων καὶ αἰσθητικῶν συγκείμενον τὸ ζῶον, καὶ οὐ μόνον συγκείμενον, ἀλλὰ καὶ ἓν ὂν ἀπέδειξεν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἄλλης κατ' εἶδος κτίσεως πεποίηκε, συνάπτων ἀλλήλοις τῇ κατ' ὀλίγον οἰκειότητι καὶ παραλλαγῇ τῆς φύσεως· ὡς μὴ κατὰ πολὺ διεστάναι τὰ πάντη ἄψυχα τῶν ἐχόντων φυτῶν τὴν θρεπτικὴν δύναμιν, μηδ' αὖ ταῦτα τῶν ἀλόγων καὶ αἰσθητικῶν ζώων, μήτε μὴν τὰ ἄλογα τῶν λογικῶν ἀπηλλοτριῶσθαι, πάντη καὶ ἀσύμβατα καὶ ἄνευ δεσμοῦ τινος εἶναι συμφυοῦς καὶ φυσικοῦ. διαλλάττει μὲν γὰρ λίθος λίθου δυνάμει τινὶ, ἀλλ' ἡ μαγνῆτις λίθος ἐξεληλυθέναι δοκεῖ τὴν τῶν ἄλλων λίθων φύσιν τε καὶ δύναμιν, ἐν τῷ προφανῶς ἕλκειν πρὸς ἑαυτὴν καὶ κατέχειν τὸν σίδηρον, ὥσπερ τροφὴν αὐτὸν ποιήσασθαι βουλομένη· καὶ μὴ μόνον ἐφ' ἑνὸς σιδήρου τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἄλλον δι' ἄλλου κατέχειν τῷ μεταδιδόναι τοῖς ἐχομένοις πᾶσι τῆς δυνάμεως ἑαυτῆς· κατέχει γοῦν καὶ ὁ σίδηρος σίδηρον, ὅταν ὑπὸ τῆς μαγνήτιδος ἔχηται. εἶτα πάλιν ἑξῆς ἀπὸ τῶν φυτῶν ἐπὶ τὰ ζῶα μετιὼν, οὐκ ἀθρόως ἐπὶ τὴν μεταβατικὴν καὶ αἰσθητικὴν ὥρμησε φύσιν· ἀλλ' ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον ἐμμελῶς ἐπὶ ταύτην προῆλθε. τὰς γὰρ πίννας καὶ τὰς ἀκαλύφας ὥσπερ αἰσθητικὰ δένδρα παρεσκεύασεν. ἐρρίζωσε μὲν γὰρ αὐτὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ δίκην φυτῶν. καὶ ὥσπερ ξύλα τὰ ὄστρακα περιέθηκε καὶ ἔστησεν ὥσπερ φυτά. αἴσθησιν δὲ αὐτοῖς ἐνέθηκε τὴν ἁπτικὴν, τὴν κοινὴν πάντων ζώων αἴσθησιν, ὡς κοινωνεῖν τοῖς μὲν φυτοῖς κατὰ τὸ ἐρριζῶσθαι καὶ ἑστάναι, τοῖς δὲ ζώοις κατὰ τὴν ἁφήν. τὸν γοῦν σπόγγον καίτοι προσπεφυκότα ταῖς πέτραις καὶ συστέλλεσθαι καὶ ἀνοίγεσθαι ἢ μᾶλλον ἐκτείνεσθαι ὅταν προσιόντος αἴσθηται

A que tamen certe inter omnes non constat animum corpore potiorem esse, cum ab hoc corpus velut instrumentum moveatur. Declarat hoc perspicue mors, siquidem anima sejuncta, omnis motus & muneris expers corpus manet: non aliter atque artifice remoto nullo motu cieri possunt instrumenta. Jam vero illud nemo est qui ignoret, hominem & cum inanimis convenire, & bestiarum vitæ esse participem, & cum ratione præditorum mente quadamtenus conjungi. Nam cum inanimis quidem, convenit in corpore, & quatuor elementorum temperatione. Cum stirpibus, & in his ipsis, & in altrice & procreatrice anima. Cum rationis expertibus non solum in his omnibus, sed etiam in mo- B tu interiore, in appetitu, in ira, denique in sentiendi, spirandique facultate. Hæc enim omnia, communia sunt hominum, & rationis expertium, etsi non omnia omnium. Mente porro, & ratione, cum corporis expertibus, & intelligentibus naturis conjungitur, cum ratiocinetur & intelligat & judicet omnia, & cum ceteras virtutes sequatur, tum pietatem, in qua virtutum omnium summa est, amplexetur. Quapropter velut in confinio est sensum moventis, & quæ mente comprehenditur naturæ, quod (ut jam explicatum est) corpore, & corporis facultatibus ad cetera animalia, & inanima; ratione ad corpore vacantes substantias accedat. Nam hujus pulcherrimæ fabricæ opifex & fa- C ctor videtur sensim dispares invicem naturas aptasse, ut unum essent omnia, & inter se cognatione quadam tenerentur. Ex quo maxime unum esse qui universitatem rerum procreaverit, ostenditur. Non enim solum junxit singulatim individua, sed etiam omnia quæ ubique sunt apte inter se composuit. Sicut enim in unoquoque animali, quæ sensu carent, os, adipem, pilos, & alia ejusdem generis, cum iis quæ sensum habent, nervis, carnibus, & similibus conjunxit: & ex his utrisque animal conflavit; neque conflavit solum, sed etiam unum effecit: sic in reliquis rebus, cujuscumque sint speciei fecit, easque naturæ cum similitudine, tum discrepantia, pedetentim procedente inter se construxit, D ut neque multum quæ prorsus sunt inanima, a stirpibus quæ nutrientem habent animam, dissideant: neque rursus hæ a bestiis, & reliquis animantibus quæ anima sentiente instructa sunt: neque porro bestiæ ab intelligentibus naturis plane dejungantur, nulloque cum eis fœdere & insito naturalique vinculo colligentur. Lapis enim a lapide differt vi quadam: sed magnes lapis a natura & vi ceterorum lapidum discessisse videtur, cum ferrum ad se perspicue trahat & contineat, idque velut alendi sui caussa facere videatur. Neque id in uno ferro efficiat, sed etiam aliud per aliud cohibeat, quod omnibus sibi adhærescentibus, vim suam impertiat. Itaque etiam ferrum tenetur a ferro, cum ipsum E a magnete continetur. Deinceps ædificator mundi Deus a stirpibus ad animalia transiens, non protinus ad gradiendi sentiendique vim devenit, sed gradatim eo & concinne progressus est. Pinnas enim, & urticas marinas, velut sentientes arbores effecit, quoniam eas in mari instar stirpium suis radicibus defixit, & testis quasi lignis circumdedit, & non secus ac si stirpes essent, immobiles jussit consistere: tangendi tamen sensum iis largitus est, qui communis est omnium animalium: ut, cum stirpibus, hoc ipso quod fixæ, & stabiles sunt; cum animalibus, ob tangendi sensum, societate teneantur. Nam spongiam, etsi ad saxa inhæret & contrahi, & aperiri, aut potius dilatari cum senserit

1. Δηλοῖ δὲ ὁ θάνατος] Hæc apud Damascenum in libris *de Fide orthodoxa*; sed semel monere liceat, maximam partem secundi libri istius scriptoris e nostro mutuatam,

τινὸς, Ἀριστοτέλης [1] ἱστόρησε. Διὸ τὰ τοιαῦτα πάντα ζωόφυτα καλεῖν ἔθος ἔχουσιν οἱ σοφοί· πάλιν δὲ ταῖς πίνναις καὶ τοῖς τοιούτοις συνῆψε τὴν τῶν μεταβατικῶν μὲν ζώων γένεσιν, μακρὰν δὲ προελθεῖν μὴ δυναμένων, ἀλλ' αὐτόθεν αὐτοῦ που κινουμένων. τοιαῦτα δέ ἐστι τὰ πλεῖστα τῶν ὀστρακοδέρμων καὶ τὰ καλούμενα τῆς γῆς ἔντερα. εἶθ' οὕτως κατὰ μέρος προστιθεὶς τοῖς μὲν αἰσθήσεις πλείους, τοῖς δὲ τὸ μεταβατικὸν ἐπιπλεῖστον, εἰς τὰ τελειότερα τῶν ἀλόγων ζώων κατήντησε· λέγω δὲ τελειότερα τὰ πάσας ἔχοντα τὰς αἰσθήσεις καὶ προϊέναι μακρὰν δυνάμενα. πάλιν δὲ μεταβαίνων ἀπὸ τῶν ἀλόγων ἐπὶ τὸ λογικὸν ζῶον τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ τοῦτο ἀθρόως κατεσκεύασεν, ἀλλὰ πρότερον καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις φυσικάς τινας συνέσεις καὶ μηχανὰς καὶ πανουργίας πρὸς σωτηρίαν ἐνέθηκεν, ὡς ἐγγὺς λογικῶν αὐτὰ φαίνεσθαι. καὶ οὕτως τὸ ἀληθὲς λογικὸν ζῶον τὸν ἄνθρωπον προεβάλετο. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς φωνῆς ζητῶν εὑρήσεις, ἐξ ἁπλῆς καὶ μονοειδοῦς τῆς ἵππων καὶ βοῶν ἐκφωνήσεως, κατὰ μέρος εἰς ποικίλην καὶ διάφορον παραχθεῖσαν τὴν τῶν κοράκων καὶ μιμηλῶν ὀρνέων φωνὴν, ἕως εἰς τὴν ἔναρθρον καὶ τελείαν τοῦ ἀνθρώπου κατέληξεν· πάλιν τε τὴν ἔναρθρον διάλεκτον ἐξῆψε τῆς διανοίας καὶ τοῦ λογισμοῦ, ἐξάγγελον ποιήσας αὐτὴν τῶν κατὰ νοῦν κινημάτων. καὶ οὕτω πᾶσι πάντα μουσικῶς συνήρμοσε καὶ συνέδησε, καὶ εἰς ἓν συνήγαγε τά τε νοητὰ καὶ τὰ ὁρατὰ διὰ μέσης τῆς τῶν ἀνθρώπων γενέσεως. Διὸ καὶ καλῶς ὁ Μωϋσῆς τὴν δημιουργίαν ἐκτιθέμενος τελευταῖον ἔφησε τὸν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, οὐ μόνον ὅτι πάντων δι' αὐτὸν γενομένων, ἀκόλουθον ἦν πρῶτον τὰ πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ παρασκευασθῆναι, καὶ οὕτως αὐτὸν τὸν χρησόμενον παραχθῆναι, ἀλλ' ὅτι νοητῆς γενομένης οὐσίας καὶ πάλιν ὁρατῆς, ἔδει γενέσθαι τινὰ καὶ σύνδεσμον ἀμφοτέρων, ἵνα ἓν ᾖ τὸ πᾶν καὶ συμπαθὲς ἑαυτῷ, καὶ μὴ ἀλλότριον αὐτὸ ἑαυτοῦ. ἐγένετο οὖν τὸ συνδέον ἀμφοτέρας τὰς φύσεις ζῶον, ὁ ἄνθρωπος. τὰ μὲν οὖν τῆς σοφίας τοῦ δημιουργοῦ συντόμως εἰπεῖν, τοιαῦτα. ἐν μεθορίοις οὖν τῆς ἀλόγου καὶ λογικῆς φύσεως ὁ ἄνθρωπος ταχθεὶς, ἐὰν μὲν ἐπὶ τὸ σῶμα ῥέψῃ καὶ τὰ τοῦ σώματος πλέον ἀγαπήσῃ, τὸν τῶν ἀλόγων ἀσπάζεται βίον καὶ τούτοις συναριθμηθήσεται καὶ χοϊκὸς κληθήσεται κατὰ Παῦλον, καὶ ἀκούσεται· γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσει, καὶ, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. ἐὰν δὲ ἐπὶ τὸ λογικὸν χωρήσῃ καταφρονήσας τῶν σωματικῶν πασῶν ἡδονῶν, τὴν θείαν τε καὶ μακαριωτάτην ζωὴν μετέρχεται καὶ τὴν ὡς ἀνθρώπου προηγουμένως, καὶ ἔσται οἷος ὁ ἐπουράνιος κατὰ τὸ εἰρημένον, οἷος ὁ χοϊκὸς τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοὶ, καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. τῆς δὲ λογικῆς φύσεως τὸ κεφάλαιόν ἐστι τὸ φεύγειν καὶ ἀποστρέφεσθαι τὰ κακὰ, μετιέναι δὲ καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλά. τῶν δὲ καλῶν τὰ μέν ἐστι κατὰ κοινωνίαν ψυχῆς καὶ σώματος, ἐχόντων καὶ τούτων ἐπὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἀναφορὰν οἷον ψυχῆς προσχρωμένης σώματι, ὡς αἱ ἀρεταί. τὰ δὲ τῆς ψυχῆς αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν μόνης μὴ προσδεομένης σώματος, ὡς ἡ εὐσέβεια καὶ ἡ τῶν ὄντων θεωρία. ὅσοι τοίνυν τὸν ἀνθρώπου βίον ὡς ἀνθρώπου ζῆν προαιροῦνται, καὶ μὴ ὡς ζώου μόνον, τὰς ἀρετὰς μετέρχονται καὶ τὴν εὐσέβειαν. τίνα δέ ἐστι τὰ τῶν ἀρετῶν καὶ τίνα τὰ τῆς εὐσεβείας, ἐν τοῖς ἑξῆς διακριθήσεται, ὅταν τὸν περὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἀποδῶμεν λόγον. οὐδέπω γὰρ ἐγνωσμένου τί


A aliquid accedere, ab Ariſtotele eſt traditum. Quocirca hæc omnia eruditi juncto ex animali & ſtirpibus nomine ζωόφυτα uſurpant. Porro autem ad pinnas, & id genus alia, adjunxit ea quæ commeant quidem de uno loco in alium, at longe procedere nequeunt, ſed circa unum eumdemque locum volutantur. Hujus generis ſunt pleraque quibus teſta pro tegmine eſt, & quæ terræ inteſtina nominantur. Atque ita paullatim aliis plures ſenſus, aliis vim progrediendi longius tribuens, ad beſtias perfectiores pervenit: dico autem perfectiores, quæ omnes habent ſenſus, & longe poſſunt procedere. Inde a beſtiis ad animal rationis compos, hoc eſt, hominem progrediens, non continuo eum genuit,
B ſed prius etiam brutis animantibus naturalem quamdam prudentiam, & artificium, & calliditatem incolumitatis ipſorum cauſſa dedit, ut propinqua ratione utentibus animalibus viderentur. Ac tum demum illud animal quod vere rationis eſſet particeps hominem procreavit. Eamdem progreſſionis rationem in ſonis vocum, ſi quis quærat, inveniet: ex ſimplici ſcilicet & uniuſmodi equorum & boum voce minutatim ad variam & differentem corvorum & imitatricium avium vocem eſſe deductos, quoad explanato & perfecto ſunt hominum ſermone terminati. Explanatam autem & diſtinctam vocem ex cogitatione & ratione aptam eſſe voluit, quod eam ut animi ſenſus interpretaretur, effinxit.
C Ita omnia omnibus concinne aptavit, & colligavit, & per hominis procreationem ea quæ intelligentia comprehenduntur & quæ ſenſu accipiuntur in unum contraxit, atque conjunxit. Quare recte Moyſes mundi ædificationem exponens, ultimo dixit hominem eſſe factum, non ſolum quod cum omnia propter ipſum eſſent condita, oportebat primum quæ ad uſum illius pertinebant parata eſſe, deinde eum qui eis uſurus eſſet produci; ſed etiam quoniam cum & quæ ratione & quæ cernendi ſenſu natura percipitur facta eſſet, oportebat eſſe quoddam vinculum utriuſque, ut unum eſſet hoc univerſum, ſibique conſentiens, nec a ſe ipſo alienum. Proinde homo genitus eſt, animal quod utramque naturam con-
D jungeret. Ac ſapientia quidem ejus qui hunc orbem molitus eſt Dei, ut breviſſime exponi potuit, hæc eſt. Itaque homo inter utriuſque naturæ, utentis ratione & expertis, fines interjectus, ſi corporis voluptatibus delinitus eas præoptaverit, beſtiarum vitam amplectetur, & in illis numerabitur, & [a] *terrenus* ut loquitur Paullus vocabitur, audietque illud: [b] *Terra es & in terram reverteris*, &, [c] *Comparatus eſt cum jumentis inſipientibus, & illorum ſimilis eſt effectus*: ſin deſpectis & pro nihilo ductis omnibus voluptatibus corporis, rationi paruerit, divinam & Deo acceptiſſimam, eamque quæ ad hominem præcipue pertineat vitam ſequitur, & erit velut cæleſtis, ut literis ſanctis eſt proditum.
E [d] *Qualis terrenus, tales terreni, qualis cæleſtis, tales cæleſtes*. Eſt autem naturæ ratione utentis hoc caput, fugere & averſari quæ mala ſunt; ſequi & expetere contraria. Bonorum porro alia in animi & corporis ſocietate cernuntur, (nam & hæc ad animum velut utentem corpore referuntur) ut virtutes: alia animi ipſius per ſe nec egentis corpore ſunt propria, ut pietas in Deum & rerum cognitio. Itaque qui hominis qua homo eſt non animal tantum, vitam volunt degere, virtutes & religionem colunt. Quæ autem ad virtutes & religionem pertineant, poſtea perſpicietur cum de anima & corpore diſſeruerimus. Cum enim nondum ſit co-

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 380.

a 1. Cor. xv. 47. b Gen. III. 19. c Pſalm. XLVIII. 13. 21. d 1. Cor. xv. 48.

1. Ἀριστοτέλης ἱστόρησε] *Hiſt. animal.* lib. 1. cap. 1.

SECUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



ποτε ἡμῶν ἐστιν ἡ ψυχὴ κατ' οὐσίαν, οὐκ ἔστιν ἀκόλουθον περὶ τῆς ἐνεργείας αὐτῆς διαλαμβάνειν. Ἑβραῖοι δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀρχῆς οὔτε θνητὸν ὁμολογουμένως, οὔτε ἀθάνατον γεγενῆσθαι φασίν· ἀλλ' ἐν μεθορίοις ἑκατέρας φύσεως, ἵνα ἂν μὲν τοῖς σωματικοῖς ἀκολουθήσῃ πάθεσιν, περιπέσῃ καὶ ταῖς σωματικαῖς μεταβολαῖς. ἐὰν δὲ τὰ τῆς ψυχῆς προτιμήσῃ καλὰ, τῆς ἀθανασίας ἀξιωθῇ. εἰ γὰρ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν θνητὸν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοντα θανάτῳ κατεδίκασε· τοῦ γὰρ θνητοῦ θνητότητα οὐδεὶς καταδικάζει. εἰ δ' αὖ πάλιν ἀθάνατον, οὐδ' ἂν τροφῆς αὐτὸν ἐνδεᾶ κατεσκεύασεν· οὐδὲν γὰρ τῶν ἀθανάτων τροφῆς σωματικῆς δεῖται. οὐδ' ἂν οὕτω ῥαδίως μετενόησε, καὶ τὸν γενόμενον ἀθάνατον θνητὸν εὐθέως ἐποίησεν. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἁμαρτησάντων ἀγγέλων τοῦτο φαίνεται πεποιηκὼς, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν ἀθάνατοι διέμειναν, ἄλλην τῶν ἡμαρτημένων ἀπεκδεχόμενοι δίκην, ἀλλ' οὐ τὸν θάνατον. βέλτιον οὖν ἢ τοῦτον τὸν τρόπον νοεῖν τὸ προκείμενον, ἢ ὅτι θνητὸς μὲν κατεσκεύαστο, δυνάμενος δὲ ἐκ προκοπῆς τελειούμενος ἀθάνατος γενέσθαι, τουτέστι δυνάμει ἀθάνατος. ἐπειδὴ δὲ οὐ συνέφερεν αὐτῷ πρὸ τῆς τελειώσεως γνῶναι τὴν φύσιν ἑαυτοῦ, ἀπηγόρευσεν αὐτῷ μὴ γεύσασθαι τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως. ἦσαν γὰρ, μᾶλλον δέ εἰσιν ἔτι καὶ νῦν δυνάμεις ἐν τοῖς φυτοῖς μέγισται· τότε δὲ ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς κοσμοποιΐας ἀκραιφνεῖς οὖσαι ἰσχυροτάτην εἶχον τὴν ἐνέργειαν, ἦν οὖν καὶ ἀπόγευσίς τινος καρποῦ γνῶσιν ἐμποιοῦσα τῆς οἰκείας φύσεως. οὐκ ἠβούλετο δὲ αὐτὸν ὁ Θεὸς πρὸ τῆς τελειώσεως γνῶναι τὴν οἰκείαν φύσιν, ἵνα μὴ γνοὺς ἑαυτὸν ἐνδεᾶ πολλῶν ὄντα, τῆς σωματικῆς ἐπιμεληθῇ χρείας, καταλιπὼν τὴν τῆς ψυχῆς πρόνοιαν· καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐκώλυσεν αὐτὸν μεταλαμβάνειν τοῦ καρποῦ τῆς γνώσεως. παρακούσας δὲ καὶ γνοὺς ἑαυτὸν, τῆς μὲν τελειώσεως ἐξέπεσε, τῆς δὲ σωματικῆς χρείας ἐγένετο· σκέπασμα γοῦν εὐθέως ἐπεζήτει· φησὶ γὰρ ὁ Μωϋσῆς ὅτι γυμνὸς ὢν ἔγνω, πρότερον δὲ ἐν ἐκστάσει αὐτὸν ἐποίησε καὶ ἐν ἀγνωσίᾳ ἑαυτοῦ. ἐκπεσὼν οὖν τῆς τελειώσεως, ἐξέπεσεν ὁμοίως καὶ τῆς ἀθανασίας ἣν ὕστερον ἀναλήψεται χάριτι τοῦ ποιήσαντος αὐτόν. μετὰ δὲ τὴν ἔκπτωσιν, καὶ ἡ τῶν κρεῶν ἀπόλαυσις αὐτῷ συνεχωρήθη. πρότερον μὲν γὰρ τοῖς ἀπὸ γῆς μόνοις ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀρκεῖσθαι. ταῦτα γὰρ ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ, ἀπεγνωσμένης δὲ τῆς τελειώσεως τῇ συγκαταβάσει λοιπὸν συνεχωρήθη τὰ τῆς ἀπολαύσεως· ἐπειδὴ δὲ ἐκ σώματός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος· πᾶν δὲ σῶμα ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συνέστηκεν, ἀνάγκη τούτοις τοῖς πάθεσι περιπίπτειν αὐτὸν οἷς καὶ τὰ στοιχεῖα, τομῇ καὶ μεταβολῇ καὶ ῥεύσει, ἅπερ ἐστὶ μόνου τοῦ σώματος, μεταβολῇ μὲν τῇ κατὰ ποιότητα· ῥεύσει δὲ τῇ κατὰ κένωσιν· κενοῦται γὰρ ἀεὶ τὸ ζῶον διά τε τῶν προδήλων πόρων καὶ διὰ τῶν ἀδήλων· περὶ ὧν ὕστερον ἐροῦμεν, ἀνάγκη τοίνυν ἢ τοῖς κενουμένοις ἀντεισφέρεσθαι τὰ ἴσα, ἢ διαλύεσθαι τὸ ζῶον ἐνδείᾳ τῶν ἐπεισιόντων. ξηρῶν δὲ ὄντων καὶ ὑγρῶν καὶ πνεύματος τῶν κενουμένων, ἀνάγκη καὶ ξηρᾶς καὶ ὑγρᾶς προσδεῖσθαι τροφῆς τὸ ζῶον καὶ πνεύματος. ἔστι δὲ ἡμῖν ἡ τροφὴ καὶ τὸ ποτὸν διὰ τῶν στοιχείων ἐξ ὧν καὶ συνέστημεν. ἕκαστον γὰρ τῷ μὲν οἰκείῳ καὶ ὁμοίῳ τρέφεται· τῷ δὲ ἐναντίῳ θεραπεύεται. τῶν δὲ στοιχείων τὰ μὲν προσεχῶς τε ἅμα, τὰ δὲ καὶ διὰ μέσων τινῶν προσφερόμεθα· ὡς ὕδωρ ποτὲ μὲν καθ' ἑαυτὸ, ποτὲ δὲ καὶ διὰ μέσου τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ἐλαίου καὶ πάντων τῶν καλουμένων ὑγρῶν καρπῶν. οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστιν οἶνος, ἢ ὕδωρ ἐξ ἀμπέλου πεποιωμένον· ὁμοίως δὲ καὶ πυρὸς μεταλαμβάνομεν, ποτὲ μὲν προσεχῶς ὑπ' αὐτοῦ θαλπόμενοι, ποτὲ δὲ διὰ μέσων ὧν ἐσθίομεν ἢ πίνομεν

A gnitum, quænam vis sit & essentia animi nostri, non convenit de usu ejus agere & munere. Hebræi hominem ab initio neque plane mortalem, neque plane immortalem genitum esse ajunt, sed veluti in confinio caducæ & sempiternæ naturæ esse positum, sic ut si corporis affectionibus se dederet, corporis mutationibus subjiceretur: sin animi bona anteponeret, ad immortalitatem traduceretur. Nam si hominem a primo ortu Deus mortalem procreasset, profecto non postquam se peccato obstrinxerat, mortis eum condemnasset. Nam mortalem quidem quis mortalitatis condemnat? Contra si immortalem, neque alimenti egentem fecisset: Nihil enim quod immortale est corporeum alimentum desiderat: ne-
B que ita facile pœnitentia ductus, eum qui creatus esset immortalis, continuo mortalem effecisset. Neque enim in angelis qui peccarunt hoc fecit, sed ut ab initio natura immortales sunt creati, ita manserunt, neque peccatorum suorum pœnam mortem, sed aliud supplicii genus exspectant. Quare vel hæc probanda sententia est: vel dicendum mortalem quidem factum esse hominem, sed qui ad perfectionem procedere, ac immortalitatem tandem consequi posset. Quod hanc habet sententiam, potestate hominem esse immortalem procreatum. Quoniam vero non conducebat illi ante partam perfectionem, nosse naturam suam, ligno illi cognitionis interdixit. Erant enim & vero sunt etiam nunc vires in
C his quæ e terra oriuntur maxime; verum tunc ut in exordio mundi, cum puræ & incorruptæ essent, erant efficacissimæ. Erat igitur fructus quidam qui delibatus, illi naturæ suæ cognitionem afferret. Nolebat autem Deus ipsum antequam perfectus & absolutus esset, nosse naturam suam, ne ubi multa sibi deesse cognosset, animi curam usui cultuique corporis posthaberet. Hanc ob caussam ne cognitionis lignum attingeret, prohibuit. Verum ubi non obtemperasset, seque ipse cognovisset, & a perfectione remotus est, & quæ ad corpus usui essent, desideravit: Itaque statim quo se tegeret, quæsivit. Ait enim Moyses, [a] *illum se esse nudum cognovisse.* Prius enim apud se non erat, & in sui ipsius ig-
D noratione versabatur. Cum igitur a perfectione esset rejectus, item ab immortalitate depulsus est: quæ tamen postea Dei beneficio recipietur. Post hunc casum concessum est ut carnibus vesceretur, cum prius solis iis quæ e terra nascerentur contentum esse jussisset: ea enim in Paradiso erant. At desperata perfectione, de cetero ut quibus vellet frueretur indulsit. Cum autem ex corpore homo constet, omne porro corpus ex quatuor elementis conflatum sit, necesse est quæ affectiones elementis conveniunt, easdem in hominem cadere, sectionem, commutationem, fluxum, quæ sunt solius corporis. Ac commutatio quidem in qualitate, fluxus in exinanitione perspicitur. Exhauritur enim semper ani-
E mal cum per aperta, tum per occulta foramina qui pori dicuntur, de quibus posterius dicemus Necesse igitur est paria iis quæ exhauriuntur summitti, aut morte dissolvi animal, inopia eorum quæ sufficiantur: quoniam autem sicca sunt, & humida, & spiritus, quæ exhauriuntur, necesse est & sicco & humido cibo indigeat animal, & spiritu. Cibus autem & potus per elementa nobis comparantur, ex quibus etiam concreti sumus. Alitur enim unumquodque naturæ suæ accomodato & simili; curatur contrario. Elementorum vero partim proxime, partim aliis quibusdam naturis intercedentibus assumimus, ut aquam aliquando per se aliquando per vinum, oleum, & omnia quæ humidi fructus appellantur: Nihil enim aliud est vinum quam aqua e vite certa quadam qualitate affecta. Similiter igne utimur aliquando proxime, dum ab eo calefimus;

[a] Gen. III. 7.

νομεν· ἐν πᾶσι γὰρ ἢ πλείων ἢ ἐλάττων μοῖρα τοῦ πυρὸς ἐγκατέσπαρται. τὸν αὐτὸν τρόπον δὲ τοῦ ἀέρος προσεχῶς μὲν ἀναπνέοντες καὶ περικεχυμένον ἡμῖν ἔχοντες, καὶ ἐν τῷ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕλκοντες. διὰ μέσων δὲ τῶν ἄλλων πάντων ὧν προσφερόμεθα. τὴν δὲ γῆν προσεχῶς μὲν ἡμεῖς οὐδαμῶς, διὰ μέσων δέ τινων· γῆ μὲν γὰρ σῖτος γίνεται, σῖτον δὲ ἡμεῖς ἐσθίομεν. κόρυδοι μὲν γὰρ καὶ περιστεραὶ πολλάκις καὶ πέρδικες τὴν γῆν σιτοῦνται. ἄνθρωπος δὲ διὰ μέσων τῶν σπερμάτων καὶ τῶν ἀκροδρύων καὶ τῶν σαρκῶν. ἐπειδὴ δὲ οὐ μόνον δι' εὐπρέπειαν, ἀλλὰ καὶ δι' εὐαισθησίαν τὴν κατὰ τὴν ἁφὴν, ᾗ μάλιστα πλεονεκτεῖ πάντα τὰ ζῶα ὁ ἄνθρωπος, οὐ περιέθηκεν ἡμῖν οὔτε δέρμα παχὺ ὡς τοῖς βουσὶ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς παχυδέρμοις, οὔτε τρίχας μεγάλας καὶ πυκνὰς ὡς ταῖς αἰξὶ καὶ τοῖς προβάτοις καὶ λαγωοῖς, οὔτε φολίδας ὡς τοῖς ὄφεσι καὶ τοῖς ἰχθύσιν, οὔτε ὄστρακα ὡς ταῖς χελώναις καὶ τοῖς ὀστρέοις, οὔτε ἁπαλόστρακα ὡς τοῖς καράβοις, οὔτε πτέρυγας ὡς τοῖς ὀρνέοις, ἀναγκαίως ἐσθῆτος ἐδεήθημεν, τῆς ἀναπληρούσης ἐν ἡμῖν ὅπερ ἡ φύσις τοῖς ἄλλοις ἐδωρήσατο. διὰ ταῦτα μὲν οὖν τροφῆς καὶ ἐσθῆτος δεόμεθα· οἰκήσεως δὲ καὶ διὰ ταῦτα μὲν, δι' ἃ καὶ ἐσθῆτος καὶ τροφῆς ἐδεήθημεν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τὰς τῶν θηρίων ἀποφυγὰς, διὰ δὲ τὰς δυσκρασίας τῶν ποιοτήτων καὶ τὴν λύσιν τῆς συνεχείας τοῦ σώματος, ἰατρῶν καὶ θεραπείας ἐν χρείᾳ καθέστημεν· τῆς δὲ μεταβολῆς κατὰ ποιότητα γινομένης, ἀνάγκη διὰ τῆς ἀντικειμένης ποιότητος εἰς τὸ σύμμετρον ἀγαγεῖν τὴν κατάστασιν τοῦ σώματος. οὐ γὰρ ὡς οἴονταί τινες τὸ θερμανθὲν σῶμα καταψύξαι πρόκειται τοῖς ἰατροῖς, ἀλλ' εἰς τὸ εὔκρατον μεταστῆσαι. εἰ γὰρ καταψύξειαν, εἰς τὴν ἐναντίαν περιΐσταται νόσον ἡ διάθεσις· χρεία τοίνυν ἀνθρώπῳ τροφῆς μὲν καὶ ποτοῦ διὰ τὰς κενώσεις καὶ διαφορήσεις· ἐσθῆτος δὲ διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἐκ φύσεως ἰσχυρὰν περιβολήν. οἴκου δὲ διά τε τὰς δυσκρασίας τοῦ περιέχοντος, καὶ διὰ τὰ θηρία· θεραπείας δὲ διὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ποιοτήτων, καὶ τὴν αἴσθησιν τὴν ἐνδοθεῖσαν τῷ σώματι. εἰ γὰρ μὴ προσῆν ἡμῖν ἡ αἴσθησις, οὔτ' ἂν ἠλγοῦμεν, οὔτ' ἂν θεραπείας ἐδεήθημεν· μὴ ἀλγοῦντες δὲ διεφθάρημεν ἂν, ἐν ἀγνωσίᾳ τοῦ κακοῦ τὸ πάθος οὐκ ἰώμενοι. διὰ δὲ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰς ἀπὸ τούτων χρείας, ἀλλήλων δεόμεθα· διὰ δὲ τὸ δεῖσθαι ἀλλήλων, εἰς ταυτὸ πολλοὶ συνελθόντες κοινωνοῦμεν ἀλλήλοις κατὰ τὰς τοῦ βίου χρείας ἐν τοῖς συναλλάγμασιν. ἣν τινα σύνοδον καὶ συνοικίαν πόλιν ὠνομάσαμεν, ἵνα ἐγγύθεν καὶ μὴ πόῤῥωθεν τὰς ὠφελείας καρπώμεθα· φύσει γὰρ συναγελαστικὸν καὶ πολιτικὸν ζῶον γέγονεν ὁ ἄνθρωπος· εἷς γὰρ οὐδεὶς αὐτάρκης ἑαυτῷ πρὸς ἅπαντα. δῆλον οὖν ὡς αἱ πόλεις διὰ τὰ συναλλάγματα καὶ τὰ μαθήματα συνέστησαν. δύο δὲ τούτων πρεσβείων ὁ ἄνθρωπος ἔτυχε. καὶ γὰρ μόνος οὗτος συγγνώμης τυγχάνει μετανοῶν, καὶ τὸ σῶμα τούτου μόνου θνητὸν ὂν ἀπαθανατίζεται· καὶ τοῦ μὲν σωματικοῦ διὰ τὴν ψυχὴν, τοῦ δὲ ψυχικοῦ διὰ τὸ σῶμα. μόνος γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῶν λογικῶν ἐξαίρετον ἔσχε τὸ συγγνώμης ἐν τῷ μετανοεῖν ἀξιοῦσθαι. οὔτε γὰρ δαίμονες οὔτε ἄγγελοι μετανοήσαντες συγγνώμης ἀξιοῦνται. καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα καὶ δίκαιος καὶ ἐλεήμων ὁ Θεὸς δείκνυταί τε καὶ λέγεται. τοῖς μὲν γὰρ ἀγγέλοις μηδὲν ἔχουσιν ἐπανάγκασμα περιέλκον εἰς ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἐλευθέροις οὖσιν ἐκ φύσεως τῶν σωματικῶν παθῶν τε καὶ χρειῶν καὶ ἡδονῶν, εἰκότως οὐδεμία δίδοται συγγνώμη μετανοοῦσιν· ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐ μόνον ἐστὶ λογικὸν, ἀλλὰ καὶ ζῶον. αἱ δὲ χρεῖαι τοῦ ζώου

A aliquando per ea quæ edimus, vel bibimus: In omnibus enim vel magna vel parva ignis pars inspersa est. De aere idem sentiendum est. Nam proxime quidem eo fruimur, quod respiramus, quod circumfusum nobis habemus, quod in comedendo & bibendo ducimus: Per alias vero naturas omnes quibus alimur. Terra autem per se nos quidem nullo modo, sed semper aliis quibusdam interpositis vescimur: Terra enim frumentum fit, frumentum autem nobis cibus est. Galeritæ enim & columbæ, sæpe etiam perdices terram edunt. At homo per semina, arborum baccas, carnes. Sed quoniam non solum propter decentiam, sed etiam propter tangendi sensus excellentiam, quo maxime omnibus
B animalibus homo præstat, neque corio nos obduxit, ut boves & cetera quæ crassa cute vestita sunt: neque pilis magnis & densis, ut capras, oves, lepores: neque cortice, ut serpentes & pisces: neque testa molliore, ut carabos: neque pennis, ut aves: necessario vestitu opus habuimus, qui cum iis quæ ceteris animantibus tribuit compensaretur. Atque hæ quidem caussæ sunt cur alimento & amictu nobis opus sit. Tectum vero cum iisdem de caussis ob quas & vestitu & victu indiguimus, tum maxime ad fugiendum ferarum impetum opus est. Medicos autem & curationem, propter malas temperationes qualitatum, & dissolutionem continuationis corporis, requirimus. Mutatio autem cum in
C qualitate fiat, necesse est per contrariam qualitatem ad aptam compositionem humorum, constitutionem corporis redigere. Non enim, ut opinantur quidam, medicis propositum est corpus concalefactum refrigerare, sed ad bonam temperationem reducere. Si enim refrigerarent, in contrarium morbum habitus corporis verteretur. Quare concluditur, homini cibo & potione opus esse, propter exinanitiones, & discussiones: vestitu, quoniam a natura nullo valido amictu munitus est: domo, propter malas temperationes aeris, & feras: curatione, ob mutationes qualitatum, & sensum qui corpori ingeneratus est. Si enim sensus nobis non adesset, neque doleremus, neque curationis indigeremus: Si autem
D non doleremus utique periremus, neque ignoratione mali morbum curaremus. Jam vero propter artes, & scientias, & utilitates quæ ab his manant, indigemus alter alterius opera, & idcirco unum in locum multi convenimus, & ad vitæ usus, res inter nos rationesque contrahimus. Quem conventum, & conjunctionem ædium, civitatem vocavimus, ut e propinquo non longe mutua commoda caperentur. Natura enim animal congregabile & civile homo factus est. Nam in nemine uno, ad omnia satis præsidii est. Itaque perspicuum est, civitates propter commercia & disciplinas esse constitutas. Est autem duplici honoris & muneris genere homo affectus, quod & ipse solus pœnitentia veniam pec-
E catorum impetrat, & ejus unius corpus quamvis mortale & caducum, æternum & immortale redditur: quorum alterum quod ad corpus pertinet propter animam, alterum quod ad animam propter corpus consecutus est. Solus enim homo inter omnia quæ ratione sunt prædita habet hoc præcipuum, ut ejus erratum pœnitentia condonetur; Nam neque dæmones, neque angeli per pœnitentiam delictorum veniam impetrare possunt. In quo maxime justus & misericors Deus & ostenditur & dicitur. Nam angeli cum nullam habeant caussam necessariam quæ ad peccandum impellat; sed natura omni affectione corporis, & inopia & voluptate vacent, merito per pœnitentiam ad veniam aspirare non possunt. At homo non modo rationis particeps, sed etiam animal est, & necessarii usus vitæ animalis, motusque turbidi persæpe rationem

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



καὶ τὰ πάθη πολλάκις περιέλκουσι τὸν λογισμόν. ὅταν οὖν ἀνανήψας ἀποφύγῃ μὲν ταῦτα, χωρήσῃ δὲ ἐπὶ τὰς ἀρετὰς, ἐλέους δικαίου τυγχάνει τῆς συγγνώμης. καὶ ὥσπερ ἴδιόν ἐστι τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ γελαστικὸν, ἐπειδὴ καὶ μόνῳ τούτῳ πρόσεστι καὶ παντὶ καὶ ἀεὶ, οὕτως ἐν τοῖς κατὰ χάριν ἴδιον ἀνθρώπου παρὰ πᾶσαν τὴν λογικὴν κτίσιν, τὸ διὰ τῆς μετανοίας ἀπολύεσθαι τῶν προημαρτημένων τῆς αἰτίας. καὶ γὰρ μόνῳ ἀνθρώπῳ τοῦτο δεδώρηται, καὶ παντὶ, καὶ ἀεὶ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐγκοσμίου ζωῆς, μετὰ δὲ θάνατον οὐκέτι. οὕτω δέ τινες καὶ τοὺς ἀγγέλους βούλονται μηκέτι μετὰ τὴν ἔκπτωσιν τυγχάνειν τῆς ἐκ μετανοίας συγγνώμης. θάνατος γὰρ τούτων ἡ ἔκπτωσις· πρὸ δὲ τῆς ἐκπτώσεως καθ' ὁμοιότητα τῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων καὶ αὐτοὺς ἀξιοῦσθαι συγγνώμης. ὅπερ μὴ ποιήσαντες ἀσύγγνωστον καὶ διαιωνίζουσαν ἔχουσι τὸ λοιπὸν τῆς τιμωρίας τὴν προσήκουσαν δίκην. δῆλον οὖν ἐκ τούτων, ὡς οἱ τὴν μετάνοιαν οὐ δεχόμενοι τὴν ἐξαίρετον δωρεὰν καὶ τὴν ἰδίαν ἀνθρώπου περιγράφουσιν. ἴδιον δὲ αὐτοῦ καὶ ἐξαίρετον καὶ μόνον τῶν ἄλλων ζώων τὸ τούτου σῶμα μετὰ θάνατον ἀνίστασθαι καὶ εἰς ἀθανασίαν χωρεῖν· τυγχάνει δὲ τούτου διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν. ὥσπερ ἐκείνου διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειάν τι καὶ πολυπάθειαν· ἴδια δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ τῶν τεχνῶν τε καὶ ἐπιστημῶν μαθήματα, καὶ αἱ κατὰ τὰς τέχνας ταύτας ἐνέργειαι. δι' ὃ καὶ τὸν ἄνθρωπον ὁρίζονται ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν· ζῶον μὲν ὅτι καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐσία ἐστὶν ἔμψυχος αἰσθητική. οὗτος γὰρ ὅρος ζώου. λογικὸν δὲ ἵνα χωρισθῇ τῶν ἀλόγων· καὶ θνητὸν ἵνα χωρισθῇ τῶν ἀθανάτων λογικῶν. τὸ δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ὅτι διὰ μαθήσεως προσγίνονται ἡμῖν αἱ τέχναι καὶ αἱ ἐπιστῆμαι, ἔχουσι μὲν δύναμιν δεκτικὴν καὶ τοῦ νοῦ καὶ τῶν τεχνῶν, τὴν δὲ ἐνέργειαν κτωμένοις ἐκ τῶν μαθημάτων. λέγουσι δὲ τοῦτο τῷ ὅρῳ προστεθῆναι ὕστερον, ἐρρῶσθαι μὲν γὰρ καὶ χωρὶς τούτου τὸν ὅρον. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ νύμφας καὶ ἄλλα τινὰ γένη δαιμόνων τινὲς εἰσάγουσι πολυχρόνια μὲν, οὐ μὴν ἀθάνατα, ἵνα καὶ ἀπὸ τούτων διαστείλωσι τὸν ἄνθρωπον, προσέθηκαν τὸ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. οὐδὲν γὰρ ἐκείνων μανθάνει, ἀλλὰ φύσει οἶδεν ἃ οἶδεν· Ἑβραίων δὲ δόγμα τὸ πᾶν τοῦτο διὰ τὸν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι. προσεχῶς μὲν δι' αὐτὸν, οἷον νωτοφόρα καὶ βόας τοὺς πρὸς γεωργίαν· χόρτον δὲ διὰ ταῦτα· τῶν γὰρ γενομένων τὰ μὲν δι' ἑαυτὰ γέγονε, τὰ δὲ δι' ἄλλα. δι' ἑαυτὰ μὲν τὰ λογικὰ πάντα, δι' ἕτερα δὲ τά τε ἄλογα καὶ τὰ ἄψυχα. εἰ δὲ ταῦτα δι' ἄλλα γέγονε, διὰ ποῖα γέγονε σκοπήσωμεν. ἆρ' οὖν δι' ἀγγέλους; ἀλλ' οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν εἴποι δι' ἀγγέλους αὐτὰ γεγενῆσθαι. τὰ γὰρ δι' ἄλλα γενόμενα πρὸς σύστασιν ἐκείνων καὶ διαμονὴν καὶ ἄνεσιν γέγονεν· ἢ γὰρ τῆς διαδοχῆς τοῦ γένους ἕνεκεν ἢ τροφῆς ἢ σκέπης ἢ θεραπείας ἢ διαγωγῆς καὶ ἀναπαύσεως. ἄγγελος δὲ τούτων οὐδενὸς δεῖται· οὔτε γὰρ διαδοχὴν ἔχει γένους, οὔτε τροφῆς ἐνδεής ἐστι σωματικῆς, οὔτε σκέπης, οὔτε τῶν ἄλλων· εἰ δὲ μὴ ἄγγελος, δῆλον ὡς οὐδὲ ἄλλη τις φύσις ὑπεραναβεβηκυῖα τῶν ἀγγέλων· ὅσῳ γὰρ ὑπέρκειται, τοσούτῳ μᾶλλον καὶ τὸ ἀνενδεὲς αὐτῇ πρόσεστι. ζητητέον οὖν φύσιν λογικὴν μὲν, ἐνδεᾶ δὲ τῶν προειρημένων· τίς οὖν ἑτέρα τοιαύτη φανείη παραλιπόντων ἡμῶν τὸν ἄνθρωπον; οὐκοῦν συνάγεται διὰ τοῦτον τά τε ἄψυχα καὶ τὰ ἄλογα γεγενῆσθαι· ἐπειδὴ τοίνυν δι' αὐτὸν ὡς ἐδείχθη γέγονε, διὰ τοῦτο καὶ ἄρχων αὐτῶν κατέστη. ἄρχον-

attentant, atque labefactant. Quare cum ad sanitatem redit & declinatis turbulentis animi motionibus, virtutem complectitur, justa illi misericordia, id est, venia tribuitur. Atque ut proprium ejus naturæ ridere est; nam & soli adest, & omni, & semper: ita in rebus non naturæ lege, sed Dei erga nos beneficio constitutis proprium est hominis, præ omnibus quæ ratione sunt prædita, ut per pœnitentiam omni culpa liberetur. Nam soli homini & omni & semper, quoad in terris vivit, hoc datum est. Nam morte obita non item. Quomodo etiam angelos nonnulli volunt non amplius postquam lapsi sunt consequi veniam per pœnitentiam: Mors enim illorum lapsus est. Sed ante lapsum, ad similitudinem vitæ hominum, etiam ipsis veniam Deum daturum fuisse: Nunc vero, cum non pœnituerit eos erratorum suorum, æternis, nec ulla venia remittendis suppliciis, suisque meritis congruentibus, mulctantur. Quapropter hinc intelligitur, qui pœnitentiam respuunt, eos præcipuum munus & proprium hominis tollere. Est hoc quoque in homine proprium, & eximium, quod in omni genere animantium, ejus unius corpus a morte excitatur ad vitam & ad immortalitatem contendit. Quod quidem propter animi immortalitatem, ut illud alterum, propter corporis imbecillitatem, & perturbationes, quibus plurimis jactatur, adeptus est. Solius quoque hominis est, artium & scientiarum cognitio, & harum ipsarum artium exercitatio. Quamobrem hominem definiunt sic, Animal rationis particeps, mortale, mentis & scientiæ capax. Animal, quoniam homo substantia est animata, sentiens, quæ animalis definitio est. Rationis particeps, ut separetur ab his quæ ratione carent. Mortale, ut ab immortalibus, quæ ratione utuntur, sejungatur. Mentis & scientiæ capax, quoniam discendo artes & scientiæ parantur. Etsi enim naturalis facultas in nobis est mentis artiumque capax, earum tamen usum & exercitationem disciplina acquirimus. Quamquam hanc partem, additamentum definitionis ajunt esse, quod nihilominus, ut ea absit, definitio consistat. Sed quoniam sunt qui nymphas, & alia quædam dæmonum genera inducant, viventia quidem illa ad longum tempus, non tamen immortalia, ut ab his hominem secernant, addiderunt ad definitionem, mentis capax atque scientiæ. Nihil enim illa discunt, sed natura sciunt quæ sciunt. Porro autem Hebræorum dogma est, hanc rerum universitatem hominis caussa ædificatam esse; ut quæ tergo gestandis oneribus apta sunt, & boves qui ad agri cultionem sunt utiles, proxime hominum caussa, fœnum illorum. Quæ enim facta sunt alia propter se, alia aliorum caussa, facta sunt: propter se, omnia quæ ratione utuntur, aliorum caussa cum quæ ratione, tum quæ anima carent. Quod si hæc aliorum caussa sunt genita, age quorum caussa sint genita videamus. An igitur angelorum? At hoc quidem nemo qui sapiat dixerit: quæ enim propter alia sunt effecta, propter eorum cohærentiam & permanentiam & oblectationem comparata sunt: aut enim propagandi generis gratia, aut cibi, aut tegumenti, aut curationis, aut voluptatis & requietis. At vero angelus nihil horum desiderat, neque enim genus suum propagat, neque corporeo alimento neque tegumento, neque reliquis opus habet. Sin autem horum angeli non indigent, equidem multo minus alia ulla natura quæ angelis sit præstantior. Ut enim quidque excellit maxime, ita ab inopia & indigentia est remotissimum. Itaque quærenda natura est, quæ & rationis sit particeps & his quæ jam enumeravimus opus habeat. Quæ igitur alia si hominem prætermittamus talis queat exsistere? Quare efficitur hominis caussa, & quæ inanima sunt, & quæ ratione carent, esse pro-

τος δὲ ἔργον πρὸς μέτρον χρείας τοῖς ἀρχομένοις χρῆσθαι, καὶ μὴ πρὸς ἡδυπάθειαν ἀκολάστως ἐξυβρίζειν, μηδὲ φορτικῶς καὶ ἐπαχθῶς προσφέρεσθαι τοῖς ἀρχομένοις. ἁμαρτάνουσι τοίνυν ὅσοι τοῖς ἀλόγοις οὐκ εὖ κέχρηνται· οὐ γὰρ ποιοῦσιν ἄρχοντος ἔργον, οὐδὲ δικαίου. κατὰ τὸ γεγραμμένον, δίκαιος οἰκτείρει ψυχὰς κτηνῶν αὐτοῦ. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις ὡς οὐδὲν δι' ἄλλο, ἀλλ' ἕκαστον δι' ἑαυτὸ γέγονεν. οὐκοῦν χωρίσαντες πρῶτον τὰ ἔμψυχα ἀπὸ τῶν ἀψύχων, ἴδωμεν εἰ δύναται τὰ ἄψυχα δι' ἑαυτὰ γεγενῆσθαι. εἰ γὰρ ταῦτα δι' ἑαυτὰ, πῶς ἢ πόθεν τραφήσεται τὰ ζῶα; ὁρῶμεν γὰρ τὴν φύσιν ἐπιχορηγοῦσαν τροφὰς τοῖς ζώοις ἐκ τῆς γῆς καρπῶν τε καὶ φυτῶν, πλὴν ἐλαχίστων τῶν σαρκοφάγων, καὶ αὐτὰ δὲ ταῦτα τὰ σαρκοφάγα τροφὴν ποιεῖται τῶν ζώων τὰ τὴν γῆν νεμόμενα. ὡς λύκοι μὲν καὶ λέοντες ἄρνας καὶ αἶγας καὶ σῦς καὶ ἐλάφους. ἀετοὶ δὲ πέρδικας καὶ φάσσας καὶ λαγωοὺς καὶ τὰ ὅμοια. ἅτινα τοὺς καρποὺς τῆς γῆς νέμεται. καὶ γὰρ τῶν ἰχθύων ἡ φύσις ἀλληλοφάγος οὖσα, οὐ μέχρι πάντων διήκει σαρκοφαγοῦσα, ἀλλὰ κατέληξεν ἐν τοῖς νεμομένοις φύκια καὶ ἄλλα τινὰ ἐν τῷ ὕδατι φυόμενα. εἰ γὰρ ἦν πάντα τὰ γένη τῶν ἰχθύων σαρκοφάγα, καὶ μηδὲν ἦν ἐκφεῦγον τὴν τῆς σαρκὸς σίτησιν, οὐκ ἂν οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον ἐπήρκεσεν, ἀλλὰ διεφθάρη, τὰ μὲν ὑπ' ἀλλήλων, τὰ δὲ διὰ τροφῆς ἔνδειαν. ἵνα δὲ μὴ τοῦτο γένηται, τινὲς τῶν ἰχθύων κατεσκευάσθησαν σαρκῶν μὲν ἀπεχόμενοι, τὴν δὲ ὡς ἄν τις εἴποι θαλασσίαν βοτάνην νεμόμενοι· ἵνα ἐκ τούτων καὶ τὰ ἄλλα διασώζηται· γίνεται γὰρ βορὰ μὲν τούτων τὰ φύκια, ἐκεῖνα δὲ τῶν ἄλλων, καὶ πάλιν ταῦτα τῶν ἄλλων, ὡς διὰ τὴν τῶν τελευταίων τροφὴν ἀδιαλείπτως ἐκ τοῦ γεώδους τοῦ κατὰ τὴν θάλασσαν παρεχομένην, καὶ τὴν τῶν ἄλλων ὑπόστασιν σώζεσθαι. ἀπέδειξεν οὖν ὁ λόγος τὴν τῶν φυτῶν γένεσιν μὴ δι' ἑαυτὴν, ἀλλ' εἰς τροφὴν καὶ σύστασιν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων γεγενημένην. εἰ δὲ ταῦτα διὰ τὸν ἄνθρωπον καὶ τὰ ζῶα, δῆλον ὡς καὶ τὰ τῆς τούτων αὐξήσεως καὶ γενέσεως αἴτια διὰ ταῦτα γέγονεν. οὐκοῦν ἀστέρων κινήσεις καὶ οὐρανὸς καὶ ὧραι καὶ ὄμβροι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα διὰ ταῦτα γέγονεν. ἵνα τῶν τροφῶν ὡς ἐν κύκλῳ διηνεκῶς χορηγουμένων, ἀνελλιπὴς καὶ ἡ τῶν προσφερομένων τοὺς καρποὺς διαμείνῃ φύσις· ὡς εὑρίσκεσθαι ταῦτα μὲν διὰ τοὺς καρποὺς, τοὺς δὲ καρποὺς διὰ τὰ ζῶα καὶ τὸν ἄνθρωπον· λοιπόν ἐστιν ἐπιδιασκέψασθαι, πότερον καὶ ἡ τῶν ἀλόγων φύσις δι' ἑαυτὴν γέγονεν, ἢ διὰ τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' ἴσως ἄτοπον τὰ φρονήσεως ἄμοιρα, καὶ καθ' ὁρμὴν μόνην ζῶντα, καὶ πρὸς γῆν κάτω κεκυφότα, καὶ τὴν δουλείαν διὰ τοῦ σχήματος ἐνδεικνύμενα, λέγειν δι' ἑαυτὰ παρῆχθαι· πολλῶν δὲ ὄντων τῶν ἐνδεχομένων εἰς τοῦτο ῥηθῆναι, καὶ σχεδὸν ἰδίας συγγραφῆς διὰ τὸ πλῆθος δεομένων, μὴ χωρούσης τῆς προκειμένης ὑποθέσεως τὸ μῆκος τῶν λόγων, ἐπὶ τὰ σύντομα μὲν καίρια δὲ καταντῆσαι προσήκει· εἰ τοίνυν ὡς ἐν εἰκόνι τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ τὰ τῶν ἔξωθεν ἐσοπτρισθείημεν, ἐξ αὐτῆς ἂν εἴημεν τῆς τῶν ζητουμένων οὐσίας, τὰς ἀποδείξεις ποιούμενοι· ὁρῶμεν οὖν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ψυχῇ τὴν ἀλογίαν καὶ τὰ ταύτης μέρη, λέγω δὲ τὴν ὄρεξιν καὶ τὸν θυμὸν πρὸς ὑπηρεσίαν δεδομένα τῷ λογικῷ· καὶ τὸ μὲν ἄρχον, τὰ δὲ ἀρχόμενα· καὶ τὸ μὲν κελεῦον, τὰ δὲ κελευόμενα, καὶ ὑπηρετοῦντα ταῖς χρείαις αἷς ἂν ὁ λόγος ὑποβάλῃ, ὅταν σώζῃ τὸ κατὰ φύσιν ὁ ἄνθρωπος. εἰ δὲ τῶν ἐν ἡμῖν ἀλόγων τὸ ἐν ἡμῖν ἄρχει λογικὸν, πῶς οὐκ εἰκὸς καὶ τῶν ἔξωθεν ἀλόγων αὐτὸ κρατεῖν, καὶ πρὸς τὰς χρείας αὐτῷ δε-

A creata. Quod quoniam ita eſt, ei imperium in illa omnia mandatum eſt. Officium autem ejus qui imperat, eſt, pro modo ſuæ inopiæ uti iis quibus imperet; neque intemperanter & contumelioſe ad luxum abuti, aut iis gravem eſſe atque moleſtum. Ergo in vitio ſunt, qui beſtiis non recte utuntur: non enim imperantis, aut omnino juſti hominis munere funguntur, quando ut traditur divinis literis, [a] *Juſtus miſeretur animarum jumentorum ſuorum*. Sed fortaſſe dicet quis, nihil alterius cauſſa, ſed quodque propter ſe factum eſſe. Quocirca ſejunctis primum animatis ab inanimis, conſideremus an fieri poſſit, ut inanima ſuam ob cauſſam creata ſint. Si enim propter ſe ipſa, quomodo aut un-

B de nutrientur animalia? Videmus enim naturam ſuppeditare animalibus paſtum e terra, fructus, & ſtirpes; exceptis paucis, quæ carnem vorant, quæ tamen ipſa paſcuntur animalibus quibus terra cibus eſt, ut lupi, & leones; agnis, capris, ſuibus, cervis: aquilæ; perdicibus, palumbibus, leporibus, & ejuſmodi quæ terræ fructibus aluntur. Nam piſces qui inter ſe alius alium vorant, non omnes in carnem graſſantur: ſed hæc carnis appetitio inſiſtit in iis quæ paſcuntur alga, & aliis quibuſdam quæ in aqua naſcuntur. Nam ſi omnia piſcium genera carne veſcerentur, nullumque eſſet quod a carne abhorreret, ne ad exiguum quidem tempus ſuffeciſſent, ac jamdudum alia mutuis cedibus, alia ino-

C pia periiſſent. Quod ne eveniat, aliqui piſces a carnibus ſe abſtinent, & marinam, ut ita dicam, herbam depaſcunt, ut ex ipſis etiam ceteri ſuſtententur. Horum enim pabulum alga eſt, ipſi aliorum, & iſti rurſus aliorum, ut ultimorum alimento, quod perpetuo e terreno illo quod in mari eſt, ſuggeritur, reliqui incolumes conſerventur. Ratio igitur edocet, ſtirpes non ſua cauſſa, ſed ob victum & naturam hominum & ceterorum animalium ortas eſſe. Idque ſi verum eſt, dubium non eſt, quin etiam cauſæ illarum accretionis, & ortus, propter eadem animalia conſtitutæ ſint. Ergo ſtellarum motus, & orbes cæleſtes, & anni tempora, & imbres, & omnia talia propterea inſtituta ſunt,

D ut alimentis continenter velut in orbem ſuppeditantibus nullo tempore eorum natura occidat, quæ fructibus veſcuntur: ut illa quidem propter fructus, fructus autem animalium cauſſa & hominum reperiantur. Reliquum eſt videre beluæ & mutæ pecudes ſua ne cauſſa, an hominis gratia generatæ ſint. Verum fortaſſe abſurdum ſit, quæ prudentia vacent & naturali ſolum appetitione vivant, & terram prona intueantur, & ſervitutem figura ſui corporis declarent, dicere propter ſe eſſe producta. Cum autem multa ſint quæ hac de re dici poſſint, & ferre proprium opus propter multitudinem deſiderent: nec inſtitutum noſtrum hujus temporis longitudinem orationis patiatur, ad pauca eaque quæ pondus ali-

E quod habeant veniendum eſt. Itaque ſi in hominem ut in imaginem intuentes, ea quæ externa ſunt contemplabimur, ex ipſa eſſentia earum rerum quæ quæruntur, argumentum concludemus. Videmus in noſtra anima, partem eam quæ rationis eſt expers ejuſque item duas partes, iram, & cupiditatem ſervire rationi; itaque rem comparatam, ut hæc imperet, illa pareant; hæc jubeat, illa juſſis obſequantur, & præſto ſint, velut miniſtræ ad omnes uſus quos ratio oſtenderit, cum quidem homo in naturæ lege perſtiterit. Quod ſi ratio quæ in nobis eſt imperat rationis expertibus animæ partibus quæ in nobis ſunt, nonne verum eſt, etiam eorum expertium rationis quæ extra ſunt eam eſſe dominam,

[a] Prov. xii. 10.

δόσθαι; ὑπηρετεῖσθαι γὰρ φύσει τέτακται τὸ ἄλογον τῷ λογικῷ, ὡς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐδείχθη. δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ ἡ τῶν πολλῶν ζώων κατασκευή, πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἀνθρώπων ἐπιτήδειος γενομένη. βόες μὲν καὶ πάντα τὰ νωτοφόρα πρὸς γεωργίαν καὶ ἀχθοφορίαν, τὰ πολλὰ δὲ τῶν πτηνῶν καὶ τῶν ἐνύδρων· καὶ τῶν χερσαίων πρὸς ἀπόλαυσιν· τὰ δὲ μιμηλὰ πρὸς τέρψιν καὶ ἄνεσιν· εἰ δὲ μὴ πάντα ταῖς τοιαύταις χρείαις ὑπηρετεῖται, ἀλλ' ἔνια καὶ λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον, ἰστέον ὡς προηγουμένως τῶν δι' ὑπηρεσίαν γενομένων, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ ἐνδεχόμενα κατεσκεύασται· ἵνα μηδὲν ἐλλίπῃ τῇ κτίσει τῶν ἐνδεχομένων γενέσθαι· οὐδὲ ταῦτα δὲ παντάπασιν ἐκπέφευγε τὴν τῶν ἀνθρώπων ὄνησιν. ἀλλὰ καὶ τὰ δηλητηριώδη πρὸς οἰκείαν ὠφέλειαν ὁ B λόγος καρποῦται· καταχρῆται γὰρ αὐτοῖς πρὸς θεραπείαν τῆς ἐξ αὐτῶν ἐκείνων βλάβης, καὶ τῆς τῶν ἄλλων ἀῤῥωστημάτων ἰάσεως· τοιαῦταί τινές εἰσιν αἱ θηριακαὶ καλούμεναι κατασκευαί· ἃς ὁ λόγος ἐπενόησεν ἵνα καὶ τούτων κρατῇ δι' αὐτῶν, καὶ ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων κρατηθέντων ὠφελοῖτο· ἔχει δὲ μυρίας ὁ ἄνθρωπος ἀντιπαθεῖς τούτων δυνάμεις δεδομένας παρὰ τοῦ δημιουργοῦ, εἴργειν καὶ ἀμύνεσθαι καὶ διορθοῦσθαι τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν δυναμένας· ἄλλα μὲν γὰρ ἄλλαις ἁρμόζει χρείαις, κοινῇ δὲ πάντα πρὸς θεραπείαν ἀνθρώπου συντελεῖν πέφυκε, καὶ τὰ μὴ ταῖς ἄλλαις χρείαις χρήσιμα. καὶ ταῦτα μὲν ὡς πρὸς τὴν νῦν κατάστασιν τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου λεγέσθω. ἐπεὶ τόγε ἀρχαῖον οὐδὲν τῶν ἀλό- C γων ζώων ἐτόλμα καταβλάπτειν τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' ἦν αὐτῷ πάντα δοῦλα καὶ ὑποτεταγμένα καὶ πειθήνια, ἕως ἐκράτει τῶν οἰκείων παθῶν, καὶ τῆς ἀλογίας τῆς ἐν αὐτῷ. μὴ κρατῶν δὲ τῶν οἰκείων παθῶν, ἀλλὰ κρατούμενος ὑπ' αὐτῶν, ἐκρατήθη καὶ παρὰ τῶν ἔξωθεν θηρίων εὐλόγως. συνεισῆλθε γὰρ τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ἡ παρὰ τούτων βλάβη. ὅτι δὲ τοῦτο ἐστὶν ἀληθές, δῆλον ἐκ τῶν τὸν ἄριστον μετελθόντων βίον· κρείττους γὰρ ὤφθησαν οὗτοι τῆς τῶν θηρίων ἐπιβουλῆς· ὡς λεόντων μὲν ὁ Δανιήλ, Παῦλος δὲ τοῦ δήγματος τῆς ἐχίδνης. τίς οὖν ἀξίως θαυμάσειε τὴν εὐγένειαν τούτου τοῦ ζώου; τοῦ συνδέοντος ἐν ἑαυτῷ τὰ θνητὰ τοῖς ἀθανάτοις, καὶ τὰ λογικὰ τοῖς ἀλόγοις συνάπτοντος, τοῦ φέροντος ἐν D τῇ καθ' ἑαυτὸν φύσει τῆς πάσης κτίσεως τὴν εἰκόνα, δι' ἃ καὶ μικρὸς κόσμος εἴρηται, τοῦ τοσαύτης ἠξιωμένου παρὰ τοῦ Θεοῦ προνοίας· δι' ὃν πάντα καὶ τὰ νῦν καὶ τὰ μέλλοντα; δι' ὃν ὁ Θεὸς ἄνθρωπος γέγονε· τοῦ λήγοντος εἰς ἀφθαρσίαν καὶ τὸ θνητὸν διαφεύγοντος, ὃ οὐρανῶν βασιλεύει κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονὸς, Χριστῷ συνδιάγει, Θεοῦ τέκνον ἐστὶ, πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας προκάθηται. τίς δ' ἂν ἐξειπεῖν δύναιτο τὰ τούτου τοῦ ζώου πλεονεκτήματα; πελάγη διαβαίνει. οὐρανὸν ἐμβατεύει τῇ θεωρίᾳ. ἀστέρων κινήματα καὶ μέτρα κατανοεῖ. γῆν καρποῦται καὶ θάλασσαν. θηρίων καὶ κητῶν καταφρονεῖ. πᾶσαν ἐπιστήμην καὶ μέθοδον κατορθοῖ. ὑπερορίοις διὰ τῶν γραμμάτων οἷς βούλεται E προσομιλεῖ, μηδὲν ὑπὸ τοῦ σώματος ἐμποδιζόμενος. προφητεύει τὰ μέλλοντα. πάντων ἄρχει. πάντων κρατεῖ. πάντων ἀπολαύει. ἀγγέλοις καὶ Θεῷ διαλέγεται. τῇ κτίσει κελεύει. δαίμοσιν ἐπιτάττει. τὴν τῶν ὄντων φύσιν ἐρευνᾷ. Θεὸν περιεργάζεται· οἶκος καὶ ναὸς γίνεται Θεοῦ· καὶ ταῦτα πάντα διὰ τῶν ἀρετῶν ὠνεῖται καὶ τῆς εὐσεβείας. ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμέν τισιν ἀπειροκάλως ἀνθρώπου γράφειν ἐγκώμιον, καὶ μὴ μόνον τὴν φύσιν ἐκτίθεσθαι καθάπερ προεθέμεθα, αὐτοῦ που καταπαύσωμεν τὸν λόγον·

A locoque circumscribatur, non est ubicumque lux sua est, quemadmodum neque ignis. Manet enim ignis in ligno, aut in lucerna, tamquam in loco illigatus. Anima vero quod corporis est expers, neque loco definitur, tota per totum, & lumen ejus, & corpus permeat: neque est pars ulla quæ ab illa illustretur, in qua tota non adsit. Non enim tenetur a corpore, sed ipsa tenet corpus, neque in corpore est ut in vase, aut utre, sed contra potius in ea corpus. Non enim, quæ cernuntur intelligentia, a corporibus impedita, sed per totum corpus meantia & transeuntia & vagantia corporeo loco comprehendi possunt. Cum enim intelligentia comprehendantur, etiam in locis sunt quæ animo cernuntur. Aut enim in B se ipsis, aut in superioribus mentibus, ut animus aliquando in se ipso est, dum ratiocinatur, aliquando in mente, dum intelligit. Cum igitur in corpore esse dicitur; non in corpore, ut in loco, esse dicitur, sed ut habitudine quadam, & quia adest, quomodo Deum in nobis esse dicimus. Etenim habitudine & propensione ad aliquid, & affectione vinctam dicimus a corpore animam: quemadmodum eum qui amat ab amica vinctum dicimus, non corpore, aut loco, sed animi inclinatione. Cum enim magnitudine & mole & partibus careat, nulla loci parte terminari aut circumscribi potest. Quod enim partem nullam habet, quo loco circumscribi queat? Cum mole enim locus exsistit. Nam locus terminus est corporis continen- C tis, quo id quod continetur complectitur. Quod si quis dixerit, ergo & Alexandriæ & Romæ, denique ubique est mea anima, non videt se locum denuo dicere? Etenim quod ita dicitur Alexandriæ, aut omnino hic, locus est. In loco autem prorsus non est, sed in habitudine. Ostensum est enim loco comprehendi non posse. Cum ergo in habitudine aliqua fuerit, quod intelligentia comprehenditur, ad locum, aut rem quæ in loco sit, per abusionem ibi esse dicimus, propter muneris functionem quæ illic est, locumque pro habitudine & functione muneris accipimus. Cum enim dicendum sit, illic fungi suo munere, illic esse dicimus. Verum, hæc ratio unionis liquidius maximeque ad unionem Verbi D Dei, & hominis conveniet: qua post unionem, neque confusum, neque comprehensum ab homine est, neque tamen ad eumdem modum quo anima. Hæc enim cum multiplicata sit, videtur etiam consentire & congruere aliquo modo propter societatem cum corpore, & tum ipsum tenere, tum ab eo teneri. At Deus Verbum, nihil ipsum a societate corporis & animæ immutatum, neque illorum imbecillitatis particeps, sed eis suæ divinitatis vim impertiens, unum cum eis fit & permanet, quod erat ante unionem. Novus hic temperationis aut unionis modus est, & temperatur & manet omnis dumtaxat admixtionis expers, & non confusum, & incorruptum, & immutabile, & præterquam quod se non vertit E neque confunditur, quoniam omnis prorsus commutationis est expers; non una cum illis patitur, sed una tantum agit: neque simul interit, aut commutatur, sed cum illa amplificat, tum ab illis non imminuitur. Testatur hoc Porphyrius, qui Christum oppugnare, & insectari non dubitavit. Sunt autem valida inimicorum testimonia quæ nobis perhibentur, neque contradici quidquam potest. Itaque Porphyrius capite secundo *variarum quæstionum*, ad verbum sic scribit: *Non improbandum igitur accidere posse, ut aliqua substantia ad alterius substantiæ absolutionem assumatur, & pars substantiæ sit, ita ut in sua ipsius natura maneat & aliam substantiam compleat, & unum cum alio fiat, & suam unitatem conservet, & quod majus est, ipsa quidem non vertatur, sed ea in quibuscumque fuerit, ad suam ipsius actionem sua præsentia vertat.* Atque hæc de animæ & corporis unione scribit. Quod si in anima vera est ratio, propterea quod est non corpus, lon-

θὴς ὁ λόγος διὰ τὸ ἀσώματον, πολλῷ πλέον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ λόγου τοῦ μᾶλλον ἀσυγκρίτου καὶ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος ἀσωμάτου· ὅπερ ἄντικρυς ἀποφράττει τὰ στόματα τῶν ἐπιχειρούντων κατηγορεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ ἑνώσεως πρὸς τὸν ἄνθρωπον. τοῦτο γὰρ Ἑλλήνων οἱ πολλοὶ γέλωτα ποιοῦνται, φάσκοντες ἀδύνατον καὶ ἀπίθανον καὶ ἀπρεπὲς εἶναι συγγενέσθαι θνητῇ φύσει τὸ θεῖον κατὰ κρᾶσιν καὶ ἕνωσιν. ἀλλ' ἡμεῖς τοῖς εὐδοκίμοις αὐτῶν χρησάμενοι μάρτυσιν ἀποδυόμεθα τὴν αἰτίαν. λέγεται δὲ παρά τισι καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς Εὐνομιανοῖς, ἡνῶσθαι τὸν Θεὸν λόγον τῷ σώματι οὐ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἑκατέρου δυνάμεις. οὐ γὰρ εἶναι τὰς οὐσίας τὰς ἑνωθείσας ἢ κραθείσας, ἀλλὰ τὰς δυνάμεις τοῦ σώματος ταῖς δυνάμεσι ταῖς θείαις συγκεκρᾶσθαι· δυνάμεις δὲ τοῦ σώματος B παντὸς δήπου τοῦ ὀργανικοῦ κατὰ Ἀριστοτέλην λέγουσιν εἶναι τὰς αἰσθήσεις. ταύτας οὖν αἱ θεῖαι δυνάμεις συγκιρνάμεναι τὴν ἕνωσιν ἀπειργάσαντο κατ' αὐτούς. οὐδεὶς δὲ ἂν αὐτοῖς οἶμαι συγχωρήσειε τὰς αἰσθήσεις σωματικὰς δυνάμεις ἀποφαινομένοις. διώρισται γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν σαφῶς, τίνα μὲν ἴδια σώματος, τίνα δὲ ψυχῆς, τίνα δὲ τοῦ συναμφοτέρου. καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις τοῦ συναμφοτέρου τὰς δι' ὀργάνων αἰσθήσεις ἐτίθεμεν· αὐτὰ δὲ τὰ ὄργανα, τοῦ σώματος ἐλέγομεν εἶναι. βέλτιον οὖν ὡς προείρηται, κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν τῶν ἀσωμάτων ἀσυγχύτως τὴν ἕνωσιν γίνεσθαι τῶν οὐσιῶν, μηδὲν παραβλαπτομένης τῆς θειοτέρας ἐκ τῆς ὑποδεεστέρας· ἀλλὰ ταύτης μόνον ὠφελουμένης ἐκ τῆς θειοτέρας. ἐπείπερ C ἡ καθαρῶς ἀσώματος φύσις, χωρεῖ μὲν ἀκωλύτως διὰ πάντων, δι' αὐτῆς δὲ οὐδέν, ὥστε τῷ μὲν χωρεῖν αὐτὴν διὰ πάντων ἡνῶσθαι· τῷ δὲ μηδὲν δι' αὐτῆς, μένειν ἄμικτον καὶ ἀσύγχυτον. οὐκ εὐδοκία τοίνυν ὁ τρόπος τῆς ἑνώσεως, ὥς τισι τῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν δοκεῖ, ἀλλ' ἡ φύσις αἰτία· τὸ μὲν γὰρ ἀναλαβεῖν σῶμα κατ' εὐδοκίαν εἴποι τις ἂν εὐλόγως γεγενῆσθαι, τὸ δὲ ἑνούμενον μὴ συγχυθῆναι, κατὰ τὴν οἰκείαν τοῦ Θεοῦ φύσιν οὐ κατ' εὐδοκίαν γίνεται· τοὺς γὰρ βαθμοὺς τῶν ψυχῶν καὶ τὰς ἀναβάσεις καὶ καταβάσεις, ἃς Ὠριγένης εἰσάγει μηδὲν προσηκούσας ταῖς θείαις γραφαῖς, μὴ δὲ συνᾳδούσας, τοῖς τῶν Χριστιανῶν δόγμασι, παραλειπτέον.

A ge longeque erit verior de Deo Verbo, quod multo magis non concretum & vere ab omni coagmentatione corporis remotum est. Hoc planissime obturat os iis, qui unionem Dei cum homine accusare conantur. Plerique enim Græcorum hoc irrident, quod dicant fieri non posse, nec probabile, nec decorum esse, ut divina essentia cum natura mortali temperetur, atque uniatur. Nos vero usi eorum testimonio, quorum inter illos celebre nomen est, crimen hoc depellimus. Dicitur a quibusdam, & maxime ab Eunomianis, unitum esse Deum verbum corpori non substantia, sed utriusque viribus, Non enim esse substantias quæ unitæ aut temperatæ sint, sed vires corporis cum viribus divinis esse B commixtas. Vires autem corporis, nimirum omnis quod instrumentis sit præditum, ex Aristotelis sententia dicunt esse sensus. His ergo divinæ vires commixtæ, unionem, illis auctoribus, effecerunt. At nemo, opinor, hoc iis dederit, sensus corporeas vires esse. Supra enim perspicue explicatum est, quæ corporis, quæ animæ, quæ ejus quod ex utroque est, sint propria. Et in propriis ejus quod ex utroque conflatum est, sensus per instrumenta suum munus fungentes ponebamus, ipsa porro instrumenta corporis esse dicebamus. Quare satius est, ut ante diximus, secundum naturam rerum corpore vacantium, non confuse unionem fieri substantiarum; ita ut quæ divinior est, nihil mali aut sorC dium ab humiliori contrahat, sed contra potius quæ humilior est a diviniore dumtaxat adjuvetur. Nam natura pure expers corporis, penetrat libere omnia, & a nullo ipsa penetratur, ut, quoniam omnia penetrat, uniatur; quoniam a nullo penetratur, expers omnis admixtionis & confusionis maneat. Non ergo hæc unionis ratio, Dei beneplacito, ut quibusdam claris viris videtur, sed natura nititur. Nam quod corpus quidem induit, merito dixerit quispiam Dei beneplacito factum esse. Quod vero postquam unitus est, non confundatur, propria Dei natura fit, non quoniam ita illi est collibitum. Nam gradus animarum, ascensus item, & descensus, quos Origenes inducit, nihil pertinentes ad diD vinas literas, neque cum Christianorum decretis consentanei, relinquendi sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Περὶ σώματος.

ΠΑΝ σῶμα τῶν τεσσάρων στοιχείων ἐστὶ σύγκριμα, καὶ ἐκ τούτων γέγονε· προσεχῶς μὲν τὰ τῶν ἐναίμων ζώων ἐκ τῶν τεσσάρων χυμῶν, αἵματος, φλέγματος, ξανθῆς τε χολῆς καὶ μελαίνης· τὰ δὲ τῶν ἀναίμων ἔκ τε τῶν ἄλλων χυμῶν, καὶ ἐκ τοῦ ἀναλογοῦντος ἐν αὐτοῖς τῷ αἵματι· προσεχῶς δὲ λέγεται, ὅταν ἀμέσως ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τι γένηται· ὡς εἶναι τῶν μὲν τεσσάρων στοιχείων σύγκριμα τοὺς τέσσαρας χυμούς· τῶν δὲ χυμῶν τὰ ὁμοιομερῆ, ἅ ἐστι μόρια τοῦ σώματος. εἰκάζουσι δὲ τῇ μὲν γῇ τὴν μέλαιναν χολήν, τῷ δὲ ὕδατι τὸ φλέγμα, τῷ δὲ ἀέρι τὸ αἷμα, τῷ δὲ πυρὶ τὴν ξανθὴν χολήν. πᾶν δὲ σύγκριμα στοιχείων ἢ στερεόν ἐστιν, ἢ ὑγρόν, ἢ πνεῦμα. Ἀριστοτέλης δὲ προσεχῶς ἐξ αἵματος μόνου βούλεται γίνεσθαι τὰ σώματα τῶν ζώων· ἐκ τούτου γὰρ καὶ τρέφεσθαι προσεχῶς καὶ αὐξάνεσθαι πάντα τὰ τοῦ ζώου μόρια· καὶ τὸ σπέρμα δὲ τὴν γένεσιν ἐξ αἵματος ἔχειν. ἀλλ' ἐπείπερ ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ οὐκ ἐδόκει καλῶς ἔχειν τά τε σκληρότατα ὀστέα, καὶ τὴν ἁπαλωτάτην σάρκα καὶ πιμελὴν γίνεσθαι, ἤρεσεν Ἱπποκράτει πρώτῳ τὰ σώματα τῶν ζώων ἐκ τῶν τεσσάρων χυμῶν συμπήγνυσθαι προσεχῶς· τὸ ἐκ μὲν τῶν γεωδεστέρων καὶ παχυμερεστέρων

CAPUT IV.

De Corpore.

OMne corpus e quatuor elementis concretum, & conflatum est; proxime quidem eorum quæ sanguinem habent corpora, e quatuor humoribus sanguine, pituita, flava bile, & atra: eorum vero quæ sanguine carent cum ex ceteris humoribus, tum ex eo, quod in iis cum sanguine comparatur. Proxime autem dicitur, quando nulla E natura intercedente ex illis quid factum fuerit, ut e quatuor quidem elementis quatuor humores, ex humoribus ea quæ particularum sunt similium, & partes sunt corporis, conflata sint. Comparant autem cum terra atram bilem, cum aqua pituitam, cum aere sanguinem, cum igne flavam bilem. Quidquid autem ex elementis concretum est, aut solidum est, aut humidum, aut spiritus. Aristoteles vero proxime ex sanguine solo vult fieri corpora animantium. Eo enim & ali proxime, & augeri omnes corporis partes, & semen quoque ex sanguine ortum ducere. Sed quoniam rectum non videbatur, & ossa quæ durissima essent, & carnem quæ mollissima, & adipem ex uno eodemque gigni, placuit Hippocrati primum e quatuor humoribus proxime concrescere corpora animalium; ut

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.

τὰ στερεώτερα γίνονται, ἐκ δὲ τῶν μαλακωτέρων τὰ μαλακά· εὑρίσκονται δὲ πολλάκις οἱ τέσσαρες ἐν τῷ αἵματι χυμοὶ, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐν ταῖς φλεβοτομίαις, ποτὲ μὲν τοῦ ὀῤῥώδους φλέγματος πλεονάζοντος ἐν αὐτῷ, ποτὲ δὲ τῆς μελαίνης ἢ ξανθῆς χολῆς· ὅθεν δοκοῦσί πως ἀλλήλοις συμφωνεῖν οἱ ἄνδρες. ἔστι δὲ τῶν ἐν τοῖς ζώοις μερῶν, τὰ μὲν ὁμοιομερῆ, τὰ δὲ ἀνομοιομερῆ, οἷον ὁμοιομερῆ μὲν ἐγκέφαλος, μήνιγγες, νεῦρον, μυελὸς, ὀστέον, ὀδοὺς, χόνδρος, ἀδένες, ὄνυχες, σύνδεσμοι, ὑμένες, ἶνες, τρίχες, σάρκες, φλέβες, ἀρτηρίαι, πόροι, πιμελὴ, δέρμα, καὶ τὰ οἱονεὶ στοιχεῖα προσεχῆ τούτων, φλέγμα, αἷμα καθαρὸν, χολὴ μέλαινα, καὶ ξανθή· ὁ γὰρ τένων συνθετός ἐστιν ἔκ τε συνδέσμου καὶ νευρωδῶν ἰνῶν· ἀνομοιομερῆ δὲ κεφαλὴ, θώραξ, χεῖρες, πόδες, καὶ τὰ ἄλλα μέλη τοῦ ἀνθρώπου. οὐ γὰρ εἰς κεφαλὴν διαιρεῖται ἡ κεφαλὴ, ὥσπερ τὸ νεῦρον εἰς νεῦρον· καὶ ἡ φλὲψ εἰς φλέβα, καὶ ἡ σὰρξ εἰς σάρκα· πᾶν δὲ ἀνομοιομερὲς ἐξ ὁμοιομερῶν συνέστηκεν, ὡς ἡ κεφαλὴ ἐκ νεύρων καὶ σαρκῶν καὶ ὀστέων καὶ τῶν τοιούτων· καλοῦσι δὲ ταῦτα καὶ ὀργανικά. ὅρος δὲ ὁμοιομερῶν οὗτος· ὧν τὰ μόρια τῷ τε ὅλῳ καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ὅμοια· τὸ δὲ ὅμοιον νῦν ἀντὶ τοῦ ταυτὸν δεῖ λαμβάνειν· οὐ πᾶν δὲ ζῶον πάντα τὰ μόρια τοῦ σώματος κέκτηται, ἀλλ' ἔστιν ἔνια κολοβά· τὰ μὲν γάρ ἐστιν ἄποδα ὡς ἰχθύες, καὶ ὄφεις· τὰ δὲ ἀκέφαλα, ὡς καρκίνοι καὶ κάραβοι, καὶ τῶν νηκτῶν ἔνια· ἐν γὰρ τῷ στήθει τὰ αἰσθητήρια ἔχουσι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν κεφαλήν. τὰ δὲ πνεύμονος ἐστέρηται, ὅσα μὴ ἀναπνεῖ τὸν ἀέρα· τὰ δὲ κύστιν οὐκ ἔχει, ὡς ὄρνιθες καὶ πάντα τὰ μὴ οὐροῦντα· τὰ δὲ ὀστρακόδερμα τῶν πλείστων ἀμοιρεῖ μελῶν· ἐν ὀλίγοις γὰρ αὐτοῖς τὸ εἶναι ζώοις ὑπάρχει. δοκεῖ δέ τινα καὶ τοι ἔχοντα μὴ ἔχειν, ὡς ἔλαφοι δοκοῦσι μὴ ἔχειν τὴν ξανθὴν χολὴν, ἐπειδήπερ ἐν τοῖς ἐντέροις ἔχουσιν αὐτὴν διεσπαρμένην καὶ ἀφανῆ. ὁ δὲ ἄνθρωπος καὶ πάντα καὶ τέλεια, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐνδέχοιτο καλῶς ἔχει πάντα· οὕτω δὲ κατὰ τὴν θέσιν τῶν μορίων, πολλὴ ἡ διαφορὰ τοῖς ζώοις. τὰ μὲν γὰρ ἔχει τοὺς μαστοὺς ἐν τῷ στήθει· τὰ δὲ ἐν τῇ κοιλίᾳ· τὰ δὲ ὑπὸ τοὺς μηρούς· καὶ τὰ μὲν β'. τὰ δὲ δ'. τὰ δὲ πλείους. σχεδὸν γὰρ συνεμέτρησεν ἡ φύσις τῷ τῶν γεννωμένων ἀριθμῷ τὸ πλῆθος τῶν μαστῶν· εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐκλέγειν ταῦτα βούλοιτο, τὴν περὶ ζώων ἱστορίαν Ἀριστοτέλους ἀναγινωσκέτω· οὐ γὰρ τῆς προκειμένης γραφῆς ἀκριβοῦν ἐστι ταῦτα, ἀλλ' οἷον ὑπογραφάς τινας καὶ τύπους ἐκτίθεσθαι· μετέλθωμεν οὖν ἐπὶ τὸν τῶν στοιχείων λόγον ἐξ ἀκολουθίας ἐπιζητούμενον.

A ex his quæ terrena magis & craffiora funt folidiora fiant, e mollioribus mollia. Inveniuntur tamen fæpe quatuor humores in fanguine, ut licet videre venarum incifionibus, cum aliquando ferofa pituita in eo abundet, aliquando atra aut flava bilis. Quamobrem ifti inter fe confentire aliquo modo videntur. Sunt autem inter partes animalium quædam fimilium partium, quædam diffimilium. Similium cerebrum, tunica cerebri, nervus, medulla, os, dens, cartilago, glandes, ungues, ligamenta, membranæ, fibræ, pili, carnes, venæ arteriæ, pori, adeps, cutis, & horum velut proxima elementa fanguis qui purus eft, pituita, bilis atra, & flava. Nam tendo cum ex ligamento, tum ex nervofis B fibris compofitus eft. Diffimilium partium, caput, thorax, manus, pedes, & cetera membra hominis. Non enim in caput dividitur, ut nervus in nervum, & vena in venam, & caro in carnem. Quidquid autem diffimilium eft partium ex his quæ fimilium funt partium conftat, ut caput e nervis, & carnibus & offibus & aliis ejufmodi, quæ etiam organica, id eft, fi ita licet loqui, inftrumentaria vocant. Definitio eorum quæ fimilium funt partium, hæc eft, Quorum partes & totius & inter fe funt fimiles. Simile porro nunc pro eodem intelligendum eft. Non autem omne animal omnes partes corporis habet: fed aliqua eorum mutila reperiuntur: alia enim carent pedibus, ut pifces & C ferpentes; alia capite, ut cancri, & carabi, & quædam aquatilia. Habent enim fenfuum inftrumenta in pectore, quia caput non habent: alia pulmone, quotquot fcilicet aerem fpiritu non ducunt. Alia vefica, ut aves & omnia quæ urinam non reddunt. Quibus autem tefta pro tegumento eft, plurimis membris privata funt. Nam ea ut fint animalia, in paucis pofitum habent. Videntur etiam aliqua non habere cum habeant; ut cervi non habere flavam bilem, quoniam in inteftinis eam difperfam atque latentem habent. Homo vero & omnia & perfecta habet, & ita omnia ut recte aliter res fe habere non poffit. In partium quoque fitu, magna in animantibus diffimilitudo eft. Alia D enim habent ubera in pectore, alia in alvo, alia fub cruribus, & alia duo, alia quatuor, alia plura. Propemodum enim natura ad numerum eorum quæ gignuntur uberum multitudinem dimenfa eft. Verum fi quis hæc exquifite velit excerpere, legat Ariftotelis hiftoriam, quæ *de animalibus* eft. Non enim propofiti eft noftri de his exacte agere, fed quibufdam veluti formis adumbrare. Quare ad difputationem de elementis, quæ deinceps quæritur, veniamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Περὶ στοιχείων.

ΤΟ στοιχεῖον τὸ κοσμικὸν, ἔστι μέρος ἐλάχιστον τοῦ συγκρίματος τῶν σωμάτων· εἰσὶ δὲ στοιχεῖα δ'. γῆ, ὕδωρ, ἀὴρ, πῦρ, συντεταγμένα κατὰ τὴν εἰρημένην τάξιν, ἀπὸ τῶν κάτωθεν ἐπὶ τὰ ἄνω σώματα· αὐτὰ πρῶτά τε καὶ ἁπλᾶ, ὡς πρὸς τὰ ἄλλα σώματα· καὶ γὰρ πᾶν στοιχεῖον ὁμογενές ἐστι τοῖς ὧν ἐστι στοιχεῖον. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ οὐκ ὁμογενὴς τοῖς ἐξ αὐτῆς· τὸ δὲ στοιχεῖον πάντως ὁμογενές. ἀλλ' ὅτι μὲν γῆ καὶ ὕδωρ ἀήρ τε καὶ πῦρ ἐστι τὰ στοιχεῖα δῆλον. καὶ γὰρ ἐν τούτοις ἄκραι αἱ ποιότητες δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ φαίνονται· οὐ μὴν τῶν αἰσθητῶν τι τούτων στοιχείων ἄκρατον καὶ ἀνεπίμικτόν ἐστιν ἑτέρου στοιχείου· νενόθευται γὰρ ἠρέμα πως ἅπαντα ταῦτα, καὶ μετείληφεν ἀλλήλων μᾶλλον καὶ ἧττον· ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μίξει καταδηλός ἐστιν ἡ φύσις αὐτῶν. ἕκαστον δὲ τῶν στοι-

CAPUT V.


De Elementis.

E ELementum mundanum pars eft minima corporum concretorum. Sunt autem elementa quatuor, terra, aqua, aer, ignis, compofita ad ordinem quem jam diximus, a corporum infimis ufque ad fumma: ipfa quidem prima & fimplicia, fi cum ceteris corporibus comparentur. Etenim omne elementum ejufdem eft generis cum iis, quorum eft elementum. Nam principium non ejufdem eft generis cum his quæ ex ipfo nafcuntur. Elementum autem prorfus ejufdem generis. Jam vero terram, aquam, aerem, ignem, effe elementa, evidens & apertum eft. Etenim in his fummæ qualitates poteftate & actu confpiciuntur, quamquam nullum horum elementorum quæ fenfu percipiuntur, & temperatione & admixtione cum alio elemento vacat. Nam tacite quodammodo hæc adulterata funt

χείων κατὰ συζυγίαν δύο ποιότητας ἔχει τὰς εἰδοποιούσας αὐτό. ἔστι γὰρ ἡ μὲν γῆ ξηρὰ καὶ ψυχρὰ, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν· ὁ δὲ ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμὸς κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν; τὸ δὲ πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν· οὐ μὲν αἱ ποιότητες καθ᾽ ἑαυτὰς εἶναι δύνανται στοιχεῖα· οὐ γὰρ ἐκ ποιοτήτων ἀσωμάτων οἷόν τε συστῆναι σώματα, ἀλλ᾽ οὐδὲ τ᾽ ἄλλα σώματα μὴ ἄκραν ἔχοντα καὶ κατ᾽ ἐνέργειαν τὴν ποιότητα δυνατὸν εἶναι στοιχεῖα· ἦν γὰρ ἂν ἄπειρα τὰ στοιχεῖα πάντων τῶν ὄντων, τὴν κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ποιότητα κεκτημένων, καὶ οὐ δυναμένων διακριθῆναι ποῖα ποίων στοιχεῖά ἐστιν. ἀνάγκη τοίνυν τὸ στοιχεῖον εἶναι καὶ σῶμα καὶ ἁπλοῦν σῶμα, καὶ κατ᾽ ἐνέργειαν ἔχον ἄκρας τὰς ποιότητας· λέγω δὲ θερμότητα καὶ ψυχρότητα, ὑγρότητα καὶ ξηρότητα· αὗται γὰρ μόναι τῶν ποιοτήτων ὅλην δι᾽ ὅλου μεταβάλλουσι τὴν οὐσίαν· τῶν δὲ ἄλλων ποιοτήτων οὐδὲ μία τοῦτο δρᾷ. οὔτε γὰρ τὸ λευκὸν πλησιάζον σώματι λευκαίνει αὐτὸ διόλου, ὡς τὸ θερμὸν θερμαίνει καὶ τὸ ψυχρὸν ψύχει, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδέν. ἐναντία δὲ ἀλλήλοις ἐστὶ τὰ στοιχεῖα τὰ κατὰ τὰς β΄. ποιότητας ἐναντία, ὡς τὸ ὕδωρ τῷ πυρὶ ψυχρὸν ὂν καὶ ὑγρὸν, θερμῷ ὄντι καὶ ξηρῷ· καὶ ἡ γῆ τῷ ἀέρι, ψυχρὰ οὖσα καὶ ξηρὰ, τῷ θερμῷ καὶ ὑγρῷ. ἐπειδὴ δὲ τὰ ἐναντία συνάπτεσθαι ἀλλήλοις οὐκ ἠδύνατο, μὴ μέσου τινὸς δεσμοῦ τεταγμένου τοῦ συνδέοντος αὐτὰ, ἔταξεν ὁ δημιουργὸς ἐν μέσῳ μὲν τῆς γῆς καὶ τοῦ ἀέρος ἐναντίων ὄντων τὸ ὕδωρ, δοὺς αὐτῷ δύο ποιότητας, ψυχρότητα καὶ ὑγρότητα, καθ᾽ ἃς ἠδύνατο τοῖς ἄκροις συναπτόμενον συνδεῖν αὐτά. τὸ μὲν γὰρ ψυχρῷ συνοικειοῦται τῇ γῇ· τῷ δὲ ὑγρῷ συνάπτεται τῷ ἀέρι. πάλιν μέσον τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ πυρὸς ἐναντίων καὶ ὄντων ἔταξε τὸν ἀέρα, τῇ μὲν ὑγρᾷ ποιότητι οἰκειούμενον τῷ ὕδατι, τῇ δὲ θερμῇ τῷ πυρί: καὶ οὕτω τὰ ἐναντία συνῆψεν ἀλλήλοις διὰ μέσων τινῶν τῶν συνδεόντων καὶ ἑαυτὰ καὶ τὰ συνδούμενα. ὁ γὰρ τοιοῦτος δεσμὸς ἄριστός ἐστιν. ἕκαστον οὖν αὐτῶν κατὰ μὲν τὴν ἑτέραν ποιότητα συνῆψε τῷ πρὸ αὐτοῦ, κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν τῷ μετ᾽ αὐτό· οἷον τὸ ὕδωρ ψυχρόν ἐστι καὶ ὑγρόν· ἀλλὰ κατὰ μὲν τὸ ψυχρὸν τῇ γῇ συνάπτεται οὔσῃ πρὸ αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἄνοδον· κατὰ δὲ τὸ ὑγρὸν, τῷ ἀέρι ὄντι μετ᾽ αὐτό. ὁμοίως καὶ ὁ ἀὴρ, κατὰ μὲν τὸ ὑγρὸν συνάπτεται τῷ ὕδατι πρὸ αὐτοῦ ὄντι· κατὰ δὲ τὸ θερμὸν τῷ πυρὶ ὄντι μετ᾽ αὐτό. καὶ τὸ πῦρ δὲ κατὰ μὲν τὴν θερμότητα συνάπτεται τῷ ἀέρι πρὸ αὐτοῦ ὄντι, κατὰ δὲ τὴν ξηρότητα τῇ γῇ κατ᾽ ἐπίκλασιν καὶ ἐπιστροφὴν τὴν πρὸς τὸ ἄκρον. οὕτω δὲ καὶ ἡ γῆ κατὰ μὲν τὸ ψυχρὸν τῷ ὕδατι, κατὰ δὲ τὸ ξηρὸν τῷ πυρὶ κατ᾽ ἐπίκλασιν. ἵνα γὰρ μὴ μόνον τὴν πρὸς τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω κάθοδόν τε καὶ ἄνοδον τὴν σχέσιν ἔχῃ τὰ στοιχεῖα, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ κύκλον, ἐπέκαμψέ πως καὶ ἐπέστρεψε τὰ ἄκρα πρὸς ἄλληλα· λέγω δὲ τὸ πῦρ καὶ τὴν γῆν. καὶ γὰρ τὸ πῦρ ἀποβαλὸν τὴν θερμότητα μόνην γίνεται γῆ· τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν κεραυνῶν. καταφερόμενον γὰρ τὸ πῦρ καὶ ψυχόμενον ἐκ τῆς ὑπεροπτήσεως ἀπολιθοῦται. διὸ πᾶς κεραυνὸς μετὰ λίθου καὶ θείου φέρεται· ἔστι δὲ τὸ θεῖον ὥσπερ πῦρ ἀπεψυγμένον, οὐκ ἔτι θερμὸν κατ᾽ ἐνέργειαν, ἀλλὰ δυνάμει· ξηρὸν δὲ καὶ ἐνεργείᾳ. μόνα δὲ τὰ στοιχεῖα κατ᾽ ἐνέργειαν ἔχει τὰς ποιότητας· τὰ δὲ ἄλλα πάντα δυνάμει, ἐὰν μὴ πλησιάσῃ στοιχείῳ. ἵνα δὲ μηδέποτε ἐπιλίπῃ μήτε τὰ στοιχεῖα μήτε τὰ ἐξ αὐτῶν συγκρίματα, σοφῶς ὁ δημιουργὸς ἐτεχνάσατο, ὥστε τὰ στοιχεῖα καὶ εἰς ἄλληλά τε μεταβάλλεσθαι, καὶ εἰς τὰ συγκρίματα, καὶ πάλιν τὰ συγκρίματα εἰς τὰ στοιχεῖα ἀναλύεσθαι· καὶ οὕτως ἐξ ἀλληλογονίας διαρκοῦς συνιστάμενα σώζεται διαπαντός. γῆ μὲν γὰρ πηλωθεῖσα γίνεται ὕδωρ, ὕδωρ δὲ

omnia, & alterum alterius magis, minusque est particeps; atque etiam in mixtione cujusque natura facile perspicitur. Habet autem quodque elementum jugatas qualitates duas a quibus formetur. Est enim terra frigida & sicca; aqua frigida & humida: aer calidus & humidus natura sua: ignis siccus & calidus. Neque vero vel qualitates per se elementa esse possunt; non enim ex incorporeis qualitatibus corpora constare possunt: vel cetera corpora quæ summam eamque actu qualitatem non habent; essent enim infinita elementa, cum omnia quæ sunt, alia magis, alia minus eam qualitatem habent, nec dijudicari possit quæ quorum elementa sint. Necesse est ergo elementum, & corpus esse, & simplex corpus, & actu habere summas qualitates, calorem dico & frigus, humorem & siccitatem. Hæ enim solæ qualitates totam penitus immutant substantiam, quod ceterarum nulla facit qualitatum. Neque enim albedo aut alia ulla qualitas corpori admota, totum penitus corpus dealbat, aut afficit; ut calor calefacit & frigus refrigerat. Sunt autem elementa sibi mutuo contraria quæ duas habent qualitates contrarias, ut aqua frigida & humida, igni calido & sicco: & terra sicca & frigida, aeri calido & humido. Quoniam autem contraria sibi copulari non poterant, si non esset medium quoddam vinculum, quod ea colligaret; qui hunc mundi ornatum molitus est Deus, inter terram & aerem quæ contraria sunt, aquam posuit, duasque ei qualitates dedit humorem & frigus, quibuscum extremis copulatis ea colligare posset. Nam frigore cum terra necessitudinem habet; humore cum aere conjungitur. Inter aquam item & ignem, quæ contraria quoque sunt, medium aerem interjecit, qui humore cum aqua, calore cum igne convenit. Atque ad istum modum contraria conjunxit, interjectis naturis quibusdam vincientibus, quæ & se ipsas, & ea quæ vincirent, astringerent. Tale enim vinculum optimum est. Ergo unamquamque harum naturarum, quas interpositas diximus, altera qualitate junxit cum eo elemento quod antecedit; altera cum eo quod consequitur; ut aqua frigida est & humida; sed frigore cum terra conjungitur, quæ antecedit, in ascensu ab infimis ad suprema; humore cum aere, qui consequitur. Similiter aer humore conjungitur aquæ quæ antecedit, calore igni qui consequitur. Etiam ignis calore conjungitur cum aere qui antecedit, siccitate cum terra per inflexionem, & conversionem ad extremum. Eodem modo terra per inflexionem, frigore cum aqua, siccitate cum igne connectitur: ut enim non solum ad supera & infera ascensum descensumque habeant elementa, sed etiam in orbem referantur, extrema, id est, ignem & terram, ad se mutuo inflexit quodammodo, atque convertit. Etenim ignis solo calore amisso terra fit, quod e fulminibus apertum est. Dimissus enim ignis & post nimiam coctionem frigefactus in lapidem vertitur. Quocirca omne fulmen cum lapide fertur & sulphure. Est autem sulphur velut ignis refrigeratus, neque amplius actu calidus, sed potestate, siccus vero etiam actu. Sola autem elementa actu habent eas qualitates, cetera omnia potestate, nisi cum in elementum transeunt. Ac ne umquam occidant elementa, vel quæ ex eis concreta sunt, sapienter Deus providit, ut elementa, & in se mutuo, & in concreta ex iis corpora mutarentur, rursusque hæc in elementa dissolverentur. Et sic sufficienter ex mutua generatione quæ fiunt perpetuo conservantur. Terra enim cum limum contraxerit, aqua fit: Aqua densata & compressa, terra: eademque cale-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.




πυκνωθὲν καὶ πιληθὲν γίνεται γῆ· θερμανθὲν δὲ καὶ ἐξατμισθὲν γίνεται ἀήρ. ἀὴρ δὲ συναχθεὶς μὲν καὶ πυκνωθεὶς γίνεται ὕδωρ· ξηρανθεὶς δὲ εἰς πῦρ μεταβάλλεται. οὕτω δὲ καὶ τὸ πῦρ σβεσθὲν μὲν καὶ ἀποβαλὸν τὴν ξηρότητα ἐξαεροῦται· ἔστι γὰρ ἀὴρ σβέσις πυρὸς, καὶ ἀτμὶς ὕδατος θερμανθέντος· ἐξ ἀμφοτέρων οὖν δῆλον ὡς ἐκ θερμότητος ἡ γένεσις αὐτῷ· καὶ γὰρ θερμανθὲν τὸ ὕδωρ, καὶ σβεσθὲν τὸ πῦρ ἀὴρ γίνεται· ἔστι μὲν οὖν κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν θερμός· ψύχεται δὲ τῇ πρὸς τὸ ὕδωρ γειτνιάσει, καὶ τῇ πρὸς τὴν γῆν· ὡς τὰ μὲν κάτω μέρη αὐτοῦ τὰ πρὸς τὴν γῆν ψυχρὰ εἶναι, τὰ δὲ ἄνω καὶ πρὸς τὸ πῦρ θερμά. συμβαίνει δὲ τοῦτο διὰ τὸ μαλακὸν καὶ εὐπαθὲς τοῦ ἀέρος· ταχέως γὰρ ἐξίσταται τῆς οἰκείας φύσεως καὶ μεταβάλλεται. Ἀριστοτέλης [1] δὲ δύο φύσεις εἶναι τοῦ ἀέρος φησί· τὸ μὲν ἀτμῶδες, τὸ ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως τοῦ ὕδατος· τὸ δὲ καπνῶδες, τὸ ἐκ τῆς σβέσεως τοῦ πυρός· καὶ τὸ μὲν καπνῶδες, θερμὸν εἶναι· τὸ δὲ ἀτμῶδες, ἔνθα μὲν τίκτεται, θερμὸν καὶ αὐτὸ, προϊὸν δὲ κατὰ μέρος ψύχεσθαι καὶ προκόπτον ἐξυδατοῦσθαι. ἵνα δὲ καὶ ἄλλα τινὰ δοκοῦντα εἶναι ἄτοπα ἐκδιαφύγῃ, καὶ πρὸς τούτοις τὸ τὰ ὑψηλότερα καὶ πολὺ τῆς γῆς ἀφεστῶτα ψυχρότερα φαίνεσθαι, διττὴν ὑπέθετο τὴν φύσιν αὐτοῦ. πάντα δὲ τὰ σώματα τὴν γένεσιν ἐκ τῆς συνόδου τῶν τεσσάρων τούτων στοιχείων ἔχει, τά τε τῶν φυτῶν καὶ τῶν ζώων, τῆς φύσεως τὰ καθαρώτατα τῶν στοιχείων εἰς τὴν γένεσιν τούτων τῶν σωμάτων ἑλκούσης. καλεῖ δὲ ταῦτα σώματα Ἀριστοτέλης φυσικά, οὐ κατὰ σωρείαν συντιθεμένων αὐτῶν, ἀλλ᾽ ὅλων δι᾽ ὅλου εἰς ἕνωσιν ἀνακιρναμένων, καὶ ἕν τι καὶ ἄλλο παρ᾽ αὐτὰ ποιούντων τὸ σῶμα· οὕτω γὰρ ἥνωται, ὡς μὴ οἷόν τε εἶναι διακρῖναι αὐτά· μὴ δὲ ἰδίᾳ μὲν θεάσασθαι τὴν γῆν, ἰδίᾳ δὲ τὸ ὕδωρ καὶ τὸν ἀέρα καὶ τὸ πῦρ, τῷ ἕν τι καὶ ἄλλο παρὰ ταῦτα ἐκ τῆς συνόδου τῶν δ. γεγενῆσθαι· ὡς ἐπὶ τῆς τετραφαρμάκου. καὶ γὰρ ἐκεῖ ἄλλο ἡ τετραφάρμακος παρὰ τὰ ἐξ ὧν σύγκειται· οὐχ ὁμοίως μέντοι. οὐ γὰρ κατὰ παράθεσιν τὴν τῶν λεπτομερεστάτων, ὡς ἐν τῇ τετραφαρμάκῳ, τὰ στοιχεῖα ποιεῖ τὰ σώματα, ἀλλὰ κατὰ μεταβολὴν καὶ ἑνότητα. πάλιν δὲ εἰς τὰ στοιχεῖα ἀναλύεται τὰ σώματα· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διαμένει διηνεκῶς τὰ πάντα, καὶ ἀρκεῖ πρὸς τὴν τῶν ὄντων γένεσιν, μήτε πλεονάζοντά ποτε, μήτε μειούμενα· ὅθεν καὶ τὴν ἄλλου γένεσιν, ἄλλου φθορὰν εἶναί φασι· καὶ τὴν ἄλλου φθορὰν, ἄλλου γένεσιν, οὐ μόνον κατὰ τὴν ψυχὴν, ὡς προείρηται, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ σῶμα. [2] Πλάτωνι δὲ δοκεῖ, τὰ μὲν τρία στοιχεῖα μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα, τὴν δὲ γῆν ἀμετάβλητον μένειν. ἀπεικάζων γὰρ ἑκάστῳ στοιχείῳ τὰ στερεώματα τῶν εὐθυγράμμων σχημάτων, τῇ μὲν γῇ τὸ κυβικὸν σχῆμα· ἐπειδὴ ἀκινητότατόν ἐστι τῶν λοιπῶν· ὕδατι δὲ τῶν λοιπῶν τὸ δυσκινητότατον, τὸ εἰκοσάεδρον, τῷ δὲ εὐκινητότατον τὸ πυραμιδοειδὲς τῷ πυρὶ, τὸ δὲ ὀκτάεδρον τῷ ἀέρι· ὅπερ ἐστὶν εὐκινητότερον μὲν ὕδατος, δυσκινητότερον δὲ πυρός, ἐκ τούτων τῶν σχημάτων ποιεῖται τὴν ἀπόδειξιν, τοῦ τὰ μὲν τρία εἰς ἄλληλα μεταβάλλεσθαι, τὴν δὲ γῆν τοῦτο μὴ πάσχειν. τὰ μὲν γὰρ τρία τήν τε πυραμίδα καὶ τὸ ὀκτάεδρον καὶ τὸ εἰκοσάεδρον ἐκ σκαληνῶν τριγώνων συνίστασθαι, τὸν δὲ κύβον ἐξ ἰσοπλεύρων τριγώνων. ὅσα τοίνυν ἐκ τῶν σκαληνῶν τριγώνων συνέστη ταῦτα δύνασθαι διαλυόμενα, καὶ πάλιν συνιόντα εἰς ἄλληλα μεταβάλλεσθαι, οὐ μὴν καὶ τὸν κύβον διαλυθέντα εἰς τι τῶν ἄλλων τριῶν σχημάτων δύνασθαι μεταβάλλειν· ἐξ ἰσοπλεύρων γὰρ τριγώνων συνέθηκεν, ἐξ ὧν οὐδὲν τῶν ἄλλων τριῶν συστῆναι δύναται· μήτ᾽ αὖ τι τῶν τριῶν σχημάτων εἰς

A facta & in vapores soluta aer: Aer contractus & densatus in aquam, siccatus in ignem convertitur. Sic etiam ignis exstinctus, & siccitate detracta in aerem vertitur. Est enim aer, ignis exstinctio, & vapor aquæ calefactæ: Quorum utrumque declarat ex calore aerem nasci. Etenim aqua calefacta, & ignis exstinctus aer fit. Est igitur sua natura calidus: frigescit tamen dum ad aquam, & ad terram accedit, ut infimæ ejus partes quæ ad terram vergant, frigidæ sint, supremæ quæ ad ignem, calidæ. Quod ideo evenit, quia mollis est aer, & facile alienam qualitatem accipit: Celeriter enim migrat de sua natura, & mutatur. Aristoteles duas naturas esse aeris dicit, alium qui ad vaporum na-
B turam accedat, qui ex aquæ effluviis gignitur; alium fumosum, quis ex ignis exstinctione exsistit. Ac fumosum quidem calidum esse, & qui vero ad vaporum naturam accedat, ubi quidem nascitur calidum, procedentem vero paullatim refrigerari, & tandem in aquam converti. Quam duplicem naturam aeris induxit, cum ut alia quædam quæ absurda videntur effugiat, tum vero quod sublimiora quæ sunt & a terris remota longius, frigidiora appareant. Omnia autem corpora ex congressu quatuor horum elementotum oriuntur, tam stirpium quam animalium, natura purissima elementa ad horum corporum procreationem attrahente. Vocat Aristoteles hæc corpora naturalia, neque per acervatio-
C nem componuntur, sed tota penitus uniuntur, & commiscentur, & unum quippiam & a se distinctum corpus efficiunt. Ita enim unita sunt, ut discerni nullo modo possint, neque separatim cerni terra, & separatim aqua, & aer, & ignis: quoniam unum quid, & ab ipsis diversum ex horum quatuor congressione factum est, ut in tetrapharmaco. Nam hic quoque aliud est tetrapharmacum, ab iis quibus constat. Non tamen eodem modo. Non enim elementa per appositionem rerum tenuissimarum, ut in tetrapharmaco corpora efficiunt, sed per mutationem & unitatem. Atque in elementa rursum dissolvuntur corpora, itaque perpetuo permanent omnia, & ad rerum omnium quæ sunt
D ortum sufficiunt, neque vel redundant umquam vel imminuuntur. Quamobrem alterius ortum interitum esse ajunt alterius; & vicissim alterius interitum, alterius ortum, non solum in anima, ut supra ostensum est, sed etiam in corpore. Platoni vero placet tria quidem elementa mutari in alia; at terram immutabilem remanere. Nam cum quoque elemento comparans soliditates figurarum quæ rectis lineis continentur, cum terra cubum, quoniam præ ceteris difficillime movetur; cum aqua, eam quæ ceterarum ad motum ineptissima est, id est, figuram icosaedricam; cum igne, figuram mobilitate omnibus præstantem pyramidem: cum aere, qui aqua facilius, igne difficilius movetur, figuram octaedri-
E cam. Ex his formis demonstrat tria in se mutuo mutari, terram nequaquam. Nam has tres pyramidem, octaedrum, & icosaedrum, figuram ex triangulis trium laterum non æqualium qui scaleni dicuntur constare, cubum vero e triangulis æquilateris. Quæ igitur e triangulis scalenis constant, hæc dissoluta, rursusque coeuntia in se mutuo mutari posse, at cubum dissolutum in aliquam trium aliarum figurarum mutari non posse (constat enim ex æquilateris triangulis, ex quibus nullum aliorum trium constare potest,) neque aliquam trium aliarum figurarum in cubum. Necesse est igitur etiam

1. Ἀριστοτέλης] Hæc omnia ad Aristotelis mentem describuntur, & occurrunt *Meteor.* lib. 1. c. 3.

2. Πλάτωνι δὲ δοκεῖ] Hæc reperire licet apud Platonem in *Timæo*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.




κύβον : ἀνάγκη οὖν καὶ τὰ εἰδοποιηθέντα σώματα κατὰ τὰ εἴδη ταῦτα, οὕτως ἔχειν πρὸς ἄλληλα ὡς ἐκεῖνα εἶχεν. οὐ μὲν ἀπαθὴς ἔμεινεν ἡ γῆ, ἀλλὰ διαιρεῖται ὑπὸ τῶν λεπτομερεστέρων σωμάτων, ἀναστοιχειουμένη μὲν, οὐ μὴν καὶ μεταβαλλομένη εἰς τὰ διαιροῦντα αὐτήν· πάλιν γὰρ συνιοῦσα εἰς ἑαυτὴν ἀποκαθίσταται, ὅπερ φαίνεται, ἐν τῷ ὕδατι. ἐὰν γὰρ εἰς ὕδωρ γῆν ὀλίγην βαλὼν ταράξῃς, διαλύεται εἰς ὕδωρ ἡ γῆ· ἐὰν δὲ παύσῃ ταράττων, λαβόντος στάσιν τοῦ ὕδατος, ὑφιζάνει. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ πάσης τῆς γῆς δεῖ νοεῖν. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο μεταβολὴ, ἀλλὰ διάκρισις τῶν μεμιγμένων. λέγει δὲ ὁ Πλάτων καὶ ὑπὸ τῆς ὀξύτητος τοῦ πυρὸς λύεσθαι τὴν γῆν· ἡ δὲ λυθεῖσα φέρεται ἐν αὐτῷ ἢ ἐν ἀέρος ὄγκῳ, δηλονότι ὅταν ὁ ἀὴρ αὐτὴν διαλύσῃ, ἢ ἐν ὕδατι, ὅταν ἀφ' ὕδατος λυθῇ. λέγει δὲ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον διαιρῶν, ἕκαστον τῶν στοιχείων τρεῖς ποιότητας ἔχειν· τὸ μὲν πῦρ ὀξύτητα, μανότητα, κίνησιν· τὸ δὲ ἕτερον ἄκρον τῶν στοιχείων, τουτέστι τὴν γῆν ἀμβλύτητα, πυκνότητα, στάσιν. ὡς εἶναι κατὰ ταύτας τὰς ποιότητας ἐναντία τὴν γῆν καὶ τὸ πῦρ. ὅπερ οὐκ ἦν κατὰ τὰς ἄλλας τὰς ἐν συζυγίᾳ ποιότητας· εἰλῆφθαι δὲ ἀφ' ἑκατέρων τῶν ἄκρων ποιότητας, καὶ οὕτως τὰ μέσα στοιχεῖα γεγενῆσθαι. λαμβάνονται γὰρ τοῦ μὲν πυρὸς δύο ποιότητες, ἡ μανότης καὶ ἡ κίνησις· μία δὲ τῆς γῆς, ἡ ἀμβλύτης, καὶ συνίσταται ὁ ἀὴρ εἰδοποιοὺς ἔχων ποιότητας ἀμβλύτητα, μανότητα, κίνησιν. πάλιν λαμβάνονται ποιότητες τῆς γῆς, ἀμβλύτης καὶ πυκνότης, τοῦ δὲ πυρὸς, μία μόνη ἡ κίνησις· καὶ γίνεται τὸ ὕδωρ εἰδοποιούμενον καὶ αὐτὸ ἀμβλύτητι, πυκνότητι, κινήσει. ἔστιν οὖν ὡς ὀξύτης πρὸς ἀλβλύτητα, οὕτω πῦρ πρὸς ἀέρα· ὡς δὲ μανότης πρὸς πυκνότητα, οὕτως ἀὴρ πρὸς ὕδωρ· ὡς δὲ κίνησις πρὸς στάσιν, οὕτως ὕδωρ πρὸς γῆν· ὡς ἄρα πῦρ πρὸς ἀέρα, οὕτως ἀὴρ πρὸς ὕδωρ· καὶ ὡς ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, οὕτως ὕδωρ πρὸς γῆν. πέφυκε γὰρ τὰ μὲν ἐπίπεδα ὑπὸ μιᾶς μεσότητος συνέχεσθαι, τουτέστιν ἀναλογίας· τὰ δὲ στερεὰ ὑπὸ δύο μεσοτήτων. κατ' ἄλλον δὲ τρόπον λέγουσι ποιότητας ἔχειν τὰ στοιχεῖα· τὴν μὲν γὰρ γῆν καὶ τὸ ὕδωρ βαρύτητα ἔχειν, καθ' ἣν κάτω φύσει φέρονται, τὸν δὲ ἀέρα καὶ τὸ πῦρ κουφότητα, καθ' ἣν ἄνω φύσει φέρονται. λέγουσι δὲ οἱ Στοϊκοὶ τῶν στοιχείων τὰ μὲν εἶναι δραστικὰ, τὰ δὲ παθητικά· δραστικὰ μὲν ἀέρα καὶ πῦρ, παθητικὰ δὲ γῆν καὶ ὕδωρ. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ πέμπτον εἰσάγει σῶμα τὸ αἰθέριον καὶ κυκλοφορικὸν, μὴ βουλόμενος τὸν οὐρανὸν ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων γεγενῆσθαι· κυκλοφορικὸν δὲ λέγει τὸ πέμπτον σῶμα, ὅτι ἐν κύκλῳ περὶ τὴν γῆν φέρεται, τοῦ Πλάτωνος διαῤῥήδην φάσκοντος ἐκ πυρὸς καὶ γῆς αὐτὸν συνεστάναι. λέγει γὰρ οὕτως. σωματοειδὲς καὶ ὁρατὸν, ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι, χωρὶς δὲ πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ, στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς· ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς συνεστάναι σῶμα ὁ Θεὸς ἀρχόμενος ἐποίει. δύο δὲ μόνα καλῶς συνίστασθαι τρίτου χωρὶς οὐ δυνατόν· δεσμὸς γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ ἀμφοῖν συναγαγὼν γίνεσθαι· δεσμὸς δὲ κάλλιστος ὃς ἂν ἑαυτόν τε καὶ τὰ ξυνδούμενα ἓν ποιῇ ὅτι μάλιστα, τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία κάλλιστα ἀποτελεῖν· δεσμὸν λέγων τὰ μέσα δύο στοιχεῖα ἐξ ἀναλογίας εἰλημμένα τῆς προῤῥηθείσης. οἱ δὲ τὰ τῶν Ἑβραίων πρεσβεύοντες, διαφέρονται περὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι σχεδὸν πάντες, ἐξ οὐδεμιᾶς προϋποκειμένης ὕλης φάσκουσι γεγενῆσθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· [1] ἐπεὶ Μωϋσῆς φησιν, ἐν ἀρχῇ ἐποίησε Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἀπολλινάριος δὲ ἐκ τῆς ἀβύσσου πεποιηκέναι τὸν Θεὸν τὸν

A corpora, quæ his formis formantur, ut se formæ habeant, ita ipsa se habere inter se. Neque tamen non patibilis omnino terra est, sed a tenuioribus corporibus dividitur, ut distrahi quidem alterius elementi interventu possit, non etiam mutari in ea a quibus dividitur. Rursus enim in se coiens, sibi restituitur, quod in aqua licet cernere. Si enim in aquam exigua terra missa, eam perturbes, dissolvitur in aquam terra, sin desistas perturbare, ubi aqua constiterit, terra subsidit. Hoc idem ad totam terram transferendum est. Verum non mutatio hæc est, sed mixtorum diremtio. Ait enim Plato, ignis acumine dissolvi terram, quæ dissoluta in ipso feratur, aut in vastitate aeris cum eam aer dissolverit, B aut in aqua, cum ab aqua fuerit dissoluta. Alio modo elementa dividens, tradit unumquodque elementum tres habere qualitates, ignem, acumen, raritatem, motum: alterum extremum elementorum, id est terram, hebetudinem, densitatem, statum: ut sunt per has qualitates contraria, ignis & terra, quod in ceteris qualitatibus quas jugabamus, non eveniebat. Sumtas autem esse ab utroque extremorum qualitates, & ita media elementa exstitisse. Sumuntur enim ab igne duæ qualitates, raritas & motus; una a terra, hebetudo; & aer constituitur, qui qualitates habet quibus formetur, hebetudinem, raritatem, motum. Rursus duæ sumuntur qualitates terræ, hebetudo, & densitas; & una C ignis, motus; & aqua fit, quæ formatur hebetudine, densitate, motu. Est igitur, ut acumen ad hebetudinem, ita ignis ad aerem; ut raritas ad densitatem, ita aer ad aquam; ut motus ad statum, ita aqua ad terram. Ut igitur ignis ad aerem, ita aer ad aquam; & ut aer ad aquam, ita aqua ad terram. Nam plana quidem, nata & apta sunt ut ab uno medio, id est, analogia; solida autem duobus mediis contineantur. Alio modo dicunt elementa habere qualitates. Nam terram, & aquam habere pondus, quo natura deorsum ferantur, aerem & ignem levitatem, qua natura in sublime tendant. Stoici tradunt elementorum alia esse activa alia passiva; Activa quidem aerem & ignem; passiva aquam D & terram. Aristoteles etiam quintum corpus inducit cæleste, & volubile, quod cælum e quatuor elementis conflatum esse nolit. Appellat autem volubile quintum corpus, quod in orbem circum terram feratur, cum Plato diserte dicat, ex igne & terra cælum constare. Ita enim ait, *Corporeum, & aspectabile, & tractabile oportet esse quod natum est. Sine igne autem nihil umquam fuerit aspectabile, neque tractabile sine aliquo solido. Solidum autem non sine terra. Unde moliens hoc universum Deus ex igne ipsum & terra effecit. Duo autem sola recte sine tertio constare non possunt. Oportet enim vinculum in medio esse amborum, quod ea copulet. Vinculum porro optimum, quod maxime ex se & iis quæ vincit* E *unum facit. Quod optime poterit proportio efficere.* Vinculum dicit duo media elementa ea proportione, quæ exposita est inter se comparata. Qui Hebræorum dogmata defensitant, de cælo terraque dissentiunt. Ceteri enim fere omnes ex nulla subjecta materia quæ prius fuerit, cælum & terram genitam esse volunt, quoniam Moyses scribit his verbis: [a] *In principio fecit Deus cælum & terram.* Apollinarius vero ex abysso fecisse Deum cælum & terram contendit. Nam abyssi ut ejus quæ creata

[a] Gen. I. 1.

1. Ἐπεὶ Μωϋσῆς] Hæc a ms. nunc primum addita sunt.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



ὐρανὸν καὶ τὴν γῆν βύλεται· τῆς γὰρ ἀβύσσυ Μωϋσῆς οὐκ ἐμνημόνευσεν ἐν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου ὡς γεγενημένης· ἐν δὲ τῷ Ἰὼβ εἴρηται ὁ ποιήσας τὴν ἄβυσσον. ἐκ ταύτης οὖν ὡς ἐξ ὕλης βούλεται τὰ ἄλλα πάντα γεγενῆσθαι· οὐ μὴν ἀγέννητον, ἀλλὰ γεννητὴν εἶναι αὐτὴν πρὸ πάντων τῶν σωματικῶν, προκαταβεβλημένην ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ὑπόστασιν· δηλοῖ δὲ καὶ τοὔνομα τῆς ἀβύσσου τὸ τῆς ὕλης ἄπειρον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὅπως ἂν ἔχοι, οὐδὲν διαφέρει· καὶ γὰρ οὕτως πάντων ὁ Θεὸς καὶ δημιουργὸς δείκνυται, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων πεποιηκὼς τὰ πάντα· πρὸς δὲ τοὺς ἓν μόνον λέγοντας εἶναι στοιχεῖον, ἢ τὸ πῦρ, ἢ τὸν ἀέρα, ἢ τὸ ὕδωρ, ἀρκέσει τὰ [1] παρὰ Ἱπποκράτους εἰρημένα· εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτε ἂν ἀλγήσειεν· οὐ δὲ γὰρ ἂν ἦν, ὑφ' οὗ ἀλγήσειεν ἓν ἐόν, εἰ δὲ καὶ ἤλγεεν ἓν ἂν ἦν τὸ ἰώμενον· δεῖ γὰρ τὸ μέλλον ἀλγεῖν, ἐν μεταβολῇ γενέσθαι μετ' αἰσθήσεως· εἰ δὲ ἓν μόνον ἦν τὸ στοιχεῖον, οὐκ ἦν εἰς ὃ μεταβληθείη· μὴ τρεπόμενον δὲ ἀλλὰ μένον ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἂν ἀλγήσειεν εἰ καὶ αἰσθητὸν ἦν. ἀνάγκη δὲ καὶ τὸ πάσχον ὑπό τινος πάσχειν· εἰ δὲ μόνον ἓν ἦν τὸ στοιχεῖον, οὐκ ἦν ἂν ἑτέρα ποιότης παρὰ τὴν τοῦ ἑνὸς στοιχείου, ὑφ' ἧς ἔπαθεν ἂν τὸ ζῶον· εἰ δὲ μήτε μεταβληθῆναι μήτε παθεῖν ἠδύνατο, πῶς ἂν ἤλγησε; δείξας οὖν τοῦτο ἀδύνατον, κατὰ συγχώρησιν ἐπάγει· εἰ δὲ καὶ ἤλγεεν, ἓν ἂν ἦν τὸ ἰώμενον, νῦν δὲ οὐκ ἔστιν ἓν τὸ ἰώμενον, ἀλλὰ πολλά. οὐκ ἄρα ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος. ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ πειρῶνται τὸ ἴδιον ἕκαστος κατασκευάζειν δόγμα, ἐκ τούτων μάλιστα δείκνυται δ. ὄντα στοιχεῖα. καὶ γὰρ Θαλῆς τὸ ὕδωρ μόνον λέγων εἶναι στοιχεῖον, πειρᾶται δεικνύειν τ' ἄλλα τρία ἀπὸ τούτου γινόμενα· τὴν μὲν γὰρ ὑποστάθμην αὐτοῦ γῆν γίνεσθαι, τὸ δὲ λεπτομερέστερον, ἀέρα, τοῦ δὲ ἀέρος τὸ λεπτομερέστερον, πῦρ. Ἀναξιμένης δὲ ἀέρα μόνον λέγων, καὶ αὐτὸς ὁμοίως πειρᾶται δεικνύναι τὰ ἄλλα στοιχεῖα ἐκ τοῦ ἀέρος ἀποτελούμενα. Ἡράκλιτος δὲ καὶ Ἵππαρχος ὁ Μεταποντῖνος τὸ πῦρ λέγοντες, ταῖς αὐταῖς ταύταις ἀποδείξεσι κέχρηνται· ἐξ ὧν τοίνυν καὶ οὗτοί φασι τὸ πῦρ εἶναι τῶν ἄλλων στοιχείων γεννητικόν, καὶ τῶν ἄλλων ὁ μὲν τὸ ὕδωρ, ὁ δὲ τὸν ἀέρα, ἐκ τούτων δείκνυται, ὅτι πάντα τὰ στοιχεῖα εἰς ἄλληλα μεταβάλλεται· πάντων δὲ εἰς ἄλληλα τρεπομένων, ἀνάγκη στοιχεῖα τὰ πάντα εἶναι. ὅπερ γὰρ ἂν λάβῃς τῶν τεσσάρων, εὑρεθήσεται καὶ τοῦτο ὑφ' ἑτέρου γινόμενον. τὸ δὲ σῶμα τῆς ψυχῆς ὄργανον ὑπάρχον, ταῖς ψυχικαῖς δυνάμεσι συνδιαιρεῖται· ταύταις γὰρ προσφερόντως καὶ ἐπιτήδειον κατεσκεύασται· πρὸς τὸ μηδεμίαν αὐτῆς δύναμιν ὑπὸ τοῦ σώματος ἐμποδίζεσθαι. ἑκάστῃ γὰρ ψυχικῇ δυνάμει πρὸς τὴν ἐνέργειαν ἴδια μέρη τοῦ σώματος ἀποκεκλήρωται, ὡς προϊὼν ὁ λόγος ἀποδείξει. ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τάξιν ἐπέχει τεχνίτου, τὸ δὲ σῶμα ὀργάνου· ὕλη δέ ἐστι περὶ ἃ ἡ πρᾶξις, τὸ δὲ ἀποτέλεσμα ἡ πρᾶξις αὐτή. οἷον ὡς ὕλη μὲν ὑπόκειται ἡ γυνή· περὶ ταύτην γὰρ ἡ πρᾶξις· ἡ δὲ πρᾶξις μοιχεία, ἢ πορνεία, ἢ γάμος. διαιροῦνται δὲ αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις εἴς τε τὸ φανταστικὸν καὶ διανοητικὸν καὶ μνημονευτικόν.

A fit, Moyfes in commemorando orbis ortu non meminit, fed in libro, qui Job infcribitur, perfcriptum hoc eft, *Qui fecit abyffum*. Ex hac igitur ut materia, omnia alia nata effe vult, neque tamen eam nullo generatam ortu, fed genitam ante omnia corporea, & ad ceterorum naturam a Deo præparatam effe tuetur. Atque ipfum quoque abyffi nomen (fignificat autem Latine fundi expers) infinitatem oftendit. Sed hoc quoquo modo fe habeat, nihil refert. Etenim etiam hoc modo Deus omnium & opifex effe & ex nihilo feciffe omnia probatur. Adverfus eos qui dicunt unicum effe elementum, aut ignem, aut aerem, aut aquam, fatis erunt quæ ab Hippocrate difputata funt. *Si unum* B *homo effet, numquam doleret, neque enim effet unde doleret, fi unum effet: Quod fi etiam doleret, unum effet quod fanaret; Oportet enim quod doliturum eft, in mutatione verfetur adjuncto fenfu: At fi unicum effet elementum, non effet in quod mutaretur. Si autem non mutaretur, fed in fe ipfo remaneret, non doleret, etiamfi effet fenfu præditum. Oportet etiam quod patitur ab aliquo pati; fi autem unum folum effet elementum, non effet alia qualitas præter eam, quæ eft unius elementi, a qua animal pateretur. Quod fi neque mutari, neque pati poffet, quomodo doleret?* Quum igitur hoc probaffet fieri non poffe, per conceffionem infert, *Si vero etiam doleret, unum effet quod fanaret; Nunc vero non* C *eft unum, quod fanat, fed multa, non ergo unum homo eft*. Porro autem iis ipfis quibus finguli fuam fententiam confirmare nituntur, maxime oftenditur quatuor effe elementa. Etenim Thales folam aquam dicens effe elementum, conatur probare alia tria ex aqua generari. Nam ejus fæcem terram effe, tenuiffimam partem aerem, aeris item tenuiffimam partem ignem. Et Anaximenes quoque aerem folum ftatuens, fimiliter conatur oftendere, cetera elementa ex eo gigni, atque perfici. Heraclitus & Hipparchus Metapontinus, ignem dicentes, iifdem hifce rationibus ufi funt. Quod igitur ifti dicunt in igne cauffam effe gignendi cetera elementa, & ceterorum Philofophorum alius aquam, alius aerem inducit, D ex eo oftenditur omnia elementa in fe mutuo mutari. Cum autem omnia in fe mutuo vertantur, neceffe eft omnia effe elementa. Quodcumque enim de quatuor fumferis, id ex alio fieri reperietur. Corpus autem cum fit animæ inftrumentum, una cum animæ viribus dividitur. Nam ad eas accommodatum aptumque factum eft, ut nulla animæ vis a corpore impediatur. Unicuique enim facultati animæ, quo fuo munere fungi poffit, propriæ partes corporis tributæ funt, ut in progreffu orationis demonftrabitur. Nam anima locum obtinet artificis, corpus inftrumenti; Materia autem eft in quibus verfatur actio, Effectio vero ipfa actio: quemadmodum ut materia fubjicitur femina; nam in hanc E eft actio; Actio autem adulterium, aut ftuprum, aut legitimus concubitus. Dividuntur autem vires animæ, in vim phantafiæ, cogitationis, & memoriæ, quæ Græci vocant φανταστικὸν, διανοητικὸν, μνημονευτικόν.

1. Ἱπποκράτους εἰρημένα] Sc. in lib. περὶ φύσιος ἀνθρώπου.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ τοῦ Φανταστικοῦ.

Φανταστικὸν μὲν οὖν ἐστι δύναμις τῆς ἀλόγου ψυχῆς διὰ τῶν αἰσθητηρίων ἐνεργοῦσα· φανταστὸν δὲ τὸ τῇ φαντασίᾳ ὑποπίπτον, ὡς αἰσθήσει αἰσθητόν· φαντασία δέ ἐστι πάθος τῆς ἀλόγου ψυχῆς ὑπὸ φανταστοῦ τινος γινόμενον· φάντασμα δὲ πάθος διάκενον ἐν τοῖς ἀλόγοις τῆς ψυχῆς μέρεσιν ὑπ' οὐδενὸς φανταστοῦ γινόμενον. [1] οἱ δὲ Στωϊκοὶ τέσσαρα ταῦτά φασι· φαντασία, φανταστὸν, φανταστικὸν, φάντασμα· φαντασίαν μὲν λέγοντες τὸ πάθος τῆς ψυχῆς, τὸ ἐνδεικνύμενον αὐτό τε καὶ τὸ πεποιηκὸς φανταστόν. ὅταν γὰρ λευκὸν ἴδωμεν, ἐγγίνεταί τι πάθος τῇ ψυχῇ ἐκ τῆς λήψεως αὐτοῦ· ὡς γὰρ ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις ἐγγίνεται πάθος, ὅταν αἰσθάνηται, οὕτω καὶ ἐν τῇ ψυχῇ, ὅταν ἐννοήσῃ. εἰκόνα γὰρ ἐν ἑαυτῇ δέχεται τοῦ νοητοῦ· φανταστὸν δὲ τὸ πεποιηκὸς τὴν φαντασίαν αἰσθητὸν, οἷον τὸ λευκὸν καὶ πᾶν ὅτι δύναται κινεῖν τὴν ψυχήν. φανταστικὸν δὲ τὸν διάκενον διελκυσμὸν ἄνευ φανταστοῦ· φάντασμα δὲ ᾧ ἐφελκόμεθα κατὰ τὸ φανταστικὸν διάκενον ἑλκυσμὸν, ὡς ἐπὶ τῶν μεμηνότων καὶ μελαγχολώντων· ἡ δὲ διαφωνία τούτοις περὶ τὴν ἐναλλαγὴν μόνην γέγονε τῶν ὀνομάτων· ὄργανα δὲ αὐτοῦ αἱ πρόσθιοι τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίαι, καὶ τὸ ἐν αὐταῖς ψυχικὸν πνεῦμα, καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ νεῦρα, τὰ διάβροχα τῷ ψυχικῷ πνεύματι, καὶ ἡ κατασκευὴ τῶν αἰσθητηρίων. ἔστι δὲ αἰσθητήρια ε'. αἴσθησις δὲ μία, ἡ ψυχὴ ἡ γνωρίζουσα διὰ τῶν αἰσθητηρίων τὰ ἐν αὐτοῖς γινόμενα πάθη. καὶ τῷ μὲν γεωδεστάτῳ καὶ σωματικωτάτῳ τῶν αἰσθητηρίων, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἁφὴ, τῆς γεώδους φύσεως αἰσθάνεται. τῷ δὲ αὐγοειδεστάτῳ, ὅπερ ἐστὶν ἡ ὄψις, τῶν αὐγοειδῶν. ὡς καὶ τῷ ἀερώδει τῶν τοῦ ἀέρος παθημάτων· ἀὴρ γάρ ἐστιν ἡ τῆς φωνῆς οὐσία ἢ ἀέρος πληγή· καὶ τῷ σπογγοειδεῖ δὲ καὶ ὑδατοειδεῖ τῷ κατὰ τὴν γεῦσιν τῶν χυμῶν ἀντιλαμβάνεται. ἕκαστον γὰρ τῶν αἰσθητῶν διὰ τοῦ οἰκείου γνωρίζεσθαι πέφυκεν. ἔδει τοίνυν κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐπειδὴ δ'. στοιχεῖα, τέσσαρας εἶναι καὶ τὰς αἰσθήσεις. ἀλλ' ἐπειδήπερ ὁ ἀτμὸς καὶ τὸ τῶν ὀσμῶν γένος μεταξὺ τὴν φύσιν ἐστὶν ἀέρος καὶ ὕδατος, (ἀέρος μὲν γάρ ἐστι παχυμερέστερος, ὕδατος δὲ λεπτομερέστερος, δῆλον δὲ γίνεται τὸ τοιοῦτον διὰ τῆς κορύζης τοῦ πάθους. οἱ γὰρ κορυζῶντες ἕλκουσι μὲν τὸν ἀέρα διὰ τῆς ἀναπνοῆς· ἕλκοντες δὲ τοῦτον, τὸν ἀτμὸν οὐκ ἀντιλαμβάνονται· διὰ γὰρ τὴν ἔμφραξιν τὸ παχυμερέστερον οὐκ ἀφικνεῖται πρὸς τὴν αἴσθησιν,) τούτου χάριν πέμπτον αἰσθητήριον ἡ ὄσφρησις ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξεύρηται, ἵνα μηδὲν τῶν δυναμένων εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν διαφύγῃ τὴν αἴσθησιν. ἔστι δὲ ἡ αἴσθησις οὐκ ἀλλοίωσις, ἀλλὰ διάγνωσις ἀλλοιώσεως. ἀλλοιοῦται μὲν γὰρ τὰ αἰσθητήρια, διακρίνει δὲ τὴν ἀλλοίωσιν ἡ αἴσθησις. καλεῖται δὲ πολλάκις αἴσθησις καὶ τὰ αἰσθητήρια. ἔστι δὲ αἴσθησις ἀντίληψις τῶν αἰσθητῶν· δοκεῖ δὲ οὗτος ὁ ὅρος οὐκ αὐτῆς εἶναι τῆς αἰσθήσεως, ἀλλὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ. διὸ καὶ οὕτως ὁρίζονται τὴν αἴσθησιν, πνεῦμα νοερὸν ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐπὶ τὰ ὄργανα τεταμμένον. ἔτι δὲ καὶ οὕτως, δύναμις ψυχῆς ἀντιληπτικὴ τῶν αἰσθητῶν· αἰσθητήριον δὲ ὄργανον τῆς ἀντιλήψεως τῶν αἰσθητῶν. Πλάτων δὲ τὴν αἴσθησιν λέγει ψυχῆς καὶ σώματος κοινωνίαν πρὸς τὰ ἐκτός. ἡ γὰρ δύναμις, ψυχῆς, τὸ δὲ ὄργανον, σώματος, ἄμφω δὲ διὰ φαντασίαν ἀντιληπτικὰ τῶν ἔξωθεν. τῶν δὲ ψυχικῶν τὰ μέν ἐστιν ὑπουργητικά τε καὶ δορυφορικὰ, τὰ δὲ ἀρχικὰ καὶ ἡγε-

CAPUT VI.

De Phantaſia.

Φανταστικὸν igitur, vis eſt animæ rationis expertis, quæ per ſenſoria ſuo munere fungitur. Φανταστὸν vero, quod in phantaſiam cadit, ut in ſenſum quod ſenſui ſubjicitur. Φαντασία vero effectio eſt animæ a ratione vacuæ, quæ fit ab aliquo quod φανταστὸν appellavimus. Φάντασμα vero inanis affectio in animæ partibus rationis expertibus quæ a nullo, quod ſit φανταστὸν, commovetur. Stoici autem hæc quatuor ponunt φαντασίαν, φανταστὸν, B φανταστικὸν, φάντασμα, ac φαντασίαν definiunt animæ affectionem quæ & ſe ipſam oſtendit, & φανταστὸν illud a quo nata eſt. Cum enim albi quid aſpexerimus, gignitur in anima ex ejus aſpectu quædam affectio. Ut enim in ſenſoriis affectio gignitur cum ſentiunt, ita in anima cum intelligit. Nam imaginem in ſe accipit ejus rei quam intelligit. Φανταστὸν ſubjectum illud quod ſenſui φαντασίαν genuit, ut aliquid albi & quidquid animam movere poteſt. Φανταστικὸν inanem diſtractionem ſine eo quod ſit φανταστόν. Φάντασμα vero rem ipſam qua ad φανταστικὸν, id eſt, vanam diſtractionem, attrahimur, ut in inſanis & melancholicis. Horum diſſenſio in ſola mutatione nominum conſiſtit. Inſtru- C menta ejus ſunt anteriores cerebri ventriculi, & qui in eis animæ ſpiritus continetur, quique ex eis nervi naſcuntur, animæ ſpiritu madefacti, & ſenſoriorum ſtructura. Sunt autem quinque ſenſoria, ſenſus vero unus, anima ſcilicet quæ per ſenſoria affectiones quæ in eis exſiſtunt cognoſcit. Atque eo quidem ſenſorio quod præ ceteris terrenum & corporeum eſt, hic autem tactus eſt, quæ ſunt terrenæ naturæ percipit. Eo vero quod maxime eſt ſplendidum, qui cernendi ſenſus eſt, ſplendidum: ut etiam aereo affectiones aeris (vocis enim ſubſtantia aer eſt, aut aeris ictus,) & ſpongioſo & aqueo, quod guſtus eſt, ſapores percipit. Comparatum enim natura eſt, ut quodque quod ſub ſenſum cadat, per D aliquid quod ſit aptum ad naturam ſuam cognoſcatur. Oportebat igitur hac ratione, quoniam quatuor ſunt elementa, quatuor etiam eſſe ſenſus. Sed quoniam vapor & odorum genus media quadam natura ſunt inter aerem & aquam: (Aere enim eſt craſſior, aqua tenuior, quod in gravedine planum fit. Nam qui eo morbo afficiuntur, ſpiritu quidem aerem ducunt, & tamen in ducendo ſpiritu vaporem non percipiunt, propter enim obſtructionem, quod craſſius eſt ad ſenſum non pervenit;) idcirco quintum ſenſorium odoratus natura machinata eſt, ut nihil eorum quæ cognoſci poſſunt, ſenſum effugiat. Eſt autem ſenſus non alteratio, ſed alterationis dijudicatio. Alterantur enim ſenſoria & ſenſus E alterationem dijudicat. Vocantur tamen ſæpe ſenſus etiam ipſa ſenſoria. Eſt autem ſenſus, perceptio eorum quæ ſub ſenſum cadunt. Sed hæc definitio non ipſius ſenſus, ſed munerum ejus eſſe videtur. Quare ſic quoque ſenſum definiunt, Spiritus intelligens a principatu animæ ad ſenſorium pertingens. Præterea hoc modo, Vis animæ quæ ſenſui ſubjecta ſunt percipiens. Senſorium autem inſtrumentum perceptionis eorum quæ ſenſu cognoſcuntur. Plato vero, ſenſum, animæ & corporis ad externa ſocietatem definit. Nam vis quidem ipſa animæ eſt, inſtrumentum corporis. Atque ambo hæc per phantaſiam res externas percipiunt. Animæ autem partium, aliæ

1. Οἱ δὲ Στωϊκοὶ] Quæ ſequuntur apud Plutarchum περὶ τῶν ἀρεσκόντων &c. lib. 4. reperire eſt; quæ etiam paullo aliter a Diogene Laertio lib. 7. explicantur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



A μονικά· ἀρχικὰ μὲν, τό, τε διανοητικὸν, καὶ ἐπιστημονικὸν, ὑπουργητικὰ δὲ τὰ αἰσθητικὰ καὶ ἡ καθ' ὁρμὴν κίνησις, καὶ τὸ φωνητικόν. καὶ γὰρ ἡ κίνησις καὶ ἡ φωνὴ ὀξύτατα, καὶ σχεδὸν ἀχρόνως ὑπακούει τῇ βουλήσει τοῦ λογισμοῦ· ἅμα γὰρ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ θέλομέν τε καὶ κινούμεθα, οὐδενὸς ἐπιδεόμενοι μεταξὺ χρόνου τῆς τε βουλήσεως καὶ τῆς κινήσεως· ὡς ἐπὶ τῆς κινήσεως τῶν δακτύλων ἐστὶν ἰδεῖν. καὶ τῶν φυσικῶν δὲ ἔνια ὑπὸ τὴν ἡγεμονίαν ἐστὶ τοῦ διανοητικοῦ, ὡς τὰ καλούμενα πάθη.

sunt famulæ & satellites, aliæ dominantur & imperant. Eæ enim partes in quibus ratio & scientia est, imperant; sensus & motus cum appetitu, itemque vocis mittendæ facultas ancillantur. Etenim motus & vox celerrime nulloque fere interveniente tempore voluntati rationis obtemperant. Simul enim volumus & movemur, neque tempus quod voluntati & motioni interponatur requirimus; ut in motu digitorum licet animadvertere. Atque etiam naturalia quædam imperio rationis parent, ut quæ perturbationes animæ dicuntur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζʹ.

Περὶ Ὄψεως.

B Ἡ Ὄψις ὁμωνύμως λέγεται, καὶ γὰρ τὸ αἰσθητήριον καὶ δύναμις ἡ αἰσθητική. [1] Ἵππαρχος δέ φησιν ἀκτῖνας ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποτεινομένας τοῖς πέρασιν ἑαυτῶν, καθάπερ χειρῶν ἐπαφαῖς καθαπτούσαις τοῖς ἐκτὸς σώμασι, τὴν ἀντίληψιν αὐτῶν πρὸς τὸ ὁρατικὸν ἀναδιδόναι. οἱ δὲ γεωμέτραι κώνους τινὰς ἀναγράφουσιν ἐκ τῆς συνεμπτώσεως τῶν ἀκτίνων γινομένους τῶν ἐκπεμπομένων διὰ τῶν ὀφθαλμῶν· πέμπειν γὰρ ἀκτῖνας τὸν μὲν δεξιὸν ὀφθαλμὸν ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ, τὸν δὲ ἀριστερὸν ἐπὶ τὰ δεξιά· ἀπὸ δὲ τῆς συνεμπτώσεως αὐτῶν ἀποτελεῖσθαι κῶνον, ὅθεν ὁμοῦ μὲν πολλὰ περιλαμβάνειν ὁρατὰ τὴν ὄψιν, βλέπειν δὲ ἀκριβῶς ἐκεῖνα, ἔνθα ἂν συνεμπέσωσιν C αἱ ἀκτῖνες. οὕτω γοῦν πολλάκις ὁρῶντες εἰς τοὔδαφος, οὐχ ὁρῶμεν τὸ ἐν αὐτῷ νόμισμα κείμενον, ἀτενίζοντες ἐπὶ πλεῖστον, ἕως ἂν αἱ συμβολαὶ τῶν ἀκτίνων ἐν ἐκείνῳ γίνωνται τῷ μέρει, ἔνθα κεῖται τὸ νόμισμα, καὶ τότε τῇ θέᾳ προσπίπτομεν αὐτοῦ, ὡς τότε πρῶτον ἀρξάμενοι προσέχειν. οἱ δὲ Ἐπικούρειοι εἴδωλα τῶν φαινομένων προσπίπτειν τοῖς ὀφθαλμοῖς· Ἀριστοτέλης δὲ οὐκ εἴδωλον σωματικὸν, ἀλλὰ ποιότητα δι' ἀλλοιώσεως τοῦ πέριξ ἀέρος ἀπὸ τῶν ὁρατῶν ἄχρι τῆς ὄψεως παραγίνεσθαι. Πλάτων δὲ κατὰ συναύγειαν τοῦ μὲν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν φωτὸς ἐπὶ ποσὸν ἀποῤῥέοντος εἰς τὸν ὁμοιογενῆ ἀέρα· τοῦ δὲ ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀντιφερομένου, τοῦ δὲ περὶ τὸν μεταξὺ ἀέρα εὐδιάχυτον ὄντα καὶ εὔτρεπτον, D συνεκτεινομένου τῷ πυροειδεῖ τῆς ὄψεως. Γαληνὸς δὲ συμφώνως Πλάτωνι περὶ τῆς ὄψεως ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῆς συμφωνίας λέγει γράφων οὕτω πως σποράδην· εἴπερ γὰρ εἰς τὸν ὀφθαλμὸν ἀφικνοῖτο μοῖρά τις, ἢ δύναμις ἢ εἴδωλον ἢ ποιότης τῶν ὁρωμένων σωμάτων, οὐκ ἂν τοῦ βλεπομένου τὸ μέγεθος ἔγνωμεν, οἷον ὄρους, εἰ τύχοι, μεγίστου· τηλικούτου γὰρ εἴδωλον ἐμπίπτειν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν παντάπασιν ἄλογον. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ὀπτικὸν οὐχ οἷόντε τοσαύτην ἰσχὺν ἐκκρινόμενον λαμβάνειν, ὡς περιχεῖσθαι παντὶ τῷ βλεπομένῳ. λείπεται οὖν τὸν πέριξ ἀέρα τοιοῦτον ὄργανον ἡμῖν γίνεσθαι, καθ' ὃν ὁρῶμεν χρόνον, ὁποῖον ἐν τῷ σώματι τὸ νεῦρον ὑπάρχει τὸ ὀπτικόν. τοιοῦτον γάρ τι πάσχειν ἔοικεν E ὁ περιέχων ἡμᾶς ἀήρ. ἥ, τε γὰρ αὐγὴ τοῦ ἡλίου ψαύουσα τοῦ ἄνω πέρατος τοῦ ἀέρος, διαδίδωσιν εἰς ὅλον τὴν δύναμιν· ἥ, τε διὰ τῶν ὀπτικῶν νεύρων αὐγὴ φερομένη τὴν μὲν οὐσίαν ἔχει πνευματικὴν, ἐμπίπτουσα δὲ τῷ περιέχοντι, καὶ τῇ πρώτῃ προσβολῇ τὴν ἀλλοίωσιν ἐργαζομένη διαδίδωσιν, ἄχρι πλείστου συνέχουσα ἑαυτὴν, ἄχρις ἂν εἰς ἀντιτυπὲς ἐμπέσῃ σῶμα· γίνεται γὰρ ὁ ἀὴρ ὄργανον τῷ ὀφθαλμῷ πρὸς τὴν τῶν ὁρωμένων διάγνωσιν τοιοῦτον, οἷόν περ ἐγκεφάλῳ τὸ νεῦρον· ὥστε ὃν ἔχει λόγον ἐγκέφαλος πρὸς τὸ νεῦρον τοῦτον ἔχειν τὸν ὀφθαλμὸν πρὸς τὸν ἀέρα ἐψυχωμένον ὑπὸ τῆς ἡλια-

CAPUT VII.

De Visu.

Visus ambiguum nomen est, nam & instrumentum & vis sentiendi visus dicitur. Hipparchus ait radios qui ab oculis porrigantur, suisque terminis velut manuum contrectationibus exteriora corpora attingant, eorum perceptionem ad visum referre. Geometræ vero conos quosdam describunt ex radiorum concursu factos, qui ex oculis emittantur. Emittere enim dextrum oculum putant radios ad lævam, sinistrum ad dextram, deinde ex eorum concursione conum absolvi, unde accidat ut multa quidem simul oculus complectatur, quæ aspectu sentiri possint; sed exquisite ea cernat ubi radii concurrerint. Nam sæpe hac de caussa pavimentum intuentes, non videmus nummum qui in eo jaceat, quamvis diu intentis oculis, donec radii ad eum locum, in quo jacet nummus, concurrerint, & tum demum eum aspicimus, ut qui tum primum cœperimus attendere. Epicuræi imagines earum rerum quæ appareant, censent in oculos incurrere. Aristoteles non imaginem corpoream, sed qualitatem per commutationem aeris, ab his quæ videntur usque ad oculum accedere. Plato vero per confusionem splendorum res aspici existimat, ut id quidem lumen quod ex oculis proficiscitur, aliquo usque in aerem qui ejusdem secum est generis, effluat; quod vero a corporibus manat contra feratur, ac quod in aere est, qui interponitur facileque diffunditur & vertitur, simul cum oculorum igne extendatur. Galenus cum Platone de visione consentit, in septimo de consensu sparsim sic fere scribens, Si enim ad oculum veniret pars quædam, aut vis, aut imago, aut qualitas corporum quæ cernuntur, non cognosceremus magnitudinem ejus quod videtur, ut montis, si ita casus ferat, maximi: tantæ enim rei simulacrum incurrere in oculos nostros prorsus a ratione alienum est. Enim vero neque spiritus visionis se exserens tantam vim habere potest, ut circum omnia quæ cernuntur fundatur. Relinquitur igitur, aerem qui nos circumstat tale instrumentum nobis esse tum cum videmus, quale in corpore nervus visionis est. Videtur enim aeri qui nos ambit aliquid evenire hujusmodi. Nam solis splendor attingens superiorem extremitatem aeris per totum aerem vim suam transmittit, & splendor qui per nervos visionis fertur, naturam habet spirabilem, & in aerem incidens eumdemque primo impetu commutans longissime tranat se ipse continens, donec in durum aliquod corpus incurrerit: est enim aer tale instrumentum oculo ad dijudicanda ea quæ videntur, quale cerebro nervus: ut quam habeat rationem cerebrum ad nervum, eamdem habeat oculus ad aerem splendore solis animatum. Esse autem aerem hac natura, ut assimiletur corporibus

1. Ἵππαρχος] Hipparchi nec non aliorum aliquot Philosophorum sententiæ de visionis natura ex Plutarcho afferuntur, lib. 4. c. 13. περὶ τῶν ἀρεσκόντων: Quæ autem ex Galeno laudat, habentur lib. 10. *de usu partium*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.

κῆς αὐγῆς. ὅτι δὲ πέφυκεν ὁ ἀὴρ τοῖς πλησιάζουσι σώμασι συνεξομοιοῦσθαι, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ πυῤῥοῦ τινος ἢ κυανοῦ ἢ καὶ ἀργυροῦ διαφερομένου φωτὸς ὄντος ὑπὸ τοῦ διενεχθέντος ἀλλοιοῦσθαι τὸν ἀέρα. Πορφύριος δὲ ἐν τῷ περὶ αἰσθήσεως οὔτε κῶνον, οὔτε εἴδωλον, οὔτε ἄλλό τι φησὶν αἴτιον εἶναι τοῦ ὁρᾷν, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν αὐτὴν ἐντυγχάνουσαν τοῖς ὁρατοῖς ἐπιγινώσκειν ἑαυτὴν οὖσαν τὰ ὁρατὰ, τῷ τὴν ψυχὴν συνέχειν πάντα ὄντα, καὶ εἶναι τὰ πάντα ψυχὴν συνέχουσαν σώματα διάφορα. μίαν γὰρ βουλόμενος εἶναι πάντων ψυχὴν τὴν λογικὴν, εἰκότως φησὶ γνωρίζειν ἑαυτὴν ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν. ὁρᾷ δὲ ἡ ὄψις κατ' εὐθείας γραμμὰς, αἰσθάνεται δὲ κατὰ πρῶτον μὲν λόγον τῶν χρωμάτων, συνδιαγινώσκει δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ κεχρωσμένον σῶμα καὶ τὸ μέγεθος αὐτοῦ, καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὴν χώραν· ἔνθα ἐστὶ καὶ τὸ διάστημα, καὶ τὸν ἀριθμὸν, κίνησίν τε καὶ στάσιν, καὶ τὸ τραχὺ καὶ λεῖον καὶ ὁμαλὸν καὶ ἀνώμαλον, καὶ τὸ ὀξὺ καὶ τὸ ἀμβλὺ καὶ τὴν σύστασιν, εἴτε ὑδατῶδες, εἴτε γεῶδές ἐστιν, οἷον ὑγρὸν ἢ ξηρόν. τὸ μὲν οὖν ἴδιον αὐτῆς αἰσθητὸν, ἔστι τὸ χρῶμα· διὰ μόνης γὰρ τῆς ὄψεως τῶν χρωμάτων ἀντιλαμβανόμεθα· εὐθέως δὲ σὺν τῷ χρώματι καὶ τὸ κεχρωσμένον σῶμα, καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ τυγχάνει ὂν τὸ ὁρώμενον, καὶ τὸ διάστημα τὸ μεταξὺ τοῦ τε ὁρῶντος καὶ τοῦ ὁρωμένου. ὁπόσαις γὰρ τῶν αἰσθήσεων συνεμφαίνεται καὶ τὸ σῶμα, ταύταις εὐθέως καὶ ὁ τόπος συνδιαγινώσκεται, ὡς τῇ ἁφῇ καὶ τῇ γεύσει, ἀλλ' αὗται μὲν τότε μόνον ὅταν προσπελάσωσι τῷ σώματι συναισθάνονται πλὴν τῶν ἑξῆς διορισθησομένων, ὄψις δὲ καὶ πόῤῥωθεν· ἐπεὶ δὲ πόῤῥωθεν ἀντιλαμβάνεται τῶν ἰδίων αἰσθητῶν, ἀναγκαίως ἐπηκολούθησε τὸ μόνην ὁρᾷν καὶ τὸ διάστημα· τὸ δὲ μέγεθος τότε μόνη διαγινώσκει, ὅταν τὸ φαινόμενον δύναται διὰ μιᾶς προσβολῆς περιλαβεῖν, ἐν οἷς δὲ μεῖζόν ἐστι τὸ ὁρώμενον, ἢ κατὰ μίαν προσβολὴν περιλαμβάνεσθαι, ἐν τούτοις ἡ ὄψις δεῖται καὶ τῆς μνήμης καὶ τῆς διανοίας. κατὰ μέρος γὰρ αὐτὰ θεωμένη καὶ οὐχ ὑφ' ἓν ὅλον, ἀναγκαίως εἰς ἕτερον ἀφ' ἑτέρου μεταβαίνει, καὶ τὸ μὲν ἐμπίπτον ἀεὶ κατὰ τὴν μετάβασιν, αἰσθητόν ἐστι· τὰ δὲ ἔμπροσθεν ἑωραμένα ἡ μνήμη διαφυλάττει. συνάγει δὲ ἀμφότερα ἡ διάνοια τό, τε αἰσθητὸν καὶ μνημονευτόν. τοῦ μὲν οὖν μεγέθους διχῶς ἀντιλαμβάνεται, ποτὲ μὲν μόνη, ποτὲ δὲ μετὰ μνήμης καὶ διανοίας· τοῦ δὲ ἀριθμοῦ τῶν ὁρωμένων τοῦ ὑπὲρ τὰ τρία, ἢ δ'. τοῦ κατὰ μίαν προσβολὴν μὴ ὁρωμένου, καὶ τῶν κινήσεων καὶ τῶν σχημάτων τῶν πολυγώνων οὐδέποτε μόνη, ἀλλὰ μετὰ μνήμης καὶ διανοίας· οὐ γὰρ δύναται τὰ πέντε καὶ ἓξ καὶ ἑπτὰ καὶ πλεῖον χωρὶς μνήμης συναγαγεῖν· οὕτως οὐδὲ τὰ ἑξάγωνα καὶ ὀκτάγωνα καὶ πολύγωνα σχήματα. καὶ ἡ κίνησις δὲ κατὰ μετάβασιν γενομένη τὸ μὲν ἔχει πρότερον, τὸ δὲ δεύτερον, ἔνθα δὲ πρότερόν ἐστι καὶ δεύτερον καὶ τρίτον, τοῦτο μνήμη μόνη διαφυλάττει. τὸ δὲ ἄνω καὶ κάτω καὶ τὸ ἀνώμαλον καὶ ὁμαλὸν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ τραχὺ καὶ τὸ λεῖον καὶ τὸ ὀξὺ καὶ ἀμβλὺ κοινὰ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς ὄψεώς εἰσιν, ἐπειδὴ καὶ μόναι τὸν τόπον διαγινώσκουσι. χρήζουσι δὲ καὶ διανοίας· μόνον γὰρ ἐκεῖνο τὸ κατὰ μίαν προσβολὴν προσπίπτον τῇ αἰσθήσει, μόνης αἰσθήσεως ἔργον ἐστίν· τὰ δὲ κατὰ πλείους οὐ μόνης, ἀλλὰ καὶ μνήμης μετὰ διανοίας, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείχθη. τῶν δὲ διαφανῶν καὶ μέχρι τοῦ βάθους διϊκνεῖσθαι πέφυκεν ἡ ὄψις, ἀέρος μὲν πρῶτον καὶ μάλιστα, ὅλον γὰρ διεξέρχεται, δεύτερον δὲ ὕδατος ἠρεμοῦντός τε καὶ καθαροῦ, τοὺς ἰχθύας γοῦν νηχομένους ὁρῶμεν· ἧττον δὲ διὰ ὑέλου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιουτοτρόπων· δῆλον δὲ ὅτι πεφωτισμένων· καὶ τοῦτο ἴδιον αὐτῆς. μὴ ἀπατήσῃ δέ τινας ὡς καὶ τῶν θερμῶν ἡ ἀντίληψις ὄψεώς ἐστι, ἐ-

A quæ sibi admoveantur, ex eo constat, quod si in lumine aliquid splendidum, vel fulvum, vel cæruleum, vel argenteum per aerem feratur, ab eo quod fertur aer commutetur. Porphyrius in libro de sensu, neque conum, neque simulacrum, neque aliud quidquam visionis caussam esse vult, sed animam ipsam, cum incidit in ea quæ cernuntur, agnoscere se ipsam, esse ea quæ aspectu sentiantur, quod anima contineat omnia quæ sunt, omniaque quæ sint, nihil sint aliud, quam anima corpora diversa continens. Nam cum velit unam esse omnium animam, eam quæ rationis est compos, merito dicit in omnibus quæ sunt, se ipsam cognoscere. Cernit autem hic sensus per lineas rectas, & cum prima-
B rio loco colores percipit, cum his etiam corpus coloratum dijudicat, & ejus magnitudinem & figuram & locum in quo est, & intervallum & numerum & motum & statum, & asperum & leve & æquabile & inæquabile, & acutum & obtusum & cohærentiam sive ad aquæ sive ad terræ naturam accedat, ut humidum ne sit an siccum. Itaque quod proprie aspectu sentitur, color est. Nam sola visione colores percipimus, atque confestim cum colore coloratum corpus & locum in quo est quod cernitur, & intervallum quod inter id quod cernit, & id quod cernitur, interjicitur. Quotquot enim sensibus corpus percipitur, iisdem statim etiam locus simul cognoscitur, ut in tactu & gustatu evenit.
C Sed hi quidem, tum solum sentiunt cum admoti fuerint corpori, exceptis iis quæ post explicabuntur. Visio vero etiam magno intervallo interjecto. Quoniam autem procul cernit subjecta propria, necessario consecutum est, ut etiam sola intervallum videat, Magnitudinem vero tum sola percipit, cum potest id quod cernitur uno obtutu comprehendere. Quæ vero majora sunt quam & uno aspectu comprehendi possint, in his visio & memoriam requirit, & cogitationem. Cum enim ea particulatim neque tota uno cernat intuitu, necessario ab uno transit ad alterum, & ut quidque in ea transitione in sensum incidit, ita sensu percipitur. Quæ vero prius percepta sunt, memoria conservat, & cogita-
D tio utrumque colligit, & quod sensu & quod memoria perceptum est. Quare magnitudinem dupliciter percipit, aliquando sola, aliquando adjuncta memoria, & cogitatione. Numerum autem eorum quæ cernuntur, si plus tribus est aut quatuor, qui uno aspectu non cernitur, motus etiam & figuras multorum angulorum numquam sola, sed cum memoria & cogitatione sentit. Non enim potest & quinque & sex & septem & his amplius sine memoria colligere, ut neque hexagona & octagona, & figuras multorum angulorum. Motus etiam cum fiat per transitionem, aliud habet primum, aliud secundum; ubi autem primum & secundum est & tertium, id memoria sola conservat. Sursum autem &
E deorsum, æquabile & inæquabile, item asperum & leve, acutum & obtusum, tactus & visus communia sunt, quandoquidem hi soli sensus locum dijudicant. Cogitatione tamen etiam opus habent, quoniam illud solum quod uno impetu in sensum incurrit, solius sensus opus est; quæ vero non uno, non solius sensus, sed etiam memoriæ adjuncta cogitatione, ut supra ostensum est. Pellucidarum autem rerum etiam usque ad fundum natura sua visio protenditur; primum quidem & maxime aeris, totum enim penetrat; secundo aquæ stantis & limpidæ, siquidem pisces natantes videmus, per vitrum vero & id genus alia minus cernimus, si modo illa lumine illustrata sint, & hoc hujus sensus est proprium. Sed videndum est ne quis in errorem indu-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.

πειδὴ τὸ πῦρ ὁρῶντες, ἴσμεν εὐθέως ὅτι καὶ θερμόν ἐστιν. ἂν γὰρ ἐπὶ τὴν πρώτην ὄψιν ἀναγάγῃς τὸν λόγον, εὑρήσεις ὡς ὅτι πρῶτον ἡ ὄψις ἐθεάσατο τὸ πῦρ, μόνου τοῦ χρώματος καὶ σχήματος ἔσχε τὴν ἀντίληψιν· προσελθούσης δὲ καὶ τῆς ἁφῆς ἐγνωρίσαμεν ὅτι καὶ θερμόν ἐστιν· ὅπερ διεφύλαξεν ἡ μνήμη παραλαβοῦσα παρὰ τῆς ἁφῆς. νῦν οὖν ὅταν θεασώμεθα πῦρ, οὐδὲν ἄλλο βλέπομεν ἢ τὸ σχῆμα καὶ τὸ χρῶμα τοῦ πυρός. ἡ δὲ διάνοια συμπαραλαμβάνει τοῖς ὁρωμένοις διὰ τῆς μνήμης καὶ τὴν θερμότητα· ὁ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τοῦ μήλου. εἰ γὰρ οὐχ ὑπὸ μόνου τοῦ χρώματος καὶ σχήματος εἰδοποιεῖται τὸ μῆλον, ἀλλὰ καὶ τῆς ὀσμῆς, καὶ τῆς κατὰ τὴν γεῦσιν ποιότητος, οὐχὶ καὶ τούτων ἡ ὄψις ἀντιλαμβανομένη οἶδεν ὅτι μῆλον, ἀλλ᾽ ἡ ψυχὴ τὴν μνήμην ἀποσώζει τὴν ἐκ τῆς ὀσφρήσεώς τε καὶ γεύσεως· ἅμα τε τῷ θεάσασθαι συνεπινοεῖ καὶ ταῦτα τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι. ὅταν οὖν κήρινον μῆλον νομίσωμεν ἀληθινὸν εἶναι μῆλον, οὐχ ἡ ὄψις ἐστὶν ἡ ἐξαπατωμένη, ἀλλ᾽ ἡ διάνοια. ἡ γὰρ ὄψις ἐν τοῖς ἰδίοις αἰσθητοῖς οὐ διεσφάλη· τό, τε γὰρ χρῶμα καὶ τὸ σχῆμα συνεῖδεν. αἱ μὲν οὖν τρεῖς τῶν αἰσθήσεων, ἥτε ὄψις καὶ ἡ ἀκοὴ καὶ ἡ ὄσφρησις τῶν ἔξωθεν καὶ μὴ προσπελαζόντων ἀντιλαμβάνονται, διὰ μέσου τοῦ ἀέρος· ἡ δὲ γεῦσις οὐκ ἄλλως αἰσθάνεται ἐὰν μὴ προσομιλήσῃ τῷ αἰσθητῷ. ἡ δὲ ἁφὴ ἐπαμφοτερίζει· καὶ γὰρ πλησιάζουσα τοῖς σώμασι καὶ διὰ μέσης ἔσθ᾽ ὅτε ῥάβδου. ποτὲ μὲν οὖν ἡ ὄψις τῆς ἐπιμαρτυρίας χρήζει τῆς τῶν ἄλλων αἰσθήσεων, ὅταν ᾖ τὸ φαινόμενον ἐπιτετεχνημένον πρὸς ἀπάτην, ὡς ἐπὶ τῆς γραφῆς· γραφικῆς γὰρ ἔργον ἀπατῆσαι τὴν ὄψιν ἐξοχαῖς οὐκ οὔσαις καὶ κοιλώμασιν. εἰ τὸ πρᾶγμα τοιαύτην ἔχει τὴν φύσιν, ἔνθα χρεία πρὸς διάγνωσιν μάλιστα μὲν τῆς ἁφῆς, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ τῆς γεύσεως ἢ ὀσφρήσεως, ὡς ἐπὶ τοῦ κηρίνου μήλου. ποτὲ δὲ καὶ καθ᾽ ἑαυτὴν ἐναργῶς παρίστησι τὰ φαινόμενα, ὅταν μὴ πόῤῥωθεν ὁρᾷ· τὸν γοῦν πύργον τὸν τετράγωνον, στρογγύλον ὁρᾷ πόῤῥωθεν· σφάλλεται δὲ καὶ ὅταν δι᾽ ἀχλύος ἢ καπνοῦ βλέπομεν, ἤ τινος τῶν παραπλησίων τῶν ἐπιθολούντων τὴν ὄψιν. ὁμοίως καὶ ὅταν δι᾽ ὕδατος κινουμένου· καὶ γὰρ ἐν τῇ θαλάσσῃ τὴν κώπην ὡς κεκλασμένην ὁρᾷ· ὁμοίως καὶ ὅταν διά τινος διαφανοῦς ὕλης βλέπῃ, ὡς ἐπὶ τῶν ἐσόπτρων καὶ τῆς ὑέλου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιουτοτρόπων, ἢ ὅταν ὀξέως κινῆται τὸ ὁρώμενον· συνταράττει γὰρ τὴν ὄψιν ἡ ταχεῖα κίνησις, ὡς στρογγύλα τὰ μὴ στρογγύλα βλέπειν, καὶ ὡς ἑστῶτα τὰ κινούμενα. ἢ ὅταν ἡ διάνοια πρὸς ἄλλοις ἠσχόληται, ὡς ἐπὶ τοῦ προθεμένου μὲν συντυχεῖν φίλῳ, καὶ συντυχόντος μὲν, παρελθόντος δὲ αὐτὸν, τῷ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ πρὸς ἑτέροις εἶναι. οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ τοῦτο διαμάρτημα τῆς ὄψεως, ἀλλὰ τοῦ νοῦ. ἡ μὲν γὰρ εἶδε καὶ ἀπήγγειλεν, ὁ δὲ νοῦς οὐ προσέσχε τοῖς ἀπαγγελθεῖσι. τεσσάρων δὲ μάλιστα πρὸς ἐναργῆ διάγνωσιν ἡ ὄψις χρήζει, ἀβλαβοῦς αἰσθητηρίου, συμμέτρου κινήσεως, καὶ διαστήματος, ἀέρος καθαροῦ καὶ λαμπροῦ.

A catur quod etiam calidorum perceptionem ad visum pertinere existimet, quoniam ignem dum aspicimus, statim etiam calidum esse scimus. Nam si ad primam visionem orationem retuleris, invenies tum cum primum visio ignem sensit, solum colorem & figuram percepisse, deinde accedente tangendi sensu calidum esse cognovimus, quod memoria a tactu acceptum conservavit. Quare nunc cum ignem aspicimus, nihil præter figuram & colorem ignis cernimus. At cogitatio una cum iis quæ aspectus cognoscit per memoriam etiam colorem apprehendit. Eadem ratio in pomo est; si enim non solum colore & figura pomum constituitur, sed etiam odore & saporis genere, non quo hæc quoque visio per- B cipiat, pomum esse novit, sed animus odoratus & gustatus memoriam retinet, & simul atque aspexerit, etiam istorum cum figura & colore informatam cogitationem habet. Itaque cum pomum cereum, verum esse pomum putaverimus, non visio est quæ fallitur, sed cogitatio. Nam visio in suis & propriis subjectis falsa non est, colorem enim & figuram aspexit. Tres igitur sensus visio, auditus, odoratus, res externas neque admotas sibi percipiunt aere interjecto. Gustus vero non aliter sentit, quam si ad subjectum, quod percipiendum est, admoveatur. Tactus vero utramque vim habet: Nam & admotus corporibus & aliquando intercedente baculo, suo munere fungitur. Quocirca interdum aspectus C ceterorum sensuum testimonio indiget, cum id quod cernitur artificio ad fallendum factum fuerit, ut in pictura. Nam pingendi artis opus, est fallere aspectum non veris eminentiis & lacunis, si res ejusmodi naturæ est, ubi opus sit maxime quidem tactum ascíscere: interdum tamen etiam gustatum aut odoratum, ut in pomo cereo. Aliquando tamen per se, & sua vi quæ appareant evidenter ostendit, cum quidem non magno intervallo conspexerit. Nam turrem quadratam, si magnum spatium interponatur, rotundam aspicit. Labitur etiam quando per caliginem, aut fumum cernimus, aut aliquid simile quod aspectum perturbet. Item cum per aquam quæ agitatur, nam in mari remum quasi infractum videt. D Similiter etiam cum per aliquam materiam perlucentem aspicimus, ut in speculo & vitro & reliquis ejusmodi, aut cum celeriter movetur quod aspicitur. Conturbat enim visum celer motus, ut rotunda videat quæ non sunt rotunda, & quasi fixa quæ moveantur; aut cum cogitatio aliud agit, ut in eo qui constituerit amicum convenire, & cum in eum inciderit, præterit, quod ejus cogitatio in aliis occupata sit. At ne hoc quidem visionis peccatum est, sed cogitationis: Nam sensus quidem vidit & ad cogitationem detulit, sed illa ad ea quæ deferebantur non attendit. Quatuor autem maxime visioni ad res evidenter cognoscendas opus sunt, integrum instrumentum, motus congruens, & interval- E lum, aer purus & illuminatus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η.


Περὶ Ἁφῆς.

Ἕκαστον μὲν τῶν ἄλλων αἰσθητηρίων διπλοῦν ὁ δημιουργὸς κατασκευάσας καὶ τόπῳ τινὶ καὶ μορίῳ τοῦ σώματος περιέγραψε· καὶ γὰρ ὀφθαλμοὺς δύο, καὶ ὦτα β'. καὶ δύο πόρους τῆς αἰσθήσεως ἐν τῇ ῥινὶ πεποίηκε· καὶ γλώττας δὲ β'. πᾶσι τοῖς ζώοις ἐνέφυσεν, ἀλλὰ τὰς μὲν διῃρημένας ὡς τοῖς ὄφισι· τὰς δὲ συνημμένας καὶ συνηνωμένας ὡς τοῖς ἀνθρώποις. διὰ τοῦτο καὶ β'. τὰς προσθίους κοιλίας μόνας τοῦ ἐγκεφάλου πεποίηκεν, ἵνα ἐξ ἑκατέρας

CAPUT VIII.

De Tactu.

Quodlibet ceterorum instrumentorum Deus duplex fabricatus est, & loco aliquo parteque corporis circumscripsit. Etenim oculos duos & aures duas, & duo foramina ejus sensus qui in naribus locatus est effinxit, linguas etiam duas in omnibus animalibus genuit, sed alias divisas, ut in serpentibus, alias copulatas & conjunctas, ut in hominibus. Quocirca duos tantum ventriculos anteriores cerebri fecit, ut ex utroque ventriculo nervi sentien-



κοιλίας τὰ αἰσθητικὰ νεῦρα καταπεμπόμενα, διπλᾶ A ποιῇ τὰ αἰσθητήρια. διπλᾶ δὲ αὐτὰ πεποίηκε δι' ὑπερβάλλουσαν κηδεμονίαν· ἵνα τοῦ ἑτέρου παθόντος, τὸ περιλειπόμενον σώζῃ τὴν αἴσθησιν. ἀλλὰ τῶν μὲν πλείστων αἰσθητηρίων διαφθειρομένων, οὐδὲν εἰς αὐτὴν τὴν ζωὴν καταβλάπτεται τὸ ζῶον· ἀφῆς δὲ ἀπολλυμένης συναπόλλυται καὶ τὸ ζῶον. ἀφὴ γὰρ μόνη τῶν αἰσθήσεων κοινὴ πάντων ἐστὶ τῶν ζώων. πᾶν γὰρ ζῶον ἀφὴν ἔχει, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις οὐ πάντα πάσας, ἀλλ' ἐνίας ἔνια· πάσας δὲ ἔχει τὰ τελειότερα. ἐπειδὴ τοίνυν ἐν τούτῳ τὸ ζῶον κινδυνεύει ζῶον εἶναι ἢ μὴ εἶναι, οὐχ ἓν μόριον ὁ δημιουργὸς ἀπεκλήρωσε τῇ ἀφῇ· ἀλλὰ πᾶν σχεδὸν τὸ σῶμα τοῦ ζώου. πλὴν γὰρ ὀστῶν καὶ κεράτων καὶ ὀνύχων συνδέσμων τε καὶ τριχῶν καὶ ἄλλων τινῶν τοιούτων, πᾶν B μόριον τοῦ σώματος τῆς ἀφῆς ἀντιλαμβάνεται. συμβέβηκεν οὖν ἕκαστον τῶν αἰσθητηρίων διπλᾶς ἔχειν αἰσθήσεις· τὴν μὲν ἰδίων αἰσθητῶν· τὴν δὲ τῆς ἀφῆς, ὡς ἡ ὄψις· καὶ γὰρ τὰ χρώματα διακρίνει καὶ τῶν ψυχρῶν καὶ θερμῶν ἀντιλαμβάνεται· ἀλλὰ τούτων μὲν ὡς σωμάτων, τῶν δὲ χρωμάτων, ὡς ὄψις. ὡσαύτως δὲ καὶ γεῦσις καὶ ὄσφρησις καὶ ἀκοή. πῶς οὖν παντός ἐστι τοῦ σώματος ἡ ἀφὴ, εἴπερ ἀπὸ τῶν προσθίων κοιλιῶν τοῦ ἐγκεφάλου λέγομεν εἶναι τὰς αἰσθήσεις; ἢ δῆλον ὅτι νεύρων καταπεμπομένων ἐξ ἐγκεφάλου, καὶ διασπειρομένων εἰς πᾶν μόριον τοῦ σώματος, ἡ τῆς ἀφῆς αἴσθησις προσγίνεται; ἐπειδὴ δὲ πολλάκις ὑπ' ἀκάνθης πληγέντες τὸν πόδα, τῆς κεφαλῆς εὐθέως τὰς τρίχας φρίττομεν, ᾠήθησάν C τινες τὸ πάθος ἢ τὴν αἴσθησιν τοῦ πάθους εἰς τὸν ἐγκέφαλον ἀναπέμπεσθαι, καὶ οὕτως αἰσθάνεσθαι. ἀλλ' εἴπερ ἦν ἀληθὴς οὗτος ὁ λόγος, οὐκ ἂν ἤλγει τὸ τεμνόμενον μόριον, ἀλλ' ὁ ἐγκέφαλος. βέλτιον οὖν λέγειν ὅτι τὸ νεῦρον ἐγκέφαλός ἐστι. καὶ γὰρ μοῖρά τίς ἐστιν ἐγκεφάλου διὰ παντὸς ἑαυτοῦ τὸ ψυχικὸν ἔχον πνεῦμα, ὡς ὁ πεπυρακτωμένος σίδηρος ἔχει τὸ πῦρ· διά τοι τοῦτο ἔνθα ἂν νεῦρον αἰσθητικὸν ἐμφύηται, ἐκεῖνο τὸ μέρος αἰσθήσεως ὑπ' αὐτοῦ μεταλαμβάνει καὶ γίνεται αἰσθητικόν. οὐδὲν ἴσως ἄτοπον λέγειν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῶν νεύρων τὸν ἐγκέφαλον ἀναπέμπεσθαι, οὐ τὸ πάθος, ἀλλὰ συναίσθησίν τινα καὶ ἐπαγγελίαν δὴ τοῦ πάθους. ἔστι δὲ ἴδιον αἰσθητὸν ἀφῆς τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, τό, τε μαλακὸν καὶ σκληρὸν, γλισχρὸν καὶ κραῦρον, βαρύ τε καὶ D κοῦφον· διὰ μόνης γὰρ τῆς ἀφῆς ταῦτα γνωρίζεται· κοινὰ δὲ ἀφῆς καὶ ὄψεως, τό, τε ὀξὺ καὶ ἀμβλὺ, καὶ τὸ τραχὺ καὶ λεῖον, τό, τε ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, παχύ τε καὶ λεπτὸν, ἄνω καὶ κάτω· καὶ γὰρ ὁ τόπος τό, τε μέγεθος ὅταν ᾖ τοιοῦτον ὡς κατὰ μίαν προσβολὴν τῆς ἀφῆς περιλαμβάνεσθαι· καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ μανὸν καὶ τὸ στρογγύλον ὅταν ᾖ μικρὸν, ὡς καὶ ἄλλα τινὰ σχήματα· ὁμοίως δὲ καὶ τῆς κινήσεως τοῦ πλησιάζοντος αὐτῇ σώματος αἰσθάνεται σὺν τῇ μνήμῃ καὶ τῇ διανοίᾳ. ὡσαύτως δὲ καὶ ἀριθμοῦ· ἀλλὰ μέχρι δυοῖν ἢ τριῶν καὶ τούτων μικρῶν καὶ ῥᾳδίως περιλαμβανομένων· μᾶλλον δὲ τῆς ἀφῆς ἡ ὄψις τούτων ἀντιλαμβάνεται, ὥσπερ καὶ τοῦ ὁμα- E λοῦ καὶ τοῦ ἀνωμάλου. τοῦ γὰρ γένους ἐστὶ τοῦ τε λείου καὶ τραχέος· σκληρότητι μὲν γὰρ ἀνωμαλία μιχθεῖσα τραχύτητα, ὁμαλότης δὲ πυκνότητι λειότητα ποιεῖ. δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς πολλὴν κοινωνίαν αἱ αἰσθήσεις αὐταὶ πρὸς ἀλλήλας ἔχουσι· καὶ γὰρ τὰ τῆς ἑτέρας διαμαρτήματα ἡ ἑτέρα διασαφεῖ. ἐπὶ γοῦν γραφῆς ἡ μὲν ὄψις ἐξοχάς τινας ὁρᾷ, ῥινός τε καὶ τῶν ἄλλων, ἡ δὲ ἀφὴ προσελθοῦσα διήλεγξεν αὐτῆς τὸ διαμάρτημα. ὥσπερ ἡ ὄψις ἀεὶ καὶ πάντα διὰ μέσου τοῦ ἀέρος ὁρᾷ, οὕτω καὶ ἡ ἀφὴ διὰ μέσης τῆς βακτηρίας τῶν σκληρῶν καὶ μαλακῶν καὶ ὑγρῶν αἰσθάνεται, ἀλλὰ συλλογιστικῶς καὶ μετὰ διανοίας· ἀκριβεστάτην γὰρ ἔχει ταύτην τὴν αἴσθησιν ὁ ἄνθρωπος. ταύτῃ γοῦν καὶ τῇ γεύσει πλέον ἔχει τῶν ἄλλων ζώων, καί τοι ταῖς ἄλλαις τρισὶν ἡττώμενος. ἄλλο μὲν γὰρ ζῶον κατ' ἄλλην αἴσθησιν

di demissi duplicia procreent instrumenta. Caussa autem cur duplicia instrumenta fecerit, est eximia quæ de animantibus habetur cura, ut si alterum læsum fuerit, reliquum sensum tueatur. Sed ut plurima ceterorum sensoriorum corrumpantur, nihil animantis vita periclitatur; Tactu vero intereunte, simul etiam exstinguitur animal. Solus enim tactus inter sensus, communis est omnium animalium. Omne enim animal tangendi sensum habet, ceteros sensus non omnia omnes, sed aliquos aliqua. Omnes habent quæ perfectiora sunt. Itaque quoniam ex hoc sensu pendet, essetne animal an non esset, non unam partem Deus tactui tribuit, sed totum pene corpus animalis. Nam præter ossa & cornua & ungues, ligamenta & pilos & alia quædam ejusmodi, omnis pars corporis tangendi sensu prædita est. Evenit igitur ut unumquodque sensorium duplicem sensum habeat, unum eorum quæ propria percipit, alterum tactus. Nam visus, verbi caussa, colores internoscit, & frigida calidaque percipit, sed hæc quidem ut corpus, illos ut visus. Idem de gustu & olfactu, & auditu judicandum est. Quomodo igitur totius corporis tactus est, si ab anterioribus cerebri ventriculis, sensus manare dicimus? An perspicuum est nervis e cerebro demissis & in omnem partem corporis fusis, tangendi sensum exsistere? Sed quoniam sæpe si spina pedem offendimus, statim capilli horrent, putarunt nonnulli dolorem, vel sensum doloris ad cerebrum mitti; & ad hunc modum sentire animal. Verum si hæc ratio vera esset, non dolore afficeretur ea pars quæ secatur, sed cerebrum. Quare rectius est dicere nervum illum esse cerebrum. Nam cerebri aliqua pars est in se toto spiritum animalem continens, ut ferrum candens ignem. Hanc ob caussam cui parti nervus sentiens ingenitus fuerit, ea pars ab eo sensus particeps, sentiensque redditur. Neque tamen absurdum forte sit dicere, in originem nervorum cerebrum, non dolorem, sed perceptionis societatem quamdam & doloris denuntiationem mitti. Proprie autem sub tactum cadunt calidum & frigidum, molle & durum, viscosum & friabile, grave & leve; solo enim tactu hæc cognoscuntur. Communia tactus & facultates visivæ, acutum & obtusum, asperum & leve, siccum & humidum, crassum & subtile, sursum & deorsum, quandoquidem & locus, item magnitudo cum fuerit ejusmodi ut uno impetu tactus comprehendatur, spissum, & rarum & rotundum, cum exiguum fuerit, quemadmodum aliæ figuræ quædam. Motum item accedentis corporis percipit adjuncta memoria & cogitatione. Numerum quoque, sed usque ad duo, aut tria, eaque exigua, & quæ facile comprehendantur. Sed hæc aspectus magis, quam tactus percipit, ut etiam æquabile & inæquabile; sunt enim de levium & asperorum genere. Nam ad duritiem admixta non æquabilitas asperitatem, æquabilitas juncta ad spissitudinem levitatem gignit. Quare ex his quæ diximus, magnam esse horum sensuum inter se communitatem, facile perspicitur. Nam alterius errorem alter indicat. In pictura enim oculi quidem eminentias quasdam cernunt, narium & ceterorum. At accedens tangendi vis, ejus errorem coarguit; atque ut aspectus, omnia semper aere interjecto intuetur, ita tactus per baculum & dura & mollia & humida sentit, etsi ratiocinationem & cogitationem adhibet, hunc enim sensum homo habet acerrimum. Nam tactu & gustu reliqua vincit animalia, ceteris sensibus vincitur. Cum enim aliud ani-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.

A τῶν τελῶν πλεονεκτεῖ τὸν ἄνθρωπον. ὁ δὲ κύων ἐν ταῖς τελσὶν ἅμα· ὀξύτερον γὰρ καὶ ἀκούει καὶ βλέπει καὶ ὀσφραίνεται. ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἰχνευόντων κυνῶν. καὶ πᾶν μὲν τὸ σῶμα τῆς ἁφῆς ἐστι αἰσθητήριον ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται, μάλιστα δὲ τῶν χειρῶν τὰ ἔσωθεν· καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον τὰ ἄκρα τῶν δακτύλων· ταῦτα γὰρ ὥσπερ γνώμονας ἀκριβεῖς τῆς ἁφῆς ἔχομεν. οὐ γὰρ μόνον ἀντιληπτικὸν ὄργανον ὁ δημιουργὸς τὰς χεῖρας κατεσκεύασεν· ἀλλὰ καὶ ἁπτικὸν, διὰ τοῦτο καὶ τὸ δέρμα λεπτότερον ἔχουσι· καὶ μῦς αὐταῖς ὅλαις ἔσωθεν ὑπέστρωται, καὶ τριχῶν ἀμοιροῦσιν, ἵνα μᾶλλον τῶν ἁπτῶν ἀντιλαμβάνωνται. τοῦ δὲ τρίχας αὐτὰς μὴ φύειν ὁ ὑπεστορεσμένος μῦς γέγονεν αἴτιος. τῶν δὲ χειρῶν αἱ μὲν B σκληρότεραι πρὸς ἀντίληψίν εἰσιν ἰσχυρότεραι· αἱ δὲ μαλακώτεραι πρὸς τὴν ἁφὴν ἀκριβέστεραι. ὥσπερ καὶ τῶν νεύρων τὰ μὲν σκληρὰ πρὸς κίνησιν, τὰ δὲ μαλακὰ πρὸς αἴσθησίν εἰσιν ἐπιτηδειότερα. ταῦτα γὰρ καὶ τῆς ἁφῆς ἐστιν ὄργανα· διὰ τούτων γὰρ ἡ τῆς ἁφῆς αἴσθησις γίνεται.

mal alio ſenſu de tribus hominem ſuperet, canis tribus pariter excellit: Nam & audit acutius, & videt & odoratur: quod ii canes oſtendunt, quos ad inveſtiganda animalia adhibemus. Quamquam autem univerſum corpus tactus eſt inſtrumentum, ut ſupra eſt declaratum, maxime tamen interiores manus & harum in primis ſummi digiti. Hos enim ut indices habemus tactus certiſſimos, nam non modo ad comprehendendum idoneum inſtrumentum a Deo manus effectæ ſunt, ſed etiam ad tangendum. Quam etiam ob cauſſam cute tenuiores ſunt, & muſculi univerſæ palmæ ſubſtrati ſunt & pilis carent, ut magis quæ tangi poſſunt percipiant. Cur autem pilos ex ſe ſe non producant, muſculus ſubſtratus cauſſa eſt. Manus autem quæ duriores ſunt, ad capiendum valentiores ſunt; quæ molliores, ad tactum certiores. Quomodo etiam nervi qui duri ſunt ad motum, qui molles ad ſenſum ſunt aptiores. Nervi enim tactus quoque inſtrumenta ſunt, cum per eos tangendo ſentimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Περὶ Γεύσεως.

ΤΗΝ μὲν ὄψιν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴπομεν κατ' εὐθείας γραμμὰς ὁρᾷν· ἡ δὲ ὄσφρησις καὶ ἡ ἀκοὴ οὐ κατ' εὐθεῖαν μόνον ἀλλὰ πανταχόθεν· ἁφὴ δὲ καὶ γεῦσις οὔτε κατ' εὐθείας γραμμὰς, οὔτε παν- C ταχόθεν γνωρίζουσιν, ἀλλὰ τότε μόνον ὅταν αὐτοῖς πλησιάσωσι τοῖς ἰδίοις αἰσθητοῖς· πλὴν τῶν ἤδη διωρισμένων. ἔστι δὲ ἡ γεῦσις τῶν χυμῶν ἀντιληπτική· ὄργανα δὲ αὐτῆς ἡ γλῶσσα· καὶ ταύτης μᾶλλον τὸ ἄκρον, ἔτι τε σὺν τούτοις τὰ ὑπερῷα, ἐν οἷς ἐστι τὰ ἐξ ἐγκεφάλου φερόμενα νεῦρα, πεπλατυσμένα καὶ ἀπαγγέλλοντα τὴν γενομένην ἀντίληψιν πρὸς τὸ ἡγεμονικόν. τῶν δὲ χυμῶν αἱ γευστικαὶ καλούμεναι ποιότητες, εἰσὶν αὗται· γλυκύτης, ὀξύτης, στρυφνότης, αὐστηρότης, πικρότης, ἁλμυρότης, λιπαρότης· τούτων γάρ ἐστιν ἡ γεῦσις διαγνωστική. κατὰ ταύτας δὲ τὰς ποιότητας καὶ τὸ ὕδωρ ἄποιον λέγεται, τῷ μηδεμίαν ἐμφαίνειν τούτων ἐν τῇ γεύσει ποιότητα· κατὰ γὰρ τὰς ἄλλας, οἷον ψυχρότητα, καὶ ὑγρότη- D τα, σύμφυτον ἔχει τὴν ποιότητα· στρυφνότης δὲ καὶ αὐστηρότης τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον στύφειν ἀλλήλων διαφέρουσιν· αἱ μὲν οὖν ἁπλαῖ γευστικαὶ ποιότητες αὗται μόνον σχεδόν εἰσι· σύνθετοι δὲ μυρίαι· καθ' ἕκαστον γὰρ εἶδος ζώων καὶ φυτῶν ἰδιάζουσαι ποιότητές εἰσιν. ἄλλης γὰρ, ἂν οὕτω τύχῃ, χοιρείου ποιότητος ἀντιλαμβανόμεθα, καὶ ἄλλης αἰγείου· διὸ καὶ μὴ μαθόντες ὁποῖόν ἐστι τὸ προσενεχθὲν, κρέας, ἐν τῇ γεύσει γνωρίζομεν· τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἦν εἰ μὴ διάφορος ἦν ἑκάστου τῶν γευστῶν ἡ ποιότης. ὅθεν οὐκ ἄν τις αὐτὰς γενικῶς περιλάβοι, ἀπείρους οὔσας καὶ πάντως ἀλλήλων διαφερούσας· καὶ γὰρ ἐν οἷς ἐπικρατεῖ μία τις τῶν ἁπλῶν ποιοτήτων, καὶ ἐν τούτοις γνώριμος ἡ κατ' εἶδος τῶν γευστῶν διαφορά. E ἰσχάδος γοῦν καὶ ἀσταφίδος καὶ φοίνικος μία μὲν ἐπικρατεῖ ποιότης ἡ κατὰ γλυκύτητα, ἀλλ' ἡ γεῦσις διακρίνει τῶν εἰδῶν τὸ διάφορον.

CAPUT IX.

De Guſtu.

VIſum quidem ſupra diximus ad rectas ſentire lineas: Odoratus autem & auditus non ſolum ad rectam lineam, ſed undicumque; tactus & guſtus, neque rectis lineis, neque undicumque cognoſcunt, ſed tum ſolum cum proxime ad ea quæ ſibi ſubjecta ſunt acceſſerint, exceptis his quæ jam explicata ſunt. Eſt autem guſtus, ſenſus qui ſapores percipit. Inſtrumenta ejus lingua, eaque maxime ſumma, præterea palatum; in quibus nervi, qui e cerebro deferuntur diffuſi perceptionem ſuam ad principem animæ partem referunt. Succi autem ii qui guſtationi ſubjectæ qualitates vocantur, ſunt hi; dulcedo, acor, acrimonia, acerbitas, auſteritas, amarities, ſalſedo, unctuoſitas. Hæc enim guſtus dijudicat. His qualitatibus aqua carere dicitur, quod nullam harum qualitatum in guſtando referat. Nam ſi ceteras qualitates ſpectes, ut frigus & humorem, inſitam habet aqua qualitatem. Acerbitas autem, & auſteritas, inter ſe differunt, quod altera magis, altera minus conſtringat. Simplices igitur qualitates quas guſtus percipiat, hæ fere ſolæ ſunt; Compoſitæ infinitæ. Nam cuique animalium, ac ſtirpium generi, propriæ qualitates ſunt. Aliam enim, ſi ita caſus ferat, porcinæ, aliam caprinæ qualitatem percipimus. Quare cum ignoraverimus quod genus carnium ſit, quod affertur, guſtando judicamus: quod non eveniret, niſi diverſa eſſet cujuſque rei, quæ ſub guſtum cadat, qualitas. Proinde generatim eas nemo complecti queat, cum ſint infinitæ, & inter ſe omnino differentes. Nam vel in iis in quibus una quæpiam ſimplicium qualitatum dominatur, ſapores ſpecie differre notum eſt. Nam in ficubus aridis & uvis paſſis & palmula, una dominatur qualitas, dulcedo, & tamen guſtus in his ſapores ſpecie diſcrepantes cognoſcit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Περὶ Ἀκοῆς.

Η Δὲ ἀκοὴ τῶν φωνῶν καὶ τῶν ψόφων ἐστὶν αἰσθητική· διαγινώσκει δὲ αὐτῶν τὴν ὀξύτητα καὶ τὴν βαρύτητα, λειότητά τε καὶ τραχύτητα καὶ μέγεθος. ὄργανα δὲ ταύτης τὰ νεῦρα τὰ ἐξ ἐγκεφάλου τὰ μαλακὰ, καὶ τῶν ὤτων ἡ κατασκευή· μάλιστα δὲ αὐτῶν τὸ χονδρῶδες γένος. πρὸς γὰρ ψόφους καὶ ἤχους ἐπιτήδειός ἐστιν ὁ χόνδρος· μόνος δὲ ὁ ἄν-

CAPUT X.

De Auditu.

AUditus voces ſentit, & ſonos, eorumque acumen, & gravitatem; levitatem etiam & aſperitatem, magnitudinemque judicat. Inſtrumenta hujus quoque ſenſus, molles ſunt nervi e cerebro ducti, & aurium ſtructura, maximeque quod in iis cartilaginoſum eſt. Nam ad ſonos & ſtrepitus apta cartilago eſt. Solus autem homo & ſimia aures non

θρωπος καὶ πίθηκος οὐ κινοῦσι τὰ ὦτα, τῶν ἄλλων πάντων ζώων τῶν ἐχόντων ὦτα, κινούντων αὐτά.

A movent, cum cetera omnia, quæ aures habeant animalia, eas moveant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιά.

Περὶ Ὀσφρήσεως.

Η Δὲ ὄσφρησις γίνεται μὲν διὰ τῶν ῥινῶν, περαίνεται δὲ εἰς τὰ πέρατα τῶν προσθίων τοῦ ἐγκεφάλου κοιλιῶν· αὗται γὰρ ἀτμοειδέσταται τὴν φύσιν οὖσαι, τῶν ἀτμῶν ῥᾳδίως ἀντιλαμβάνονται. λέλεκται γὰρ καὶ πρόσθεν ὡς ἕκαστον τῶν αἰσθητηρίων καθ' ὁμοιότητά τινα καὶ οἰκειότητα τῶν ἰδίων αἰσθητῶν ἀντιλαμβάνεται. οὐ μὲν ὥσπερ τοῖς ἄλλοις αἰσθητηρίοις νεῦρον αἰσθητικὸν κατέπεμψεν ὁ ἐγκέφαλος, οὕτω καὶ τῇ ὀσφρήσει, ἀλλὰ τοῖς πέρασιν ἑαυτοῦ τῶν νεύρων ἀναπληροῖ τὴν χρείαν, καὶ τὴν τῶν ἀτμῶν ἀνάδοσιν δέχεται. τῶν δὲ ἀτμῶν ἡ γενικωτάτη διαφορὰ, εὐωδία τέ ἐστι καὶ δυσωδία καὶ τὸ μέσον τούτων ὃ μήτε εὐῶδές ἐστι, μήτε δυσωδία. γίνεται δὲ εὐωδία, τῶν ὑγρῶν τῶν ἐν τοῖς σώμασιν ἀκριβῶς πεφθέντων, μέσως δὲ ἡ μέση διάθεσις. καταδεέστερον δὲ ἢ μηδ' ὅλως, δυσωδία.

CAPUT XI.

De Odoratu.

Odoratus fit ille quidem per nares, sed ad terminos anteriorum ventriculorum cerebri perficitur. Hi enim cum vaporum naturam in primis referant, facile vapores percipiunt. Dictum est enim supra, quodque sensorium per naturæ conjunctionem ea percipere, quæ proprie sibi subjecta sint. Verum-
B tamen non ut ceteris sensoriis, ita odoratui sentiendi nervum cerebrum demisit, sed ipsum suis terminis usum nervorum explet, vaporesque qui afflantur, accipit. Est autem odorum latissime patens differentia, suavis odor & teter, & qui inter hos medius interjicitur, qui neque suavis neque teter est. Gignitur autem suavis odor cum humores qui sunt in corpore, exquisite; medius cum mediocriter; teter cum parum aut nullo modo concocti sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Περὶ τοῦ Διανοητικοῦ.

Τοῦ μὲν οὖν φανταστικοῦ ἥ τε δύναμις καὶ τὰ ὄργανα καὶ τὰ μόρια, καὶ τῶν μορίων ἡ κοινωνία τε καὶ διαφορὰ τὸν ἐνδεχόμενον τρόπον ὡς ἐν βραχέσιν ἱκανῶς εἴρηται· τοῦ δὲ διανοητικοῦ εἰσι γενικῶς μὲν αἵτε κρίσεις καὶ συγκαταθέσεις καὶ ἀποφυγαὶ καὶ ὁρμαί. εἰδικῶς δὲ αἵτε νοήσεις τῶν ὄντων καὶ αἱ ἀρεταὶ, καὶ αἱ ἐπιστῆμαι καὶ τῶν τεχνῶν οἱ λόγοι, καὶ τὸ βουλευτικὸν, καὶ προαιρετικόν, τοῦτο δέ ἐστι καὶ τὸ δι' ὀνείρων θεσπίζον ἡμῖν τὸ μέλλον· ἥνπερ μόνην ἀληθῆ μαντείαν οἱ Πυθαγόρειοι λέγουσιν εἶναι, τοῖς Ἑβραίοις ἀκολουθήσαντες. ὄργανον δὲ καὶ τούτου ἡ μέση κοιλία τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ τὸ ψυχικὸν πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῇ.

CAPUT XII.

De Cogitatione.

C Ejus partis quam phantasticam diximus cum facultatem tum instrumenta, tum partes, tum partium conjunctionem & differentiam, ut potuimus, breviter satis explicavimus. Illius autem partis in qua cogitatio est generatim judicia sunt, & assensus, & declinatio, & appetitio. Speciatim rerum intelligentia, virtutes, scientiæ, artium rationes, deliberandi vis, electio. Atque hæc pars est quæ per somnia vaticinatur nobis futura, quam solam Pythagorici Hebræos secuti veram divinationem esse volunt. Instrumentum ejus est medius ventriculus cerebri, animæque spiritus qui in eo clauditur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Περὶ τοῦ Μνημονευτικοῦ.

Τὸ δὲ μνημονευτικὸν, ἔστι μνήμης καὶ ἀναμνήσεως αἴτιόν τε καὶ ταμιεῖον. ἔστι δὲ μνήμη, ὡς μὲν Ὠριγένης φησὶν, φαντασία ἐγκαταλελειμμένη ἀπό τινος αἰσθήσεως τῆς κατ' ἐνέργειαν φαινομένης· ὡς δὲ [1] Πλάτων, σωτηρία αἰσθήσεώς τε καὶ νοήσεως. ἡ γὰρ ψυχὴ τῶν μὲν αἰσθητῶν διὰ τῶν αἰσθητηρίων ἀντιλαμβάνεται, καὶ γίνεται δόξα· τῶν δὲ νοητῶν διὰ τοῦ νοῦ, καὶ γίνεται νόησις. ὅταν οὖν τοὺς τύπους ὧντε ἐδόξασεν ὧντε ἐνόησε διασώζει, μνημονεύειν λέγεται· ἔοικε δὲ νόησιν λέγειν ὁ Πλάτων ἐν τούτοις, οὐ τὴν κυρίως νόησιν, ἀλλὰ τὴν διανόησιν. τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ μνημονεύεται καθ' ἑαυτὰ, τὰ δὲ νοητὰ κατὰ συμβεβηκός· ἐπειδὴ καὶ τῶν διανοητῶν ἡ μνήμη ἐκ προλαβούσης φαντασίας περιγίνεται. τὰ δὲ κυρίως νοητὰ, ὅτι μὲν ἐμάθομεν ἢ ἠκούσαμεν μεμνήμεθα· τῆς δὲ οὐσίας αὐτῶν μνήμην οὐκ ἔχομεν· οὐ γὰρ ἐκ προηγησαμένης φαντασίας ἡ τῶν νοητῶν ἀνάληψις, ἀλλ' ἐκ μαθήσεως ἢ φυσικῆς ἐννοίας. εἰ δὲ μνημονεύειν λεγόμεθα ἃ πρότερον εἴδομεν ἢ ἠκούσαμεν ἢ ἄλλως πως ἔγνωμεν, τὸ δὲ πρότερον τὴν ἀναφορὰν ἔχει


CAPUT XIII.

De Memoria.

D Ea vis qua meminimus, memoriæ & recordationis caussa est, & penu. Memoria est, ut Origines ait, phantasia intus relicta, ab aliquo sensu actu apparenti: ut Plato vero definiebat, sensus & intelligentiæ notionis conservatio. Animus enim quæ sub sensus cadunt per sensoria percipit, opinioque nascitur. Quæ vero sub intelligentiam intelligentia, gigniturque intelligentiæ notio. Cum igitur imagines & eorum quæ opinatus est, & quæ intelligentia comprehendit, conservat, meminisse dicitur. Quo
E loco Plato non eam intelligentiæ notionem quæ vere dicitur, videtur accipere, sed cogitationem. Nam quæ sensui subjecta sunt, per se memoria tenentur; quæ intelligentia cernuntur, ex accidenti: quandoquidem eorum quæ cogitamus ex antegressa phantasia, memoria est. Quæ vero proprie intelligentia intuemur, quoniam didicimus, aut audivimus, meminimus; substantiæ vero eorum memoria nulla est, non enim ex antegressa phantasia, quæ intelligentia cernimus, percipimus, sed ex disciplina aut naturali notione. Quod si meminisse dicimur quæ prius

1. Πλάτων σωτηρία αἰσθήσεως] Hæc in Philebo occurrunt, ut & quæ de oblivione & reminiscentia sequuntur; at non ea solum meminimus quæ sensuum internunciis percipimus, sed etiam judicia & ratiocinia de rebus a materia remotissimis habita: recte autem Auctor noster hæc ex accidenti & quasi secundario memoriæ transmissa dicit, siquidem rerum intelligibilium ideæ phantasmatum loco menti objiciuntur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



πρὸς τὸν παρελθόντα χρόνον, δῆλον ὡς μνημονευτά ἐστι τὰ γινόμενα, τὰ φθειρόμενα, τὰ ἐν χρόνῳ συνιστάμενα, καὶ ἔστι μὲν τῶν ἀπόντων ἡ μνήμη, οὐ μὴν ἀπὸ τῶν ἀπόντων γίνεται. ἀνάμνησις δὲ λέγεται, ὅταν λήθη μεταλαβήσῃ τὴν μνήμην. ἔστι γὰρ ἀνάμνησις μνήμης ἐξιτήλου γενομένης ἀνάκτησις· γίνεται δὲ ἐξίτηλος ὑπὸ τῆς λήθης· λήθη δέ ἐστι μνήμης ἀποβολή· ἀλλ' ἡ μὲν διηνεκής, ἡ δὲ ἐπὶ ποσόν, ἧς ἐστιν ἡ ἀνάμνησις, ἑτέρα δέ ἐστιν ἀνάμνησις, ἥτις οὐκ ἔστι λήθη τῶν ἐξ αἰσθήσεως καὶ νοήσεως, ἀλλὰ τῶν φυσικῶν ἐννοιῶν· φυσικὰς δὲ λέγομεν ἐννοίας, τὰς ἀδιδάκτως πᾶσι προσούσας, ὡς τὸ, εἶναι Θεόν· ταύτην δὲ ὁ Πλάτων ἀνάμνησιν εἶναι λέγει τῶν ἰδεῶν· τί δέ ἐστιν ἰδέα ἐν τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν, τὸ μὲν οὖν φανταστικὸν παραδίδωσι B τῷ διανοητικῷ τὰ φαινόμενα· τὸ δὲ διανοητικὸν ἢ διαλογιστικὸν παραλαβὸν καὶ κρῖναν παραπέμπει τῷ μνημονευτικῷ· ὄργανον δὲ τούτου ἡ ὄπισθεν κοιλία τοῦ ἐγκεφάλου, ἣν καὶ παρεγκεφαλίδα καὶ παρακρανίδα καλοῦσι, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ ψυχικὸν πνεῦμα. [1] ἐπειδὴ δὲ τῶν μὲν αἰσθήσεων ἀρχὰς καὶ ῥίζας τὰς ἔμπροσθεν εἶναι κοιλίας φαμὲν τοῦ ἐγκεφάλου, τοῦ δὲ διανοητικοῦ τὴν μέσην, τοῦ δὲ μνημονευτικοῦ τὴν ὄπισθεν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπιδεῖξαι, εἰ ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· ἵνα μὴ δόξωμεν ἀλόγως πιστεύειν τοῖς λεγομένοις· ἱκανωτάτη δὲ ἀπόδειξις, ἡ ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν μορίων ἐνεργείας λαμβανομένη, τῶν μὲν γὰρ προσθίων κοιλιῶν καθ' ὅν τινα δὴ τρόπον βλαβεισῶν, αἱ μὲν αἰσθήσεις παραποδίζονται, τὸ C δὲ διανοητικὸν ἐπιμένει σωζόμενον· τῆς δὲ μέσης κοιλίας μόνης παθούσης, ἡ μὲν διάνοια σφάλλεται, τὰ δὲ αἰσθητήρια μένει φυλάττοντα τὴν κατὰ φύσιν αἴσθησιν· ἐὰν δὲ καὶ αἱ πρόσθιοι καὶ ἡ μέση κοιλία πάθωσιν, ὁ λογισμὸς ἅμα ταῖς αἰσθήσεσι παρακόπτει· τῆς δὲ παρεγκεφαλίδος παθούσης, ἡ μνήμη μόνη παραπόλλυται, τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς διανοίας εἰς οὐδὲν βλαπτομένων· (δῆλον δὲ ὡς οὐκ ἔστιν ἡμῖν νῦν λόγος περὶ τῆς καθ' ὁρμὴν κινήσεως) ἐὰν δὲ σὺν τοῖς προσθίοις ἡ μέση καὶ ἡ ὄπισθεν πάθῃ τι, καὶ τὴν αἴσθησιν καὶ τὸν λογισμὸν καὶ τὴν μνήμην ὁμοῦ παραφθείρονται· πρὸς τῷ καὶ τὸ πᾶν κινδυνεύειν ἀπολέσθαι ζῶον. γίνεται δὲ τοῦτο δῆλον καὶ δι' ἄλλων μὲν πολλῶν παθῶν τε καὶ συμπτωμάτων, μάλιστα D δὲ ἐκ τῆς φρενίτιδος, τῶν γὰρ φρενιτιώντων, οἱ μὲν τὰς αἰσθήσεις διασώζουσι τῆς διανοίας μόνης βλαβείσης. [2] τοιοῦτον ἀναγράφει Γαληνὸς φρενιτίσαντα, ὃς ὑελουργοῦ τινος ἐργαζομένου παρ' αὐτῷ, διαναστὰς καὶ λαβὼν ὕελα σκεύη, ἐπί τι τὰς θυρίδας ὁρμήσας, ἠρώτα τοὺς παριόντας ἕκαστον τῶν σκευῶν ἐξ ὀνόματος καλῶν, εἰ θέλουσιν αὐτὸ ῥιφῆναι κάτω. τῶν δὲ παρεστώτων βούλεσθαι φησάντων, πρῶτον ἠκόντισε τῶν σκευῶν ἕκαστον· εἶτα ἤρετο τοὺς παρόντας εἰ καὶ τὸν ὑελουργὸν βούλοιντο ῥιφῆναι· τῶν δὲ παιδιὰν νομισάντων εἶναι τὸ πρᾶγμα, καὶ διὰ τοῦτο θέλειν φησάντων, λαβὼν ὤθησεν ἄνωθεν κάτω τὸν ὑελουργόν, οὗτος τὰς μὲν αἰσθήσεις ὑγίαινεν· ᾔδει γὰρ ὅτι σκεύη ταῦτα καὶ ὑελουργὸς οὗτος, ἐνόσει δὲ E τὴν διάνοιαν, ἄλλοι δὲ διάκενον ἔχουσι φαντασίαν, ὁρᾶν οἰόμενοι τὰ μὴ ὁρώμενα, τὰ δὲ ἄλλα φρονοῦσι κατὰ λόγον· οὗτοι τὰς προσθίους μόνας κοιλίας ἐβλάβησαν, τῆς μέσης ἀπαθοῦς μεινάσης. ἐκ δὲ τῶν παθῶν τῶν παρακολουθούντων ἑκάστῳ μορίῳ, τὰ τῆς ἐνεργείας αὐτῶν ἐμποδίζεται· εἰς ἐκείνην γὰρ τὴν ἐνέργειαν καταβλάπτεται τὸ ζῶον, εἰς ἣν πέφυκεν ἐνεργεῖν τὸ πεπονθὸς μόριον· ὡς καὶ τοῦ ποδὸς παθόντος εἰς τὸ περιπατεῖν ἐμποδιζόμεθα. ταύτην γὰρ ὁ πούς ἔχει τὴν ἐνέργειαν.

A vidimus, aut audivimus, aut alio quovis modo cognovimus, prius autem ad tempus præteritum refertur, dubium non est, quin sub memoriam cadunt ea quæ fiunt, quæ pereunt, quorum in tempore cohærentia est. Et quamquam absentium memoria est, non etiam ab absentibus producitur. Recordatio dicitur cum oblivio memoriam interruperit; est enim recordatio memoriæ quæ evanuerit recuperatio. Evanescit autem per oblivionem. Oblivio porro memoriæ amissio est. Sed alia est perpetua, alia ad tempus, quo de genere est recordatio. Alia autem est recordatio quæ non est oblivio eorum quæ sensu & intelligentia percepta sunt, sed naturalium notionum. Naturales notiones appellamus, quæ sine do- B ctrina omnibus adsunt, ut verbi caussa, esse Deum. Hanc Plato recordationem esse dicit idearum. Quid autem idea sit, postea dicemus. Phantastica igitur vis tradit cogitationi ea quæ sensibus conspiciuntur. Cogitatio cum accepit & judicavit, mittit ad memoriam. Hujus instrumentum est postremus cerebri ventriculus quem τὸ παρεγκεφαλίδα τὸ παρακρανίδα vocant, & qui in eo animæ spiritus comprehenditur. Sed quoniam sensuum principia & radices dicimus esse anteriores cerebri ventriculos, cogitationis medium, memoriæ postremum; confirmanda hæc ratione sunt, ne temere iis quæ dicuntur, credere videamur. Est autem hujus rei argumentum certissimum, quod ex usu & munere partium ducitur. C Nam anterioribus ventriculis quoquo modo læsis sensus offenduntur, cum cogitandi vis adhuc maneat incolumis. Solus vero medius ventriculus si lædatur, cogitandi facultas labefactatur, at sensoria manent, sensumque a natura natum tutantur. Quod si anteriores mediusque ventriculus lædantur, ratiocinatio una cum sensibus corrumpitur. At vero si postremus ventriculus offendatur, sola interit memoria, sensu & cogitatione nequicquam læsis; (manifestum autem est quod sermo nunc non sit de motu locali.) Quod si & anteriori, & medio, & postremo ventriculo aliquid accidat, præterquam quod totum animal in vitæ discrimen adducant, sensum pariter & cogitationem, & memoriam delent. Quod D cum aliis multis affectionibus & morborum incursibus, tum in primis insania febricitantium ostenditur. Nam aliqui eorum qui eo morbo laborant, sola cogitatione læsa, sensus conservant: qualem describit Galenus quemdam, qui, cum apud eum lanificium quidam exerceret, arreptis vasis vitreis ad fenestram se proripiens, quærebat de prætereuntibus, quodque vas nomine compellans, an præcipitari vellent. Cum ii qui astabant velle se respondissent, primum projecit singula vasa: deinde percunctabatur, an etiam lanificum demitti vellent; illi quod arbitrarentur rem esse ridiculam, & jocularem, cum se velle dixissent, hominem corripuit, & præcipitem dedit. Hic sensibus erat integris, sciebat enim E & illa esse vasa, & hunc lanificum, sed ratiocinatio sana non erat. Aliorum vana phantasia est, putantium se videre quæ non vident, cum cetera recte & ratione dijudicent. Horum anteriores tantum ventriculi læsi sunt, medius salvus est. Per affectiones autem, quæ membrum quodque insequuntur, ejus munera impediuntur. Nam ne eo munere fungatur, impeditur animal, ad quod obeundum natura parata est ea pars quæ affecta aut offensa est; quemadmodum pede offenso ne deambulemus impedimur. Hoc enim pedis officium est.

1. Ἐπειδὴ δὲ τῶν αἰσθήσεων] Hæc apud Galenum habentur in lib. *de oculo*, si modo Galeni revera sit; nam apud Criticos dubitatur.

2. Τοιοῦτον ἀναγράφει Γαληνὸς] lib. *de locis affectis* cap. 2.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Περὶ τοῦ ἐνδιαθέτου λόγου καὶ τοῦ προφορικοῦ.

ΑΥτη μὲν οὖν διαίρεσις τῆς ψυχικῆς δυνάμεως ἣ συνδιαιρεῖται μέρη τινὰ τοῦ σώματος· ἑτέρα δὲ διαίρεσις καθ' ἕτερον τρόπον τοῦ λογικοῦ τῆς ψυχῆς, ὅ, τε καλούμενος ἐνδιάθετος λόγος καὶ ὁ προφορικός. ἔστι δὲ ἐνδιάθετος μὲν λόγος τὸ κίνημα τῆς ψυχῆς, τὸ ἐν τῷ διαλογιστικῷ γινόμενον ἄνευ τινὸς ἐκφωνήσεως. ὅθεν πολλάκις καὶ σιωπῶντες λόγον ὅλον παρ' ἑαυτοῖς διεξερχόμεθα· καὶ ἐν τοῖς ὀνείροις διαλεγόμεθα· κατὰ τοῦτο δὲ μάλιστα πάντες λογικοί ἐσμεν· (οὐ γὰρ οὕτω κατὰ τὸν προφορικὸν λόγον ὡς κατὰ τοῦτον.) καὶ γὰρ οἱ ἐκ γενετῆς κωφοὶ καὶ οἱ διὰ πάθος ἢ νόσημά τι τὴν φωνὴν ἀποβαλόντες, οὐδὲν ἧττον λογικοί εἰσιν. ὁ δὲ προφορικὸς λόγος ἐν τῇ φωνῇ καὶ ἐν ταῖς διαλέκτοις τὴν ἐνέργειαν ἔχει· ὄργανα δὲ τῆς φωνῆς πολλά. οἵτε γὰρ ἐν τοῖς μεσοπλευρίοις ἔσωθεν μύες, καὶ ὁ θώραξ, καὶ ὁ πνεύμων, ἥτε τραχεῖα ἀρτηρία, καὶ ὁ λάρυγξ, καὶ τούτων μάλιστα τὸ χονδρῶδες, καὶ τὰ παλινδρομοῦντα νεῦρα, καὶ ἡ ἐπιγλωττὶς, καὶ πάντες οἱ κινοῦντες τὰ μόρια ταῦτα μύες, τῆς ἐκφωνήσεως εἰσὶν ὄργανα. τῆς δὲ διαλέκτου τὸ στόμα. ἐν τούτῳ γὰρ διαπλάττεται καὶ οἱονεὶ μορφοῦται ἡ διάλεκτος· τῆς μὲν γλώσσης καὶ τοῦ γαργαρεῶνος πλήκτρου λόγον ἐπέχοντες· τῆς δὲ ὑπερῴας ἠχείου. τῶν δὲ ὀδόντων καὶ τῆς ποιᾶς τοῦ σώματος διανοίξεως, ὡς ἐν λύρᾳ τὴν τῶν χορδῶν ἀναπληρούντων χρείαν, συντελούσης τι καὶ τῆς ῥινὸς πρὸς εὐφωνίαν, ἤτοι καλλιφωνίαν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ᾀδόντων.

CAPUT XIV.

De Ratione & Oratione.

HÆc ergo una divisio est facultatum animæ, cum qua partes quædam corporis dividuntur. Alia divisio, alioque modo partis animæ rationis compotis, est in rationem & orationem. Est autem ratio animi agitatio, quæ fit in parte animæ quæ ratiocinatur sine ulla elocutione. Unde sæpe etiam tacentes totam rationem cum animis nostris percurrimus, & in somniis disputamus, & per hanc maxime (non enim æque per orationem) ratione B præditi esse omnes dicimur. Nam & qui surdi nati sunt, & qui casu aut morbo aliquo vocem amiserunt, nihilominus ratione utuntur. Orationis munus, in voce & sermone perspicitur. Instrumenta autem vocis multa sunt, nam & musculi qui intus sunt in mediis lateribus, & thorax, & pulmo, & aspera arteria, & larynx, & horum maxime quod cartilaginosum est, & nervi recurrentes, & lingula, & omnes musculi qui has partes movent, emittendæ vocis sunt instrumenta. Sermonis autem os; in hoc enim fingitur & figuratur, & velut conformatur sermo: lingua & gurgulione plectri locum obtinentibus, palato testudinis, dentibus & cujusdammodi oris hiatu, ut in lyra, chordarum usum C explentibus: conferente etiam aliquid naso, ut vox sonora sit seu egregia, ut in canentibus apparet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Ἑτέρα διαίρεσις τῆς ψυχῆς.

ΔΙαιροῦσι δὲ καὶ ἄλλως εἰς δυνάμεις ἢ εἴδη ἢ μέρη τὴν ψυχήν· εἴς τε τὸ φυτικὸν, ὃ θρεπτικὸν καὶ παθητικὸν καλεῖται· καὶ εἰς τὸ αἰσθητικὸν καὶ εἰς τὸ λογικόν. τῶν δὲ ὀργάνων ἑκάστου τούτων, τὰ μὲν εἴρηται, τὰ δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται. Ζήνων δὲ ὁ Στωϊκὸς ὀκταμερῆ φησιν εἶναι τὴν ψυχήν, διαιρῶν αὐτὴν εἰς τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ εἰς τὰς πέντε αἰσθήσεις, καὶ εἰς τὸ φωνητικὸν καὶ τὸ σπερματικόν. Παναίτιος δὲ ὁ φιλόσοφος τὸ μὲν φωνητικὸν τῆς καθ' ὁρμὴν κινήσεως μέρος εἶναι βούλεται, λέγων ὀρθότατα· τὸ δὲ σπερματικὸν οὐ τῆς ψυχῆς μέρος, ἀλλὰ τῆς φύσεως. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν μὲν τοῖς φυσικοῖς πέντε εἶναι λέγει τὰ μέρη τῆς ψυχῆς, τό, τε φυτικὸν καὶ τὸ αἰσθητικὸν καὶ τὸ κινητικὸν κατὰ τόπον, καὶ τὸ ὀρεκτικὸν καὶ τὸ διανοητικόν. φυτικὸν λέγων τὸ τρέφον αὖξον καὶ γεννῶν, ποιοῦν καὶ διαπλάσσον τὰ σώματα· καλεῖ δὲ τὸ φυτικὸν καὶ θρεπτικὸν, τὸ πᾶν ἀπὸ τοῦ κρατίστου μέρους καλῶν τοῦ τρέφοντος· ἀφ' οὗ καὶ τὰ ἄλλα μέρη τοῦ φυτικοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει. οὕτως μὲν ἐν τοῖς φυσικοῖς· ἐν δὲ τοῖς ἠθικοῖς, εἰς δύο τὰ πρῶτα καὶ γενικώτατα διαιρεῖ τὴν ψυχὴν, εἴς τε τὸ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον· ὑποδιαιρεῖ δὲ τὸ ἄλογον, εἴς τε τὸ ἐπιπειθὲς λόγῳ· καὶ εἰς τὸ μὴ κατήκοον λόγῳ. περὶ μὲν οὖν τοῦ λογικοῦ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἴρηται· περὶ δὲ τοῦ ἀλόγου νῦν διαληψόμεθα.

CAPUT XV.

Alia divisio Animæ.

DIvidunt aliter in vires, aut species, aut partes animam; in vegetativam, quæ & altrix & patibilis vocatur, in sentientem, & rationis compotem. Instrumenta autem cujusque partis, partim explicata sunt, partim infra dicentur. Zeno Stoicus octonarum partium animam esse censet, partiens D eam in principem facultatem, quinque sensus, & vocis mittendæ, procreandique vim. Panætius philosophus edendæ vocis facultatem, motionis ejus quo per se animalia cientur, partem esse vult, & quidem rectissime. Procreatricem vero non animæ partem, sed naturæ. Aristoteles in Physicis quidem quinque esse dicit partes animæ vegetativam, sentientem, loco moventem, appetentem, & ratiocinantem; vegetativam intelligens quæ alit, auget, generat, fingit, formatque corpora, quam eamdem altricem quoque vocat, totum præstantissimæ partis nomine, ejus nempe quæ alit, appellans, a qua ceteræ partes quas modo enumeravimus, pendunt. Atque ita quidem in Physicis: in Ethicis vero in duo prima & summa genera animam distribuit, in E rationis participem & expertem. Rursus rationis participem dividit in eam quæ rationi obtemperat, & quæ rationi non obtemperat. De rationali supra dictum est; de irrationali nunc differemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Περὶ τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς, ὃ καὶ παθητικὸν καὶ ὀρεκτικὸν καλεῖται.


ΤΙνὲς καθ' ἑαυτὴν εἶναι λέγουσι τὴν ἀλογίαν· ὡς ἄλογον ψυχὴν οὖσαν, καὶ οὐ μέρος τῆς λογικῆς. πρῶτον μὲν ὅτι καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις εὑρίσκεται· ἐξ οὗ δῆλον, ὅτι τελεία τις ἐστὶ καὶ οὐ μέρος ἄλλης. εἶθ' ὅτι τῶν ἀτοπωτάτων ἐστὶ, τῆς λογικῆς

CAPUT XVI.

De parte Animæ irrationali, quæ & patibilis & appetitio vocatur.

NOn desunt qui per se esse dicant, quod ratione careat, utpote cum anima reperiatur quæ rationis sit expers, neque pars animæ rationis participis. Primum quidem quoniam per se in bestiis invenitur, ex quo intelligitur perfectam quamdam

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



μέρος εἶναι τὸ ἄλογον. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ μέρος εἶναι λέγει καὶ δύναμιν, καὶ διαιρεῖ εἰς δύο, ὡς ἔφαμεν· καλεῖ δὲ ταῦτα κοινῶς καὶ ὀρεκτικόν. τούτου δέ ἐστι καὶ ἡ καθ' ὁρμὴν κίνησις· ἡ γὰρ ὄρεξις κινήσεώς ἐστιν ἀρχή· ὀρεχθέντα γὰρ τὰ ζῶα ἐπὶ τὴν καθ' ὁρμὴν ἄττει κίνησιν. τοῦ δὲ ἀλόγου τὸ μὲν οὐ πείθεται λόγῳ, τὸ δὲ ἐπιπειθές ἐστι λόγῳ. πάλιν δὲ τὸ ἐπιπειθὲς λόγῳ διαιρεῖται εἰς β'. εἴς τε τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸ θυμικόν. ἔστι δὲ ὄργανα τοῦ μὲν ἐπιθυμητικοῦ τοῦ δι' αἰσθήσεως τὸ ἧπαρ· τοῦ δὲ θυμικοῦ ἡ καρδία, σκληρὸν μόριον, καὶ κίνησιν εὔτονον ἐπιδεχόμενον εἰς σκληρὰν ὑπηρεσίαν καὶ σύντονον ὁρμὴν τεταγμένον· ὥσπερ τὸ ἧπαρ ἁπαλὸν σπλάγχνον τῆς ἁπαλῆς ἐπιθυμίας ὄργανον γέγονε, καλεῖται δὲ ταῦτα ἐπιπειθῆ λόγῳ, ὅτι πέφυκε πείθεσθαι λόγῳ καὶ ὑποτάσσεσθαι καὶ κινεῖσθαι, ὡς ἂν ὁ λόγος κελεύῃ, ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων ἀνθρώπων. ἔστι δὲ καὶ ταῦτα τὰ πάθη συστατικὰ τῆς ζωώδους οὐσίας· ἄνευ γὰρ τούτων, οὐκ ἔστι συστῆναι τὴν ζωήν. ἐπεὶ δὲ τὸ πάθος ὁμωνύμως λέγεται, διασταλτέον πρότερον τὴν ὁμωνυμίαν. λέγεται γὰρ πάθος καὶ τὸ σωματικὸν, ὡς τὰ νοσήματα καὶ τὰ ἕλκη· λέγεται πάθος καὶ τὸ ψυχικὸν περὶ οὗ νῦν ἐστιν ὁ λόγος, ἥτε ἐπιθυμία καὶ ὁ θυμός. ἔστι δὲ κοινῶς μὲν καὶ γενικῶς ζώου πάθος ᾧ ἕπεται ἡδονὴ, ἢ λύπη· ἕπεται γὰρ τῷ πάθει λύπη, καὶ οὐκ αὐτὸ τὸ πάθος ἐστὶ λύπη. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, πᾶν τὸ πάσχον καὶ ἤλγει· νῦν δὲ τὰ ἀναίσθητα πάσχει μὲν, οὐκ ἀλγεῖ δὲ, οὐκ ἄρα τὸ πάθος ἐστὶν ἄλγημα, ἀλλ' ἡ τοῦ πάθους αἴσθησις· δεῖ δὲ τοῦτο καὶ ἀξιολόγον εἶναι, ἵνα τῇ αἰσθήσει ὑποπέσῃ. τῶν δὲ ψυχικῶν παθῶν ὅρος οὗτος· πάθος ἐστὶ κίνησις τῆς ὀρεκτικῆς δυνάμεως αἰσθητὴ ἐπὶ φαντασίᾳ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ. καὶ ἄλλως· πάθος ἐστὶ κίνησις ἄλογος τῆς ψυχῆς δι' ὑπόληψιν καλοῦ ἢ κακοῦ. τὸ δὲ γενικὸν πάθος οὕτως ὁρίζονται· πάθος ἐστὶ κίνησις ἐν ἑτέρῳ ἐξ ἑτέρου. ἐνέργεια δέ ἐστι κίνησις δραστική· δραστικὸν δὲ λέγεται τὸ ἐξ ἑαυτοῦ κινούμενον. οὕτως οὖν καὶ ὁ θυμὸς, ἐνέργεια μέν ἐστι τοῦ θυμοειδοῦς· πάθος δὲ τῶν β'. μερῶν τῆς ψυχῆς· καὶ προσέτι τοῦ σώματος ἡμῶν παντὸς, ὅταν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ βιαίως ἄγηται πρὸς τὰς πράξεις. ἐξ ἑτέρου γὰρ ἐν ἑτέρῳ γέγονεν ἡ κίνησις, ὅπερ ἐλέγομεν πάθος εἶναι. καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἡ ἐνέργεια πάθος λέγεται, ὅταν ᾖ παρὰ φύσιν. ἐνέργεια μὲν γάρ ἐστι κατὰ φύσιν κίνησις, πάθος δὲ παρὰ φύσιν. καὶ κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον ἡ ἐνέργεια, ὅταν μὴ κατὰ φύσιν κινῆται, λέγεται πάθος, εἴτε ἐξ ἑαυτοῦ κινοῖτο, εἴτε ἐξ ἑτέρου. τῆς γοῦν καρδίας ἡ μὲν κατὰ τοὺς σφυγμοὺς κίνησις ἐνέργειά ἐστιν, ἡ δὲ κατὰ τοὺς παλμοὺς πάθος· ἐξ αὐτῆς μὲν γάρ ἐστι καὶ ἡ κατὰ τοὺς παλμοὺς κίνησις, ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν· ἐξ αὐτῆς δὲ καὶ ἡ τῶν σφυγμῶν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ταὐτὸν πρᾶγμα καὶ πάθος καὶ ἐνέργειαν ὀνομάζεσθαι· καθ' ὃ μὲν γὰρ κινήσεις εἰσὶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς ἐνέργειαί τινές εἰσι· καθ' ὅσον δὲ ἄμετροι καὶ οὐ κατὰ φύσιν, οὐκ ἐνέργειαι, ἀλλὰ πάθη. οὕτως οὖν ἡ κίνησις τοῦ ἀλόγου πάθος ἐστὶ κατ' ἄμφω τὰ σημαινόμενα. οὐ πᾶσα δὲ κίνησις τοῦ παθητικοῦ, πάθος καλεῖται· ἀλλ' αἱ σφοδρότεραι καὶ εἰς αἴσθησιν προβαίνουσαι· αἱ γὰρ μικραὶ καὶ ἀνεπαίσθητοι οὐδέπω πάθη. δεῖ γὰρ ἔχειν τὸ πάθος καὶ μέγεθος ἀξιολόγον· διὸ πρόσκειται τῷ ὅρῳ τοῦ πάθους, τὸ κίνησις αἰσθητή· αἱ γὰρ μικραὶ κινήσεις λανθάνουσαι τὴν αἴσθησιν οὐ ποιοῦσι πάθος, ὡς εἴρηται.

A esse animam, nec partem alterius. Deinde, quoniam absurdissimum est rationis partem esse, quod rationis est expers. Aristoteles vero & partem esse dicit, & facultatem, & dividit in partes duas ut diximus, quæ communi nomine appetitus nominantur, ad quem pertinet etiam motus, quo per se animalia sequendi aliquid, vel vitandi gratia incitantur. Appetitus enim est motus principium. Nam simul ut appetierint animalia, per se ad motum, persequendi caussa feruntur. Irrationalis animæ partis, aliud non paret rationi, aliud paret. Rursus quod rationi paret, dividitur bipartito, in irascibile & concupiscibile. Instrumentum autem cupiditatis, quæ ex sensu nascitur, jecur est; iræ, cor; pars dura B & vehementioris notionis capax ad gravia negotia, & difficilia, & ad contentum impetum destinata, quemadmodum contra jecur pars mollior, mollis cupiditatis instrumentum est factum. Dicuntur autem hæc rationi obedire, quoniam nata sunt ut pareant, & subjiciantur, & ad nutum rationis moveantur, in iis quidem hominibus qui convenienter naturæ vivunt. Atque hi affectus animalis essentiam constituunt, quando sine his exsistere vita non potest. Quoniam autem affectus nomen homonymum est, distinguenda prius est ejus homonymia. Dicitur enim affectio, tum corporea, ut morbi, & vulnera; tum animæ, de qua in præsentia loquimur, cupiditas, & ira. Communiter autem & generatim C animalis affectio est, quam voluptas aut dolor insequitur; nam affectionem dolor insequitur, non affectio dolor est. Si enim ita esset, quidquid afficeretur doleret, nunc vero quæ sensu carent, afficiuntur illa quidem, non tamen dolent, non ergo affectio dolor est, sed affectionis sensus; quam tamen alicujus esse momenti oportet, ut sensu percipiatur. Animæ affectionum definitio, hæc est: Affectio est motus appetendi facultatis sub sensum cadens, ob boni vel mali phantasiam. Et aliter sic, Affectio est motus animæ rationis expers, ob opinionem boni vel mali. At universe affectionis hanc definitionem tradunt; Affectio est motus ex alio in alio. Muneris vero functio est motus efficax. Ef- D ficax autem dicitur, quod ex se movetur. Itaque hoc modo ira muneris functio est irascendi facultatis, affectio autem utriusque animæ partis; & hoc amplius corporis nostri totius cum per iram violenter rapitur ad agendum. Ex alio enim in alio motus est factus, quam affectionem esse dicebamus. Alio modo muneris functio affectio dicitur, cum fuerit præter naturam. Nam muneris functio, motus est secundum naturam, affectio vero, præter naturam. Quare hac ratione muneris functio affectio dicitur, cum non secundum naturam movetur, sive a se ipso, sive ab alio moveatur. Nam cordis motus, si pulsus est moderatus, muneris est functio; si validior agitatio, affectio. Nam a corde est E validior agitatio, sed præter naturam; ab eodem pulsus moderatus, sed secundum naturam. Nihil igitur miri unam & eamdem rem, & affectionem, & muneris functionem nominari. Nam qua motus sunt, a patibili animæ parte profecti, muneris quædam functiones sunt; qua vero immoderati, & præter naturam, non muneris functiones, sed affectiones sunt. Motus igitur partis animæ rationis expertis, secundum utramque verbi notionem, affectio est, non omnis tamen motus patibilis partis affectio dicitur; sed qui vehementior est, & ad sensum pervenit: nam exigui motus, & sensum effugientes, affectiones non sunt. Debet enim affectioni inesse magnitudo, quæ alicujus momenti sit. Quocirca definitioni affectionis appositum est, motus sub sensum cadens; nam exigui motus, ut jam dixi, quos sensus non percipit, affectionem non gignunt.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζʹ.

Περὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ.

ΔΙαιρεῖται μὲν οὖν, ὡς ἔφαμεν, τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς τὸ ἐπιπειθὲς λόγῳ, εἰς δύο, τό, τε ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸ θυμικόν· πάλιν δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν διαιρεῖται εἰς δύο, εἰς ἡδονὰς, καὶ λύπας· ἐπιτυγχάνουσα μὲν γὰρ ἡ ἐπιθυμία ἡδονὴν ἐμποιεῖ, ἀποτυγχάνουσα δὲ λύπην. πάλιν δὲ καθ' ἕτερον τρόπον ἡ ἐπιθυμία διαιρουμένη, τέσσαρα σὺν ἑαυτῇ τὰ πάντα εἴδη ποιεῖ. ἐπὶ γὰρ τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἀγαθὰ, τὰ δὲ φαῦλα· καὶ τὰ μὲν ἤδη πάρεστι, τὰ δὲ προσδοκᾶται. κατὰ τούτους τοὺς τρόπους τῶν δύο εἰς δύο πολυπλασιαζομένων, τὰ τῆς ἐπιθυμίας εἰς τέσσαρα διαιρεῖται. ἔστι γὰρ ἀγαθὸν καὶ κακὸν, καὶ πάλιν παρὸν καὶ προσδοκώμενον. προσδοκώμενον γὰρ ἀγαθὸν ἐπιθυμία ἐστί· ἤδη δὲ παρὸν, ἡδονή· παραπροσδοκώμενον κακὸν, φόβος· παρὸν δὲ, λύπη. περὶ τὰ ἀγαθὰ μὲν γὰρ στρέφεται ἡδονὴ καὶ ἐπιθυμία· περὶ τὰ φαῦλα δὲ φόβος καὶ λύπη. διό τινες τὸ πάθος εἰς τέσσαρα διαιροῦσιν, ἐπιθυμίαν, ἡδονὴν, φόβον καὶ λύπην. ἀγαθὰ δὲ καὶ φαῦλα λέγομεν ἢ τὰ ὄντως ὄντα, ἢ τὰ νομιζόμενα. ἐγγίνονται δὲ τὰ φαῦλα πάθη τῇ ψυχῇ διὰ τριῶν τούτων· διὰ κακῆς ἀγωγῆς, ἐξ ἀμαθίας, ὑπὸ καχεξίας. μὴ ἀχθέντες γὰρ καλῶς ἐκ παίδων ὡς δύνασθαι κρατεῖν τῶν παθῶν, εἰς τὴν ἀμετρίαν αὐτῶν ἐμπίπτομεν· ἐκ δὲ τῆς ἀμαθίας, φαῦλαι κρίσεις τῷ λογιστικῷ τῆς ψυχῆς ἐμφύονται, ὡς οἴεσθαι τὰ φαῦλα χρηστὰ εἶναι, καὶ τὰ χρηστὰ φαῦλα· γίνεται δέ τινα καὶ ἐκ τῆς τοῦ σώματος καχεξίας. ὀργίλοι γάρ εἰσιν οἱ πικρόχολοι· καὶ καταφερεῖς οἱ θερμοὶ καὶ ὑγροὶ τὴν κρᾶσιν. θεραπευτέον δὲ τὸ μὲν κακὸν ἔθος ἔθει καλῷ· τὴν δὲ ἀμαθίαν μαθήσει καὶ ἐπιστήμῃ· τὴν δὲ καχεξίαν ἰατέον σωματικῶς, μεθιστάντας αὐτὴν ὡς οἷόν τε εἰς τὴν μέσην κρᾶσιν ἁρμοζούσῃ διαίτῃ καὶ γυμνασίοις, καὶ φαρμάκοις, ἐὰν καὶ τούτων δεηθῶμεν.

CAPUT XVII.

De Cupiditate.

DIviditur pars animæ rationis expers, ut diximus, quæ rationi obtemperat, in duas partes, cupiditatem, & iram. Rurſus cupiditas bipartito diſtribuitur, in voluptates, & dolores. Nam cupiditas, dum quod vult aſſequitur, voluptatem efficit; contra, dum non aſſequitur, dolorem. Alio modo diviſa cupiditas, quatuor omnino ſpecies facit. Nam in rebus alia ſunt bona, alia ſunt mala, & alia jam adſunt, alia exſpectantur. His generibus conſtitutis, ſi duo per reliqua duo multiplicentur, in quatuor partes cupiditas dividitur. Eſt enim bonum, & malum, item præſens, & exſpectatum. B Exſpectatum enim bonum, deſiderium eſt; jam vero præſens, voluptas. Rurſus malum exſpectatum, metus eſt; præſens, ægritudo. In bonis enim voluptas & deſiderium verſantur, in malis metus & ægritudo. Quæ ratio nonnullos movit, ut affectionem in quatuor partes diſtribuerent; deſiderium, voluptatem, metum, & ægritudinem. Bona autem & mala dicimus, aut quæ vere ſunt, aut quæ exiſtimantur. Innaſcuntur autem malæ affectiones in animo per tria hæc; malam inſtitutionem, inſcitiam, pravum corporis habitum. Si enim non recte a pueris inſtituti fuerimus, ut regere affectiones poſſimus, in earum immoderationem incurrimus. Per ignorantiam autem, perverſa judicia in rationali animi parte C gignuntur, ut opinio ſit quæ mala ſunt, eſſe bona; & quæ bona, mala. Aliquæ etiam ex pravo habitu corporis oriuntur. Siquidem in quibus amaræ bilis magna copia eſt, iracundi ſunt, & quorum calidum humidumque temperamentum eſt, ad obſcœnas voluptates propenſi. Verum prava conſuetudo, bona conſuetudine tollenda eſt, ignoratio doctrina atque ſcientia. Ad pravum autem habitum, corporea remedia adhibenda ſunt, ut eum, quoad fieri poteſt, ad medium temperamentum idoneo victu & exercitationibus, denique medicamentis, ſi etiam his opus erit, transferamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιηʹ.

Περὶ Ἡδονῶν.

D

[1] ΤΩΝ ἡδονῶν, αἱ μέν εἰσι ψυχικαὶ, αἱ δὲ σωματικαί· ψυχικαὶ μὲν αἱ τῆς ψυχῆς αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν, ὡς αἱ περὶ τὰ μαθήματα καὶ τὴν θεωρίαν· αὗται γὰρ καὶ αἱ τοιαῦται μόνης εἰσὶ τῆς ψυχῆς. σωματικαὶ δέ εἰσιν αἱ μετὰ κοινωνίας τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς γινόμεναι· καὶ διὰ τοῦτο σωματικαὶ καλούμεναι, ὡς αἱ περὶ τὰς τροφὰς καὶ τὰς συνουσίας. μόνου δὲ τοῦ σώματος οὐκ ἂν εὕροι τις ἰδίας ἡδονὰς, ἀλλὰ πάθη, οἷον τομὰς καὶ ῥεύσεις καὶ τὰς κατὰ κρᾶσιν ποιότητας. πᾶσα γὰρ ἡδονὴ μετὰ αἰσθήσεως· ψυχικὴν δὲ τὴν αἴσθησιν ἐδείξαμεν. καὶ δῆλον ὡς τῶν πολλαχῶς λεγομένων ἐστὶ ἡ ἡδονή. ὑφ' ἕτερον γὰρ καὶ ἕτερον γένος εἰσὶν, ὡς αἱ σπουδαῖαι ἡδοναὶ καὶ φαῦλαι· καὶ αἱ μὲν ψευδεῖς αἱ δὲ ἀληθεῖς· καὶ αἱ μὲν τῆς διανοίας μόνης κατ' ἐπιστήμην εἰσὶν, αἱ δὲ μετὰ σώματος, κατ' αἴσθησιν· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν κατ' αἴσθησιν αἱ μὲν εἰσι φυσικαὶ, αἱ δὲ οὔ. καὶ τῇ μὲν ἡδονῇ τῇ ἐν τῷ πίνειν ἀντίκειται ἡ ἐν τῷ διψῆν λύπη· τῇ δὲ κατὰ θεωρίαν οὐδέν. ταῦτα μὲν οὖν πάντα δείκνυσι τὴν ἡδονὴν ὁμώνυμον. τῶν δὲ σωματικῶν καλουμένων ἡδονῶν, αἱ μὲν εἰσιν ἀναγκαῖαι ἅμα καὶ φυσικαὶ, ὧν χωρὶς ζῆν ἀ-


CAPUT XVIII.

De Voluptatibus.

VOluptatum quædam ſunt animæ, quædam corporis. Animæ ſunt quæ per ſe animæ competunt, ut quæ ex doctrina & cognitione rerum capiuntur. Hæ enim & id genus aliæ, ſolius ſunt animæ. Corporeæ autem ſunt quæ per communicationem corporis & animæ fiunt, ideoque corporeæ vocatæ ſunt, ut quæ e cibo & complexu Venereo proficiſcuntur. Solius porro corporis nullæ voluptates ſunt propriæ, ſed affectiones: ut ſectiones, fluxiones, & qualitates temperamento congruentes. Omnis enim voluptas cum ſenſu eſt; ſenſum autem animæ eſſe oſtendimus: eſſe autem ancipitem, & multiplicem ſignificationem vocabuli voluptatis, perſpicuum eſt. E Sub alio enim atque alio genere ſunt, ut honeſtæ & improbæ voluptates. Aliæ etiam vanæ, aliæ veræ ſunt voluptates. Ac illæ quidem quæ in cogitatione ponuntur, ad ſcientiam ſunt; quæ vero corpore percipiuntur, ad ſenſum. Et harum quæ ad ſenſum ſunt, aliæ naturales ſunt, aliæ non naturales. Præterea voluptati quæ in bibendo eſt, ægritudo quæ in ſitiendo eſt opponitur; at illi quæ in rerum contemplatione eſt poſita, nihil opponitur. Quæ omnia verbi voluptatis ambiguitatem oſtendunt. Vo-

1. Τῶν ἡδονῶν] Hæc fere ad mentem Ariſtotelis dicuntur *Eth. ad Nicom.* lib. 10. quinque prioribus capitibus.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



διώκτον· ὡς αἱ τροφαὶ αἱ τῆς ἐνδείας ἀναπληρωτικαὶ, ϗ τὰ ἐνδύματα ἀναγκαῖα· αἱ δὲ φυσικαὶ μὲν, οὐκ ἀναγκαῖαι δὲ, ὡς αἱ κατὰ φύσιν ϗ κατὰ νόμον μίξεις. αὗται γὰρ εἰς μὲν τὴν διαμονὴν τοῦ παντὸς γένους συντελοῦσι, δυνατὸν δὲ ϗ χωρὶς αὐτῶν ἐν παρθενίᾳ ζῆν· αἱ δὲ οὔτε ἀναγκαῖαι οὔτε φυσικαὶ, ὡς ἡ μέθη ϗ ἡ λαγνεία ϗ αἱ πλησμοναὶ τὴν χρείαν ὑπερβαίνουσαι. οὔτε γὰρ εἰς διαδοχὴν τοῦ γένους ἡμῶν συμβάλλονται, ὡς ἡ κατὰ νόμον συνουσία. οὔτε εἰς σύστασιν τῆς ζωῆς, ἀλλὰ ϗ προσβλάπτουσι. τῷ τοίνυν κατὰ Θεὸν ζῶντι, μόνας μεταδιωκτέον τὰς ἀναγκαίας ἅμα ϗ φυσικὰς ἡδονάς. τῷ δὲ μετ' ἐκεῖνον ἐν δευτέρᾳ τάξει τῶν ἀρετῶν τεταγμένῳ, ταύτας τε ϗ τὰς φυσικὰς μὲν, οὐκ ἀναγκαίας δὲ μετιτέον, μετὰ τοῦ προσήκοντος ϗ μέτρου ϗ τρόπου ϗ καιροῦ ϗ τόπου, τὰς δὲ ἄλλας φευκτέον παντὶ τρόπῳ. ἁπλῶς δὲ ἡγητέον ταύτας εἶναι καλὰς ἡδονὰς τὰς μὴ συμπεπλεγμένας λύπῃ, μήτε μεταμέλειαν ἐμποιούσας, μήτε βλάβης ἑτέρας γεννητικὰς, μήτε τὸ μέτριον παρακεχωρηκυίας, μήτε τῶν σπουδαίων ἡμᾶς ἔργων ἀφελκούσας ἐπὶ πολὺ ἢ καταδουλούσας. κυρίως δέ εἰσιν ἡδοναὶ, αἱ τῇ κατανοήσει τοῦ Θείου ϗ ταῖς ἐπιστήμαις ϗ ταῖς ἀρεταῖς ἐπιγινόμεναί πως ἢ συμπεπλεγμέναι. ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ πρῶτον λόγον περισπουδάστοις θετέον, οὐκ εἰς τὸ εἶναι ἁπλῶς οὐδὲ εἰς τὴν διαμονὴν τοῦ γένους, ἀλλ' εἰς τὸ εὖ εἶναι καὶ σπουδαίοις ϗ θεοφιλέσιν εἶναι συντελούσας, ϗ εἰς αὐτὴν τοῦ ἀνθρώπου τὴν κατὰ ψυχὴν καὶ τὸ νοερὸν τελειότητα. αἵπερ οὔτε θεραπεῖαι τῶν παθῶν εἰσιν, ὡς αἱ τῆς ἐνδείας ἀναπληρωτικαὶ, οὔθ' ὅλως λύπην ἔχουσι προηγουμένην ἢ ἑπομένην, ἢ ἀντικειμένην, ἀλλ' εἰσὶ καθαραὶ καὶ ἄμικτοι πάσης ὑλικῆς συμπλοκῆς ψυχικαὶ μόνον οὖσαι. καὶ γὰρ κατὰ Πλάτωνα τῶν ἡδονῶν αἱ μέν εἰσι ψευδεῖς, αἱ δὲ ἀληθεῖς· ψευδεῖς μὲν, ὅσαι μετ' αἰσθήσεως γίνονται καὶ δόξης οὐκ ἀληθοῦς, καὶ λύπας ἔχουσι συμπεπλεγμένας· ἀληθεῖς δὲ ὅσαι τῆς ψυχῆς εἰσι μόνης αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν, μετ' ἐπιστήμης καὶ νοῦ καὶ φρονήσεως καθαραὶ καὶ ἀνεπίμικτοι λύπης, αἷς οὐδὲ μία μεταμέλεια παρακολουθεῖ ποτε. καλοῦσι δὲ τὰς παρακολουθούσας τῇ θεωρίᾳ ϗ ταῖς καλαῖς πράξεσιν ἡδονὰς, οὐ πάθη, ἀλλὰ πείσεις. τινὲς δὲ κυρίως τὴν τοιαύτην ἡδονὴν χαρὰν λέγουσιν· ὁρίζονται δὲ [1] τὴν ἡδονὴν, γένεσιν εἰς φύσιν αἰσθητήν. ἔοικε δὲ οὗτος ὁ ὅρος, τῆς σωματικῆς μόνης ἡδονῆς εἶναι. αὕτη γὰρ ἀναπλήρωσίς τίς ἐστι, καὶ ἰατρεία τῆς σωματικῆς ἐνδείας, καὶ τῆς προσγενομένης διὰ τὴν ἔνδειαν λύπης. ῥιγοῦντες γὰρ ἢ διψῶντες, τὴν ἐκ τοῦ ῥίγους καὶ τῆς δίψης θεραπεύοντες λύπην, ἐν τῷ θάλπεσθαι καὶ πίνειν ἡδόμεθα. κατὰ συμβεβηκὸς οὖν εἰσιν ἀγαθαὶ καὶ οὐ καθ' ἑαυτὰς, οὐδὲ φύσει· ὡς γὰρ τὸ ὑγιάζεσθαι κατὰ συμβεβηκός ἐστιν ἀγαθόν· τὸ δὲ ὑγιαίνειν φύσει καὶ καθ' ἑαυτό· οὕτω ϗ αὗται κατὰ συμβεβηκός εἰσιν ἀγαθαὶ, ἰατρεῖαί τινες οὖσαι· αἱ δὲ τῆς εἰς θεωρίαν ἡδοναὶ καθ' ἑαυτάς εἰσιν ἀγαθαὶ καὶ φύσει. οὐ γὰρ ἐπ' ἐνδείᾳ γίνονται. δῆλον οὖν ἐντεῦθεν ὡς οὐ πᾶσα ἡδονὴ τῆς ἐνδείας ἐστὶν ἀναπληρωτική· εἰ δὲ τοῦτο, οὐχ ὑγιὴς ὁ ὅρος ὁ λέγων, γένεσιν εἰς φύσιν αἰσθητὴν εἶναι τὴν ἡδονήν. οὐ γὰρ πάσας περιλαμβάνει τὰς ἡδονὰς, ἀλλὰ παραλείπει τὴν ἐκ τῆς θεωρίας. καὶ Ἐπίκουρος δὲ τὴν ἡδονὴν ὁριζόμενος, παντὸς τοῦ λυποῦντος ὑπεξαίρεσιν, τὸ αὐτό φησι τοῖς λέγουσι γένεσιν εἰς φύσιν αἰσθητήν. τὴν γὰρ ἀπαλλαγὴν τοῦ λυποῦντος,

luptatum autem corporis quædam sunt necessariæ, & naturales, sine quibus vita constare non potest, ut alimenta, quæ quod corpori deest explent, vestitusque necessarius. Aliæ naturales quidem, non tamen necessariæ, ut secundum naturam & legem concubitus. Hæ enim conferunt ad permanentiam universi generis: Fieri autem potest, ut sine eis in virginitate vitam transigamus. Aliæ neque necessariæ, neque naturales, ut ebrietas, & libidinosa petulantia, & immoderato cibo, potuque corporis expletio. Hæc enim tantum abest, ut ad progationem generis nobis conducant, quod legitimus facit concubitus, aut ad vitæ stabilimentum, ut etiam vehementer noceant. Quare qui convenienter Deo vivit, huic solæ necessariæ simul, & naturales voluptates persequendæ sunt; Illi vero qui post hunc in secunda virtutum classe collocatus est, cum hæ, tum illæ etiam quæ non necessariæ sunt, sed tamen naturales assumendæ fuerint; sic ut modus & ratio, & tempus, & locus idoneus servetur, reliquæ omnino fugiendæ sunt. Simpliciter autem illæ honestæ esse voluptates putandæ sunt, quæ non sunt implicatæ dolori, neque pœnitendi caussam afferunt, neque alio ullo detrimento afficiunt eos, qui perfruuntur, neque ultra modum progrediuntur, neque nos multum a gravioribus negotiis abstrahunt, aut sibi servire cogunt. Propriæ voluptates sunt, quæ insunt quodammodo, aut annexæ sunt cognitioni divini numinis, & scientiis & virtutibus. Hæc in iis ducere debemus quæ primario loco sunt expetenda, quæ non ut simus simpliciter, neque ut genus perduret, sed ut bene nobis sit, & viri boni, Deoque grati simus vim habent, & ad perficiendum hominis animum & intelligentiam conferunt. Nam neque affectionibus medentur, ut quæ naturæ desideria satiant, neque omnino ægritudinem aut antegressam, aut insequentem, aut contrariam habent, sed puræ sunt & ab omni concretione materiæ liberæ, propterea quod in solo animo ponuntur. Etenim ut Platonis sententia est, voluptatum aliæ sunt falsæ, aliæ veræ. Falsæ, quæ cum sensu & opinione non vera fiunt, & dolores habent implicatos; Veræ, quæ solius sunt animæ ipsius per se, cum scientia & mente & prudentia, liquidæ & ab omni dolore sejunctæ, quæque nullam pœnitendi caussam relinquunt. Has voluptates quæ ex contemplatione rerum & honestis actionibus manant, non communi nomine πάθη, sed πείσεις appellant, etsi utrumque a patiendo nomen ductum est. Nonnulli autem sunt qui proprie ejusmodi voluptatem, gaudium nuncupent. Definiunt autem voluptatem, ortum in naturam qui sensum moveat. Verum hæc definitio corporeæ tantum esse voluptatis videtur. Hæc enim quædam est expletio, & corporeæ inopiæ, dolorisque qui ex inopia nascebatur medicina. Nam frigentes, aut sitientes dum ægritudinem sanamus, quæ e frigore & siti oritur, in calefaciendo, & bibendo voluptatem percipimus. Ex accidenti igitur hæ voluptates bonæ sunt, neque per se aut natura sua tales sunt. Nam ut sanari ex accidenti bonum est, at sanum esse natura, & per se: sic hæ voluptates, cum curationes quædam sint, ex accidenti bonæ sunt. Voluptates vero quæ in contemplatione ponuntur, per se sunt bonæ & natura; non enim propter inopiam fiunt. Hinc igitur non omnem voluptatem indigentiam explere dici potest. Quod si est, non recte definiunt, qui ajunt Ortum in naturam qui sensum moveat esse voluptatem. Non enim omnes voluptates hæc definitio complectitur, sed eam quæ ex contemplatione nascitur, omittit. Epicurus quoque voluptatem definiens, detractione omnis molestiæ, idem dicit quod ii qui afferunt ortum in naturam qui sensum moveat. Nam amotionem doloris, voluptatem esse dicit,

1. Τὴν ἡδονὴν γένεσιν] Contra hanc definitionem, quæ Platonis est in *Philebo*, disputat etiam Aristoteles *Ethic.* lib. 7. cap. 13. & lib. 10. cap. 2.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



ἡδονὴν εἶναί φησιν. ἐπειδὴ δὲ οὐδεμία γένεσις τοῖς οἰκείοις ἀποτελέσμασιν ὁμογενής ἐστιν ἢ συγγενὴς, οὐδὲ τὴν γένεσιν τῆς ἡδονῆς ἡδονὴν ἡγητέον, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡδονὴν ἄλλό τι· ἐν τῷ γίνεσθαι μὲν γὰρ ἡ γένεσίς ἐστιν, οὐδὲν δὲ τῶν γινομένων ἅμα γίνεται καὶ γέγονεν· ἀλλὰ δῆλον ὅτι κατὰ μέρος· τὸ δὲ ἡδόμενον ἀθρόως ἥσθη· οὐκ ἄρα γένεσις ἡ ἡδονή. ἔτι πᾶσα γένεσις οὐκ ὄντων ἐστὶν, ἡ δὲ ἡδονὴ τῶν ἤδη ὄντων, οὐκ ἔστιν ἄρα γένεσις ἡ ἡδονή. ἔτι γένεσις μὲν, ταχεῖα καὶ βραδεῖα λέγεται· ἡδονὴ δὲ οὔ. ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν ἕξις ἐστὶ, τὰ δὲ ἐνέργεια, τὰ δὲ ὄργανα. ἕξις μὲν ὡς ἀρετή· ἐνέργεια δὲ ὡς ἡ κατ᾽ αὐτὴν πρᾶξις. καὶ πάλιν, ἕξις μὲν ἡ ὁρατικὴ, ἐνέργεια δὲ τὸ ὁρᾷν· ὄργανα δὲ δι᾽ ὧν ἐνεργοῦμεν, ὡς ὀφθαλμὸς καὶ πλοῦτος καὶ τὰ τοιαῦτα. πᾶσαι δὲ αἱ περὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ φαῦλα ψυχικαὶ δυνάμεις ἕξεών τινών εἰσι δυνάμεις. εἴπερ οὖν ἀγαθόν ἐστιν ἡδονὴ, οὐ φαῦλον, ἐν τούτοις ἔσται μόνοις· ἀλλ᾽ ἕξις μὲν οὐκ ἔστιν. οὔτε γὰρ ὡς ἀρετή· οὐ γὰρ οὕτω ῥᾳδίως μετέπιπτεν εἰς τὴν ἐναντίαν ἑαυτῇ λύπην· οὔτε ὡς ἡ ἀντικειμένη τῇ στερήσει. κατὰ ταυτὸν γὰρ ἕξιν καὶ στέρησιν ἀδύνατον εἶναι· ἅμα δέ τινες ἥδονται καὶ λυποῦνται ὡς οἱ κνώμενοι· οὐκ ἔστιν ἄρα ἕξις ἡ ἡδονή. ἀλλ᾽ οὐδὲ ὄργανον· τὰ γὰρ ὄργανα δι᾽ ἄλλα καὶ οὐ δι᾽ ἑαυτὰ, ἡ δὲ ἡδονὴ, οὐ δι᾽ ἄλλο, ἀλλὰ δι᾽ ἑαυτήν· οὐκ ἄρα οὐδὲ ὄργανον. λείπεται δὴ ἐνέργειαν αὐτὴν εἶναι· ὅθεν [1] Ἀριστοτέλης αὐτὴν ὁρίζεται ἐνέργειαν τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως ἀνεμπόδιστον· τὰ γὰρ ἐμπόδια τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας λύπη. ἀλλὰ καὶ ἡ εὐδαιμονία ἐνέργειά ἐστιν ἀνεμπόδιστος τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως· συμβαίνει δὲ κατὰ τὸν ὅρον τοῦτον τὴν εὐδαιμονίαν ἡδονὴν εἶναι καὶ διεσφάλθαι τὸν ὅρον· διορθούμενος οὖν ὡρίσατο τὴν ἡδονὴν, τέλος εἶναι τῶν τοῦ ζώου κατὰ φύσιν ἀνεμποδίστων ἐνεργειῶν, ὡς συμπεπλέχθαι καὶ συνυπάρχειν τῇ εὐδαιμονίᾳ τὴν ἡδονὴν, ἀλλ᾽ οὐχ ἡδονὴν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν. οὐ πᾶσα δὲ ἐνέργεια κίνησίς ἐστιν, ἀλλ᾽ ἔστι τις καὶ δι᾽ ἀκινησίας ἐνέργεια, καθ᾽ ἣν πρῶτος ἐνεργεῖ ὁ Θεός· τὸ γὰρ πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τοῦ θεωρεῖν ἐν ἀνθρώποις ἐνέργεια, διὰ γὰρ ἀκινησίας· καὶ γὰρ τὸ θεωρούμενον ἓν καὶ ταυτὸν ἀεὶ καὶ ἡ διάνοια τοῦ θεωροῦντος ἕστηκε· περὶ ἓν γὰρ καὶ ταυτὸν ἀεὶ καταγίνεται. εἰ δὲ τῆς θεωρίας ἡ ἡδονὴ μεγίστη τε οὖσα καὶ κυριωτάτη καὶ ἀληθὴς δι᾽ ἀκινησίας γίνεται, δῆλον ὡς αἱ δι᾽ ἐλαττόνων κινήσεων γινόμεναι, ὅσῳ δι᾽ ἐλαττόνων, τοσούτῳ καὶ κρείττους καὶ μείζους εἰσί. συνδιαιροῦνται δὲ ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἡδοναὶ κατ᾽ εἶδος· ὅσα γὰρ ἐνεργειῶν εἴδη, τοσαῦτα καὶ ἡδονῶν· καὶ τῶν μὲν καλῶν καλαὶ, τῶν δὲ φαύλων φαῦλαι. καὶ δῆλον ὡς καθ᾽ ἑκάστην αἴσθησιν ἕτεραι τῷ εἴδει καὶ ἡδοναί· ἕτεραι γὰρ ἁφῆς καὶ γεύσεως, καὶ ἕτεραι τῆς ὄψεως καὶ τῆς ἀκοῆς καὶ τῆς ὀσφρήσεως· καθαρώτεραι δέ εἰσι τῶν αἰσθήσεων ὅσαι μὴ προσπελάζουσι τοῖς αἰσθητοῖς ἥδουσιν, ὡς ὄψις καὶ ἀκοὴ καὶ ὄσφρησις. καὶ τῶν διανοητικῶν δὲ εἴδη δύο· τὸ μὲν γάρ ἐστι πρακτικὸν, τὸ δὲ θεωρητικόν· δῆλον οὖν ὅτι δὲ τῶν ἡδονῶν τῶν παρεπομένων ταῖς ἐνεργείαις ταύταις εἴδη δύο· καὶ τούτων δὲ καθαρώτερον τὸ θεωρητικὸν τοῦ πρακτικοῦ· τοῦ δὲ ἀνθρώπου ἴδιαι καθ᾽ ὃ ἄνθρωπος αἱ διανοητικαί· κοιναὶ γὰρ καθ᾽ ὃ ζῶον αἱ αἰσθητικαὶ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα. ἐπειδὴ δὲ τῶν αἰσθητικῶν ἡδονῶν οἱ μὲν

A Quoniam autem nullus ortus ejuſdem eſt generis, aut cognatus ſuis effectis, neque ortus voluptatis, voluptas putanda eſt, ſed a voluptate aliud quippiam. Nam ortus in oriendo eſt. Nihil autem eorum quæ oriuntur, ſimul oritur & ortum eſt, ſed nimirum gradatim. At quod voluptate afficitur, ea confertim afficitur, non ergo ortus voluptas eſt. Præterea omnis ortus, rerum eſt quæ non exſiſtunt: voluptas autem rerum eſt quæ jam ſunt; non eſt igitur ortus voluptas. Præterea bonorum quædam ſunt habitus, quædam muneris functiones, quædam inſtrumenta. Habitus, ut virtus; muneris functio, ut uſus virtutis. Item habitus, ſenſus viſus; muneris functio, videre. Inſtrumenta ſunt per quæ munere B fungimur aliquo, ut oculus, divitiæ, & alia ejuſdem generis. Omnes autem facultates animæ quæ in bonis & malis verſantur, habituum quorumdam facultates ſunt. Si ergo bonum eſt voluptas, ac non malum, in his ſolis erit. At habitus quidem non eſt, neque enim ut virtus. Non enim ita facile in dolorem contrarium verteretur. Neque ut habitus qui privationi opponitur, nam eodem tempore, ut habitus, & privatio inſit, fieri nequit; voluptatem autem aliqui, & dolorem eodem tempore cupiunt, ut his accidit qui fricantur. Non eſt ergo habitus, voluptas. At vero neque inſtrumentum eſt; inſtrumenta enim aliorum, non ſua cauſſa ſunt; Voluptas autem non alterius cauſſa, ſed ſua ipſius eſt: non igitur eſt in- C ſtrumentum. Reliquum eſt, ut muneris functio exiſtimetur. Quare Ariſtoteles eam definit, non impeditam muneris functionem habitus qui ſecundum naturam eſt. Nam quæ naturalem muneris functionem impediunt, dolorem afferunt. Atqui & beatitudo muneris eſt functio non impedita habitus qui ſecundum naturam eſt; itaque accidit ex hac definitione, beatitudinem eſſe voluptatem, & everti definitionem. Adhibita igitur correctione definivit voluptatem, finem eſſe muneris functionum non impeditarum animantis, quæ ſunt ſecundum naturam, ut implicata beatitudini, & una cum ea ſit voluptas, non autem voluptas beatitudo ſit. Non omnis autem muneris functio, motus eſt; ſed quædam eſt D muneris functio, quæ adminiſtratur ſine omni motu, qua in primis Deus utitur. Primus enim motor immobilis. Hujuſmodi etiam functio in hominibus eſt, contemplandi actio: nam ſine motu eſt. Nam & quod contemplamur unum idemque ſemper eſt, & contemplantis mens fixa eſt: in uno enim, & eodem ſemper verſatur. Quod ſi contemplationis voluptas, quæ maxima & præcipua & vera eſt, ſine motu ſit, perſpicuum eſt ceteris quæ per pauciores motus capiuntur, ut quæque per pauciſſimos motus oriuntur, ita & præſtantiſſimas & maximas eſſe. Cum muneris autem functionibus voluptatum ſpecies dividuntur. Quot enim muneris functionum ſunt ſpecies, totidem ſunt voluptatum: & honeſta- E rum quidem honeſtæ, pravarum pravæ. Neque dubium eſt quin in quoque ſenſu ſpecie differentes voluptates reperiantur. Aliæ enim tactus ſunt, aliæ ſaporum, aliæ oculorum, aliæ audiendi, aliæ odorandi. Sunt autem ſenſus puriores ii, qui non proxime accedunt ad ea ſenſus moventia quæ voluptaria ſunt, ut viſio, auditus, odoratus. Sunt etiam functionum, quæ in ratione ponuntur, ſpecies duæ; alia enim in agendo, alio in contemplando cernitur. Itaque certum eſt etiam voluptatum, quæ has functiones conſequuntur, duo eſſe genera, e quibus purior eſt ea voluptas, quæ ex perſpicientia rerum percipitur. Hominis autem qua homo eſt, eæ ſunt propriæ quæ in ratione & intelligentia ſunt poſitæ. Nam qua animal quidem eſt, illæ voluptates quæ ſenſus movent, etiam ceterorum animalium communes ſunt. Quoniam autem earum voluptatum, quæ ſenſus quadam jucunditate demulcent, alii aliis de-

1. Ἀριστοτέλης] Hæc quæ ſequitur periodus prius omiſſ. a ms. noſtris ſuppeditatur.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 380.

ἄλλαις οἱ δὲ ἄλλαις ἥδονται, οὐχ αἱ τοῖς φαύλοις, ἀλλ' αἱ τοῖς σπουδαίοις καλαὶ φαινόμεναι, καὶ καθ' ἑαυτὰς εἰσὶ καλαί. κριτὴς γὰρ ὀρθὸς ἐπὶ παντὸς πράγματος οὐχ ὁ τυχὼν, ἀλλ' ὁ ἐπιστήμων καὶ κατὰ φύσιν διακείμενος.

lectantur; non quæ improbis, sed quæ viris bonis honestæ videntur, etiam per se honestæ sunt. Rectus enim judex, & disceptator cujusque rei est, non qualiscumque, sed qui ejus rei scientiam tenet, & secundum naturam affectus est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Περὶ Λύπης.

ΤΗΣ δὲ λύπης εἴδη τέσσαρα, ἄχος, ἄχθος, φθόνος, ἔλεος. ἔστι δὲ ἄχος λύπη ἀφωνίαν ἐμποιοῦσα· ἄχθος δὲ λύπη βαρύνουσα· φθόνος δὲ λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· ἔλεος δὲ λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς· πᾶσα δὲ λύπη κακὸν τῇ ἑαυτῆς φύσει· εἰ γὰρ καὶ ὁ σπουδαῖος λυπηθήσεταί ποτε χρηστῶν ἀνδρῶν διαφθειρομένων ἢ τέκνων ἢ πόλεως πορθουμένης, ἀλλ' οὐ προηγουμένως· οὐδὲ κατὰ πρόθεσιν, ἀλλὰ κατὰ περίστασιν· καὶ ἐν τούτοις δὲ ὁ μὲν θεωρητικὸς ἀπαθὴς ἔσται παντάπασιν, ἀλλοτριώσας ἑαυτὸν τῶν τῇδε καὶ συνάψας Θεῷ· ὁ δὲ σπουδαῖος μετριοπαθὴς ἐν αὐταῖς καὶ οὐχ ὑπερβάλλων οὐδὲ αἰχμαλωτιζόμενος ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ μᾶλλον κρατῶν αὐτῶν. ἀντίκειται δὲ λύπη ὡς μὲν κακὸν καλῷ τῇ μετρίᾳ ἡδονῇ, ὡς δὲ κακὸν κακῷ τῇ ὑπερβαλλούσῃ ἡδονῇ· ἐν ταῖς σωματικαῖς δὲ μόναις αἱ ὑπερβολαὶ γίνονται· αἱ γὰρ θεωρητικαὶ ἄκραι τινὲς οὖσαι καὶ τὸ τέλειον ἔχουσαι, τὴν ὑπερβολὴν οὐκ ἐπιδέχονται, οὐδὲ ἀντίκειται αὐταῖς λύπη, οὐδ' ἐπὶ θεραπείᾳ προηγησαμένης λύπης γίνονται.

CAPUT XIX.

De Ægritudine.

Ægritudinis species sunt quatuor: mæror, molestia, invidia, & misericordia. Est autem mæror ægritudo, quæ vocis usum adimit. Molestia, ægritudo gravans. Invidia, ægritudo quæ ob alterius res secundas suscipitur. Misericordia, ægritudo quæ ob aliena mala. Omnis autem ægritudo mala est suapte natura. Etsi enim vir bonus æger erit aliquando, si vel viri boni intereunt, vel liberi, vel patria vastetur; non hoc primaria ratione, neque ex proposito, sed ex circumstantia faciet. Atqui in his ipsis, qui se contemplationi rerum totum tradidit, nihil omnino commovetur; cum se ab his rebus, quæ in hominum vita geruntur, semoverit, cum Deoque conjunxerit. At vir probus modice his rebus tangitur, neque modum transit neque succumbit ægritudini, sed potius eam superat. Opponitur autem ægritudo, ut malum bono, moderatæ voluptati; ut malum malo, immoderatæ. Verum ista immoderatio in corporeis tantum accidit. Nam contemplationis lætitia, cum sit summa quædam & absoluta, immoderationem non admittit, neque ei ægritudo opponitur, neque ex depulsione antegressæ ægritudinis accidit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Περὶ Φόβου.

ΔΙαιρεῖται δὲ καὶ ὁ φόβος εἰς ἕξ, εἰς ὄκνον, εἰς αἰδῶ, εἰς αἰσχύνην, εἰς κατάπληξιν, εἰς ἀγωνίαν, εἰς ἔκπληξιν. ἔστι δὲ ὄκνος μὲν φόβος μελλούσης ἐνεργείας· κατάπληξις δὲ φόβος ἐκ μεγάλης φαντασίας· ἔκπληξις δὲ φόβος ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας· ἀγωνία δὲ φόβος διαπτώσεως, τουτέστιν ἀποτυχίας· φοβούμενοι γὰρ ἀποτυχεῖν τῆς πράξεως ἀγωνιῶμεν· αἰδὼς δὲ φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ψόγου· κάλλιστον δὲ τοῦτο τὸ πάθος· αἰσχύνη δὲ φόβος ἐπ' αἰσχρῷ πεπραγμένῳ· οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀνέλπιστον εἰς σωτηρίαν· ταύτῃ δὲ διαφέρει αἰδὼς αἰσχύνης, ὅτι ὁ μὲν αἰσχυνόμενος ἐφ' οἷς ἔπραξε καταδύεται· ὁ δὲ αἰδούμενος φοβεῖται περιπεσεῖν ἀδοξίᾳ τινί· καλοῦσι δὲ οἱ παλαιοὶ πολλάκις καὶ τὴν αἰδῶ αἰσχύνην, καὶ τὴν αἰσχύνην αἰδῶ, καταχρώμενοι τοῖς ὀνόμασι. γίνεται δὲ ὁ φόβος κατὰ περίψυξιν τοῦ θερμοῦ παντὸς συντρέχοντος εἰς τὴν καρδίαν ἐπὶ τὸ ἀρχικὸν, καθάπερ καὶ ὁ δῆμος ὅταν φοβῆται καταφεύγει πρὸς τοὺς ἄρχοντας· τῆς δὲ λύπης ὄργανον τὸ στόμα τῆς κοιλίας· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ τῆς δήξεως αἰσθανόμενον ἐν ταῖς λύπαις. ὡς ὁ [1] Γαληνὸς ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἀποδεικτικῆς φησιν οὕτω πως· τοῖς λυπουμένοις οὐκ ὀλίγων εἰς τὴν γαστέρα καταῤῥεῖ ξανθῆς χολῆς, ὃ τὴν δῆξιν αὐτοῖς παρέχει· καὶ οὐ πρότερον παύονται λυπούμενοι καὶ δακνόμενοι, πρὶν ἐξεμέσαι τὴν χολήν· γίνεται γὰρ ἡ δῆξις αὐτοῖς ὑποκάτω τοῦ κατὰ μέσα στέρνα χόνδρου τοῦ ξιφοειδοῦς ὀνομαζομένου, πολὺ δὲ ἀνωτέρω κεῖται ἡ καρδία· τοῦ γὰρ διαφράγματος ἡ μὲν γαστὴρ κατωτέρω ἐστὶ, ἡ δὲ καρδία ἀνωτέρω· συνήθως δὲ οἱ παλαιοὶ καρδίαν καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς καλοῦσιν, ὡς Ἱπποκράτης καὶ Θουκυδίδης ἐν


CAPUT XX.

De Metu.

Dividitur autem metus in sex partes, in pigritiam, pudorem, verecundiam, stuporem, solicitudinem, terrorem. Est autem pigritia, metus venientis actionis. Stupor, metus e magna phantasia. Terror, metus ex insolita phantasia. Solicitudo metus ne labamur, id est, ne id quod proposuerimus non consequamur. Nam dum metuimus ut assequamur quod proposuerimus, soliciti sumus. Pudor, metus ob exspectationem reprehensionis: atque optima hæc affectio est. Verecundia, metus ob turpitudinem susceptam, atque hæc quoque affectio spem aliquam salutis ostendit. Hoc autem differt pudor a verecundia, quod qui verecundatur, ob ea quæ perpetravit, se occultat: quem autem pudet, ne dedecus aliquod admittat, metuit. Sæpe tamen veteres nominibus abutentes, pudorem verecundiam, & verecundiam pudorem vocant. Nascitur autem metus, per refrigerationem, omni calore ad cor principem partem concurrente; quomodo populus cum in metu est, in curiam confugit. Metus instrumentum est os ventriculi. Hoc enim est quod in ægritudine morsum sentit ut Galenus in tertio Demonstrationis ait ad hunc fere modum: *His qui in ægritudine aliqua versantur, multum flavæ bilis defluit in ventrem, quod morsum ipsis præbet, neque prius ægri esse & morderi desinunt, quam bilem evomuerint.* Nam morsus iis accidit, infra cartilaginem quæ est medio pectore, quod quia speciem ensis præbet, ensiformis nominatur. Cor autem multo superius locatum est. Nam septo transverso venter inferior est, cor superius. Veteres tamen etiam os ventris, cor usurpant, ut Hippocrates, & Thucy-

1. Γαληνὸς ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἀποδεικτικῆς] Commentariis scil. in prognostica Hippocratis.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



τῷ λοιμῷ λέγων οὕτως, καὶ ὁπότε εἰς τὴν καρδίαν A στηρίξαι ἀνέστρεφέ τε αὐτὴν καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι ὁπόσαι ἀπὸ ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσὶν ἐπήεσαν. τὸ γὰρ ἀναστρεφόμενον τὸ στόμα τῆς γαστρός ἐστιν ἀναγκαζόμενον ἐμεῖν, οὐ τὸ σπλάγχνον ἡ καρδία.

dides, ubi pestilentiam quæ Athenis erat describit, sic dicens, *Et cum in corde dolor firmaretur, invertebat ipsum, & purgationes bilis quotquot a medicis nominatæ sunt invadebant*. Nam quod invertitur, os ventris est, dum vomere cogitur, non ea pars viscerum quæ cor est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κα.

Περὶ Θυμοῦ.

ΘΥμὸς δέ ἐστι ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος ἐξ ἀναθυμιάσεως τῆς χολῆς ἢ ἀναθολώσεως γινομένη. διὸ καὶ χολὴ λέγεται καὶ χόλος. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ὁ θυμός ἐστιν ὄρεξις ἀντιτιμωρήσεως· ἀδικού- B μενοι γὰρ ἢ νομίζοντες ἀδικεῖσθαι, θυμούμεθα· καὶ γίνεται τότε μικτὸν τὸ πάθος ἐξ ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ. εἴδη δὲ τοῦ θυμοῦ τρία· ὀργὴ, ἣ καὶ χολὴ καὶ χόλος καλεῖται· μῆνις, καὶ κότος· θυμὸς μὲν γὰρ ἀρχὴν καὶ κίνησιν ἔχων, ὀργὴ καὶ χολὴ καὶ χόλος λέγεται. μῆνις δὲ χολὴ εἰς παλαίωσιν ἀγομένη· εἴρηται γὰρ παρὰ τὸ μένειν καὶ τῇ μνήμῃ παραδεδόσθαι. κότος δὲ ὀργὴ παρατηροῦσα καιρὸν εἰς τιμωρίαν· εἴρηται καὶ οὗτος παρὰ τὸ κεῖσθαι· ἔστι δὲ ὁ θυμὸς τὸ δορυφορικὸν τοῦ λογισμοῦ. ὅταν γὰρ οὗτος ἄξιον κρίνῃ τὸ γινόμενον ἀγανακτήσεως, τότε ὁ θυμὸς ὑπεξέρχεται, ἐὰν κατὰ φύσιν τὴν οἰκείαν τάξιν φυλάττωσιν.

CAPUT XXI.

De Ira.

IRa est fervor sanguinis, quo cor suffusum est, ex suffusione fellis, aut conturbatione natus. Idcirco & χολὴ a Græcis, id est, bilis, & χόλος B dicitur. Aliquando ira, est appetitio vindictæ. Nam dum injuria afficimur, aut opinamur nos injuria affici, irascimur, & tum mixta fit affectio ex desiderio & ira. Species iræ tres, excandescentia, quæ & χολὴ id est, bilis, & χόλος dicitur, simultas, & inimicitia. Ira enim principium & motum habens, excandescentia, & bilis appellatur. Simultas, ira inveterascens. Hæc Græcis dicitur μῆνις a manendo, & quod memoriæ sit tradita. Inimicitia, vocatur ira observans occasionem ulciscendi: hanc Græci κότον dicunt, παρὰ τὸ κεῖσθαι, hoc est, quod reposita sit. Est autem ira satellitium rationis. Cum enim ratio judicarit, rem esse dignam quæ ægre & moleste feratur, succedit ira, si modo C proprium & naturalem ordinem tueantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ.

Περὶ τοῦ ἀλόγου, τοῦ μὴ κατηκόου λόγῳ.

ΤΟ μὲν οὖν ἐπιπειθὲς λόγῳ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, τοῦ δὲ μὴ πειθομένου λόγῳ, ἔστι τό, τε θρεπτικὸν καὶ γεννητικὸν καὶ σφυγμικόν· καλεῖται δὲ φυσικὸν μὲν, τὸ γεννητικὸν καὶ θρεπτικόν· ζωτικὸν δὲ τὸ σφυγμικόν.

CAPUT XXII.

De Parte rationis experte, quæ rationi non obtemperat.

QUod ergo rationi paret, hoc modo se habet; de genere eo quod rationi non paret est, in quo nutriendi, procreandi, & pulsuum vis inest. Quorum duo illa naturalia, hoc postremum vitale nominatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγ.

Περὶ τοῦ θρεπτικοῦ.

D


ΤΟῦ θρεπτικοῦ φυσικαὶ δυνάμεις εἰσὶ τέσσαρες, ἑλκτικὴ, καθεκτικὴ, ἀλλοιωτικὴ, καὶ ἀποκριτική· ἕκαστον γὰρ τῶν μορίων τοῦ ζώου φυσικῶς ἕλκει πρὸς ἑαυτὸ τὴν οἰκείαν τροφὴν καὶ ἑλκύσαν κατέχει, καὶ κατασχὸν εἰς ἑαυτὸ μεταβάλλει, καὶ οὕτως τὸ περιττὸν ἐξωθεῖ. καὶ αὗταί εἰσιν αἱ δυνάμεις αἱ τὴν τροφὴν τῶν μορίων τοῦ σώματος διοικοῦσαι· ἐξ ὧν ἡ αὔξησις ἤτε κατὰ μῆκος καὶ πλάτος γίνεται. ἐκκρίνεται δὲ τὰ περιττὰ διὰ γαστρὸς, δι᾽ οὔρων, δι᾽ ἐμετῶν, δι᾽ ἱδρώτων, διὰ στόματος, διὰ ῥινῶν, δι᾽ ὤτων, δι᾽ ὀφθαλμῶν, διὰ τῆς ἐκπνοῆς, διὰ τῶν ἀδήλων πόρων. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι ἐκκρίσεις πρόδηλοι· δι᾽ ὤτων δὲ ἡ καλουμένη κυ- E ψέλη, ἥτις ἐστὶ ῥύπος τῶν ὤτων· διὰ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν δάκρυα καὶ λῆμαι. διὰ δὲ τῆς ἐκπνοῆς τὸ λιγνυῶδες τῆς θερμότητος τῆς καρδίας· ἀδήλους δὲ πόρους φασὶ τὴν διαπνοὴν παντὸς τοῦ σώματος· καθ᾽ ἣν ἐκ τοῦ βάθους καὶ τῆς συστολῆς τῶν ἀρτηριῶν ἀτμοὶ πλεῖστοι διὰ τῆς μανότητος τοῦ δέρματος διεξέρχονται. ὄργανα δὲ τοῦ θρεπτικοῦ, τό, τε στόμα καὶ ὁ στόμαχος καὶ ἡ γαστὴρ καὶ τὸ ἧπαρ ἅπασαι φλέβες πᾶσαι, τά τε ἔντερα καὶ αἱ χολαὶ ἀμφότεραι, καὶ οἱ νεφροί. τὸ γὰρ στόμα πρῶτον προκατασκευάζει τῇ γαστρὶ τὴν τροφὴν εἰς λεπτὰ κατατέμνον αὐτὴν διὰ τῶν ὀδόντων καὶ τῆς γλώττης· μεγίστην γὰρ καὶ ἡ γλῶττα χρείαν παρέχεται τῇ διαμασήσει, συνάγουσα τὴν τροφὴν καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ὑποβάλλουσα, καθάπερ αἱ ἀλετρίδες

CAPUT XXIII.

De nutriente animæ parte.

ALtricis partis vires naturales sunt quatuor, attractrix, retentrix, concoctrix, & expultrix. Quæque enim pars animalis naturaliter trahit ad se suum alimentum, attractum retinet, retentum in se mutat, & demum quod superfluum est, expellit. Et hæ sunt facultates quæ cibum partium animalis administrant, ex quibus accretio, cum in longitudinem, tum in latitudinem proficiscitur. Depelluntur autem quæ superflua sunt per ventrem, per urinam, per vomitus, per sudores, per os, per aures, per oculos, per exspirationem, per occulta fo- E ramina. Ac ceteræ quidem depulsiones in promtu sunt. Per aures autem ea quæ vocantur κυψέλη, quæ sunt aurium sordes. Per oculos, lacrymæ, & gramiæ. Per exspirationem fuliginosus ille cordis calor depellitur. Occulta autem foramina, seu poros vocant transpirationem totius corporis, qua ex imo corpore, & arteriarum contractione plurimi vapores, per cutis raritatem exeunt. Instrumenta nutrientis facultatis sunt os, stomachus, venter, jecur, omnes venæ, intestina, bilis utraque, & renes. Nam os primum præparat ventri cibum, minutim eum per dentes, & linguam concerpens. Nam & lingua maximum usum in mandendo præbet, quod cibum cogat, dentibusque subjiciat, non aliter atque mo-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



διὰ τῆς χειρὸς τὸν σῖτον ταῖς μύλαις· τρόπον γάρ τινα καὶ ἡ γλῶττα χεὶρ ἐςὶ τῆς διαμασήσεως. οὕτω δὲ κατεργασθεῖσα ἡ τροφὴ παραπέμπεται τῇ κοιλίᾳ διὰ τοῦ στομάχου· ὁ γὰρ στόμαχος οὐ μόνον αἰσθητήριόν ἐστι τῆς ἐνδείας, ἀλλὰ καὶ δίοδος τῶν σιτίων. ἀνατρέχει γὰρ ἐν τῇ καταπόσει καὶ ἐπισπᾶται τὴν τροφὴν, καὶ παραπέμπει τῇ κοιλίᾳ· ἡ δὲ κοιλία παραλαβοῦσα χωρίζει τὸ χρηστὸν καὶ τὸ τρόφιμον ἀπὸ τοῦ λιθώδους καὶ ξυλώδους καὶ ἀτρόφου· καὶ τὸ μὲν χρηστὸν εἰς χυμοὺς μεταβάλλουσα, ἀναπέμπει τῷ ἥπατι διὰ τῶν φλεβῶν τῶν ἑλκουσῶν ἀπ' αὐτῆς καὶ διοχετευουσῶν εἰς τὸ ἧπαρ, αἵτινες φλέβες ῥίζαις ἐοίκασι τοῦ ἥπατος ἑλκούσαις ἀπὸ τῆς γαστρὸς τὴν τροφὴν, ὡς ἀπὸ τῆς γῆς ἕλκουσι αἱ τῶν φυτῶν ῥίζαι. ἔοικε γὰρ ἡ μὲν κοιλία τῇ γῇ τῇ παρεχούσῃ τὴν τροφὴν τοῖς φυτοῖς· ῥίζαις δὲ αἱ φλέβες, αἱ ἐπὶ τὰς πύλας καὶ τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος ἀνάγουσαι τὸν χυμὸν ἀπὸ τῆς γαστρὸς, καὶ τῶν ἐντέρων διὰ τοῦ μεσαραίου· πρέμνῳ δὲ τὸ ἧπαρ αὐτό· κλάδοις δὲ καὶ ἀκρέμοσιν αἱ φλέβες, αἱ κατασχιζόμεναι τῆς κοίλης φλεβὸς τῆς ἀποφυομένης ἐκ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος. τὸ γὰρ ἧπαρ δεξάμενον ἐκ τῆς κοιλίας τὸν χυμὸν, συμπέσσει τε αὐτὸν καὶ ἐξομοιοῖ ἑαυτῷ· ὁμοιοτάτην δὲ ἔχον τὴν σάρκα τῷ αἵματι, εἰκότως εἰς αἷμα μεταβάλλει τὸν χυμόν· τὸ δὲ αἷμα καθαίρεται διά τε τοῦ σπληνὸς καὶ τῆς χολιδόχου κύστεως καὶ τῶν νεφρῶν· τοῦ μὲν σπληνὸς τὸ τρυγῶδες ἕλκοντος καὶ τροφὴν οἰκείαν ποιουμένου· τῆς δὲ χολιδόχου κύστεως τὸ δριμὺ τὸ ἐναπομεῖναν τοῖς χυμοῖς ἐκ τῆς τροφῆς· τῶν δὲ νεφρῶν τὸ ὀῤῥῶδες μετὰ τοῦ περιλειπομένου δριμέος, ὡς καθαρὸν λοιπὸν καὶ χρηστὸν τὸ αἷμα γενόμενον, εἰς τροφὴν διανέμεσθαι τοῖς ἄλλοις πᾶσι μορίοις τοῦ σώματος διὰ τῶν κατασπειρομένων εἰς αὐτὰ φλεβῶν· καὶ οὕτως ἕκαστον τῶν μορίων ἕλκον τὸ αἷμα καὶ κατέχον καὶ μεταβάλλον εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν, τὸ περιττὸν παραπέμπει τοῖς γειτνιῶσι μορίοις, τροφὴν ἐπιτήδειον ἐκείνοις γενόμενον. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον πάντα τὰ μόρια ἐξ αἵματος τρέφεται καὶ αὔξει καὶ διαμένει, χορηγοῦντος αὐτὸ τοῦ ἥπατος. λέγεται δὲ τοῦτο τὸ μέρος τοῦ ἀλόγου μὴ πείθεσθαι λόγῳ, ἐπειδήπερ οὐ κατὰ γνώμην ἡμῶν οὐδὲ κατὰ προαίρεσιν, ἀλλὰ φυσικῶς τὸ ἴδιον ἔργον ἀποτελεῖ.

A lentes feminæ manu frumentum sub molas mittunt. Nam quodammodo lingua mandendi cibi, manus est. Ita autem confectus cibus mittitur ad ventrem per stomachum. Stomachus enim non solum indigentiæ percipiendæ instrumentum est, sed etiam ciborum meatus. Præsto enim est in deglutiendo, & attrahit cibum & ad ventrem demittit: quem venter ubi acceperit, secernit quod bonum est & ad nutriendum aptum, a lapidoso, ligneo & inepto ad alendum; ac quod bonum quidem est in succos mutans, mittit ad jecur per venas quæ ab ipso attrahunt & transportant ad jecur; quæ venæ velut radices sunt jecoris, trahentes a ventre alimentum, ut e terra trahunt stirpium radices. Similis enim B est venter, terræ quæ stirpibus alimentum præbet: radicum, venæ quæ ad portas & gibbosas partes jecinoris sursum trahant succum, a ventre & intestinis per mesenterium: trunci, jecur: ramorum & extremarum partium arboris, venæ quæ finduntur a vena cava quæ nascitur e simis partibus jecoris. Nam jecur cum a ventre succum acceperit, eum concoquit, suique similem efficit, at cum habeat carnem simillimam sanguinis, merito in sanguinem succum convertit. Sanguis autem purgatur per lienem, & vesicam quæ bilem accipit & renes; lienis enim trahit quod feculentum est, idque sibi pastum facit; vesica quæ bilem accipit, quod acerC bi remansit in succis ex alimento: renes humorem serosum, ac quod acerbi erat reliquum, ut reliquus sanguis jam purus & utilis ad nutricandum digeratur in ceteras partes corporis omnes, per venas quæ in eas inspersæ sunt. Atque ita singulæ partes trahentes sanguinem, & continentes, & mutantes in naturam suam, quod superfluum est, transmittunt ad vicinas partes paratum illis idoneum alimentum. Et ad hunc modum omnes partes sanguine, quem jecur suppeditat, aluntur, & augentur, & permanent. Dicitur autem hæc pars a ratione vacua non parere rationi, quod non ex sententia, neque electione nostra, sed naturaliter suum opus efficiat. D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κδ'.

Περὶ Σφυγμῶν.

Ἡ Δὲ σφυγμικὴ κίνησις καλεῖται μὲν καὶ ζωτικὴ δύναμις· ἔχουσα δὲ τὴν καρδίαν ἀρχὴν, καὶ μάλιστα τὴν ἀριστερὰν αὐτῆς κοιλίαν τὴν πνευματικὴν, τὴν ἔμφυτον καὶ ζωτικὴν θερμότητα διανέμει παντὶ μορίῳ τοῦ σώματος διὰ τῶν ἀρτηριῶν, καθάπερ τὸ ἧπαρ διὰ τῶν φλεβῶν τὴν τροφήν. θερμαινομένης γοῦν τῆς καρδίας παρὰ φύσιν, εὐθέως καὶ τὸ ὅλον ζῶον παρὰ φύσιν θερμαίνεται, καὶ ψυχομένης ψύχεται. τὸ γὰρ ζωτικὸν πνεῦμα παρ' αὐτῆς διὰ τῶν ἀρτηριῶν εἰς πᾶν τὸ σῶμα κατασπείρεται. συγκατασχίζεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀλλήλοις τὰ τρία ταῦτα· φλὲψ, ἀρτηρία, νεῦρον, ἐκ τῶν τριῶν ἀρχῶν τῶν διοικουσῶν τὸ ζῶον. ἐξ ἐγκεφάλου μὲν ἀρχῆς ὄντος κινήσεώς τε καὶ αἰσθήσεως, τὸ νεῦρον· ἐξ ἥπατος δὲ ἀρχῆς ὄντος αἵματός τε καὶ τοῦ θρεπτικοῦ, ἡ φλὲψ τὸ ἀγγεῖον τοῦ αἵματος· ἐκ δὲ τῆς καρδίας ἀρχῆς οὔσης τοῦ ζωτικοῦ, ἡ ἀρτηρία τὸ ἀγγεῖον τοῦ πνεύματος· συνιόντα δὲ ἀλλήλοις τὰς παρ' ἀλλήλων ὠφελείας καρποῦνται. ἡ μὲν γὰρ φλὲψ τροφὴν χορηγεῖ τῷ νεύρῳ καὶ τῇ ἀρτηρίᾳ· ἡ δὲ ἀρτηρία μεταδίδωσι τῇ φλεβὶ θερμασίας φυσικῆς καὶ πνεύματος ζωτικοῦ. ὅθεν οὔτε ἀρτηρίαν ἐςὶν εὑρεῖν χωρὶς αἵματος λεπτοῦ, οὔτε φλέβα χωρὶς πνεύματος ἀτμώδους· διαςέλλεται δὲ

CAPUT XXIV.

De Pulsibus.

PUlsuum motus, qui vitalis facultas dicitur, initium habet a corde, & maxime a sinistro ejus ventriculo, qui spirabilis appellatur, & innatum vitalemque calorem omni parti corporis per arterias, ut jecur alimentum per venas, impertit. Nam E concalefacto corde contra naturam, statim totum animal contra naturam calefit, & refrigerato refrigeratur. Nam spiritus vitalis, ab eo per arterias in totum corpus dispergitur. Plerumque autem inter se hæc tria simul finduntur, vena, arteria, nervus: e tribus initiis quæ animal gubernant, profecta. E cerebro, principio movendi & sentiendi nervus. E jecore, principio sanguinis, & alentis facultatis, vena, vas sanguinis. E corde, principio vitalis facultatis, arteria, vas spiritus. Cum autem hæc coeunt, mutuis inter se commodis fruuntur. Vena enim pastum suppeditat nervo & arteriæ. Arteria, venæ calorem naturalem & spiritum vitalem impertit. Unde neque arteria inveniri potest sine tenui sanguine, neque vena sine spiritu, qui ad vaporis naturam accedat. Deducitur autem vehementer, & contrahitur arteria, har-

σφοδρῶς καὶ συςέλλεται ἡ ἀρτηρία καθ᾽ ἁρμονίαν τινὰ καὶ λόγον, τὴν ἀρχὴν ἔχουσα τῆς κινήσεως ἐκ τῆς καρδίας. ἀλλὰ διαςελλομένη μὲν ἐκ τῶν παρακειμένων φλεβῶν, ἕλκει τῇ βίᾳ τὸ λεπτὸν αἷμα· ὅπερ ἀναθυμιώμενον τροφὴ γίνεται τῷ ζωτικῷ πνεύματι, συςελλομένη δὲ τὸ αἰθαλῶδες τὸ ἐν αὐτῇ κενοῖ διὰ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἀδήλων πόρων· ὡς διὰ τοῦ στόματος καὶ τῆς ῥινὸς ἡ καρδία τὸ λιγνυῶδες ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς ἐξωθεῖται.

A monia quadam, & ratione, initio motus a corde ſumto. Sed dum diducitur, a proximis venis vi trahit tenuem ſanguinem, cujus reſpiratio fit alimentum ſpiritui vitali. Dum autem contrahitur, quod in ſe fuliginoſi eſt, per totum corpus, & occulta foramina exhaurit: quomodo cor, per os & nares, quidquid fuliginoſi eſt, expirando ſurſum expellit.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κέ.

Περὶ τοῦ γεννητικοῦ καὶ σπερματικοῦ.

ΚΑὶ τὸ γεννητικὸν δὲ τοῦ μέρους ἐστὶ τοῦ μὴ κατηκόου λόγῳ· ἀβουλήτως γὰρ ἐν ταῖς ὀνειρώξεσι προϊέμεν τὴν γονήν. καὶ ἡ ἐπιθυμία δὲ τῆς συνουσίας φυσική· ἄκοντες γὰρ ἐπ᾽ αὐτὴν κινούμεθα. ἡ δὲ πρᾶξις ὁμολογουμένως ἐφ᾽ ἡμῖν καὶ ψυχική· καὶ γὰρ διὰ τῶν καθ᾽ ὁρμὴν ὀργάνων συντελεῖται· καὶ ἀποσχέσθαι τῆς ὁρμῆς καὶ κρατῆσαι ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστιν. ὄργανα δὲ τῆς σπερματικῆς δυνάμεως πρῶται αἱ φλέβες καὶ αἱ ἀρτηρίαι· ἐν ταύταις γὰρ τὸ θορῶδες πρῶτον ὑγρὸν τίκτεται μεταβληθέντος τοῦ αἵματος, καθάπερ ἐν ταῖς τιτθοῖς τὸ γάλα. τροφὴ γὰρ τῶν ἀγγείων τούτων ἐστὶν ὁ χυμὸς οὗτος· καὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἐκ σπέρματος ἡ γένεσις αὐτοῖς ἐστιν. ἐκπέσσουσι μὲν οὖν αἱ ἀρτηρίαι καὶ αἱ φλέβες τὸ αἷμα εἰς τὸ θορῶδες ὑγρὸν, ἵνα τρέφωνται, τὸ δὲ περιττεῦον τῆς τροφῆς αὐτῶν γίνεται [1] γονή. ἀναφέρεται γὰρ πρῶτον μὲν διὰ περιόδου πολλῆς εἰς τὴν κεφαλήν· πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταφέρεται διὰ δύο ἀρτηριῶν. ὅθεν ἐάν τις ἐκτέμῃ τὰς φλέβας τὰς περὶ τὰ ὦτα καὶ τὰς περὶ τὰς παρωτίδας, ἄγονον ποιεῖ τὸ ζῶον. αὗται δὲ αἱ φλέβες καὶ ἀρτηρίαι γίνονται τὸ ἑλικοειδὲς καὶ κιρσοειδὲς πλέγμα παρὰ τὸν ὄσχεον, ἔνθα τὸ θορῶδες ὑγρὸν ἐμπίπτει εἰς ἑκάτερον τῶν διδύμων. μία ἀρτηρία καὶ μία φλὲψ πλήρης σπέρματος, ἐν τούτοις δὲ τελείως ἀποσπερματοῦται· καὶ διὰ τοῦ κιρσοειδοῦς παραστάτου τοῦ μετὰ τοὺς διδύμους ἐκκρίνεται μετὰ πνεύματος, διότι καὶ ἀρτηρία ἐστὶν ἡ πέμπουσα· ὅτι δὲ καὶ ἀπὸ φλεβὸς φέρεται, δῆλόν ἐστιν ἐκ τῆς λαγνείας. ὅταν γὰρ ἐπὶ πολὺ συνουσιάσωσι καὶ καταναλώσωσι τὸν σπερματικὸν καὶ θορώδη χυμὸν, τότε καὶ ὑπὸ τῆς βιαίας ὁλκῆς, αἷμα καθαρὸν ἐκκρίνουσι. καὶ αἱ γυναῖκες δὲ πάντα τὰ αὐτὰ τοῖς ἀνδράσιν ἔχουσι μόρια, ἀλλ᾽ ἔνδον καὶ οὐκ ἔξω. Ἀριστοτέλης μὲν οὖν καὶ Δημόκριτος, οὐδὲν βούλονται συντελεῖν τὸ τῆς γυναικὸς σπέρμα πρὸς γένεσιν τέκνων· τὸ γὰρ προϊέμενον ἐκ τῶν γυναικῶν, ἱδρῶτα τοῦ μορίου μᾶλλον ἢ γονὴν εἶναι βούλονται· Γαληνὸς δὲ καταγινώσκων Ἀριστοτέλη λέγει σπερμαίνειν μὲν τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν μίξιν ἀμφοτέρων τῶν σπερμάτων ποιεῖν τὸ κύημα· διὸ καὶ τὴν συνουσίαν μίξιν λέγεσθαι· οὐ μὴν τελείαν γονὴν ὡς τὴν τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλ᾽ ἔτι ἄπεπτον καὶ ὑγροτέραν. τοιαύτη δὲ οὖσα τῆς γυναικὸς ἡ γονὴ, τροφὴ γίνεται τῆς τοῦ ἀνδρός· ἐξ αὐτῆς δὲ καὶ μέρος τι τοῦ χορίου τοῦ περὶ τὰς κεραίας τῆς μήτρας συμπήγνυται, καὶ ὁ καλούμενος ἀλλαντοειδὴς, δοχεῖον ὢν τῶν περιττωμάτων τοῦ ἐμβρύου. καθ᾽ ἕκαστον δὲ γένος ζώου τότε προσίεται ἡ θήλεια τὸν ἄρρενα, ὅταν δύνηται κυΐσκεσθαι, τὰ τοίνυν ἀεὶ δυνάμενα κυΐσκεσθαι ἀεὶ προσίεται τὴν συνουσίαν, ὡς ἀλεκτορίδες καὶ περιστεραὶ καὶ ἄνθρωποι· ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα κύοντα, τὴν σύνοδον ἀποφεύγει, γυνὴ δὲ ἀεὶ προσδέχεται. αἱ γὰρ

CAPUT XXV.

De generandi aut ſpermatica facultate.

B GEnerandi quoque vis, partis eſt ejus quæ rationi non obtemperat. Nam ſine voluntate noſtra in ſomniis ſemen emittimus; & cupiditas conjunctionis naturalis eſt. Inviti enim ad eam ferimur: quamquam actio ſine controverſia in nobis ſita eſt, & ab anima pendet. Etenim inſtrumentis, quæ appetitioni naturali ſerviunt, conficitur, & abſtinere ab appetitione, eamque comprimere, in nobis eſt poſitum. Inſtrumenta autem ſeminandi facultatis prima, venæ ſunt & arteriæ. In his enim per converſionem ſanguinis, primum humidum, quod ad ſeminis naturam vergit, ut in mammis lac, procreatur. Horum enim vaſorum alimentum hic humor eſt, propterea quod a principio e ſemine
C procreata ſint. Excoquunt igitur arteriæ, & venæ ſanguinem, in humidum, quod ad naturam ſeminis accedit, ut alatur. Atque quod ex earum alimento relinquitur, ſemen fit. Fertur enim primum quidem multa circuitione in caput, deinde a capite per binas venas binaſque arterias delabitur. Quare ſi quis excidat venas, quæ ſunt circa aures, & parotides, animal ſterile reddit, & ineptum ad generandum. Hæ autem venæ & arteriæ evadunt illud tortuoſum, & quod, inſtar varicum eſt, involucrum, quod eſt ad ſcrotum, ubi humidum illud, quod ad ſemen accedit, labitur in utrumque teſtem. Una eſt arteria, unaque vena plena ſeminis, in quibus perfecte ſemen perficitur, & per
D tortuoſum paraſtatem, qui ſecundus teſtis eſt, cum flatu depellitur; quoniam & arteria eſt quæ mittit: ferri autem etiam a vena, libidinoſa petulantia oſtendit. Cum enim diu concubuerint, & id, in quo ſeminis vis ineſt, & genitalem humorem conſumſerint, tum etiam per violentam contentionem parum ſanguinis emittunt. Mulieres quoque omnes eaſdem, quas viri, partes habent, ſed intus, non extra. Ariſtoteles quidem, & Democritus, nihil volunt conferre ſemen mulieris ad procreationem liberorum; quod enim mittitur a mulieribus, ſudorem potius membri, quam ſemen eſſe volunt. Galenus vero damnans Ariſtotelem, ait ſemen emittere mulieres, & mixtionem utriuſque
E ſeminis, fœtum efficere; quare etiam concubitum mixtionem dici: non tamen perfectum ſemen ut viri, ſed adhuc crudum & humidius. Cum autem tale ſit mulieris ſemen, alimentum fit virilis; & ex eo pars quædam chorii ſive membranæ fœtum ambientis, qui ad cornua uteri concreſcit, & quod a farciminis forma ἀλλαντοειδὲς nominatur; quod reliquiarum cibi fœtus dum in utero eſt receptaculum eſt. In unoquoque autem genere animalis, tum femina marem admittit, cum poteſt concipere. Quæ ergo ſemper poſſunt concipere, ſemper conjunctionem admittunt, ut gallinæ, & columbæ, & homo.

1. Γονή· ἀναφέρεται πρῶτον μὲν διὰ περιόδου πολλῆς] Hæc quæ ſequuntur duplici Hippocratis teſtimonio freta ſunt, & quidem nec ſatis firma vel bis affirmanti Coo. Is autem verba hæc habet lib. περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων, fere ſub finem: nec non in lib. περὶ γονῆς, quem tamen Galenus Polybi eſſe ait; ſed fides ſit penes Auctores.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.

ἀλεκτορίδες τῷ καθ' ἑκάστην ἡμέραν σχεδὸν τίκτειν καθ' ἑκάστην σχεδὸν προσίενται τὴν συνουσίαν· αἱ δὲ γυναῖκες ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ αὐτεξούσιον ἔχουσαν, οὕτω καὶ ἐν τῇ συνουσίᾳ τῇ μετὰ τὴν σύλληψιν· τὰ γὰρ ἄλογα τῶν ζώων οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν ἀλλ' ὑπὸ τῆς φύσεως κανονίζεται, καὶ μέτρον καὶ καιρὸν ὡρισμένον δέχεται.

A Sed cetera dum gravida sunt, fugiunt conjunctionem, mulier semper admittit. Nam gallinæ quidem, quod quotidie fere pariant, quotidie fere cum mare congrediuntur. Mulieres autem, ut in ceteris rebus voluntate sunt libera, ita etiam in concubitu post conceptionem. Nam bestiæ non a se ipsis, sed a natura diriguntur, & modus eis tempusque definitum naturæ lege statutum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κϛ´.

Ἄλλη διαίρεσις τῶν διοικουσῶν δυνάμεων τὸ ζῶον.

Διαιροῦσι δὲ καὶ ἄλλως τὰς κατὰ τὸ ζῶον δυνάμεις, καὶ τὰς μὲν λέγουσι ψυχικάς, τὰς δὲ φυσικάς, καὶ τὰς δὲ ζωτικάς. καὶ ψυχικὰς μὲν τὰς κατὰ προαίρεσιν· φυσικὰς δὲ καὶ ζωτικὰς τὰς ἀπροαιρέτους. καὶ εἰσὶ ψυχικαὶ μὲν δύο· ἥ τε καθ' ὁρμὴν κίνησις, καὶ αἴσθησις· τῆς δὲ καθ' ὁρμὴν κινήσεως εἴδη, τό, τε μεταβατικὸν καὶ κινητικὸν τοῦ σώματος παντός, καὶ φωνητικὸν καὶ ἀναπνευστικόν· ἐν ἡμῖν γὰρ ταῦτα καὶ ποιεῖν καὶ μὴ ποιεῖν. φυσικαὶ δὲ καὶ ζωτικαὶ αἱ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ ἑκόντων καὶ ἀκόντων γινόμεναι, ὡς ἡ θρεπτικὴ καὶ σπερματικὴ καὶ αὐξητικὴ φυσικαὶ οὖσαι· καὶ ἡ σφυγμικὴ ζωτικὴ οὖσα. τὰ δὲ ὄργανα τῶν μὲν ἄλλων ἔμπροσθεν εἴρηται· τῆς δὲ κατὰ προαίρεσιν κινήσεως ἐροῦμεν.

CAPUT XXVI.

Alia divisio facultatum quæ animal administrant.

B Partiuntur aliter facultates, quæ in animali sunt, & earum alias animales vocant, alias naturales, alias autem vitales. Animales quidem, quæ sunt ex electione, & consilio. Naturales autem, & vitales, quæ sine electione & consilio sunt. Et sunt animales duæ, loco motiva, qua per se, & cum appetitu agitantur animalia, & sensitiva. Motus porro, quo per se animalia cientur, & cum appetitu species sunt, progrediendi vis ab uno loco in alium, totiusque corporis movendi, & vocis edendæ facultas, & respirandi. In nobis enim est situm hæc facere, & non facere. Naturales & vitales non sunt in nostra potestate positæ, sed velimus nolimus fiunt, ut nutriendi, augendi, & generandi vis, quæ sunt C naturales, & pulsuum quæ vitalis est. Ac ceterorum quidem instrumenta antea diximus: nunc motus ejus, qui ex electione suscipitur, exponemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ´.

Περὶ τῆς καθ' ὁρμὴν ἢ κατὰ προαίρεσιν κινήσεως, ἥτις ἐστὶ τοῦ ὀρεκτικοῦ.

Ἔστιν οὖν τῆς κατὰ προαίρεσιν ἢ καθ' ὁρμὴν κινήσεως ἀρχὴ μὲν ὁ ἐγκέφαλος, καὶ ὁ νωτιαῖος μυελός, ἐγκεφάλου μέρος ὢν καὶ αὐτός, ὄργανα δὲ τὰ ἐκ τούτων πεφυκότα νεῦρα καὶ οἱ σύνδεσμοι καὶ οἱ μύες. οἱ δὲ μύες συνεστήκασιν ἔκ τε σαρκῶν καὶ νευρωδῶν ἰνῶν καὶ τενόντων συμπεπλεγμένων ταῖς τῶν νεύρων ἶσιν. ὅθεν τινὲς ᾠήθησαν αὐτοὺς αἰσθητικοὺς εἶναι διὰ τὴν γενομένην ἐκ τῶν συμπεπλεγμένων αὐτοῖς νεύρων αἴσθησιν. ἔστιν οὖν ὁ τένων σύνθετος ἔκ τε συνδέσμου καὶ νεύρων λεπτῶν. διαφέρει δὲ νεύρου τένων, ὅτι πᾶν μὲν νεῦρον αἰσθητικόν ἐστιν καὶ στρογγύλον καὶ ἁπαλώτερον, καὶ ἀπ' ἐγκεφάλου τὴν ἀρχὴν ἔχει· ὁ δὲ τένων καὶ σκληρότερος καὶ ἐξ ὀστέου καὶ ἀναίσθητος καθ' ἑαυτόν, καὶ ἔσθ' ὅτε πλατύς. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν χεῖρες ἀντιληπτικὸν ὄργανον καὶ πρὸς τὰς τέχνας ἐπιτηδειότατον. ἐὰν γάρ τις ἀφέλῃ τὰς χεῖρας ἢ μόνους τοὺς δακτύλους τῶν χειρῶν, εἰς πάσας σχεδὸν τὰς τέχνας ἀχρηστότατον ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον. διὸ καὶ μόνος ἄνθρωπος, ἐπειδὴ λογικός ἐστι καὶ τεχνῶν δεκτικός, χεῖρας ἔχει παρὰ τοῦ δημιουργοῦ. οἱ δὲ πόδες μεταβατικὸν ὄργανον· τὴν γὰρ κατὰ τόπον κίνησιν διὰ τούτων ποιούμεθα. μόνος δὲ ἄνθρωπος καθέζεται μηδενὸς ἐρείσματος δεόμενος· μόνος γὰρ πρὸς δύο γωνίας ὀρθὰς κάμπτει τὰ σκέλη, κατά τε τὸ ἰσχίον καὶ τὴν ἰγνύαν· τὴν μὲν ἐπὶ τὰ ἔνδον, τὴν δὲ ἐπὶ τὰ ἔξω. ὅσα τοίνυν διὰ νεύρων καὶ μυῶν κινεῖται, ταῦτα πάντα ψυχικά τέ ἐστι καὶ κατὰ προαίρεσιν ἀποτελεῖται· τούτων δὲ καὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τὴν φωνὴν ἐδείξαμεν εἶναι. αὕτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ κατὰ λόγον τῶν τε ψυχικῶν καὶ φυσικῶν ἔργων διάγνωσις. ὁ δὲ δημιουργὸς κατὰ τὴν ἄκραν ἑαυτοῦ προμήθειαν συνέπλεξε τοῖς φυσικοῖς τὰ ψυχικά· καὶ ἀνάπαλιν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἔκκρισις τῶν περιττωμά-

CAPUT XXVII.

De motu quem Animalia per se, aut per electionem suscipiunt, qui ad appetitum pertinet.

Est igitur motus, quem per electionem, aut per se animalia suscipiunt, principium cerebrum, & dorsi medulla: quippe quæ cerebri pars sit. Instrumenta, nervi qui ex his orti sunt, & ligamenD ta, & musculi. Musculi autem constant e carnibus & nervosis fibris, & tendinibus qui cum nervorum fibris complicati sunt. Quare aliqui existimarunt eos sentiendi vim habere, propter sensum qui fit ex nervis qui illis sunt connexi. Itaque tendo e ligamento & tenuibus nervis est compositus. Differt autem a nervo tendo, quod omnis nervus sentiendi vi est præditus, & rotundus, & molliusculus, & a cerebro originem ducit; Tendo vero & durior est, & ex osse, & per se sensus expers, & latus aliquando. Sunt autem manus ad capiendum, & ad artificia exercenda, instrumentum aptissimum. Si quis enim manus, aut solos manuum digitos ademerit, ad omnes fere artes hominem inhabilem redE dit. Idcirco solus homo, quoniam ratione utitur, & in eum artes cadunt, a Deo manibus donatus est. Pedes vero gradiendi sunt instrumentum, quod per eos loco moveamur. Porro autem solus homo sedet nullius adminiculi indigens. Solus enim ad duos angulos rectos crura, & ad coxam & ad poplites flectit, alteros introrsum, alteros extrorsum. Quæ ergo per nervos & musculos moventur, hæc omnia ab anima pendent, & electione fiunt, in quibus & sensus, & vocem numerandam esse ostendimus. Atque hinc animalium, & naturalium operum, probabilis distinctio, & dijudicatio sumenda est. At Deus summa sua providentia, cum naturalibus, animalia opera; & vicissim, cum animalibus operibus, naturalia conjunxit. Quoniam enim ejectio reliquiarum cibi & potionis, expultricis fa-

των τῆς ἀποκριτικῆς ἐστι δυνάμεως, ἢ τις μία τῶν φυσικῶν ἐστι δυνάμεων, ἵνα μὴ ἀπροαιρέτως ἀσχημονῶμεν, ἔνθα οὐ δεῖ καὶ ὅτε οὐ δεῖ καὶ ἐφ' ὧν οὐ δεῖ προϊέμενοι, πυλωρούς τινας ἐπέστησε ταῖς ἐκκρίσεσι τοὺς μῦς, καὶ οὕτως ἐποίησε τὰ τῆς φύσεως ἔργα ψυχικά. τὰς γοῦν ἐκκρίσεις ἐπέχειν διὰ τούτου δυνάμεθα καὶ πολλάκις καὶ ἐπὶ πολύ. καταπέμπεται δὲ τὰ μὲν αἰσθητικὰ καὶ μαλακὰ νεῦρα ἀπό τε τῆς μέσης καὶ τῶν ἔμπροσθεν κοιλιῶν τοῦ ἐγκεφάλου· τὰ δὲ σκληρότερα καὶ κινητικὰ ἀπὸ τῆς ὄπισθεν κοιλίας καὶ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ· σκληρότερα δὲ μᾶλλόν ἐστι τὰ ἐκ τοῦ νωτιαίου, καὶ τούτων δὲ ἔτι μᾶλλον τὰ ἐκ τῶν κάτωθεν μερῶν τοῦ νωτιαίου. ὅσῳ γὰρ πλέον ἀποχωρεῖ τοῦ ἐγκεφάλου ὁ νωτιαῖος, τοσούτῳ πλέον αὐτός τε σκληρότερος γίνεται καὶ τὰ νεῦρα τὰ ἐξ αὐτοῦ φυόμενα. ὥσπερ δὲ τὰς αἰσθήσεις διπλᾶς ἐλάβομεν, οὕτως καὶ τὰς ἐκφύσεις τῶν νεύρων διπλᾶς ἔχομεν, ἕκαστος γὰρ σφόνδυλος τοῦ νωτιαίου συζυγίαν ἐκπέμπει νεύρων· ἧς τὸ μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ σώματος χωρεῖ, ἕτερον δὲ ἐπὶ ἀριστερά. σχεδὸν γὰρ ὅλον ἡμῶν τὸ σῶμα εἰς δύο μεμέρισται, εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερά. οὕτω πόδες καὶ χεῖρες καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ὡς καὶ τῶν αἰσθητηρίων.

cultatis est, quæ una est de naturalibus viribus, ne præter electionem & voluntatem nostram aliquid indecore agamus, si vel ubi non oportet, vel quando non oportet, vel in quibus non oportet, excernamus, janitores quosdam (qui Pylorus & Sphincter passim dicuntur) præfecit depulsionibus musculos, & ita naturæ opera ut animæ essent effecit. Nam hanc ob caussam & sæpe & diu sustinere depulsiones possumus. Demittuntur autem sentientes & molles nervi a medio, & anterioribus ventriculis cerebri. Duriores vero & in quibus movendi vis inest, a postremo ventriculo & dorsi medulla. Sed duriores sunt qui ex dorsi medulla, & in his maxime qui ex inferioribus ejus partibus proficiscuntur. Quo enim magis abscedit a cerebro medulla dorsi, eo cum ipsa fit durior, tum nervi qui ex ea nascuntur. Sicut autem sensus duplices accepimus, sic ortum nervorum duplicem habemus; quæque enim medullæ dorsi vertebra conjugationem nervorum emittit: cujus altera ad dexteram corporis partem tendit, altera ad lævam. Fere enim totum corpus nostrum in duo divisum est, in dextrum & lævum. Sic & pedes & manus, & quodque reliquorum; quemadmodum & instrumenta sentiendi, dextra lævaque accepimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κη'.

Περὶ Ἀναπνοῆς.

ΚΑὶ ἡ ἀναπνοὴ δὲ τῶν ψυχικῶν ἐστιν ἔργον· καὶ γὰρ μῦές εἰσιν οἱ διαστέλλοντες τὸν θώρακα τὸ κυριώτατον τῆς ἀναπνοῆς ὄργανον. καὶ ἡ ἀθρόα καὶ στεναγμώδης ἀναπνοὴ ἐπὶ ταῖς μεγάλαις λύπαις γινομένη, ψυχικὴν δείκνυσι τὴν ἐνέργειαν. ἐφ' ἡμῖν δὲ καὶ αἱ κατὰ τὴν χρείαν τῆς ἀναπνοῆς μεταβολαί. ἀλγοῦντές γάρ τι τῶν ἀναπνευστικῶν μορίων ἢ τῶν συγκινουμένων αὐτοῖς, οἷον τοῦ διαφράγματος ἢ τοῦ ἥπατος, ἢ τοῦ σπληνὸς, ἢ τῆς κοιλίας καὶ τῶν λεπτῶν ἐντέρων καὶ τοῦ κώλου, μικρὸν καὶ πυκνὸν ἀναπνέομεν· μικρὸν μὲν ἵνα μὴ σφοδρότερον πλήττωμεν τὸ ἀλγοῦν μόριον· πυκνὸν δὲ, ἵνα τὸ λεῖψαν κατὰ τὸ μέγεθος ἡ πυκνότης ἀναπληρώσῃ· καὶ γὰρ ὅταν ἀλγῶμεν τὸ σκέλος, ἐπ' ὀλίγον ἐκτείνομεν αὐτὸ βαδίζοντες, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν δι' ἣν καὶ τὴν ἀναπνοήν. ὥσπερ οὖν καὶ τὸ βαδίζειν ψυχικὸν, οὕτω καὶ τὸ τῆς ἀναπνοῆς· ἀλλ' ἡσυχάζοντες μὲν καὶ μὴ βαδίζοντες ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ζῆν δυνάμεθα· τὴν δὲ ἀναπνοὴν οὐδὲ δέκατον ὥρας μέρος ἐπισχεῖν οἷόν τε· καταπνιγόμενον γὰρ τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν ἐκ τῆς αἰθάλης κατασβέννυται, καὶ παραχρῆμα θάνατον ἐπάγει. καὶ γὰρ εἰ φλόγα τις σκεπάσει ἐν ἀγγείῳ τινὶ διαπνοὴν οὐκ ἔχοντι, ἀποσβέσειεν ἂν αὐτὴν καταπνιγεῖσαν ὑπὸ τῆς λιγνύος. διὰ ταύτην οὖν τὴν ἀνάγκην καὶ κοιμωμένων ἡμῶν οὐδὲν ἧττον ἐνεργεῖ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἡ ψυχή· εἰδυῖα ὡς εἰ τὸ βραχύτατον ῥαθυμήσειε, διαφθείρεται τὸ ζῶον. πάλιν οὖν ἐνταῦθα τὸ ψυχικὸν συνεπλάκη τῷ φυσικῷ· δι' ἀρτηριῶν γὰρ ποιεῖται τὴν ἐνέργειαν τῆς ἀναπνοῆς, ὀργάνου φυσικοῦ καὶ ἀεὶ κινουμένου· ἵνα μηδέποτε ἐπιλήπῃ τὸ ἔργον αὐτῆς, ὡς οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀρτηριῶν. ὅθεν τινὲς οὐ συνιέντες, φυσικὴν ἐνόμισαν εἶναι τὴν ἀναπνοήν. τρία δὲ τῆς ἀναπνοῆς ἐστιν αἴτια, χρεία, δύναμις, ὄργανα· χρεία μὲν διττή· φυλακή τε τῆς ἐμφύτου θερμασίας, καὶ θρέψις τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος. ἀλλ' ἡ μὲν φυλακὴ τῆς κατὰ φύσιν θερμότητος διά τε τῆς εἰσπνοῆς καὶ τῆς ἐκπνοῆς συνίσταται· τῆς μὲν εἰσπνοῆς ψυχούσης καὶ μετρίως ἀναρριπιζούσης τὸ θερμόν· τῆς δὲ ἐκπνοῆς τὸ λιγνυῶδες τῆς καρδίας ἐκχεούσης· ἡ δὲ θρέψις τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος διὰ μόνης τῆς ἀναπνοῆς· ἕλκε-

CAPUT XXVIII.


De Respiratione.

RESpiratio etiam inter facultates animales numeratur. Etenim musculi sunt, qui thoracem diducunt, præcipuum respirandi instrumentum. Atque ea respiratio quæ confertim & cum gemitu fit in magnis doloribus, animæ esse opus ostendit. In nostra quoque potestate est, pro eo atque usus postulat, respirationem mutare. Nam dum ex aliqua parte quæ respirandi vim continet laboramus, aut quæ cum aliqua harum partium movetur, ut septo transverso, aut jecore, aut splene, aut ventriculo & tenuibus intestinis & colo, paululum & crebro respiramus. Paululum, ut ne vehementer percutiamus partem eam quæ dolet: Crebro, ut quod defuit magnitudini, crebritate compensetur; etenim cum dolet crus, non multum ipsum inter ambulandum producimus, ob eamdem caussam ob quam & respirationem. Ut ergo incedere a facultate animali est, ita respirare; quamquam ut quiescamus, neque incedamus, diutissime vivere possimus, at respirationem ne decimam quidem horæ partem ut cohibeamus, fieri potest. Nam suffocatur calor qui in nobis est fuligine, ideoque exstinguitur, & confestim interitum affert. Nam si flammam quis tegat in vase aliquo, quod anhelitum non habeat, eam fuligine suffocatam exstinxerit. Itaque necessario etiam dormientibus nobis, nihilominus hac parte anima suo munere fungitur, quod non ignoret, si ad brevissimum tempus cessaverit, animal interiturum. Quare rursus heic animale opus cum naturali conjunctum est. Per arterias enim respirandi officio fungitur, quæ instrumentum naturale est, & semper movetur, ut numquam ejus opus occidat, quemadmodum neque ceterarum arteriarum. Quod aliqui dum non intelligerent, respirationem omnino naturalem esse putaverunt. Tres autem sunt caussæ respirationis, usus, facultas, instrumenta. Usus duplex, conservatio nativi caloris, & spiritus animalis refocillatio. Verum conservatio quidem caloris naturalis, ducendo & emittendo spiritu constat, quod ductus refrigeret, & moderate calorem excitet: emissio fuliginem cordis effundat. Refocillatio autem spiritus ani-

ται γάρ τις ἀέρος μοῖρα κατὰ τὰς διαστολὰς τῆς καρδίας εἰς αὐτήν, δύναμις δὲ ἡ ψυχική. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ κινοῦσα τὰ ὄργανα τῆς ἀναπνοῆς διὰ τῶν μυῶν καὶ πρῶτον τὸν θώρακα, τούτῳ δὲ συγκινεῖται ὁ πνεύμων καὶ αἱ τραχεῖαι ἀρτηρίαι μέρος οὖσαι τοῦ πνεύμονος. τῆς γὰρ τραχείας ἀρτηρίας τὸ μὲν χονδρῶδες τῆς φωνῆς ἐστιν ὄργανον· οἱ δὲ ὑμενώδεις αὐτῆς δεσμοὶ τῆς ἀναπνοῆς· τὰ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τούτων αὐτὴ ἡ ἀρτηρία φωνητικόν τε ἅμα καὶ ἀναπνευστικὸν ὄργανον. ἔστιν οὖν ὁ πνεύμων πλέγμα συγκείμενον ἐκ τεσσάρων, ἔκ τε τῆς τραχείας ἀρτηρίας, καὶ τῆς λείας, καὶ φλεβὸς, καὶ τῆς ἀφρώδους σαρκὸς αὐτοῦ τοῦ πνεύμονος· ἥτις σὰρξ ἀναπληροῖ δίκην στοιβῆς τὰς μεταξὺ χώρας τοῦ πλέγματος, τῶν τε δύο ἀρτηριῶν καὶ τῆς φλεβός· ὥς τε τούτων ἕδραν αὐτὴν καὶ δεσμὸν γενέσθαι· συμπέσσει δὲ ἡ σὰρξ τοῦ πνεύμονος φυσικῶς τὸ πνεῦμα, καθάπερ τὸ ἧπαρ τὸν ἐκ τῆς κοιλίας χυμόν. καὶ διὰ τοῦτο, ὥσπερ τὸ ἧπαρ ἄκροις τοῖς λοβοῖς ἑαυτοῦ περιέχει τὴν γαστέρα θερμασίας δεομένην, οὕτω καὶ ὁ πνεύμων μέσην περιλαμβάνει τὴν καρδίαν δεομένην τῆς ἐκ τῆς ἀναπνοῆς περιψύξεως. συνάπτεται δὲ τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ κατὰ τὸ συνεχὲς ὁ βρόγχος συγκείμενος ἐκ μεγάλων τριῶν χόνδρων· τούτῳ δὲ ὁ λάρυγξ· εἶτα τὸ στόμα καὶ ἡ ῥίς· δι' ἀμφοτέρων γὰρ ἕλκομεν ἔξωθεν τὸν ἀέρα· χωρεῖ δὲ ἐντεῦθεν διὰ τοῦ ἠθμοειδοῦς ἢ σπογγοειδοῦς ὀστοῦ· ὅπερ κατετρήθη, ἵνα ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς ταῖς κατὰ ποιότητα τοῦ ἀέρος μηδὲν ὁ ἐγκέφαλος βλάπτηται, ἀθρόου τοῦ πνεύματος ἐμπίπτοντος εἰς αὐτόν. συνεχρήσατο δὲ καὶ ἐνταῦθα τῇ ῥινὶ πρός τε τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν ὄσφρησιν ὁ δημιουργός, ὡς τῇ γλώττῃ πρός τε τὴν φωνὴν καὶ τὴν γεῦσιν καὶ τὴν διαμάσησιν. τὰ μὲν οὖν κυριώτατα μόρια πρός τε τὴν ὕπαρξιν αὐτὴν καὶ πρὸς τὰς ἀναγκαίας τοῦ βίου χρείας ταῖς ψυχικαῖς συνδιήρηται δυνάμεσιν. εἰ δέ τι καὶ παραλέλειπται, ἐκ τῶν ἤδη λεχθέντων εὐσύνοπτον ἔσται. ὥσπερ δὲ πάντων τῶν γενομένων, τὰ μὲν δι' ἑαυτὰ γέγονε, τὰ δὲ δι' ἑαυτὰ καὶ δι' ἕτερα, τὰ δὲ δι' ἕτερα μόνον, τὰ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς παρυπέστη· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μορίων τοῦ ζώου τὴν αὐτὴν εὑρήσεις ἀκολουθίαν. τὰ μὲν γὰρ εἰρημένα πάντα τῶν τριῶν ἀρχῶν ὄργανα τῶν διοικουσῶν τὸ ζῶον δι' ἑαυτὰ γέγονε. ταῦτα γὰρ προηγουμένως καὶ κατὰ πρῶτον λόγον κατεσκεύασται, ἃ καὶ κατὰ φύσιν κυρίως λέγεται, καὶ ἐν τῇ μήτρᾳ ἐξ αὐτοῦ τοῦ σπέρματος λαμβάνει τὴν γένεσιν· ὡς καὶ τὰ ὀστέα. ἡ δὲ ξανθὴ χολὴ καὶ δι' ἑαυτὴν καὶ δι' ἄλλο· καὶ γὰρ πρὸς πέψιν συντελεῖ καὶ κινεῖ τὴν ἔκκρισιν· καὶ γίνεται κατὰ ταῦτα τρόπον τινὰ τῶν θρεπτικῶν ἕν τι μόριον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ θερμασίαν τινὰ παρέχει τῷ σώματι, καθάπερ ἡ ζωτικὴ δύναμις. τούτων μὲν οὖν ἕνεκα δι' ἑαυτὴν δοκεῖ γεγονέναι. τῷ δὲ καθαίρειν τὸ αἷμα διὰ τοῦτό πως δοκεῖ γεγονέναι· καὶ ὁ σπλὴν δὲ οὐ μικρὰ πρὸς πέψιν συμβάλλεται· ὀξώδης γὰρ ὢν καὶ στρυφνὸς τὴν φύσιν καὶ τὴν ἔκκρισιν τοῦ περιττεύοντος χυμοῦ τοῦ μέλανος εἰς τὴν γαστέρα προχέων, στύφει τε αὐτὴν καὶ τονοῖ, καὶ πρὸς τὰς πέψεις διεγείρει. πρὸς τούτοις δὲ καὶ καθαίρει τὸ ἧπαρ· διὸ καὶ αὐτὸς δοκεῖ πως διὰ τὸ αἷμα γεγονέναι. καὶ οἱ νεφροὶ δὲ τοῦ τε αἵματος καθάρσιοί εἰσι, καὶ τῆς ὀρέξεως τῆς κατὰ τὴν συνουσίαν αἴτιοι· αἱ γὰρ φλέβες, ἃς λέγομεν ἐμπίπτειν εἰς τοὺς διδύμους, διὰ τῶν νεφρῶν διεξέρχονται· κἀκεῖθεν ἀρύονται δριμύτητά τινα τὴν ἐρεθίζουσαν τὴν ὄρεξιν, ὥσπερ καὶ τὸν κνησμὸν ἡ δριμύτης ὑπὸ τὸ δέρμα γενομένη ποιεῖ. ὅσῳ δὲ τῶν διδύμων ἡ σὰρξ ἁπαλωτέρα τοῦ δέρματός ἐστι, τοσούτῳ πλέον ὑπὸ τῆς δριμύτητος δακνόμενοι ἐμμανῆ ποιοῦσι τῆς ἐκκρίσεως τῆς γονῆς τὴν ἐπιθυμίαν. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα τρόπον τινὰ καὶ δι' ἑαυτὰ καὶ δι' ἄλλα γέγονεν· οἱ δὲ ἀδένες καὶ ἡ σὰρξ δι' ἄλλα μόνον. αἱ μὲν γὰρ ἀδένες

A malis, sola respiratione fit: quoniam ad cor per diastolen quædam aeris pars pertrahitur, facultas autem animalis est, quæ respirandi caussam affert. Hæc enim est quæ movet instrumenta respirationis, per musculos, & in primis thoracem, cum quo una movetur pulmo, & asperæ arteriæ quæ sunt pars pulmonis. Nam asperæ arteriæ quæ pars cartilaginosa est, vocis est instrumentum; membranosa autem ipsius ligamenta, respirationis. Quod autem ex his utrisque, hæc ipsa arteria est, vocis simul mittendæ, & respirandi instrumentum. Est ergo pulmo contextum quippiam e quatuor, ex aspera arteria, & lævi, & vena, & spumosa carne pulmonis, quæ caro instar stœbæ explet loca illius B contexti quæ sunt inter duas arterias & venam, ut velut illorum sedes sit, & ligamentum. Concoquit autem naturaliter caro pulmonis spiritum, ut jecur succum e ventre attractum. Et propterea, ut jecur, extremis suis fibris ventrem egentem caloris complectitur, ita pulmo medium cor comprehendit, quod opus habet refrigeratione, quam adfert respiratio. Adhæret vero asperæ arteriæ bronchus, qui ex tribus magnis cartilaginibus conflatus est; broncho guttur: gutturi os, & nares: nam utroque horum extrinsecus aerem ducimus, qui hinc per cribriforme, aut spongiosum os fertur, quod perforatum est, ne ab immoderata aeris qualitate cerebrum lædatur, si confertim spiritus in ipsum C influat. Hic quoque Deus naribus & ad respirationem, & ad odoratum usus est, ut lingua, & ad vocem mittendam, & gustandum, & ad mandendum. Itaque partes hæ maxime necessariæ ad exsistentiam ipsam necnon ad necessarios vitæ usus, facultatibus animalibus una dispertitæ sunt. Quod si vero quid prætermissum est, ex his quæ jam dicta sunt facile perspici poterit: sed ut in omnibus quæ facta sunt, alia sua caussa facta sunt, alia & sua caussa & aliorum, alia aliorum tantum caussa, aliis accidit, ut obiter exsisterent: ita in partibus animalium, eumdem ordinem reperies. Nam omnia illa instrumenta quæ diximus, trium principiorum, quæ animal gubernant, sua caussa generata sunt. D Præcipua enim ratione & primario loco sunt condita, quæ & secundum naturam proprie dicuntur, & in utero ex ipso semine, quemadmodum & ossa oriuntur. Flava autem bilis & per se, & propter aliud constituta est, nam ad concoctionem confert, & depulsionem excrementorum movet: ideoque fit quodammodo una de partibus nutrientibus, quinimo & calorem quemdam præbet corpori, ut vitalis facultas. Ac his quidem de caussis, propter se videtur exstitisse, sed quia sanguinem purgat, sanguinis caussa quodammodo videtur esse facta. Lien etiam non parum ad concoctionem conducit. Cum enim natura sua sit acidus, & acerbus, & emissionem superflui humoris nigri in alvum profundat, con- E stringit eam & firmat, & ad concoctionem excitat. Præterea purgat jecur, & idcirco quodammodo videtur sanguinis gratia esse genitus. Renes etiam sanguinis purgamentum sunt, & commiscendorum corporum libidinem efficiunt. Nam venæ quas dicimus incidere in testes, per renes transeunt, & inde hauriunt acrimoniam quamdam, quæ irritat appetitum, quomodo acrimonia illa quæ sub cute fuerit, pruritum gignit. Quo autem testium caro cute est mollior, eo magis dum ab acrimonia mordentur, insanam pariunt mittendi seminis cupiditatem. Hæc igitur & similia, aliquo modo & propter se, & propter alia facta sunt; glandes autem & caro aliorum gratia tantum. Nam glandes vehiculum sunt, & firmamentum vasorum, ne disrum-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



ἔχημα καὶ στήριγμα τῶν ἀγγείων εἰσὶν, ἵνα μὴ διαῤῥαγῇ μετέωρα φερόμενα ἐν ταῖς βιαίοις κινήσεσιν. ἡ δὲ σὰρξ γέγονε σκέπασμα τῶν ἄλλων μορίων, ἵνα καὶ θέρους ἀναψύχῃ τὸ ζῶον νοτίαν ἔσωθεν ἐκπέμπουσα, καὶ χειμῶνος τὴν τῶν πιλητῶν ἐρίων αὐτοῖς παρέχῃ χρείαν. καὶ τὸ δέρμα δὲ σκέπασμα γέγονε καὶ τῆς ἁπαλῆς σαρκὸς καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν ἔνδοθεν. ἔστι δὲ τὴν φύσιν ἡ σὰρξ ὑπό τε τοῦ περιέχοντος τῶν προσομιλούντων σωμάτων τυλωθεῖσα. τὰ δὲ ὀστᾶ στήριγμα τοῦ παντὸς σώματός ἐστι, καὶ μάλιστα ἡ ῥάχις ἣν καὶ τρόπιν τοῦ ζώου φασὶν εἶναι. οἱ ὄνυχες δὲ, καὶ κοινῇ μὲν πᾶσι τοῖς ἔχουσι παρέχονται χρείαν τὴν τοῦ κνήθεσθαι, καὶ ἰδίαν δὲ παρὰ ταύτην ἄλλην ἄλλῳ. πολλοῖς μὲν γὰρ τῶν ζώων ἀμυντήριον ἐδόθησαν, ὡς τοῖς καμψώνυξι· καί εἰσιν ὥσπερ ὄργανον τοῦ θυμικοῦ· πολλοῖς δὲ ἀμυντήριόν τε ἅμα καὶ στήριγμα τῆς βάσεως, ὡς τοῖς ἵπποις καὶ παντὶ μονώνυχι· καὶ ἀνθρώποις οὐ μόνον πρὸς τὸ κνήθεσθαι καὶ διαφορεῖν τὴν δριμύτητα τοῦ δέρματος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν λεπτῶν ἀντίληψιν, τὰ γὰρ πάνυ λεπτὰ δι' αὐτῶν ἐπαίρομεν· καὶ τοῖς ἄκροις δὲ τῶν δακτύλων ὄπισθεν ἀντιβαίνοντες, στηρίζουσι τὴν λαβὴν αὐτῶν. αἱ δὲ τρίχες κατὰ συμβεβηκὸς παρυπέστησαν· τῶν γὰρ ἀτμῶν τῶν καπνωδεστάτων τῶν ἀναπεμπομένων ἐκ τοῦ σώματος πῆξίν τινα λαμβανόντων, κατὰ συμβεβηκὸς συνίστανται. οὐδὲ ταύτας δὲ παντάπασιν ἀχρήστους ἐποίησεν ὁ δημιουργὸς, ἀλλὰ καί τοι κατὰ συμβεβηκὸς γενομένας εἰς σκέπην τε καὶ κάλλος συντελεῖν τοῖς ζώοις παρεσκεύασε· σκέπην μὲν αἰξὶ καὶ προβάτοις, κόσμον δὲ τοῖς ἀνθρώποις· τισὶ δὲ ζώοις κόσμον τε ἅμα καὶ σκέπην, ὡς τῷ λέοντι.

pantur, dum in violentis motibus sublimia feruntur. Caro tegumentum est facta ceterarum partium, ut & æstate animal refrigeret interiorem humorem emittens, & hieme lanarum constipatarum usum ipsi præbeat. Cutis quoque tegmen est & mollioris carnis, & omnium aliorum quæ intus inclusa sunt. Carnis autem natura, tum ab aere, tum ab iis quæ ad eam se applicant corporibus, callosa est. Ossa vero sunt firmamentum totius corporis, maximeque spina dorsi, quam & carinam animalis esse aiunt. Ungues communiter quidem omnibus in quibus sunt, præbent usum fricandi, præterea alium alii proprium. Multis enim animalibus dati sunt armorum loco, ut iis quæ aduncos ungues habent, & velut instrumentum sunt ejus animæ partis in qua irarum ardor exsistit. Multis & armorum loco & firmandi gressus caussa, ut equis, & omnibus quæ solidam habent ungulam. Hominibus autem dati sunt, non solum ad fricandum, & pellendam cutis acrimoniam, sed etiam ad res tenues & minutas capiendas. Quæ enim admodum sunt exsilia, iis attollimus, & pone summos digitos contra se erigentes eorum comprehensionem firmant. Pilis autem accidit, ut obiter exsisterent. Nam vaporibus, qui fumosissimi e corpore emittuntur, concrescentibus, ex accidenti constituti sunt. Quamquam ne istos quidem Deus omnino inutiles genuit, sed etsi ex accidenti creati sunt, effecit ut animalibus ad tegumentum, & ornamentum conferrent. Tegumentum quidem capris, & ovibus, ornamentum hominibus; quibusdam etiam animalibus & ornamento simul sunt & tegendi usum præbent, ut leoni.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κθ'.

Περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου.

Ἐπειδὴ πολλάκις ἐμνημονεύσαμεν ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου, ἀνάγκη καὶ περὶ τούτων διαλαβεῖν, ἵνα τῆς ἀκριβοῦς αὐτῶν γνώσεως μὴ διασφαλλώμεθα. δεῖ δὲ τὸν μέλλοντα περὶ ἀκουσίου καὶ ἑκουσίου λέγειν, πρότερον ἐκθέσθαι κανόνας τινὰς καὶ γνώμονας, δι' ὧν γνώριμον ἔσται εἴτε ἑκούσιον εἴτε ἀκούσιόν ἐστι τὸ γινόμενον· ἐπεὶ τοίνυν πᾶν ἑκούσιον ἐν πράξει τινί ἐστι, καὶ τὸ νομιζόμενον δὲ ἀκούσιον καὶ αὐτὸ ἐν πράξει ἐστὶ (δειχθήσεται δὲ τοῦτο μετ' οὐ πολὺ) τινὲς δὲ καὶ τὸ ὄντως ἀκούσιον, οὐ μόνον ἐν τῷ πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πράττειν τίθενται· ὁριστέον πρὸ τῶν ἄλλων τί ἐστι πρᾶξις. πρᾶξίς ἐστιν ἐνέργεια λογική. ταῖς δὲ πράξεσιν ἔπαινος ἢ ψόγος ἕπεται· καὶ αἱ μὲν αὐτῶν μεθ' ἡδονῆς, αἱ δὲ μετὰ λύπης πράττονται· καὶ αἱ μέν εἰσιν αἱρεταὶ τῷ πράττοντι, αἱ δὲ φευκταί. καὶ τῶν αἱρετῶν αἱ μὲν ἀεὶ αἱρεταὶ, αἱ δὲ κατά τινα χρόνον· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν φευκτῶν. καὶ πάλιν αἱ μὲν τῶν πράξεων ἐλεοῦνται καὶ συγγνώμης ἀξιοῦνται· αἱ δὲ μισοῦνται καὶ κολάζονται. ἔστωσαν οὖν γνώμονες τοῦ μὲν ἑκουσίου, τὸ πάντως ἐπακολουθεῖν ἔπαινον ἢ ψόγον, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς πράττεσθαι, καὶ τὸ αἱρετὰς εἶναι τὰς πράξεις τοῖς πράττουσιν, ἢ ἀεὶ ἢ τότε ὅταν πράττωνται. τοῦ δὲ ἀκουσίου γνώμονες τὸ συγγνώμης ἀξιοῦσθαι ἢ ἐλέους, καὶ τὸ μετὰ λύπης πράττεσθαι, καὶ τὸ μὴ εἶναι αἱρετάς. τούτων οὕτω διορισθέντων λέγωμεν πρῶτον περὶ ἀκουσίου.

CAPUT XXIX.

De eo quod sponte & invite fit.

Quoniam sæpe ejus quod sponte, & invite fit meminimus, necesse est de his quoque tractare, ne ab exquisita eorum cognitione aberremus. Oportet autem eum qui de invite & sponte facto dicturus est, primum exponere regulas quasdam & rationes, per quas quæque res spontene, an invite agatur, cognosci queat. Quoniam igitur quidquid sponte fit in actione aliqua est, & quod invite existimatur fieri in actione quoque ponitur, (quod paullo post ostendetur) atque etiam aliqui, quod vere invite fit, non solum in patiendo, sed etiam in agendo ponunt; in primis definiendum est, quid sit actio. Actio est muneris alicujus functio cum ratione. Actiones autem, laus, aut vituperatio consequitur; & aliæ ipsarum cum voluptate, aliæ cum dolore transfiguntur: aliæque sunt optabiles ei qui agit, aliæ fugiendæ. Optabilium autem quædam semper sunt optabiles, quædam certo quodam tempore: similiter etiam fugiendarum. Rursus actionum aliis misericordia & venia tribuitur, aliæ in odio sunt, & pœna vindicantur. Sint ergo regulæ cognitionis ejus quod sponte fit, quod omnino laus aut vituperatio comitetur, & cum voluptate agantur, & optabiles sint actiones, iis qui agunt, aut semper, aut tum cum aguntur. Invite autem facti notæ sunt & indices, quod veniam aut misericordiam mereantur, & cum dolore agantur, neque optabiles sint. His ita explicatis, dicamus primum de eo, quod invite fit.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 380.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λ'.

Περὶ ἀκουσίου.

ΤΟῦ ἀκουσίου τὸ μὲν κατὰ βίαν, τὸ δὲ κατ' ἄγνοιάν ἐστι· τῶν τοίνυν κατὰ βίαν ἀκουσίων ἡ ποιητικὴ ἀρχὴ ἔξωθέν ἐστι. ἄλλο γάρ τι τῆς βίας αἴτιόν ἐστι, καὶ οὐχ ἡμεῖς. ὅρος τοίνυν τοῦ κατὰ βίαν ἀκουσίου ἐστίν· οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν μηδὲν συμβαλλομένου κατ' οἰκείαν ὁρμὴν τοῦ βιασθέντος· ἀρχὴ δὲ εἴρηται ἐνταῦθα ἡ ποιητικὴ αἰτία. ζητεῖται δὲ εἰ καὶ ταῦτα ἀκούσιά ἐστιν, οἷον αἱ ἀποβολαὶ τῶν φορτίων ἃς ποιοῦνται οἱ ναῦται χειμῶνι περιπεσόντες· ἢ ὅταν τις αἰσχρὸν πρᾶγμα καταδέξηται παθεῖν ἢ πρᾶξαι ὑπὲρ τοῦ σῶσαι φίλους ἢ πατρίδα; ἐοίκασι δὲ μᾶλλον εἶναι ἑκούσιοι, διὰ τοῦτο γὰρ πρόσκειται τῷ ὅρῳ τὸ, μηδὲν συμβαλλομένου κατ' οἰκείαν ὁρμὴν τοῦ βιασθέντος. ἐπὶ γὰρ τοῖς τοιούτοις ἑκόντες αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν κινοῦσι τὰ ὀργανικὰ μόρια· καὶ οὕτω ῥίπτουσιν εἰς τὴν θάλασσαν τὰ φορτία, ὁμοίως καὶ οἱ αἰσχρόν τι ἢ δεινὸν ὑπομένοντες διὰ μεῖζον καλόν· [1] ὡς Ζήνων ὁ ἀποφαγὼν ἑαυτοῦ τὴν γλῶτταν καὶ ἀποπτύσας Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ, ὑπὲρ τοῦ μηδενὶ αὐτῷ ἐξειπεῖν τὰ ἀπόρρητα· ὁμοίως δὲ καὶ Ἀνάξαρχος ὁ φιλόσοφος ὑπομείνας πτίσσεσθαι ὑπὸ Νικοκρέοντος τοῦ τυράννου, ὑπὲρ τοῦ μὴ προδοῦναι τοὺς φίλους· καθόλου οὖν ὅταν ἢ διὰ φόβον μειζόνων κακῶν ἕληταί τις τὸ ἔλαττον κακὸν, ἢ δι' ἐλπίδα μείζονος καλοῦ καταδέξεταί τις τὸ ἔλαττον καλὸν, ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλως κατορθῶσαι, οὐκ ἀκούσιον ὑπομένει πρᾶξιν ἢ πάθος. ποιεῖ γὰρ κατὰ προαίρεσιν καὶ κατ' ἐκλογήν· καὶ τότε εἰσὶν αἱρεταὶ ὅταν πράττωνται, καθ' ἑαυτὰς οὐκ οὖσαι αἱρεταί. εἰσὶν οὖν μικταὶ ἐξ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου· ἀκουσίου μὲν καθ' ἑαυτὰς, ἑκουσίου δὲ τότε διὰ περίστασιν. ἄνευ γὰρ περιστάσεως οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ταῦτα πρᾶξαι· δηλοῖ δὲ καὶ ὁ ἐπὶ ταῖς τοιαύταις πράξεσι γενόμενος ἔπαινος ἢ ψόγος, ὅτι ἑκούσιαι εἰσὶν, ἀκουσίων γὰρ ἔργων οὐδεὶς ἔπαινος ἢ ψόγος ἔσται. οὐκ ἔστι δὲ ῥᾴδιον διακρῖναι ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετόν. δεῖ δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πρὸ τῶν αἰσχρῶν αἱρεῖσθαι τὰ λυπηρὰ ὡς Σωσάννα καὶ Ἰωσὴφ ἐποίησαν. οὐκ ἀεὶ μέντοι· [2] Ὠριγένης γοῦν διὰ τὸ μὴ περιπεσεῖν τῇ αἰσχύνῃ τῇ τῶν Αἰθιόπων, ἐπιθύσας τοῦ παντὸς ἐξέπεσεν. οὕτως οὐκ ἔστιν εὔκολος ἡ τῶν τοιούτων διάγνωσις. ἔτι δὲ καὶ τούτοις χαλεπώτερόν ἐστι τὸ ἐμμεῖναι τοῖς δόξασιν. οὐ γὰρ ὁμοίως ἐκπλήσσει τὰ δεινὰ προσδοκώμενα καὶ ἐπαγόμενα· ἀλλ' ἐνίοτε κρίναντες ἐξιστάμεθα τῆς κρίσεως ἐν τοῖς δεινοῖς γενόμενοι· ὡς ἐπί τινων συμβέβηκεν ἐν τῷ μαρτυρεῖν. τὴν ἀρχὴν γὰρ καρτερήσαντες, περὶ τὸ τέλος ἐνέδωκαν ἐν τῇ πείρᾳ τῶν χαλεπῶν ἀπομαλακισθέντες. μηδεὶς δὲ νομίσῃ τῆς ἀκολασίας τὴν ἐπιθυμίαν, ἢ τὸν θυμὸν, τῶν ἀκουσίων εἶναι πλημμελημάτων, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα τὴν ἀρχὴν ἔξωθεν ἔχει τὴν ποιητικήν. τότε γὰρ κάλλος τῆς πόρνης ἐξοίστρησεν ἐπὶ τὴν ἀκολασίαν τὸν ἑωρακότα· καὶ ὁ παρο-

CAPUT XXX.

De eo quod invite fit.

QUod invite fit, partim per vim fit, partim per ignorantiam: atque eorum quidem quæ per vim fiunt principium efficiendi extra est. Alia enim quæpiam caussa violentiæ est, non nos. Itaque definitio ejus quod invite per vim suscipitur, est, cujus principium est extra, ut nihil sua voluntate ad actionem conferat is, cui vis infertur. Principium hic pro caussa efficiente dictum est; verum quæritur, an etiam hæc invite fiant, jactus onerum quos nautæ faciunt adversa tempestate, aut cum quis amicorum, aut patriæ conservandæ caussa, rem turpem facit, aut patitur: sed hæc sponte potius fieri videntur: nam idcirco adjectum est ad definitionem, ut nihil ad actionem sua voluntate conferat is cui vis affertur. In hujusmodi enim casibus, ipsi sponte per se movent partes eas quæ instrumenti locum obtinent, atque ita in mare onera dejiciunt. Quod idem accidit iis, qui aliquid quod turpe, aut grave sit majoris boni gratia perpetiuntur; ut Zeno qui suam ipse linguam dentibus præcisam exspuit in Dionysium tyrannum, ne ei, ulla ratione, tacenda & recondita quædam enunciaret. Item Anaxarchus philosophus, qui passus est se contundi a Nicocreonte tyranno, ne amicos proderet. Universe igitur, quando aut metu majorum malorum elegerit quis minus malum, aut spe majoris boni sumserit minus bonum, quod aliter consequi quod vult non possit, non invitus agit, aut patitur. Facit enim voluntate, & soluta eligendi optione; ac optabilia sunt tum cum aguntur, etsi per se non sint optabilia. Sunt ergo ex eo quod sponte & invite fit, mixta & temperata. Invite quidem per se, sponte eo tempore ex circumstantia. Nam sine circumstantia nemo velit hæc agere; sed hæc sponte fieri, laus, aut vituperatio, quæ talibus actionibus tribuuntur, declarent. Nam eorum quæ invite facimus, nulla erit laus, aut vituperatio. Quamquam non est facile discernere, quid cui præoptandum sit. Oportet tamen, ut plurimum, præ turpibus expetere quæ molesta sunt, ut Susanna, & Joseph fecerunt; etsi non semper; nam Origenes, qui ne dedecus, & ignominiam susciperet, quam Æthiopes ostentabant, diis sacra fecit & tota caussa cecidit. Ita hæc dijudicare facile non est. Sed his multo difficilius, manere in eo quod semel decretum sit. Non enim æque terrent res graves, atque difficiles dum exspectantur, atque dum jam premunt: sed accidit interdum, ut cum judicaverimus, & statuerimus aliquid, non stemus in eo quod judicatum sit, cum in ipsis malis versamur, ut quibusdam contigit martyribus. Nam cum initio constanter tolerassent, tamdem succubuere, & in ipso discrimine, & perpessione rerum asperarum fracti sunt. Nemo autem existimet intemperantiæ libidinem, aut iram peccata esse invite suscepta, quod extra principium habeant efficiens. Nam & forma scorti ad intemperantiam, eum qui aspexit, excitavit, & qui irritavit

1. Ὡς Ζήνων ὁ ἀποφαγὼν] Hæc prius desiderata e ms. restituta sunt. At vero historia ista passim occurrit; sed pro ea, quæ in rebus gestis enarrandis intervenire solet, varietate, Dionysii loco Nearchus apud plerosque reponitur: is autem Eleatarum tyrannus fuit, quæ Zenoni patria. Revera de Dionysio tempora male cohærent; nam Zeno antiquior illo annis fere 150 Tertull. autem in *Apologet.* cum nostro consentit: alii autem *Diomedonta*, alii *Demylum*, unus Ammianus Marcellinus *Nicocreontem* adhibet; sed manifesto errore, scilicet ad *Anaxarchi* rem gestam quæ statim sequitur respiciens. Nec mirum; duæ enim istæ historiæ, apud omnes fere scriptores tamquam geminæ, simul solent procedere.

2. Ὠριγένης] Origenis lapsus iste miserandus plane videtur, quia novo flagitii genere, castitatis & continentiæ studio cecidit: quique in *Decii* persecutione omnem ærumnarum faciem invictus sustinuit, δεσμὰ καὶ βασάνους, τάς τε ὑπὸ σιδηρῷ κλοιῷ καὶ μυχοῖς εἱρκτῆς τιμωρίας, ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις τοὺς πόδας ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου παραταθεὶς διαστήματα κατατεινόμενος, πυρός τε ἀπειλάς &c. Euseb. lib. 6. cap. 89. Inauditum prius tormentum, molles amplexus, & meretricia blandimenta ferre non potuit: sed si vera dicere liceat, omnino credere par est, hæc utcumque etiam apud Epiphanium *Hæres.* 64. habeantur, Origeni per calumniam imputata. Rationes certe Baronius in Ann. Christi 253. reddit minime contemnendas. — Vide prorsus Huetium in *Origenianis* lib. 1. cap. IV. n. IV.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 380.

ξωύκς ἐκίνησε τὸν θυμόν. εἰ γὰρ καὶ τὴν ἀρχὴν ἔξωθεν ἔχουσιν, ἀλλ' αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν καὶ τῶν ὀργανικῶν μορίων ἐνεργοῦσι· καὶ οὐχ ὑποπίπτουσι τῷ ὅρῳ τοῦ ἀκουσίου· ὁπότε καὶ τῆς ἀρχῆς τὴν αἰτίαν ἑαυτοῖς παρέχονται διὰ φαύλην ἀγωγὴν, ὑπὸ τῶν παθῶν ῥᾳδίως αἰχμαλωτιζόμενοι. ψέγονται γοῦν οἱ ταῦτα πράττοντες ὡς ἑκούσιον κακὸν ὑπομένοντες· ὅτι δὲ ἑκούσιόν ἐστι δῆλον· ἥδονται γὰρ ἐπὶ τῇ πράξει· τὸ δὲ ἀκούσιον λυπηρὸν ἐδείχθη. περὶ μὲν οὖν τοῦ βίᾳ ἀκουσίου ταῦτα· περὶ δὲ τοῦ δι' ἄγνοιαν εἰπεῖν ὑπολέλειπται.

A iram commovit. Etſi enim principium efficiens habent extra, ipſi tamen per ſe, & partes eas quæ inſtrumenti loco ſunt, agunt: neque ſub definitionem ejus, quod invite geritur, cadunt, quando principii cauſſam ſibi ipſis præbent, quod propter malam inſtitutionem, perturbationibus facile ſuccumbant. Nam vituperantur qui hæc agunt, ut qui malum ſua ſponte contraxerint. Eſſe autem ſponte contractum, conſtat ex eo quod actione delectantur. At vero quod inviti facimus, moleſtum eſſe oſtendimus. De eo ergo quod inviti per vim agimus, hæc ſint expoſita. Reliquum eſt, ut de eo quod per ignorationem eſt dicamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λα'.

Περὶ τοῦ δι' ἄγνοιαν ἀκουσίου.

B

CAPUT XXXI.

De eo quod invite per ignorationem fit.

ΠΟλλὰ πράττομεν δι' ἄγνοιαν ἐφ' οἷς μετὰ πρᾶξιν χαίρομεν, ὡς ὅταν τις ἄκων μὲν ἐχθρὸν φονεύσῃ, χαίρει δὲ ἐπὶ τῷ φόνῳ. ταῦτ' οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα καλοῦσιν οὐχ ἑκούσια, οὐ μέντοι καὶ ἀκούσια· καὶ πάλιν πράττομέν τινα δι' ἄγνοιαν, καὶ ἐπὶ τοῖς γινομένοις λυπούμεθα· ταῦτα ἐκάλεσαν ἀκούσια ὅσοις πραχθεῖσιν ἐπακολουθεῖ λύπη. τῶν οὖν δι' ἄγνοιαν δύο ἐστὶν εἴδη· ἓν μὲν τὸ οὐχ ἑκούσιον, ἕτερον δὲ τὸ ἀκούσιον. πρόκειται δὲ νῦν εἰπεῖν περὶ τοῦ ἀκουσίου μόνου. τὸ γὰρ οὐχ ἑκούσιον τοῖς ἑκουσίοις μᾶλλον ὑπάγεται, μικτὸν ὑπάρχον· τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν ἀκούσιον ἔχει, τὸ δὲ τέλος ἑκούσιον· ἐξ ἀποβάσεως γὰρ ἑκούσιον γέγονε τὸ ἀκούσιον, διὸ καὶ οὕτως ὁρίζονται τὸ ἀκούσιον. ἀκούσιόν ἐστι τὸ πρὸς τῷ μὴ ἑκούσιον εἶναι, ἐπίλυπόν ἐστι καὶ ἐν μεταμελείᾳ. πάλιν ἄλλο μέν ἐστι δι' ἄγνοιάν τι ποιεῖν, ἄλλο δὲ ἀγνοοῦντα. ἐὰν γὰρ ἐφ' ἡμῖν ᾖ τῆς ἀγνοίας τὸ αἴτιον, ἀγνοοῦντες μὲν ποιοῦμεν, οὐ δι' ἄγνοιαν δέ· ὁ γὰρ μεθύων καὶ θυμούμενος καὶ ποιῶν τι φαῦλον, ὁ μὲν τὴν μέθην, ὁ δὲ τὴν ὀργὴν αἰτίαν ἔχει τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων, ἅπερ ἑκούσια ἦν· ἐξῆν γὰρ αὐτῷ μὴ μεθυσθῆναι. αὐτὸς οὖν ἑαυτῷ τῆς ἀγνοίας γέγονεν αἴτιος. ταῦτα οὖν οὐ δι' ἄγνοιαν λέγεται ποιεῖν, ἀλλ' ἀγνοοῦντα πράττειν. ἅπερ οὐκ ἔστιν ἀκούσια, ἀλλ' ἑκούσια. διὸ καὶ ψέγονται παρὰ τῶν χρηστῶν οἱ ταῦτα πράττοντες· εἰ γὰρ μὴ ἐμεθύσθη, οὐκ ἂν ἐποίησεν· ἑκὼν δὲ ἐμεθύσθη, ἑκὼν ἄρα ταῦτα ἐποίησε. δι' ἄγνοιαν δὲ ταῦτα πράττομεν, ὅταν μὴ αὐτοὶ παρέχωμεν τὴν αἰτίαν τῆς ἀγνοίας, ἀλλ' οὕτως συνέβη· οἷον ἐν τῷ τόπῳ τις τῷ συνήθει τοξεύων, τὸν πατέρα παριόντα κατὰ τύχην βαλὼν ἀπέκτεινεν. ἐκ τῶν εἰρημένων οὖν ἀποδείκνυται ὅτι οὐχ ὁ ἀγνοῶν τὰ συμφέροντα, οὐδ' ὁ νομίζων εἶναι τὰ φαῦλα χρηστὰ, πάθος ἀκούσιον ὑπομένει· τῆς γὰρ αὐτοῦ μοχθηρίας ἐστὶν ἡ ἄγνοια· ψέγεται γοῦν καὶ οὗτος· τῶν δὲ ἑκουσίων ὁ ψόγος. οὐκ ἄρα τῶν καθόλου καὶ γενικῶν ἢ τῶν κατὰ προαίρεσιν ἀκούσιός ἐστιν ἡ ἄγνοια· ἀλλὰ τῶν ἐν μέρει. τὰ μὲν γὰρ καθ' ἕκαστα ἄκοντες, τὰ δὲ καθόλου ἑκόντες ἀγνοοῦμεν. τούτων οὕτω διωρισμένων ἑξῆς ῥητέον, ποῖά ἐστι τὰ καθ' ἕκαστα. ταῦτα δέ ἐστι ἃ καλεῖται παρὰ τοῖς ῥήτορσι περιστατικὰ μόρια, τίς, τίνα, τί, τίνι, ποῦ, πότε, πῶς, διατί, οἷον πρόσωπον, πρᾶγμα, ὄργανον, τόπος, χρόνος, τρόπος, αἰτία· πρόσωπον μὲν τὸ ποιοῦν ἢ περὶ τίνα ἡ πρᾶξις, οἷον εἰ πατέρα υἱὸς ἐτύπτησεν ἀγνοῶν· πρᾶγμα δὲ αὐτὸ τὸ πραχθὲν, εἰ ῥαπίσαι θέλων ἐτύφλωσεν· ὄργανον δὲ, εἰ λίθον ἠκόντισεν νομίσας εἶναι κίσσηριν· τόπος δὲ εἰ ἐν τῷ περικλᾶν στενωπὸν, ἔκρουσεν ἀγνοῶν τὸν ἀπαντήσαντα· χρόνος δὲ, εἰ ἐν νυκτὶ νομίσας πολέμιον

MUlta agimus per inſcientiam, ex quibus poſt actionem voluptatem capimus, ut cum quis invitus inimicum interfecerit, cæde tamen ejus delectatur. Hæc & id genus alia vocant non ſponte ſuſcepta, non tamen etiam invite. Item agimus quædam per inſcientiam, quæ facta moleſtiam afferant: hæc vocarunt invite facta, quæ perpetrata dolor conſequitur. Eorum ergo quæ fiunt per ignorantiam duæ ſunt ſpecies, una non ſponte factum, altera invite. Nunc propoſitum eſt, de eo tantum quod C invite fit, dicere. Nam quod non ſponte eſt geſtum magis reducitur ad id quod ſponte eſt factum, cum ſit mixtum. Nam ſi principium ſpectes, invite fit; ſi finem, ſponte. Nam quod invite ſuſcipiebatur, exitus fecit ut ſponte factum videatur. Quare quod invite fit, definiunt etiam ſic, Invite factum eſt, quod præterquam quod ſponte non eſt ſuſceptum, dolorem etiam & pœnitendi cauſſam affert. Præterea aliud eſt per inſcientiam aliquid facere, aliud inſcientem. Si enim in noſtra poteſtate fuerit inſcientiæ cauſſa, inſcientes quidem facimus, non tamen per inſcientiam. Nam vinolentus, & iratus quiſpiam, ſi quid faciat improbe, alter ebrietatem, alter iram cauſſam habet eorum quæ facit, quæ ſponte ſuſcepta D ſunt: licebat enim illi non ebrium fieri. Ipſi ergo ſibi ignorantiæ cauſſa eſt. Itaque hæc non per inſcientiam dicitur facere, ſed inſciens agere: quæ non invite ſed ſponte fiunt. Quocirca etiam reprehenduntur a viris bonis, qui hæc agunt. Si enim non fuiſſet ebrius factus, non feciſſet; ſponte autem ebrius eſt factus, ſponte ergo fecit. Per inſcientiam autem ea facimus, cum ipſi non præbuerimus cauſſam inſcientiæ, ſed ita caſus tulerit: ut in loco conſueto quiſpiam ſagittam mittens, patrem caſu prætereuntem interfecit. Ex his ergo quæ diximus demonſtratur, eum qui ignorat quæ ſunt utilia, quique mala eſſe bona opinatur, invite non agere. Nam illa inſcientia ex ejus improbitate proficiſcitur; itaque iſte E vituperatur. Vituperatio porro, non niſi eorum eſt quæ ſponte commiſſa ſunt. Non ergo rerum univerſarum, & generalium, aut earum quæ fiunt ex electione ignorantia eſt invite ſuſcepta, ſed ſingularum. Nam ſingula inviti, univerſa ſponte ignoramus. His itaque ſic explicatis, dicendum eſt quæ ſint ſingula. Hæc autem ſunt quæ vocantur a rhetoribus circumſtantiæ, quis, quem, quid, quo, ubi, quando, quomodo, quamobrem; ut perſona, factum, inſtrumentum, locus, tempus, modus, cauſſa. Perſona quidem, qui facit, aut in quem eſt actio, ut ſi patrem filius inſciens percuſſerit. Factum, illud ipſum quod actum eſt, ſi quis cui colaphum impingere voluerit, eum cæcavit. Inſtrumentum, ſi lapidem jecit, quod putarat eſſe pumicem. Locus, ſi dum in angiportum flectit, eum qui occurrerit inſciens pulſaverit. Tempus, ſi noctu arbitratus hoſtem, amicum

τὸν φίλον ἐφόνευσεν· τρόπος δὲ, εἰ πλήξας ἠρέμα καὶ A μὴ ῥαγδαίως ἐφόνευσεν, ἐγνόησε γὰρ εἰ πληγεὶς ἠρέμα τελευτήσει· αἰτία δὲ, εἰ ὁ μὲν ἔδωκε φάρμακον ὡς ὑγιάζον, ἀπέθανε δὲ ὁ λαβὼν τὸ φάρμακον εὑρεθὲν δηλητήριον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἅμα πάντα οὐδ᾽ ἂν μαινόμενός τις ἀγνοήσειεν· ὁ δὲ τὰ πλεῖστα τούτων ἢ κυριώτερα ἀγνοήσας, οὗτος δι᾽ ἄγνοιαν πεποίηκε· κυριώτερα δέ ἐστιν ἐν τούτοις τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τί τὸ πραττόμενον· τουτέστιν ἡ αἰτία καὶ τὸ πρᾶγμα.

A occiderit. Modus, si leviter ac non magna vi percussum interemit. Ignoravit enim leviter percussum interiturum. Caussa, si quis medicamentum cuipiam veluti sanaturus dederit, eum vero qui eo medicamento usus est, mors consecuta sit, quod venenum esse deprehensum sit. Sed hæc quidem omnia, ne insanus quidem ignoraverit. Qui vero plurima horum, aut potissima nesciverit, per inscientiam fecit. Sunt autem potissima in his, cujus gratia, & quod agitur, id est caussa & factum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λβ′.

Περὶ τοῦ ἑκουσίου.

Τοῦ ἀκουσίου ὄντος διττοῦ, τοῦ τε δι᾽ ἄγνοιαν καὶ τοῦ κατὰ βίαν, τὸ ἑκούσιον ἀμφοτέροις ἀντίκειται. ἔστι γὰρ τὸ μὴ μετὰ βίας, μήτε δι᾽ ἄγνοιαν γινόμενον. καὶ ἔστι οὐ βίᾳ μὲν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς· οὐ δι᾽ ἄγνοιαν δὲ, εἰ μὴ τῶν καθ᾽ ἕκαστά τι εἴη ἀγνοούμενον, δι᾽ ὧν καὶ ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. συνθέντες οὖν ἑκάτερον ὁριζόμεθα τὸ ἑκούσιον, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, εἰδότι τὰ καθ᾽ ἕκαστα, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. ζητεῖται δὲ εἰ τὰ φύσει γινόμενα ἑκούσιά ἐστιν; οἷον ἡ πέψις καὶ ἡ αὔξησις. δείκνυται δὲ ταῦτα μήτε ἑκούσια μήτε ἀκούσια· τὸ γὰρ ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον ἐν τοῖς ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστιν· ἡ δὲ πέψις καὶ ἡ αὔξησις οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν. ὅθεν εἰ καὶ τὰ καθ᾽ ἕκαστα ἀγνοοῦμεν τῷ μὴ ἐφ᾽ ἡμῖν αὐτὰ εἶναι, οὔτε ἑκούσιά ἐστιν, οὔτε ἀκούσια. τὰ δὲ διὰ θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν ἐδείχθη ἑκούσια· καὶ γὰρ κατορθούμενα ἐπαινεῖται, καὶ ἁμαρτανόμενα ψέγεται ἢ μισεῖται· καὶ ἡδονὴ καὶ λύπη αὐτοῖς ἐπακολουθεῖ, καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς ἐστιν· ἐν αὐτοῖς γὰρ ἦν τὸ μὴ ὑπὸ τῶν παθῶν ῥᾳδίως ἁλίσκεσθαι· διὰ γὰρ τῶν ἐθῶν τὰ τοιαῦτα κατορθοῦται. ἄλλως τε, εἰ ταῦτα ἀκούσια, οὐδὲν τῶν ἀλόγων ζώων ἑκουσίως τι πράττει, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰ παιδία. νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. ὁρῶμεν γὰρ ἑκουσίως αὐτὰ ἐπὶ τὴν τροφὴν ἐρχόμενα καὶ οὔτε βίᾳ· αὐτὰ γάρ ἐστι τὰ δὲ ἑαυτῶν ὁρμῶντα· οὔτε δὴ ἀγνοοῦντα, τὴν γὰρ τροφὴν οὐκ ἀγνοεῖ· θεωρήσαντα γοῦν τροφὴν ἥδεται, καὶ ὡς ἐπὶ πρᾶγμα γνώριμον ὁρμᾷ, καὶ ἀποτυγχάνοντα λυπεῖται. ἑκουσίου δὲ γνώμονες, ἐπιτυγχάνοντος μὲν ἡδονὴ, ἀποτυγχάνοντος δὲ λύπη· ἐξ ὧν δῆλον ὡς ἑκούσιον ἔχει τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὸν θυμόν· καὶ γὰρ ὁ θυμὸς μεθ᾽ ἡδονῆς γίνεται. καὶ ἄλλως, ἐάν τις τὰ διὰ θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν ἑκούσια μὴ λέγοι, ἀναιρεῖ τὰς ἠθικὰς ἀρετάς· ἐν μεσότητι γὰρ αὗται τῶν παθῶν εἰσιν. εἰ δὲ ἀκούσια τὰ πάθη, ἀκούσιοι καὶ αἱ πράξεις αἱ κατὰ τὰς ἀρετάς· καὶ γὰρ αὗται κατὰ πάθος γίνονται. οὐδεὶς δὲ τὸ κατὰ λογισμὸν καὶ προαίρεσιν καὶ δι᾽ οἰκείαν ὁρμὴν καὶ ἔφεσιν μετὰ τοῦ γνωρίζειν τὰ καθ᾽ ἕκαστα, ἀκούσιον λέγει· ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς, ἑκούσια ἄρα. ἐπεὶ δὲ πολλαχοῦ τῆς προαιρέσεως ἐμνημονεύσαμεν, καὶ τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν, διαληπτέον καὶ περὶ προαιρέσεως.

CAPUT XXXII.

De eo quod sponte fit.

B Cum quod invite committitur, duplex sit, per inscientiam, & per vim: quod sponte committitur, utrique opponitur. Sponte enim committitur, quod neque per vim neque per inscientiam fit. Atque id quidem non per vim fit, cujus principium in ipsis est. Non per ignorantiam vero, si quippiam rerum singularum ignoratum non fuerit, per quæ & in quibus est actio. Utroque igitur juncto ad alterum, definivimus sponte factum, cujus principium in ipso est, sciente singula in quibus est actio. Quæritur autem an quæ natura fiunt, sponte fiant, ut concoctio & accretio. Sed hæc neque sponte, neque invite fieri ostenduntur. Nam quod C invite & sponte fit ex iis numeratur quæ in nobis sunt posita; at vero concoctio & accretio in nobis sita non sunt. Unde etiam evenit, ut si singula ignoremus, quod ea non sint in nostra potestate, neque sponte neque invite facere dicamur. Quæ vero per iram, & cupiditatem fiunt, sponte fieri demonstravimus. Etenim si recte fiunt laudantur, sin secus, vituperantur, aut odio habentur. Voluptas etiam, & dolor, ea consequitur, & principium in ipsis est. In ipsis enim erat, ut non facile perturbationibus succumberent. Nam talia per consuetudinem, ad rectum statum deducuntur. Præterea si illa invite fiunt, neque bestia ulla sponte quid facit, nec infantes. Nunc non ita se habet. Videmus enim illa D sponte ad alimenta accedere, & neque per vim, per se enim ea moventur; neque per inscientiam, quoniam alimentum non ignorant: nam ubi cibum conspexerint, voluptate afficiuntur, & velut ad rem notam feruntur, molestiamque capiunt si non assequantur. Atqui ejus quod sponte suscipitur, si quod propositum est obtineatur, indicium est voluptas; sin minus, ægritudo; quæ declarant cupiditatem & iram spontaneum in se continere: nam ira non sine voluptate fit. Præterea si quis neget sponte admitti, quæ fiunt per iram, & cupiditatem; virtutes morales tollit: hæ enim in medio sunt perturbationum. Quod si vero perturbationes ab invitis suscipiuntur, etiam actiones quæ sunt virtutibus conE gruentes, ab invitis administrantur; eas enim cum perturbatione exsequimur. Nemo autem quod secundum rationem, & electionem, & motum internum, & appetitionem fit, una cum cognitione singulorum, invite fieri dicit. Ostensum etiam est principium in ipsis esse, sponte ergo fieri dicendum est. Quoniam autem multis in locis, electionis, quæ Græcis προαίρεσις est, mentionem fecimus; itemque ejus quod in nobis est situm, etiam de electione tractandum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λγ′.

Περὶ Προαιρέσεως.

Τί ἄρα ἐστὶν ἡ προαίρεσις; ἄρα τὸ ἑκούσιον; ἐπειδὴ πᾶν τὸ κατὰ προαίρεσιν καὶ ἑκούσιόν ἐστιν. ἀλλ᾽ οὐκ ἀντιστρέφει, ὅπερ ἐγένετο ἂν, εἰ ταὐτὸν ἦν ἑκούσιον καὶ προαίρεσις· νῦν δὲ ἐπὶ πλέον διέ-

CAPUT XXXIII.

De Electione.

Quid ergo est electio? An quod sponte fit, quoniam quidquid ex electione fit, etiam sponte fit? Sed non sunt convertibilia; quod fieret, si idem esset sponte factum & electio. Nunc vero la-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.

ἐκομεν τὸ ἑκούσιον. πᾶσα μὲν γὰρ προαίρεσις ἑκούσιος· οὐ πᾶν δὲ τὸ ἑκούσιον ἐν προαιρέσει· καὶ γὰρ τὰ παιδία καὶ τὰ ἄλογα ἑκουσίως μὲν ποιεῖ, οὐ μὴν καὶ προαιρούμενα· καὶ ὅσα μὲν διὰ θυμὸν πράττομεν μὴ βουλευσάμενοι ταῦτα, ἑκουσίως μὲν ποιοῦμεν, οὐ μὴν κατὰ προαίρεσιν, ἀλλὰ καὶ ὁ φίλος ἡμῖν ἐξαίφνης ἐπέστη· ἑκουσίως μὲν ὡς ἥδεσθαι· οὐ μὴν δὲ προαιρουμένοις. καὶ ὁ θησαυρὸν ἀπροσδοκήτως εὑρὼν, ἑκουσίως μὲν ἑρμαίῳ περιέτυχεν, οὐ προαιρουμένως δέ. ἐκ πάντων οὖν συνάγεται τὸ μὴ ταὐτὸν εἶναι τὸ ἑκούσιον τῇ προαιρέσει. ἆρ' οὖν ὄρεξίς ἐστιν ἡ προαίρεσις; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο· διαιρεῖται γὰρ ἡ ὄρεξις εἰς τρία, εἰς ἐπιθυμίαν καὶ θυμὸν καὶ βούλησιν· ἀλλ' ὅτι μὲν οὔτε θυμὸς οὔτε ἐπιθυμία ἐστὶ ἡ προαίρεσις, B φανερὸν ἐκ τοῦ μὴ εἶναι κοινωνίαν τοῖς ἀνθρώποις πρὸς τὰ ἄλογα κατὰ προαίρεσιν, ἀλλὰ κατ' ἐπιθυμίαν καὶ θυμόν. εἰ γὰρ κατὰ ταῦτα μὲν κοινωνοῦμεν, κατὰ δὲ προαίρεσιν διαφέρομεν, δῆλον ὡς ἄλλο μέν τι προαίρεσις, ἄλλο δὲ θυμὸς καὶ ἐπιθυμία. δείκνυσι δὲ καὶ ὁ ἀκρατὴς κρατούμενος μὲν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ πράττων ταύτην μὴ μέντοι καὶ κατὰ προαίρεσιν. ἀντιβαίνει γὰρ ἐπ' αὐτοῦ ἡ προαίρεσις τῇ ἐπιθυμίᾳ. εἰ δὲ ταὐτὸν ἦσαν, οὐκ ἐμάχοντο· καὶ ὁ ἐγκρατὴς δὲ πράττων κατὰ προαίρεσιν οὐ πράττει κατ' ἐπιθυμίαν. ὅτι δὲ οὔτε βούλησίς ἐστιν ἡ προαίρεσις, δῆλον ἐντεῦθεν. οὐ πᾶσιν οἷς ἁρμόζει τὸ προαιρεῖσθαι τούτοις ἁρμόζει καὶ τὸ βούλεσθαι. φαμὲν γὰρ βούλεσθαι ὑγιαίνειν, προαιρεῖσθαι C δὲ ὑγιαίνειν οὐδεὶς ἂν εἴποι· καὶ βούλεσθαι πλουτεῖν, οὐκ ἔτι δὲ καὶ προαιρεῖσθαι πλουτεῖν λέγεται. ἔτι τὸ μὲν βούλεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων τάττεται· τὸ δὲ προαιρεῖσθαι ἐπὶ μόνων τῶν ἐφ' ἡμῖν· οὕτω γοῦν φαμεν, βούλομαι ἀθάνατος γενέσθαι, προαιροῦμαι δὲ γενέσθαι, οὔ φαμεν. ἡ μὲν γὰρ βούλησις τοῦ τέλους ἐστίν· ἡ δὲ προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος, κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἣν ἔχει τὸ βουλητὸν πρὸς τὸ βουλευτόν. βουλητὸν μὲν γὰρ τὸ τέλος· βουλευτὰ δὲ τὰ πρὸς τὸ τέλος. ἔτι ταῦτα μόνα προαιρούμεθα, ἃ δι' ἡμᾶς οἰόμεθα δύνασθαι γενέσθαι, βουλόμεθα δὲ καὶ τὰ μὴ δι' ἡμῶν οἷά τε γενέσθαι· ὡς τὸ νικῆσαί τινα στρατηγόν. ὅτι μὲν οὖν οὔτε θυμὸς, οὔτε ἐπιθυμία, οὔτε βούλησίς ἐστιν ἡ προαίρεσις, αὐτάρκως ἀποδέδεικται· D ὅτι δὲ οὐ δόξα, δῆλον γίνεται καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἀποδείξεων, καὶ δι' ἑτέρων· ἡ γὰρ δόξα οὐ μόνον τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀϊδίων. ἔτι δὲ δόξαν μὲν ἀληθῆ λέγομεν καὶ ψευδῆ· προαίρεσιν δὲ οὐ λέγομεν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ· καὶ ἡ μὲν δόξα τῶν καθόλου· ἡ δὲ προαίρεσις τῶν καθ' ἕκαστα· περὶ γὰρ τῶν πρακτῶν ἡ προαίρεσις· ταῦτα δὲ τὰ καθ' ἕκαστα. ἀλλ' οὐδὲ βούλευσίς ἐστιν ἡ προαίρεσις, εἴτουν βουλή· βούλευσις μὲν γάρ ἐστι ζήτησις περὶ τῶν αὐτῶν πρακτῶν· προαιρετὸν δὲ τὸ ἐκ τῆς βουλεύσεως προκριθέν. δῆλον οὖν ὅτι ἡ μὲν βούλευσις ἐπὶ τοῖς ἔτι ζητουμένοις, ἡ δὲ προαίρεσις ἐπὶ τοῖς ἤδη προκεκριμένοις, τί μὲν οὖν οὐκ ἔστι ἡ προαίρεσις, εἴρηται· τί δέ ἐστιν, εἴπωμεν. E ἔστιν οὖν μικτόν τι ἐκ βουλῆς, καὶ κρίσεως, καὶ ὀρέξεως· καὶ οὔτε ὄρεξις καθ' ἑαυτὴν, οὔτε βουλὴ μόνη, ἀλλ' ἐκ τούτων τὸ συγκείμενον. ὡς γὰρ λέγομεν τὸ ζῶον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συγκεῖσθαι· μήτε δὲ σῶμα εἶναι καθ' ἑαυτὸ τὸ ζῶον, μήτε ψυχὴν μόνην, ἀλλὰ τὸ συναμφότερον, οὕτω καὶ τὴν προαίρεσιν. ὅτι μὲν οὖν βουλή τίς ἐστι καὶ βούλευσις μετ' ἐπικρίσεως, εἰ καὶ μὴ αὐτὸ βουλὴ, φανερὸν καὶ ἐκ τῆς ἐτυμολογίας. προαιρετὸν γάρ ἐστι τὸ ἕτερον πρὸ ἑτέρου αἱρετόν. οὐδεὶς δὲ προκρίνει τι μὴ βουλευσάμενος· οὐ δὲ αἱρεῖται μὴ κρίνας. ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντα τὰ δόξαντα ἡμῖν καλῶς ἔχειν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν προθυμούμε-

A tius patere deprehendimus quod ſponte fit. Omnis enim electio ſponte ſuſcipitur, non etiam quidquid ſponte ſuſcipitur, electio eſt. Nam pueri & beſtiæ ſponte quidem faciunt, non tamen eligentes. Et quæcumque per iram non deliberate facimus, ſponte facimus, ex electione non item: amicus etiam quiſpiam nobis repente advenit, ſponte quidem, quoniam gaudemus, non tamen ut qui elegerimus. Et qui præter exſpectationem theſaurum invenerit, ſponte lucrum, nec opinatum nactus eſt, non tamen ex electione. Itaque ex omnibus iſtis concluditur, non idem valere ſponte factum, & electionem. An igitur appetitus eſt electio? At ne hoc quidem verum eſt. Dividitur enim appetitus in B tria, cupiditatem, iram, & voluptatem. Electionem autem neque iram, neque cupiditatem eſſe ex eo clarum eſt, quod homines cum beſtiis nihil habent commune in electione, ſed in ira, & cupiditate. Si enim iſtis duobus convenimus cum beſtiis, electione differimus, aliud eſſe electionem, aliud iram, & cupiditatem, perſpicuum eſt. Oſtendit idem incontinens, qui dedit ſe cupiditati, & ex ea agit, non etiam ex electione. Nam in illo electio cupiditati adverſatur. Quod ſi idem eſſent, non utique altera cum altera pugnaret. Et continens etiam qui agit ex electione, ex cupiditate non agit. Jam vero non eſſe voluntatem hinc intelligitur. Non in omnibus in quibus eligere, etiam velle apte dicitur. Dicimus enim C velle nos bonam valetudinem; eligere autem bonam valetudinem nemo dicat. Velle item opulentum eſſe dicitur, eligere vero opulentum eſſe, non dicitur. Præterea velle etiam in iis quæ fieri non poſſunt, ponitur: eligere in his ſolum, quæ in noſtra ſunt poteſtate. Ita enim loquimur, volo immortalis eſſe: at nemo hoc modo, eligo immortalis eſſe. Voluntas enim finis ipſius eſt; electio eorum, quæ ad finem pertinent: ſecundum eamdem nimirum analogiam, quam habet id quod ſub voluntatem cadit, ad id quod ſub conſultationem. Nam ſub voluntatem cadit finis: ſub conſultationem, quæ ad finem referuntur. Præterea ea ſola eligimus, quæ per nos putamus poſſe fieri; volumus autem etiam ea, D quæ per nos fieri non poſſunt, ut ducem quempiam victoria potiri. Non eſſe ergo iram neque cupiditatem, neque voluntatem, electionem, abunde probatum eſt. Non eſſe autem opinionem, cum his iiſdem rationibus, tum etiam aliis demonſtratur. Nam opinio non ſolum eſt rerum, quæ in nobis ſunt ſitæ, ſed etiam æternarum. Præterea opinionem veram dicimus & falſam; electionem veram & falſam non dicimus. Et opinio quidem rerum eſt univerſarum, electio ſingularum. Nam in iis quæ ſub actionem cadunt, electio eſt; cadunt autem ſub actionem res ſingulæ. Neque item conſultatio eſt electio, ſive conſilium. Nam conſultatio de rebus cuique agendis, quæſtio eſt: eligi vero di- E citur, quod per conſultationem antepoſitum eſt. Quare planum fit conſultationem eſſe in his quæ adhuc acquiruntur; electionem in iis, quæ jam ſunt antepoſita. Quid ergo non ſit electio, ante dictum eſt: nunc quid ſic dicamus. Eſt igitur, mixtum quid ex conſilio, & judicio, & appetitu, & neque appetitus per ſe, neque conſilium tantum, ſed quiddam ex his compoſitum. Ut enim dicimus animal ex corpore & anima conſtare, neque tamen animal corpus eſſe, neque animam ſolum, ſed quod ex utroque; ſic etiam electionem. Eſſe ergo conſilium quoddam, & conſultationem cum approbatione, etſi non ſit ipſum conſilium, vis nominis ſignificat. Nam eligitur id quod præ alio legitur. Nemo autem anteponit quid, niſi prius conſultarit; neque eligit, niſi judicarit. Quoniam autem non omnia, quæ probata ſunt, exſequi ſtudemus, tum electio eſt & eligi dicitur, quod conſilio antepoſi-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.

θαι, τότε προαίρεσις καὶ προαιρετὸν γίνεται τὸ προκριθὲν ἐκ τῆς βουλῆς, ὅταν προσλάβῃ τὴν ὄρεξιν. ἀναγκαίως οὖν ἡ προαίρεσις περὶ ταῦτά ἐστι περὶ ἃ καὶ ἡ βουλή· συνάγεται δὴ ἐκ τούτων προαίρεσιν εἶναι ὄρεξιν βουλευτικὴν τῶν ἐφ' ἡμῖν, ἢ βούλευσιν ὀρεκτικὴν τῶν ἐφ' ἡμῖν· τοῦ γὰρ προκριθέντος ἐκ τῆς βουλῆς ἐφιέμεθα προαιρούμενοι. ἐπειδὴ δὲ τὴν προαίρεσιν ἔφαμεν περὶ ταῦτα εἶναι, περὶ ἃ καὶ ἡ βουλὴ, διασαφήσωμεν περὶ τίνα καταγίνεται ἡ βουλὴ, καὶ περὶ τίνων βουλευόμεθα.

A tum eſt, cum deliberatio appetitum aſſumſerit. Neceſſario ergo electio in iis verſatur, in quibus & conſilium. Itaque ex his efficitur, electionem eſſe appetitum cum conſultatione junctum, earum rerum quæ in noſtra ſunt poteſtate; vel conſultationem cum appetitu conjunctam earum rerum quæ in nobis ſunt ſitæ. Nam id quod antepoſitum eſt, per conſultationem, cum electione concupiſcimus. Sed quia electionem diximus in illis verſari in quibus & conſilium, declaremus in quibus verſetur conſilium, & de quibus rebus conſultemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λδ'.

Περὶ τίνων βουλευόμεθα.

B

Πρὶν εἰπεῖν περὶ τίνων βουλευόμεθα, βέλτιον διορίσαι, τίνι διαφέρει βουλὴ ζητήσεως. οὐ γὰρ ταὐτόν ἐστι βουλὴ καὶ ζήτησις, εἰ καὶ ὁ βουλευόμενος ζητῶν τι βουλεύεται· ἀλλὰ πολὺ διαφέρει. ζητοῦμεν γὰρ εἰ μείζων ἐστὶ τῆς γῆς ὁ ἥλιος· οὐδεὶς δὲ λέγει βουλεύομαι εἰ μείζων ἐστὶ τῆς γῆς ὁ ἥλιος, ἔστι γὰρ ἡ ζήτησις γένος τῆς βουλῆς· καὶ γὰρ ἐπὶ πλέον λέγεται. πᾶσα μὲν γὰρ βουλὴ ζήτησίς τίς ἐστιν· οὐ πᾶσα δὲ ζήτησις βουλή. δέδεικται δὲ τοῦτο. τὸ δὲ σκέπτεσθαι, ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ βουλεύεσθαι λέγομεν, ὡς σκέπτομαι εἰ δεῖ πλεῦσαι· ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ κατανοεῖν, ὡς σκέπτομαι τὰ μαθήματα, οὐ βουλεύομαι τὰ μαθήματα. ταρασσόμεθα δὲ πολλάκις ἀδιακρίτως ἀκούοντες τῶν ὀνομάτων, νομίζοντες ταὐτὸν τὰ μὴ ταὐτόν. τῆς οὖν διαφορᾶς τούτων φανερᾶς γενομένης, ῥητέον λοιπὸν περὶ τίνων βουλευόμεθα. βουλευόμεθα οὖν περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν καὶ δυναμένων γενέσθαι, καὶ ἄδηλον ἐχόντων τὸ τέλος· τουτέστι δι' ἡμῶν δυναμένων καὶ οὕτως καὶ ἄλλως γενέσθαι. τὸ μὲν οὖν, ἐφ' ἡμῖν, εἴρηται, ἐπειδὴ περὶ τῶν πρακτῶν μόνων βουλευόμεθα· ταῦτα γὰρ ἐφ' ἡμῖν. οὐ γὰρ περὶ τῆς θεωρητικῆς καλουμένης φιλοσοφίας βουλευόμεθα. οὔτε γὰρ περὶ Θεοῦ οὔτε περὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης γινομένων· ἐξ ἀνάγκης δὲ λέγω τὰ ἀεὶ ὡσαύτως γινόμενα, οἷον τοῦ κύκλου τοῦ ἐνιαυτοῦ, οὔτε περὶ τῶν οὐκ ἀεὶ μὲν ὄντων· ἀεὶ δὲ ὁμοίως γινομένων, οἷον δύσεως καὶ ἀνατολῆς ἡλίου, οὔτε περὶ τῶν φύσει μὲν, οὐκ ἀεὶ δὲ ὁμοίως γινομένων ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον· οἷον περὶ τοῦ πολιοῦσθαι τὸν ἑξηκονταέτη ἢ γενειάσκειν τὸν εἰκοσαετῆ· ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν φύσει μὲν, ἄλλοτε δὲ ἄλλως ἀορίστως γινομένων, οἷον περὶ ὄμβρων, περὶ αὐχμῶν, ἢ χαλάζης· ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀπὸ τύχης γίνεσθαι λεγομένων, ἅπερ ἐστὶ τῶν ἐπ' ἔλαττον ἐνδεχομένων. διὰ ταῦτα μὲν οὖν τὸ ἐφ' ἡμῖν εἴρηται ἐπειδὴ περὶ τῶν πρακτῶν· τὸ δὲ δι' ἡμῶν, ἐπειδήπερ οὐ περὶ πάντων ἀνθρώπων, οὐδὲ περὶ παντὸς πράγματος βουλευόμεθα, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν γινομένων μόνων. οὐ γὰρ βουλευόμεθα, πῶς οἱ πολέμιοι ἢ οἱ μακρὰν ἀπῳκισμένοι καλῶς πολιτεύοιντο· καίτοι τοῦτο παρ' ἐκείνοις βουλευτόν ἐστιν. ἀλλ' οὐδὲ περὶ πάντων τῶν δι' ἡμῶν γινομένων, καὶ ἐφ' ἡμῖν ὄντων βουλευόμεθα. ἀλλὰ δεῖ προσκεῖσθαι καὶ τὸ ἄδηλον ἐχόντων τὸ τέλος· ἐὰν γὰρ ᾖ φανερὸν καὶ ὁμολογούμενον, οὐκ ἔτι βουλευόμεθα· οὔτε γὰρ περὶ τῶν κατ' ἐπιστήμην ἢ τέχνην ἔργων ἢ πράξεων ἡ βουλή· ὡρισμένοι γὰρ τούτων οἱ λόγοι πλὴν ὀλίγων τεχνῶν τῶν καλουμένων στοχαστικῶν· οἷον ἰατρικῆς, καὶ γυμναστικῆς, καὶ κυβερνητικῆς. οὐ περὶ τούτων γὰρ βουλευόμεθα μόνον, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν μὲν καὶ δι' ἡμῶν, ἄδηλον δὲ τὸ τέλος ἐχόντων καὶ δυναμένων καὶ οὕτως καὶ ἄλλως πραχθῆναι. ἐδείχθη δὲ ὡς οὐδὲ περὶ τοῦ τέλους, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὸ τέλος ἡ βουλή· βουλευόμεθα γὰρ οὐ πλουτῆ-

CAPUT XXXIV.

De quibus rebus conſultemus.

Antequam de quibus rebus conſultemus exponamus, rectius eſt explicare, quo conſilium a quæſtione differat; non enim idem ſunt, conſilium & quæſtio, etſi qui conſultat, quærens aliquid conſultat; ſed multum inter ſe differunt. Quærimus enim, an major ſol terra ſit: Nemo autem dicit, conſultare ſe, an ſit major ſol terra. Eſt enim quæſtio genus conſultationis: Etenim latius patet: omnis enim conſultatio quæſtio quædam eſt; non omnis autem quæſtio conſultatio. Atque hoc quidem demonſtratum eſt. Conſiderare autem aliquando pro conſultare dicimus, ut conſulto an navigandum ſit:
C aliquando pro meditari, ut conſidero diſciplinas; non conſulto diſciplinas. Turbamur autem ſæpe, dum hæc nomina indiſtincte accipimus, idemque eſſe quod non eſt idem arbitramur. Horum itaque differentia cum ſit perſpicua, reſtat ut dicamus, de quibus rebus conſultemus. Conſultamus ergo de iis, quæ in nobis ſunt poſita, & per nos fieri poſſunt, & exitum habent incertum, id eſt, quæ ſic, & aliter noſtra opera evenire poſſunt. Dictum eſt de iis, quæ in nobis ſunt poſita, quod de iis ſolis conſultemus, quæ ſub actionem cadunt. Hæc enim in nobis ſita ſunt. Non enim de philoſophia ſpeculativa deliberamus. Nam neque de Deo neque de iis quæ fiunt neceſſario, deliberatio ſuſcipitur, id
D eſt, de iis quæ ſemper eodem modo fiunt, ut circulo anni, neque de iis, quæ quidem non ſemper ſunt, ſed ſemper eodem modo fiunt, ut occaſu, ortuque ſolis: neque de iis, quæ natura quidem fiunt, non tamen ſemper eodem modo, ſed ut plurimum, ut de canitie ſexagenarii; aut, ut is, qui viginti ſit annos natus, primam barbam emittat; neque item de iis, quæ natura quidem, ſed alias aliter indefinite fiunt, ut de imbribus, de ſqualloribus, de grandine; neque poſtremo de his, quæ fortuito fieri dicuntur, quæ in iis ſunt, quæ raro contingunt. Quamobrem dictum eſt, de iis quæ in nobis ſita ſunt: ſiquidem de rebus agendis; hoc vero a nobis: Nam non de omnibus hominibus, ne-
E que de qualibet re conſultatio inſtituitur, ſed de iis tantum quæ in noſtra ſunt poteſtate. Non enim deliberamus, quo modo hoſtes, aut remotæ a nobis gentes recte rempublicam adminiſtrent, etſi hoc apud illos in conſultationem veniat. At neque de omnibus quæ per nos geruntur, & in nobis ſita ſunt, conſultamus; ſed adjici oportet; iis, quorum exitus incertus eſt. Nam ſi res plana ſit, de eaque conſtat, non conſultamus. Neque enim de operibus, aut actionibus, quæ ſcientia, aut arte inſtituta ſunt, deliberatio eſt. Harum enim rationes terminatæ ſunt, exceptis paucis artibus, quæ conjectura continentur, ut medendi, corporis exercendi, & gubernandi. Non enim de illis tantum conſultamus, ſed de iis, quæ cum in nobis ſint, & per nos gerantur, tum incertum habent eventum, & ſic, & aliter agi poſſunt. Oſtenſum porro eſt, neque de fine, ſed de his quæ ad finem referuntur, conſul-

σαι, ἀλλ' ὅπως καὶ δι' ὧν πλουτήσωμεν. συνελόντι A δὲ εἰπεῖν περὶ τούτων μόνων βουλευόμεθα, περὶ τῶν ἐπίσης ἐνδεχομένων· καὶ περὶ τούτων δεῖ διαλαβεῖν ἵνα μηδὲν ἐκλίπῃ τῷ λόγῳ πρὸς σαφήνειαν. δυνάμεις λέγονται, καθ' ἃς δυνάμεθά τι ποιεῖν· παντὸς γὰρ οὗ ποιοῦμεν δύναμιν ἔχομεν· ὧν δὲ δύναμιν οὐκ ἔχομεν, τούτων οὐδὲ τὰς πράξεις. ἔχεται οὖν ἡ μὲν πρᾶξις, δυνάμεως, ἡ δὲ δύναμις, οὐσίας· ἥτε γὰρ πρᾶξις ἀπὸ δυνάμεως, καὶ ἡ δύναμις ἀπὸ τῆς οὐσίας, καὶ ἐν οὐσίᾳ. τρία οὖν ταῦτά ἐστιν, ὡς ἔφαμεν, ἀλλήλων ἐχόμενα, δυνάμενον, δύναμις, δυνατόν· δυνάμενον μὲν ἡ οὐσία· δύναμις δὲ ἀφ' ἧς ἔχομεν τὸ δύνασθαι· δυνατὸν δὲ τὸ κατὰ δύναμιν πεφυκὸς γενέσθαι. τῶν δὲ δυνατῶν τὰ μέν ἐστιν ἀναγκαῖα, τὰ δὲ ἐνδεχόμενα· ἀναγκαῖα μὲν ἅπερ ἀδύνατον κωλυθῆναι, ἢ ὧν καὶ τὸ ἀντικείμενον ἀδύνατόν ἐστιν· ἐνδεχόμενον δὲ τὸ δυνάμενον κωλυθῆναι, ἢ ὧν καὶ τὸ ἀντικείμενον δυνατόν ἐστι· B οἷον ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀναπνεῖν ἄνθρωπον ζῶντα· τούτου καὶ τὸ ἀντικείμενον ἀδύνατόν ἐστι, τὸ μὴ ἀναπνεῖν ζῶντα· ἐνδεχόμενον δὲ, τὸ σήμερον ὄμβρον γενέσθαι· ἀλλὰ καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ δυνατὸν, τὸ μὴ γενέσθαι σήμερον ὄμβρον. πάλιν δὲ τοῦ ἐνδεχομένου τὰ μὲν ὡς ἐπὶ πολὺ λέγεται, τὰ δὲ ὡς ἐπ' ἔλαττον, τὰ δὲ ὡς ἐπίσης. ἐπὶ πολὺ μὲν, ὡς τὸν ἑξηκοντούτην πολιοῦσθαι· ἐπ' ἔλαττον δὲ, ὡς τινὰ ἑξηκονταετῆ μὴ πολιοῦσθαι· ἐπίσης δὲ, τὸ περιπατῆσαι καὶ μὴ περιπατῆσαι, καὶ ἁπλῶς πρᾶξαί τι καὶ μὴ πρᾶξαι. περὶ τούτων οὖν τῶν ἐπίσης ἐνδεχομένων μόνον βουλευόμεθα· ἔστι δὲ ἐπίσης ἐνδεχόμενον, ὃ αὐτό τε δυνάμεθα καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ· εἰ γὰρ μὴ ἀμφότερα ἐδυνάμεθα αὐτό τε καὶ τὸ C ἀντικείμενον, οὐκ ἂν ἐβουλευόμεθα. οὔτε γὰρ περὶ τῶν ὁμολογουμένων, οὔτε περὶ τῶν ἀδυνάτων τις βουλεύεται· εἰ δὲ τὸ ἕτερον μόνον τῶν ἀντικειμένων ἐδυνάμεθα, τοῦτο μὲν ἦν ὁμολογούμενον καὶ οὐδαμῶς ἀμφίβολον· τὸ δὲ ἀντικείμενον, ἀδύνατον.

A tationem esse. Consultamus enim non ut divites simus, sed quomodo, & qua via ad opes simus perventuri. Atque ut summatim dicam, de his tantum consultamus, quæ in utramque partem æque contingunt. De quibus etiam hoc loco tractandum est, ne quid nostra ad perspicuitatem desideret oratio. Facultates dicuntur, per quas aliquid facere possumus. Nam quidquid facimus, ejus facultatem habemus; quorum autem facultatem non habemus, eorum neque actiones. Quare actio cum facultate, facultas cum substantia connectitur. Nam & actio a facultate, & facultas a substantia, & in substantia est. Tria ergo hæc sunt, ut diximus inter se nexa, Quod facultatem habet, Facultas, Quod fieri potest. Quod facultatem habet, substantia: facultas, a qua ut possimus, habemus: quod fieri potest, id B quod ex facultate natura comparatum est, ut efficiatur. Eorum autem quæ fieri possunt, alia sunt necessaria, alia contingentia. Necessaria quidem quæ prohiberi non possunt; aut quorum contrarium fieri nequit. Contingens vero quod prohiberi potest: vel cujus contrarium fieri potest; ut necessarium est, hominem vivum spirare; cujus etiam oppositum, fieri nequit, vivum non spirare; contingens hodie imbrem esse; cujus contrarium quoque fieri potest, hodie non esse imbrem. Rursus contingentium, alia ut plurimum dicuntur, alia raro, alia æque in utramque partem contingere. Ut plurimum quidem, ut sexagenarium canescere: Rarum, ut aliquem sexagenarium non canescere; Æque in utramque C partem, ut, ambulare & non ambulare; & ut uno nomine dicam, agere aliquid, & non agere. De his igitur solis quæ in utramque partem æque contingunt, deliberamus. Dicitur autem in utramque partem æque contingere, quod & ipsum possumus, & ejus contrarium. Si enim utrumque non possemus, cum ipsum, tum ejus contrarium, non sane consultaremus: Neque enim de his quæ certa sunt, neque de his quæ fieri nequeunt, quis deliberat: quod si alterum modo contrariorum possemus, equidem hoc esset certum, & minime ambiguum, ejusque contrarium fieri non posset.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λέ.


Περὶ Εἱμαρμένης.

OI τῇ περιφορᾷ τῶν ἄστρων τὴν αἰτίαν τῶν γε- D νομένων πάντων ἐπιγράφοντες, οὐ μόνον ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ἀπομάχονται, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν πολιτείαν ἄχρηστον ἀποφαίνουσιν. ἄτοποι μὲν γὰρ οἱ νόμοι, περιττὰ δὲ τὰ δικαστήρια κολάζοντα τοὺς ἀναιτίους· παράλογοι δὲ οἱ ψόγοι καὶ οἱ ἔπαινοι· ἀνόνητοι δὲ καὶ αἱ εὐχαὶ, πάντων καθ' εἱμαρμένην γινομένων. ἐξορίζεται δὲ καὶ πρόνοια μετὰ τῆς εὐσεβείας, πρὸς τῷ καὶ τὸν ἄνθρωπον ὄργανον μόνον εὑρίσκεσθαι τῆς ἄνωθεν περιφορᾶς· ὑπὸ ταύτης γὰρ κινεῖσθαι πρὸς τὰς πράξεις οὐ μόνον τὰ μέρη τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς διανοήματα. καὶ ὅλως οἱ ταῦτα λέγοντες, τῷ ἐφ' ἡμῖν συναναιροῦσι, καὶ τὴν τοῦ ἐνδεχομένου φύσιν· καὶ οὕτως οὐδὲν ἄλλο ἢ τῷ παντὶ λυμαίνονται. ἄδικοι E δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ ἀστέρες, τοὺς μὲν μοιχοὺς, τοὺς δὲ φονέας ἀπεργαζόμενοι· καὶ πρόγε τούτων ὁ δημιουργὸς αὐτῶν Θεὸς τὴν αἰτίαν ἀποφέρεται, εἰ τοιαῦτα κατεσκεύασεν, ἃ τῶν κακῶν ἡμῖν τὴν ἐπιφορὰν ἐξ ἀνάγκης ἐπιτίθησιν, ὡς μὴ μόνον ἐπὶ τῆς πολιτείας ἵστασθαι τὴν τούτων ἀτοπίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν μεγίστων κακῶν ἀποφαίνειν αἴτιον τὸν Θεόν· πρὸς τῷ καὶ ἀδύνατον ἀποδείκνυσθαι τὴν ὑπόθεσιν αὐτῶν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὔτε ἀκούειν ἀνασχετὸν, πρόδηλον ἔχοντα τὴν ἀτοπίαν, καὶ βλασφημίαν. οἱ δὲ λέγοντες, ὅτι καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ

CAPUT XXXV.

De Fato.

D Qui astrorum circumvectioni caussam omnium quæ fiunt assignant, non solum communibus notionibus adversantur, sed etiam omnem Reipublicæ administrationem inutilem reddunt. Absurdæ enim leges, supervacanea judicia, quæ ab iis pœnam exigant, in quibus nulla culpa sit. Vituperare quoque, & laudare, nulla ratio est. Nullus etiam usus est precum, si omnia fato administrantur. Ac præterquam quod instrumentum tantum cælestis circumvectionis homo reperitur, etiam exterminatur cum religione providentia. Siquidem a cælorum motibus non solum partes corporis, sed etiam animæ cogitationes, ad agendum impelluntur. denique qui ista differunt, una cum libera volunta- E te, contingentis naturam tollunt; & sic nihil aliud agunt, quam quod universa labefactant. Iniqua etiam ipsa astra, quod alios mœchos, alios homicidas efficiunt; & præ his, architectus eorum Deus si ejusmodi fecit, quæ mala nobis necessario importarent; ut horum absurditas non modo in Republica versetur, sed etiam gravissimorum malorum caussam Deum efficiat. Quin fieri nullo modo potest ut rationibus ostendant suam hypothesin. Verum ista ne aures quidem nostræ ferre debent, quæ perspicue absurda sunt, & de Dei majestate detrahunt. Qui autem utrumque tenent,



καθ᾽ εἱμαρμένην σώζεται (ἑκάστῳ γὰρ τῶν γινομένων δεδόσθαι τι καθ᾽ εἱμαρμένην, ὡς τῷ ὕδατι τὸ ψύχειν, καὶ ἑκάστῳ τῶν φυτῶν τὸ τοιόνδε καρπὸν φέρειν, καὶ τῷ λίθῳ τὸ κατωφερές, καὶ τῷ πυρὶ τὸ ἀνωφερές, οὕτω καὶ τῷ ζώῳ τὸ συγκατατίθεσθαι καὶ ὁρμᾷν· ὅταν δὲ ταύτῃ τῇ ὁρμῇ μηδὲν ἀντιπέσῃ τῶν ἔξωθεν καὶ καθ᾽ εἱμαρμένην, τότε τὸ περιπατεῖν τέλεον ἐφ᾽ ἡμῖν εἶναι, καὶ πάντως περιπατήσομεν) οἱ ταῦτα λέγοντες, εἰσὶ δὲ τῶν Στοϊκῶν Χρύσιππός τε καὶ Φιλοπάτωρ, καὶ ἄλλοι πολλοὶ καὶ λαμπροί, οὐδὲν ἕτερον ἀποδεικνύουσιν, ἢ πάντα καθ᾽ εἱμαρμένην γίνεσθαι. εἰ γὰρ καὶ τὰς ὁρμὰς παρὰ τῆς εἱμαρμένης φασὶν ἡμῖν δεδόσθαι, καὶ ταύτας ποτὲ μὲν ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης ἐμποδίζεσθαι, ποτὲ δὲ μή, δῆλον ὡς πάντα καθ᾽ B εἱμαρμένην γίνεται, καὶ τὰ δοκοῦντα ἐφ᾽ ἡμῖν εἶναι. καὶ πάλιν δὲ τοῖς αὐτοῖς λόγοις χρησόμεθα πρὸς αὐτοὺς δεικνύοντες τῆς δόξης τὴν ἀτοπίαν. εἰ γὰρ τῶν αὐτῶν αἰτίων περιεστηκότων, ὥς φασιν αὐτοί, πᾶσα ἀνάγκη τὰ αὐτὰ γίνεσθαι, καὶ οὐχ οἷόν τε ποτὲ μὲν οὕτως, ποτὲ δὲ ἄλλως γενέσθαι, διὰ τὸ ἐξ αἰῶνος ἀποκεκληρῶσθαι ταῦτα, ἀνάγκη καὶ τὴν ὁρμὴν τὴν τοῦ ζώου πάντῃ τε καὶ πάντως τῶν αὐτῶν αἰτίων περιεστηκότων οὕτως γενέσθαι. εἰ δὲ καὶ ἡ ὁρμὴ ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖ, ποῦ λοιπὸν τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν; ἐλεύθερον γὰρ εἶναι δεῖ τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν, ἦν δ᾽ ἂν ἐλεύθερον, εἰ τῶν αὐτῶν περιεστηκότων, ἐφ᾽ ἡμῖν ἦν τὸ ποτὲ ὁρμᾷν, ποτὲ μὴ ὁρμᾷν· εἰ δὲ ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖ καὶ τὸ ὁρμᾷν, δῆλον C ὡς καθ᾽ εἱμαρμένην καὶ τὰ τῆς ὁρμῆς γενήσεται, εἰ καὶ ὑφ᾽ ἡμῶν γίνεται, καὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν φύσιν καὶ ὁρμὴν καὶ κρίσιν. εἰ γὰρ οἷόν τε ἦν αὐτὴν καὶ μὴ γενέσθαι, ψευδὴς ἂν ἦν ἡ πρότασις ἡ λέγουσα, ὅτι τῶν αὐτῶν περιεστηκότων αἰτίων, ἀνάγκη τὰ αὐτὰ ἕπεσθαι· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀλόγοις καὶ ἐπὶ τοῖς ἀψύχοις εὑρεθήσεται. εἰ γὰρ τὴν ὁρμὴν ἐφ᾽ ἡμῖν τάττουσιν, ὅτι φύσει ταύτην ἔχομεν, τί κωλύει καὶ ἐπὶ τοῦ πυρὸς λέγειν εἶναι τὸ καίειν, ἐπειδὴ φύσει καίει τὸ πῦρ; ὥς που καὶ παρεμφαίνειν ἔοικεν ὁ Φιλοπάτωρ ἐν τῷ περὶ εἱμαρμένης. οὐκ ἄρα τὸ δι᾽ ἡμῶν ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης γινόμενον ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστι. τῷ γὰρ αὐτῷ λόγῳ καὶ ἐπὶ λύρᾳ καὶ αὐλοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ὀρ- D γάνοις καὶ πᾶσιν ἀλόγοις τε καὶ ἀψύχοις ἔσται τι, ὅταν τινὲς δι᾽ αὐτῶν ἐνεργῶσι· τοῦτο δὲ ἄτοπον.

A & in noſtra poteſtate eſſe aliquid, & fato omnia evenire: (omnibus enim quæ fiunt datum eſſe aliquid fatale, ut aquæ, refrigerare; cuique ſtirpi, talem fructum edere; lapidi, deorſum ferri; igni, ſurſum; item animali, aſſentiri, & appetere: & cum huic appetitui nihil rerum externarum, neque fatum obſtiterit, tum ambulationem in nobis perfectam eſſe & prorſus deambulaturos,) qui hæc dicunt, ſunt autem e Stoicis Chryſippus, & Philopater, aliique multi, & nobiles, nihil aliud explicant, quam omnia fato fieri. Si enim & appetitus ajunt nobis datos eſſe fato, eoſque aliquando fato impediri, aliquando non impediri, planum eſt omnia fieri fato, etiam ea, quæ in nobis ſita videntur. Rurſus eiſ- B dem rationibus adverſus eos utemur, & hujus opinionis abſurditatem demonſtrabimus; Si enim iiſdem cauſſis poſitis, ut ajunt ipſi, omnino neceſſe eſt eadem fieri, nec fieri poteſt, ut aliquando ſic, aliquando aliter eveniat, quod illæ ex æterno tempore, præfixæ ſtatutæque ſint neceſſe eſt, & animalis appetitum omni modo, & ex omni parte, iiſdem cauſſis poſitis ita fieri. Quod ſi vero etiam appetitus neceſſario conſequitur, ubi relinquitur quod in noſtra poteſtate eſt? Debet enim eſſe liberum quod in noſtra poteſtate eſt. Eſſet autem liberum, ſi iiſdem poſitis cauſſis, in nobis eſſet aliquando appetere, aliquando refugere: at ſi neceſſario appetitus ſequitur, certe etiam fato fiunt quæ appetitum ſe- C quuntur, etſi a nobis fiunt, & natura noſtra, & appetitu, & judicio. Si enim fieri poſſet, ut appetitus non ſequeretur, falſa eſſet hæc enunciatio; Eiſdem cauſſis poſitis, eadem ſequi neceſſe eſt. In beſtiis & inanimis idem reperietur. Si enim appetitum in noſtra poteſtate ponunt, quoniam natura eum habemus, quid prohibet dicere etiam in ignis poteſtate ſitum eſſe, urere: quoniam natura urit ignis? Quod etiam alicubi oſtendere videtur Philopater, in libro quem de fato conſcripſit. Non ergo quod per nos fato efficitur, in noſtra poteſtate eſt. Nam eadem ratione & in lyræ & in tibiarum & ceterorum inſtrumentorum, omniumque rationis & animæ expertium, poteſtate, aliquid erit poſitum, D cum aliqui iis ad aliquid efficiendum utuntur; quod profecto abſurdum eſt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λϛʹ.

Περὶ τῆς διὰ τῶν ἄστρων εἱμαρμένης.

Πρὸς δὲ τοὺς σοφοὺς τῶν Αἰγυπτίων, λέγοντας ἀληθεύεσθαι μὲν τὴν διὰ τῶν ἄστρων εἱμαρμένην, τρέπεσθαι δὲ αὐτὴν εὐχαῖς καὶ ἀποτροπιασμοῖς, εἶναι γάρ τινας καὶ τούτων αὐτῶν τῶν ἀστέρων θεραπείας τὰς ἐκμειλισσομένας αὐτούς, καὶ ἄλλας τινὰς ὑπερκειμένας δυνάμεις τὰς τρέπειν αὐτοὺς δυναμένας, καὶ διὰ τοῦτο τὰς εὐχὰς καὶ τὰς θεραπείας E τῶν Θεῶν, καὶ τοὺς ἀποτροπιασμοὺς ἐπινενοῆσθαι· ἐροῦμεν ὅτι τῶν ἐνδεχομένων καὶ οὐχὶ τῶν ἀναγκαίων ποιοῦσι τὴν εἱμαρμένην. τὸ δὲ ἐνδεχόμενον, ἀόριστον. τὸ δὴ ἀόριστον, ἄγνωστον. ἀνῄρηται οὖν διὰ τούτων πᾶσα μὲν μαντεία, μάλιστα δὲ ἡ τῶν καλουμένων γενεθλιαλόγων, ἣν αὐτοὶ πρὸ τῶν ἄλλων πρεσβεύουσιν ὡς ἰσχυρόν τι καὶ ἀληθὲς πρᾶγμα. ἐὰν δὲ λέγωσιν, ὅτι τὰ τῶν σχημάτων ἀποτελέσματα πρόδηλα καὶ τοῖς ἐπιστήμοσι γνωρίζεται, ὅταν δὲ τὸ σχῆμα μὴ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν ἀποβαίνῃ, Θεὸς ἐκώλυσεν, ἐροῦμεν ὡς καὶ τοῦτο ἄτοπον· πρῶτον, ὅτι τὴν εὐχὴν μόνην ἐφ᾽ ὑμῖν τίθενται καὶ τὴν θεραπείαν τῶν Θεῶν, ἄλλο δὲ οὐδέν. εἶτα διαμφισβητήσομεν πρὸς αὐτούς, πῶς τῶν ἄλλων πασῶν τῶν ἀνθρωπίνων πράξεών τε καὶ προαιρέσεων ἐν τῇ ποιᾷ σχέσει

CAPUT XXXVI.

De Fato quod in aſtris ponitur.

Adverſus ſapientes Ægyptiorum, qui dicunt veram eſſe ſententiam de fato in aſtris poſito, ſed mutari precibus, & procurationibus: eſſe enim etiam horum ipſorum ſiderum cultus quoſdam, qui ea mitigent, aliaſque ſuperiores quaſdam vires, quæ ea poſſint flectere, ideoque precationes, & deorum E cultus eſſe inſtitutos: reſpondebimus, eos fatum facere rerum contingentium, non neceſſariarum. At contingens infinitum eſt, infinitum autem incognitum. Itaque cum omnis divinatio tollitur, tum maxime eorum, qui prædicant, & notant cujuſque vitam ex natali die, qui dicuntur genethliaci, quam ipſi præ ceteris, ut validam quamdam rem, & veram, commendant. Si dicant figurarum affectiones eſſe perſpicuas, & a peritis cognoſci, verum cum figura non ex propria vi evenerit, Deum prohibuiſſe; etiam hoc abſurdum eſſe, reſpondebimus: primum, quoniam preces ſolas, & deorum cultum, in noſtra poteſtate ſtatuunt, aliud præterea nihil. Tum ambigemus cum eis quomodo cum ceteræ omnes humanæ actiones, & electiones in cujuſdammodi figura aſtrorum ſint ſitæ, ſola precatio in no-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.

τῶν ἄστρων κειμένων, τὸ τῆς εὐχῆς μόνης ἐφ᾽ ἡμῖν A ἐστιν; ἄπορον γὰρ διὰ ποίαν αἰτίαν οὕτως ἔχει τοῦτο, καὶ τίς ἡ ἀνάγκη. ἔπειτα, εἰ τέχνη τίς ἐστι καὶ μέθοδος τῶν ἀποτροπιασμῶν ἡ κωλύουσα τὰ περὶ τῆς εἱμαρμένης, πότερον πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ μέθοδός ἐστιν ἐφικτὴ, ἢ τισὶ μὲν, τισὶ δὲ οὔ· εἰ γὰρ πᾶσιν, οὐδὲν κωλύει τῷ λόγῳ παντάπασιν ἀνατραπῆναι τὴν εἱμαρμένην πάντων μαθόντων τὴν τέχνην τὴν κωλύουσαν αὐτῆς τὰ ἀποτελέσματα. εἰ δὲ τισὶ μέν ἐστιν ἐφικτὴ, τισὶ δὲ οὔ, ποῖος ἄρα καὶ τίς ὁ τοῦτο διορίζων; εἰ μὲν γὰρ αὐτὴ ἡ εἱμαρμένη τοὺς μὲν ποιεῖ θεραπευτὰς τοῦ θείου, τοὺς δὲ οὐ ποιεῖ, εὑρεθήσεται πάλιν ταῦτα πάντα κατὰ τὴν εἱμαρμένην· τὸ γὰρ τῆς εὐχῆς καὶ τῆς θεραπείας οὐ μόνον ἐφ᾽ ἡμῖν οὐκ ἔλαττον νῦν ἀνεφάνη τῆς εἱμαρμένης, ἀλλὰ καὶ B μεῖζον. εἰ δὲ μὴ εἱμαρμένη, ἀλλ᾽ ἕτερόν τι τούτων αἴτιόν ἐστιν, ἐκεῖνο μᾶλλον εἱμαρμένη φανήσεται. ἐν γὰρ τῷ δύνασθαι δι᾽ εὐχῆς κατορθοῦν ἢ μὴ δύνασθαι, τὸ πᾶν τῆς εἱμαρμένης περιέχεται κράτος. τοῖς μὲν γὰρ δυναμένοις, οὐδὲν ἡ εἱμαρμένη, τοῖς δὲ μὴ δυναμένοις, πάντως καθ᾽ εἱμαρμένην. καὶ εὑρεθήσεται τισὶ μὲν ἀνθρώποις πάντα καθ᾽ εἱμαρμένην, τισὶ δὲ οὐδὲν καθ᾽ εἱμαρμένην. καὶ δῆλον ὅτι ὁ τοῦτο ὁρίζων, αὐτός ἐστιν ἡ κυριωτάτη εἱμαρμένη· καὶ οὕτω πάντα πάλιν καθ᾽ εἱμαρμένην εὑρεθήσεται· πρὸς τῷ ἄδικον εἶναι τὸν διανέμοντα, εἴτε δαίμων τις εἴη, εἴτε καὶ ἄλλη τις εἱμαρμένη. οὐ γὰρ πρὸς ἀξίαν νέμει τοῖς ἀνθρώποις τὴν τῆς θεραπείας τῶν θεῶν μέθοδον· τί γὰρ μᾶλλον οὗτος ἄξιος ἢ ἐκεῖνος, C πάντων ὀργάνων ὄντων τῆς εἱμαρμένης, καὶ μηδὲν μηδενὸς ἐξ οἰκείας προθέσεως πράττοντος, μᾶλλον δὲ μὴ προαιρουμένου; ἐν γὰρ τοῖς οὕτω γινομένοις οὐδεὶς οὔτε δίκαιος οὔτε ἄδικος. οὐκοῦν οὔτε ἄξιος οὔτε ἀνάξιός ἐστι χάριτος. ὁ δὲ τοῖς ἴσοις ἄνισα νέμων, ἄδικος.

bis sit posita. Nam dubium est cur hoc ita se habeat, & quæ caussa hanc necessitatem imponat. Deinde si ars quædam est, & doctrina istarum procurationum, quæ fati vim prohibeat, utrum omnes homines hanc doctrinam assequi possunt, an quidam possunt, quidam non possunt: si enim omnes possunt, nihil prohibet hac ratione, quin plane evertatur fatum, cum omnes artem eam quæ fati affectiones prohibet, didicerint. Sin aliqui assequi eam possunt, aliqui non possunt, qualis tandem, aut quis est, qui hoc præscribat? Si enim ipsum fatum alios facit cultores numinis divini, alios non facit, rursum omnia fato fieri invenientur. Nam preces & cultum quæ in nobis sunt non solum non inferiora esse fato, sed etiam superiora jam cognovimus. Si non fatum, sed aliud quippiam horum caussa est, illud potius fatum censebitur. Nam in hoc ipso, quod per precationem recte negotium nostrum agere possumus, aut non possumus, omnis fati vis continetur. Nam in his qui possunt, fatum nihil est; qui non possunt, iis omnia fato eveniunt: & quibusdam hominibus omnia esse fatalia, quibusdam nihil esse fatale, comperiemus. Neque dubium est, quin qui hoc præscribit, ipse verissimum fatum sit, & sic omnia denuo fato fieri deprehendentur. Atque iniquus quis sit, qui hoc distribuit, sive dæmon quis sit, sive aliud fatum quodpiam. Non enim, ut oportuit, colendorum deorum viam hominibus tribuit. Cur enim hic dignior, quam ille, cum omnes sint instrumenta fati, & nihil quisquam agat de sententia sua, immo ne eligat quidem? Nam in his quæ ita fiunt, nemo vel justus, vel iniquus est. Itaque neque dignus, neque indignus beneficio. Qui autem paribus non tribuit paria, iniquus est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λζ΄.

Περὶ τῶν λεγόντων αἵρεσιν τῶν πρακτῶν ἐφ᾽ ἡμῖν εἶναι, τὴν δὲ τῶν αἱρεθέντων ἀπόβασιν ἐπὶ τῇ εἱμαρμένῃ.

Οἱ δὲ λέγοντες τὴν αἵρεσιν τῶν πρακτῶν ἐφ᾽ ἡμῖν D εἶναι· τὴν δὲ τῶν αἱρεθέντων ἀπόβασιν ἐπὶ τῇ εἱμαρμένῃ, εἰσὶ δὲ τῶν Ἑλλήνων οἱ σοφώτατοι, τὸ μέν τι κατορθοῦσι, τὸ δὲ σφάλλονται. τὸ μὲν γὰρ ἐφ᾽ ἡμῖν τιθέναι τὰς αἱρέσεις τῶν πρακτῶν, μὴ πάντως δὲ καὶ τὰς ἀποβάσεις ὀρθότατα λέγουσι· τὸ δὲ τῇ εἱμαρμένῃ περιάπτειν ταύτας, οὐκ ὀρθῶς. ἐλεγχθήσονται γὰρ πρῶτον μὲν, ἀτελῆ ποιοῦντες τὴν εἱμαρμένην, εἰ τὸ μὲν ἔχει, τὸ δὲ οὐκ ἔχει. ἔπειτα παρακολούθημα ποιοῦντες αὐτὴν τῆς ἡμετέρας γνώμης. ταύτῃ γὰρ ἀκολουθεῖν φασι τὰ τῆς εἱμαρμένης ἔργα, καὶ οὕτως εὑρεθήσεται κινουμένη μᾶλλον ὑφ᾽ ἡμῶν, ἢ κινοῦσα ἡμᾶς· καὶ κυριώτερος ὁ ἄνθρωπος τῆς εἱμαρμένης ὁ τυπῶν αὐτὴν διὰ τῆς αἱρέσεως ἑαυτοῦ. διὸ βέλτιον πρόνοιαν λέγειν αἰτίαν τῆς ἐκ- E βάσεως τῶν πραγμάτων. προνοίας γὰρ μᾶλλον τοῦτο ἔργον ἢ εἱμαρμένης. τῆς γὰρ προνοίας ἴδιον τὸ ἑκάστῳ νέμειν κατὰ τὸ ἑκάστου συμφέρον· καὶ διὰ τοῦτο τῶν αἱρεθέντων ἡ ἔκβασις κατὰ τὸ συμφέρον ποτὲ μὲν ἔσται, ποτὲ δὲ οὐκ ἔσται. [1] εἰ δὲ ἡ εἱμαρμένη εἱρμός τις οὖσα αἰτιῶν ἀπαράβατος· οὕτω γὰρ αὐτὴν οἱ Στωϊκοὶ ὁρίζονται, (τουτέστι τάξιν, καὶ ἐπισύνδεσιν ἀπαράλλακτον,) οὐ κατὰ τὸ συμφέρον, ἀλλὰ κατὰ τὴν οἰκείαν κίνησιν καὶ ἀνάγκην ἐπάγει τὰ τέλη· τί δ᾽ ἂν εἴποιεν ἐπὶ τῶν παντελῶς ἠλιθίων καὶ μωρῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἀπροαιρέτων; πότερον καθ᾽ εἱμαρμένην αὐτοῖς τὸ τοιούτους εἶναι πρόσεστιν ἢ οὔ;


CAPUT XXXVII.

De his qui dicunt optionem rerum agendarum in nobis esse, exitum vero rerum quas elegimus in fati potestate.

Qui autem dicunt optionem rerum agendarum in nobis esse, sed rerum quas elegimus eventum in fato, (sunt autem hi Græcorum doctissimi, partim recte ajunt, partim falluntur. Nam quod in nostra potestate ponunt optiones rerum agendarum, non tamen omnino earum exitus, rectissime dicunt: quod vero fato assignent, non recte. Primum enim coarguentur, quod imperfectum faciant fatum, siquidem hoc habeat, illud autem non habet: deinde quod ipsum statuant consequens quiddam ad nostram voluntatem. Nam fati opera consequentia esse dicunt voluntati; atque ita moveri potius a nobis quam movere nos reperietur. Atque etiam homo fato dominantior est, ut qui ipsum sua optione effingat. Quamobrem rectius est dicere, exitus rerum caussam in providentia consistere. Nam providentiæ magis hoc opus est, quam fati. Providentiæ enim proprium est, pro suo cuique commodo, tribuere. Eamque ob caussam exitus electarum rerum, quod utilitatem spectat, aliquando succedet, aliquando non succedet. Quod si fatum, quod fit series quædam caussarum perpetua (ita enim fatum Stoici definiunt, id est, ordinem & connexionem immutabilem) non ad utilitatem cujusque, sed suo motu, & necessitate, exitus affert, quid dicant de omnino stolidis, & stultis eoque ab electione vacuis, utrum fato illis adest, ut tales sint, an non?

1. Ἡ εἱμαρμένη εἱρμός τις αἰτιῶν ἀπαράβατος] Ciceronis verbis *ordo seriesque caussarum, cum caussa caussæ nexa, rem ex se gignit.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.



εἰ γὰρ μὴ καθ' εἱμαρμένην, ἔξω πεσοῦνται τῆς εἱμαρμένης· εἰ δὲ καθ' εἱμαρμένην, ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ τὸ μηδὲ τὴν προαίρεσιν ἐφ' ἡμῖν εἶναι· εἰ γὰρ τὸ ἀπροαίρετον ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ προαιρετόν· καὶ οὕτως ἀναδραμοῦνται πρὸς τοὺς πρώτους τοὺς λέγοντας πάντα καθ' εἱμαρμένην εἶναι. περιττὴ δὲ καὶ ἡ μάχη τοῦ λογισμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐπὶ τοῦ ἐγκρατοῦς καὶ ἀκρατοῦς· εἰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὥρισται τὸ μὲν πρᾶξαι, τὸ δὲ μὴ πρᾶξαι, τίς ἡ χρεία τῆς ἐν αὐτῷ στάσεως καὶ φιλονεικίας; ἀλλ' εἰ καὶ τοῦτο συγκαθείμαρται μὴ μόνον πρᾶξαι, ἀλλὰ καί τοι ὡς δὲ πρᾶξαι, τί δ' ἄλλό φησιν ὁ τοῦτο λέγων, ἢ ὅτι καὶ ἡ προαίρεσις τῶν πεπρωμένων ἐστίν; ἡ γὰρ προαίρεσίς ἐστιν ἡ μαχομένη τῇ ἐπιθυμίᾳ, ἡ νικῶσα μὲν ἐπὶ τῶν ἐγκρατῶν, ἡττωμένη δὲ ἐπὶ τῶν ἀκρατῶν. οὐκοῦν ἀνῄρηται τὰ τῆς ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς ὑποθέσεως· οὐκ ἔτι γὰρ ἡ προαίρεσις ἐφ' ἡμῖν.

A Si enim non fato, fatum effugient, sin fato, necessario sequitur, ne electionem quidem in nostra potestate sitam esse. Si enim quod electionis est expers, sub fatum cadit, necessario etiam quod electionis est particeps; & sic ad primorum illorum sententiam, qui dicunt omnia esse fato, revolvuntur. Supervacanea etiam pugna est in continente & incontinente, rationis, & cupiditatis. Si enim necessario constitutum, & definitum est, hoc agere, hoc non agere, quis usus est dissentionis in eo, & discordiæ? Quod si etiam confatale est non modo agere, sed etiam ita agere, quid aliud dicit qui ita ait, quam & electionem fatalem esse? Nam electio est, quæ cum cupiditate depugnat, & B in continentibus superat, in incontinentibus superatur. Quare sublata est eorum sententia initio posita, propterea quod in nostra potestate electio non erit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λή.

Περὶ τοῦ πῶς λέγει Πλάτων τὴν εἱμαρμένην.

ΠΛάτων δὲ διχῶς λέγει τὴν εἱμαρμένην· τὴν μὲν κατ' οὐσίαν, τὴν δὲ κατ' ἐνέργειαν· κατ' οὐσίαν μὲν τὴν τοῦ παντὸς ψυχήν· κατ' ἐνέργειαν δὲ θεῖον νόμον ἀπαράβατον δι' αἰτίαν ἀναπόδραστον. καλεῖ δὲ τοῦτον θεσμὸν ἀδράστειαν· τοῦτον δὲ τὸν νόμον δεδόσθαι παρὰ τοῦ πρώτου καὶ ἀνωτάτου Θεοῦ τοῦ παντὸς ψυχῇ εἰς διακόσμησιν τῶν ὅλων, καθ' ὃν διεξάγεται τὰ γινόμενα. ταύτην δὲ τὴν κατ' ἐνέργειαν εἱμαρμένην καὶ κατὰ πρόνοιαν λέγει. ἀπὸ γὰρ τῆς προνοίας ἐμπεριέχεσθαι τὴν εἱμαρμένην, πᾶν γὰρ τὸ καθ' εἱμαρμένην καὶ κατὰ πρόνοιαν γίνεσθαι· οὐ μὴν πᾶν τὸ κατὰ πρόνοιαν καὶ καθ' εἱμαρμένην εἶναι. αὐτὸς δὲ ὁ θεῖος νόμος, ὅν φησιν εἶναι πρόνοιαν καὶ εἱμαρμένην, πάντα περιέχει ἐν ἑαυτῷ· τὰ μὲν καθ' ὑπόθεσιν, τὰ δὲ ἐξ ὑποθέσεως. τὰς μὲν γὰρ προηγουμένας αἰτίας, ὥσπερ τινὰς ἀρχὰς καὶ καθ' ὑπόθεσιν περιέχει, ἅπερ ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, συγκαταθέσεις, καὶ κρίσεις, καὶ ὁρμαί· τὰ δὲ ἐξ ἀνάγκης ταύταις ἑπόμενα ἐξ ὑποθέσεώς ἐστι. καὶ ἔστιν ἡ μὲν ἐφ' ἡμῖν αἵρεσις τῶν πρακτῶν καθ' ὑπόθεσιν. ὑποκειμένων δὲ πάλιν τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐξ αὐτῶν τούτων, ὥσπερ ἐξ ὑποθέσεως ἀκολουθεῖν τὰ τῆς εἱμαρμένης· οἷον ἐφ' ἡμῖν κεῖται τὸ πλεῦσαι· τοῦτο καθ' ὑπόθεσίν ἐστιν· ὑποκειμένου τοίνυν τοῦ πλεῖν ἡμᾶς, ἐπακολουθῆσαι τὰ ἐκ ταύτης τῆς ὑποθέσεως, τὸ ναυαγῆσαι ἢ μή. διὸ καὶ ἐξ ὑποθέσεως καλεῖ τὰ παρακολουθοῦντα καὶ ἑπόμενα ταῖς ἐφ' ἡμῖν ὑποθέσεσι, τουτέστιν ἀρχαῖς καὶ πράξεσιν, ὡς εἶναι τὰ μὲν ἡγούμενα καὶ ἐφ' ἡμῖν καθ' ὑπόθεσιν· τὰ δὲ ἑπόμενα ἐξ ὑποθέσεως, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης· μὴ γὰρ ἐξ ἀϊδίου ὡρίσθαι τὸ καθ' εἱμαρμένην, ἀλλ' ἐπισυμβαίνειν προηγησαμένοις τοῖς ἐφ' ἡμῖν. τούτῳ δὲ συμφωνεῖ καὶ τὸ, αἰτία ἑλομένου, Θεὸς ἀναίτιος· καὶ τὸ ἀδέσποτον εἶναι τὴν ἀρετήν· καὶ τὸ εἶναι μαντείας· συντείνει δὲ αὐτῷ πᾶς λόγος εἰς τὸ τὰς προαιρέσεις καί τινας τῶν κατὰ προαίρεσιν πράξεων ἐφ' ἡμῖν εἶναι· τὰ δὲ ἐπακολουθοῦντα ταύταις καὶ τὰ τέλη, ἐπὶ τῇ εἱμαρμένῃ ἐξ ἀνάγκης. τοῦτο δὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐδείχθη, μὴ καλῶς ἔχειν. καθ' ὃ μὲν οὖν καλεῖ Θεοῦ διάταξιν καὶ βούλησιν τὴν εἱμαρμένην, καὶ καθ' ὃ τὴν εἱμαρμένην ὑπάγει τῇ προνοίᾳ, μικρόν τι διαλλάττει πρὸς τὰ θεῖα λόγια, τὰ λέγοντα πρόνοιαν μόνην διοικεῖν τὰ πάντα. κατὰ πολὺ δὲ διαφέρεται, φάσκων ἐξ ἀνάγκης τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἕπεσθαι τὰ τέλη· ἡμεῖς γὰρ οὐ κατ' ἀνάγκην ἐπάγεσθαι τὰ τῆς προνοίας φαμὲν, ἀλλ' ἐνδεχομένως. εἰ γὰρ κατ' ἀνάγκην, πρῶτον μὲν τὸ πολὺ τῆς ἀρχῆς μέρος περικόπτεται· περὶ μόνων γὰρ τῶν ἀρ-

CAPUT XXXVIII.


Quomodo Plato fatum dicat.

PLato fati nomen usurpat bifariam: Aliud enim in substantia, aliud in muneris functione ponit. Quod in substantia ponitur, animam vult esse universi; Quod in muneris functione, divinam legem immutabilem ob caussam inevitabilem. Quam C legem etiam Adrastiam dicit, eamque a primo, summoque Deo, universi animæ, ad omnium administrationem datam esse, per quam omnia quæ fiunt, gubernentur. Hoc fatum in muneris functione positum, etiam providentiam appellat. Nam a providentia fatum comprehendi vult. Quidquid enim fato fiat, etiam providentia fieri, non tamen quidquid sit providentiæ, etiam fati esse. Ipsa autem divina lex, quam ait esse providentiam, & fatum, omnia in se complectitur, alia quidem secundum propositum, alia a proposito. Nam caussas antecedentes, ut quædam principia, & secundum propositum complectitur, quæ in nostra potestate sunt, assentiones, & judicia, & appetitus. Quæ vero D hæc necessario consequuntur, a proposito sunt. Atque optio quidem rerum agendarum, quæ in nobis sita est, secundum propositum est. Positis autem iis quæ in nobis sita sunt, ex his ipsis, ut a proposito, fatum consequi: ut verbi gratia in nobis est situm, navigare, hoc secundum propositum est. Cum ergo propositum fuerit navigare, sequi quæ a proposito sunt, naufragium facere, aut non facere. Idcirco a proposito vocat ea quæ sequuntur, & comitantur propositum, quod in nostra potestate est, id est, principia & actiones, ut sint ea quæ antecedunt, & in nobis sunt, secundum propositum: quæ sequuntur, a proposito, neque in nostra potestate sint, sed eveniant necessario. Non enim ex E æternitate definitum, fatum esse, sed accidere, cum ea quæ in nostra potestate sunt, fuerint antegressa. Cum quo congruit illud, Culpa ejus est qui elegit, Deus extra culpam est, item, virtutem carere domino, &, Esse divinationes. Omnis autem ejus oratio eo pertinet ut electiones, & aliquas actiones ex electione, in nostra esse potestate ostendat. At quæ eas actiones consequuntur eorumque eventus, necessario in fati potestate. Sed hoc non vere dici supra demonstratum est. Ex ea ergo parte qua Dei constitutionem, & voluntatem fatum vocat, & fatum subjicit providentiæ, non multum discrepat a divinis literis, quæ solam providentiam omnia gubernare confirmant. Sed ab iisdem multis dissentit, quod dicat necessario exitus esse consequentes iis, quæ in nostra sunt potestate. Nos enim quæ

χῶν τῶν πράξεων τὰ τῆς ἀρχῆς ἔσται κατ' αὐτὸν, ὥστε τὰ κρείττω ἑλέσθαι· μετὰ δὲ τὸ προελέσθαι, μάταια λοιπὸν τὰ τῆς ἀρχῆς, τῶν ἑπομένων πάντων ἐξ ἀνάγκης ἐπαγομένων· ἡμεῖς δὲ καὶ ἐπὶ τούτοις μάλιστα δύνασθαι τὴν ἀρχὴν διορίζομεν, ἐπὶ τῇ προνοίᾳ γὰρ εἶναι τὸ ναυαγῆσαι τὸν πλέοντα, καὶ μή. οὐκ ἐξ ἀνάγκης μέντοι τὸ ἕτερον αὐτῶν, ἀλλ' ἐνδεχομένως· οὐ γὰρ ὑπ' ἀνάγκην ὁ Θεὸς, οὐδὲ τὴν βούλησιν αὐτοῦ δουλεύειν ἀνάγκῃ θεμιτὸν εἰπεῖν· καὶ γὰρ τῆς ἀνάγκης δημιουργός ἐστιν. ἀνάγκην μὲν γὰρ ἐπέθηκε τοῖς ἄστροις, ὥς τι ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ κινεῖσθαι· καὶ τὴν θάλασσαν περιώρισε· καὶ τοῖς καθόλου καὶ γενικοῖς ὅρον ἀναγκαῖον ἔθηκεν, ὃν εἰ βούλονται καλεῖν εἱμαρμένην, διὰ τὸ πάντῃ καὶ πάντως οὕτως γίνεσθαι κατὰ ἀνάγκην, ὡς πάντα τὰ κατὰ διαδοχὴν ἐν γενέσει φθείρεσθαι, λόγος οὐδείς· περὶ γὰρ ὀνομάτων οὐκ ἀμφισβητοῦμεν πρὸς αὐτούς. αὐτὸς δὲ πάσης ἀνάγκης οὐ μόνον ἐκτὸς καθέστηκεν, ἀλλὰ καὶ κύριος καὶ ποιητής ἐστιν. ἐξουσία γὰρ ὢν καὶ φύσις ἐξουσιαστικὴ οὐδὲν οὔτε φύσεως ἀνάγκῃ, οὔτε θεσμῷ νόμου ποιεῖ. πάντα δέ ἐστιν αὐτῷ ἐνδεχόμενα καὶ τὰ ἀναγκαῖα· καὶ ἵνα τοῦτο δειχθῇ, ἔστησέ ποτε τὸν δρόμον ἡλίου καὶ σελήνης τῶν ἀνάγκῃ φερομένων καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων· ἵνα δείξῃ μηδὲν αὐτῷ κατ' ἀνάγκην γενέσθαι, ἀλλὰ πάντα κατ' ἐξουσίαν ἐνδεχόμενα. ἅπαξ δὲ τοιαύτην ἡμέραν ἐποίησεν, ὡς ἐπεσημήνατο καὶ ἡ γραφὴ, ἵνα μόνον ἐνδείξηται καὶ μὴ διαλύσῃ τὸν θεσμὸν τὸν ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ τεθέντα τῆς ἀναγκαίας τῶν ἄστρων φορᾶς. οὕτω καὶ τινὰς τῶν ἀνθρώπων ἐν τῇ ζωῇ διαφυλάττει, ὡς τὸν Ἡλίαν καὶ τὸν Ἐνὼχ θνητοὺς ὄντας καὶ ὑποκειμένους φθορᾷ, ἵνα διὰ πάντων τούτων τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀκαταδάμαστον βούλησιν καταμάθωμεν. οἱ δὲ Στωϊκοί φασιν ἀποκαθισταμένους τοὺς πλανήτας εἰς τὸ αὐτὸ σημεῖον κατά τε μῆκος καὶ πλάτος, ἔνθα τὴν ἀρχὴν ἕκαστος ἦν, ὅτε τὸ πρῶτον ὁ κόσμος συνέστη, ἐν ῥηταῖς χρόνων περιόδοις, ἐκπύρωσιν καὶ φθορὰν τῶν ὄντων ἀπεργάζεσθαι· καὶ πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς εἰς τὸ αὐτὸ τὸν κόσμον ἀποκαθίστασθαι· τῶν ἀστέρων ὁμοίως πάλιν φερομένων, ἕκαστον ἐν τῇ προτέρᾳ περιόδῳ γενόμενον ἀπαραλλάκτως ἀποτελεῖσθαι. ἔσεσθαι γὰρ πάλιν Σωκράτην, καὶ Πλάτωνα, καὶ ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων σὺν τοῖς αὐτοῖς καὶ φίλοις καὶ πολίταις· καὶ τὰ αὐτὰ πείσεσθαι, καὶ τὰ αὐτὰ μεταχειριεῖσθαι, καὶ πᾶσαν πόλιν, καὶ κώμην, καὶ ἀγρὸν ὁμοίως ἀποκαθίστασθαι· γίνεσθαι δὲ τὴν ἀποκατάστασιν τοῦ παντὸς οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις· μᾶλλον δὲ εἰς ἄπειρον καὶ ἀτελεύτητον τὰ αὐτὰ ἀποκαθίστασθαι. τοὺς δὲ θεοὺς τοὺς μὴ ὑποκειμένους τῇ φθορᾷ, ταύτῃ παρακολουθήσαντας μιᾷ περιόδῳ, γινώσκειν ἐκ ταύτης πάντα τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι ἐν ταῖς ἑξῆς περιόδοις· οὐδὲν γὰρ ξένον ἔσεσθαι παρὰ τὰ γενόμενα πρότερον, ἀλλὰ πάντα ὡσαύτως ἀπαραλλάκτως ἄχρι καὶ τῶν ἐλαχίστων. καὶ διὰ ταύτην ἀποκατάστασιν, φασί τινες τοὺς Χριστιανοὺς τὴν ἀνάστασιν φαντάζεσθαι, πολὺ πλανηθέντες· εἰς ἅπαξ γὰρ τὰ τῆς ἀναστάσεως καὶ οὐ κατὰ περίοδον ἔσεσθαι, τὰ τοῦ Χριστοῦ δοξάζει λόγια.

A a providentia afferuntur, non neceſſario evenire ſed contingere, ut ſequantur, dicimus. Nam ſi neceſſario, bona precationum pars amputabitur. Nam eo auctore de ſolis principiis actionum, ut meliora ſcilicet eligamus, preces inſtituuntur: Cum autem elegerimus, in reliquum preces inanes ſunt; cum omnia quæ ſequuntur, neceſſario inferantur. Nos vero etiam in his maximam vim habere preces decernimus. Eſſe enim in providentiæ manu, eum qui naviget naufragium facere & non facere. Non tamen alterum eorum neceſſario accidit, ſed ut eveniat contingit. Non enim neceſſitati Deus paret, neque fas eſt dicere ejus voluntatem neceſſitati ſervire: etenim neceſſitatis ipſe auctor eſt, & opi-
B fex. Neceſſitatem enim aſtris impoſuit, ut eodem ſemper modo moverentur, & mare terminis ſuis concluſit, univerſiſque, & generalibus rebus neceſſarium finem ſtatuit: quem ſi volunt vocare fatum, quia uſquequaque ita neceſſario fit, ut quæ ex propagatione oriuntur, intereant, nihil dicimus: nam de nominibus cum iis non litigamus. Ipſe vero Deus non ſolum extra omnem neceſſitatem locatus eſt, ſed etiam ejus dominus & auctor eſt. Cum enim ſit poteſtas & natura liberæ poteſtatis, nihil neque naturæ neceſſitate, neque legis ſanctione facit, ſed omnia ſunt illi contingentia, etiam quæ ſunt neceſſaria. Atque hoc ut declaretur, juſſit olim curſum ſolis, & lunæ conſiſtere, quæ neceſ-
C ſario feruntur, & ſemper eodem modo ſe habent, ut oſtenderet, nihil ſibi neceſſario fieri, ſed omnia pro poteſtate contingere, ut eveniant. Semel autem ejuſmodi diem fecit, quod & ſcriptura ſancta notavit, ut potentiam modo ſuam declararet, neque legem neceſſariæ motionis aſtrorum quam illis a principio dedit, abrogaret. Sic & aliquot homines in vita conſervat, ut Eliam, & Enoch, quamvis mortales & caducos, ut per hæc omnia, ejus potentiam, & quæ cogi nulla ratione poteſt, voluntatem intelligamus. Stoici autem ajunt ſtellas errantes, cum ad idem & in longitudine & in latitudine ſignum referantur, in quo initio erant, cum primum mundus eſt conditus, certo tempo-
D rum ambitu conflagrationem, & interitum rerum efficere, & de integro mundum eodem reſtitui. Et quoniam ſidera, ſimiliter rurſus ferantur, omnia quæ in priori ambitu fuerint, immutabiliter effici. Futurum enim rurſum Socratem, & Platonem, & quemque hominem cum iiſdem & amicis, & civibus, & eadem cuique eventura, & eadem tractaturum, omneſque civitates, & pagos, & agros ſimiliter reſtitui. Atque iſtam reſtitutionem univerſi, non ſemel, ſed ſæpe fieri, immo infinite, & ſine ulla terminatione eadem referri. Deos vero qui hunc interitum effugiant, uno ambitu aſſequi, & cognoſcere omnia, quæ in ſequentibus converſionibus futura ſint. Nihil enim fore novi, quod
E prius non fuerit; ſed omnia eodem modo ſine ulla variatione, etiam uſque ad minima quæque eventura. Atque propter iſtam reſtitutionem dicunt aliqui, Chriſtianos revocationem corporum a morte ad vitam imaginari. Sed multum aberrant a vero. Nam ſemel vitam reſtitui mortuis, non per ambitum, Chriſti perhibent oracula.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 380.



SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
380.



A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λθ'.


Περὶ τοῦ αὐτεξουσίου, ὅ ἐστι τὰ ἐφ' ἡμῖν.

Ο περὶ τοῦ αὐτεξουσίου λόγος, τουτέστι τοῦ ἐφ' ἡμῖν, πρώτην μὲν ἔχει ζήτησιν, εἰ ἔστι τι ἐφ' ἡμῖν. πολλοὶ γὰρ οἱ ἀντιβαίνοντες· δευτέραν δὲ, τίνα ἐστὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τίνων ἐξουσίαν ἔχομεν· τρίτην, τὴν αἰτίαν ἐξετάσαι, δι' ἣν ὁ ποιήσας ἡμᾶς Θεὸς αὐτεξουσίους ἐποίησε. διαλαβόντες οὖν περὶ τοῦ πρώτου πρῶτον εἴπωμεν, ἀποδεικνῦντες ὅτι ἔστι τι ἐφ' ἡμῖν ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ὁμολογουμένων. τῶν γινομένων πάντων ἢ Θεόν φασιν αἴτιον εἶναι, ἢ ἀνάγκην, ἢ εἱμαρμένην, ἢ φύσιν, ἢ τύχην, ἢ τὸ αὐτόματον· ἀλλὰ τοῦ μὲν Θεοῦ ἔργον οὐσία, καὶ πρόνοια· τῆς δὲ ἀνάγκης, τῶν ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων ἡ κίνησις· τῆς δὲ εἱμαρμένης, τὸ ἐξ ἀνάγκης τὰ δι' αὐτῆς ἐπιτελεῖσθαι· καὶ γὰρ αὕτη τῆς ἀνάγκης ἐστί· τῆς δὲ φύσεως, γένεσις, αὔξησις, φθοραὶ, φυτὰ καὶ ζῶα· τῆς δὲ τύχης, τὰ σπάνια καὶ ἀπροσδόκητα· ὁρίζονται γὰρ τὴν τύχην, σύμπτωσιν καὶ συνδρομὴν δύο αἰτιῶν ἀπὸ προαιρέσεως τὴν ἀρχὴν ἐχόντων, ἄλλό τι παρ' ὃ πέφυκεν ἀποτελούντων, ὡς τάφρον ὀρύττοντα θησαυρὸν εὑρεῖν· οὔτε γὰρ ὁ θεὶς οὕτως τέθεικεν ὡς τοῦτον εὑρεῖν, οὔτε ὁ εὑρὼν οὕτως ὤρυξεν ὡς εὑρεῖν θησαυρόν. ἀλλ' ὁ μὲν, ἵν' ὅταν θέλῃ ἀνέληται· ὁ δὲ ἵνα τάφρον ὀρύξῃ, συνέπεσε δὲ ἄλλό τι παρ' ὃ προῄρηντο ἀμφότεροι. τοῦ δὲ αὐτομάτου, τὰ τῶν ἀψύχων ἢ ἀλόγων συμπτώματα ἄνευ φύσεως καὶ τέχνης. τίνι τοίνυν τούτων ὑπαγάγωμεν τὰ διὰ τῶν ἀνθρώπων, εἴπερ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν αἴτιος καὶ ἀρχὴ πράξεων; ἀλλ' οὔτε Θεῷ θεμιτὸν ἐπιγράφειν αἰσχρὰς ἔσθ' ὅτε πράξεις καὶ ἀδίκους· οὔτε ἀνάγκῃ, οὐ γὰρ τῶν ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων ἐστίν· οὔτε εἱμαρμένῃ, οὐ γὰρ τῶν ἐνδεχομένων, ἀλλὰ τῶν ἀναγκαίων τὰ τῆς εἱμαρμένης ἐστίν· οὔτε φύσει, φύσεως γὰρ ἔργα ζῶα καὶ φυτά· οὔτε τύχῃ, οὐ γὰρ σπάνιοι καὶ ἀπροσδόκητοι τῶν ἀνθρώπων αἱ πράξεις· οὔτε αὐτομάτῳ, ἀψύχων γὰρ ἔστι ἢ ἀλόγων τὰ συμπτώματα. λείπεται δὴ αὐτὸν τὸν πράττοντα καὶ ποιοῦντα ἄνθρωπον ἀρχὴν εἶναι τῶν ἰδίων ἔργων, καὶ αὐτεξούσιον· ἔτι εἰ μηδεμιᾶς ἐστιν ἀρχὴ πράξεως ἄνθρωπος, περιττῶς ἔχει τὸ βουλεύεσθαι. εἰς τί γὰρ χρήσεται τῇ βουλῇ μηδεμιᾶς ὢν πράξεως κύριος; τὸ δὲ κάλλιστον καὶ τιμιώτατον ἐν ἀνθρώπῳ, περιττὸν ἀποφαίνειν, τῶν ἀτοπωτάτων ἂν εἴη. εἰ τοίνυν βουλεύεται, πράξεως ἕνεκα βουλεύεται· πᾶσα γὰρ βουλὴ πράξεως ἕνεκα καὶ διὰ πρᾶξιν. ἔτι ὧν αἱ ἐνέργειαι ἐφ' ἡμῖν, τούτων καὶ αἱ πράξεις αἱ κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἐφ' ἡμῖν· ἐφ' ἡμῖν δὲ αἱ κατὰ τὰς ἀρετὰς ἐνέργειαι· ἐφ' ἡμῖν ἄρα καὶ αἱ ἀρεταί. ὅτι δὲ ἐφ' ἡμῖν αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι, δηλοῖ δὴ καὶ τὸ καλῶς ὑπὸ Ἀριστοτέλους λεχθὲν ἐπὶ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν· ἃ γὰρ ποιοῦντες μανθάνομεν, ταῦτα μαθόντες ποιοῦμεν. κρατεῖν γὰρ ἡδονῶν μανθάνοντες σώφρονες γινόμεθα· καὶ γινόμενοι σώφρονες κρατοῦμεν ἡδονῶν. ἔστι δὲ καὶ οὕτως εἰπεῖν· τὸ μελετᾶν καὶ γυμνάζεσθαι παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται ἐφ' ἡμῖν εἶναι· αἱ δὲ μελέται τῶν ἕξεών εἰσι κύριαι· τὸ γὰρ ἔθος φύσις ἐπίκτητος. εἰ δὲ κυρία τῆς ἕξεως ἐστὶν ἡ μελέτη, ἐφ' ἡμῖν δὲ ἡ μελέτη, ἐφ' ἡμῖν καὶ ἡ ἕξις· ὧν δὲ ἐφ' ἡμῖν αἱ ἕξεις, τούτων ἐφ' ἡμῖν καὶ αἱ πρά-

CAPUT XXXIX.

De libera voluntate, seu de iis quæ in nostra sunt potestate.

DIsputatio de libera voluntate, id est, de eo quod in nostra potestate esse dicitur, primam habet quæstionem, an sit aliquid in nostra potestate; multi enim sunt qui repugnent: Alteram, quæ sint illa quæ sunt in nostra potestate, & quorum liberam habeamus voluntatem: Tertiam, ut caussam investigemus, cur nos parens noster Deus libera voluntate genuerit. Quare oratione repetita, primum B dicamus de primo; & aliquid esse in nostra potestate, ex his quæ ab illis conceduntur, demonstremus. Omnium quæ fiunt, aut Deum caussam esse ajunt, aut necessitatem, aut fatum, aut naturam, aut fortunam, aut casum. Verum Dei quidem opus; substantia, & providentia est: Necessitatis; motus eorum, quæ semper eodem modo se habent: Fati; quod necessario fiant, quæ fato efficiuntur; Etenim fatum, necessitatis est: Naturæ; ortus, accretio, interitus, stirpes, & animalia: Fortunæ; quæ rara sunt, & præter exspectationem. Definiunt enim fortunam, congressum & concursum duarum caussarum, quæ ab electione, & voluntate principium habent, & aliud quippiam efficiunt, quam natura C paratum sit ut faciant: ut verbi gratia, Si qui foderit, thesaurum invenit. Nam neque qui condidit, ita condidit, ut ille reperiret; neque qui invenit, ita fodit ut thesaurum inveniret. Sed ille quidem, ut cum vellet, tolleret; hic ut foveam efficeret. Accidit autem aliud quippiam, quam uterque studuerit. Casus vero opera sunt inanimorum, aut bestiarum eventus sine natura, & arte. Ad quod igitur horum reducemus ea, quæ per homines fiunt, si homo caussa non est, & principium actionum? Atqui neque Deo fas est adscribere turpes interdum actiones, & iniquas; neque necessitati: non enim sunt e numero eorum quæ semper eodem modo se habent; neque fato: non enim contingentia, sed D necessaria sunt, quæ fato fiunt: neque naturæ; naturæ enim opera animalia sunt, & stirpes: neque fortunæ; neque enim raræ sunt, & præter exspectationem, hominum actiones: neque casui; nam casus est eventus inanimorum, aut bestiarum. Relinquitur ergo ipsum qui agit, & facit hominem, principium esse suorum operum, & libera voluntate, potestateque esse præditum. Præterea si nullius actionis homo auctor est, supervacanee habet consultandi facultatem. Quorsum enim utetur deliberatione, si nullius actionis est dominus? Facere autem, ut quod pulcherrimum & præstantissimum in homine est supervacaneum sit, absurdissimum est. Quare si consultat, agendi caussa consultat: omnis enim delibe- E ratio actionis caussa, & propter actionem instituitur. Præterea, quorum munerum functiones in nostra potestate sunt, horum etiam actiones, quæ cum illis functionibus consentaneæ sunt in nostra sunt potestate. Sunt autem in nostra potestate functiones cum virtutibus consentaneæ; quare & virtutes in nostra potestate sunt. Esse autem in nobis functiones cum virtute consentaneas, declarat, quod ab Aristotele recte dictum est de virtutibus moralibus; quæ enim faciendo scimus, ea cum didicerimus, facimus. Nam discendo moderari voluptatibus, temperantes evadimus. Et cum temperantes evaserimus, voluptatibus moderamur. Licet etiam sic agere: Meditari & exerceri omnes concedunt in nostra potestate esse, in exercitationibus autem habituum est dominatus: nam consuetudo natura est adventitia. Sin autem meditatio domina est habitus, meditatio porro in nostra potestate est, etiam habitus in nostra potestate est. Quorum autem habitus in nostra potestate sunt, eorum etiam actiones ad eos habitus in nostra potestate sunt, nam ad habitus actiones sunt accommodatæ. In quo ergo justitiæ



ξεις, αἱ κατὰ τὰς ἕξεις. ταῖς γὰρ ἕξεσιν αἱ πράξεις πρόσφοροι. ἄρα ὁ δικαίαν ἕξιν ἔχων, δίκαια καὶ πράξει· καὶ ὁ ἄδικον, ἄδικα· ἐφ' ἡμῖν ἄρα τὸ δικαίους εἶναι ἢ ἀδίκους. ὅτι δὲ ἐφ' ἡμῖν ἐστί τινα, δηλοῦσιν αἱ προτροπαὶ καὶ αἱ παραινέσεις. οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων προτρέπει μὴ πεινῆν, μὴ δὲ διψῆν, μὴ δὲ ἵπτασθαι· οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ταῦτα. δῆλον οὖν, ὅτι ἐφ' οἷς προτροπαὶ, ταῦτα ἐφ' ἡμῖν ἐστιν. ἔτι εἰ μηδὲν ἐφ' ἡμῖν, περιττοὶ οἱ νόμοι· φυσικῶς δὲ πᾶν ἔθνος νόμοις χρῆταί τισιν, ἐπιστάμενον ὡς ἐξουσίαν ἔχει πράττειν ἃ νομοθετεῖ· καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν Θεοὺς ἐπιγράφεται νομοθέτας, ὡς Κρῆτες μὲν τὸν Δία, Λακεδαιμόνιοι δὲ Ἀπόλλωνα. φυσικῶς ἄρα πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ γνῶσις τοῦ ἐφ' ἡμῖν συγκατέσπαρται. τὰ αὐτὰ δὲ τούτοις ῥητέον ἐπὶ τῶν ψόγων καὶ τῶν ἐπαίνων, καὶ πάντων τῶν ἀναιρούντων τὸ καθ' εἱμαρμένην πάντα γίνεσθαι.

A habitus eſt, juſta agit: in quo injuſtitiæ, injuſta. Itaque in nobis ſitum eſt, juſtis eſſe, aut injuſtis. Eſſe autem aliqua in noſtra poteſtate, cohortationes, & admonitiones oſtendunt. Nemo enim hominem hortatur ad non eſuriendum, vel ad non ſitiendum, neque ad volandum; non enim hæc in noſtra poteſtate ſunt. Quare perſpicuum eſt, quarum rerum hortationes ſunt, eas in noſtra eſſe poteſtate. Præterea ſi nihil in noſtra poteſtate eſt, ſupervacaneæ ſunt leges; & tamen naturaliter omnes gentes legibus quibuſdam utuntur, quod ſciant ſe habere poteſtatem agendi quæ legibus ſanciunt, & pleræque gentes leges ſuas ad deos auctores referunt, ut Cretenſes ad Jovem, Lacedemonii ad Apol- B linem. Quare naturaliter omnium hominum mentes, hæc imbuit opinio; Eſſe aliqua in noſtra poteſtate. Quod de hortatione, & admonitione diximus, idem de vituperationibus, & laudibus, ceteriſque, quæ evertunt hanc ſententiam, Omnia fato fieri, intelligendum eſt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μ'.

A & signiferum orbem refert. Tertiam Plato statuit providentiam penes quam sit administratio rerum agendarum, & exitus; itemque naturalium & fortuitorum bonorum, quæ materiæ admixta, & instrumenti locum obtinere dicuntur, atque etiam eorum quæ his ipsis contraria sunt, adeptio. Huic providentiæ præesse censet certos quosdam dæmonas circa terram, custodes humanarum actionum; ac secundam tertiamque providentiam a prima proficisci, ut potestate omnia a Deo gubernentur, qui primos, & secundos, & tertios procuratores constituit. In quo quod omnia ad Deum refert, & ab ejus voluntate omnem pendere providentiam affirmat, in laude ponendum est. Quod vero se- B cundam providentiam facit eos, qui cælorum orbes torquent, non item. Non enim hoc providentia est, sed fatum, & necessitas. Nam utcumque illi figurentur, necesse est & quæ fiunt fieri, & quidem aliter non contingere. Eorum autem quæ providentia gubernantur, nihil cadere sub necessitatem, jamdudum ostensum est. Stoici qui & fatum, & in nostra esse aliquid potestate tuentur, nullum locum providentiæ relinquunt; imo revera voluntates nostras libertate spoliant, quod supra a nobis probatum est. Democritus, Heraclitus, & Epicurus, neque universis neque singulis, a Deo provideri volunt. Epicurus enim dicebat, Quod beatum sit & immortale, neque ipsum habere ne- C gotia, neque alteri exhibere; quare neque iracundia neque gratia teneri; hæc enim omnia, imbecillitate spectari. Ira enim a Deo aliena est. Excitatur enim in re quæ, contra quam velimus, accidat: Deo autem nihil præter voluntatem accidit. Atque hi quidem convenienter suis principiis existimant. Nam qui putent hoc universum casu & temere esse constitutum, merito dicunt omnia vacare providentia. Quorum enim nemo creator sit, eorum quis sit procurator? Est enim evidens, temere debere ferri, quæ a principio temere procreata sunt. Itaque primæ illorum sententiæ resistendum est. Hac enim labefactata satis magnam vim habebunt, quæ dicta sunt, ad demonstrandam providentiam. D Quare hac refutatione ad suum tempus reservata, veniamus ad Aristotelis opinionem, & ceterorum qui negant rebus singulis a Deo consuli. Nam Aristoteles a natura sola vult administrari singula, ut in sexto Ethicorum ad Nicomachum obscure significat. Hanc enim ut quæ divina sit, & insit omnibus quæ generantur, cuique naturaliter suggerere, ut ad res salutares accedat, fugiat quæ contraria sint. Quodque enim animal, ut jam dictum est, & idoneum sibi alimentum deligit, & quod utile est sequitur, & remedia morborum naturaliter habet cognita. Euripides, & Menander quibusdam locis mentem, quæ in quoque sit, cuique providere asserunt, Deum vero neminem. Verum E mens quidem in is solis perspicitur, quæ in nostra potestate sunt. Aut enim est rerum quæ sub actionem cadunt, & artium; aut contemplationis. At providentia eorum est quæ in nostra potestate non sunt, ut verbi gratia, ut opulentus quis sit, & non opulentus, sanus & non sanus: Quorum nihil facere mens potest, ac ne natura quidem, ut Aristoteles putat; Naturæ enim opera perspicua sunt. Quid autem ad mentem, aut ad naturam, quod aliquando ab eo pœnæ exigantur, qui hominem occiderit, aliquando sceleris pœnam effugit? Nisi quis dicat quod mentis & naturæ est, ad providentiam pertinere; quod sequitur, ad fatum. Quod si mens


1. Οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει] Inter κυρίας Epicuri δόξας hoc præcipuum. Rem sic explicat Laertius, οὐ συμφωνοῦσι πραγματεῖαι καὶ φροντίδες καὶ ὀργαὶ καὶ χάριτες μακαριότητι, ἀλλ' ἀσθενείᾳ καὶ φόβῳ καὶ προσδεήσει τῶν πλησίον ταῦτα γίνεται.

ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει· τὰ μὲν γὰρ τοῦ νοῦ τοῦ τε **A** πρακτικοῦ καὶ τοῦ θεωρητικοῦ ἐφ' ἡμῖν ἐδείχθη. οὐ πάντα δὲ τὰ κατὰ πρόνοιαν, τῆς φύσεως, εἰ καὶ τῆς φύσεως κατὰ πρόνοιαν γίνεται· πολλὰ γὰρ τῶν κατὰ πρόνοιαν οὐκ ἔστι φύσεως ἔργα, ὡς ἐπὶ τοῦ φονέως ἐδείχθη· ἔστι γὰρ μέρος προνοίας ἡ φύσις, οὐκ αὐτοπρόνοια. οὗτοι μὲν οὖν τῇ φύσει καὶ τῷ νῷ τὴν πρόνοιαν ἐπιγράφουσι τῶν καθ' ἕκαστα. οἱ δ' ἄλλοι τῷ Θεῷ μέλειν φασὶ τῆς τῶν ὄντων διαμονῆς, ὥς τε μηδὲν τῶν γενομένων ἐπιλεῖψαι, καὶ τούτου μόνου πρόνοιαν ποιεῖσθαι· τὰ δὲ καθ' ἕκαστα φέρεσθαι ὡς ἔτυχε· καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς μὲν ἀδικίας, πολλὰς δὲ μιαιφονίας, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πᾶσαν κακίαν ἐμπολιτεύεσθαι τοῖς ἀνθρώποις· καὶ τούτων ὡς ἔτυχε τινὰς μὲν **B** διαφυγεῖν τὴν δίκην, τινὰς δὲ καὶ κολάζεσθαι, οὔτε τῶν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, οὔτε τῶν κατὰ νόμον πάντως ἀποβαινόντων. ἔνθα δὲ μήτε νόμος, μήτε λόγος κρατεῖ, πῶς ἄν τις φαίη Θεὸν εἶναι τὸν ἐπιμελούμενον; καὶ συμβαίνει τοὺς χρηστοὺς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀδικεῖσθαι καὶ ταπεινοῦσθαι καὶ μυρίοις κακοῖς περιβάλλεσθαι· τοὺς δὲ πονηροὺς καὶ βιαίους αὔξεσθαι δυναστείᾳ καὶ πλούτῳ καὶ ἀρχαῖς καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀγαθοῖς· ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα τῶν κατὰ τὴν πρόνοιαν ἀγνοεῖν θεωρημάτων, μάλιστα δὲ τῆς ψυχῆς τὸ ἀθάνατον. θνητὴν γὰρ αὐτὴν ὑπολαμβάνοντες εἶναι, τῇ ζωῇ ταύτῃ τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον περιγράφουσιν. ἔπει- **C** τα διεστραμμένας ἔχουσι τὰς περὶ τῶν ἀγαθῶν κρίσεις· οἴονται γὰρ τοὺς πλοῦτον περιβεβλημένους καὶ κομῶντας ἀξιώμασι, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑλικοῖς ἀγαθοῖς ἐναβρυνομένας, εὐδαίμονας εἶναι καὶ μακαρίους. τὰ δὲ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ παρ' οὐδὲν τίθεται, πολλῷ μέτρῳ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτὸς ὑπερέχοντα· κρείττονα γὰρ τὰ τῶν κρειττόνων ἀγαθά. τοσούτῳ τοίνυν ἀρεταὶ πλούτου τε καὶ ὑγείας καὶ τῶν ἄλλων ὑπερφέρουσιν, ὅσῳ ψυχὴ σώματος. τοιγάρτοι καὶ μόναι καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις αἱ ἀρεταὶ μακάριον ποιοῦσι τὸν ἄνθρωπον· μετὰ μὲν τῶν ἄλλων κατὰ πλάτος, μόναι δὲ καὶ καθ' ἑαυτὰς, κατὰ περιγραφήν. τῶν γὰρ ὄντων τὰ μὲν [1] κατὰ περιγραφὴν νοεῖται, ὡς δίπηχυ· τὰ δὲ κατὰ πλάτος, **D** ὡς σωρός. σωροῦ μὲν γὰρ κἂν δύο μεδίμνους ἀφέλῃς, τὸ λειπόμενον μένει σωρός· καὶ τῆς κατὰ πλάτος δὲ μακαριότητος ἂν ἀφέλῃς τά τε τοῦ σώματος καὶ τὰ τῶν ἐκτὸς ἀγαθὰ, καταλίπῃς δὲ μόνας τὰς ἀρετὰς, μένει καὶ οὕτως τὸ μακάριον· ἡ δὲ ἀρετὴ καὶ καθ' ἑαυτὴν αὐτάρκης ἐστὶ πρὸς εὐδαιμονίαν. πᾶς οὖν ἀγαθὸς μακάριος, καὶ πᾶς κακὸς ἄθλιος, κἂν πάντα συλλήβδην ἔχῃ τὰ λεγόμενα τῆς τύχης ἀγαθά. ἅπερ ἀγνοοῦντες οἱ πολλοὶ, μόνους μακαρίους εἶναι νομίζουσι τοὺς εὐσωματοῦντάς τε καὶ πλουτοῦντας. διὸ μέμφονται τὴν πρόνοιαν τὴν οὐ μόνον ἐκ τῶν φαινομένων διοικοῦσαν τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν πρόγνωσιν. εἰδὼς γὰρ ὁ Θεὸς, ὅτι τῷ νῦν χρηστῷ **E** καὶ ἀγαθῷ συμφέρει πένεσθαι, καὶ ὅτι διαφθείρει τὴν γνώμην αὐτοῦ πλοῦτος ἐπεισελθὼν, ἐν τῇ πενίᾳ φυλάττει συμφερόντως αὐτόν· εἰδὼς δὲ πολλάκις τὸν πλούσιον χαλεπώτερον ἐσόμενον, εἰ σπανίσειε χρημάτων (λῃστείαις γὰρ ἐπιχειρήσειεν, ἢ μιαιφονίαις, ἢ τοῖς ἄλλοις μείζοσι κακοῖς) ἐᾷ τὸν πλοῦτον καρποῦσθαι. οὐκοῦν πενία πολλάκις ἡμῖν ἐλυσιτέλησε, καὶ τέκνα θάψαι, καὶ φυγεῖν οἰ-

& natura ad providentiam pertinent, quæ sequuntur ad fatum; nihil erit in nostra potestate. Sed non ita se res habet. Quæ enim ad mentem spectant, tam eam quæ in agendo, quam quæ in contemplando ponitur, in nostra esse potestate docuimus. Non omnia autem quæ providentia geruntur, naturæ sunt, etsi quæ naturæ sunt providentia administrantur. Multa enim quæ Dei providentia accidunt, non sunt naturæ opera, ut de eo qui hominem occidit ostendimus. Est enim pars providentiæ natura, non ipsa providentia. Itaque isti naturæ & menti, rerum singularum providentiam attribuunt. Ceteri Deo curæ esse ajunt eorum quæ sunt permanentiam, ut nihil eorum quæ nata sunt occidat; & hujus unius in Deo esse providentiam: Singula vero fortuito, temereque jactari; eamque ob caussam multa iniqua facinora, multas cædes, & ut dicam summatim, omnem improbitatem inter homines versari; & horum alios etiam puniri; quorum neutrum nec secundum rectam rationem, nec ex lege omnino evenit. Ubi autem neque ratio, neque lex locum obtinent, quomodo dixerit quis Deum esse qui procuret? Et quidem fere usu venit ut viri boni afficiantur injuria, & deprimantur, & innumerabilibus malis affligantur: improbi contra & importuni homines augeantur potentia, opibus, honoribus in Republica, ceterisque bonis quæ ad vitam commode degendam pertinent. Mihi vero videntur qui hæc loquuntur, tum alia multa ignorare præcepta providentiæ, tum maxime animæ immortalitatem. Nam eam mortalem esse arbitrantes, hujus vitæ terminis res humanas definiunt; deinde prava, & perversa habent de bonis judicia. Eos enim qui opibus circumfluunt, & dignitatibus insolescunt, & ceteris fluxis caducisque bonis gloriantur, felices esse, & beatos judicant. Animæ autem bona pro nihilo ducunt; quæ multo corporis, & externa bona antecellunt: Præstantiora enim bona sunt, quæ rerum sunt præstantiorum. Itaque tanto virtutes divitias, sanitatem, & cetera excellunt, quanto anima corpus anteit. Quare cum solæ, tum cum aliis conjunctæ, hominem beatum reddunt: cum aliis, in latitudine; solæ, & per se, in circumscriptione. Nam eorum quæ sunt, quædam circumscripte intelliguntur, ut bicubitum; quædam late, ut acervus: Nam de acervo si duos modios demas, quod relinquitur, acervus est. Item beatitudini in latitudine intellectæ, si detraxeris corporis & externa bona, solasque virtutes reliqueris, nihilo minus beatitudo manet; at virtus se ipsa ad beate vivendum contenta est. Omnis ergo bonus beatus, & omnis improbus miser, etiamsi omnibus prorsus fortunæ bonis, quæ dicuntur, abundet. Quæ cum multitudo ignoret, solos beatos ducit, qui & corpore probe sint affecti, & copiosi. Quare providentiam reprehendunt, quæ res humanas non solum ex his quæ sensibus notantur, sed etiam ex sua, & propria præcognitione administrat. Cum enim Deus non nesciat bono viro expedire pauperem esse, ejusque sensum opes, si dentur, depravaturas, utiliter eum in paupertate sinit vivere. Ac qui opulentus est sæpe importuniorem fore videns, si egeat, (ad latrocinandum enim aut ad trucidandos homines, aut ad alia quædam graviora facinora animum adjungeret) potiri illum opibus permittit. Quin & paupertas sæpe nobis utilis fuit, & sepelire liberos, & famulos esse fugitivos. Esset enim

1. Κατὰ περιγραφὴν] Locus iste prius luxatus mss. suppetiis restituitur. περιγραφὴν Phavorinus reddit, ut sit ἡ περιέχουσα αὐτὸ τὸ ὅλον σῶμα· & quidem proprie significat delineationem primam & rudiorem, ubi lineamenta totius corporis exacte exhibentur, deest autem σκιαγραφία & colorum varia adumbratio. Felicitas revera secundum Aristotelem adeo summum bonum est, ut augeri non possit. lib. 1. *Eth.* cap. 7. & *Mag. Mor.* cap. 2. ornari tamen possit & illustrari.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 380.




κέτας· πικροτέρα γὰρ τῆς ἀπωλείας αὐτῶν ἐγένετο ἂν ἡ σωτηρία· φαύλων μὲν τῶν τέκνων, ληστῶν δὲ τῶν οἰκετῶν γινομένων. ἡμεῖς μὲν γὰρ οὐδὲν τῶν ἐσομένων εἰδότες, πρὸς τὰ παρόντα δὲ μόνον βλέποντες, οὐκ ὀρθῶς τὰ συμβαίνοντα κρίνομεν· τῷ δὲ Θεῷ καὶ τὰ μέλλοντα ὡς παρόντα ἐστίν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς καταγινώσκοντας εἴρηται· πρὸς οὓς καὶ τὸ τῆς γραφῆς ἁρμόσειεν ἂν εἰπεῖν, μὴ ὁ πηλὸς ἐρεῖ τῷ κεραμεῖ; καὶ τὰ ἑξῆς. πῶς γὰρ οὐ φευκτός ἐστιν ἄνθρωπος ἀντινομοθετῶν τῷ Θεῷ, καὶ ἀντιπαρακελευόμενος τοῖς τῆς προνοίας ἔργοις, ὁ μηδὲ ταῖς ἀνθρωπίναις νομοθεσίαις ἀντιλέγειν τολμῶν; παραλείποντες οὖν τὰ τοιαῦτα πλημμελήματα, μᾶλλον δὲ ἀσεβήματα, δείξωμεν ὡς οὐ καλῶς αὐτοῖς ἀπρονόητα λέγεται τὰ καθ' ἕκαστα, τῶν καθόλου καὶ γενικῶν προνοίας τυγχανόντων. τρεῖς γὰρ ταύτας αἰτίας μόνας ἄν τις φαίη, τοῦ μὴ γίνεσθαι πρόνοιαν τῶν καθ' ἕκαστα· ἢ γὰρ ἀγνοεῖν τὸν Θεὸν ὅτι καλὸν καὶ τούτων ἐπιμελεῖσθαι, ἢ μὴ βούλεσθαι, ἢ μὴ δύνασθαι· ἀλλ' ἄγνοια μὲν καὶ ἀμαθία παντάπασιν ἀλλοτριώτατον τῆς μακαρίας οὐσίας· αὐτὸ γὰρ γνῶσίς ἐστι καὶ σοφία καὶ ἐπιστήμη. πῶς δὲ ἄνθρωπος ὁ φρονῶν ἀγνοήσειεν, ὡς τῶν κατὰ μέρος πάντων διαφθειρομένων, καὶ τὰ καθόλου διαφθαρήσεται; ἐκ γὰρ τῶν κατὰ μέρος πάντων τὰ καθόλου συνίσταται· ἐξισάζει γοῦν τὰ εἴδη πᾶσιν ὁμοίως τοῖς κατὰ μέρος, καὶ ἀντιστρέφει καὶ συνδιαφθείρεται καὶ συνδιασώζεται. οὐδὲν δὲ κωλύει πάντα τὰ ἄτομα ἀπολέσθαι, μηδὲ μιᾶς ἄνωθεν κηδεμονίας τυγχάνοντα. τούτων οὖν ἀπολλυμένων καὶ τὰ καθόλου διαφθαρήσεται. εἰ δὲ τούτου προνοεῖν μόνον φήσουσιν αὐτὸν τοῦ μὴ πάντα τὰ κατὰ μέρος ἀπολέσθαι, ἵνα σώζηται τὰ εἴδη, λανθάνουσιν ἑαυτοὺς λέγοντες εἶναί τινα καὶ τῶν καθ' ἕκαστα πρόνοιαν· τούτων γὰρ προνοῶν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, διαφυλάττει τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη. ἄλλοι φασὶν ὡς οὐκ ἀγνοεῖ μὲν, οὐ βούλεται δὲ προνοεῖν. ἀλλὰ τὸ μὴ βούλεσθαι, διὰ δύο γίνεται προφάσεις, ἢ διὰ ῥᾳθυμίαν ἢ διὰ τὸ ἀπρεπές. καὶ τίς ἂν μαινόμενος ῥᾳθυμίας αἰτίαν ἐπάγοι Θεῷ; πάλιν γὰρ ὑπὸ δύο τούτων ῥᾳθυμία τίκτεται, ἡδονῆς καὶ δειλίας· ἢ γὰρ ὑφ' ἡδονῆς τινος δελεαζόμενοι ῥᾳθυμοῦμεν, ἢ διὰ φόβον ἀφιστάμεθα. οὐδέτερον δὲ τούτων θεμιτὸν διανοηθῆναι περὶ Θεοῦ. εἰ δὲ ῥᾳθυμίαν ἐπάγειν παραιτοῖντο, λέγοιεν δὴ μὴ πρέπειν Θεῷ· (ἀνάξιον γὰρ εἶναι τῆς τοιαύτης μακαριότητος τοῖς εὐτελέσι καὶ μικροῖς συγκαταβαίνειν, καὶ οἱονεὶ βεβηλοῦσθαι ταῖς ὑλικαῖς τε καὶ προαιρετικαῖς ἀτοπίαις, καὶ διὰ τοῦτο μὴ βούλεσθαι) ἀγνοοῦσι δύο πάθη τὰ χείριστα τῷ Θεῷ περιάπτοντες ὑπεροψίαν καὶ μολυσμόν. ἢ γὰρ δι' ὑπεροψίαν ὁ δημιουργὸς ὑπερορᾷ τῆς ἀρχῆς καὶ διοικήσεως τῶν κατὰ μέρος, ὅπερ ἀτοπώτατον εἰπεῖν, ἢ τὸν μολυσμὸν ἐκκλίνων ὡς αὐτοί φασιν. εἰ δὲ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων φύσιν ἐχουσῶν ἕλκειν πᾶν τὸ ὑγρὸν, οὔ φασι καταμολύνεσθαι τὸν ἥλιον, οὐδὲ τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ, ὅταν τοῖς βορβόροις ἐλλάμπωσιν, ἀλλὰ μένειν ἀχράντους καὶ καθαρὰς, πῶς τὸν Θεὸν ἡγοῦνται συμβεβηλοῦσθαι τοῖς τῇδε πραττομένοις; οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων φύσιν εἰδότων Θεοῦ ταῦτα τὰ δόγματα· ἀνέπαφον γὰρ καὶ ἀδιάφθορον καὶ ἀμίαντον καὶ πάσης ἀλλοιώσεως κρεῖττον τὸ θεῖον καθέστηκεν. ὁ δὲ μολυσμὸς καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τροπῆς ἐστιν ἔργα· πῶς δὲ οὐκ ἀτοπώτατον τεχνίτην οἱασδήποτε τέχνης καὶ μάλιστα ἰατρὸν ἐπιμελούμενον τῶν καθόλου, μηδὲν τῶν κατὰ μέρος, μηδὲ τὸ σμικρότατον ἐᾶν ἀτέχναστον καὶ ἀνεπιμέλητον, εἰδότα ὡς εἰς τὸ πᾶν συντελεῖ μέρος, τὸν δὲ δημιουργὸν Θεὸν καὶ τῶν τεχνιτῶν ἀποφαίνειν ἀμαθέστατον;

A eorum conservatio jactura acerbior, si & liberi improbi, & famuli prædones essent. Nos enim nihil rerum venientium præsentientes, & ea quæ instant tantum spectantes, non recte de iis quæ in rebus humanis eveniunt, judicamus. At Deo etiam futura, tamquam præsentia sunt. Sed hæc quidem contra eos, qui providentiam damnant, disputata sunt. In quos etiam illud e scriptura sancta conveniet dicere: [a] *an lutum dicit figulo?* Et quæ sequuntur. Quomodo enim non fugiendus homo est, qui contra Deum legem fert, & adversus providentiæ opera nititur, cum ne hominum quidem legibus audeat obsistere? Itaque his erroribus, vel hac potius impietate prætermissa, ostendamus non recte eos a B rebus singulis providentiam removere, cum universis & generalibus a Deo consulatur. Hæ enim tres solæ caussæ afferri possunt, cur res singulæ Dei providentia non regantur. Aut enim Deum ignorare, rectum esse etiam illis consulere, aut nolle, aut non posse. Verum ignoratio quidem & inscitia, ab illa beata natura alienissima est: est enim ipsamet cognitio, & sapientia, & scientia. Atqui quomodo homo qui sapiat aliquid, ignoret omnibus individuis pereuntibus, etiam universa interitura? Nam ex omnibus rebus singulis, universa constituuntur. Species enim omnes, singulas res exæquant, & reciprocantur, unaque intereunt, & una conservantur. Neque quidquam obstat quo minus omnia individua inte- C reant, si divinitus nulla providentia gubernentur: Quibus pereuntibus etiam universa interibunt. Quod si dicant hoc solum illi curæ esse, ne omnia individua intereant, ut species conserventur non vident se dicere etiam singularum rerum quamdam procurationem esse; quandoquidem rebus singulis, ut ipsi ajunt, prospiciens, genera, speciesque tuetur. Alii dicunt non ignorare quidem Deum, sed providere nolle. Verum hoc ipsum nolle, duabus de caussis accidit, aut ob ignaviam, aut quod indecorum sit. Ecquis ita insaniat, ut ignaviæ Deum accuset? Rursus enim duabus de caussis, ignavia innascitur, voluptate & timiditate. Aut enim voluptate aliqua illecti ignavi sumus: aut metu ali- D quo, ab agendo removemur. Quorum neutrum de Deo suspicari fas est. Sin ignavia quidem Deum liberant, sed illi indecorum hoc genus providentiæ dicant: (indignum enim esse ejusmodi beatitudine ad res viles, & minutas se demittere, & corporeis, ex nostraque electione & voluntate manantibus ineptiis, velut profanari, ideoque providere nolle) non intelligunt se Deo duas vitiosissimas affectiones tribuere, superbiam, & inquinationem. Aut enim ob superbiam Deus imperium & gubernationem rerum singularum despicit, quod dictu absurdissimum est, aut, ut ipsi loquuntur, quod inquinationem devitet. Quod si cum radii solares vim habeant attrahendi humorem omnem, negant E inquinari solem ejusque radios, cum cœno lucem inferunt, sed integros & ab omni sorde puros manere dicunt; quomodo Deum rebus humanis profanari existimant? Non sunt hæc hominum dogmata, qui Dei naturam perspectam habeant. Nam in Deum, neque interitus, neque macula, neque commutatio ulla potest cadere. Inquinatio autem, & omnia ejus generis ad mutationem pertinent. Verumtamen nonne absurdissimum est, quemlibet artificem, maximeque medicum, universo consulentem, nullam rem de singulis ne minimam quidem artis, & curæ expertem, prætermittere, quod sciat conferre aliquid ad rerum universitatem; Deum ejusdem universitatis architectum, etiam opificibus

[a] Isa. XLV. Hier. XVIII. Sap. XV. Rom. IX.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
380.



ἀλλ' ἄρα βούλεται μὲν, οὐ δύναται δέ; καὶ πῶς A οὐκ ἄντικρυς ἀπεμφαίνων ἀσθενῆ λέγει τὸν Θεόν, καὶ ἀδύνατον εὖ ποιεῖν; ἄλλως τε κατὰ δύο τρόπους φαίη τις ἂν τὸν Θεὸν μὴ δύνασθαι προνοεῖν τῶν ἀτόμων, ἢ τῷ αὐτὸν μὴ πεφυκέναι, ἢ τῷ τὰ κατὰ μέρος ἀνεπίδεκτα προνοίας εἶναι· ἀλλ' ὅτι μὲν αὐτὸς πέφυκε προνοεῖν, καὶ αὐτοὶ συνομολογοῦσι, δι' ὧν φασιν αὐτὸν τῶν καθόλου προνοεῖν· ἄλλως τε τὰ μὲν καταδεέστερα φθάνειν εἰς τὰ ὑπερκείμενα οὐχ οἷά τέ ἐστι· τῶν δὲ κρειττόνων ἡ δύναμις, ἄχρι καὶ τῶν τελευταίων καὶ τῶν ἀναισθήτων σώζουσα κάτεισι. πάντα γὰρ ἤρτηται τοῦ θείου θελήματος· καὶ ἐντεῦθεν ἀρρύεται τὴν διαμονὴν καὶ σωτηρίαν. ὅτι δὲ καὶ ἡ τῶν ἀτόμων καὶ πεπληθυσμένων ὑπόστασις προνοίας ἐστὶ δεκτική, δῆλον B ἐκ τῶν ζώων τῶν ἀρχαῖς τισι καὶ ἡγεμονίαις διοικουμένων ὧν πολλὰ εἴδη. [1] καὶ γὰρ μέλισσαι καὶ μύρμηκες καὶ τὰ πλεῖστα τῶν συναγελαζομένων ὑπό τισιν ἡγεμόσι τέτακται, οἷς ἀκολουθεῖ πειθόμενα. μάλιστα δ' ἄν τις τοῦτο κατανοήσειεν εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων πολιτείαν ἐμβλέψας. φαίνεται γὰρ τὰς τῶν νομοθετῶν καὶ τὰς τῶν ἀρχόντων ἐπιδεχομένη διοικήσεις καὶ ἐπιμελείας· ἡ δὲ τούτων δεκτική, πῶς ἂν εἴη τῆς τοῦ δημιουργοῦ προνοίας ἀνεπίδεκτος; τεκμήριον δὲ οὐ μικρὸν τοῦ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα προνοίας τυγχάνειν, τὸ φυσικῶς ἐγκατεσπάρθαι τοῖς ἀνθρώποις τὴν γνῶσιν αὐτῆς. ὑπ' ἀνάγκης γὰρ συσχεθέντες, εὐθὺς ἐπὶ τὸ θεῖον καὶ τὰς εὐχὰς καταφεύγομεν, ὡς ἂν τῆς φύσεως ἀγούσης ἡμᾶς ἀ- C διδάκτως ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν. οὐκ ἂν δὲ ἡμᾶς ἀδιδάκτως ἦγεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ μὴ φύσιν ἔχον γίνεσθαι· καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἐξαίφνης ταραχαῖς καὶ φόβοις ἀπροαιρέτως πρίν τι καὶ σκέψασθαι, τὸν Θεὸν ἐπιβοώμεθα. πᾶν δέ τι ὁτῳοῦν φυσικῶς ἑπόμενον, ἰσχυρὰν ἔχει τὴν ἀπόδειξιν καὶ οὐδὲ μίαν ἀντιλογίαν ἐπιδεχόμενον· πόθεν οὖν προήχθησαν ἐπὶ τοῦτον τὸν λόγον οἱ ταῦτα δοξάζοντες; πρῶτον μὲν, τῷ νομίζειν συνδιαλύεσθαι τῷ σώματι τὴν ψυχήν· δεύτερον δὲ τῷ μὴ δύνασθαι τὸν λόγον ἐξευρεῖν τῆς κατὰ μέρος προνοίας· ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ θνητή, οὐδὲ μέχρι τοῦ βίου τούτου τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἵσταται, αἵ τε παρὰ τοῖς σοφωτάτοις τῶν Ἑλλήνων μετενσωματώσεις δηλοῦσι, καὶ οἱ λεγόμενοι D τόποι ταῖς ψυχαῖς ἀποκεκληρῶσθαι πρὸς τὸν ἑκάστης βίον, καὶ αἱ τιμωρίαι τῶν ψυχῶν ἃς τιμωροῦνται καθ' ἑαυτάς· ταῦτα γὰρ εἰ καὶ διαπίπτει κατά τι ἕτερον, ἀλλὰ τὸ τὴν ψυχὴν εἶναι μετὰ τὴν ζωὴν ταύτην, καὶ δίκας ὑπέχειν τῶν πλημμελημάτων συνομολογεῖ. εἰ δὲ ἀκατάληπτός ἐστιν ἡμῖν τῆς τῶν κατὰ μέρος προνοίας ὁ λόγος, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι κατὰ τὸ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματά σου καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοί σου· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο δεῖ λέγειν ὡς οὐκ ἔστι πρόνοια· οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ τὸ μέτρον τῆς θαλάσσης ἀγνοοῦμεν, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῆς ψάμμου, φαίη τις ἂν μήτε θάλασσαν, μήτε ψάμμον εἶναι. οὕτω γὰρ εἴποιεν ἂν μήτε ἄνθρωπον μήτε ἄλλο τι ζῶον εἶναι, ἐπειδὴ τὸν ἀριθμὸν E τῶν τε ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀγνοοῦσι. τὰ γὰρ ἄτομα, ἄπειρα ἡμῖν· τὰ δὲ ἄπειρα ἡμῖν ἄγνωστα ἡμῖν· καὶ τὰ μὲν καθόλου πολλάκις λόγῳ γίνεται περίληπτα, τὰ δὲ κατὰ μέρος ἀδύνατον. οὔσης δὲ καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον διττῆς διαφορᾶς, τῆς τε πρὸς ἕτερον ἄνθρωπον, καὶ τῆς πρὸς ἑαυτόν· (πολλὴ γὰρ καὶ ἡ πρὸς ἑαυτὸν ἑκάστου καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐναλλαγὴ καὶ διαφορὰ, ἔν τε τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ χρείαις

rudiorem reddere ? Ceterum an providere quidem vult, non tamen potest ? quomodo non ex adverso sic asserens, Deum imbecillem asserit, & bene merendi facultatem non habere ? Præterea dupliciter intelligi potest, Deum individuis providere non posse, aut quod ipse natura non sit ad procurandum idoneus, aut quod res singulæ providentiæ non sint capaces. Verum idoneum quidem illum esse natura ad providendum, etiam ipsi concedunt, dum ajunt illum rebus universis providere, eoque magis, quod inferiora ad superiora pertingere non possunt ; at superiorum vis etiam usque ad ultima, sensumque fugientia, omnia fovens & conservans, pertineat. Omnia enim a divina voluntate pendent, & inde permanentiam, salutemque accipiunt. Esse autem etiam individua ipsa, & res multiplicatas, capaces providentiæ, ex animalibus perspicitur, quæ imperiis quibusdam, & magistratibus gubernantur, & unum in locum convenientia, principibus quibusdam subjiciuntur, quos audientes sequuntur ; ut in apibus, & formicis, aliisque plurimis licet cernere. Sed hoc qui in hominum cultum & Rempublicam intuebitur, maxime animadvertet. Videmus enim eos legislatorum, & magistratuum rectionem, & procurationem admittere. Quæ qui recipiat, quo modo in eum Dei providentia non cadat? Jam vero etiam res singulas regi providentia, magno argumento est, quod naturaliter ejus notitia hominibus est insita. Nam difficili, & necessario nostro tempore statim ad numen divinum, & preces confugimus : velut natura nos sine doctrina ad Dei opem perducente : Non autem sine doctore nos natura ad id duceret, quod eadem natura non fert, ut fiat. Nam in repentinis perturbationibus, & timoribus sine electione, neque deliberate & antequam aliquid consideramus, Dei numen invocamus. Quidquid autem naturaliter quamque rem insequitur, in eo tanta vis est ad demonstrandum, ut contradici nihil possit. Quæ ergo ratio istos ad hanc sententiam adduxit ? Primum quidem, quod existiment cum corpore animam interire. Deinde quia rationem rerum singularum providentiæ percipere nequeunt. Verum animam morte non deleri, neque hujus vitæ circumscriptione res humanas terminari, & discessus ab uno corpore in aliud, quod doctissimi quique Græcorum probant, & loca quæ dicuntur animabus, pro cujusque vita distributa, & supplicia, quibus per se animæ afficiuntur, declarant. Hæc enim etsi in alio quopiam peccant, tamen remanere animam post hanc vitam, & luere pœnam peccatorum, confitentur. Sin providentiæ ratio rerum singularum a nobis comprehendi non potest, ut certe non potest, prout illud testatur : [a] *Quam indagari nequeunt judicia tua, neque investigari viæ tuæ*, non tamen hanc ob caussam neganda providentia est. Neque enim quoniam maris terminos & arenæ numerum ignoramus, neget quis mare, aut arenam esse. Nam hoc quidem modo etiam hominem, aut aliud quodpiam animal esse negent, quoniam numerum hominum, & ceterorum animalium nesciunt. Nam individua nobis infinita sunt. Quæ autem nobis infinita, nobis incognita ; ac universa quidem sæpe ratione comprehenduntur, res singulæ ut comprehendantur, fieri non potest. Cum autem sit in unoquoque homine duplex differentia ; una, qua ab alio homine discrepat : altera, qua a se ipso (multum enim quotidie quisque mutatur, & a se ipso differt in vitæ genere, in studiis, in vi-

a Rom. xi. 33.

1. Καὶ γὰρ μέλισσαι] Loco huic male mulctato, medicinam fecimus ex ms.

καὶ ἐπιθυμίαις καὶ τοῖς ἐπισυμβαίνουσιν· ἀγχίστροφον γὰρ τοῦτο τὸ ζῶον, ταῖς χρείαις καὶ τοῖς καιροῖς ὀξέως συμμεταβαλλόμενον·) ἀνάγκη καὶ τὴν ἁρμόζουσαν ἑκάστῳ πρόνοιαν διάφορόν τε καὶ ποικίλην καὶ πολυσχεδῆ καὶ σύνδρομον τῇ τῶν πεπληθυσμένων ἀκαταληψίᾳ συνεκτείνεσθαι· εἰ δὲ πρόσφορον ἑκάστῳ δεῖ καθ' ἕκαστον πρᾶγμα καὶ οἰκείαν ὑπάρχειν αὐτὴν, ἄπειρος δὲ τῶν κατὰ μέρος ἡ διαφορὰ, ἄπειρος ἅμα καὶ τῆς ἁρμοζούσης αὐτοῖς προνοίας ὁ λόγος. εἰ δὲ ἄπειρος, καὶ ἄγνωστος ἡμῖν. οὐ δεῖ τοίνυν τὴν οἰκείαν ἄγνοιαν ἀναίρεσιν ποιεῖσθαι τῆς τῶν ὄντων κηδεμονίας· ἃ γὰρ σὺ νομίζεις μὴ καλῶς, ταῦτα κατὰ λόγον μὲν τῷ δημιουργῷ γίνεται· σὺ δὲ ἀγνοῶν τὰς αἰτίας, οὐχὶ κατὰ λόγον φῂς γίνεσθαι. ὅπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀγνώστων πάσχομεν, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων τῆς προνοίας· ἐξ εἰκασίας τινὸς καὶ ταύτης ἀμυδρᾶς συννοοῦμεν τὰ κατ' αὐτὴν, εἴδωλά τινα καὶ σκιὰς τῶν ἔργων αὐτῆς ἐκ τῶν γινομένων κατὰ στοχασμὸν λαμβάνοντες. φαμὲν γοῦν τινα γίνεσθαι κατὰ συγχώρησιν τοῦ Θεοῦ· τῆς δὲ συγχωρήσεως εἴδη πολλά· συγχωρεῖ γὰρ πολλάκις καὶ τὸν δίκαιον περιπεσεῖν συμφοραῖς, ἵνα τὴν ἐν αὐτῷ λανθάνουσαν ἀρετὴν ἀναδείξηται ἄλλοις, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ. ἄλλο τε συγχωρεῖ τῶν ἀτόπων τι πραχθῆναι, ἵνα διὰ τῆς πράξεως τῆς δοκούσης ἀτόπου, μέγα τι καὶ θαυμαστὸν κατορθώσῃ, ὡς διὰ τοῦ σταυροῦ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. κατ' ἄλλον τρόπον συγχωρεῖ τὸν ὅσιον πάσχειν κακῶς, ἵνα μὴ ἐκ τοῦ ὀρθοῦ συνειδότος καὶ τῆς δοθείσης αὐτῷ δυνάμεως εἰς ἀλαζονείαν ἐκπέσῃ, ὡς ἐπὶ τοῦ Παύλου. ἐγκαταλείπεταί τις πρὸς καιρὸν εἰς διόρθωσιν ἄλλου· ἵνα τὸ κατ' αὐτὸν σκοποῦντες οἱ ἄλλοι παιδεύωνται, ὡς ἐπὶ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου· φυσικῶς γὰρ ὁρῶντές τινας πάσχοντας συστελλόμεθα, ὡς εἴρηται καλῶς τῷ Μενάνδρῳ τὸ,

A tæ necessitatibus, in cupitatibus, & accidentibus. Celeriter enim se vertit hoc animal, & cum vitæ necessitatibus temporibusque mutatur:) necesse est etiam congruentem cuique providentiam, eamque differentem, & variam, & multiformem, & cum rerum singularum immensitate conjunctam comitari. Quod si accommodatam cuique oportet in quaque re & propriam esse providentiam, infinita autem est rerum singularum differentia, simul infinita est eis accommodatæ ratio providentiæ; sin autem infinita, etiam nobis ignota. Quare non ob ignorationem nostram moderatio curaque rerum tollenda est. Quæ enim tu non recte geri putas, ea prudenter Deo decreta sunt: sed tu, quoniam caus- B sas ignoras, prudenter geri negas. Idem enim nobis usu venit in providentiæ operibus, quod in ceteris rebus quas non assequimur. Ex conjectura aliqua, eaque obscura, eam cognoscimus, & imagines quasdam, umbrasque operum ejus, ex his quæ fieri videmus, velut suspicantes sumimus. Dicimus enim quædam fieri permissione Dei. Permissionis autem multæ sunt species. Permittit enim sæpe etiam virum bonum in calamitates incidere, ut latentem in eo virtutem ceteris prodat, ut de Job accepimus [a]. Alias permittit aliquid absurdi fieri, ut re, quæ absurda videatur, magnam quamdam rem & admirabilem assequatur; ut per crucem salutem humani generis. Alio modo sanctum & pium C hominem in ærumnis & miseriis esse permittit, ne de bona animi conscientia, & potestate sibi data, in arrogantiam prolabatur, ut in Paullo animadverti potest [b]. Deseritur igitur quis ad tempus, ad correctionem alterius, ut ejus casum ceteri intuentes erudiantur, ut in Lazaro, & Divite evenit [c]. Natura enim ita comparatum est, ut dum alios in malis cernimus, ipsi animis contrahamur; ut scite a Menandro dictum est.

Φοβούμενοι τὸ θεῖον ἐπὶ τοῦ σοῦ πάθους.

Dei timentes numen in malis tuis.

Ἐγκαταλείπεταί τις καὶ εἰς ἄλλου δόξαν, οὐ δι' οἰκείας ἢ γονέων ἁμαρτίας, ὡς ὁ ἐκ γενετῆς τυφλὸς, εἰς δόξαν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. πάλιν συγχωρεῖταί τις παθεῖν εἰς ἄλλου ζῆλον· ἵνα τῆς δόξης τοῦ παθεῖν μεγαλυνθείσης ἄοκνον τὸ πάθος τοῖς ἄλλοις γένηται, ἐλπίδι τῆς μελλούσης δόξης καὶ ἐπιθυμίᾳ τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν, ὡς ἐπὶ τῶν μαρτύρων καὶ τῶν ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότων ὑπὲρ πατρίδος ἢ γένους ἢ δεσποτῶν. εἰ δέ τῳ δοκοίη παράλογον εἶναι, τὸ εἰς ἄλλου διόρθωσιν πάσχειν κακῶς, γινωσκέτω, ὡς οὗτος ὁ βίος ἀγών ἐστι καὶ στάδιον ἀρετῆς· ὅσῳ τοίνυν μείζους οἱ πόνοι, τοσούτῳ μείζους οἱ στέφανοι· καὶ γὰρ τὸ μέτρον τῆς ὑπομονῆς ἡ τῶν ἄθλων ἀντίδοσις. διὰ τοῦτο Παῦλος ἐν μυρίαις συνεχωρήθη γενέσθαι θλίψεσιν, ἵνα μείζονα καὶ τέλειον ἀπολάβῃ τῆς νίκης τὸν στέφανον· πάντα οὖν καλῶς καὶ δεόντως γίνεται τῆς προνοίας τὰ ἔργα. ὅτι δὲ καλῶς καὶ δεόντως καὶ ὡς μόνως ἐπιδέχεται, διοικεῖ Θεὸς τὰ πάντα, δύο τούτοις τοῖς σκοποῖς τις χρώμενος τοῖς παρὰ πᾶσιν ὁμολογουμένοις, ὀρθότατα σκοπήσειεν. ἀγαθός ἐστι καὶ μόνος σοφός. οὐκοῦν διὰ μὲν τὸ ἀγαθὸς εἶναι, προνοητὴς εἰκότως ἐστὶ, διὰ δὲ τὸ σοφὸς εἶναι, σοφῶς καὶ ἄριστα τῶν ὄντων ἐπιμελεῖται· εἰ μὲν γὰρ οὐ προνοεῖ, οὐκ ἀγαθός· εἰ δὲ μὴ καλῶς, οὐ σοφός. δεῖ τοίνυν τούτοις προσέχοντα τοῖς σκοποῖς, μηδενὸς καταγινώσκειν τῶν τῆς προνοίας ἔργων, μηδὲ βλασφημεῖν ἀνεξετάστως· καλῶς δὲ πάντα ἀποδέχεσθαι, πάντα θαυμάζειν, πάντα πεπεῖσθαι καλῶς καὶ δεόντως γίνεσθαι, κἂν

Destituitur etiam aliquis gloriæ alterius caussa, non suo aut parentum vitio, ut is qui natus erat cæ- D cus, ad gloriam filii hominis. Rursus ad alterius æmulationem, mala perpeti quispiam permittitur, ut patiendi gloria amplificata, ceteri spe futuræ laudis, & cupiditate venturorum bonorum commoti, idem sine ulla dubitatione patiantur. Quod in martyribus perspicimus, & qui pro patria aut genere suo, aut dominis occubuerunt. Quod si cuipiam adversari rationi videatur, ad alterius correctionem quempiam vexari; sciat, hanc nostram vitam esse certamen & stadium virtutis: itaque quo labores majores, eo majora præmia. Nam perpessionis modus & finis, est præmiorum remuneratio. Eam ob caussam Paullus innumeris malis affligi permittebatur, ut majore & absoluto victoriæ præ- E mio potiretur. Quare omnia recte & decenter providentiæ opera efficiuntur. Quod ita esse, eaque Deum ratione omnia moderari, quam solam rerum natura patitur, si quis duo hæc spectet, quæ ab omnibus conceduntur, rectissime animadvertet. Bonus est, solusque sapiens. Quare bonus est, merito providet: Quod sapiens, sapienter, & optime providet. Si enim non providet, non est bonus: si non recte providet, non est sapiens. Itaque hos duos scopos intuentibus, nullum providentiæ opus damnandum est, neque re non explorata de ea quidquam est detrahendum: sed omnia in bonam partem accipienda sunt, omnia habenda admirationi, omnia recte & decore fieri

[a] Job I. &c. [b] 1. Cor. XII. [c] Luc. XVI.

φαίνηται τοῖς πολλοῖς ἄδικα· ἵνα μὴ πρὸς τῇ βλασφημίᾳ πολλὴν καὶ τῆς ἀμαθίας ἑαυτῶν καταχέωμεν ψόγον. ὅταν δὲ λέγωμεν πάντα καλῶς γίνεσθαι, δῆλον ὡς οὐ περὶ τῆς κακίας τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲ τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν ἔργων καὶ παρ᾽ ἡμῶν γινομένων τὸν λόγον ποιούμεθα, ἀλλὰ περὶ τῶν τῆς προνοίας τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν ὄντων. πῶς οὖν ἄνδρες ὅσοι πικροῖς περιπίπτουσι θανάτοις καὶ σφαγαῖς ἀναιτίαις; εἰ μὲν γὰρ ἀδίκως, διὰ τί μὴ ἐκώλυσεν ἡ δικαία πρόνοια τὸν φόνον; εἰ δὲ δικαίως, ἀναίτιοι πάντως οἱ φονεύσαντες. πρὸς αὐτοὺς ἐροῦμεν, ὅτι καὶ ὁ φονεύσας ἀδίκως φονεύει, καὶ ὁ φονευόμενος ἢ δικαίως φονεύεται ἢ συμφερόντως· δικαίως μὲν ἔσθ᾽ ὅτε διὰ πράξεις ἀτόπους, ἡμῖν καὶ ἀδήλους· συμφερόντως δὲ, προκαταλαμβανούσης τῆς προνοίας τὰς μελλούσας ἔσεσθαι παρ᾽ αὐτοῦ κακουργίας, καὶ ὅτι καλὸν αὐτῷ μέχρι τούτου στῆναι τὴν ζωὴν, ὡς Σωκράτει καὶ τοῖς ἁγίοις· ὁ δὲ φονεύσας, ἀδίκως ἐφόνευσεν. οὐ γὰρ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐξὸν αὐτῷ, ἀλλὰ διὰ κέρδος καὶ λῃστείαν ἑκουσίως· ἐφ᾽ ἡμῖν γὰρ ἡ πρᾶξις, τὸ δὲ πάθος οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν, οἷον τὸ φονευθῆναι· θάνατος δὲ οὐδεὶς κακὸς, εἰ μὴ ὁ δι᾽ ἁμαρτίαν· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ θανάτου τῶν ὁσίων ἀνδρῶν. ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς κἂν ἐν τῷ σκίμποδι, κἂν αἰφνίδιον ἀπόνως τελευτήσῃ, κακῶς ἀπέθανε, κακὸν ἐντάφιον ἐπαγόμενος τὴν ἁμαρτίαν. ὁ μέντοι φονεύσας, κακῶς ἐφόνευσεν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν δικαίως φονευομένων, εἰς τὴν τῶν δημίων ἑαυτὸν κατέταξε μοῖραν· ἐπὶ δὲ τῶν συμφερόντως, εἰς τὴν τῶν μιαιφόνων καὶ ἐναγῶν. τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τῶν τοὺς πολεμίους φονευόντων καὶ αἰχμαλωτιζόντων καὶ πᾶσαν κακίαν ἐργαζομένων κατὰ τῶν αἰχμαλώτων. τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τῶν πλεονεκτούντων καὶ ἁρπαζόντων χρήματα· καὶ γὰρ τοῖς ἀφαιρουμένοις ὡς εἰκὸς συμφέρει μὴ κεκτῆσθαι, καὶ οἱ πλεονεκτήσαντες ἄδικοι· διὰ γὰρ πλεονεξίαν, οὐχὶ διὰ τὸ συμφέρειν ἐκείνοις ἀφείλοντο.

A credenda, etiamsi vulgo iniqua videantur: ne maledicentiam vituperabili admodum inscitiæ nostræ cumulemus. Verum illud perspicuum est, cum dicimus omnia recte fieri, nos non de hominum vitiis loqui, neque de operibus quæ in nostra potestate sita sunt, & a nobis fiunt, sed de providentiæ effectibus, quæ in nostra potestate sita non sunt. Quomodo ergo viri aliqui acerbissima morte multantur, & sine caussa jugulantur? Si enim inique, cur justa illa providentia cædem non prohibuit? Si juste, nullum est peccatum eorum qui occiderunt. Respondebimus, & eum qui occidit, inique occidisse, & eum qui occiditur, aut juste occidi, aut utiliter; juste aliquando ob improba B quædam facinora nobis incognita: utiliter, quod occupet providentia futura illius maleficia, & quod e re illius sit non ulterius vitam producere. Quod Socrati, & sanctis viris accidit: At qui occidit, injuste occidit. Non enim eam ob caussam, neque quod sibi liceret, sed sponte quæstus faciendi, & prædandi caussa. In nostra enim est potestate agere: perpeti, ut verbi gratia, occidi, in nostra potestate non est. Nulla autem mors mala est, nisi quæ ob peccatum infertur: ut e morte sanctorum hominum cognoscitur. Improbus vero etiam si in lectulo, etiam si repente sine molestia ulla, vitam finierit, male mortuus est, ut qui malam sibi sepulturam asciverit peccatum: qui tamen in- C teremit, improbe interemit. Nam in his qui juste interficiuntur, subdit se in locum carnificis: in his qui utiliter, sanguinariorum, & sceleratorum. idem judicandum de iis, qui hostes interimunt, & bello capiunt, & in captos omne exemplum improbitatis edunt. Itemque idem de iis, qui plus æquo sibi appetunt, & alios pecunia spoliant. Etenim & iis, quibus eripitur, verisimile est conducere non possidere; & qui alienam pecuniam concupierunt, injusti. Nam habendi cupiditate inducti, non quia illis sit utile, ademerunt.




ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

ΤΕΛΟΣ.

INDEX CAPITUM.

FINIS.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 382.



ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ ΚΑΙ ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΑΡΣΕΝΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ.

MAGNI SANCTIQUE ARSENII

DOCTRINA ET EXHORTATIO.


A Ἀδελφοὶ καὶ πατέρες· παντὸς πράγματος ᾧ ἄν τις ἐπιχειροίη, αἰτία τις προηγεῖται καὶ σκοπὸς, καθ᾽ ἂν πράττεται. αἰτίαν δὲ τῆς ἡμῶν ἐκ τοῦ κόσμου φυγῆς, οὐδεμίαν ἄλλην εἴποιμεν ἂν, ἢ τὴν τῆς ψυχῆς κάθαρσιν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἑπομένην αὐτῆς σωτηρίαν. σπουδαστέον οὖν ἡμῖν ὅση δύναμις ἑαυτοὺς ἐκκαθᾶραι· καὶ μᾶλλον τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον· ἔνθα δὴ ὁ πόλεμος μείζων, καὶ ἡ νίκη δυσχερεστέρα. πολλοὶ γάρ εἰσιν, οἱ περὶ μὲν μολυσμῶν σαρκὸς, καὶ τῆς κατ᾽ ἐνέργειαν ἁμαρτίας, πολὺ τὸ ἐγκρατὲς ἐπεδείξαντο· νηστείαις ἐχρήσαντο, καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ ἄλλαις ὅσαις κακοπαθείαις· περὶ δὲ τοῦ κατὰ διάνοιαν μολυσμοῦ, καὶ τῆς ἐντελοῦς καθάρσεως, οὐδὲν, ἢ ὀλίγα παντελῶς ἐφρόντισαν καί τοι γε τοῦ πα- B ραγγέλματος οὐ περὶ καθάρσεως τοῦ τῆς σαρκὸς μολυσμοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος ἔχοντος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ πορνείαν μὲν καὶ τὴν ἄλλην ἐκφυγεῖν ἡδυπάθειαν, πολλοῖς ἐμέλησε. ὥστε μέντοι τῶν κρυφιωτέρων παθῶν, οἷον φθόνου, φιλοδοξίας, οἰήσεως, χρημάτων ἔρωτος· καὶ τοῦ πάντων χείρονος, ὑπερηφανείας· τούτων ἐκφυγεῖν τὰς ὀχλήσεις, ὀλίγοι κομιδῇ πεφροντήκασι. ταύτῃ τοι τὴν κάθαρσιν ἐξ ἡμισείας ἔχουσιν οὗτοι· μᾶλλον δὲ, τῷ πλείονι καὶ κυριωτέρῳ μέρει ἀκάθαρτοι μεμενήκασι· καὶ οἷον ἀνδριάντες εἰσὶν, οἳ ἔξωθεν μὲν τῷ χρυσῷ πολλάκις ἢ καὶ χαλκῷ στίλβουσι· τὰ δὲ ἔνδον, ἀκαθαρσίας καὶ ὕλης πάσης ἄλλης πεπλήρωται φαυ- C λοτάτης.

Τούτων οὖν καὶ μᾶλλον ἡμεῖς τῶν ἀδήλων παθῶν ἐκκαθαίρεσθαι σπουδάσωμεν· καὶ τοῦτο δὲ μὴ λανθανέτω ἡμᾶς ἀδελφοὶ, ὅπως ὁ ἐχθραίνων ἡμῖν διάβολος, πολλαῖς καὶ ποικίλαις ταῖς μηχαναῖς χρώμενος ἐξαπατᾷν πειρᾶται, καὶ προφάσει τοῦ ἀγαθοῦ, τοῖς πονηροῖς ἐμπίπτειν παρασκευάζει· οἷον φιλοξενίαν ὑποτιθέμενος, καὶ τὴν τῶν παραβαλλόντων ἀδελφῶν ἀκολούθως φιλοφροσύνην, συνεσθίειν αὐτοῖς καὶ συμπίνειν παρασκευάζει· καὶ ἡ αἰτία, τὸ τῆς ἀγάπης καλόν· εἶθ᾽ οὕτως ὑποκλέ- D πτων ἠρέμα καὶ ὑποσπῶν, εἰς τὸ τῇ γαστρὶ δουλεύειν ἡμᾶς λάθρα εἵλκυσε. κἀντεῦθεν ἐμπαθείαις καὶ ἡδοναῖς εἰς κόρον ἐμόλυνεν. ἄλλοις πάλιν ἐλεημοσύνην ὑποβάλλων καὶ χρηστότητα, καὶ τὴν περὶ τοὺς πένητας εὐποιΐαν, ἐντεῦθεν ἔρωτα χρημάτων αὐτοῖς ἐνῆκε, καὶ πρὸς φιλαργυρίαν ἐξέμηνεν. ἑτέροις τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν εἰς δέλεαρ ὑποσπείρων, τὴν ἡσυχίαν ὡς ἄκαρπον ἀπολιπεῖν παρεσκεύασε· καὶ πολλοῖς μὲν τῶν κοσμικῶν ὁμιλεῖν· ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ πρὸς γυναῖκας ἀφυλάκτως τοῦτο

Fratres ac Patres; quidquid tandem aliquis negotii aggrediatur, ratio aliqua finisque proprius præeat necesse est, quo se operi accingat. Rationem vero ac caussam, cur a sæculo fugam nobis ineundam duximus, nullam aliam dixerimus, quam ut animum emundantes, quæ huic comes est emundationi, salutem consequamur. Adhibenda igitur nobis pro virili diligentia, ut nos ipsos emundemus; præsertim vero interiorem hominem, penes quem & gravior incumbit belli moles, & victoria difficilior est. Sunt enim multi, qui emundandis carnalibus sordibus, ac peccato quod opere præstatur, eliminando, continentiæ plurimum exhibuerunt, jejuniaque & vigilias adhibuerunt, ac reliquis strenue corporis afflictationibus functi sunt; ad animi autem sordes quod attinet, perfectamque emundationem, nihil aut parum quid admodum curaverunt; quamquam non in eo nobis sita professio est, ut carnis dumtaxat, sed ut etiam spiritus emundationi studeamus. Atqui multis sane ea incessit cura, ut scortationem ac carnales reliquas libidines affectusque diligenter caverent: ut autem occultiora vitia eluerent, puta invidiæ, inanis gloriæ, vanæ suæ opinionis & jactantiæ, amoris pecuniarum, omniumque vitiorum deterrimi, superbiæ, seque horum molestia liberarent, pauci admodum curavere. Hinc fit, ut dimidio mutilam hi emundationem obtineant; quin immo majori potiorique parte immundi perseverant: suntque statuis similes, foris quidem sæpius auro aut etiam ære fulgentibus, cum intus immunditia omnique alia vilissima materia infercitæ sint.

II. His nos itaque etiam obscuris vitiis ac affectibus majorem in modum emundari studeamus. Quin ne hoc quoque nos lateat, Fratres, hostem nostrum diabolum multis variisque machinis hoc moliri ut seducat bonique ac honesti specie in foveam malorum ac exitium trahat. Puta, hospitalitatem colere admonet, & ut adventantes fratres læti suscipiamus, quibuscum pari mensa cibum potumque sumamus. Hujus ratio, caritatis bonum; tumque adeo sensim obrepens ac illiciens, eo occulte trahit ut ventri serviamus; indeque libidinibus ac voluptatibus impudicitiisque ad nauseam usque inquinemur. Aliis rursus eleemosynam suadens ac benignitatem, inque egenos beneficentiam, per eam occasionem pecuniarum amorem accendit, & ut avaritiæ œstro insaniant. Aliis aliorum utilitatem, iis capiendis escam subseminans, auctor fuit ut solitudinem quasi inutilem ejusque otia desererent, & ut sæcularium vulgo colloquia miscerent: quandoque etiam suasit, ut & cum feminis, velut

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 382.



ποιεῖν ἀνέπεισεν, ὡς ἤδη πρὸς ἀπάθειαν ἐφθακόσι, καὶ οὕτω φιληδόνους καὶ ἐμπαθεῖς τοὺς ἀθλίους ἀπέδειξεν. ἄλλους ἀνενοχλήτους ἐάσας, καὶ τῷ μηδενὶ τῶν παθῶν ἁλωτοὺς εἶναι παρακρουσάμενος, εἰς ὑπερηφανίαν ἐπῆρε, καὶ οὕτω ῥᾳδίως κατήνεγκεν. ἔστι δὲ οὓς καὶ τοῦ πολεμεῖν ἀποσχόμενος, καὶ μάλιστα τοὺς πρὸς τοὺς ἀσκητικοὺς ἀγῶνας ἔναγχος ἀποδυσαμένους, ἀδεῶς ἔχειν αὐτοὺς καὶ ἀμερίμνως ἠπάτησεν· ἐξ οὗπερ εἰς ῥᾳθυμίαν ἐμβαλὼν, καὶ πόνων ἀμελῆσαι παρασκευάσας, ἀθρόον ὡς ἀχειρώτοις ἐπέθετο καὶ ἀόπλοις, καὶ οὕτω μυρίων σάλον τῶν λογισμῶν, διέσεισέ τε καὶ συνετάραξε· πολλάκις μέντοι καὶ τῷ τῶν παθῶν βυθῷ κατεβάπτισεν. ἑτέρους αὖθις, θαῤῥεῖν ἑαυτοῖς ἀνέπεισεν, ὡς μέτρου ἤδη μείζονος ἐφικομένοις· πιστεύεσθαί τε καὶ ἄλλων λογισμοὺς, καὶ παθῶν καὶ πολέμων ἐξαγορεύσεις ὑπέβαλεν· οἷς μήπω τὰ οἰκεῖα πάθη καλῶς ἀπονιψαμένοις, πρῶτον μὲν ὑπομνήσεις καὶ διατυπώσεις τῶν ὧν ἀκηκόασιν ἐμπαθῶς ἐνῆκεν· ἔπειτα καὶ πρὸς μολυσμοὺς σαρκὸς ἀθλίως κατήνεγκεν. ἐπεὶ οὖν αἱ τοῦ πειράζοντος προσβολαὶ ποικίλαι οὕτως καὶ πολυειδεῖς καὶ δυσφώρατοι, πολλῆς καὶ ἡμῖν δεήσει τῆς φυλακῆς καὶ τῆς νήψεως, καὶ τῆς πρὸς τὸ ἀγαθὸν προσοχῆς· ἵνα παρ' αὐτοῦ φωτιζόμενοι, μὴ λάθωμεν ὡς καλῶν τῶν πονηρῶν χρώμενοι· μὴ δὲ τοῖς βλαβεροῖς περιπίπτοντες ἀδήλως· ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν περισκοποῦντες πόθεν, καὶ πότε, καὶ πῶς τὰς προσβολὰς ἐκεῖνος ποιεῖται· καὶ μηδενὶ μηδ' ὅλως δι' ἀπροσεξίαν προσπίπτωμεν.

A jam arrepta imperturbationis arce, id ipsum incautius præstarent: inque eum modum libidinosos ac voluptatibus deditos miseros effecit. Alios omni cogitationum æstu liberos finens, eaque ratione elidens, quod cunctis vitiis superiores viderentur, in superbiam extulit, sicque facile prostravit. Quandoque vero etiam, dando belli inducias pugnaque abstinens, erga eos maxime qui ad vitæ religiosæ agones se nuper exuissent, sui securos esse, nec cura solicitos seductor induxit; hincque adeo in segnitiem impellens, atque labores neglictim habere faciens, repente adortus uti debiles atque inermes, innumerabilium cogitationum æstum illis commovit atque miscuit conturbavitque: quin & sæpius B profundo vitiorum mersit. Aliis rursus suasit ut sibi ipsi, tamquam jam majorem modum consecuti, confiderent, & ut aliorum creditas cogitationes acciperent, affectusque & libidines atque prœlia detegentes audirent: quodque nec dum suos ipsi affectus atque vitia probe eluissent, cum auditorum memoriam formasque libidinose animo primum immisit, tumque etiam ad carnem polluendam miserabili eos exitu præcipitavit. Cum igitur sic varii ac multiplices, quosque ægre deprehendas, sint tentatoris assultus, magna quoque nobis opus erit cautione ac vigilantia, animoque boni cura intento: ut eo illustrante, his quæ sunt mala, ut bonis, imprudentes non utamur; nec in noxia, cæcis animi sensibus, incidamus: sed vigilemus ac sobrii simus, sedulo considerantes unde, quando & quomodo ille adoriatur: inque nullo prorsus, per præsentiæ animi absentiam ac socordiam offendamus.



S. ARSENII ABBATIS
APOPHTHEGMATA.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 382.

Apud Cotelerium Monum. Eccl. Gr. *tom.* 1. *pagg.* 353-372.

Περὶ τοῦ Αββᾶ Αρσενίου.

A

De Abbate Arsenio.

Ο Αββᾶς Αρσένιος, ἔτι ὢν ἐν τῷ παλατίῳ, ηὔξατο τῷ Θεῷ λέγων· κύριε, ὁδήγησόν με πῶς σωθῶ. καὶ ἦλθε αὐτῷ φωνὴ λέγουσα· Αρσένιε, φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σώζῃ.

I. Abbas Arsenius, cum adhuc in palatio versaretur, oravit ad Deum, dicens; Domine, duc me per viam qua salutem consequar. Et descendit ad eum hæc vox; Arseni, fuge homines, & salvus eris.

Ο αὐτὸς ἀναχωρήσας ἐν τῷ μονήρει βίῳ, πάλιν ηὔξατο τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών. καὶ ἤκουσε φωνῆς λεγούσης αὐτῷ· Αρσένιε, φεῦγε, σιώπα, ἡσύχαζε. αὗται γάρ εἰσιν αἱ ῥίζαι τῆς ἀναμαρτησίας.

II. Idem cum ad solitariam vitam secessisset, iterum oravit eamdem precem. Audivitque vocem hujusmodi; Arseni, fuge, tace, quiesce. Hæ enim sunt radices impeccantiæ.

Επέστησάν ποτε τῷ Αββᾷ Αρσενίῳ οἱ δαίμονες ἐν τῷ κελλίῳ θλίβοντες αὐτόν. παραβαλόντες δὲ οἱ διακονοῦντες αὐτῷ, καὶ στάντες ἔξω τῆς κέλλης, ἤκουσαν αὐτοῦ βοῶντος πρὸς τὸν Θεὸν καὶ λέγοντος· ὁ Θεὸς μὴ ἐγκαταλίπῃς με· οὐδὲν ἐποίησα ἐνώπιόν σου ἀγαθόν· ἀλλὰ δός μοι κατὰ τὴν χρηστότητά σου βαλεῖν ἀρχήν.

B III. Adstiterunt aliquando Abbati Arsenio in cella posito dæmones, & molestia illum afficiebant. Accedentes autem ministri ejus, & extra cellam stantes, audierunt illum clamantem ad Deum ac dicentem; Deus ne derelinquas me: nihil boni feci coram te; sed da mihi secundum benignitatem tuam, ut nunc incipiam bene agere.

Ελεγον περὶ αὐτοῦ, ὅτι ὥσπερ οὐδεὶς τοῦ παλατίου ἐφόρει βελτίονα αὐτοῦ ἐσθῆτα· [1] οὕτως οὐδὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν εὐτελεστέραν τις αὐτοῦ ἐφόρει.

IV. Ajebant de eodem, quod sicut nullus e palatio, pretiosiori eo veste induebatur; ita nec in Ecclesia ullus tegebatur viliori.

Εἶπέ τις τῷ μακαρίῳ Αρσενίῳ· πῶς ἡμεῖς ἀπὸ τοσαύτης παιδεύσεως καὶ σοφίας, οὐδὲν ἔχομεν, οὗτοι δὲ οἱ ἀγροῖκοι καὶ Αἰγύπτιοι, τοσαύτας ἀρετὰς κέκτηνται; λέγει αὐτῷ ὁ Αββᾶς Αρσένιος· ἡμεῖς ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου παιδεύσεως, οὐδὲν ἔχομεν· οὗτοι δὲ οἱ ἀγροῖκοι καὶ Αἰγύπτιοι, ἀπὸ τῶν ἰδίων πόνων ἐκτήσαντο τὰς ἀρετάς.

V. Dixit aliquis beato Arsenio; Quomodo nos, qui adeo eruditi ac docti sumus, nihil habemus boni; isti autem rustici & Ægyptii, tantas possident C virtutes? Respondit ei Abbas Arsenius; Nos e mundana eruditione nihil retulimus; hi vero rustici & Ægyptii, per suos labores acquisiverunt.

Ερωτῶντός ποτε τοῦ Αββᾶ Αρσενίου τινὰ γέροντα Αἰγύπτιον περὶ ἰδίων λογισμῶν, ἕτερος ἰδὼν αὐτὸν εἶπεν· Αββᾶ Αρσένιε, πῶς τοσαύτην παίδευσιν Ρωμαϊκὴν καὶ Ελληνικὴν ἐπιστάμενος, τοῦτον τὸν ἀγροῖκον περὶ τῶν σῶν λογισμῶν ἐρωτᾷς; ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν· τὴν μὲν Ρωμαϊκὴν καὶ Ελληνικὴν ἐπίσταμαι παίδευσιν· τὸν δὲ ἀλφάβητον τοῦ ἀγροίκου τούτου, οὔπω μεμάθηκα.

VI. Cum interrogaret aliquando Abbas Arsenius quemdam senem Ægyptium de cogitationibus suis, alius eum intuitus dixit; Abba Arseni, Qui fit ut tu adeo in eruditione Latina & Græca præcellens, hunc rusticum de cogitationibus tuis interroges? Respondit illi; Latinas Græcasque disciplinas novi quidem; sed istius rustici Alphabetum nondum didici.

Παρέβαλέ ποτε ὁ μακάριος Θεόφιλος ἀρχιεπίσκοπος τῷ Αββᾷ Αρσενίῳ, μετὰ ἄρχοντός τινος· ἠρώτα δὲ τὸν γέροντα, ἀκοῦσαι παρ' αὐτοῦ λόγον. μικρὸν δὲ σιωπήσας ὁ γέρων, ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτόν· καὶ ἐὰν ὑμῖν εἴπω, φυλάσσετε; οἱ δὲ συνέθεντο φυλάττειν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ γέρων· ὅπου ἐὰν ἀκούσητε Αρσένιον, μὴ πλησιάσητε.

D VII. Venit aliquando beatus Theophilus Archiepiscopus ad Arsenium Abbatem, una cum quodam judice: interrogabat autem Senem, ut ab eo sermonem audiret. Tum post aliquanti temporis silentium respondit Senex; Et si vobis dixero, custodituri ne estis? Illi vero servaturos se promiserunt. Ait ergo ad illos Senex; Ubicumque audieritis esse Arsenium, ne illuc accedatis.

Αλλοτε πάλιν βουληθεὶς ὁ ἀρχιεπίσκοπος παραβαλεῖν αὐτῷ, ἀπέστειλε πρῶτον εἰδέναι εἰ ἀνοίγει ὁ γέρων. καὶ ἐδήλωσεν αὐτῷ λέγων· ἐὰν ἔλθῃς, ἀνοίγω σοι· καὶ ἐάν σοι ἀνοίξω, πᾶσι ἀνοίγω· καὶ τότε οὐκέτι καθέζομαι ὧδε· ταῦτα ἀκούσας ὁ ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· εἰ διῶξαι αὐτὸν ἀπέρχομαι, οὐκ ἔτι ἀπέρχομαι πρὸς αὐτόν.

VIII. Alia vice iterum cupiens Archiepiscopus cum eo congredi, misit prius, sciscitatum an Senex aperiret. Is significavit ei, dicens; Si veneris, aperiam tibi, cumque tibi aperuero, cunctis aperiam; & tunc ultra non manebo hic. Quibus auditis Archiepiscopus ait; Si eum expulsurus per- E go, non amplius eo pergam.

Αδελφὸς ἠρώτησε τὸν Αββᾶν Αρσένιον ἀκοῦσαι παρ' αὐτοῦ λόγον. καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ γέρων· ὅση δύναμίς σοί ἐστιν, ἀγώνισαι, ἵνα ἡ ἔνδον σου ἐργασία κατὰ Θεὸν ᾖ, καὶ νικήσῃ τὰ ἔξω πάθη.

IX. Frater postulavit ab Abbate Arsenio, ex eo aliquid audire. Aitque ad eum Senex; Pro virili tua contende ut interior tua operatio secundum Deum sit, & vinces affectus externos.

Εἶπε πάλιν· ἐὰν τὸν Θεὸν ζητήσωμεν, φανήσε-

X. Dixit iterum; Si Deum requiramus, appare-

1. Al. inser. ὅτε ἦν ἐν τῷ παλατίῳ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 382.

ται ἡμῖν· καὶ ἐὰν αὐτὸν κατάσχωμεν, παραμενεῖ ἡμῖν.

A bit nobis; & eum si retinuerimus, nobiscum permanebit.

Εἶπέ τις τῷ Ἀββᾷ Ἀρσενίῳ· οἱ λογισμοί μου θλίβουσί με λέγοντες· οὐ δύνασαι νηστεύειν οὐδὲ ἐργάσασθαι· κἂν ἐπισκέπτου τοὺς ἀσθενοῦντας· καὶ τοῦτο γὰρ ἀγάπη ἐςίν. ὁ δὲ γέρων εἰδὼς τὰς σποράς τῶν δαιμόνων, λέγει αὐτῷ· ὕπαγε, φάγε, πίε, κοιμῶ, καὶ μὴ ἐργάσῃ· μόνον τοῦ κελλίου μὴ ἀποστῇς. ᾔδει γὰρ ὅτι ἡ ὑπομονὴ τοῦ κελλίου φέρει τὸν μοναχὸν [1] εἰς τὴν τάξιν αὐτοῦ.

XI. Aliquis dixit Abbati Arsenio; Cogitationes meæ affligunt me, ita suggerentes; Non vales jejunare, nec operari; saltem infirmos visita; id enim quoque caritas est. Senex vero, cui nota erat Dæmonum sementis, ait illi; Vade, manduca, bibe, dormi, ne opereris; dumtaxat e cella ne discedas. Sciebat enim, per patientem in cella mansionem adduci Monachum ad suæ vitæ ordinem.

Ελεγεν ὁ Ἀββᾶς Ἀρσένιος, ὅτι ξένος μοναχὸς εἰς ἀλλοτρίαν χώραν μηδὲν μεσαζέτω, καὶ ἀναπαύεται.

XII. Dicebat Abbas Arsenius, peregrinum Monachum in aliena regione nullo in negotio medium B interponere se debere; ita enim quieturum.

Εἶπεν ὁ Ἀββᾶς Μάρκος τῷ Ἀββᾷ Ἀρσενίῳ· διατί φεύγεις ἡμᾶς; λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ὁ Θεὸς οἶδεν, ὅτι ἀγαπῶ ὑμᾶς· ἀλλ' οὐ δύναμαι εἶναι μετὰ τοῦ Θεοῦ καὶ μετὰ τῶν ἀνθρώπων. αἱ ἄνω χιλιάδες καὶ μυριάδες, ἓν θέλημα ἔχουσιν· οἱ δὲ ἄνθρωποι, πολλὰ θελήματα ἔχουσιν. οὐ δύναμαι οὖν ἀφεῖναι τὸν Θεὸν, καὶ ἐλθεῖν μετὰ τῶν ἀνθρώπων.

XIII. Dixit Abbas Marcus Abbati Arsenio; Quare nos fugis? Respondit Senex; Deus scit, vos a me diligi; sed nequeo esse cum Deo & cum hominibus. Cælestes chiliades ac myriades unam habent voluntatem, homines multas. Itaque non possum dimittere Deum, ac venire in hominum conversationem.

Ελεγεν ὁ Ἀββᾶς Δανιὴλ περὶ τοῦ Ἀββᾶ Ἀρσενίου, ὅτι ὅλην τὴν νύκτα διετέλει ἀγρυπνῶν· καὶ ὅτε [2] ἦλθε περὶ τὸ πρωῒ διὰ τὴν φύσιν καθευδῆσαι, ἔλεγε τῷ ὕπνῳ· δεῦρο κακὲ δοῦλε· καὶ ἥρπαζε μικρὸν καθεζόμενος, καὶ εὐθέως ἠγείρετο.

XIV. Retulit Abbas Daniel de Abbate Arsenio, quod noctem totam pertransibat insomnis; cumque circa matutinum tempus natura impellente dormitaret, somno dicebat; Veni serve nequam; sedensque paullulum capiebat somni, ac statim surgebat. C

Ελεγεν ὁ Ἀββᾶς Ἀρσένιος, ὅτι ἀρκετὸν τῷ μοναχῷ, ἵνα κοιμᾶται μίαν ὥραν, ἐὰν ᾖ ἀγωνιστής.

XV. Dicebat Abbas Arsenius, Monacho sufficere per unam horam dormire, modo is pugilis nomen mereretur.

Ελεγον οἱ γέροντες, ὅτι ἐδόθη ποτὲ εἰς Σκῆτιν, πρὸς ὀλίγα ἰσχάδια, καὶ ὡς μηδὲν ὄντα, οὐκ ἀπέστειλαν τῷ Ἀββᾷ Ἀρσενίῳ, ὡς ἵνα μὴ ὕβριν πάθῃ· ὁ δὲ γέρων ἀκούσας, οὐκ [3] ἦλθεν εἰς τὴν σύναξιν, λέγων· ἀφωρίσατέ με τοῦ μὴ δοῦναί μοι τὴν εὐλογίαν ἣν ἔπεμψεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀδελφοῖς, ἣν οὐκ ἤμην ἄξιος λαβεῖν. καὶ ἤκουσαν πάντες, καὶ ὠφελήθησαν εἰς τὴν ταπείνωσιν τοῦ γέροντος. καὶ ἀπελθὼν ὁ πρεσβύτερος, ἀπήνεγκεν αὐτῷ τὰ ἰσχάδια, καὶ ἤνεγκεν αὐτὸν εἰς τὴν σύναξιν μετὰ χαρᾶς.

XVI. Ajebant Senes; Sceti aliquando datæ sunt paucæ caricæ; & ut nullius pretii, non miserunt ad Abbatem Arsenium, ne contumeliam pati videretur. At Senex re comperta, non venit ad Collectam, dicens; Excommunicastis me, non dando mihi Eulogiam quam Fratribus misit Deus, ut qui eam accipere nequaquam mererer. Et audierunt cuncti, ceperuntque utilitatem ex humilitate Senis. D Tunc Presbyter veniens, caricas eas detulit, ac reduxit eum cum gaudio in Ecclesiam.

Ελεγεν ὁ Ἀββᾶς Δανιὴλ, ὅτι τοσαῦτα ἔτη ἔμεινε μεθ' ἡμῶν, καὶ μόνον θαλλίν σίτου ἐποιοῦμεν αὐτῷ τοῦ ἐνιαυτοῦ· καὶ ὅτε παρεβάλομεν αὐτῷ, ἐξ αὐτοῦ ἠσθίομεν.

XVII. Abbas Daniel dicebat; Per tot annos mansit nobiscum, & unum dumtaxat thallium, mensuram frumenti ei per annum dabamus; cumque advenirernus, comedebamus ex illo.

Ελεγε πάλιν περὶ τοῦ αὐτοῦ Ἀββᾶ Ἀρσενίου, ὅτι εἰ μὴ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ οὐκ ἤλλασσε τὸ ὕδωρ τῶν βαΐων, ἀλλὰ μόνον προσετίθει· ἔπλεκε γὰρ σειρὰν καὶ ἔρραπτεν ἕως ὥρας ἕκτης. καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν οἱ γέροντες λέγοντες· διατί οὐκ ἀλλάσσεις τὸ ὕδωρ τῶν βαΐων, ὅτι ὄζει; καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὅτι ἀντὶ τῶν θυμιαμάτων καὶ τῶν [4] ἀρωμάτων ὧν ἀπέλαυσα ἐν τῷ κόσμῳ, [5] χρὴ ἀπολαβεῖν με τὴν ὀσμὴν ταύτην.

XVIII. Dixit iterum de eodem Abbate Arsenio; quod nisi semel in anno non mutaret aquam palmarum, sed tantum aliam adderet: siquidem plectam texebat & consuebat usque ad horam sextam. Monuerunt ergo eum Senes, dicendo; Cur aquam palmarum non mutas, fœtidam? Aitque illis; Quia E pro suffimentis & aromatibus, quibus in sæculo usus sum, opus est ut odorem hunc capiam.

Εἶπε πάλιν, ὅτι ὡς ἤκουεν ὅτι ἐπλέσθη πᾶν γένος ὀπώρας, ἔλεγεν ἀφ' ἑαυτοῦ· φέρετέ μοι, καὶ

XIX. Adhuc retulit; quia ubi audivit, omne pomorum genus ad maturitatem pervenisse; ex se di-

1. Εἰς τὴν τάξιν αὐτοῦ] Additur in Pelagii Interpretatione; *Qui cum fecisset tres dies, extædiatus est, & inveniens paucas palmulas, scidit eas; & iterum in crastino cœpit plectam* (Codex Suessionensis & Fossatensis, *flectam*) *facere ex eis. Qui cum esurisset, dixit intra se: Ecce aliæ paucæ sunt palmulæ, explico eas & manduco. Et cum perexpendisset* (Codex Fossatensis *perexplicuisset*) *eas, dixit iterum; Lego parum, & sic manduco. Et cum legisset, dixit, Dicam aliquantos Psalmos, & jam securus manduco. Et ita paullatim proficiebat Deo cooperante, donec veniret ad ordinem suum. Et cum accepisset fiduciam adversus cogitationes vitas, vincebat eas.* Quæ Græce reperi in ms. regio 2615. ad hunc modum; καὶ ὡς ἐποίησεν τρεῖς ἡμέρας, ὠκνηδίασεν· καὶ εὑρὼν μικρὰ θαλλία, ἔσχισεν αὐτά· καὶ πάλιν τῇ ἑξῆς ἤρξατο πλέκειν αὐτά· καὶ πεινάσας εἶπεν, ἰδοὺ ἄλλα μικρὰ θαλλία εἰσὶν, * ἐσθίω, καὶ ὡς ἐποίησεν τὰ θαλλία, εἶπεν πάλιν· ἀναγινώσκω μικρὸν, καὶ οὕτως ἐσθίω. καὶ ὡς ἀνέγνω, λέγει· ποιῶ μου τοὺς μικροὺς ψαλμοὺς, καὶ μετὰ ἀμεριμνίας ἐσθίω. καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν προέκοπτεν, τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος, ἕως οὗ ἦλθεν εἰς τὴν τάξιν αὐτοῦ. καὶ θάρσος λαβὼν κατὰ τῶν λογισμῶν, ἐνίκα αὐτούς.

2. Al. ἤθελε.

3. Al. ἐξῆλθεν.

4. Al. μύρων.

5. Χρὴ ἀπολαβεῖν με τὴν ὀσμὴν ταύτην.] Pelagius vetus Interpres; *Opus est uti me fœtore isto:* ac si invenisset exaratum, ἀπολαύειν.

ἐγδ́ετο ἅπαξ μόνον ἀπὸ πάντων μικρὸν εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ.

A xit; Afferte mihi. Et femel tantum ex omnibus parum guftavit, gratias agens Deo.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 382.

Ησθένησέ ποτε ὁ Αββᾶς Αρσένιος εἰς Σκῆτιν, καὶ ἔχρηζεν εἰς πρᾶγμα [1] ἕως λινοῦ ἑνός· καὶ μὴ ἔχων ὅθεν ἀγοράσαι, ἔλαβε παρά τινος ἀγάπην· καὶ εἶπεν· εὐχαριστῶ σοι κύριε, ὅτι ἠξίωσάς με λαβεῖν ἀγάπην διὰ τὸ ὄνομά σου.

XX. Ægrotavit aliquando Abbas Arfenius in Sceti, eoque paupertatis devenerat ut indigeret linea interula: & cum non haberet unde emeret, accepit a quodam eleemofynam; dixitque; Gratias ago tibi Domine, quod mihi conceffferis ut eleemofynam pro nomine tuo acciperem.

Ελεγον περὶ αὐτοῦ, ὅτι εἶχε τὸ διάστημα τοῦ κελλίου αὐτοῦ μίλια τριακονταδύο· οὐκ ἐξήρχετο δὲ ταχέως· ἄλλοι γὰρ ἐποίουν αὐτῷ τὸ διακόνημα. ὅτε δὲ ἠρημώθη ἡ Σκῆτις, ἐξῆλθε κλαίων, καὶ ἔλεγεν· ἀπώλεσεν ὁ κόσμος τὴν Ρώμην, καὶ οἱ μοναχοὶ τὴν Σκῆτιν.

XXI. Dicebant de illo; quod ipfius cella diffita erat fpatio miliarium triginta duo; non cito autem egrediebatur; alii enim minifterium ei faciebant. Quando autem vaftata eft Scetis, exiit plo- B rans, dixitque; Mundus Romam perdidit, & Monachi Scetim.

Ηρώτησεν ὁ Αββᾶς Μάρκος τὸν Αββᾶν Αρσένιον λέγων· καλὸν τὸ μὴ ἔχειν τινὰ ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ παράκλησιν; εἶδον γὰρ ἀδελφόν τινα ἔχοντα μικρὰ λάχανα, καὶ ἐκριζοῦντα αὐτά. καὶ εἶπεν ὁ Αββᾶς Αρσένιος· καλὸν μέν ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἕξιν τοῦ ἀνθρώπου. ἐὰν γὰρ μὴ ἔχῃ ἰσχὺν ἐν τῷ τοιούτῳ τρόπῳ, πάλιν φυτεύει ἄλλα.

XXII. Percontatus eft Abbas Marcus Abbatem Arfenium his verbis: Bonum ne eft, nullum habere in cella fua folatium? Vidi enim Fratrem quemdam qui olufcula habens, eradicabat ea. Refpondit Abbas Arfenius: Bonum quidem eft, at juxtà hominis habitum. Nam fi non habuerit vires in hujufmodi incœpto, iterum alia plantaturus eft.

Διηγήσατο ὁ Αββᾶς Δανιὴλ ὁ μαθητὴς τοῦ Αββᾶ Αρσενίου λέγων, ὅτι εὑρέθην ποτὲ ἐγγὺς τοῦ Αββᾶ Αλεξάνδρου· καὶ ἐκράτησεν αὐτὸν πόνος, καὶ ἥπλωσεν αὐτὸν ἄνω βλέπων διὰ τὸν πόνον. συνέβη δὲ τὸν μακάριον Αρσένιον ἐλθεῖν τοῦ λαλῆσαι αὐτῷ· καὶ εἶδεν αὐτὸν ἡπλωμένον. ὡς οὖν ἐλάλησε, λέγει αὐτῷ· καὶ τίς ἦν κοσμικὸς ὃν εἶδον ὧδε; λέγει αὐτῷ ὁ Αββᾶς Αλέξανδρος· ποῦ ἑώρακας αὐτόν; καὶ εἶπεν· ὡς κατηρχόμην ἀπὸ τοῦ ὄρους, προσέσχον ὧδε ἐπὶ τὸ σπήλαιον, καὶ εἶδόν τινα ἡπλωμένον ἄνω βλέποντα. καὶ ἔβαλεν αὐτῷ μετάνοιαν λέγων· συγχώρησόν μοι, ἐγὼ ἤμην· πόνος γάρ με κατέσχε. καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· οὐκοῦν σὺ ἦς; καλῶς. ἐγὼ ὑπενόησα ὅτι κοσμικός ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο ἠρώτησα.

XXIII. Narravit hoc modo Abbas Daniel difcipulus Abbatis Arfenii: Exftiti aliquando prope Abbatem Alexandrum; & dolore correptus eft, feque C ob ægritudinem extendit, furfum afpiciens. Contigit autem ut beatus Arfenius veniret ad loquendum ei; viditque illum extenfum. Poftquam ergo locutus eft, dicit ei; Et quis erat homo fæcularis quem hic vidi? Refpondit Abbas Alexander; Ubinam confpexifti eum? Ait; Cum e monte defcenderem, refpexi huc ad fpeluncam, & vidi aliquem extenfum cernentem furfum. Tum veniam corpore inclinato petiit ab illo, dicens; Parce mihi; ego eram: dolor enim me comprehendit. Tum Senex; Tu igitur eras? Bene habet. Ego putavi fæculi hominem fuiffe, atque ideo fcifcitatus fum.

Αλλοτε εἶπεν ὁ Αββᾶς Αρσένιος τῷ Αββᾷ Αλεξάνδρῳ· ὅτι ἂν [2] ἀποσχίσῃς τὰ θαλλία σου, ἐλθὲ γεύσαι μετ᾽ ἐμοῦ· ἐὰν δὲ ἔλθωσι ξένοι, φάγε μετ᾽ αὐτῶν. ὁ οὖν Αββᾶς Αλέξανδρος, ὁμαλῶς εἰργάζετο καὶ ἐπιεικῶς. καὶ ὡς γέγονεν ἡ ὥρα, ἀκμὴν εἶχε θαλλία. καὶ θέλων τηρῆσαι τὸν λόγον τοῦ γέροντος, ἀνέμεινε πληρῶσαι τὰ [3] θαλλία. ὁ οὖν Αββᾶς Αρσένιος, ὡς εἶδεν ὅτι ἐχρόνισεν ἐγεύσατο, λογισάμενος μήποτε ξένους ἔσχεν. ὁ δὲ Αββᾶς Αλέξανδρος ὡς ἐτέλεσεν ὀψὲ, ἀπῆλθε. καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ξένους ἔσχες; λέγει· οὐχί. εἶπε δὲ αὐτῷ· πῶς οὖν οὐκ ἦλθες; ὁ δὲ λέγει· ὅτι εἶπές μοι, ὅταν ἀποσχίσῃς τὰ θαλλία σου, ἐλθέ· καὶ τηρῶν τὸν λόγον σου, οὐκ ἦλθον, ὅτι ἄρτι ἐπλήρωσα. καὶ ἐθαύμασεν ὁ γέρων τὴν ἀκρίβειαν αὐτοῦ· καὶ λέγει αὐτῷ· ταχύτερον [4] κατάλυε, ἵνα δὲ τὴν σύναξίν σου [5] βάλῃς, καὶ τοῦ ὕδατός σου μεταλάβῃς· εἰ δὲ μήγε, ταχέως ἔχει τὸ σῶμά σου ἀσθενῆσαι.

XXIV. Alia vice Abbas Arfenius dixit Abbati D Alexandro; Poftquam difcideris palmeos ramos tuos, veni manducare mecum: quod fi hofpites fupervenerint, cum illis comede. Igitur Abbas Alexander, lente operabatur atque moderate. Utque hora venit, adhuc habebat ramos. Et volens Senis mandato obtemperare, exfpectavit donec opus fuum expleffet. At Abbas Arfenius, poftquam vidit eum tardare, comedit, fecum reputans, forte hofpites illi contigiffe. Abbas vero Alexander, completo opere circa vefperam, perrexit. Dicit ei Senex; Habuifti ne peregrinos? Refpondit; Nequaquam. Tum ille; Quare ergo non venifti? Hic; Quia dixifti mihi; Cum abfcideris palmas tuas, veni; unde dicto tuo audiens, non profectus fum, E quia modo perfeci. Tum miratus eft Senex accuratam ejus obedientiam; aitque illi; Citius folve jejunium, quo & Officium tuum recites, & aquam tuam fumas: fin minus, brevi corpus tuum in infirmitatem incurret.

Παρέβαλέ ποτε ὁ Αββᾶς Αρσένιος εἰς τόπον, καὶ ἦσαν ἐκεῖ κάλαμοι, καὶ ἐκινήθησαν ὑπὸ τοῦ ἀνέμου· καὶ λέγει ὁ γέρων τοῖς ἀδελφοῖς· τί ἐστιν ὁ σεισμὸς οὗτος; καὶ λέγουσι· κάλαμοί εἰσι. λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ γέρων· φύσει ἐὰν κάθηταί τις ἐν ἡσυχίᾳ, ἀκούσει δὲ φωνὴν στρουθίου, οὐκ ἔχει ἡ καρδία τὴν αὐτὴν ἡσυ-

XXV. Pervenit aliquando Abbas Arfenius ad quemdam locum in quo erant arundines; quæ a vento motæ funt. Et ait Senex Fratribus; Quis eft motus hic? Refponderunt; Arundines funt. Itaque dicit eis Senex; Revera fi quis federit quiete, audieritque vocem aviculæ, non habebit cor

1. Εως λινοῦ ἑνός.] Eadem Verfio, *ufque ad unam filiquam nummi*. Legebatne ἕως νόμου ἑνός!
2. Al. ἀπόσχῃ, hic & infra.
3. Al. βαΐα.

4. Κατάλυε] Interpres vetus, *disjungere ab opere tuo*: infcite, ac alieno plane fenfu.
5. Al. τοὺς ἀστεράχους.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 382.

χίαν· πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς ἔχοντες τὸν σεισμὸν τῶν καλάμων τούτων;

A ejus requiem eamdem: quanto magis vos, harum arundinum agitationem ſentientes?

Ελεγεν ὁ Αββᾶς Δανιὴλ, ὅτι τινὲς ἀδελφοὶ μέλλοντες ὑπάγειν εἰς Θηβαΐδα διὰ λινάρια, λέγουσι· δι᾽ ἀφορμῆς, ἴδωμεν καὶ τὸν Αββᾶν Αρσένιον. καὶ εἰσῆλθεν ὁ Αββᾶς Αλέξανδρος, καὶ εἶπε τῷ γέροντι· ἀδελφοὶ ἐλθόντες ἀπὸ Αλεξανδρείας, θέλουσί σε ἰδεῖν. λέγει ὁ γέρων· μάθε παρ᾽ αὐτῶν δι᾽ ἣν αἰτίαν παραγεγόνασι. καὶ μαθὼν ὅτι εἰς Θηβαΐδα διὰ λινάρια ὑπάγουσιν, ἀπήγγειλε τῷ γέροντι. λέγει καὶ αὐτός· φύσει οὐ βλέπουσι τὸ πρόσωπον Αρσενίου, ὅτι δι᾽ ἐμὲ οὐκ ἦλθον, ἀλλὰ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. ἀνάπαυσον αὐτοὺς, καὶ ἀπόλυσον ἐν εἰρήνῃ, εἰπὼν αὐτοῖς, ὅτι ὁ γέρων οὐ δύναται ἀπαντῆσαι.

XXVI. Referebat Abbas Daniel, quoſdam Fratres Thebaida propter filum lineum perrecturos, dixiſſe; Per occaſionem Abbatem Arſenium inviſamus. Itaque ingreſſus Abbas Alexander*, dixit Seni; Fratres ex Alexandria venientes, videre te cupiunt. Reſpondit Senex; Diſce ex iis qua de cauſſa advenerint. Ille ubi comperiſſet, in Thebaidem lini ergo proficiſci, Seni renunciavit. Tum hic; Certe faciem Arſenii non conſpicient, quoniam mei gratia non acceſſerunt, ſed ob opus ſuum. Suſcipe eos, ac recreatos dimitte in pace, dicens; B Senex vobis occurrere non poteſt.

Αδελφός τις ἀπῆλθεν εἰς τὸ κελλίον τοῦ Αββᾶ Αρσενίου ἐν Σκήτει, καὶ προσέσχε διὰ τῆς θυρίδος, καὶ θεωρεῖ τὸν γέροντα ὅλον ὡς πῦρ· ἦν δὲ ἄξιος ὁ ἀδελφὸς τοῦ ἰδεῖν. καὶ ὡς ἔκρουσεν, ἐξῆλθεν ὁ γέρων, καὶ θεωρεῖ τὸν ἀδελφὸν ὡς ἔκθαμβον· καὶ λέγει αὐτῷ· ἔχεις πολλὴν ὥραν κρούων; μή τί ποτε εἶδες ὧδε; καὶ εἶπε· οὐχί. καὶ λαλήσας [1] αὐτὸν ἀπέλυσεν.

XXVII. Aliquis Fratrum abiit ad cellam Abbatis Arſenii in Sceti, ac per oſtium attendebat, videtque Senem inſtar ignis totum: erat autem is Frater dignus qui conſpiceret. Utque pulſavit, egreſſus eſt Senex, & conſpicatus Fratrem velut ſtupore correptum, dixit ei; A multo ne tempore, fores pulſas; Num aliquid hic es intuitus? Reſpondit; Nequaquam. Tum collocutus, dimiſit eum.

Καθημένου ποτὲ τοῦ Αββᾶ Αρσενίου εἰς τὸν Κάνωπον, ἦλθε μία συγκλητικὴ παρθένος πλουσία σφόδρα καὶ φοβουμένη τὸν Θεὸν, ἀπὸ Ρώμης ἰδεῖν αὐτόν· καὶ ὑπεδέξατο αὐτὴν Θεόφιλος ὁ ἀρχιεπίσκοπος· καὶ παρεκάλεσεν αὐτὸν, ἵνα πείσῃ τὸν γέροντα δέξασθαι αὐτήν. καὶ ἐλθὼν πρὸς αὐτὸν, παρεκάλεσε λέγων· ἡ δεῖνα ἡ συγκλητικὴ ἦλθεν ἀπὸ Ρώμης, καὶ θέλει σε ἰδεῖν. ὁ δὲ γέρων οὐ κατεδέξατο ἀπαντῆσαι αὐτῇ. ὡς οὖν ἀνηγγέλη αὐτῇ ταῦτα, κελεύει στρωθῆναι κτήνη, λέγουσα· πιστεύω τῷ Θεῷ ἰδεῖν αὐτόν. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ἦλθον ἰδεῖν· εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ πόλει ἡμῶν πολλοὶ ἄνθρωποι· ἀλλὰ προφήτην ἦλθον ἰδεῖν. καὶ ὡς ἔφθασε περὶ τὴν κέλλαν τοῦ γέροντος, κατ᾽ οἰκονομίαν Θεοῦ συνεκαίρησεν ὁ γέρων ἔξω τῆς κέλλης· καὶ ἰδοῦσα αὐτὸν, προσέπεσε τοῖς ποσὶν αὐτοῦ. ὁ δὲ, ἤγειρεν αὐτὴν μετ᾽ ὀργῆς· καὶ προσέχων αὐτῇ λέγων· εἰ τὸ πρόσωπόν μου θέλεις ἰδεῖν, ἰδοὺ βλέπε. ἡ δὲ ἀπὸ αἰσχύνης οὐ κατενόησε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. καὶ λέγει αὐτῇ ὁ γέρων· οὐκ ἤκουσας τὰ ἔργα μου; ταῦτα βλέπειν ἀναγκαῖόν ἐστι. πῶς δὲ ἐτόλμησας τοσοῦτον ποιῆσαι πλοῦν; οὐκ οἶδας ὅτι γυνὴ εἶ; οὐκ ὀφείλεις ἐξέρχεσθαί που ποτέ. ἢ ἵνα ἀπέλθῃς εἰς Ρώμην, καὶ εἴπῃς ταῖς ἄλλαις γυναιξὶν, ὅτι ἑώρακα Αρσένιον, καὶ ποιήσωσι τὴν θάλασσαν ὁδὸν γυναικῶν ἐρχομένων πρός με; ἡ δὲ εἶπεν· ἐὰν θέλῃ ὁ Κύριος, οὐκ ἀφῶ τινα ἐλθεῖν ὧδε. ἀλλ᾽ εὔχου ὑπὲρ ἐμοῦ, καὶ μνημόνευέ μου διαπαντός. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῇ· εὔχομαι τῷ Θεῷ, ἵνα ἐξαλείψῃ τὸ μνημόσυνόν σου ἐκ τῆς καρδίας μου. καὶ ταῦτα ἀκούσασα, ἐξῆλθε τεταραγμένη. καὶ ὡς ἦλθεν εἰς τὴν πόλιν, ἀπὸ τῆς λύπης ἔβαλε πυρέσσειν· καὶ ἀνηγγέλη τῷ μακαρίῳ Θεοφίλῳ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ ὅτι ἀσθενεῖ. καὶ ἐλθὼν πρὸς αὐτὴν, παρεκάλει μαθεῖν τί ἐστιν ὃ ἔχει. ἡ δὲ εἶπεν αὐτῷ· εἴθε μὴ ἀπήντησα ὧδε· εἶπον γὰρ τῷ γέροντι· μνημόνευέ μου· καὶ εἶπέ μοι· εὔχομαι τῷ Θεῷ, ἵνα ἐξαλειφθῇ τὸ μνημόσυνόν σου ἐκ τῆς καρδίας μου. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποθνήσκω ἐκ τῆς λύπης. καὶ λέγει αὐτῇ ὁ ἀρχιεπίσκοπος· οὐκ οἶδας ὅτι γυνὴ εἶ, καὶ διὰ τῶν γυναικῶν ὁ ἐχθρὸς πολεμεῖ τοὺς ἁγίους; διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ γέρων. περὶ γὰρ τῆς ψυχῆς σου, εὔχεται διαπαντός. καὶ οὕτως ἐθεραπεύθη ὁ λογισμὸς αὐτῆς, καὶ ἀπῆλθε μετὰ χαρᾶς εἰς τὰ ἴδια.

XXVIII. Quodam tempore dum reſideret Abbas Arſenius in Canopo, ſenatorii generis virgo, dives admodum, ac Deum timens, venit a Roma, ut vi- C deret eum: ſuſceptaque eſt a Theophilo Archiepiſcopo; quem rogavit, ut Seni perſuaderet admittere illam. Et veniens, hortatus eſt eum his verbis; Illa, ſenatoria, e Roma advenit, vultque videre te. At Senex non acquievit ut mulieri obviam iret. Cum ergo virgini renunciatum fuiſſet, juſſit ſterni jumenta, apud ſe dicens; Confido Deo, quod conſpectura ſim Arſenium: non enim ad hominem videndum ſum profecta; quippe cum plurimis viris referta ſit noſtra civitas; ſed ad intuendum Prophetam iter ſuſcepi. Utque pervenit circa cellam Senis, commodum ſic Deo diſponente Senex extra cellam vacabat: quem illa contuens, procidit ad pedes ejus. Is vero erexit illam cum ira; intendenſque in eam dixit; Si faciem D meam cupis aſpicere, en vide. Illa præ verecundia vultum ipſius contemplata non eſt. Tum Senex; Nonne audiiſti opera mea; Hæc conſiderare oportuit. Quo modo autem auſa es tantam navigationem conficere? Nonne ſcis te eſſe mulierem; nec debere quoquam exire? An ut Romam reverſa, dicas ceteris mulieribus; Vidi Arſenium; fiatque mare, iter mulierum adeuntium me? At illa excepit; Si Deo libuerit, non permittam quamque huc appellere. Verum ora pro me, meique ſemper memento. Reſpondit Arſenius; Deum precor, ut memoriam tui deleat de corde meo. Quibus auditis virgo perturbata diſceſſit. Cumque ad urbem veniſſet, præ triſtitia in febrem incidit: nunciatus- E que eſt beato Theophilo Archiepiſcopo morbus ejus. Qui ad illam profectus, precibus diſcere contendebat quidnam eſſet quod haberet. Reſpondit ipſa; Utinam me huc non contuliſſem; Dixi quippe Seni; Memor mei eſto: ac tuli reſponſum; Deum precor, ut memoria tui e corde meo deleatur. Et ecce præ triſtitia ego morior. Tunc Archiepiſcopus, Neſcis, inquit, te eſſe mulierem, ſanctoſque per mulieres ab inimico impugnari? Eapropter ita pronunciavit Senex. Nam pro anima tua orabit ſemper. Atque hunc in modum curata eſt mens feminæ; & cum gaudio ad patriam remeavit.

Διηγήσατο ὁ Αββᾶς Δανιὴλ περὶ τοῦ Αββᾶ Αρσενίου, ὅτι ἦλθέ ποτε Μαγιστριανὸς, φέρων αὐτῷ δια-

XXIX. Narravit Abbas Daniel de Abbate Arſenio, quod venerit aliquando Magiſtrianus, defe-

1. Al. interſer. αὐτῷ.

θήκην τινὸς συγκλητικοῦ συγγενοῦς αὐτοῦ, ὃς κατέλιπεν αὐτῷ κληρονομίαν πολλὴν σφόδρα· καὶ λαβὼν αὐτὴν, ἤθελε σχίσαι. καὶ ἔπεσεν ὁ Μαγιστριανὸς εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγων· δέομαί σου, μὴ σχίσῃς αὐτήν· ἐπεὶ αἴρεταί μου ἡ κεφαλή. καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἀββᾶς Ἀρσένιος· ἐγὼ πρὸ ἐκείνου ἀπέθανον· αὐτὸς δὲ ἄρτι ἀπέθανε. καὶ ἀντέπεμψεν αὐτὴν, μηδὲν δεξάμενος.

A rens testamentum cujusdam senatoris propinqui ejus, qui ei maximam hereditatem reliquerat: quod testamentum ubi accepit, voluit lacerare. At procidit Magistrianus ad pedes ejus, dicens; Obsecro te, noli discindere; alioqui capite truncabor. Tum Abbas Arsenius ait illi; Ego ante ipsum mortuus sum; is autem modo obiit. Atque remisit testamentum, nec quidquam cepit.

Ἔλεγον πάλιν περὶ αὐτοῦ, ὅτι ὀψὲ σαββάτων ἐπιφωσκούσης κυριακῆς, ἤφιε τὸν ἥλιον ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ ἔτεινε τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν εὐχόμενος, ἕως πάλιν ἔλαμψεν ὁ ἥλιος εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· καὶ οὕτως [1] ἐκαθέζετο.

XXX. Ajebant præterea de illo, quod vespere Sabbatorum illucescente Dominica, solem relinquebat retro, manusque ad cælum extendebat, orans, quousque iterum sol vultum ejus collustraret: atque ita residebat.

Ἔλεγον περὶ τοῦ Ἀββᾶ Ἀρσενίου καὶ τοῦ Ἀββᾶ Θεοδώρου τοῦ τῆς Φέρμης, ὅτι ὑπὲρ [2] πάντας ἐμίσουν τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν. ὁ μὲν οὖν Ἀββᾶς Ἀρσένιος, οὐχ ὑπήντα ταχέως τινί. ὁ δὲ Ἀββᾶς Θεόδωρος, ὑπήντα μὲν, ἀλλ' ὡς ῥομφαία ἦν.

XXXI. Dicebant de Abbate Arsenio & Abbate Theodoro Phermensi, quod supra cunctos gloriam B hominum odio haberent. Quocirca Abbas Arsenius non facile occurrebat cuiquam. Abbas vero Theodorus, occurrebat quidem, sed velut gladius erat.

[3] Καθεζομένου ποτὲ τοῦ Ἀββᾶ Ἀρσενίου ἐν τοῖς κάτω μέρεσι, καὶ ὀχλουμένου ἐκεῖσε, ἔδοξεν αὐτῷ καταλιπεῖν τὸ κελλίον. μηδὲν δὲ ἐξ αὐτοῦ λαβὼν, οὕτως ἐπορεύθη [4] μαθητὰς τοὺς Φαρανίτας Ἀλέξανδρον καὶ Ζώϊλον. εἶπεν οὖν τῷ Ἀλεξάνδρῳ. ἀναστὰς ἀνάπλευσον. καὶ ἐποίησεν οὕτως. καὶ τῷ Ζωΐλῳ εἶπε· δεῦρο μετ' ἐμοῦ ἕως τοῦ ποταμοῦ, καὶ ζήτησόν μοι πλοῖον ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν καταπλέον, καὶ οὕτως ἀνάπλευσον καὶ σὺ πρὸς τὸν ἀδελφόν σου. ὁ δὲ Ζώϊλος, ἐπὶ τῷ λόγῳ ταραχθεὶς, ἐσιώπησε. καὶ οὕτως ἐχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων. κατῆλθεν οὖν ὁ γέρων ἐπὶ τὰ μέρη Ἀλεξανδρείας, καὶ ἠσθένησεν ἀῤῥωστίαν μεγάλην. οἱ δὲ τούτου διακονηταὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους· μὴ ἄρα τις ἡμῶν ἐλύπησε τὸν γέροντα, καὶ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη ἀφ' ἡμῶν; καὶ οὐχ εὗρον ἐν ἑαυτοῖς οὐδὲν, οὔτε ὅτι παρήκουσαν αὐτοῦ ποτε. ὑγιάνας δὲ ὁ γέρων εἶπε· πορεύσομαι πρὸς τοὺς ἐμοὺς πατέρας. καὶ οὕτως ἀναπλεύσας, ἦλθεν εἰς τὴν Πέτραν ὅπου ἦσαν οἱ διακονηταὶ αὐτοῦ. ὄντος δὲ αὐτοῦ πλησίον τοῦ ποταμοῦ, παιδίσκη τις Αἰθιόπισσα ἐλθοῦσα, ἥψατο τῆς μηλωτῆς αὐτοῦ. ὁ δὲ γέρων ἐπετίμησεν αὐτῇ. ἡ οὖν παιδίσκη εἶπεν αὐτῷ· εἰ μοναχὸς εἶ, πορεύου εἰς τὸ ὄρος. ὁ δὲ γέρων ἐπὶ τῷ λόγῳ κατανυγεὶς, ἔλεγεν ἐν ἑαυτῷ· Ἀρσένιε, εἰ μοναχὸς εἶ, πορεύου εἰς τὸ ὄρος. καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀπήντησαν αὐτῷ ὅ, τε Ἀλέξανδρος καὶ Ζώϊλος. καὶ ἐπιπεσόντων αὐτῶν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν καὶ ὁ γέρων· καὶ ἔκλαυσαν ἀμφότεροι. εἶπε δὲ ὁ γέρων· οὐκ ἠκούσατε ὅτι ἠσθένησα; καὶ εἶπον αὐτῷ· ναί. καὶ λέγει ὁ γέρων· καὶ διατί οὐκ ἤλθετε ἰδεῖν με; καὶ λέγει ὁ Ἀββᾶς Ἀλέξανδρος· ὅτι ὁ χωρισμός σου ἀφ' ἡμῶν οὐ γέγονε πιθανὸς, καὶ πολλοὶ οὐκ ὠφελήθησαν, λέγοντες ὅτι εἰ μὴ παρήκουσαν τοῦ γέροντος, οὐκ ἂν ἐχωρίσθη ἐξ αὐτῶν. λέγει αὐτοῖς· πάλιν οὖν μέλλουσι λέγειν οἱ ἄνθρωποι, ὅτι οὐχ εὗρεν ἡ περιστερὰ ἀνάπαυσιν τοῖς ποσὶν αὐτῆς, καὶ ἀνέστρεψε πρὸς τὸν Νῶε, εἰς τὴν κιβωτόν. καὶ οὕτως ἐθεραπεύθησαν· καὶ [5] ἔμεινε μετ' αὐτῶν ἕως τῆς τελευτῆς αὐτοῦ.

XXXII. Sedenti aliquando Abbati Arsenio in inferioribus partibus (Ægypti,) atque illic interpellari solito, visum est cellam relinquere. Ac nihil inde assumens, ita perrexit ad suos discipulos Pharanitas Alexandrum & Zoilum. Dixit ergo Alexandro; Surge, ascendito navem. Atque ita fecit. Et Zoilo ait; Veni mecum usque ad flumen, & quære navim quæ Alexandriam me vehat, sicque ad fratrem tuum naviga. Zoilus vero tali sermone conturbatus, tacuit. Eoque modo a se invicem C disjuncti sunt. Descendit igitur Senex ad partes Alexandriæ; quo loci in vehementem morbum incidit. At ipsius ministri seu discipuli se mutuo rogaverunt; Num alteruter nostrum Senem contristavit, & eam ob caussam secessit a nobis? Nec invenerunt in se quidpiam culpæ, aut inobedientiæ. Porro Senex recuperata sanitate, dixit; Vadam ad Patres meos. Hunc in modum renavigans, venit ad locum qui dicitur Petra, ubi manebant ministri ipsius. Cumque esset juxta flumen, ancilla quædam Æthiopissa accedens, tetigit ipsius meloten. Tum Senex increpavit illam. Igitur ancilla ad eum dixit; Si Monachus es, in montem proficiscere. Quo sermone Senex in compunctione adductus, D dicebat apud se; Arseni, si es Monachus, in montem proficiscere. Interea occurrerunt ei Alexander & Zoilus. Cumque procidissent ante pedes illius, se etiam prostravit Senex; ac flebant ex utraque parte. Ait Senex; Nonne audiistis ægrotasse me? Responderunt; Ita est. Senex tunc; Et cur non venistis ad videndum me? Abbas Alexander dixit; Separatio tua a nobis, nequaquam fuit accepta, immo multis nocuit, qui ita differebant; Nisi inobedientes exstitissent Seni, non ab illis secessisset. Dicit eis; Rursus itaque pronunciaturi sunt homines; Non invenit columba requiem pedibus suis, & reversa est ad Noe in arcam. Atque hoc pacto conciliati sunt; mansitque cum eis usque ad mor- E tem suam.

Εἶπεν ὁ Ἀββᾶς Δανιὴλ, ὅτι διηγήσατο ἡμῖν ὁ Ἀββᾶς Ἀρσένιος ὡς περὶ ἄλλου τινὸς, τάχα δὲ αὐτὸς ἦν· ὅτι καθημένου τινὸς γέροντος εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ, ἦλθεν αὐτῷ φωνὴ λέγουσα· δεῦρο, καὶ δείξω σοι τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. καὶ ἀναστὰς ἐξῆλθε· καὶ ἀπήνεγκεν αὐτὸν εἰς τόπον τινὰ, καὶ ἔδειξεν

XXXIII. Dixit Abbas Daniel; Nobis Abbas Arsenius velut de alio narravit; forte autem ipse erat; quod ad Senem quemdam in sua cella sedentem delapsa fuerit hujusmodi vox; Veni, ostendam tibi opera hominum. Ac surgens egressus est: duxitque eum in locum quemdam, & ostendit Æ-

1. Al. inser. λοιπόν. 2. Al. πάντα.
3. Καθεζομένου] Præponit Pelagius; *Dicebant autem de eo, quia nemo potuerit comprehendere modum conversationis ejus*. Græce ex Colberteinis libris; Ἐλέγετο δὲ περὶ αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἠδυνήθη τις καταλαβεῖν τὴν διαγωγὴν τῆς πολιτείας αὐτοῦ.
4. Al. inser. πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ.
5. Al. ἔμειναν μετ' αὐτοῦ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 382.

Αἰθίοπα κόπτοντα ξύλα, καὶ ποιήσαντα φορτίον μέγα· ἐπειρᾶτο δὲ αὐτὸ βαστάσαι, καὶ οὐκ ἠδυνάτο· καὶ ἀντὶ τοῦ ἆραι ἐξ αὐτοῦ, [1] πάλιν ἔκοπτε ξύλα, καὶ προσετίθει τῷ φορτίῳ. τοῦτο δὲ ἐπὶ πολὺ ἐποίει. καὶ προβὰς ὀλίγον, πάλιν ἔδειξεν αὐτῷ ἄνθρωπον ἱστάμενον ἐπὶ λάκκου, καὶ ἀντλοῦντα ὕδωρ ἐξ αὐτοῦ, καὶ μεταβάλλοντα εἰς δεξαμενὴν τετρημμένην, καὶ τὸ αὐτὸ ὕδωρ ἐκχέουσαν εἰς τὸν λάκκον. καὶ λέγει αὐτῷ πάλιν· δεῦρο, δείξω σοι ἄλλο. καὶ θεωρεῖ ἱερὸν, καὶ δύο ἄνδρας καθημένους ἵπποις, καὶ βαστάζοντας ξύλον πλαγίως, ἕνα κατέναντι τοῦ ἑνός· ἤθελον δὲ διὰ τῆς πύλης εἰσελθεῖν, καὶ οὐκ ἠδυνάαντο, διὰ τὸ εἶναι τὸ ξύλον [2] πλάγιον. οὐκ ἐταπείνωσε δὲ ὁ εἷς ἑαυτὸν ὀπίσω τοῦ ἑτέρου ἐνέγκαι τὸ ξύλον ἐπ' εὐθείας· καὶ διὰ τοῦτο ἔμειναν ἔξω τῆς πύλης. οὗτοί εἰσί φησιν οἱ βαστάζοντες ὡς δικαιοσύνης ζυγὸν μετὰ ὑπερηφανίας, καὶ οὐκ ἐταπεινώθησαν τοῦ διορθώσασθαι ἑαυτοὺς, καὶ πορευθῆναι τῇ ταπεινῇ ὁδῷ τοῦ Χριστοῦ· διὸ καὶ μένουσιν ἔξω τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ κόπτων τὰ ξύλα, ἄνθρωπός ἐστιν ἐν ἁμαρτίαις πολλαῖς· καὶ ἀντὶ τοῦ μετανοῆσαι, ἄλλας ἀνομίας προστιθεῖ ἐπάνω τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. καὶ ὁ τὸ ὕδωρ ἀντλῶν, ἄνθρωπός ἐστι καλὰ μὲν ἔργα ποιῶν, ἀλλ' ἐπειδὴ εἶχεν ἐν αὐτοῖς πονηρὰν συμμιγὴν, ἐν τούτῳ ἀπώλεσε καὶ τὰ καλὰ αὐτοῦ ἔργα. χρὴ οὖν νήφειν πάντα ἄνθρωπον εἰς τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἵνα μὴ εἰς κενὸν κοπιάσῃ.

Æthiopem ligna cædentem, ex quibus conficiebat grandem farcinam; conabatur autem illam portare, nec valebat: & pro eo ut inde nonnihil tolleret, iterum incidebat ligna, atque adjiciebat ad farcinam. Id porro diutius faciebat. Et paullulum progressus, iterum ostendit ei hominem qui stabat ad lacum, hauriebatque aquam ex illo, ac transferebat in pertusum vas, quod eamdem aquam in lacum refundebat. Postea dixit ei; Veni, ostendam tibi aliud. Tum vidit templum, ac duos viros sedentes in equis, & portantes lignum oblique, hunc contra illum; volebant autem per januam ingredi, neque poterant, propterea quod lignum transversum esset. Nec se demisit alteruter retro, ut lignum ferret in rectum; ideoque extra portam remanserunt. Hi, inquit, sunt homines qui velut justitiæ jugum portant cum superbia, nec se se demiserunt ut corrigerentur, incederentque in humili Christi via: unde extra regnum Dei permanent. Qui vero ligna cædebat, homo est onustus peccatis; qui loco pœnitentiæ, alias adjicit iniquitates ad peccata sua. Ille vero qui hauriebat aquam, homo est, qui quidem bona opera facit, sed quia cum illa mala permista habet, in eo etiam bona opera perdidit. Oportet igitur ut quilibet vigilanter attendat ad opera sua, quo non laboret in vanum.

Ο αὐτὸς διηγήσατο, ὅτι ποτὲ ἦλθόν τινες τῶν πατέρων ἀπὸ Ἀλεξανδρείας, ἰδεῖν τὸν Ἀββᾶν Ἀρσένιον· καὶ ἦν εἷς ἐξ αὐτῶν, θεῖος τοῦ παλαιοῦ Τιμοθέου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῦ λεγομένου ἀκτήμονος, καὶ εἶχεν ἕνα ἐκ τῶν τεκνάδελφων αὐτοῦ. εἶχε δὲ τότε ὁ γέρων ἀσθένειαν, καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἀπαντῆσαι αὐτοῖς, ἵνα μὴ καὶ ἄλλοι ἔλθωσι, καὶ παρενοχλήσωσιν αὐτόν. ἦν δὲ τότε εἰς τὴν Πέτραν τῆς Τρώης. καὶ ἀνέκαμψαν λυπούμενοι. συνέβη δὲ ἐπίστασιν βαρβάρων γενέσθαι, καὶ [3] θέλων ἔμεινεν ἐν τοῖς κάτω μέρεσι. καὶ ἀκούσαντες, πάλιν ἦλθον ἰδεῖν αὐτόν. καὶ μετὰ χαρᾶς προσελάβετο αὐτούς. καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς ὃς ἦν μετ' αὐτῶν· οὐκ οἶδας Ἀββᾶ ὅτι ἤλθομεν παραβαλεῖν σοι εἰς Τρώην, καὶ οὐκ ἐδέξω ἡμᾶς; καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ὑμεῖς ἐγεύσασθε ἄρτου καὶ ἐπίετε ὕδωρ· φύσει δὲ ἐγὼ, τέκνον, οὔτε ἄρτου οὔτε ὕδατος ἐγευσάμην, οὔτε μὴν ἐκάθισα, κολάζων ἐμαυτὸν, ἕως οὗ ἐδοκίμασα ὅτι ἐφθάσατε εἰς τὸν τόπον ὑμῶν, ὅτι δι' ἐμὲ καὶ ὑμεῖς ἐσκύλητε· ἀλλὰ συγχωρήσατέ μοι ἀδελφοί. καὶ παρακληθέντες ἀνεχώρησαν.

XXIV. Idem retulit, quod aliquo tempore venerint quidam Patrum ab Alexandria, ut viderent Abbatem Arsenium; ex quibus unus erat veteris Timothei Archiepiscopi Alexandrini, pauperis nuncupati, avunculus, comitemque habebat e fratris sui liberis unum. Tunc vero ægrotabat Senex, noluitque eis occurrere, ne alii pariter accederent, ac eum interturbarent. Erat porro in Petra Troæ. Illi tristes remearunt. Contigit autem ut Barbarorum irruptio fieret; unde mansit sponte in inferioribus partibus. Quo audito, iterum venerunt illum invisere. Et alacriter suscepit eos. Dicit illi Frater qui una cum illis erat; Nonne scis, Abba, nos congressuros tecum, perrexisse Troen, nec a te admissos fuisse? Respondit Senex; Vos panem comedistis, ac bibistis aquam: ego vero, fili, sane nec panem nec aquam gustavi, neque sedi, meipsum puniens, donec exploratum habui, vos ad locum vestrum pervenisse, quia propter me fatigati fueratis: sed veniam mihi donate, fratres. Illi recreati discesserunt.

Ο αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι ἐκάλεσέ με μίαν ὁ Ἀββᾶς Ἀρσένιος, καὶ λέγει μοι. ἀνάπαυσον τὸν πατέρα σου, ἵνα ὅταν ἀπέλθῃ πρὸς κύριον, παρακαλέσῃ ὑπὲρ σοῦ, καὶ καλῶς σοι γένηται.

XXXV. Idem referebat; Quodam die vocavit me Abbas Arsenius, dixitque mihi; Solatio sis Patri tuo, ut postquam ad Dominum discesserit, oret pro te, ac bene sit tibi.


Ελεγον περὶ τοῦ Ἀββᾶ Ἀρσενίου, ὅτι ἀσθενήσαντος αὐτοῦ ποτε εἰς Σκῆτιν, ἀπῆλθεν ὁ πρεσβύτερος, καὶ ἤνεγκεν αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἔθηκεν αὐτὸν εἰς [4] χαλάδριον, μικρὸν προσκεφάλαιον πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ. καὶ ἰδοὺ εἷς τῶν γερόντων ἐλθὼν ἐπισκέψασθαι αὐτόν· καὶ ἰδὼν αὐτὸν εἰς τὸ χαλάδριον, καὶ τὸ προσκεφάλαιον ὑποκάτω αὐτοῦ, ἐσκανδαλίσθη, λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ Ἀββᾶς Ἀρσένιος; καὶ εἰς ταῦτα ἀνάκειται; λαβὼν δὲ αὐτὸν πρεσβύτερος κατ' ἰδίαν, λέγει αὐτῷ· τί ἦν τὸ ἔργον σου ἐν τῇ κώμῃ σου; ὁ δὲ εἶπε· ποιμὴν ἤμην. πῶς οὖν φησι διῆγες τὸν βίον σου; ὁ δὲ ἔφη· ἐν πολλῷ κόπῳ διῆγον. καὶ λέγει αὐτῷ· νῦν οὖν πῶς διάγεις ἐν τῷ κελλίῳ; ὁ δὲ ἔφη· μᾶλλον ἀναπαύομαι. καὶ λέγει αὐτῷ

XXXVI. Dixerunt de Abbate Arsenio; quod cum Sceti ægrotaret, profectus Presbyter, eum adduxit ad Ecclesiam, posuitque in strato, cum parvo cervicali sub capite ejus. Tum ecce e Senibus unus veniens ad visitandum eum, ubi vidisset illum in strato, cum cervicali subtus, scandalum passus est, dixitque; Hiccine est Abbas Arsenius? & eo modo recumbit? Sumens autem illum seorsim Presbyter, ait; Quodnam erat opus tuum in tuo pago; Respondit illi; Eram pastor. Quonam ergo modo, inquit, vitam transigebas; Ait; In labore multo. Tum Presbyter; Nunc vero quem ad modum in cella agis? Senex; In majori dego quiete. Dicit illi; Vides hunc Abbatem Arsenium; Quan-

1. Al. ἀπελθών. 2. Al. πλαγίως.
3. Al. ἐλθών.

4. Χαλάδριον] *Stratum*, instar lectuli pedibus instrati. Unde a Joanne Geometra per κώα exprimitur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 382.



βλέπεις τῦτον τὸν Αββᾶν Αρσένιον; πατὴρ βασιλέων A ὑπῆρχεν ὢν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ χίλιοι δῦλοι χρυσόζωνοι ϗ ὅλοι μανιάκια ϗ ὁλοσήρικα φορῦντες παρειστήκεισαν αὐτῷ· πολύτιμα δὲ ςρώματα ὑποκάτω αὐτῦ ἦν· σὺ δὲ ποιμὴν ὢν, ὐκ εἶχες ἐν τῷ κόσμῳ ἣν νῦν ἔχεις ἀνάπαυσιν· ϗ οὗτος τὴν τρυφὴν ἣν εἶχεν ἐν τῷ κόσμῳ, ὧδε ὐκ ἔχει. ἰδὺ ὖν σὺ ἀναπαύῃ, κἀκεῖνος θλίβεται. ὁ δὲ ἀκύσας ταῦτα, κατενύγη, ϗ ἔβαλε μετάνοιαν, λέγων· συγχώρησόν μοι Αββᾶ, ἡμάρτηκα. ἀληθῶς γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ὁδὸς, ὅτι ὗτος ἦλθεν εἰς ταπείνωσιν, ἐγὼ δὲ εἰς ἀνάπαυσιν. καὶ ὠφεληθεὶς ὁ γέρων ἀνεχώρησεν.

do in mundo verſabatur, pater exſtitit Imperatorum; mille ſervi aurea zona vincti, omneſque monilibus ac holoſericis exornati, aſſiſtebant ei; pretioſi vero tapetes ſub eo ſternebantur: tu autem paſtor fuiſti, nec habebas in mundo quam nunc poſſides requiem; at ille deliciis quibuſcum vivebat in ſæculo, hic caret. En igitur, tu animo indulges, ille affligitur. Quibus auditis Senex compunctus eſt, veniaque per corporis inclinationem poſtulata, dixit; Parce mihi, Pater; peccavi. Certe enim hæc vera via eſt, quod is ad humilem venit ſtatum, ego vero ad quietum. Et capto emolumento diſceſſit.

Ηλθέ τις τῶν πατέρων πρὸς τὸν Αββᾶν Αρσένιον· B καὶ ὡς ἔκρυσε τὴν θύραν, ἀνέῳξεν ὁ γέρων, νομίζων ὅτι διακονητὴς αὐτῦ ἐςι. καὶ ὡς εἶδεν αὐτὸν ἄλλον, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον. ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· ἀνάςα Αββᾶ, ἵνα σε ἀσπάσωμαι· καὶ ἔφη αὐτῷ ὁ γέρων. οὐκ ἐγείρομαι ἐὰν μὴ ἀναχωρήσῃς. καὶ ἐπὶ πολὺ παρακληθεὶς, ὐκ ἀνέςη ἕως ὗ ἀνεχώρησεν.

XXXVII. Venit non nemo Patrum ad Arſenium Abbatem: & ut pulſavit fores, Senex aperuit, putans miniſtrum ſuum eſſe. Sed ubi advertit eſſe alium, procidit in faciem. Ille dixit ei; Surge Abba, quo te ſalutem. Senex vero reſpondit; Non ſurgam, niſi abieris. Et diu rogatus, non ſurrexit quouſque diſceſſiſſet.

Ελεγον περί τινος ἀδελφῦ ἐλθόντος ἰδεῖν εἰς Σκῆτιν τὸν Αββᾶν Αρσένιον, ὅτι ἐλθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, παρεκάλει τὺς κληρικὺς συντυχεῖν τῷ Αββᾷ Αρσενίῳ. ἔλεγον ὖν αὐτῷ· ἀναπαύυ μικρὸν ἀδελφὲ, καὶ βλέπεις αὐτόν. ὁ δὲ ἔφη· ὐ γεύομαί τινος, ἐὰν μὴ αὐτῷ ἀπαντήσω. ἔπεμψαν ὖν ἀδελφὸν καταστῆσαι αὐτὸν, ὅτι μακρὰν ἦν ἡ κέλλα αὐτῦ. καὶ κρούσαντες C τὴν θύραν εἰσῆλθον. ϗ ἀσπασάμενοι τὸν γέροντα ἐκάθισαν σιωπῶντες. εἶπεν ὖν ὁ ἀδελφὸς ὁ τῆς ἐκκλησίας· ἐγὼ ὑπάγω, εὔξασθε ὑπὲρ ἐμοῦ. ὁ δὲ ἀδελφὸς ὁ ξένος, μὴ εὑρὼν παῤῥησίαν πρὸς τὸν γέροντα, εἶπε τῷ ἀδελφῷ· ἔρχομαι κἀγὼ μετὰ σῦ· ϗ ἐξῆλθον ὁμῦ. παρεκάλεσεν ὖν αὐτὸν, λέγων· λάβε με καὶ πρὸς τὸν Αββᾶν Μωσῆν τὸν ἀπὸ ληςῶν. καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς αὐτὸν, ἐδέξατο αὐτὺς μετὰ χαρᾶς, καὶ [1] φιλοφρονήσας αὐτὺς ἀπέλυσε· ϗ λέγει αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς ὁ ἐνεγκὼν αὐτόν· ἰδὺ ἀπήνεγκά σε πρὸς τὸν ξενικὸν ϗ πρὸς τὸν Αἰγύπτιον. τίς ἐκ τῶν δύο ἤρεσέ σοι; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· ἐμοὶ τέως ὁ Αἰγύπτιος ἤρεσεν. ἀκύσας δέ τις τῶν πατέρων ταῦτα, εὔξατο τῷ Θεῷ, λέγων· Κύριε, δεῖξόν μοι τὸ D πρᾶγμα τοῦτο· ὅτι ὃς μὲν, φεύγει διὰ τὸ ὄνομά σῦ· ὃς δὲ, ἐναγκαλίζεται διὰ τὸ ὄνομά σῦ. καὶ ἰδὺ ἐδείχθη αὐτῷ δύο πλοῖα μεγάλα ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ θεωρεῖ τὸν Αββᾶν Αρσένιον ϗ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ πλέον ἐν ἡσυχίᾳ εἰς [2] ἕνα· καὶ ὁ Αββᾶς Μωσῆς ϗ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ πλέοντες εἰς [3] ἕνα, καὶ ἐψώμιζον αὐτὸν μελικηρίδας.

XXXVIII. Ajebant de quodam Fratre qui Scetim venerat ad videndum Abbatem Arſenium, quod ad Eccleſiam profectus, petebat a Clericis ut Abbatem Arſenium adiret. Itaque dixerunt ei; Exſpecta parumper, Frater; videbis eum. At ille; Nihil quidquam guſto, niſi ei occurrero. Miſerunt igitur Fratrem, qui eum ſiſteret; quoniam procul erat cella ipſius. Cumque oſtium pulſaſſent, intrarunt. Salutatoque Sene ſederunt taciti. Dixit ille Eccleſiæ Frater; Ego abeo, orate pro me. Frater vero peregrinus, quod erga Senem fiduciam loquendi non haberet, dixit Fratri; Ego etiam tecum proficiſcor. Simulque exierunt. Deprecatus ergo eum eſt, dicens; Duc me ad Abbatem Moſem qui fuit latro. Quo cum perveniſſent, ſuſcepit illos lætus, dimiſitque amanter tractatos. Dixit Frater qui alium adduxerat; Ecce duxi te ad extraneum & ad Ægyptium; quis e duobus placuit tibi? Reſpondit ille; Mihi utique placuit Ægyptius. Audiens vero iſta Patrum aliquis, oravit Deum, ſic; Domine, oſtende mihi hanc rem; quia ille quidem propter nomen tuum fugit, hic vero propter idem nomen ambabus ulnis ſuſcipit. Et ecce oſtenſæ ſunt ei duæ magnæ naves in fluvio; conſpicaturque Abbatem Arſenium & Spiritum Dei in una quiete navigantes. Cum Abbate vero Moſe Angeli Dei in altera vehebantur, eumque melle e favis diſtillante cibabant.

Ελεγεν ὁ Αββᾶς Δανιὴλ, ὅτι μέλλων τελευτᾷν ὁ Αββᾶς Αρσένιος, παρήγγειλεν ἡμῖν λέγων· μὴ φροντίσητε ποιεῖν [4] ἀγάπας ὑπὲρ ἐμῦ. ἐγὼ γὰρ εἰ ἐποίησα ἐμαυτῷ ἀγάπην, ταύτην ἔχω εὑρεῖν·

XXXIX. Ajebat Abbas Daniel; Moriturus Abbas Arſenius, denunciavit nobis dicens; Nolite dare operam ut pro me Agapas faciatis. Ego enim ſi mihi Agapen feci, inventurus ſum eam.

Μέλλοντος τελευτᾷν τοῦ Αββᾶ Αρσενίου, ἐταράχθησαν E οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. καὶ λέγει αὐτοῖς· οὔπω ἦλθεν ἡ ὥρα· ὅτε δὲ ἔλθῃ ὥρα, λέγω ὑμῖν. κριθῆναι δὲ ἔχω μεθ' ὑμῶν ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ [5] φοβεροῦ, ἐὰν δῶτε τὸ λείψανόν μου τινί. οἱ δὲ εἶπον· τί οὖν ποιήσομεν, ὅτι οὐκ οἴδαμεν ἐνταφιάσαι; καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· οὐκ οἴδατε βαλεῖν σχοινίον εἰς τὸν πόδα μου, καὶ ἆραί με εἰς τὸ ὄρος; οὗτος δὲ ὁ λόγος τοῦ γέροντος ἦν· Αρσένιε, διὸ ἐξῆλθες; λαλήσας, πολλάκις μετεμελήθην, σιωπήσας δὲ οὐδέποτε. ὡς δὲ [6] ἐγγὺς ἦν τῦ τελευτᾷν, εἶδον αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ κλαίοντα· καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἐν ἀληθείᾳ ϗ σὺ φοβῇ πάτερ; καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἐν

XL. Cum Abbas Arſenius moriturus eſſet, turbati ſunt ipſius diſcipuli. Et dixit eis; Nondum venit hora; quando autem venerit, vobis nunciabo. Ceterum judicandus] ſum vobiſcum ante tremendum tribunal, ſi corpus meum cuiquam dederitis. Dixerunt ii; Quid ergo faciemus, qui neſcimus ſepelire. Reſpondit Senex; Neſcitis mittere funem in pedem meum, & trahere me in montem? Solebat autem dicere; Arſeni, quamobrem e ſæculo egreſſus es? Loqui, pœnituit me ſæpe; tacuiſſe, numquam. Ut autem morti fuit proximus, Fratres viderunt eum flere, & ajunt ei: In veritate, tu quoque times, Pater. Is illis: Re vera,

1. Al. φιλοξενίσας. 2. Al. ἓν. 3. Al. ἓν. 4. Al. ἀγάπην. 5. Al. Χριςῦ. 6. Al. ἤμελλεν παραδιδόναι τὸ πνεῦμα.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 382.

ἀληθείᾳ, ὁ φόβος ὁ νῦν μετ' ἐμοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, μετ' ἐμοῦ ἐστιν ἀφ' οὗ ἐγενόμην μοναχός. καὶ οὕτως ἐκοιμήθη.

A timor quo hac hora corripior, mecum esse non destitit a tempore quo Monasticam vitam suscepi. Atque ita obdormivit.

Ελεγον δὲ ὅτι ὅλον τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ, καθεζόμενος εἰς τὸ ἐργόχειρον αὐτοῦ, ῥάκκος εἶχεν ἐν τῷ κόλπῳ, χάριν τῶν δακρύων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. ἀκούσας δὲ ὁ Αββᾶς Ποιμὴν ὅτι ἐκοιμήθη, δακρύσας εἶπε· μακάριος εἶ Αββᾶ Αρσένιε, ὅτι ἔκλαυσας ἑαυτὸν εἰς τὸν ὧδε κόσμον. ὁ γὰρ μὴ κλαίων ἑαυτὸν ὧδε, αἰωνίως ἐκεῖ κλαύσεται. εἴτε οὖν ὧδε ἑκὼν, εἴτε ἐκεῖ ἀπὸ βασάνων, ἀδύνατον μὴ κλαῦσαι.

XLI. Affirmabant autem, quod per omne tempus vitæ suæ, sedens ad manuficium suum, pannum in sinu gestaverit, ob lacrymas ex oculis ejus decidentes. Ceterum Abbas Pœmen, audita illius dormitione flens infit; Felicem te Abba Arseni, qui hocce in mundo te ipsum fleveris. Nam qui semet ipsum hic non deflet, sempiterne illic plorabit. Sive ergo hic sponte, sive ibi per tormenta, fieri nequit quin lugeamus.

Διηγήσατο δὲ ὁ Αββᾶς Δανιὴλ περὶ αὐτοῦ, ὅτι B οὐδέποτε ἤθελε λαλεῖν τι ζήτημα ἐκ τῆς γραφῆς, καίπερ δυνάμενος λαλῆσαι εἰ ἤθελεν. ἀλλ' οὐδὲ ἐπιστολὴν ταχέως ἔγραφεν. ὅτε δὲ ἤρχετο εἰς τὴν ἐκκλησίαν διὰ χρόνου, ὀπίσω τοῦ στύλου ἐκαθέζετο, ἵνα μηδεὶς ἴδῃ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, μὴ δὲ αὐτὸς ἄλλῳ πρόσχῃ. ἦν δὲ τὸ εἶδος αὐτοῦ, ἀγγελικὸν, ὥσπερ τοῦ Ιακώβ· ὁλοπόλιος, ἀστεῖος τῷ σώματι· ξηρὸς δὲ ὑπῆρχεν· εἶχε δὲ τὸν πώγωνα μέγαν φθάνοντα ἕως τῆς κοιλίας· αἱ δὲ τρίχες τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, ἔπεσον ἀπὸ τοῦ κλαυθμοῦ· μακρὸς δὲ ἦν, ἀλλ' ἐκυρτώθη ἀπὸ τοῦ γήρως. [1] ἐγένετο δὲ ἐτῶν ἐνενηκονταπέντε. ἐποίησε δὲ εἰς τὸ παλάτιον τοῦ τῆς θείας μνήμης Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, ἔτη τεσσαράκοντα, πατὴρ γενόμενος τῶν θειοτάτων Αρκαδίου καὶ Ονωρίου· καὶ ἐν τῇ Σκήτει C ἐποίησεν ἔτη τεσσαράκοντα· καὶ δέκα [2] εἰς Τρώην τῆς ἄνω Βαβυλῶνος κατέναντι Μέμφεως· καὶ τρία ἔτη εἰς τὸν Κάνωπον Αλεξανδρείας· καὶ τὰ ἄλλα δύο ἔτη, ἦλθε πάλιν εἰς Τρώην, καὶ ἐκεῖ ἐκοιμήθη· [3] τελέσας ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν φόβῳ Θεοῦ τὸν δρόμον αὐτοῦ· ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως. κατέλιπε δέ μοι τὸν χιτῶνα αὐτοῦ τὸν δερμάτινον, καὶ τρίχινον καμάσιν λευκὸν, καὶ σανδάλια σεβένινα. καὶ ἐγὼ ἀνάξιος ἐφόρεσα αὐτὰ, ἵνα εὐλογηθῶ.

XLII. Narravit de eodem Abbas Daniel, quod numquam de ulla Scripturæ quæstione loqui voluerit, licet potuerit si voluisset. Sed nec litteras facile scribebat. Quando autem ad Ecclesiam per intervalla veniebat, sedebat a tergo columnæ, ne quis videret faciem ipsius, nec ipse aliis intenderet. Porro specie erat Angelica, sicut Jacob; totus canus, corpore eleganti: fuit autem aridus: gestavit barbam longam quæ ad ventrem pertingeret: pili oculorum præ fletus vehementia deciderant. Statura erat alta, sed senio curvus. Annos natus nonaginta quinque. Et vero mansit in divinæ memoriæ Theodosii majoris palatio annos quadraginta, pater factus divinissimorum Arcadii & Honorii; Sceti alios quadraginta; in Troe superioris Babylonis, versus Memphim, decem; tres in Canopo Alexandriæ; ad reliquos autem duos annos, rediit Troen; ubi mortuus est; postquam in pace ac timore Dei cursum suum consummasset; [a] *Quia erat vir bonus & plenus Spiritu sancto & fide*. Reliquit vero mihi pelliceam suam tunicam, cilicinum camasum album, cum sandaliis palmeis. Quæ ego indignus gestavi, ut per ea benedicerer.

Διηγήσατο πάλιν ὁ Αββᾶς Δανιὴλ περὶ τοῦ Αββᾶ Αρσενίου, ὅτι ποτὲ ἐκάλεσε τοὺς πατέρας μου, τοῦτε Αββᾶν Αλέξανδρον καὶ Ζώϊλον· καὶ ταπεινῶν ἑαυτὸν εἶπεν αὐτοῖς· ἐπειδὴ οἱ δαίμονες πολεμοῦσί με, D καὶ οὐκ οἶδα εἰ κλέπτουσί με ἐν ὕπνῳ, ἀλλὰ τὴν νύκτα ταύτην κοπιάσατε μετ' ἐμοῦ, καὶ τηρήσατέ με εἰ νυστάζω ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ. καὶ ἐκάθισεν εἷς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων, ἀπὸ ὀψὲ σιωπῶντες. καὶ εἶπον οἱ πατέρες μου, ὅτι ἡμεῖς ἐκοιμήθημεν καὶ ἀνέστημεν, καὶ οὐκ ᾐσθάνθημεν αὐτὸν νυστάξαντα· καὶ ἐπὶ τὸ πρωΐ· ὁ Θεὸς οἶδεν εἰ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐποίησεν, ἵνα νοήσωμεν ὅτι ἐνύσταξεν, ἢ κατὰ ἀλήθειαν ἡ φύσις τοῦ ὕπνου ἦλθεν· ἐφύσησε τρεῖς πνοὰς, καὶ εὐθέως ἀνέστη λέγων· ἐνύσταξα ναί. καὶ ἀπεκρίθημεν ἡμεῖς, λέγοντες· οὐκ οἴδαμεν.


XLIII. Iterum narravit Abbas Daniel de Abbate Arsenio; Vocavit aliquando Patres meos, Abbatem Alexandrum ac Zoilum, & præ humilitate demittens se, dixit eis; Quandoquidem dæmones impugnant me ac nescio an in somno subrepant, noctem hanc vigilate mecum, & observate, num in pervigilio dormitem. Igitur a vespertino tempore sederunt taciti, unus a dextris illius, alter a sinistris. Dixeruntque Patres mei; Nos dormivimus ac experrecti sumus, nec sensimus eum nictantem. Mane autem (Deus novit, utrum ipse simulaverit, quo putaremus eum dormituriisse, seu vere somnus natura cogente advenerit) ter flavit, confestimque surrexit, ajens; Dormii utique. Et respondimus nos; Nescimus.

Ηλθόν ποτε γέροντες πρὸς τὸν Αββᾶν Αρσένιον, καὶ πολλὰ παρεκάλεσαν ἵνα συντύχωσιν αὐτῷ· ὁ E δὲ ἤνοιξεν αὐτοῖς. καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν εἰπεῖν αὐτοῖς λόγον περὶ τῶν ἡσυχαζόντων καὶ μηδενὶ ἀπαντώντων. λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· ὅταν ἡ παρθένος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτῆς ᾖ, πολλοὶ θέλουσιν αὐτῇ μνηστευθῆναι· ἐπὰν δὲ λάβῃ ἄνδρα, οὐ πᾶσιν ἀρέσκει· οἱ μὲν ἐξουθενοῦσιν, ἄλλοι δὲ ἐπαινοῦσι· καὶ οὐχ οὕτως ἔχει τιμὴν ὡς τὸ πρῶτον, ὅτε ἦν κεκρυμμένη. οὕτως καὶ τὰ τῆς ψυχῆς· ἀφ' ὅτι δημοσιεύεται, οὐ πάντας δύναται πληροφορῆσαι.

XLIV. Venerunt aliquando Senes ad Abbatem Arsenium, multumque rogaverunt ut colloquerentur cum eo. Ille autem portam aperuit. Tum hortati sunt, ut ad eos sermonem haberet de solitariis qui neminem admittunt. Ait Senex; Quamdiu virgo degit in domo patris sui, plurimi cupiunt sponsi illius fieri: cum vero maritum acceperit, nequaquam placet cunctis, sed illi quidem contemnunt, alii vero prædicant; nec in tali honore est, quali antea fruebatur, quando manebat abscondita. Eodem pacto, & animæ res: ex quo vulgantur, omnibus nequeunt satisfacere.

a Act. xi. 24.

1. Al. τελευτῇ.
2. Τρώην τῆς ἄνω Βαβυλῶνος] Patrum Vitæ; *in loco qui dicitur Throen*, (ms. Suession. & Fossat. Troen) *supra Babyloniam*. Quod est, εἰς Τρώην τὴν ἄνω Βαβυλῶνος: aut εἰς Τρώην ἄνω τῆς Βαβυλῶνος: lectiones nequaquam improbandæ.
3. Al. τελειώσας.



ALIA NONNULLA EJUSDEM
S. ARSENII ABBATIS
APOPHTHEGMATA.

Apud POSSINUM Thef. Afcet. *pagg.* 228-239.

Ἀρσενίου.

A

ΟΣη δύναμίς σοί ἐστιν, ἀγώνισαι ἵνα ἡ ἔνδον σου ἐργασία κατὰ Θεὸν ᾖ· καὶ νικήσῃς τὰ ἔξω πάντα.

Παραβαλὼν ποτε ὁ Ἀββᾶς Ἀρσένιος πρός τινας μοναχοὺς, ὧν πλησίον κάλαμοι ἦσαν διασειόμενοι, ἔφη πρὸς αὐτούς· τίς ὁ σεισμὸς οὗτος; τῶν δὲ ἐπιδειξάντων τοὺς καλάμους, ἔφη ὁ γέρων· τῷ ἡσυχίαν ἄροντι πρὸς ἀλήθειαν, οὐδὲ στρουθίου φωνὴ πάντως ἀνεκτή· πῶς οὖν ὑμεῖς σεισμοῖς τοιούτοις περικτυπούμενοι καθαρῶς δυνήσεσθε ἠρεμεῖν;

B

Ἔθος δὲ Ἀρσενίῳ τοῦτο συνεχῶς ὑπᾴδειν αὐτῷ· Ἀρσένιε δι᾽ ὃ ἐξῆλθες τοῦ κόσμου; ὅπερ ἐστί· δι᾽ ὃν ἄρα σκοπὸν σεαυτὸν τοῦ κόσμου ἀπέστησας;

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἕτερον εἴθιστο αὐτῷ συνεχῶς ἐπᾴδεσθαι· πολλάκις εἰπὼν μετέγνως· σιωπήσας δὲ, οὐδέποτε· οὗ χάριν καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων ὁμιλίας ἀπεστρέφετο, εἰμήτοιγε ἀναγκαία αὐτῷ καὶ θεάρεστος ἡ ἔντευξις ἔδοξεν· οὕτως οὖν ποιῶν, ἐν βραχεῖ μέγας ἐγένετο· καὶ πάντας σχεδὸν τοὺς πατέρας, θεηγορίᾳ καὶ γνώσει ὑπερηκόντισεν.

ARSENII.

I. Quantum potes contende ut tua interior occupatio fecundum Deum fit: & vinces externa omnia.

II. Adiens aliquando Abbas Arfenius quofdam monachos, prope quos arundines vento leniter impellente fufurrabant, dixit illis, quis hic ftrepitus eft? quibus monftrantibus arundines, Ait fenex: veram quietem nacto, ne pafferculi quidem ferenda vox eft: quomodo ergo vos quibus aures tantum murmur perfonat, pure ac fincere poteritis quiefcere?

III. Mos erat Arfenio, hoc continue fibi fuccinere: Arfeni ad quid e mundo exifti? hoc eft: quem utique fcopum intuens ac fequens, nuncium remififti fæculo?

IV. Illud quoque fibi frequenter iterans inculcabat, fæpe te pœnituit locutum effe: numquam, filuiffe. Propterea converfationes hominum vitabat, nifi fi quem fibi neceffarium, & Deo gratum, cum quopiam congreffum rebatur effe. Sic igitur faciens exiguo tempore magnus effectus eft, & Patres fere omnes notitia rerum divinarum, & eas explicandi facilitate, fuperavit.



FAUSTINI
PRESBYTERI
OPERA.



ACCESSERUNT

EJUSDEM FAUSTINI

ET

MARCELLINI

LIBELLUS PRECUM

AD IMPERATORES.

FAUSTINI PRESBYTERI AD [1] GALLAM PLACIDIAM DE TRINITATE, SIVE DE FIDE CONTRA ARRIANOS.

FAUSTINUS AUGUSTÆ FLACCILLÆ.

Reginam te orbis Romanus suspicit : & quia jam nihil est, quo amplius crescere debeas in rebus humanis, sublimitatibus non contenta terrenis, sacra in Deum fide cælestia desideras possidere, quæ verus Filius Dei, in se pie credentibus pollicetur. Et hæc quasi una de sapientissimis elaboras, intelligens omnem hanc regni sublimitatem nihil profuturam, si non ad cælestem gloriam consequendam veræ fidei cognitione & defensione contendas. Et tamen apparet, quam grata sis in Christo Deo & Domino nostro, qui vobis hoc regnum tribuit; cum solicita interrogatione perquiris, quomodo capitula illa solvantur, quæ ab Arrianis adversus catholicos sacræ legis interpretationibus opponuntur. Habens affectum veræ fidei, cupis prout possibile est, intelligere, quod fideliter credis. Quia & tunc magis anima religiosa, velut divinis epulis pascitur, cum quod credit, intelligit. Sed & cum exsecreris impias voces hæreticorum, tamen religioso studio instrui adversus eos desideras, ut & rationem jam respuas: ne hoc quod exsecraris, quasi ex regni potentia, præsumtionis videatur esse, non probationis. Sed huic tam pio, tam necessario & pulcherrimo desiderio tuo, etsi me imparem vides, tamen ut resistens obviam venire non audeo. Confiteor enim quod hac me inhabilis conscientia, & imperitia squalidi sermonis suffundit, ut taceam : hac fervor fidei, periculum credit esse si taceam: quomodo enim periculum non videtur, si adversus hostem impium provocati conscientia eloquendi, quæ verecundia, quasi terga vertamus? Maxime, cum in caussa fidei non sermonum sublimitas requirenda est, quando ipsa sola testimonia divina sufficiant, quæ potius operantur, quam quævis fecundior eloquentia. Sed nec vitiorum conscientia cogitanda est, quando potius relevatur, si primo Deum non trepidet confiteri, exemplo illius evangelici latronis, qui quo die confessus est Deum, ipso die meruit cum eo in paradisum, quem confessus fuerat, introire. Incipiamus ergo, obedientes religiosissimis præceptis tuis, collidere cum adversario, non quidem de nostris viribus præsumentes, sed habentes fiduciam de præsidiali patrocinio salvatoris, adversus quem more gentilium & furore Judæorum, bellum exagitat impietas hæreticorum. Sed quia in his quæ scribere dignata es ex persona hæreticorum, vidi plurima esse confusa, ut vi-

A dereris mihi non plenius nosse quæ afferant Arriani; melius opinatus sumsi primum liquido palam facere quomodo credant, & quomodo sub ambiguitate sermonis simplices animas capiant; & tunc maxime, cum sub communi confessione impia sua verba commendant: quia & tunc demum absolutionum fidelis responsio manifesta est, si prius sacrilegæ sectæ impia tergiversatio propaletur.

CAPUT I.

De professione impia Arrianorum.

B I. Arriana impietas [2] adserit multa nobiscum quidem iisdem sermonibus, sed non iisdem sensibus (confitetur,) cum ad divinæ fidei confessionem vocatur. Nam iisdem quibus & nos vocibus personat Deum Patrem, & Deum Filium, & omnia a Deo Patre per filium facta, & filium ante sæcula genitum. Sed cum nobiscum per hæc verba concordet, nihilominus sacrilegis verborum interpretationibus a piis Ecclesiæ catholicæ sensibus [3] abrumpit, ita dicens patrem, ut non vere genuerit : ita filium quoque pronuntians, ut apud eum adoptione, non natura sit filius, id est, ut aliunde ad filii nomen assumtus, non vere de Deo Patre sit genitus. Nam licet & ante sæcula filium natum C esse fateatur, tamen ei initium tribuit dicendo, Erat quando non erat. Sed & sic quoque per eum facta dicit universa, ut eum adserat ex nullis exstantibus substitutum, quia præsumsit non vere de Deo Patre genitum: & inde est, quod ita vult habere persuasum, Christum Deum quidem esse, sed non verum, cui initium deputetur; & filium quidem ita, ut factus intelligatur esse, non natus. Si quidem non vere de patre natus est, sed de nihilo substitutus; ob hoc quoque & [4] mutabilem credit, quia in fide ejus non vere Deus, non verus filius est: & ut hos impios sensus apud ignaros vel simplices commendet, adhibet quoque, ut sibi videtur, scripturarum divinarum testimonia, dicens ex D persona Sapientiæ [5] probatum, [a] *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*. Christum autem sapientiam esse Apostolus quoque confirmat dicendo, [b] *Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam*. Constat ergo Christum, qui est Apostolo interprete sapientia, esse creaturam: (& jam, inquit,) consequens est, ut non sit verus Deus, qui sit creatura: jam nec verus filius, qui non sit a Deo genitus, [6] sed creatus: erat ergo, quando non erat.

[a] Prov. VIII. 22. [b] I. Cor. I. 24.

1. Al. rectius cum Gennadio, *Flaccillam*.
2. *Adserit quidem multa nobiscum iisdem sermonibus*, deest.
3. *Abrumpitur*.
4. Al. *Commutabilem*.
5. *Prolatum*.
6. *Etsi creatus est*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.

II. Hæc sunt nequitiæ arma proposita, adversus A quæ ire [1] provocamur, ut adsertionis adversæ propaletur impietas; non quidem, ut diximus, nostro ingenio, sed gratia Dei adjuvante semper pios conatus. Tu modo, quæso, ne squalido sermone fatigeris, sed rerum intenta virtutibus, da calculum veritati. Hoc autem non ut librum [2] scribimus, sed quasi cum præsente adversario certis disputationibus dimicamus. Et in primis contra hoc quod dicunt, Erat quando non erat, occurrendum est, quod semper fuerit, & opponendum de Evangelio testimonium, dicente Joanne, [a] *In principio erat Verbum*. Sicut enim Christus Dei sapientia & Dei virtus est, ita & Dei Verbum est. Cum ergo ait, *In principio erat Verbum*; quomodo Arriana impie- B tas dicit, Erat quando non erat? *In principio*, inquit, *erat Verbum*; non dixit, in principio factum est Verbum; & utique quod in principio erat, semper fuisse credendum est. Si enim, ut putat impietas, factura est filius; sine dubio scriptura divina hoc ipsum quod factum est principio prodidisset, ex illa utique institutione, qua & Moyses locutus est [3] dicendo: *In principio fecit Deus cælum & terram*. Si enim & filius Dei factura esset, dixisset Joannes, In principio factum est Verbum. Sed prævidens Evangelista, magis autem Spiritus sanctus per Evangelistam, futuros impiæ mentis homines, qui dicerent de filio, Erat quando non erat, ideo sic cœpit: *In principio erat Verbum*: ni- C hil enim illo anterius est, qui invenitur ante principium. Scripturæ divinæ ob hoc editæ sunt, ut secundum illarum sensum nostram fidem dirigamus, non ut nostros sensus illarum sacris dictionibus inferamus. Viderit, si sunt quædam capitula, quæ sui obscuritate dare putantur occasionem ambiguitatis; certe in hoc capitulo nulla ambiguitatis occasio est. Non licet interpreti aliter sentire, quam scriptum est; nec opus est, ut nunc nostros sensus ingeramus: sufficit ad plenam percipiendæ fidei notitiam, ut divina verba recitemus. *In principio*, inquit, *erat Verbum*. Numquid aliqua heic est opinio temporis, numquid aliqua suspicio sæculorum, vel aliquod intervallum puncti aut momenti alicujus, D ut dicere audeas, Erat quando non erat?

III. *In principio erat Verbum*; & ne forte verbum intelligas, quod est loquentis officium, sequitur, *& Verbum erat apud Deum*: non dixit, verbum quod locutus est Deus, sed, *& Verbum erat apud Deum*: ipse postremo interpretatus est, quid sit Verbum, dicens, *& Deus erat Verbum*. Si *in principio erat Verbum*, & hoc ipsum *Verbum apud Deum erat*, *& Deus erat Verbum*; confusa est impietatis intentio. Probatur enim de capitulo hoc, Christum filium Dei & semper fuisse, & semper inseparabilem a Patre, & semper Deum. Sicut enim sine initio est, cum dicitur, *In principio erat*, sic E & cum dicitur, *apud Deum erat*, inseparabilitas ejus a Patre sine initio declaratur. Sed & cum hoc Verbum Deus esse definitur, non est ambiguum, quod sine initio Deus creditur. Hoc enim quod præmisit dicens, *In principio*, ad omnia referendum est, id est, *In principio erat Verbum*; & cum sequitur, *& Verbum erat apud Deum*, *& Deus erat Verbum*; sine dubio, *in principio*, subaudiendum est. Denique & ipse ita concludit dicens, *Hoc erat in principio apud Deum*: quomodo ergo erat, quando non erat qui semper est? quomodo ex nullis exstantibus est, qui semper apud Patrem est? quomodo creatura, qui semper Deus, immo & per quem universa creatura est? Sequitur enim, *Omnia per ipsum facta sunt*. Quomodo ex nullis exstantibus factus est, *per quem omnia facta sunt?* Si enim & ipse factus est, quomodo *per ipsum omnia facta sunt?* non enim cum fieret, potest sui auctor esse, qui non fuit; atque ideo infectus credendus est, *per quem omnia facta sunt*; quia vanum est & absurdum, ut & ipse, cum non exstaret, factus per se esse dicatur.

IV. Similiter & Paullus docet Christum semper fuisse, & Deum esse, & æqualem patri. Tunc enim vere Deus est, cum æqualis est patri; quia nec æqualis esse diceretur, si non vere Deus haberetur. Injuria est enim veri Dei, si ei non Deus verus dicatur æqualis. Ponit itaque in epistola sua: [b] *Hoc enim existimate in vobis, quod in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset* (constitutus,) *non rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo, sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens*. Si vere homo est Christus, cum *formam servi accipit*; vere quoque Deus est, cum *in forma Dei* esse perhibetur: nec alia ratione æqualem diceret, nisi in forma Dei esse verum Deum voluisset intelligi. Et qui verus Deus est, utique semper est: & qui semper est Deus, non potest dici de eo, Erat quando non erat. Sed & per ipsum omnia facta ait Apostolus Paullus scribens: [c] *Quia in ipso creata sunt omnia, sive quæ in cælis, sive quæ in terra, visibilia & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates; omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes*. Ergo ipse semper est, per quem & in quo omnia facta sunt. Sed & Hymnidicus cantans ait: [d] *Omnia in sapientia fecisti*. Non tamen ipsam dixit factam esse sapientiam: quia & Apostolus cum dicit, *& ipse est ante omnes*, factum negavit. Si enim eum qui non erat, factum credi voluisset, ita posuisset, *& ipse factus est ante omnes*: at cum dicit *& ipse est ante omnes*, omnibus dedit initium, quorum anterior, immo & factor est: ipse vero sine initio est, qui ante omnes non factus, sed esse memoratur. Item Apostolus: [e] *Unus*, inquit, *Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum*: & heic cum dicit *per Christum esse omnia*, apertissime factorem discrevit a factis, nec posse intelligi naturam facturæ in eo, qui fecit omnia.

V. Sed videamus si & Moyses hoc idem docuit, quod Apostoli annuntiaverunt, id est, omnia ex Deo facta esse per filium. Inter cetera, cum fabricam mundi refert, ait: [f] *Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquæ, & sit dividens inter aquam & aquam: & factum est sic. Et fecit Deus firmamentum, & divisit Deus per medium aquæ*. Cum dici, *Et dixit Deus, Fiat firmamentum*; in dicente, patris intelligenda persona est: cum autem dicit, *Et fecit Deus*, in faciente, filii intelligenda persona est. Nam si non putas ita intelligendum, apostolica periclitabitur adsertio dicens, *Unus Deus pater, ex quo omnia*, (*& nos in ipso*:) *& unus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia*, (*& nos per ipsum*:) nisi enim totam fabricam

a Joan. I. 1. b Philipp. II. 5-7. c Coloss. I. 16. 17. d Psalm. CIII. 24. e 1. Cor. VIII. 6. f Gen. I. 6.

1. *Deprecamur*. 2. *Scripsimus*. 3. *Scribendo*.



mundi per filium factam esse credideris, immo & A omnia invisibilia sive & visibilia, quemadmodum in fidem recipis vocem Apostoli dicentis, *Unus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia*: & illud quoque quod supra retulimus, *quia in ipso creata sunt omnia*, nec non & illud, *Omnia in sapientia fecisti*? Sed & hoc Joannes prosecutus est, *Omnia per ipsum facta sunt*: quomodo omnia, si negas de filio Dei dictum, *& fecit Deus firmamentum: Et divisit Deus per medium aquæ?* Ergo & Moyses factorem inducit filium, non factum. Si enim factum sancto Spiritu revelante didicisset, inter cetera quæ facta describebat, ipsum quoque prius factum esse memorasset.

VI. Sed absolutius inferius prosequitur, ubi jam fabricati mundi incola faciendus est: [a] *Et dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Non est enim unius personæ dicere, *faciamus ad imaginem & similitudinem nostram*, sed neque diversæ deitatis. Nam pluralitas horum verborum, id est *faciamus*, & *nostram*, patris & filii personas significat. Quod autem singulariter *imaginem* dicit, una deitas, una virtus utriusque personæ manifestatur. Si creatura est Christus, quomodo in opera Deo consors adhibetur? ad ipsum enim dicitur, *faciamus*. Si non est verus filius, quomodo una illi cum patre imago est? Adoptivus filius non habet imaginem adoptantis: potest quidem habere C munificentiam, non autem potest imaginis habere naturam. Scio quidem esse discretiones imaginum, quas nunc exsequi longum est, & non necessarium. Sed quod facit ad caussam, vindico, dicens: hoc in loco nulla discretio est imaginis, ubi patris & filii una imago perhibetur. Non enim dixit, Faciamus ad imagines nostras, sed *ad imaginem nostram*. Et ne forte stupida mente, o quisquis ille es hæreticus, usurpares etiam de una persona dici potuisse *faciamus*, ut scilicet apud se cogitantis adfectio sit, non designatio personarum; subsequitur, [b] *& fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum*. Quæ coram in luce posita sunt si quis non videt, cæcus est: *Deus*, inquit, *fecit, ad imaginem* D *Dei fecit*. Nonne apertissimum est, quod jam tunc Spiritus sanctus per Moysen evangelica sacramenta tractabat dicens, *Deum & Deum*, non tamen duos deos, quia una imago est patris & filii? Et o quam prospecte omnia edita sunt! *Deum & Deum* sacra scriptura pronuntiat, ut Sabellium excluderet defendentem patris & filii unam esse personam: & ne duos deos introduceret, inter verba quibus pluralis significatio personarum est, unam imaginem inseruit. Hoc ita esse invenies, intendens testimonio dicenti, *Faciamus hominem ad imaginem nostram*. Quid * agis impietas Arriana? Si creatura Christus est, quomodo creaturæ & creatori una imago est?

VII. [1] Sed ne iterum Arrius sub occasione personarum, diversitates induceret naturarum, diversitas naturæ non admittit unius formæ communionem. Multæ sunt voces in libris Moysi, quibus redargui possint impii in filium, immo & in patrem: nam quomodo non & in patrem hæc tendit impietas, quæ profano spiritu exercetur [2] in filium, cum patri adimunt, quod vere patris est, auferentes filio, quod vere filii est: quomodo enim pater est vere, qui secundum ipsos non genuit? quomodo Christus vere filius est, quem negant vere de ipso generatum? Sed, ut dixi, multæ sunt voces in libris Moysi, quibus redargui hæc eorum possit impietas: sed quia hæc ipsa non studio librum scribentis exsequimur, sed veluti in scheda certas summas quasi properantes [3] delimamus, ut tuo qualitercumque videamur obedisse præcepto: ceteræ voces prætereundæ sunt, maxime quia in divinis vocibus non numerus testimoniorum, sed auctoritas requirenda est; quæ idonea est etiam si una voce proferatur. Sufficit interim de hoc uno capitulo B Moysen concordasse cum Evangeliis, & Apostolis. *Deum & Deum* prædicat Moyses: sicut superius testimonium ** loquimur de Genesi, ita & Joannes Deum & Deum annuntiavit dicens: [c] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Nemo dixit duos deos, licet Deum & Deum diceret: nemo non unam imaginem patris & filii annuntiavit, & ideo unum Deum novit dicere in confessione fides catholica: non tamen ut per confessionem [4] unius Dei filius negetur esse quod Deus est: quia sicut pater Deus est, ita & filius Deus est: nam si non sicut pater Deus est, ita & filius Deus; quomodo illis una imago est secundum Moysen? vel quomodo secundum Paullum, in forma Dei Christus est æqualis exsistens Deo?

VIII. Sed & Joannes cum Verbum Deum adserit in principio apud Deum esse, non extra Deum esse; per hanc Verbi Dei a Deo inseparabilitatem idem mihi videtur significare, quod in significantia imaginis & formæ est. Nam si per unam imaginem eamdemque formam, patris & filii inseparabilitas ostenditur; cur non cum Joannes Dei & Dei inseparabilitatem annuntiat per hoc quod ait, *& Verbum erat apud Deum, & hoc erat in principio apud Deum*, unam imaginem eamdemque formam patris & filii significasse credatur? Plane hic sensus videatur ambiguus, si non idem Evangelista hoc ipsum paullulum infra apertius prosequutus est dicens, [d] *& vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre*: sicut una imago, eademque forma, ita & gloria non alia est filii, quam quæ patris est. Interea qui Christum de adoptione filium dicis, quomodo intelligis *gloriam ejus quasi unigeniti a patre?* Quod si plures esse Dei filios, de adoptione profiteris: quod si & Christus adoptivus est, quomodo unigenitus a patre est, cum non sit unigenitus exsistentibus quoque aliis per adoptionem filiis? Quod si vere unigenitus a patre est ideo, quia ipse solus de ipso vere patre generatur; quomodo adoptivus adseritur, cum adoptivus inter plures adoptivos proprietatem unigeniti a patre habere non possit? Sed etsi adoptivi sunt, E de nullo tamen eorum dictum est, *& vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre*. Sed de Christo solo dictum est, *& vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre*: non ergo adoptivus est, de quo hoc dicitur, quod de adoptivis dici non potest. Et merito illi una imago cum patre est, quia ipse solus *unigenitus a patre est*. Quid ergo mirum, si in filii imagine patris imago signatur? Ideo & ipse Salvator dicebat, [e] *Qui me vi-*

a Gen. I. 26. b Ibid. ℣. 27. c Joan. I. 1. d Ibid. ℣. 14. e Joan. XIV. 9.

1. Hæc periodus superius in Faustino collocat hoc in loco *Personam*.

2. *Et in filium*.

3. *Delibamus*, vel *delineamus*.

4. *Unus Deus filius*.

* *Agis*] Forte, *ais*.

** *Loquimur*] An *loquitur*?

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.

det, videt & patrem: non hoc, ut Sabellius, dico quasi se ipsum patrem dicat esse, qui sit & filius. Confiteor enim patrem esse, qui genuit: filium vero esse, qui natus est. Sed cum dicit, *Qui me videt, videt & patrem*, sicut patris & filii non unam ostendit esse personam, ita unam ostendit esse deitatem; cum in patris & filii substantia nulla diversitas invenitur.


IX. Iterum in hoc quoque loco dicam, si creatura est filius, quomodo qui videt filium, videt & patrem? Nemo in visione creaturæ patrem videt: de inspectione enim creaturæ creator videri potest; pater autem non videtur nisi de inspectione filii. Si ergo Christus creatura est, & non vere filius, B non potest in creaturæ visione pater videri: & quomodo ait, *Qui me videt, videt & patrem*, nisi quia vere filius de Deo patre natus est? & ideo cum videris filium, necesse est ut & patrem videris. Sine filio enim pater non est, sicut nec filius sine patre. Inde etiam subdidit, [a] *Ego in patre, & pater in me*; non utique per quamdam passivam confusionem; sed quia consequens est, ut ubi pater est, illic esse cognoscatur & filius; & ubi filius est, illic etiam patrem exstare cognoscas. Est & alius sensus dicti istius. *Qui me vidit, vidit & patrem*; non qui corporeis oculis in corpore vidisset Jesum, vidisse patrem refertur; alioquin absurda est increpatio Domini ad Philippum dicentis, [b] C *Tanto tempore vobiscum sum, & non me nosti Philippe?* secundum corpus enim non solum Philippus videbat Jesum, sed & omnes Judæi qui ei adversabantur: nec tamen per hoc quod videbant secundum corpus Jesum, patrem quoque vidisse credendi sunt. Quid ergo est, *Qui me vidit, vidit & patrem?* intende cordis aciem, & vide secundum fidei spiritualis obtutus, Christum filium Dei non creaturam esse, sed creatorem; intende eum vere esse Deum sine initio sempiternum; & secundum hoc, quod Deus, invisibilem, inæstimabilem, incorruptibilem, indemutabilem, & per omnia talem, qualis est & pater ejus qui eum genuit: & ita videns filium, patrem quoque te vidisse non dubium est. D

X. Hoc sensu accipe & illud quod ait, *Ego in patre, & pater in me*. Pater cum sit perfectus, perfectum filium genuit; & cum sit invisibilis, incomprehensibilis, inæstimabilis Deus & verum lumen; & filius talis natus est, qualis est ille qui eum genuit: & ideo ait, *Ego in patre, & pater in me*: cum enim omnia quæ sunt paternæ virtutis & deitatis, habeantur in filio; pater in filio est, & filius in patre: & ideo præmisit, [c] *Si me sciretis, & patrem meum sciretis*: (& heic ostenditur) quod eadem sit patris & filii substantia, eo quod sit una utriusque cognitio. Sed creaturæ & creatoris non est una cognitio, quia non E est una substantia. Patris autem & filii una cognitio est; ergo non est filius creatura, sed creator est, sicuti & pater creator est: & Deus est, sicuti & pater, non tamen per hæc duos deos dicimus. Heic est ubi impie hæretice diabolico furore quasi in stultitiam istius confessionis inardescis, cum Deum & Deum audis: nec tamen duos deos dicimus. Inflatus enim de littera sæculari, in hac quæstione insanabiliter ægrotas; & putas te debere constringere, ut duos deos dicamus, cum Deum & Deum confitemur. Noli infelix adversus Christum A Dominum totius creaturæ, Aristotelis artificiosa argumenta colligere, qui te Christianum qualitercumque profiteris, nec adversus piam confessionem inenarrabilis de Deo sacramenti ut calculo calumniator, quasi ex disciplina terrenæ supputationis [1] circumscriptor advenias. Inspice potius divinos libros, & de divina fide divinis utere sermonibus. Legisti utique, [d] *& in lumine tuo videbimus lumen*. Quæ heic distantia luminis a lumine est? posuisset enim & distantiam, si fuisset, ne quis luminis a lumine nullam distantiam crederet: quod si nulla distantia est, non ergo duo lumina, sed unum lumen est, cum in lumine patris, filii lumen agnoscitur. Hoc lumen est de quo & Daniel loquitur dicens, [e] *& lumen cum ipso est*: non enim de aliqua creatura hoc dicitur, sed de splendore ipsius Dei exsistentis sempiterni luminis. Si pater sempiternum lumen est, sine dubio & filius lumen est sempiternum. Si vero negatur filius Dei lumen esse sempiternum, quomodo in patris sempiterno lumine lumen filii, quod non est sempiternum, videtur? Sed in laudibus Dei non est hæc falsa dictio sanctorum: *Et in lumine tuo videbimus lumen*. Ergo & filii lumen sempiternum est, quod non distat a patris lumine sempiterno: & ideo licet lumen sit filius, & pater lumen sit; unum tamen patris & filii lumen est, quia in patre & filio nulla discretio est, nulla separatio luminis est, quomodo nec imaginis secundum Moysen, nec formæ secundum Apostolum Paullum.

XI. Sacramentum autem inseparabilis unitatis secundum hoc; quod uterque, id est, pater & filius æqualiter & indivise, neque secundum portionem, Deus unus: & pluralitatis secundum hoc, quod unus pater est, & unus filius. Etiam de hoc capitulo manifestatur quod legimus in Evangelio, ipso Salvatore dicente, [f] *Ego & pater unum sumus*. *Sumus* enim pluralitatem significat personarum, quia hic pater, & hic filius: *Unum* autem unam eamdemque in patre & filio substantiam deitatemque consignat, ut vere pater & filius unus Deus sit; cum ambo, id est, pater & filius unum sunt secundum deitatem, non unus secundum personas. *Ego & pater unum sumus*, hac una voce & Sabellius excluditur, & Arrius [2] confutatur. Sabellius enim ipsum dicit patrem, qui sit & filius, hoc modo, tamquam si unus habeat duo nomina, & interpretatur *unum* ideo dictum, ut unius personæ singularitas crederetur. Contra vero Arrius respiciens ad hoc quod ait, *sumus*, in hoc sermone, pluralitatem intelligens, introduxit impiam pluralitatem deorum, credens unum sempiternum Deum, & alium qui esse cœperit Deus; unum omnipotentem, & alium qui non sit omnipotens. Sed o cæcitas in utrisque! Habent ante oculos quod pie videant, & incautis offensionibus impie litigare contendunt; saltem commodent sibi sensus suos, & piæ fidei perspicient veritatem. Sabellius admiratione virtutum quas Christus operabatur, Christum Deum verum esse credit, & non qui aliquando cœperit, sed qui semper fuerit, & possit omnia: credat hoc Arrius, & non blasphemet in Christum, quem filium confitetur. Item Arrius negat Christum esse patrem: neget hoc & Sabellius, & pie credat, quod Christus vere Deus est, non exsistens pater, sed filius. Adhuc apertius dicam. Sabellius vincat Arrium, quod Christus verus Deus est; &

a Joan. XIV. 10. *b* Ibid. ℣. 9. *c* Ibid. ℣. 7. *d* Psalm. XXXV. 10. *e* Dan. II. 22. *f* Joan. X. 30.

1. *Calumniator*. 2. *Confunditur*.



Arrius vincat Sabellium, quod Christus sub confessione veri Dei verus & filius est: & mihi catholico ambo vicerunt, immo & mecum ambo vincunt impietatis errorem, cum mecum intellexerint sacræ fidei veritatem, quæ & pluralitatem personarum intelligit, & unitatem deitatis in hac pronuntiatione Domini dicentis, *Ego & pater unum sumus*. Sed hanc divinam pronuntiationem, & hanc piam divinæ pronuntiationis intelligentiam Arii sectatores cum quærunt subvertere, alio modo interpretantur, & dicunt, unum sunt quidem, sed non substantia, non deitate, non potestate, sed voluntate: id est, quia unam eamdemque habeant voluntatem, ideo ait, *Ego & pater unum sumus*. Dicite, [1] o impiissimi, substantivum Verbum Dei est; & qui linguæ sermonem dedit, nescit loqui, & ignoravit altum sensum vestrum propriis & competentibus sermonibus explicare, & inefficax fuit dicere, *Ego & pater unum volumus*, si tamen hoc in loco unitatem voluntatis, & non substantiæ ac deitatis volebat intelligi?

XII. Sed nunc, quæso, Regina memineris, quæ capitula ex persona hæreticorum scribere dignata es. Ipsi hæretici ajunt, [a] *Qui me misit pater, ipse mihi præceptum dedit, quid dicam & quid loquar*: & [b] *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, patris*. Hoc artificium hæreticorum est, ut alibi negent, quod alibi confitentur: ut cum se vident præsentium quæstionum absolutionibus vehementer adstringi, serpentino lubrico semper eludant. Certe dicitis, o hæretici, præceptum dedisse filio patrem, quid dicat, quid loquatur: & quomodo quasi nesciat loqui, vos verba ejus emendatis, immo jam patris; quia filius quod dicit, quod loquitur, secundum præceptum quod dedit ei pater, & dicit & loquitur. Jam ne intelligitis, quia cum profano spiritu adversus filii deitatem exercere contenditis vestram amentiam, etiam in patrem prorumpitis insanientes? Clamat filius, *Ego & pater unum sumus*: & vos quasi grammatici velut inefficaciam dominicæ pronuntiationis suppositi verbi demutatione supplentes emendatis, & dicitis: hoc quod ait, *sumus*, *volumus* intelligendum est; ut scilicet sic dictum sit, *Ego & pater unum volumus*. Sed reclamat filius etiam contra vos dicens illa, quæ dixit ad vestræ impietatis participes Judæos: [c] *Quare loquelam meam non cognoscitis?* Habeant locum suum parabolæ & allegoriæ & ænigmata: hoc tamen loco apertissime & plene dictum est, *Ego & pater unum sumus*: & quomodo unum sunt, alibi quoque declarat, cum dicit: [d] *Credite mihi, quia ego in patre, & pater in me est*: & ne videretur ipse de se usurpare, quod non erat; ut veritatem dictionis ostendat, præmisit dicens: [e] *Non creditis quia ego in patre, & pater in me? Verba quæ ego loquor vobis, a me ipso non loquor: pater autem in me manens ipse loquitur, & opera quæ ego facio ipse facit*. Sed & alibi: [f] *Sicut docuit me pater, hæc loquor: & qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum, quia quæ placita sunt ei, facio semper*. Non quia filius ignoraret quid sibi loquendum erat. Quid est enim quod Dei sapientia ignoret? Sed ut duritiam indomitæ fidei tuæ ad piam divinæ unitatis intelligentiam patris quoque auctoritate molliret, ait: [g] *Pater in me manens ipse loquitur*; vel illud, [h] *sicut docuit me pater, hæc loquor*. Sicut autem opera filii, opera patris sunt, eo quod faciente filio, pater in ipso manens faciat; ita quod loquitur filius, pater in ipso manens loquitur non aliud, quam quod loquitur filius; quia nec filius aliud loquitur, quam quod loquitur pater in ipso manens. Eadem ergo patris & filii loquela est, sicut eadem & operatio; & ideo dicebat, [i] *alioquin propter opera ipsa credite*. Quæ utique similiter faciebat ut pater: ut postremo vel auctoritate operum crederetur, quia filius in patre est, & pater in filio.


XIII. Hoc autem quo modo intelligendum est quod ait, *Ego in patre & pater in me*, jam supra expositum est. Sed & nunc brevius dicam. Secundum indifferentiam substantiæ audiendum est, *Ego in patre & pater in me*. Sed & illud quod ait, *Ego & pater unum sumus*, secundum indifferentiam substantiæ unum sunt pater & filius. Nolo ergo, impie hæretice, ut indifferentiam substantiæ patris & filii adimas, & importune unitatem voluntatis interferas, quam alibi impie negas dicendo, scriptum est, [k] *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me patris*. Qui in hoc capitulo ignorans dictionis ejus sacramentum, tam impie negas patris & filii unam esse voluntatem; quomodo tibi credam, quia sinceriter confiteris, quod una eadem voluntas patris & filii significetur in hoc, quod pronuntiavit Dominus dicens, *Ego & pater unum sumus?* Tu si vere credis, quod pater & filius unum sunt voluntate; non video quomodo negare possis, quia & substantia & divinitate & potestate unum sunt. Quare enim non una substantia sit, una divinitas & potestas, quibus una voluntas est? Si enim ex æquo illis voluntas est, ex æquo divinitas est. Si non ex æquo divinitas, nec ex æquo voluntas. Dei enim voluntas, & cujuslibet, non tamen Dei voluntas, [2] pariare non potest: quia alia est vis voluntatis ejus qui Deus est, & alia vis voluntatis ejus qui Deus non est. Voluntas Dei naturaliter bona est, perfecta est, indemutabilis est, semper eadem exsistens, & sine initio exsistens, & sine fine perseverans. Voluntas vero ejus qui non est Deus, eo quod habeat initium, sicut & ipse qui non est Deus; potest & nutare, potest & verti, sicuti & ipse qui non est Deus: ac per hoc non vere bona, quia non naturaliter bona, nec vere perfecta, quæ potest verti & minui; ita ut quod * hodie voluit, crastino nolit, & quod hodie noluit, crastino velit.

XIV. Dicam exemplo apertius: Angelus iste qui nunc diabolus est, ante quam fieret diabolus, bonam habuit voluntatem; sed ubi factus est diabolus, proprii arbitrii agitatione amisit bonam voluntatem; ideo scilicet, quia ex factura [3] subsistit, & non naturaliter Deus est. Hoc & de omni creatura rationabili sentiendum est: etsi enim quidam eorum non declinaverunt, neque declinant a bona voluntate; tamen [4] in natura habent posse declinare, quia creaturæ sunt, & non Deus. Hoc enim quod

a Joan. XII. 49. b Joan. VI. 38. c Joan. VIII. 43. d Joan. X. 38. e Joan. XIV. 10. f Joan. VIII. 28. 29. g Joan. XIV. 10. h Joan. VIII. 28. i Joan. XIV. 12. k Joan. VI. 38.

1. *Hæretici impii*. 2. *Pariare*, id est, *esse par*. 3. *Subdidit*. 4. *Innatum* Parif. fort. *innatum habent*.

* *Hodie voluit, crastino nolit*] Hæc improvide omissa sunt in editione Oxoniensi.



non declinant, ex disciplinæ perpetua observatione obtinent, non ex [1] naturæ indemutabilis veritate. Deus autem [2] ipse solus sine initio bonus & perfectus & inconvertibilis est sine initio, habens quoque bonam voluntatem & perfectam & inconvertibilem; non institutione, neque ex profectu observationis habet bonam & perfectam & inconvertibilem voluntatem, sed ex naturæ indemutabilis veritate, qua & bonus & perfectus & inconvertibilis Deus est. Viderit, si qua fortassis est hæresis, quæ hunc sensum respuat: tu tamen præcipue ad hoc Arriane consentis, qui & ipsum filium Dei quem totius creaturæ Dominum confiteris, [3] vertibilem & mutabilem dicis, quod eum a Deo factum de nihilo prædicas, non [4] tamen de Deo vere natum. Si hæc tibi sententia est, quod omnis creatura vertibilis est & mutabilis, Christum autem dicis esse creaturam: ergo & ipse, secundum te, ex conditione [5] naturæ vertibilis & mutabilis exsistens, non habet inconvertibilem & indemutabilem voluntatem. Et quomodo interpretaris, quod pater & filius unum sunt voluntate? cum patris & filii, secundum te, diversæ sint voluntates & contrariæ; quia scilicet una est indemutabilis & inconvertibilis, alia vero mutabilis & convertibilis, deprehenderis & detegeris, hæretice fraudulente, quomodo conaris simplices animas circumvenire & capere. Constrictus enim & coarctatus testimonio dominicæ pronuntiationis dicentis, *Ego & pater unum sumus*, ut de hac voce qualitercumque [6] evoles, quæ claris sermonibus in patre & filio unitatem deitatis ostendit, succubuisti necessitate, non arbitrio, ad hoc ut vel * ad monumentum in præsenti capitulo summis labiis, & ut ita dixerim, superficie sola verborum, unitatem voluntatis interseras, quo expressius & vivacius & medullitus unitatem deitatis excluderes. Tollis enim sensum, unitate substantiæ, qui facile creditur ex ipsa simplicitate verborum; & interpretaris sensum, unitate voluntatis; [7] ut quia supra dicta ratio ejus non facile apud omnes intelligitur, interim simplicem decipias auditorem, cum illud agis ne unitatem divinitatis intelligat. Nam & unitatem voluntatis in patre & filio, fides catholica sincerissime & verissime credit, non labiis (tantum) sed & toto corde, quæ & unitatem substantiæ & divinitatis agnoscit. Sicut enim indemutabilis & inconvertibilis est substantiæ cum Patre Filius, ita & indemutabilis & inconvertibilis voluntatis est cum Patre Filius. Atque ideo una voluntas est Patris & Filii, sicut & una virtus & una imago, magis [8] aut dixerim quod ipse Filius voluntas est Patris. Sicut enim Patris & Filii una imago cum sit secundum Moysen; tamen & ipse Filius [a] *imago Dei invisibilis* scribitur ab Apostolo; ita & una voluntas cum sit Patris & Filii, (pie) definitur, quod voluntas Patris est Filius. (Sicut est) Dei invisibilis imago, similiter & de virtute intellige. Fides enim catholica dicit, unam virtutem esse Patris & Filii; & tamen scribit Apostolus, [b] *Christum Dei virtutem esse & Dei sapientiam*. Pie ergo dictum est, quod Filius voluntas est Patris, sicut idem ipse est sapientia Dei. Et tamen si adhuc movet hic sensus, intende ad ea quæ dicimus: certe Dei sapientia Christus est. Quid au-
A tem est Dei voluntas, quam Dei sapientia? non enim in Deo aliud voluntas, & aliud sapientia: in hominibus quidem potest esse voluntas, non tamen hæc ipsa sapientia; quia voluntas hominis eruditione & meditatione & profectu ad sapientiam sibi possibilem pervenit. Dei autem voluntas non eruditione, non meditatione, non profectu ad sapientiam pervenit, sed ipsa nihil indigens, naturaliter [9] substantiva sapientia est. Unde & Christus Dei sapientia exsistens, Dei quoque voluntas est; quia in Deo non aliud voluntas, & aliud sapientia.

CAPUT II.

B *De eo quod hæretici dicunt, Ex nihilo, inquiunt, Deus sibi filium fecit: Si fecit eum ex nihilo, creatura est, & non filius.*

I. David uno lapidis ictu Goliæ frontem percutiens [c] magni corporis fortem stravit inimicum. Sed nostræ non est virtutis de uno lapide vincere; duplici, ut opinor, ex caussa: quia nec nos tales vires habemus, quales habuit & David; & isti nimis frontem præferunt [10] impudentiæ impietatibus obduratam: unde jam licet multos lapides non in vacuum miserimus, tamen adhuc in Dei gratia repetendum nobis est, & impudens [11] eorum frons illa quæ est sine signo Domini, crebris
C testimoniorum lapidibus elidenda est; ut, etsi non caro eorum effundit cruorem, multis [12] effossa vulneribus tamen vel [13] pudor suffusione sanguinis erubescat, si etiam [14] ex iis quæ illorum esse scripseras, opprimantur. Hæc verba hæreticorum ais esse. Ex nihilo, inquiunt, Deus sibi filium fecit. Si fecit eum ex nihilo, [15] creatura est, & non filius. Et quid est, quod filium dicis, quem creaturam esse confirmas, cum dicis eum factum ex nihilo esse? non ergo potes & filium eum dicere & creaturam: filius enim ex nativitate consistit, creatura vero ex factura. Quid tibi contraria profiteris? unum elige de duobus: dic aut filium vere filium, aut creaturam vere creaturam. Si ita filium dicis,
D ut vere filium dicas; negasti eum esse creaturam. Et quomodo de nihilo factum eum esse dicis, quem vere filium confiteris? Si autem dicis eum vere esse creaturam, cur eum filium nominas, cum in eo istius nominis abneges veritatem?

II. Sed (de) vivis lapidibus divinæ vocis percutiamus frontis ejus impudentiam. Tu dicis eum esse creaturam: ego dico eum esse filium: quis inter nos de professionis veritate pronuntiet? puto, quod libenter habeas, ut ille judicet, a quo tu, renuentibus nobis, factum dicis Christum ex nihilo. Audiamus ergo quid de cælis ipse pronuntiet. [d] *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene com-*
E *placui*. Numquid dixit, Hic est quem ego feci ex nihilo? Et vide, quia hoc tunc primum dixit, quando Jesus ut homo accessit ad baptismum: &, puto, non alia ratione quam quia poterat credi non esse filius Dei, qui corporeus videbatur, & inter ceteros homines ipse quoque ut homo peccator veniebat ad baptismum, cum peccata propria non haberet. Ne ergo, (cum) sacramentum ba-

a Coloss. I. 15. *b* I. Cor. I, 24. *c* I. Reg. XVII. 50. *d* Matth. III. 17.

1. *Creaturæ*. 2. *Sicut solus*. 3. *Deum vertibilem*. 4. Forte *autem*. 5. *Creaturæ convertibilis*. 6. *Te voles*. 7. *Aut quia*. 8. *Enim*. 9. *Substantia*. 10. *Impudentia &*. 11. *Frons eorum lapidanda est, ut & si*. 12. *Pertusa*. 13. *Pudore ceu*. 14. *Et ea*. 15. *Creatus*.

* *Ad monumentum*] Forte, *ad momentum*.

ptiſmatis in homine adſumto [1] conſummat Jeſus, non vere Dei filius crederetur, clamat de cælo Pater, *Hic eſt filius meus dilectus*. Intellexerat quidem & Joannes ſuum illum eſſe Dominum, quando & [2] venienti ad baptiſmum ait: [a] *Ego a te debeo baptizari, & tu veniſti ad me?* Sed ne forte apud alios Joannis teſtimonium non tam magnum videretur, ut vinceret fidem carnis & humilitatis in Chriſto, & omnia omnino quæ per carnem ejus agebantur; ipſe quo nemo major, ipſe quo nemo melior cognitor, dat teſtimonium de cælis dicens; *Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene complacui*. In quantum enim manifeſta fides erat circa carnem Salvatoris, in tantum & manifeſta fides eſſe debuit circa deitatem Salvatoris: tunc enim & B verus Deus eſt, ſi ſit & verus filius. Carnem quidem ejus, vel potius hominem dicam, nemo ambigebat, quia nec ambigi poterat: ſed illud quod in homine erat, & natum cum homine, quia videri per naturam non poterat, ne eſſet incertum, voce & quaſi digito patris oſtenditur dicentis; *Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene complacui*: & [3] interea pari auctoritate fides utriuſque ſubſtantiæ, id eſt, Dei & hominis commendatur in Chriſto. Hominis enim in ſe fidem Dei filius ipſe [4] ſignabat per conceptionem & partum Virginis, per infantiæ vagitum, per cunas & involumenta, per ipſa matris ubera, per ipſa materni lactis alimenta, per incrementa [5] corporeæ ætatis, per hoc C ipſum quod venit, ut baptizaretur. Vides quomodo interim uſque ad baptiſmum [6] expreſſit in ſe hominis veritatem, tanto preſſius hoc agens, quanto & difficilius credi poterat, Deum (in) hominem fieri. Et ne forte ad hoc coactum putes, & non ſponte filium Dei, filium quoque factum eſſe hominis, audi Apoſtolum dicentem de eo: [b] *Qui cum in forma Dei eſſet conſtitutus, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemet ipſum exinanivit, formam ſervi accipiens*. Si ergo *ſemet ipſum exinanivit, formam ſervi accipiens*; non coactus eſt, ſed ſponte factus (eſt) filius hominis, exſiſtens in forma Dei, Deo æqualis. Habes igitur filium exprimentem in ſe fidem hominis.

III. Item videamus fidem in eo divinitatis expreſſam: & licet ſufficienter ſupra de fide ejus divinitatis expreſſum eſt, & adhuc ſint alia quoque multo copioſiora quibus fides divinitatis apparet; tamen illa nunc taceo: ſufficit enim mihi ſi [7] fidem divinitatis in Chriſto ſolus interim pater oſtendit dicens: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene complacui*. Quid ais hæretice? credis ſine dubio Chriſto, quod ſe filium hominis fecerit: quid [8] cenſes de patre? eſt ne veridicus apud te, cum Chriſtum filium ſuum eſſe teſtatur? [9] (ſi non) credis patri, cum Chriſtum filium ſuum eſſe teſtatur, jam majoris apud te auctoritatis eſt Chriſtus, cui de fide E in ſe hominis credis; & minus idoneus eſt pater, cui de filii teſtatione non credis. Et quomodo patrem majorem Deum vindicas, cujus vocem quaſi minimi depretias? vel quomodo Chriſtum Deum minorem adſeris, cui tantum credis, quantum nec A ei, quem majorem prædicas? Magnus iſte [10] honor tuus eſt quem patri defers, ut ei non credas de filio ſuo profitenti. Qui tamen iterum & alibi profitetur illum ſuum filium eſſe, quando cum Apoſtolis Petro & Jacobo & Joanne Dominus aſcendit in montem, & [c] *refulſit facies ejus ſicut ſol*. Percutiat iterum divinum teſtimonium tuæ frontis impudentiam: [d] *Et ecce*, inquit, *nubes lucida inobumbravit eos: & ecce vox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene complacui: ipſum audite*. Certe Moyſes & Elias pariter videbantur cum eo loquentes, quos utique de adoptione factos eſſe filios Dei negare non potes: & quomodo de ſolo Chriſto vox divina teſtatur dicens: *Hic eſt fi-* B *lius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite*? Si enim & Chriſtus de adoptione filius eſt, cum ſtaret inter duos filios adoptivos, dixiſſet utique, & hic filius meus eſt, ne Chriſtus ſolus filius eſſe crederetur: at cum dixit, *Hic eſt filius meus dilectus*, adoptionis filios ſeparavit, ut proprietas veræ nativitatis in Chriſto ſolo filio crederetur. Sed non ſufficit ut Chriſtum tantummodo filium ſuum eſſe profiteretur; addidit etiam quod vero filio debebatur, dicens, *ipſum audite*. Magnam, immo & parem ſibi auctoritatem oſtendit in filio, cum ita audiendus eſt filius, ut audiendus & pater eſt. (*Ipſum*, inquit, *audite*.) Quidquid ergo jam dixerit Chriſtus, audiendus eſt. Et videamus, ſi C nuſquam ſe dicit eſſe filium Dei, ſi nuſquam ſe Deum patrem habere profitetur. Ipſius vox eſt: [e] *Omnis plantatio quam non plantavit pater meus, eradicabitur*. Et iterum: [f] *Domum patris mei feciſtis domum negotiationis*. [11] Alibi quoque: [g] *Et tu credis in filio Dei?* Numquam præſumeret dicere, *Pater meus, patris mei, & tu credis in filio Dei*; niſi eſſet confidentia naturæ, quæ vindicat vocabulum veritatis in patre, de conſcientia propriæ nativitatis. Quid enim inſolenter ille loqueretur, *Qui ſemet ipſum humiliavit factus obediens uſque ad [12] mortem crucis*.


IV. Sunt & alia teſtimonia plurima: ſed nos D nunc non librum ſcribimus ut omnia proſequamur, ſed cauſſa brevitatis paucis teſtimoniis ſummas claudimus, ut vox illa obruatur, quæ negat Chriſtum eſſe filium Dei. Sane dicit ſe Chriſtus filium quoque eſſe hominis, cum ait: [h] *Et videbitis filium hominis*. Et, [i] *Quem dicunt eſſe filium hominis?* Hoc eſt enim ſacramentum fidei in Chriſto, ut cum illum filium Dei eſſe credideris, credas quoque & filium hominis eſſe eum factum. Illud enim quod filius Dei eſt, naturaliter poſſidet; hoc autem quod filius hominis factus eſt, [13] qua beneficius nobis præſtitit *: & ideo qui Chriſtum filium Dei eſſe non credit, impius eſt; ſed & qui Chriſtum filium hominis eſſe factum confiteri [14] dedignatur, in- E gratus eſt. Tu tamen, hæretice, credis quod Chriſtus filius quoque hominis factus eſt, & cum hoc ipſum de ſe Salvator dicat, non abnuis. At vero cum dixerit pater, *Hic eſt filius meus*, & cum dixerit filius, *Pater meus*; tu ut *cor Pharaonis* [15] obduras, & non credis? Supereſt impudentiæ tuæ,

a Matth. III. 14. b Philipp. II. 6. 7. c Matth. XVII. 2. d Ibid. ℣. 5. e Matth. XV. 13. f Joan. II. 16. g Joan. IX. 35. h Marc. XIV. 62. i Matth. XVI. 13.

1. *Conſummans*. 2. *Advenienti*. 3. *Interim patri*. 4. *Significabat*. 5. *Corporis* & forte, *corporea*. 6. *Exſurrexit*. 7. *Fide in Chriſto divinitatis ſolus*. 8. *Sentis*. 9. *Credis ne*. 10. *Honoratus eſt*. 11. *Et alibi*. 12. *Veritatis mortem & mortem crucis*. 13. *Quia benefinis*. 14. *Dedignabitur*. 15. *Obduraſcis*.

* *Qua beneficius nobis præſtitit*] Alia exemplaria rectius, *quia beneficia nobis præſtitit*: alia vero, *quia beneficus nobis perſtitit*. Oxon.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.



ut quasi melancholicus non vera perspiciens, patrem & filium dicas esse mentitos. Non, inquit, nego filium; sed nego verum filium: ergo & Petrus ideo beatitudinis vocem promeruit, quia Christum verum filium esse non credidit, licet *filium Dei vivi* sit confessus. Magnum re vera confessæ fidei sacramentum est in Petri conscientia, ut cum labiis dicat, [a] *Tu es Christus, filius Dei vivi;* in corde tamen habeat, quod non sit *verus filius Dei vivi*. Ego homo sum:/verba audio, verba intelligo, interpretationem tacitam cordis audire non possum. Christum *filium* dixit *Dei vivi*: nisi & adoptivum adjecerit, ego aliud nihil intelligo, quam quod & loquitur. Viderit si Christus, [1] qua Dominus & Deus cor aspicit: mihi tamen qui auribus tantum audio, debuit etiam per vocem fieri cordis ejus manifesta confessio, propter quem & Petrus interrogatur: non enim sibi soli Petrus interrogatus est, sed & omnibus (nobis); ut cum ille de Christo bene confitetur, & nos similiter disceremus pari confessione ad beatitudinem pervenire. Et interea videamus [2] si digne Petrus beatitudinis præconium consequitur, credens in corde quod non sit verus (filius,) sed adoptivus: si digna hæc patris revelatio est, & non potius carnis & sanguinis. Plurimi certe adoptione sunt filii Dei: & non solum Jeremias, [b] qui adhuc cum esset in vulva matris, sanctificatus est; neque solus Joannes Baptista, [c] qui in utero matris infans exsultavit in spiritu: sed neque solus Elias, qui mortem adhuc usque passus non est, vel quilibet ex numero prophetarum, ex quibus unus, ut in Evangelio relatum est [d], putabatur Christus: sed ad hoc nomen adoptionis, meretrices & publicani, quamvis emendatione [3] venerunt. Et ne quis me putet blasphemare, audiat in Evangelio dici: [e] *Meretrices & publicani præcedent vos in regno cælorum*, ubi non nisi filii adoptionis sunt. Cum ergo nec blasphemis nec turpibus adoptionis gratia denegatur, si corrigant se; hoc pro magno sacramento Pater Petro revelavit, quod scilicet filius quidem Dei vivi est, sed adoptione potius, & non nativitate, & tantum nomine, non etiam & nominis veritate? Plane qui hoc credit, non beatus ille est, sed miserrimus omnium hominum, habens non solum intelligentiam carnis & sanguinis, verum etiam & spiritum diaboli. Sed quæso, Regina, sentias, quod multa in hoc loco dici poterant, quæ ad consequentia festinans prætereo; credens quod data occasione, quasi una de sapientissimis plus possis sentire quam loquimur, secundum sententiam Salomonis: [f] *Da sapienti occasionem, & sapientior erit.*

V. Hæc vestra, Arriani, doctrina est, hæc vestra interpretatio singularis, hoc secretum fidei vestræ mysterium: Adoptione, inquit, Christus est filius, & non verus filius. Interrogemus & Joannem: potest & hic verum didicisse, sive quia interfuit cum Petri laudata confessio est, sive ex peculiari dilectione Salvatoris, [4] qua ita erat ei proximus, [g] ut etiam supra pectus ejus recumberet. [5] Videamus, quid hærens pectori ejus hauserit. [h] *Deum nemo vidit umquam, nisi unigenitus filius qui est in sinu patris.* Nulla creatura videt Deum, secundum hoc quod Deus est; & ideo ait: (*Deum*) *nemo vidit umquam*. Sed sequitur, & dicit: *nisi* A *unigenitus filius*: ergo unigenitus filius non est creatura, qui Deum videt quem nulla vidit creatura. Et ne forte unum [6] eum de adoptivis filiis crederes, amputavit sensus impii occasionem, cum eum dixit non solum filium, sed etiam unigenitum filium. Hoc nomen non habet socios: & licet dicantur alii filii; adoptione tamen, non natura sunt filii. Sed Christus solus unigenitus filius est, quia solus verus filius est, non adoptione, sed natura, non nuncupatione tantum, sed & genere: solus (inquam) verus filius est, *qui* etiam *in sinu patris est*. Filii adoptivi in sinu Abrahæ sunt: qui autem verus filius est, & *unigenitus filius est, in sinu patris est*. Intellige tamen & in B hoc inseparabilem paternæ substantiæ filium, quod *in sinu patris* dicitur esse. Item legimus: [i] *Sic enim dilexit mundum Deus, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. Non video, quomodo dilectio Dei commendetur ad mundum, si non verus & unigenitus est filius, *quem dedit pro mundi redemtione*. Mundus sine dubio creatura est: si Christus creatura est, quid contulit mundo, dans pro creatura creaturam? Omnis creatura servili conditione censetur: si Christus creatura est, servus est: quomodo [7] redemit ad libertatem, cum servus nullo jure possit conferre libertatem? & tamen Abraham, ut commendaret dilectionem quam habebat C ad Deum, proprium & verum unigenitum & dilectissimum filium obtulit in holocaustum, cum hoc ipsum Deus ad probandum cunctis ejus in se dilectionem fieri præcepisset. Et tu dicis, impie, quia Deus volens commendare dilectionem suam mundo, non habuit verum filium quem daret, sed usus est necessitate, more sterilium, ut, quia verum de se genitum filium non habuit per naturam, vel ex nihilo factum daret?

VI. Dic, impie (ergo) majore virtute dilectionem commendavit Abraham, proprium & unigenitum filium offerens, quam Deus qui non habuit proprium, neque vere unigenitum dedit. Et est, [8] D quod velit Deus magnopere commendare: & inferius (non) commendat, cum commendaverit homo. Et ille Deus quem majorem prædicas, minor est homine in commendanda dilectione: minus enim commendavit dilectionem, si non verum & unigenitum filium dedit pro mundi dilectione: & Abraham plus commendavit, qui proprium & unigenitum obtulit. Sed absit hæc impietas, ut vel in dilectione commendanda minor sit Deus, qui est per omnia inæstimabilis: verum enim & unigenitum filium dedit, diligens mundum. Hoc [9] enim Paullus vas electionis exsequitur, volens Dei in nos commendare dilectionem dicens: [k] *Qui suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*: cum di- E cit, *Filio suo*, proprietatem veritatis expressit in nomine: & vide tamen, quo sermone usus est, dicens: *Qui suo filio non pepercit*. Legisti utique dicentem Deum ad Abraham, cum filium pro Dei dilectione vellet occidere: [l] *Ne injicias manum tuam in puerum, ne facias illi quidquam: nunc enim cognovi, quia times Deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me*. Dicit & Paullus: *Qui filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum*: dicit Apostolus ex Dei voce, quomodo [10] commenda-

a Matth. XVI. 16. *b* Jer. I. 5. *c* Luc. I. 44. *d* Matth. XVI. 14. *e* Matth. XXI. 31. *f* Prov. IX. 9. *g* Joan. XIII. 23. *h* Joan. I. 18. *i* Joan. III. 16. *k* Rom. VIII. 32. *l* Gen. XXII. 12.

1. Forte, *scilicet, quo*. 2. Forte, *Sed*. 3. Heic quædam in Paris. Faustino omissa. 4. *Quia*. 5. *Videns*. 6. *Deum*. 7. *Redimit*. 8. *Quidquam*. 9. *Etiam*. 10. *Commendarit*.

ret dilectionem: improprie usus fuerat verbis divinis, si non & heic de vero filio loqueretur: & tamen, quis [1] nesciat in patre Abraham & Isaac filio ejus imaginem præcessisse futuræ veritatis? In Deo patre & Christo unigenito filio ejus sacramentum præcedentis figuræ monstravit Apostolus, consignans ipsis sermonibus veritatem, quibus & primum figura signata est, dicens: *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum.* Si ergo figura erat in Abraham, cum offerret filium; veritas autem in Deo patre, cum tradidit filium: quid ais doctor impietatis? ubi major vis versari debet, in figura, an in veritate? sine dubio in veritate. Et quomodo tu minorem exhibes veritatem, pleniorem vero figuram? plenior enim est figura, ubi verus filius offertur; & minor est veritas, ubi secundum te, non verus filius traditur. Sed plane major est veritas, & minor est figura. [2] Hoc si vis probari, crede verum unigenitum filium Dei; & intelliges, quod multo plus quam Abraham, gessit Deus, dans filium suum unigenitum pro mundi dilectione secundum Evangelium [a], vel cum secundum Paullum, *suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum.* Abraham enim licet filium obtulerit, tamen pro Dei dilectione obtulit, cui quidquid obtuleris, non æquas ad quod dignus est; & obtulit filium, quem postea quam per naturam habere non potuit, per Deum tamen contra naturam est adeptus: obtulit ergo Deo, quod ei contra spem naturæ dederat Deus, & obtulit filium.

VII. Facit ad caussam, si dixero se minorem, & sine illa conditione præsenti quandoque mortalitatis lege moriturum: contra, examina [3] quid Deus præstiterit: filium suum præstitit unigenitum, quem non sero ex alicujus adeptus est gratia, sed semper habet sine initio ex proprietate naturæ natum de se talem, qualis & ipse pater est qui eum genuit, invisibilem, inæstimabilem, sempiternum, impassibilem & immortalem & omnipotentem, sicut ipse pater est, & postremo per omnia, secundum hoc quod Deus est, æqualem ei qui eum genuit. Vides qualem dedit filium pater. Ecce jam Deus inæstimabiliter superior invenitur in filio: & nunc considera, quod hunc talem unigenitum filium pro mundi dilectione præstiterit: & expende nunc, quidnam sit mundus; utique creatura est: similiter & Deus quid sit, expende: utique creator est: & nunc jam compara, quem dilexerit Abraham, & quem dilexerit Deus. Abraham quidem Deum. Sed recense quanta Deus Abrahæ præstiterit, & invenies, quod Abraham multo minus Deo dilectionis debitum reddidit quam debebat, licet reddiderit quantum reddere potuit. Deus autem mundum diligit pro nulla sibi data ab eo gratia. Vides quia multo est commendabilior dilectio Dei quæ non ex debito præstatur, quam illa Abrahæ quæ præstatur ex debito. Sed vide adhuc supereminentiam dilectionis qua Deus diligit mundum, non solum sibi, qui eum condidit nullo merito justitiæ commendatum, verum etiam peccatorem & adversum se impium. Mundum ergo dilexit Deus peccatis & impietatibus reum, non quia peccata & impietates dilexerit mundi, sed dilexit mundum, ut de peccatis & impietatibus mundus ipse liberetur. Et audi Apostolum per hæc mire commendantem Dei dilectionem, cum scribit ad Romanos: [b] *Ut quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? vix enim pro justo quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem Deus caritatem suam in nobis: quoniam, si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est; multo magis justificati nunc in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.*

VIII. Intelligo quidem, [4] quod hoc testimonium discuti desiderat: sed nunc quod faciat ad caussam breviter pandimus. Mundum, habitatores mundi interpretatus Apostolus ostendit, quod *pro impiis & peccatoribus mortuus est Christus, ut suam caritatem commendaret in nobis*, qui sumus in mundo: &, *moritur*, inquit, *Christus pro impiis, & peccatoribus; quandoquidem vix pro justo quis moritur, licet forsitan pro bono quis audeat mori*. Jam ne intelligis, quam inenarrabiliter præcellat dilectio Dei ubi est veritatis expressio, & quam minor sit dilectio Abrahæ ubi figura signata est? Non hoc dico quasi non multum dilexerit Abraham; immo tantum dilexit Deum, quantum & potuit, quantum nemo ex natis mulierum supergredi potest. Sed licet multum dilexerit Deum, & de toto corde & de totis viribus animæ suæ dilexerit: tamen inenarrabili supereminentia divinæ dilectionis in infinitum superatur. Quis enim possit explicare dilectionem quam Deus mundo præstitit, dans unigenitum filium suum ita, ut homo nasceretur qui Deus est; & haberet secundum [5] carnem humana sorte initium nativitatis, qui sine initio de patre natus est; & ille æqualis Deo in forma Dei exsistens semper, accepta forma servili minor fieret, non solum patre, verum etiam Angelis, immo & hominibus, nescio, si non & multum infra, [6] vermis quoque comparatione; & postremo, ut secundum naturam susceptæ [7] animæ, usque ad mortem tristitiam pateretur, qui totus gaudium est, non solum Abrahæ, [c] *qui diem ejus cupiens videre, vidit & gavisus est*, sed & omnium hominum sanctorum. Præstitit ergo mundo unigenitum filium suum, ut qui vera vita est, pendens in ligno secundum carnem, mortem crucis pateretur, occultata interim sempiterna & inviolabili divinitate ejus, quæ illi una est cum patre ejus. Vide dilectionem, ut pro mundi salute Dominus majestatis crucifigatur in terra, qui se filium Dei credentibus vitam æternam præstat in cælis. O te beatissimum, patriarcha Abraham, cujus maxima dilectio in Deum non nisi inexplicabilis divinæ dilectionis inundatione submergitur: & nescio si non hoc (totum) pro respectu tuæ dilectionis & fidei Deus impio præstitit mundo. Tibi enim & semini tuo promiserat Deus, ut [d] *heres esses mundi per justitiam fidei*, sicut docet Apostolus Paullus.

IX. Sed satis tardo, si hunc locum voluero plenius exsequi: ad te convertar, hæretice, commonens, ut intendas quomodo Deus diligens mundum, dedit unigenitum suum filium, vel, ut ait Apostolus, quomodo *suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum*. Si sacramentum istius ineffabilis divinæ dilectionis agnosceres, numquam adversus filium Dei impias componeres quæstiones; quas

a Joan. III. 16. *b* Rom. V. 6-9. *c* Joan. VIII. 56. *d* Rom. IV. 13.

1. *Qui finium.* 2. *Hoc est si.* 3. *Quod.* 4. *Quidquid.* 5. *Carnis humanæ sortem.* 6. *Vermium.* 7. *Humanæ animæ.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.

qui piæ mentis est, per illa quæ supra diximus, A intelligit absolutas. Sed adhuc reliquam partem propositi testimonii [1] videamus, ut tuæ frontis impudentia multo pressius [2] obteratur. Nam cum dixisset; *Sic enim dilexit Deus mundum, ut filium suum unigenitum daret*, prosequitur, & dicit: *Ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. Iterum dicam: est unigenitus filius: quomodo qui credit in eum, non perit, sed vitam habebit æternam; cum credere in creaturam, sit divinitatis offensio? Respice ad Apostolum Paullum; considera, quæ opprobria, quas [3] obscenitates de his referat, qui, ut ipse ait [a] *commutaverunt veritatem Dei in mendacio, & coluerunt & servierunt creaturæ potius, quam creatori*. Tu si sic credis, & B sic colis, & servis unigenito filio Dei, ut eum dicas esse creaturam, illa te mala miser exspectant quibus illi puniuntur, qui commutaverunt veritatem Dei in mendacio, & coluerunt & servierunt creaturæ potius quam creatori. Adoptione, inquit, Christus filius Dei est, & non verus filius. Omnia leguntur Evangelia, & nusquam scriptum est, quod Christus adoptione sit filius, & non verus filius. Et bene, quod Joannes, ille Joannes recubans supra pectus Domini, caussam scripti Evangelii referens posuit, & dixit: [b] *Multa quidem & alia signa fecit Jesus coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in libro hoc: hæc autem scripta sunt, ut credatis, quoniam Jesus est Christus filius Dei, & ut credentes vitam* C *æternam habeatis in nomine ipsius*. Est ne opus adhuc apertius explanare? *multa*, inquit, *& alia signa fecit Jesus*: & licet non sint omnia scripta, quia nec scribi poterat infinita rerum copia; tamen hæc ipsa ideo scripta sunt, ut credamus, *quod Jesus est Christus filius Dei*; & ut fidem singulorum provocaret, ostendit & præmium dicens: *ut credentes vitam æternam habeatis in nomine ejus*. Si [4] vere adoptione esset filius Dei, & non natura, si sola nuncupatione, & non etiam quod in nuncupationis intelligentia est; nusquam magis hoc ipsum explanasset, quam in ultimo scriptionis, ne fides in ambiguo derelicta, vitam æternam perderet per credulitatis incertum. Sed Evangelista, qui ad hoc positus est, D ut habens gratiam sancti Spiritus illa maxime lucidius panderet, quæ ad vitæ æternæ præmia pertinerent, non ambiguo clausit Evangelium, sed manifestissime expressit, ideo scripta Evangelia, *ut credatis*, inquit, *quoniam Jesus est Christus filius Dei, & ut credentes vitam æternam habeatis in nomine ejus*. Etiam ne heic suspicio est creaturæ in filio Dei, ubi, qui crediderit quod filius Dei est Christus, æternam vitam possidet, & non aliter quam in nomine ejus? qui utique non est creatura, sed creator, & non adoptione filius, sed [5] verus filius Dei: in nomine enim creaturæ ne quidem vitam temporalem potest quis adsequi, nisi si aliquis eam non auferendo præstare dicatur. E

X. De nihilo, inquit, fecit Deus sibi filium. Prætereo multa testimonia: loquatur Joannes Christi Domini dilectione perspicuus. Scribens Epistolam ait: [c] *Omnis qui diligit patrem, diligit eum qui ex eo natus est*: numquid ait, *diligit eum* quem fecit Deus ex nihilo? sed nec patrem omnino nominasset, nisi scisset de eo natum filium [6]. Et fac nunc, quia ita intelligendum est, ut tu hæretice interpretaris; quod scilicet ab eo factus sit ex nihilo, quem ex patre natum dicit Joannes: & quæro, numquid secundum te solus Christus factus est ex nihilo? Nonne, ut taceam de aliis, etiam mundus ipse ex nihilo factus est? ergo & mundus a nobis diligendus est, si diligendus est pater. Sed clamat idem Joannes; [d] *Nolite diligere mundum*. Numquid tam levis est Joannes, ut ipse sibi contraria prædicaret? Absit hæc impietas, ut dicatur, Joannes repugnantia sibi [7] loquitur, qui in sancto Spiritu loquebatur. Scit distantiam facti & nati in ipso jam principio Evangelii sui, sicut supra expositum est, cum de ipso capitulo tractaretur: & ideo non ut facturam intelligit eum, quem dicit ex patre natum; quia nec singulariter poneret, si hoc quod ex patre natum est, facturam voluisset intelligi, sciens multos factos esse ex nihilo; sed singulariter ponens, de solo vero filio posuit dicens, quod ex patre natus est, quia ipse solus ex patre natus est, ceteri autem omnes facti sunt ut a conditore. Noli ergo facere divinis sermonibus vim: quid infers, quod ille non loquitur? quid doces, quod ille non docuit? Si Christianus es, & si apud te verus doctor est Joannes, crede quod docuit. *Ex patre*, inquit, *natus est*: hoc (si) credideris, si diligis patrem, & diligendo patrem, diligis filium qui ex eo natus est: quod si non credideris, quia ex patre natus est; neque patrem diligis, neque eum qui ex eo natus est: non autem diligis hoc modo, cum in patre negas esse quod patris est, id est generare, & in filio negas esse quod filii est, id est nasci. Et audi nunc, quale tibi beatus Joannes nomen imposuit dicens: [e] *Hic est antichristus, qui negat patrem & filium*. Tu quidem falso Christiani tibi cognomen imponis; sed [8] a veridico Joanne pro sectæ tuæ merito antichristus vocitaris. Mentior, si non tu in patris vocabulo intelligis creatorem, si non in filii nomine adseris creaturam. Joannes patrem & filium nuncupat: & tu in his nominibus creatorem & creaturam interpretaris. Merito ergo vocaris antichristus, qui negas patrem & filium sub interpretatione impia.

XI. Sed adhuc audi, o quisquis ille es insolens & contumax in filium, & de patris persona gloriaris: & intellige, quia patrem habere non potes, si non confitearis & filium. Idem prosequitur Joannes: [f] *Qui negat filium, neque patrem (habet:) qui confitetur filium, (& filium) & patrem* habet. Vides ubique Joannes ipsa nomina ponere, ut nihil aliud intelligatur, quam quod est in natura nominum: & tamen, si adhuc frons impudentiæ tuæ potest ictus lapidum sustinere, & si tanta obstinatio duritiæ tuæ est, ut cum audis patrem & filium, non tamen verum patrem neque verum filium credas; ecce idem Joannes qui est dilectus a Domino, vicem reddens dominicæ dilectioni, fortiori lapide jam non tantum frontem, sed ipsum caput serpentinum tuæ conquassat impietatis, scribens in ultimo epistolæ suæ: [g] *Scimus quia filius Dei venit*, & incarnatus est propter nos, & passus est, & resurgens de mortuis adsumsit nos, *& dedit nobis* [9] *intellectum bonum, ut cognoscamus ipsum verum, & simus in ipso vero filio ejus Jesu Christo. Hic est (Deus) verus & vita æterna, & resurrectio nostra in ipso*. Explicari non potest, quantos adversum te sermonum lapides & saxa congessit sub uno hoc testimonio. *Scimus*, inquit,

a Rom. I. 23. *b* Joan. xx. 30. 31. *c* I. Joan. V. 1. *d* I. Joan. II. 15. *e* Ibid. ℣. 22. *f* Ibid. ℣. 23. *g* I. Joan. V. 20. 21.

1. *Videas*. 2. *Obturetur*. 3. *Obscuritates*. 4. Forte, *vero*. 5. *Vero*. 6. *Filium, & non factum: Nunc*. 7. *Loqui*. 8. *Veridico Joanni*. 9. *Sensum*.

quia filius Dei venit. Habes unam de filio confessionem, & paullulum infra post sacramenta incarnationis & passionis ejus & resurrectionis, quæ utique propter nos exercuit, subsequitur dicens: *& dedit nobis intellectum bonum*: sine dubio quia ipse dator bonus est, dans intellectum bonum. Non impie intelligimus, si hunc intellectum bonum dixerimus Spiritum sanctum esse, qui & dicitur Spiritus intelligentiæ, in quo cognoscimus ipsum verum. Sine Spiritu enim sancto non potest veritas cognosci: habes testimonium in Evangelio, ubi & [1] Deum ipsum sanctum Spiritum pollicetur, & de ipso ait, quod [a] *ipse mihi testimonium perhibebit*; utique per Apostolos, vel per quoslibet filii Dei prædicatores, dans eis intelligentiam, qua [2] Spiritus intelligentiæ verum cognoscendi. Unde & Apostolus Paullus scribens ad Corinthios ait: [b] *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: ut sciamus, quæ a Deo donata sunt nobis*. *Dedit* ergo *intellectum bonum*, id est Spiritum sanctum, *ut cognoscamus ipsum verum*.

XII. Adhuc si non intelligis de tot supra editis dictionibus, vel ex consequentibus animadverte omnes suspiciones impiæ interpretationis exclusas: *Ut simus*, inquit, *in ipso vero filio ejus Jesu Christo*. Et adhuc amplius densat piam fidem dicens: *Hic est verus Deus*: & nondum tacuit, sed cumulat & exaggerat, ut impius sensus sophisticis confidens argumentationibus obruatur: subsequens enim ait, *Et vita æterna, & resurrectio nostra in ipso*. Ubi sunt nunc illa impia vestra sophismata quæ Aristotelis episcopi vestri magisterio didicistis dicentes: Filius est, sed non est verus filius: Deus est, sed non est verus Deus? Ecce uno testimonio tot modis filii verum nomen expressum est, immo quia & verus Deus est. Quomodo enim non verus Deus, qui verus est filius? quandoquidem non solum de veri filii nomine Deus verus probatur, sed etiam per hoc, quod vita æterna est. Vita enim æterna non habet initium neque finem: ergo Deus verus est Christus, non habens initium neque finem, existens ipse vita æterna, quæ est sine initio & fine. Sed & cum resurrectio nostra est, potestas in eo veræ divinitatis agnoscitur, cum mortem per virtutem resurrectionis excludit, exemplo sui quem adsumsit hominis, in quo & de Virgine nasci dignatus est, in quo & nos jam resurreximus, habituri unusquisque nostrum specialem resurrectionem pro merito fidei ac vitæ, sive ad refrigerium, sive ad ustionem. Vide, miser, ne adhuc non credas verum esse filium, & incipias habere resurrectionem ad pœnam perpetuam gehennæ in tenebris exterioribus, [c] *ubi erit fletus oculorum & stridor dentium*, si tamen non adhuc aliquid [3] tetrius manet impios in filium.

XIII. Satis, ut opinor, licet pauculis testimoniis comprobatum est, quod sit verus Dei filius, natus de patre, non factus ex nihilo. Sed adhuc quæso, exhibe infatigabilem patientiam, ut hoc ipsum de veteri scriptura vel uno testimonio comprobemus. Dicis, hæretice, ex nihilo filium factum, cum hoc nusquam legeris: negas illud quod scriptum est:

A *quia ex patre natus est*. Dic mihi, cujus verba sunt: [d] *Ex utero ante luciferum genui te*? Si ambigis, respice ad initium Psalmi ejus, & lege scriptum: [e] *Dixit Dominus Domino meo; sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Hoc testimonio ipse Salvator usus est, * ut cum vult se Dominum credi, loquens ad eos qui illum solum hominem natum ex semine putabant David, non etiam & Deum qua Dei filium. Sed & Paullus Apostolus hoc ipsum credens, quod & olim Spiritus sanctus in David locutus est & postea exposuit, ait in epistola sua: [f] *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando, sede ad dexteram meam?* hoc explanans, quia nemo de Angelis talis B est, qualis & filius: omnes enim Angeli facti sunt, solus autem filius natus est, cui & dicit, *sede ad dexteram meam*; quia & solus ipse est [g] *unigenitus filius qui est in sinu patris*. Non autem nunc expositio totius psalmi necessaria est, sed illud solum probandum, quia *Dominus* Pater dicit Filio *Domino meo, sede ad dexteram meam*; ut & illud quod in sequenti dicitur, non alius quam pater dixisse credatur, id est, *Ex utero ante luciferum genui te*. Nonne etiam hoc testimonio verissime probatum est, sepultam vocem impiam esse dicentium, quod ex nihilo fecerit Deus filium? Quomodo enim ex nihilo, cum ipse pater clamet, *Ex utero ante luciferum genui te*? Et vide, ne putes nos intelligere, C quod Deus membrorum partiumve compositione [4] consistat. Absit hæc impietas. Deus enim, quodcumque illud est, simplex est; totus idem est secundum substantiam, non pars & pars, non membrum & membrum; sed, ut diximus, simplex nescio quid, quod sit integrum, & perfectum, & inæstimabile [5] tamen & inexplicabile. Licet ergo talis est, ut non membris partibusve subsistat, tamen scriptura divina cum vult nobis fabricatoris veram intelligentiam commendare, ex his quæ novimus, loquitur dicens: [h] *Opera manuum ejus esse cælos*, vel unamquamque creaturam: quia apud homines vere & proprie opus vel fabrica intelligitur, quod efficitur (manibus): denique cum visum est arte aliquid fabrica- D tum, ad manus refertur artificis. Similiter autem ** inter nos volentes filii designare naturam, uteri facimus mentionem: nemo enim de veris filiis non de utero nascitur. Et Deus ergo volens ex se natum filium demonstrare, dixit quod eum ex utero genuerit, ne tu hæretice calumniareris ex nihilo. Sed sicut cum Deus manibus fecisse dicitur, ut Deo dignum intelligendum est; ita & cum ex utero genuit, non contra quam Deo dignum est, opinemur. Illud [6] tamen certissime confitendum est, quod verus est conditor in significatione operis manuum, & verus est pater in significatione uteri gignentis, etsi nihil in se membrorum habeat.

E XIV. Sed quia soletis dicere, o Arriani, in Deo id ipsum est facere, quod & generare; opportune & hanc vestram perversitatem de præsenti occasione convincam. Multa sunt nempe opera [7] manuum, sed unus est unigenitus filius ventris: non ergo id ipsum est facere, quod & generare: & omnia quidem per Verbum, & in sapientia facta sunt; Verbum autem sive sapientia, non per aliquem, sed

a Joan. xv. 26. b I. Cor. II. 12. c Matth. VIII. 12. d Psalm. CIX. 3. e Ibid. ℣. 1. f Heb. I. 13. g Joan. I. 18. h Psalm. CI. 26.

1. *Christum*. 2. *Dominus*. 3. *Deterius*. 4. *Subsistat*. 5. Forte, *tantum*. 6. *Tantum*. 7. *Manus*.

* *Ut cum*] *Ut* redundare videtur.

** *Inter nos*] Malim *& nos*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 383.



ex Deo nata [1] sunt: unde non id ipsum est facere, quod & generare. Nisi enim esset distantia inter facere & generare, nihil prohibebatur dicere, *manus meæ generaverunt te, & cæli ventris mei sunt opera*. (Sed) sicut dictio multam habet differentiam, ita & res quas dictio determinat. *Ex utero*, inquit, *ante luciferum genui te*. Hoc autem dicit pater ad filium, non quod filius [2] ignoraret, sed ut nos scire possemus proprietatem patris ad filium, vel filii ad patrem: ideo ita scriptum est, sicut & ipse unigenitus filius exsistens sapientia ait: [a] *Ante omnes autem colles genuit me*. Unde & hoc loco *ante luciferum* genitus esse dicitur. In *luciferi* vocabulo omnis ubi ubi lucidior creatura signatur: unde cum dicitur, *ex utero ante luciferum* genitus, hoc specialiter docetur, quod vere ex patre sit natus, & non factus: quod autem ait, *ante luciferum*, ante omnem creaturam significat, secundum quod dictum est, [b] *Et ipse est ante omnes*.

CAPUT III.

Quod Dei filius sit omnipotens, & indemutabilis; & quod una sit omnipotentia Patris & Filii, sicut & una deitas: & de sacramento incarnationis filii, vel potius suscepti ab eo hominis.

I. PErcutiamus & aliam eorum blasphemiam, per quam, ut scribis, dicunt quod non sit omnipotens filius. Et hoc breviter faciam, ne longius extendens, laborem legenti [3] tribuam. Dicant, quando non est omnipotens, per quem, ut ipsi quoque confitentur, omnia facta sunt: dent unum opus patris quod non fecerit & filius, ut probent non esse omnipotentem filium: at cum nullum sit opus, quod non patris exsistat & filii, sine dubio omnipotens est filius, faciens quæcumque facit omnipotens pater. Sufficit, si hoc ipsum etiam divinis testimoniis adprobemus. Apud prophetam Zachariam legimus: [c] *O, o, fugite a terra Aquilonis, dicit Dominus, quoniam a quatuor ventis cæli colligam vos in Sion: resalvamini, qui inhabitatis filiam Babylonis, quoniam hæc dicit Dominus omnipotens: Post honorem misit me super gentes quæ exspoliaverunt vos; quoniam qui tangit vos, sicut qui tangit pupillam oculi ipsius: quoniam ecce ego infero manum meam super eos; & erunt spolia, qui spoliaverunt illos: &* [4] *scietis quia Dominus omnipotens misit me*. Si intendas huic capitulo, invenies quod filius omnipotens a patre omnipotente sit missus, ut positis in captivitate subveniat. Considera enim prophetam dicere: *Hæc dicit Dominus omnipotens:* & audiamus, [5] propheta referente, quid dicit Dominus omnipotens: *Post honorem*, inquit, *misit me super gentes:* sine dubio filius est, qui post honorem [6] missum esse se dicit super gentes, quem propheta dicit Dominum omnipotentem. Hic ergo filius exsistens Dominus omnipotens in ultimo testimonio, *& scietis quia Dominus omnipotens misit me*, ut supra dictum est, ab omnipotente missus est patre. Sed & Apostolus Joannes in Apocalypsi hæc dicit: [d] *Amen, testis fidelis, initium creaturæ Dei*, [e] *qui est, & qui erat, & qui venturus est Dominus Deus omnipotens*. Et Salomon inter cetera ait de sapientia, quæ utique Christus filius Dei est: [f] *Splendor* * *est enim lucis æternæ, & speculum sine macula; Dominus omnipotens, nomen est ei:* Item: *Ipse & qui redemit illos, Dominus omnipotens nomen est illi*. Item in Mach. *Nondum enim omnipotentis, & omnia possidentis Dei judicium, majestatis, & imago bonitatis illius, & cum sit una, omnia potest*. Quomodo non omnipotens est, cum possit omnia? Nam & supra de eadem sapientia dixerat, [g] *omnem habens virtutem:* ergo omnipotens est, *omnem habens virtutem*. Sed adhuc ipse Salomon ait de eadem sapientia: [h] *Et permanens in semet ipsa manet*. Et alibi Salomon: [i] *Non enim impossibilis est omnipotens tua manus*. Item ipse: [k] *Omnipotens sermo tuus exsiliens de regalibus sedibus*.

II. Agnosce omnipotentiam ejus, cum omnia innovat: agnosce interea & quod indemutabilis est, cum in semet ipsa permanet omnia innovans: id est, licet omnia innovet, ipsa tamen indemutabilis perseverat; quod nisi non Dei omnipotentis est. Sed quia vere indemutabilis est filius & conditor omnium, etiam his Psalmistæ versibus approbatur: [l] *In initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli: ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes sicut vestimentum veterascent: & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem es, & anni tui non deficient*. Hoc de filio Dei scriptum interpretatus est Paullus scribens ad Hebræos [m]. Habes ergo per hæc capitula & omnipotentem filium, & indemutabilem, & omnium conditorem, sicut & omnium artificem, dicente Salomone: [n] *Omnium enim artifex docuit me* [7] *sapientia*. Sed ne duos omnipotentes intelligas, præcavendum est: licet enim & pater sit omnipotens & filius, tamen unus est omnipotens, sicut & unus est Deus: quia Patris & Filii eadem omnipotentia est, sicut & eadem deitas, secundum quod supra pro viribus & conditione temporis coartantis expressum est. Sed & nunc inferius explanabitur testimonio Esaiæ prophetæ: [o] *Fatigata est Ægyptus, & negotiatio Æthiopum, & Sabaim viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt servi: & post te sequentur adligati vinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur: quoniam in te est Deus, & non est Deus præter te. Tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israel Salvator. Erubescent & confundentur omnes, qui adversantur ei, & ibunt* [8] *cum confusione*. Intende, quia ad filium dicitur, *& tui erunt servi, & post te sequentur adligati vinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur*. Ergo & hinc Deus verus ostenditur filius, cum adoratur. Dei enim est adorari: siquidem & alibi [9] docet Apostolus de filio Dei esse scriptum: [p] *Et adorent eum omnes Angeli Dei*: scilicet quia vere Deum & Dominum. Sed in præsenti testimonio Esaiæ, sicut ipse Deus, sic etiam in ipso Deus est: ait enim, *Quoniam in te Deus est, & non est Deus præter te*. Et cum dixerit in Deo Deum esse, sub-

a Prov. VIII. 25. *b* Coloss. I. 17. *c* Zach. II. 6-9. *d* Apoc. III. 14. *e* Apoc. I. 4. 8. IV. 8. *f* Sap. VII. 26. 27. *g* Ibid. ✝. 23. *h* Ibid. ✝. 27. *i* Sap. XI. 18. *k* Sap. XVIII. 15. *l* Psal. CI. 26-28. *m* Heb. I. 10-12. *n* Sap. VII. 21. *o* Isa. XLV. 14. *p* Heb. I. 6.

1. *Est*. 2. *Ignoret*. 3. *Legentibus*. 4. *Sciebatis*. 5. *Prophetam referentem*. 6. *Quem missurum*. 7. *Sapientiam*. 8. *In confusionem*. 9. *Dicit*.

* *Splendor est* cet.] Locus hic a librario male habitus, sic restitui posse videtur. *Sap*. VII. *26. 27. Splendor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius. Et cum sit una, omnia potest*. Item: *Ipse qui redemit illos, Dominus omnipotens nomen est illi*. Item in Machab. *Nondum omnipotentis & omnia possidentis Dei judicium potes effugere*. Quomodo non omnipotens, cet. Oxon. — Legerim equidem in loco Machab. *omnia prospicientis*. Vulg. II. *Machab*. VII. 35. *omnia inspicientis*.

sequitur, & dicit: *Tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israel Salvator.* Ergo cum Deus in Deo est, & non est Deus præter eum in quo Deus est, & ipse est Deus Salvator Israel; ostenditur unitas divinitatis in Patre & Filio, sicut & omnipotentiæ, & quidquid omnino divinæ substantiæ est: hoc solo differens a patre filius, quod ille pater est, & hic filius; id est, quod ille genuit, & hic natus est: non tamen quia natus est, minus habet aliquid, quam quod in Deo patre est, [a] *imago Dei invisibilis* exsistens, [b] *& splendor gloriæ, & character substantiæ ejus.* Hoc qui de filio Dei non credunt, Esaiæ sententiam sustinebunt dicentis: *Erubescent, & confundentur omnes, qui adversantur ei, & ibunt* [1] *cum confusione.* Sed & [2] Jeremias de filii deitate exprimit dicens: [c] *Hic Deus noster est, & non* [3] *deputabitur alius absque eo: qui invenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Jacob puero suo, & Israel dilecto sibi: post (hæc) in terra visus est, & cum hominibus conversatus est.* Non utique pater Deus, sed filius factus homo in terra visus est, & conversatus est cum hominibus, naturam in se hominis exercens sine peccato propter nostram salutem; de quo & legimus: [d] *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre.*

III. Si ergo *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*, natus ex virgine *nobiscum Deus*; quo nunc, hæretice, proficis? Si infirmitates adsumtæ carnis objicias, si animæ humanæ quam cum carne susceperat, [4] utiles nobis æstus describas; cum constet eum, secundum quod Deus est & Dei filius, esse per omnia ut patrem impassibilem. Ideo enim & illa quæ sunt deitatis ejus præmisimus, ut jam si quid humilitatis & infirmitatis in Christo legitur, non deitas ejus violata credatur, sed naturæ suscepti hominis, & disciplinæ quam tradebat, exsecutio [5] probetur. Vanum est enim noluisse ut hominem nasci, licet ex virgine [6] tamen hominem, nec infirmam hominis in se designare naturam. Vanum est præcepta dare, quibus homines viverent, & ipsum jam, quia semel homo esse dignatus est, sine præceptorum observatione concurrisse. Ille si non hominis infirmitatem factus homo exercere voluisset, quis crederet, quod homo factus fuerat ex originis nostræ matrice, licet sine viri complexu? quandoquidem hodieque non desunt, qui negent eum nostram gestasse corpulentiam, etiam postea quam infirmitatem carnis exercuit. Ille si factus homo non servasset, quam docere venerat disciplinam, non bonum magisterii dedisset exemplum. Quis enim discipulorum servare conaretur, quod non magister ipse servasset factus ut homo; cum hodie jam quicumque servat ipsius exemplo, relevatur ut servet? Vides quia & infirmitates pati debuit, ut homo natus probaretur; & factus homo observare quodcumque docuisset, ut ceteros invitaret; magis autem dixerim, ut ceteros sublevaret: jam enim caro nostra didicit ejus carne relevari. Si enim infirmitates hominis pati noluisset, ut quid & de virgine [7] homine natus est? & si nolebat observare præcepta, quia Dominus; ut quid & formam servi acceperat, quæ præceptis & obedientiæ obnoxia

A est? [8] atquin totum sacramentum a Deo adsumti hominis hoc, [9] quod in Adam non est de inobedientia servatum, in Christo homine de obedientia servaretur. Hoc ipsum Apostolus Paullus inter cetera quæ divine tractat, adserit: [e] *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obeditionem justi constituuntur multi.* (Sicut enim per unius hominis contemtum peccatores constituti sunt multi, [10] ita & per sacramentum obauditionis in Christo, quam non ex infirmitate, sed ex bonitate deitatis præstat in salutarem hominis disciplinam, (salvantur multi.)

IV. Videamus nunc & sacramentum passionis. B Totus Adam peccaverat; totus Adam expulsus de paradiso fuerat: totum suscipere debuit expulsum, qui totum salvare venerat. Non autem videbatur totum expulsum in se suscepisse, nisi illum suscepisset per substantiam carnis & animæ: hoc enim totus homo est per naturam. Hoc autem tunc probari potuit, si ipsas infirmitates carnis ejus & animæ sustineret, licet sine vitio peccatorum; ut vere non aliam substantiam carnis & animæ suscepisse putaretur: ut cum in se hominem ab infirmitatibus & passionibus liberat, etiam hos qui secundum vestigia ejus sectantur, liberatos esse credere-mus. Sed patrocinetur huic sensui gentium doctor Apostolus vivacius, & ut mysticus scribens: [f] *Sicut* C *enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificantur.* Sed naturam suscepti in eo hominis melius describat Esaias: [g] *Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? Annuntiavimus coram ipso sicut puer, sicut radix * inveterata sitienti: non est species ei neque honor formæ: & vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem: sed species ejus sine honore, deficiens præter ceteros homines: homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem, quia aversa est facies: depretiatus est, nec æstimatus est. Hic peccata nostra fert, & pro nobis dolet: & æstimavimus eum in dolore esse & in plaga & in malo: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras,* D *& infirmatus est propter peccata nostra: doctrina pacis nostræ super eum: plaga ejus nos sanati sumus. Omnes sicut oves erravimus: homo a via sua erravit, & Dominus tradidit eum pro peccatis nostris: & ipse propter quod male tractatus est, non aperuit os. Sicut ovis ad occisionem adductus est, & sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum: in humilitate judicium ejus sublatum est. Generationem ejus quis enarrabit? quia auferetur a terra vita ejus: ab iniquitatibus plebis meæ adductus est ad mortem; & dabo malos pro sepultura ejus, & ipsos divites pro morte ejus.* [11] *Quia iniquitatem non fecit, neque dolum in ore suo locutus est.*

E V. Sufficit hoc testimonio probatum, quod omnem in se hominis naturam peregit, sine peccato tamen suo, licet peccata nostra [12] portaret. Sed ne homo tantummodo crederetur, interposuit, & dixit: *Generationem ejus quis enarrabit?* illam utique ** quia de Deo patre generatus est, quæ sine initio est: & ideo de ea ait, *Generationem ejus quis enarrabit?* non quasi ignorabilem, sed quasi inexplicabi-

a Coloss. I. 15. *b* Heb. I. 3. *c* Barach III. 36-38. *d* Joan. I. 14. *e* Rom. V. 19. *f* 1. Cor. xv. 23. *g* Isa. LIII. 1-9.

1. *In confusionem.* 2. Immo *Baruch.* 3. *Existimabitur.* 4. *Utile est.* 5. *Probaretur.* 6. *Tantum.* 7. *In homine homo.* 8. *Atqui.* 9. Forte, *desit, ut.* 10. *Habes.* 11. Forte, *qui.* 12. Forte, *portavit.*

* *Inveterata*] Forte, *in terra.*
** *Quia*] Forte: *qua.* Sic enim paullo post: *Hanc autem generationem,* QUA *de virgine nascitur.*

Saecul. IV. circa Ann. Chr. 383.



lem dicens. Omnes enim catholici scimus, quia de Deo patre natus est, sed inenarrabiliter: & ideo ait, *Generationem ejus quis enarrabit?* Hanc autem generationem qua de virgine nascitur secundum carnem, refert Evangelium, ejus quoque tempora describens. Divinæ autem generationis initium, ut diximus, investigari non potest, sicut nec divinitatis quæ illi una cum patre est: & ideo ait, *Generationem ejus quis enarrabit?* Si ergo in sacramento fidei hoc accepimus, ut Christum Deum credamus & hominem; Deum quidem, de Deo sine initio tantum; hominem autem, quia de virgine in temporibus natum: non calumniemur divinitati ejus, cum pro nostra medela quæ sunt hominis exsequitur, habens in se acceptam hominis naturam: quia nec homo negandus est, cum propriæ divinitatis naturalem exserit potestatem, accepta in se forma servili. Si ergo & orat patrem, & si nihil a se facere se dicit [a], nisi quod patrem viderit facientem; ut nihil nunc aliud dicam, certe humanæ extollentiæ modum, qua magister imponit; ut tanto magis discat homo Deo deferre, quanto detulit & verus filius, qui caussam subjectionis propriam non habebat, qui & formam orandi dederat, ut non tam fieri nostram voluntatem rogaremus, sed [b] *voluntatem Patris qui in cælis est*. Et ideo quod docuerat ut impleret, ait: [c] *Non veni meam voluntatem facere, sed voluntatem ejus qui me misit*. Sed & quod minor factus est, quod crescit, quod proficit, quod esurit, quod sitit, quod laborat, quod flet, quod dolet, quod tristis est, postremo quod moritur: ad naturam adsumti hominis referendum est, quam pro nostræ sacramento salutis mystice exercuit, sub intelligentia qua supra in testimonio Esaiæ relatum est. Sub hoc fidei sacramento non solum illa capitula solvuntur de quibus interrogare dignata es, sed & omnes quæstiones quas contra filii divinitatem coaptant impii hæretici.

CAPUT IV.

De hoc quod ait Filius: Pater major me est.

I. Accipe [1] nunc & has quæstiones, quas ex diversa [2] parte proposueras fortiores, specialiter absolutas. Dicunt, inquis, hæretici ad depretiandam filii perpetuam & perfectam in omnibus deitatem, [d] *Pater major me est*. Sed requirendum est, quando hoc filius dixit: nonne quando impletum est in eo quod scriptum est: [e] *Minorasti eum paullo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum?* Quomodo minoratus est, exponat Apostolus Paullus tertii cæli conscius: [f] *Paullo minus*, inquit, *ab Angelis minoratum videmus Jesum propter passionem mortis; gloria & honore coronatum, ut gratia Dei mortem gustaret pro omnibus*. *Pro omnibus*, ait, non pro se: ergo qui *pro omnibus gustavit mortem*, quid mirum si *pro omnibus* & minoratus est? *Pro omnibus* (autem) *gustavit mortem*; non pro se, eo quod *pro omnibus* in peccati reatu positis ipse homo factus, nullo proprio peccato tenebatur obnoxius. Et vide quomodo hoc ipsum, quod *minoratus est propter passionem mortis, & quod gratia Dei pro omnibus gustavit mortem*, ad decorem operis interpretatur sapientissimus Paullus ita subsequens: [g] *Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, multis filiis in gloriam adductis, ducem salutis eorum per passiones consummare*. Vides quam pulcrum, quamve decorum nostræ salutis sacramentum in eo, quod filius est, minoratus ostenditur. Quomodo ergo ad obfuscandam divinitatem ejus improperas, quod exsequitur ad decorem? *Pater major me est*: hoc tunc dixit, postea quam *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*.

II. Et vide ne demutabilem credas, quasi desierit esse *Verbum*, postea quam *caro factum est*; sed manens semper *Verbum* Deus, & *caro* quoque *factum est*. Etsi enim dixit, *Et Verbum caro factum est*, pressius loqui voluit, ne quis in eo non veram carnem crederet. Siquidem & post tam pressam locutionem non desunt qui dicunt, carnem illum habuisse putativam. Ut autem manifestum sit Verbum carnem factum, non demutatione divinæ substantiæ, sed susceptione carnis humanæ, intende quid sequitur: *Et habitavit in nobis*. Non ergo interceptum est Verbum demutatione, quod per carnem adsumtam *habitavit in nobis*: habitatio enim probat perseverantiam Verbi. Hoc ideo interposui, ne quis filium Dei demutabilem credat, cum legit: *Et Verbum caro factum est*. Dicit ergo filius, *Pater major me est*, postea quam *Verbum caro factum est*, & suscepit officium ministrantis. [h] *Venit enim non ministrari, sed ministrare. Pater major me est*. Quid ais [3] deitas? quomodo dicis patrem te esse majorem? certe una tibi & patri imago est secundum Moysen, eademque forma secundum Apostolum Paullum, qui me etiam docuit, quod sis [i] *splendor gloriæ & character substantiæ ejus*. Sed & tu ipse docuisti dicens: [k] *Qui me vidit, vidit patrem*; & *ego in patre & pater in me*. [l] *Ego & pater unum sumus*. Sed & quæcumque facit pater, facis & tu similiter: tua enim verba sunt: [m] *Quæcumque enim ille facit, hæc & filius similiter facit*: & *sicut pater suscitat mortuos & vivificat, sic & filius, quos vult, vivificat*, & *ut honorificent filium, sicut honorificant patrem*. Cum ergo eadem tibi imago est, eadem forma eademque substantia, eadem naturæ unitas, eadem potestas, eadem libertas voluntatis, idem honor, & omnia omnino quæ patris sunt, tua sunt, quia quæ tua sunt, patris sunt; quomodo dicis, *Pater major me est*, cum in omnibus quæ sunt deitatis, talis es qualis & pater? Loquatur Apostolus Paullus in quo Christus loquebatur, secundum quod ipse ait: [n] *An experimentum quæritis, qui in me loquitur Christi?* Quid dicit Apostolus? [o] *qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo*. Ergo secundum hoc, quod in forma Dei est & quod æqualis est Deo, non est major pater. Et quomodo major est pater, subsequentia demonstrant: [p] *Sed semet ipsum*, inquit, *exinanivit, formam servi accipiens*.

III. Vide, ne & heic interceptionem divinitatis intelligas, cum audis, *semet ipsum exinanivit*: intende enim ad hoc quod sequitur, *formam servi accipiens*. Manere ergo in suo statu ostenditur, qui formam servi dicitur accepisse. Sed quamvis maneat & perseveret in eo status divinus; tamen semet ipsum exinanivit, scilicet per occultationem divinitatis, *formam servi accipiens in similitudine hominum factus, & habitu inventus ut homo*. Hu-

a Joan. V. 19. *b* Matth. III. 21. *c* Joan. VI. 38. *d* Joan. XIV. 18. *e* Psalm. VIII. 6. *f* Heb. II. 9. *g* Ibid. ℣. 10. *h* Matth. XX. 28. *i* Heb. I. 3. *k* Joan. XIV. 9. *l* Joan. X. 30. *m* Joan. V. 19-21. *n* II. Cor. XIII. 3. *o* Philipp. II. 6. *p* Ibid. ℣℣. 7. 8.

1. *Acceperunt*. 2. *Arte*. 3. *Veritas*.

miliavit se ipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Jam talis est si dicat, *Pater major me est*: Non impugnat æqualitatem divinitatis, sed designat sacramentum humanitatis per hoc quod *semet ipsum exinanivit formam servi accipiens*. Jam talis si dicat, [a] *Qui misit me Pater, mandatum mihi dedit, quid dicam, & quid loquar*; & [b] *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui me misit*; ostendit, quod *semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo: humiliavit se ipsum factus obediens usque ad mortem*; & tamen quæ est in his diminutio ejus divinitatis, si ad amputandam in hominibus arrogantiam ipse non sibi arrogans loqueretur? Mentior, si non hoc ipsum testimonium ideo posuit Apostolus Paullus, ut ad humilitatem Salvatoris exemplo singulos provocaret. Hoc ita invenies, si eamdem epistolam quam scribit ad Philippenses, intentius legeris. Sed & hæretici nolunt ob sacramentum exinaniti Dei per acceptionem formæ servilis esse dictum, *Pater major me est*. Dicamus & nos patrem majorem de solo sacramento generationis: & hunc enim pium sensum nonnulli catholici prosecuti sunt dicentes, patrem & filium ejusdem substantiæ, & ideo secundum substantiam alterum altero non esse majorem. Qualis enim pater est Deus, talis & Deus filius est: nihil enim minus ex se genuit, quam ipse est; perfectus enim exsistens perfectum genuit. Etsi ergo, qua Deus, Deo æqualis est filius; tamen, qua filius, minor dicitur patre: id est, quia filius de patre sit, & plenitudo exsistens plenitudinem genuit: pater autem genuit filium, & ideo non dixit, Deus major me est, sed, *Pater major me est*.

CAPUT V.

Quod in Actibus Apostolorum legitur: Certissime itaque sciat omnis domus Israel, quia Dominum illum & Christum Deus fecit hunc Jesum, quem vos crucifixistis.

I. Inter cetera hæreticorum, ut scilicet Dei filius factura credatur, etiam hoc ex persona diversæ partis * posuistis, quod legimus in Actibus Apostolorum beato Petro dicente: [c] *Certissime itaque sciat omnis domus Israel, quia & Dominum illum & Christum Deus fecit hunc Jesum, quem vos crucifixistis*. Sed hujus quoque quæstionis absolutio manifesta est secundum superiorem expositionem, in qua diximus filium Dei etiam filium hominis factum: Qui etsi pati non potest, quia filius Dei est Verbum & sapientia Dei exsistens, quia secundum hoc semper impassibilis perseverat sicut & pater ejus; tamen per hoc quod homo factus est, natus de Maria virgine, passibilis est: quippe qui & mortem sustinuit, & mortem crucis, manens in se semper, quia Deus inviolabilis, etiam cum versatur in homine & crucifigitur. Hunc ergo Jesum qui est secundum carnem, Dominum illum & Christum fecit Deus. Nam secundum hoc quod est unigenitus filius Dei, qui est Verbum & sapientia Dei, non est aliqua factura, neque exspectans promotiones, quippe exsistens in omnibus Deus perfectus, sicut & pater ejus. Hic autem Jesus, secundum carnem [1] Christus factus est, quando primum forma illa servilis quam acceperat de Adæ peccato, liberata est. Adam enim de dominio in servitutem recidit ex commissione peccati: [d] *Omnis enim qui facit peccatum, servus est*. Salvator autem renovavit multo firmius, immo & incorruptibilius in adsumto homine dominium, cum in eo ipsum peccatum quod per Adam fuerat caussa abjectæ servitutis, absterfit. Sed factus est iterum vere Dominus, cum in illum populi credentes se ejus dominio subdiderunt. Provocatus enim per hortamenta sacræ scripturæ dicentis, [e] *Servite Domino in timore*; unusquisque jam cognoscens in Christo salutare dominium ait: [f] *Nonne Deo subdita est anima mea?* Hujus servum fieri summi decoris est, & quasi quædam supereminens mundo nobilitas. Ideo & Apostolus gloriam suam scribit: [g] *Paullus servus Jesu Christi*. Vides quomodo sit factus Dominus, quando illum & is qui persecutus fuerat, suum Dominum pro summa sibi gloria confitetur.

II. Factus est autem [2] Jesus secundum carnem non solum Dominus, sed & Christus. In Christi autem nomine, regis sacerdotisque sacramenta versantur. Legimus in veteri scriptura sacerdotes & reges apud Israelitas olei unctione consignatos, atque ideo christi vocabantur. Christus enim quod Græce dicitur, hoc apud Latinos unctus sive linitus est interpretatus. Sed Salvator noster vere Christus secundum carnem factus est, exsistens verus Rex, verus & Sacerdos; utrumque idem ipse, ne quid in Salvatore minus haberetur. Audi itaque ipsum regem factum cum dicit: [h] *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus*. Audi quod etiam sacerdos sit de patris testimonio dicentis: [i] *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Aaron primus in lege ex unctione chrismatis factus est sacerdos; & non dixit, secundum Aaron, ne & Salvatoris sacerdotium successione haberi posse crederetur. Illud enim sacerdotium quod fuit in Aaron, successione constabat: sacerdotium vero Salvatoris non in alterum successione transfertur, eo quod ipse sacerdos jugiter perseveret, secundum quod scriptum est: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Est ergo Salvator secundum carnem, & Rex & Sacerdos, sed non corporaliter unctus, sed spiritualiter. Illi enim apud Israelitas reges & sacerdotes olei unctione corporaliter uncti, reges erant & sacerdotes; non utrumque unus, sed singuli [3] quoque eorum aut rex erat aut sacerdos: soli enim Christo perfectio in omnibus & plenitudo [4] debetur, qui & legem venerat adimplere. Sed licet non utrumque singuli eorum essent, tamen regali aut sacerdotali oleo uncti corporaliter christi vocabantur. Salvator autem qui vere Christus est, Spiritu sancto unctus est, ut adimpleretur quod de eo scriptum est: [k] *Propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. In hoc enim plus quam consortes istius nominis unctus est, cum est unctus *oleo lætitiæ*, quo non aliud significatur, quam Spiritus sanctus.

III. Hoc verum esse, ab ipso Salvatore cognoscimus. Nam cum accepisset librum Esaiæ, & legisset, [l] *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me*, adimpletam tunc dixit prophetiam in au-

a Joan. XII. 49. *b* Joan. VI. 38. *c* Act. II. 36. *d* Joan. VIII. 34. *e* Psal. II. 11. *f* Psal. LXI. 1. *g* Rom. I. 1. *h* Psal. II. 6. *i* Psal. CIX. 4. *k* Psal. XLIV. 8. *l* Luc. IV. 18.

1. *Dominus*. 2. *Dominus*. 3. Forte, *quique*. 4. Forte, *debebatur*.

* *Posuistis*] Forte *posuisti* scripserit auctor, Flaccillam compellans, ut sæpe alias. Et sub finem quidem hujus §. I. eamdem reginam alloquens dicit: *Vides quomodo* cet.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.

ribus auditorum. Sed & Petrus princeps Apostolorum illud chrisma unde Salvator Christus ostenditur, docuit esse Spiritum sanctum, id ipsum & virtutem Dei, quando in Actibus Apostolorum ad fidelissimum & misericordem (Cornelium) qui erat tunc Centurio, loquebatur. Nam inter cetera ait: [a] *Incipiens a Galilæa post baptismum quod prædicavit Joannes, Jesum* [1] *Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto & virtute, hic circuivit faciens virtutes & magnalia,* [2] *atque omnes liberans obsessos a diabolo.* Vides, quia & Petrus dixit hunc Jesum secundum carnem unctum esse Spiritu sancto & virtute. Unde & vere ipse Jesus secundum carnem factus est Christus: qui unctione sancti Spiritus & rex factus est & sacerdos in æternum. Hæc autem ideo prosecutus sum, ut liquido appareat Jesum filium Dei non secundum quod est Verbum & sapientia Dei, crucifixum, vel factum esse Dominum & Christum; sed secundum hoc quod adsumsit de Maria: quamvis per adsumti hominis passionem, & unigenitum filium Dei passum esse dicamus; non quia vere ipse unigenitus filius, qua est Verbum & sapientia Dei, passus est, sed quia quidquid in adsumtum hominem ejus injuriæ vel passionis illatum est, id totum ad ipsum unigenitum impassibilem Deum quadam ratione revocatur. Unde & Apostolus Paulus scribens ad Corinthios ait: [b] *Si enim cognovissent*, scilicet principes hujus sæculi, *numquam Dominum majestatis crucifixissent*. Si ista manifesta sunt, apparet jam quomodo dictum sit, *Certissime itaque sciat omnis Israel, quia & Dominum illum & Christum Deus fecit, hunc scilicet Jesum quem vos crucifixistis;* quem & idem Petrus supra *virum* nominavit dicens: [c] *Viri Israelitæ audite verba hæc: Jesum Nazarenum, virum a Deo probatum in vobis virtutibus & prodigiis & signis;* hunc scilicet Jesum Christum, quem & Paullus *hominem* dixit scribens ad Timotheum: [d] *Unus Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Jesus Christus.* Qui & dicebat in Evangelio: [e] *Nunc autem quæritis me occidere, hominem qui veritatem locutus sum vobis.*

IV. Non pro impio Photino hæc loquimur, qui nudum vult esse hominem sine Dei Verbi incarnatione, sed contra Arrium antichristum recitamus, qui vult ipsum unigenitum filium, qui est Verbum & sapientia Dei, qua Deum, & non qua hominem crucifixum, & ipsum esse factum Dominum & Christum. Sed etsi durissima obstinatione contendunt dicentes de ipso Deo Verbo scriptum esse, quod Deus illum fecerit & Dominum & Christum; nec sic pertimescimus fiducia veritatis, ne forte per hoc quod scriptum est, Verbum Dei factura credatur. Fac enim Verbum Dei factum esse Dominum & Christum; [3] quid hoc præjudicat ejus substantiæ, qua semper est Verbum Dei? Intende enim quia non substantiam Verbi Dei dixit esse factam, sed hoc ipsum Verbum quod semper est filius Dei, factum esse Dominum & Christum. Non enim id ipsum est, hoc quod omnino non erat, fieri, & id quod erat, aliquid fieri. Nam & Deus fit aliquotiens adjutor & protector, non tamen quia factus est adjutor & protector, jam etiam hoc quod Deus est, factus esse credendus est. Nam & Moyses postea quam divinum sensit auxilium & protectionem, de Deo qui (eum) contra Pharaonem adjuverat & protexerat, dixit: [f] *Adjutor, & protector factus est mihi in salutem;* & multa simillima testimonia invenies, quæ ego, ne multum adhuc prolongem, prætereo. Si ergo cum Deus sit *adjutor, & protector*, non hoc quod Deus est, fieri creditur, sed hoc ipsum quod *adjutor & protector* esse designatur: quid est quod cum Verbum Dei factum esse Dominum & Christum dicant, putemus Dei Verbi substantiam factam? Numquid quia legimus, *Et Verbum caro factum est*, ideo ipsum quoque Verbum factum esse credendum est? Sed manifestissime expressum est, non tam Verbum esse factum [g] *quod erat in principio apud Deum;* sed ipsum Verbum quod semper erat, postea factum esse carnem, ut factura; non hoc, quod caro factum est. Ita ergo & cum dicitur Verbum Dei factum esse Dominum & Christum, non eam substantiam Verbi Dei factam esse intelligendum est; sed quia Dominus & Christus [4] factum est hoc ipsum Verbum, quod semper Deus erat.

V. Fit autem Dominus eorum, qui se eidem mancipant proposito serviendi. Et da mihi veniam beatissime Matthæe, si dixero, quod nondum tibi Christus Deus erat Dominus, quando adhuc teloneo serviebas. Sed & Apostolis universis tunc primum Dominus factus est, quando derelictis omnibus eidem servire maluerunt. Ipsarum quoque gentium tunc Dominus factus est, quando idolorum vana superstitione derelicta, ipsæ gentes se ejus dominio tradiderunt: in quantum enim quis peccati servus est vel mammonæ, in tantum Dei servus esse non potest. Cum ergo peccato & mammonæ quis abrenuntiaverit, faciens justitiam habendique cupiditatem respuens; tunc Jesus, Dominus ejus efficitur. Eadem quoque ratione eum etiam Christum fieri intelligitur: siquidem, ut supra dictum est, reges & sacerdotes, Christi vocabulo taxabantur. Factus est ergo Salvator rex eorum, qui regno mortis ulterius non tenentur adstricti; in quorum mortali corpore cessavit regnare peccatum, postea quam [5] per divina magisteria didicerunt docentibus Apostolis: [h] *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Sed & cum fungitur pro nobis sacerdotis officio, Christus verissime factus est, maxime defensor & advocatus pro nobis semper adsistens, interpellans quoque patrem, qua solus purissimus sacerdos; ut expiata labe delinquentiæ, divina ejus propitiatione servemur. Per hæc ergo, quod Jesus factus est Christus & Dominus, non tam substantiæ ejus divinæ aliquid confertur, quam prospectum est, quibus regni ejus & sacerdotii ac dominii potestas velut munus salutare collatum est. Non videtur absurdum, si illud similiter intelligas, quod ait: [i] *Ego autem constitutus sum rex ab eo supra Sion montem sanctum ejus:* etsi enim constitutus rex dicitur, tamen cum [6] addidit, *supra Sion montem sanctum ejus*, ostenditur, quod non de illo regno ejus dicat quod habuit etiam ante quam constitueretur *rex supra Sion montem sanctum ejus*. Rex enim est ante omnia æva ævorum, continens (potestate sua omnem quam condidit, creaturam; unde & omnipotens) adprobatur, quod possit omnia continere quæ facta sunt.

a Act. x. 37. 38. *b* I. Cor. II. 8. *c* Act. II. 22. *d* I. Tim. II. 5. *e* Joan. VIII. 40. *f* Exod. XVIII. 4. *g* Joan. I. 3. *h* Rom. VI. 12. *i* Psalm. II. 6.

1. *Nazarenum*. 2. *Et sanans omnes*. 3. *Quod*. 4. *Factus*. 5. Forte abundat, *per*. 6. *Additur*.

CAPUT VI.

De hoc quod Salomon: Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua.

I. Tangamus & illam in ultimo quæstionem, quam inter ceteras addidisti: [a] *Dominus*, inquit, *creavit me initium viarum suarum in opera sua*. Dicit hæreticus; Vides creaturam esse sapientiam, quæ utique interprete Paullo Apostolo Christus est. Ergo Christus, inquit, qui est sapientia, non est verus filius, sed creatura factus adoptione exsistens filius. Hoc venenum Arrianorum est. Sed o quam cæca impietas ad id videre, quod pium est! Jam semel quia, ut scriptum est, [b] *Oderunt sapientiam Domini & verbum non adsumserunt*, nihil in illa sincerissimi decoris aspiciunt: sicut & lippientibus oculis nulla est visio veritatis, quandoquidem aliter eorum renuntiat aspectus, quam in fide rerum est, sed & cui saporem proprium redundans sui fellis amaritudo vitiavit, si dulcia mella degustet, ut amaram dulcedinem mellis infamat, non recognoscens malum propriæ amaritudinis. Sed, o miser hæretice, quid potes veri luminis videre, cum [1] cæcutias vel ambules in viis tenebrarum, omnia quæ sunt impietatis excogitans? Clamet licet vir ille spiritualis suavissimo experimento divinæ epulationis invitans; [c] *Gustate, & videte quam suavis est Dominus*: sed tibi, si gustaveris, nihil suave sentitur in Domino, eo quod, sicut scriptum est, [d] *venenum aspidum sub labiis tuis est*, eo quod *os tuum maledictione & amaritudine plenum est*. Denique cum infinita & ipse Salomon de Dei sapientia prædicaverit, & ita divine de ea fuerit prosecutus, ut non aliud in illa crederetur, quam quod in natura Dei est: in illis omnibus hæreticus cæcutiens hoc solum videre se credidit, per quod probaret eam esse creaturam. Sed scriptum est, inquit, *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*. Sed nos non ibimus longius; neque de aliis libris Salomonis, quæ sunt pro sempiterna Dei sapientia, proferemus. Sufficit nunc, si de hoc ipso loco unde testimonium protulit, pars diversa superetur.

II. Ais hæretice scriptum, *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*: sed intende, quia hæc ipsa sapientia nihilominus ait, [e] *Ante omnes autem colles genuit me*. Quomodo ergo hæc ipsa sapientia in eodem loco & creatam se esse dicit, & genitam? Prius est, ut videamus, quid primum sit: utrum quod genita est, an quod creata est. Sed licet primum dixerit, *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*; tamen, ne se creaturam putares, recurrit ad illud quod prius est, in sequenti dicens: *Ante omnes autem colles genuit me*. Vide enim ne putes postea genitam, quia primum præmiserit se creatam. Etsi enim in ordine sermonum primum positum est quod creata est, deinde autem quod genita; tamen sensus hoc judicat, quod primum est genita, quam creata, ut sit sensus ita sapientiæ dicentis: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*. Sed ne quis me putet per hoc esse creaturam, aut tunc primum esse cœpisse, quando me *creavit initium viarum suarum in opera sua*, subsequor & dico, *Ante omnes autem colles genuit me*; ut scias prius me genitam, quam creatam. Cum enim dicit: *Ante omnes autem colles genuit me*, fecit illud esse postea quod creata est, ut præcedat & sit anterius illud, quod genita est. Si ergo sic creata est, ut ante fuerit genita; sensus impietatis exclusus est, [2] qua eam dixerat creatam; ut tunc primum substitisse sapientia crederetur, quando & retulit se creatam a Domino *initium viarum suarum in opera sua*. Ecce enim sensus manifestat, etiam ante quam crearetur, sapientiam substitisse, quippe quæ prius est genita, quam creata.

III. Sed magis commendabitur hic sensus catholicus, si & ipsa verba, prout nobis possibile est, discutiantur, quibus vel genitam se referat sapientia vel creatam. *Dominus*, inquit, *creavit me initium viarum suarum in opera sua*. Intende, quia cum dixerit: *Dominus creavit me*, non tacuit, ne vere creatura putaretur, sed prosequitur explanans quid sit creata, & ob quam caussam sit creata. Ait enim, *creavit me initium viarum suarum*: & cum sequitur, *in opera sua*, palam est, quod ostendit & caussas cur creata sit *initium viarum Domini*. Non ergo sapientia, quasi quæ non esset, creata est ad hoc ut esset; sed cum semper substantialiter fuerit, tunc creata est secundum dispensationem *initium viarum Domini*, & in opera Domini creata est. *Initium* ergo *viarum Domini* creata est, *& in opera* Domini creata est sapientia: non tamen, quia substantialiter ante non erat, ideo creata est sapientia. At vero cum dicit se *ante omnes colles* genitam, non propter (aliquam rem dicit se esse genitam; sed exsistens semper) patris sempiterna progenies, ob quasdam caussas creatam se dicit, *initium viarum Domini*, id est, *in opera Domini*. Ergo & ex hoc manifestum est, non esse creaturam sapientiam, quæ in aliud creata est, id est, *in opera Domini*; cum ipsa sit genita, non in opera, sed de patre, ut diximus, exsistens sempiterna progenies.

IV. Sed & hoc intendendum est, quod aliud est dicere creari sapientiam, & aliud est dicere, quod sit creatura. Quamvis enim legatur creata esse sapientia, nusquam tamen legitur quod sit creatura. Non enim omne quod creatum est, jam creatura dicendum est, licet omnis creatura creata sit: sicut nec omne quod factum est, jam factura adseveranda est, licet omnis factura facta sit. Si videtur obscurum, exemplo dilucidabo. Legimus quemdam gratulari, ac dicere ad Deum: [f] *Ego autem cantabo virtutem tuam, exaltabo mane misericordiam tuam, quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ*. Ecce Deus *factus est susceptor & refugium*; non tamen Deus factura est: & hoc est, quod dixi: Non omne quod factum est, jam factura dicendum est. Deus enim non exsistens factura, qui semper est, factus est *susceptor & refugium in die tribulationis* homini; ut quod factus est *susceptor & refugium in die tribulationis* homini, videatur contulisse, quod factus est; non tamen quia *susceptor & refugium* homini *factus est*, etiam Deus quoque factura esse credendus est, cujus divina substantia sempiterna est. Similiter & sapientia si creata dicatur, non tamen creatura est, quæ semper est: sed cum exsistat semper, creatur ad ali-

[a] Prov. VIII. 22. [b] Baruch. III. [c] Psal. XXXIII. 9. [d] Psal. XIII. 3. [e] Prov. VIII. 25. [f] Psal. LVIII. 17.

1. *Cæcus vivas*.

2. *Quæ ideo*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.

quid ut prosit, non ut creatura dicatur quasi facta, quæ non fuit. Erat enim inseparabilis a Deo Dei sapientia: & hæc ipsa exsistens Dei sempiterna progenies, creata *est initium viarum Domini*.

V. Sed adhuc apertius edisseram. Certe sapientia Dei ipsa est, quæ & Verbum esse scribitur, ut in superioribus ostensum est. Et numquid quia de Verbo Dei scriptum est: *Et Verbum caro factum est*, jam & Verbum facturam adseveramus, quasi tunc primum esse cœperit, cum caro factum est? Sed bene, quia apertissime demonstratum est per Verbum omnia facta, & in ultimis temporibus hoc ipsum Verbum carnem factum. Non ergo factura est Verbum Dei, licet factum caro esse dicatur: ita & sapientia licet dicatur creata esse *initium viarum & in opera* (*ejus*,) non tamen creatura est; quam constat ante omnem esse creaturam, quandoquidem [a] *omnia in sapientia facta sint*. Addo & hoc, quia non omne quod creari dicitur, quasi fiat in substantia, intelligendum est. Denique quidam vir videns cor suum quibusdam sordibus infectum, precem fundit ad Dominum dicens: [b] *Cor mundum crea in me Deus*: non utique cordis substantiam in se fieri precabatur, sed ut hoc ipsum cor in eo exsistens, quod ei erat sordidum, creari mundum. Non omne quod creari dicitur, jam statim & secundum substantiam fieri intelligendum est: quandoquidem cor quod erat, id ipsum, ut mundum crearetur a Domino, precabatur. Ergo & sapientia cum creata dicitur, non tam substantia ejus, quasi quæ non erat, facta est; sed ipsa exsistens, ut sæpius dictum est, creata est *initium viarum in opera ejus*. Ergo quod creata est sapientia, ad mysterium vel rerum creandarum vel humanæ dispensationis intellige, quam cum Dei sapientia dignanter adsumit, creata dicitur: quod vero se genitam dicit, ut nihil in illa minus divinitatis agnoscas, quam habet ille qui genuit. Valde enim impium est credere, quod aliquando Deus sine sua fuerit sapientia. Unde & quia vere genita est a Deo sapientia, (idem) exsistens secundum substantiam quod est genitor; [c] *sapientia* autem ipsa *Christus est*: ergo Christus qui est sapientia, non est adoptione filius, sed verus filius, exsistens Dei progenies, & non factura.

CAPUT VII.

De Spiritu sancto

I. UNiversas quas de Patre & Filio scripseras quæstiones, prout Dei gratia præstitit, arbitror absolutas: si tamen hoc apud te verum est, tua religiosa prudentia judicabit: quamvis fatear & coartatione temporis, & rei festinatione, & ipso arido angusti mei sermonis eloquio, summas earum me potius tetigisse quam plenitudinem prosecutum; quia non ut librum, sicut prædixi, scribere cœperam, sed ut quasi cujusdam adbreviationis de fide quædam taxatio signaretur; [1] ne ad hoc me tua mira benevolentia provocatum infidelem crederes, si tacerem. Sed nunc de sancto Spiritu, etsi breviter, confitendum est: ne si non aliquid de eo specialiter dixerimus, credamur similiter blasphemare, sicuti & illi qui dicunt illum esse creaturam. Horum tamen miramur insaniam, quod impie sentiant de eo quem sanctum Spiritum confitentur. Si enim Spiritus sanctus est, quomodo creatura est? non A enim sic sanctus est, ut ceteri, qui ad sancti vocabulum fide & Deo placita conversatione, atque ipsius sancti Spiritus signatione venerunt: sed ipse naturaliter semper sanctus est ita, ut alios sanctificet, non tamen ut ipse, quasi ut [2] qui ante non habuerit, extrinsecus acceperit sanctitatem. Hoc nomen sancti ita possidet Spiritus, ut possidet Pater & Filius: possidet autem, non ipse aut Pater exsistens aut Filius, sed Spiritus Dei. Si autem Spiritus Dei dicitur, non ut Angelus Dei, neque ut homo Dei, quorum natura a divina substantia inæstimabiliter discreta est; sed sic est Spiritus Dei, ut sit ejusdem substantiæ cum Patre & Filio: quia & una sanctitas est Patris & Filii & Spiritus sancti; B quandoquidem idem Spiritus sanctus usque adeo vere & naturaliter sanctus est, ut hoc ei naturaliter & verum sit vocabulum. Intende enim ad verba Salvatoris dicentis: [d] *Euntes ergo nunc, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Sicut enim verum vocabulum est Patris, & verum vocabulum Filii est; ita verum est vocabulum Spiritus sancti. Et quomodo verum vocabulum Patris dicatur, scire poterimus, si animadvertamus quomodo verus Deus dicatur.

II. Multi dicuntur dii, sed non sunt vere dii; & taceo nunc de satana ac dæmoniis eorumque similibus, qui usurpatione impia dii vocantur. Dicti C sunt quidem & homines dii secundum hoc testimonium, [e] *Ego dixi: dii estis, & filii Excelsi omnes:* sed quam non vere sint dii, subsequentia manifestant, quæ ita se habent: [f] *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis*. Si ergo ubi quilibet sancti, dii vocantur; hoc illis pie & cum justitia viventibus ex Dei gratia provenit, maxime cum in eis Spiritus sanctus inhabitet; de quo quidem vocabulo excidunt, si non ambulare in viis Domini perseverent: nemo ergo de creaturis verus est Deus, quia nemo naturaliter Deus est. Solus autem Deus naturaliter verus Deus est, hoc ipsum exsistens sine initio & fine. Per hanc nunc veri Dei intelligentiam intelligamus & D verum vocabulum patris. Apud homines exinde pater quis dicitur, ex quo genuit filium: sed licet ex se genuerit filium, tamen non proprie verus est pater, cui accessit hoc vocabulum, & hoc ipsum a Deo præstitum: [3] qui quidem & tam diu pater dicitur, quam diu ejus vivit filius. Sicut enim nato ex se filio vocabulum patris adeptus est, ita & morte filii vocabulum patris amittit. Deus autem solus proprie verus est Pater, qui sine initio & sine Pater est. Non enim aliquando cœpit esse quod Pater est; sed semper Pater est, semper habens Filium ex se genitum; sicut & semper verus est Deus, sine initio & fine perseverans. Ergo sicut vocabulum veri Dei solus obtinet, qui sine initio & fine solus E Pater vocatur; ita intelligamus & verum vocabulum Filii Dei. Apud homines enim qui filius est, cœpit esse quod filius est, & morte patris amittit hoc vocabulum. Frequenter autem & de filii vocabulo transit in vocabulum patris, cum genuerit filium: non est ergo proprium & verum vocabulum filii in creatura, qui & esse cœpit filius, & potest hoc vocabulum non habere vel patris occasu, vel cum idem ipse transfertur in vocabulum patris, etiam ante quam conditio mortis obveniat. Solus autem filius Dei verus est filius, exsistens hoc sine initio, sine fine, semper habens patrem, & numquam ipse,

a Psal. CIII. 24. *b* Psal. L. 12. *c* I. Cor. I. 24. *d* Matth. XXVIII. 19. *e* Psal. LXXXI. 6. *f* Ibid. ℣. 7.

1. *Nec*. 2. *Quod*. 3. *Quo*.

ut est unigenitus, generans accipit vocabulum patris. Unde & proprium & verum vocabulum filii in solo filio Dei est, habens hoc naturaliter, sicut & naturaliter verus Deus est. Si ergo cognovimus quomodo proprium & verum vocabulum patris est, & quomodo proprium & verum vocabulum filii est; sequitur ut intelligamus ita, quomodo proprium & verum vocabulum est Spiritus sancti.

III. Scilicet cum hoc ipsum est naturaliter Spiritus sanctus, sine initio, sine fine; numquam enim ex æqua nominis auctoritate cum Patris & Filii veris vocabulis sancti Spiritus vocabulum jungeretur, si non & sancti Spiritus proprium verumque vocabulum probaretur. Si ergo hoc ei proprium & B verum & naturaliter, sine initio & fine vocabulum est; non est igitur creatura Spiritus sanctus, qui ita proprium & verum vocabulum sancti Spiritus habet, sicut nulla potest habere creatura. Sed & cum præcipit Dominus, ut gentes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizentur; apertissimum est, Spiritum sanctum non esse creaturam, vel ex ipsa societate quæ illi una cum Patre & Filio est; vel quod numquam præciperet Dominus, ut in creaturæ nomine aliquis baptizaretur: multum enim divinæ potentiæ derogaretur, si cum confessione divini nominis par quoque creaturæ confessio poneretur. Et bene, quod unum nomen posuit dicens: *In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*; ut C una principalis auctoritas crederetur indivisibilis & perfectæ Trinitatis. Quomodo enim Spiritus sanctus a principali auctoritate discretus esse credatur, quando de ipso scriptum legimus in quinquagesimo Psalmo, [a] *Et spiritu principali confirma me?* Ergo & per hoc ostenditur, quod una est principalitas Patris & Filii & Spiritus sancti: siquidem & in omni conditione Patri & Filio consors invenitur. Accipe interim vel unum testimonium; [b] *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Et per hoc ergo ostenditur Spiritum sanctum non esse creaturam: siquidem & ipse cum Patre & Filio conditor adprobatur. Dicam plene & Deum, & Dominum Spiritum sanctum, D doctus [1] a majoribus ecclesiasticis viris, qui & ipsi testimonia scripturarum divinarum prius a viris apostolicis eruditi, suis posteris tradiderunt. Exsequerer & ego singula illa quæque testimonia, nisi apud animam fidelem de his quoque quæ supra breviter intimata sunt, sancti Spiritus divinitas eluceret: maxime quia & nunc mihi non tam disputatio de Spiritu sancto proposita est, quam ut de


A divino ejus nomine pia confessio signaretur. Hoc tamen ad compendium probandæ divinitatis ejus subdam, quod etiam per hoc ipsum Deus probatur Spiritus sanctus, per quod ostenditur non esse creatura. Omne enim quod est, aut divinitas est, aut creatura: sed Spiritus sanctus hoc ipsum exsistens, sine initio & fine, non est creatura: ergo Spiritus sanctus res est divinitatis, quia incorruptibilis & indemutabilis & sempiternus Spiritus Dei. Una est ergo divinitas Patris & Filii & Spiritus sancti, sicut & una sanctitas ejusdem perfectæ & inseparabilis Trinitatis.

IV. Sed heic finem faciamus: in quantum enim quis intentior ad sacras scripturas de fide loqui voluerit, in tantum non deerit quod loquatur. Hoc autem non ambigo, quod si quis forte eloquens hæc ipsa legerit, delinquentiam incomti sermonis inveniet; non tamen, si fidelis est, piæ confessionis errorem; quam quidem in nobis ex Dei gratia præstitam cupimus usque ad mortem, auxilio ejus qui præstitit, vindicare sine labe communionis hæreticorum atque prævaricatorum, quia & Deo teste metuimus eorum damnationis participes inveniri. Viderit, si quis putat se de eorum societate reum non posse fieri, habens conscientiæ propriæ fiduciam, quia fidem integram vindicat ita, ut numquam ipse ejus fidei prævaricator exstiterit: tamen ego in caussa Dei cautius timere compellor; siquidem & de ipsis cautum legimus: [c] *Hæreticum hominem post unam correptionem devita, sciens quoniam perversus est hujusmodi, & peccat, & est a semet ipso damnatus*. Sed & de pœna prævaricatorum legimus, dicente Esaia: [d] *Et veniet omnis caro in conspectu meo adorare in Hierusalem, dicit Dominus Deus. Et procedent sancti, & videbunt membra hominum qui prævaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur: & erunt in visione omni carni*. Sed & Apostolus ait: [e] *Nolite jugum ducere cum infidelibus*; quia & alibi idem Apostolus post descriptionem malorum: [f] *Non solum*, inquit, *qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus ea*. Et multa alia sunt testimonia divina, quibus supradictorum consortium prohibetur. Sed ego hæc ipsa, licet breviter, [2] intimavi, ne nos de vana superstitione credat aliquis nolle communicare cum talibus, quos perspicit per divinam sententiam reprobari. Divinitas te incolumem ac beatam in fide sui nominis etiam in regno cælorum præstet cum tuis omnibus affectibus inveniri.

a Psalm. L. 14. b Psalm. XXXII. 6. c Tit. III. 10. 11. d Isa. LXVI. 23. 24. e II. Cor. VI. 14. f Rom. I. 32.

1. *Amatoribus*. 2. *Intimo*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.



FAUSTINI PRESBYTERI FIDES,

THEODOSIO IMPERATORI OBLATA.

ET

In codicem canonum & constitutorum Ecclesiæ Romanæ recepta.

SUfficiebat fides conscripta apud Nicæam adversus hæresim Arrianam : sed quia pravo ingenio quidam sub illius fidei confessione impia verba commutant [1], nobis invidiam facientes, quod veluti hæresim Sabellii tueamur ; paucis & contra Sabellium primæ fidei confessione signamus, & contra hos qui sub nomine catholicæ fidei impia verba defendunt, dicentes tres esse substantias ; cum semper catholica fides unam substantiam Patris & Filii & Spiritus sancti confessa sit.

Nos Patrem credimus, qui non sit Filius, sed habeat Filium de se sine initio genitum, non factum ; & Filium credimus, qui non sit Pater, sed habeat Patrem, de quo sit genitus, non factus ; & Spiritum sanctum credimus, qui sit vere Spiritus Dei. Unde & divinæ Trinitatis unam A substantiam confitemur ; quia qualis est Pater secundum substantiam, talem genuit & Filium : & Spiritus sanctus, non creatura exsistens, sed Spiritus Dei, non est alienus a substantia Patris & Filii ; sed est ejusdem & ipse substantiæ cum Patre & Filio, sicut ejusdem deitatis. Nam qui nos putant esse Apollinaristas, sciant quod non minus Apollinaris hæresim exsecramur quam Arrianam. Miramur autem illos catholicos probari posse, qui Patris & Filii & Spiritus sancti tres substantias confitentur. Sed & si dicunt, non se credere Filium Dei, aut Spiritum sanctum creaturam ; tamen contra [2] impiam fidem sentiunt, cum dicunt tres esse substantias : consequens est enim, ut tres deos confiteantur, qui tres substantias confitentur. Quam vocem semper catholici exsecrati sunt.

1. Cod. Thuan. *miscent*. Al. *commiscent*.

2. Sic editi. At legendum videtur *piam*.



FAUSTINI ET MARCELLINI

PRESBYTERORUM PARTIS URSINI


ADVERSUS DAMASUM

LIBELLUS PRECUM

AD IMPERATORES

VALENTINIANUM, THEODOSIUM ET ARCADIUM.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
383.



PRÆFATIO

DE EODEM SCHISMATE URSINI.

I. TEmporibus Constantii imperatoris, filii Constantini, durior orta est persecutio Christianorum ab impiis hæreticis Arrianis, annuente Constantio, qui & Athanasium episcopum resistentem hæreticis persecutus est, & ut damnaretur ab omnibus episcopis imperavit. Quod etiam metu principis facere tentaverunt omnes ubique pontifices, inauditum innocentemque damnantes. Sed Liberius Romanus episcopus, & Eusebius Vercellensis, & Lucifer Caralitanus, & Hilarius Pictavensis dare sententiam noluerunt. Hi ergo mittuntur in exsilium pro fide servanda. Cum Liberio Damasus diaconus ejus se simulat proficisci: unde fugiens de itinere Romam rediit, ambitione corruptus. Sed eo die quo Liberius ad exsilium proficiscebatur, clerus omnis, id est presbyteri & archidiaconus Felix, & ipse Damasus diaconus, & cuncta Ecclesiæ officia, omnes pariter, præsente populo Romano, sub jurejurando firmaverunt, se vivente Liberio pontificem alterum nullatenus habituros. Sed clerus contra fas, quod minime decebat, cum summo perjurii scelere, Felicem archidiaconum ordinatum in locum Liberii susceperunt. Quod factum universo populo displicuit, & se ab ejus processione suspendit. Post annos duos venit Romam Constantius, pro Liberio rogatur a populo, qui mox annuens ait, Habetis Liberium, qui qualis a vobis profectus est, melior revertetur. Hoc autem de consensu ejus, quo manus perfidiæ dederat, indicabat. Tertio anno redit Liberius, cui obvians cum gaudio populus Romanus exivit: Felix notatus a Senatu vel populo, de Urbe propellitur, & post parum temporis, impulsu clericorum qui perjuraverant, irrumpit in Urbem, & stationem in Juli basilica trans Tiberim dare præsumit: quem omnis multitudo fidelium & proceres de Urbe iterum cum magno dedecore projecerunt.

II. Post annos octo, Valentiniano & Valente Conss. x. Kalendarum Decembrium die defunctus est Felix: Liberius misericordiam fecit in clericos qui perjuraverant, eosque in locis propriis suscepit. Itemque octavo Kalendas Octobris Gratiano & Dagalaifo Conss. Liberius humanis rebus eximitur. Tunc presbyteri & diacones, Ursinus, Amantius & Lupus, cum plebe sancta quæ Liberio fidem servaverat in exsilio constituto, cœperunt in basilica Juli procedere, & sibi Ursinum diaconum pontificem in locum Liberii ordinari deposcunt. Perjuri vero in Lucinis Damasum sibi episcopum in loco Felicis expostulant: Ursinum Paullus Tiburtinus episcopus benedicit. Quod ubi Damasus qui semper episcopatum ambierat, comperit, omnes quadrigarios & imperitam multitudinem pretio concitat, & armatus fustibus ad basilicam Juli perrumpit, & magna cæde fidelium per triduum debacchatus est. Post dies septem cum omnibus perjuris & [1] arenariis quos ingenti corrupit pretio, Lateranensem basilicam tenuit, & ibi ordinatus episcopus, & redimens judicem Urbis Viventium, & præfectum annonæ Julianum, id egit ut Ursinus vir venerabilis qui prius fuerat pontifex ordinatus, cum Amantio & Lupo diaconibus in exsilium mitteretur. Quod ubi factum est, cœpit Damasus Romanam plebem quæ se nolebat procedere, fustibus & cæde varia perurgere. Presbyteros quoque numero septem detentos per officium nititur ab Urbe propellere. Sed plebs fidelis occurrens eosdem presbyteros eruit, & ad basilicam Liberii sine mora perduxit.

III. Tunc Damasus cum perfidis invitat arenarios, quadrigarios & fossores, omnemque clerum, cum securibus, gladiis & fustibus, & obsedit basilicam hora diei secunda, septimo Kalendarum Novembrium die, Gratiano & Dagalaifo Conss. & grave prœlium concitavit. Nam effractis foribus, igneque supposito, aditum unde irrumperet exquirebat. Nonnulli quoque de familiaribus ejus, tectum basilicæ destruentes, tegulis fidelem populum perimebant. Tunc universi Damasiani irruentes in basilicam, centum sexaginta de plebe tam viros quam mulieres occiderunt, vulneraverunt etiam quam plurimos, ex quibus multi defuncti sunt: de parte vero Damasi nullus est mortuus. Post tres autem dies, sancta plebs in unum conveniens, cœpit adversus eum Domini mandata recitare, dicentes, *Nolite ti-*


[1]. *Arenariis*] *Arenariorum* vox trita pro iis qui in amphiteatro depugnant, ut leg. 2. §. 2. *de test.* & leg. 38. *de operib. libert.* & alibi. Nec aliter Tertullianus *de Spect.* cap. XXII. simul damnans *quadrigarios*, *scenicos*, *xysticos*, *arenarios*. Adhuc in conc. Chalched. act. x. συναγαγὼν ὄχλον ἄτακτον μετὰ ξιφῶν καὶ ἄλλων τινῶν ἀρμαρίων: & infra: μετὰ ξιφῶν καὶ ἀρμαρίων καὶ ξύλων τινῶν: ubi translatio vetus *Arenarios* reddidit. Hæc aliaque plura de hac voce cl. Mazochius in comment. ad *Kalend. marm. Eccl. Neapolit.* tom. III. pag. 971.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.

mere eos qui occidunt corpus , animam vero non possunt occidere . Psallebat etiam in laudibus , & dicebat , *Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus cæli , carnes sanctorum tuorum bestiis terræ . Effuderunt sanguinem eorum , velut aquam , in circuitu Hierusalem ; & non erat qui sepeliret* . Sæpe itaque eadem plebs adunata in basilica Liberii clamabat dicens : Christiane imperator, nihil te latet. Omnes episcopi Romam veniant : agatur caussa : quintum jam bellum Damasus fecit : a Sede Petri homicidas foras . Dei autem populus episcopos convenire multis precibus exorabat , ut memoratum , tanta impietate maculatum, sententia justa procellerent, quem in tantum matronæ diligebant, ut matronarum auriscalpius diceretur.

IV. Voces ergo plebis ad Valentinianum sunt delatæ principem , qui pietate commotus redditum concessit exsulibus. Tunc Ursinus cum Amantio & Lupo diaconibus , XVII. Kalendarum Octobrium Lupicino & Jovino Conss. ad Urbem rediit: cui plebs sancta gratanter occurrit. Sed Damasus tantorum sibi conscius scelerum, non mediocri timore concussus , redemit omne palatium, ne facta sua principi panderentur. Imperator nesciens quid Damasus perpetrasset , edictum prorogat , ut Ursino exsilio relegato , A nulla ulterius populos contentio nefanda collideret. Tunc Ursinus episcopus , vir sanctus & sine crimine , consulens plebi, tradidit se manibus iniquorum, & sexto decimo Kalendas Decembres jussione Imperatoris ad exsilium sponte properavit . Sed populus timens Deum nullisque persecutionibus fatigatus , non imperatorem , non judicem , nec ipsum auctorem scelerum & homicidam Damasum timuit: sed per cœmeteria martyrum stationes sine clericis celebrabat. Unde cum ad sanctam Agnem multi fidelium convenissent , armatus cum satellitibus suis Damasus irruit , & plurimos vastationis suæ strage dejecit. Quod factum crudelissimum nimis episcopis Italiæ displicebat. Quos etiam cum ad natale suum B solemniter invitasset , & nonnulli convenissent ex eis , precibus apud eos molitur & pretio , ut sententiam in sanctum Ursinum proferant. Qui responderunt , Nos ad natale convenimus , non ut inauditum damnemus . Ita prava ejus intentio caruit quo nitebatur effectu . Exinde presbyteri diversis modis afflicti, per exsilia & peregrina loca dispersi sunt , ex quibus Marcellinus & Faustinus Presbyteri , de confessione veræ fidei , ostentatione sacræ communionis , & persecutione adversantium veritati, preces Valentiniano, Theodosio & Arcadio principibus obtulerunt ita.





FAUSTINI ET MARCELLINI PRESBYTERORUM LIBELLUS PRECUM AD IMPERATORES.

I. Deprecamur mansuetudinem vestram, piissimi imperatores, Valentiniane, Theodosi & Arcadi, ut hæc in contemplatione Christi filii Dei qui vestrum juvat imperium, infatigabiliter legere dignemini. Sublime regnum vestrum tum ad sublimiora, Dei patris omnipotentis & Christi unigeniti filii ejus opitulatione conscendit, cum nec in exiguis hominibus despicitis veritatem, nec in multis vel potentibus mendacium roboratis. Hoc etenim justissimum est & saluberrimum apud regnum justitiæ, ut personæ probentur ex merito veritatis, non veritas præsumatur ex potentia personarum. Siquidem jus sæculi ideo scriptum est, ne contra verum æquumve potentia vel multitudo prævaleat, etiamsi ab exiguis vindicetur. Quod si hæc tanta B cura, etiam in rebus reipublicæ, vestræ tranquillitatis provisione servanda est, ut contra omnem vim potentiamve, etiam in minimis jus veritatis obtineat, quo possit tradita vestro imperio Dei nutu florere respublica: quomodo in negotiis divinis sanctæ fidei veritas impiorum caterva & fraudulentissimis eorum circumventionibus obfuscatur & premitur? maxime cum vos principes Romani imperii piam Christianæ religionis fidem puritatemque tot vestris constitutionibus vindicetis. Totum quidem, quia veneratores Christi filii Dei, pro fide catholica decernitis, & omni nixu contra hæreticos & perfidos imperii vestri auctoritate conscribitis. Non quasi aliqua propriæ sententiæ nova tentantes, sicut quidam anteriores principes in suam aliorumque perniciem conati sunt, sed ut ostendatis vestras sententias, vestramque fidem, cum sacris scripturarum divinarum sententiis & piis confessionibus convenire.


II. Sed hoc, cum magis post atrocissimas prioris temporis persecutiones juvare sanctam deberet Ecclesiam, magis affligit, cum iidem ipsi egregii episcopi, qui eam antehac sub assertione vel assensu hæreseos persecuti sunt, nunc quoque sub auctoritate catholici nominis persequuntur, & quanto nunc sub ementita piæ fidei professione hoc fraudulentius agunt, tanto & perniciosius grassantur, & dolentius D æstuat veritas, quod ei adhuc non licet nec sub vobis imperatoribus qui piam fidem defenditis, respirare. Sed ne hoc ad invidiam sine rei probatione referre videamur, caussam ut possumus explicamus. Quæsumus autem supplices, quatenus regias aures vestras nobis exiguissimis commodetis, dum ostendimus non nos esse hæreticos, & tamen quasi A hæreticos vehementer affligi: cum nec ipsi qui nos vehementer affligunt, vel socii eorum, possint nunc dicere vel probare quod simus hæretici. Sed ne quidem de se negare, quod superiori tempore hæresim aut accerrime vindicaverint, cum intolerabili supplicio fidelium, aut certe ei manus dederint, damnata catholica fide quam prius asserebant, dum metuunt pro Christo filio Dei exsilium perpeti, pro quo etiam laico fideli quævis mors atrocissima subeunda est; quia nobis donatum est, ut ait Apostolus [a], pro Christo non tantum ut in eum credamus, sed ut & pro illo patiamur. Talis enim mors vel passio, immortalitatis occasio est.

III. Non latet mansuetudinem & devotam Deo religionem vestram, quam impia quamve pestifera sit hæresis Arriana, contra quam a patribus nostris apud Nicæam speciali vigore conscriptum est: ita ut apostolicæ fidei pia confessio servaretur, atque ipsius hæreseos perpetua damnatione firmaretur, ne quis falli posset in posteris. Sed Arrius, ut cor Pharaonis, non credens divinam in se tunc datam fuisse sententiam, nescio qua ratione [1] subripuit apud Constantinum, sperans quod ipsius suffragio specialium sacerdotum sententia rescissa, recipi posset in Ecclesiam. Denique ipse Constantinus jusserat, ut ei sanctus ac beatæ memoriæ episcopus Alexander communicaret. Non ille Alexander, qui C fuit divinæ fidei episcopus in Alexandria, qui & plenus sapientia & spiritu sancto fervens, eumdem Arrium primus & detexit & expulit, & in perpetuum damnavit; sed iste Alexander, qui in hac urbe Constantinopolitana fuit & ipse admirabilis episcopus. Qui cum videret quod Arrius sæculi istius rege niteretur, exclamavit ex imo pectoris dolore, stans in loco sacrarii, ad Christum verum & sempiternum regem & dominum omnium regum, ne illam labem in Ecclesiam pateretur intrare. Cujus oratio quam constans fuerit, quam fidelis, hinc probatum est, quod idem Arrius, antequam intraret Ecclesiam, dedit pœnas novas & gravissimas usque ad turpem interitum. Nam cum pridie quam se putavit sanctam Ecclesiam imperatoris auxilio homo impius intraturum, cum nihil languoris, nihil doloris in corpore pateretur, sed quod gravius est, solo animi morbo insanabiliter ægrotaret, humana consuetudine secessum petiit, atque illic cum sederet, gravissimo repente dolore cruciatus, omnia sua viscera, & ipsum cor quod erat thesaurus impietatis, effudit in stercora; atque ita, mirabile dictu,

a Philipp. I. 29.

1. Ex manuscripto Colbertino, *Subrepuit apud Constantinum*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.



[a] internis omnibus evacuatis attenuatus est, & ad momentum sicut luridati corporis tabe resolutus est, ut per angustias foraminis & sedilis totus ipse laberetur. Digna hæc pœna impio, digna hæc mors turpis pestifero hæretico, atque de spiritu diaboli fœtidissimis membris digna hæc sepultura. Novo enim exemplo & cruciari debuit & perire, qui novas adversus unigenitum filium Dei commentatus fuerat impietates, dicens eum non vere de patre natum: & quia erat quando non erat: & quia ex nihilo substitutus est, ne ejusdem substantiæ & divinitatis & sempiternitatis & omnipotentiæ, cujus & pater est, crederetur.

IV. Hoc ideo retulimus augustæ mansuetudini vestræ, ut vero intenta vestra prudentia animadvertat, quam venerabilis fides sit conscripta apud Nicæam adversus Arrium, cui & Deus non solum per auctoritatem scripturarum divinarum, sed etiam per sacratissimam orationem sancti quoque Alexandri testimonium dedit: & quam exsecrabilis est impia doctrina Arrii, quam in ipso Arrio novo genere supplicii sententia divina damnavit, non exspectans in illo diem judicii, ut exemplo pœnæ ejus ceteri perterriti præcaverent. Quo utique exemplo nec illud dubitandum est, etiam hos apud Deum esse damnatos, qui Arrii impiam doctrinam renovandam vel suscipiendam esse crediderunt. Quomodo enim eos perpetua pœna disjungit, quos impia doctrina non separat? Pares reos etiam vestris legibus unus carcer includit, atque una ferit sententia. Sed & illud ambigi non potest, hos esse vere catholicos, qui per exsilia, per genera suppliciorum, per atrocitatem mortis, illam fidem sine dolo vindicant, quæ apud Nicæam evangelica atque apostolica ratione conscripta est, quam Deus apertissime probavit supplicio Arrii impugnantis eam. Quod si hæc apud vos vera sunt, quæ apud scripturas divinas vera roborantur, advertite, piissimi & religiosissimi imperatores, in quo rei sint qui sub his divinis regulis & professionibus fidem suam ac devotionem Christo Deo consecraverunt, nullum timorem divino timori præponentes. Sed licet Arrius sit sepultus in stercoribus, aliquos tamen reliquit suæ impietatis heredes. Denique non defuerunt vermes, qui de ejus putrido cadavere nascerentur. Per quos quæ gesserit diabolus artifex erroris, longum est exsequi, etiam si exsequi possemus: infinita sunt enim & incredibilia, non tamen falsa.

V. Illud vero nunc quod ad præsentem caussam facit exponimus, quod qui imperatorem Constantium per fraudulentam disputationem Arrianæ impietatis participem fecerunt, dedissent & isti in præsenti pœnas, si non oporteret, secundum Apostoli sententiam [a], & hæreses esse, ut probati manifesti fierent. Habentes ergo, hi quos diximus vermes Arrii, adsentientem sibi regiam potestatem, primum quidem per singulos in eversionem catholicæ fidei & in excidium sacræ religionis; pro Arriana impietate contendunt: ita ut resistentes, aut calumniis appeterent, vel pœnis vel exsilio cruciarent & necarent. Ubi tantum amplius per suam rabiem grassati sunt, & fecerunt sibi ubique terrorem, non jam contenti ire per singulos. Postremo cogunt undique in unum episcopos convenire, & datur locus ad synodum, orientalibus quidem Seleucia Isauriæ, occidentalibus vero civitas Ariminensis. Atque illic

A primum quidem episcopi pro sancta fide venientes, confirmant illam expositionem quæ apud Nicæam conscripta est, ita ut nihil inde minueretur, quod evangelicam fidem verbis inexpugnabilibus explicaret, & Arrii impiam doctrinam divina auctoritate damnaret. Tunc demum oblatam ab Ursacio, Valente, Germinio & Cajo hujusmodi fidei conscriptionem, quæ & fidem catholicam reprobaret, & Arrium absolveret, immo & introduceret pestiferam ejus doctrinam, exsecrantur & damnant tam impiam fidem eorum. Quin etiam ipsos, inexpiabile scelus esse judicantes, si patrum fidem venerabilem violent, si hos tam impios, atque impiam eorum conscriptionem pateretur Ecclesia. Mittunt quoque
B decem legatos ad imperatorem Constantium, scribentes quæ gesta sunt, & hortantes simul ut ipse quoque decreta patrum pro fide venerabili contra hæreticos inviolata servaret. Mittunt sane & hæretici legatos, quos tunc familiarissime, & ut suos suscepit Constantius. Eos veros legatos qui pro fide catholica contra hæreticos venerant, reprobat, & per suos nunc gratia invitat, nunc minis perterret, & interim sola dilatione discruciat, ut in ultimum, cum iram regis metuunt, cum non dignantur pro Christo filio Dei exsilium perpeti, cum propriis sedibus & ecclesiarum perniciosissimis possessionibus oblectantur, rescindant quod pie vindicaverant, & suscipiant quod ut impium damnave-
C rant.

VI. Liceat in hoc apud vos religiosos imperatores in caussa Dei dolentius ingemiscere: Episcopi plus iram regis terreni timuerunt, quam Christum verum Deum, & sempiternum regem. Gravius exsilium temporale esse crediderunt, quam perpetuam pœnam secundum Esaiam [b] indormitabilis vermis, & ignis inexstinguibilis. Suaviora habuerunt propria domicilia & possessiones, quam in regno Christi beatam & perpetuam habitationem. Sed Constantius, non contentus ruina & labe decem legatorum, mittit Ariminum, ut omnes illic episcopi similiter verterentur. Qui & ipsi, malo exemplo illo lega-
D torum suorum, piam fidem patrum quam vindicaverant, reprobant, subscribentes in illa fide Arrianorum quam integro & libero judicio damnaverant. Advertit sapientia vestra, Ariminensem synodum piissime cœptam, sed impiissime terminatam. Eadem autem & apud Seleuciam Isauriæ ab episcopis impietas commissa est. Judicate, piissimi & religiosissimi imperatores, in quo rei sunt, & in quo merentur affligi, qui nolunt cum talibus episcopis convenire: qui cum primum fidem integram vindicarent & impiam fidem reprobarent, postea cum metuunt exsilium, cum rebus suis & sedibus oblectantur, vertunt sententias, damnantes ad nutum hæretici imperatoris, illam apostolicam quam vindi-
E caverant fidem, vel suscipientes illam Arrii quam reprobaverunt impietatem.

VII. Nonne gratum habere debuerunt, si tamen credebant futurum Dei judicium, omnia mala perpeti, quam esse venerabilis fidei proditores, cujus veritas sancti quoque Alexandri orationibus & Arrii supplicio fuerat approbata? maxime cum & gloriosæ passionis præcessisset exemplum, licet paucissimorum episcoporum, qui ne evangelicam apostolicamque fidem violarent, ne impiis acquiescerent, non exsilium, non supplicium, nec aliquam mortis atrocitatem re-

a 1. Cor. xi. 19. *b* Isa. lxvi. 24.

a. Ms. *Interaneis omnibus evacuatis.*

cusarunt. Denique ante synodum Ariminensem Paullinus de Treveris constantissimus episcopus datur in exsilium, piam fidem vindicans & exsecrans consortium Arrianorum. Sed & apostolicus vir Lucifer de Sardinia Caralitanæ civitatis episcopus, ob hoc quod bene esset agnitus per contemtum sæculi, per studium sacrarum litterarum, per vitæ puritatem, per constantiam fidei, per gratiam divinam, a Romana Ecclesia missus est legatus ad Constantium, & ob hoc quod fidem venerabilem vindicavit, quod detexit & convicit hæreticos, ductus est in exsilium cum omni atrocitate injuriarum. Similiter & Eusebius a Vercellis, nec non & Dionysius Mediolanensium, Constantio regi primum familiaris, cum adhuc ignoraret eum fautorem esse hæreticorum, postea tamen quam ei cognitum est & probatum, quod hæreticos vindicaret, respuit regis impiam familiaritatem, malens exsilium, ne Christi Dei amicitiam perderet, ne sanctorum consortium non haberet. Sed & Rodanius mittitur in exsilium, nec non & Hilarius, qui & scripta contra hæreticos & prævaricatores edidit: licet postea vero interruperit favens prævaricatoribus, ut non dicamus interim quia [1] ubi & hæreticis, in quos eloquentiæ suæ viribus peroraverat. [2] Maximus quoque de Neapoli Campaniæ, eo quod esset inhabili stomacho & corpore delicatior, primum quidem ut caderet diu afflictus injuriis, deinde ubi ob animi constantiam fideique virtutem, carnis infirmitate non vincitur, ductus est in exsilium, atque illic martyr in Domini pace requievit. Sed & Rufinianus, miræ quidem simplicitatis, sed admirabilior in tuenda fide, effusione sui sanguinis prævenit exsilium. Denique cum pro fidei integritate persistit, hunc Epictetus, atrox ille & dirus de Centumcellis episcopus, ante rhedam suam currere coegit, & cum diu currit, sic in via ruptis vitalibus sanguinem fundens exspiravit. Sciunt hoc Neapolitani in Campania, ubi reliquiæ cruoris ejus in obsessis corporibus dæmonia affligunt: pro gratia utique fidei illius, pro qua sanguinem fudit. Fuerunt & alii episcopi de Ægypto licet pauculi, quorum alii in fugam versi sunt, alii vero in exsilium dati, eo quod nollent cum episcopis impiis & crudelibus convenire.

VIII. Quam utique salubre fuerat, quam pulcrum quamve gloriosum, si omnes illi episcopi, pari virtute & simili conspiratione, fidem quam recte semper vindicaverant, in finem usque servassent, non exsilia, non supplicia pertimescentes, ad capiendam utique futuram in Dei Christi regno perpetuam beatitudinem! Et tacemus, quod fortassis etiam & intelligere fecissent magnum pretium esse istius fidei, pro qua nullus episcoporum exsilium, proscriptiones, tormenta, mortemque recusaret. Sed paullum territus tantus episcoporum numerus catervatim dederunt manus impietati, & ad majorem jam vesaniam inclinavit impietas tam facili strage multitudinis. Non hoc minus sacrilegium est, non hoc minor impietas, quam si sub persecutore gentili idolo sacrificatum esset: quoniam & hæresi perterritum subscribere, dæmoniis sacrificare est. Siquidem docentibus scripturis divinis, doctrina dæmoniorum est hæresis, sicut & idololatria. Interea

A quia apud quosdam multitudo præponitur veritati, eo quod pauculos habeat sectatores, & ob hoc affligimur, quod in paucis sequimur inviolabilem fidem, & multos vitamus propter impias hæreses, & sacrilegas prævaricatorum subscriptiones: quid censetis in hac caussa, o justissimi imperatores & catholicæ fidei vindices, de his duabus partibus cui calculum datis? Una est pars, in qua sunt multi episcopi. Sed ubi sunt multi, illic per prævaricationem sacra Christi fides violata est, semper ante defensa; illic metu regis, Arrii suscepta impietas est, semper ante damnata. Ubi vero paucissimi sunt, illic per exsilia, per cruciatus, per effusionem sanguinis, per ipsam mortem B fides Christi vindicatur, & Arrii impietas atque omnis hæresis, ut summum malum exsecrabiles sunt. Sed etsi non est dubitandum paucos episcopos esse pretiosos de merito confessionis & inviolabilis fidei, multos vero nullificari merito hæreseos vel prævaricationis, quia in caussa veri, maxime in caussa religionis & sacræ fidei, non numerus numero comparandus est, sed pura illa apostolica fides, probata exsiliis, probata cruciatibus licet unius, multorum infidelitatibus præponenda est; tamen necessarium est damnatæ prævaricationis divinum quoque præsens proferre documentum: & sicut in Arrio impia secta ejus, divina animadversione punita, præjudicat & de sectatoribus ejus, quod eadem il- C los pœna maneat qua torquetur & Arrius: ita de prævaricatoribus pœnis præsentibus divino judicio determinatum est.


IX. Potamius Odyssiponæ civitatis episcopus, primum quidem fidem catholicam vindicans, postea vero præmio fundi fiscalis quem habere concupiverat, fidem prævaricatus est. Hunc Osius de Corduba apud ecclesias Hispaniarum & detexit & repulit ut impium hæreticum. Sed & ipse Osius, Potamii querela accersitus ad Constantium regem, minisque perterritus, & metuens ne senex & dives exsilium proscriptionemve pateretur, dat manus impietati, & post tot annos prævaricatur in fidem, & regre- D ditur in Hispanias majore cum auctoritate, habens regis terribilem jussionem, ut si quis eidem episcopus jam facto prævaricatori minime velit communicare, in exsilium mitteretur. Sed ad sanctum Gregorium, Eliberitanæ civitatis episcopum constantissimum, fidelis nuntius detulit impiam Osii prævaricationem. Unde non acquievit, memor sacræ fidei ac divini judicii, in ejus nefariam communionem. Sed Osius, qui hinc plus torqueretur, si quis ipso jam lapso staret fidem integram vindicans inlapsa firmitate vestigii, exhiberi facit per publicam potestatem strenuissimæ mentis Gregorium, sperans eodem terrore quo ipse cesserat, hunc quoque posse cedere. Erat autem tunc temporis Cle- E mentinus vicarius, qui ex conventione Osii & generali præcepto regis, sanctum Gregorium per officium Cordubam jussit exhiberi.

X. Interea fama in cognitionem rei cunctos inquietat, & frequens sermo populorum est, Quinam est ille Gregorius, qui audet Osio resistere? Plurimi enim & Osii prævaricationem adhuc ignorabant, & quinam esset sanctus Gregorius nondum bene

1. *Ubi & hæreticis*] *Ubi &* fœde corruptum, facile restituetur in *Fabit*, uti olim scribebant pro *Favis*. Ut *non dicamus interim quia* FAVIT *hæreticis*. Ita Mazochius V. C. in *comment. ad Kalend. marm. Neap. eccl.* tom. II. pag. 576. Editor tamen Oxoniensis locum sic restituere mallet: *Ut non dicamus interim hæreticis, quia ubi prævaricatoribus ibi & hæreticis, in quos eloquentiæ suæ viribus peroraverat*: quod minus placet.

2. *Maximus quoque de Neapoli* cet.] Integrum hunc locum illustrat laudatus Mazochius l. c. pag. 577.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.



compertum habebant. Erat etiam apud eos qui illum forte noverant, rudis adhuc episcopus, licet apud Christum non rudis vindex fidei, pro merito sanctitatis. Sed ecce ventum est ad vicarium, & multi ex administratoribus interfuerunt, & Osius sedet judex, immo & super judicem, fretus regali imperio; & sanctus Gregorius, exemplo Domini sui, ut reus adsistit, non de prava conscientia, sed pro conditione præsentis judicii: ceterum fide liber erat. Magna exspectatio singulorum, ad quam partem victoria declinaret. Et Osius quidem auctoritate nititur suæ ætatis, Gregorius vero nititur auctoritate veritatis. Ille quidem fiducia regis terreni, iste autem fiducia regis sempiterni. Et Osius scripto imperatoris nititur, sed Gregorius scripta divinæ vocis obtinet. Et cum per omnia Osius confutatur, ita ut suis vocibus quas pro fide & veritate prius scripserat, vindicaretur, commotus ad Clementinum Vicarium, Non, inquit, cognitio tibi mandata est, sed exsecutio: vides ut resistit præceptis regalibus: exsequere ergo quod mandatum est, mitte eum in exsilium. Sed Clementinus, licet non esset Christianus, tamen exhibens reverentiam nomini episcopatus, in eo maxime homine quem videbat rationabiliter & fideliter obtinere, respondit Osio, Non audeo, inquiens, episcopum in exsilium mittere, quamdiu in episcopi nomine perseverat. Sed da tu prior sententiam, eum de episcopatus honore dejiciens, & tunc demum exsequar in eum quasi [1] privatum quod ex præcepto imperatoris fieri desideras. Ut autem vidit sanctus Gregorius, quod Osius vellet dare sententiam, ut quasi dejectus videretur, appellat ad verum & potentem judicem Christum, totis fidei suæ viribus exclamans, Christe Deus qui venturus es judicare vivos & mortuos, ne patiaris hodie humanam proferri sententiam adversum me minimum servum tuum, qui pro fide tui nominis ut reus assistens spectaculum præbeo. Sed tu ipse, quæso, in caussa tua hodie judica; ipse sententiam proferre digneris per ultionem. Non hoc quasi metuens exsilium fieri cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum supplicium non suave sit: sed multi prævaricationis errore liberentur, cum præsentem & momentaneam viderint ultionem. Et cum multo invidiosius & sanctius Deum verbis fidelibus interpellat, ecce repente Osius, cum sententiam conatur exponere, os vertit, distorquens pariter & cervicem, de sessu in terram eliditur, atque illic exspirat, aut, ut quidam volunt, obmutuit. Inde tamen effertur ut mortuus. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille gentilis expavit. Et licet esset judex, tamen timens ne de se quoque simili supplicio judicaretur, prostravit se ad pedes sancti viri, obsecrans eum ut sibi parceret, qui in eum divinæ legis ignoratione peccasset, & non tam proprio arbitrio, quam mandantis imperio. Erat tunc stupor in omnibus, ac divinæ virtutis admiratio: [2] quod in illo spectaculum totum novimus visum est. Nam qui proferre voluit humanam sententiam, mox divinam perpessus est graviorem; & judex qui judicare venerat, jam pallens & reus timebat judicari, & qui quasi reus in exsilium mittendus adstiterat, a judice prostrato rogabatur ut

A parceret quasi judex. Inde est quod solus Gregorius ex numero vindicantium integram fidem, nec in fugam versus, nec passus exsilium, unusquisque timeret de illo ulterius vindicare.

XI. Videtis ne damnatæ a Deo prævaricationis mira documenta? Scit melius omnis Hispania, quod ista non fingimus. Sed & Potamio non fuit inulta sacræ fidei prævaricatio. Denique cum ad fundum properat, quem pro impia fidei subscriptione ab imperatore meruerat impetrare, dans novas pœnas linguæ per quam blasphemarat, in via moritur, nullos fructus fundi vel visione percipiens. Non fuit avari hoc tormentum leve. Moritur qui pro- B pter concupiscentiam fundi fiscalis fidem sacram violaverat, & cum ad fundum properat, pœnali morte prævenitur, ne vel visionis solatio potiretur. In sacro Evangelio legimus verba improperantis ad divitem, qui sibi de conditis vanissime gloriabatur, [a] *Stulte*, inquit, *hac nocte anima tua abs te auferetur; quæ præparasti cujus erunt?* Si quis hoc scriptum & de Potamio convenire consideret, intelliget in eum non leviter judicatum, maxime passum linguæ supplicium, in qua & dives ille apud inferos vehementius cruciatur. Sed & Florentius, qui Osio & Potamio jam prævaricatoribus sciens in loco quodam communicavit, dedit & ipse nova supplicia. Nam cum in conventu plebis sedet C in throno, repente eliditur & palpitat, atque foras sublatus vires resumsit. Et iterum & alia vice cum ingressus sedisset, similiter patitur, nec adhuc intelligens pœnas suæ maculatæ communionis. Nihilominus postea cum intrare perseverasset, ita tertia vice de throno excutitur, ut quasi indignus throno repelli videretur, atque elisus in terram, ita palpitans torquebatur, ut cum quadam duritia & magnis cruciatibus eidem spiritus extorqueretur. Et inde jam tollitur, non ex more resumendus, sed sepeliendus. Scit hoc quod referimus magna civiras Emerita, cujus in Ecclesia plebs hoc ipsum suis vidit obtutibus. Sed & hoc considerandum est, quia Florentius hæc passus, qui nondum subscripse- D rat impietati, sed tantum quod communicavit prævaricatoribus fidei, non ignorans eorum prævaricationem. Hoc ideo retulimus, ut videant illi quid sibi agendum sit, qui cum non subscripserint ut prævaricatores, tantum per communionem prævaricatoribus sibi cognitis copulati sunt. Et puto quod intelligent quid exemplo Florentii timere debeant.

XII. Sed longum est referre alia quoque documenta pœnis præsentibus damnatæ prævaricationis, quæ divinum judicium variis in locis exercuit; ad hoc scilicet, ut qui scripturas divinas quadam ratione non respicit, vel præsenti ultione divina animadver- E sione intelligat, quid sibi sectandum est quidve vitandum. Vindicare voluit Deus vel in paucis sine dubio, & illa ratione, ne quæ per scripturam divinam de prævaricatorum futuris suppliciis minitatur, velut fabula putaretur, si nunc hoc in sæculo in neminem vindicaret. Intelligant nunc omnes episcopi prævaricatores fidei, quam gravissimis suppliciis reservati sunt, quando in suos socios in hoc

[a] Luc. xii. 20.

1. *Privatum*] Hoc est, laicum. In Cyrilli Glossis ἰδιώτης tantumdem quod *Privatus*. Hinc 1. *Cor.* xiv. 16. laici vocantur *idiotæ*, hoc est *privati*. MAZOCH. l. c. tom. III. pag. 958.

2. *Quod in illo spect.*] Ulcus sine exemplarium ope prorsus immedicabile. Isidorus Hispalensis & Ildefonsi continuator, qui historiam hanc una cum sequentibus descripsere, periodum hanc penitus omittunt, unde interpolatum puto. OXON.

quoque sæculo ad stuporem omnium vindicatum est. Ad hoc enim præsentes pœnas prævaricationis exposuimus, ut quod in paucos vindicatum est, credatur & in eorum omnes similes vindicari, maxime cum & scriptura divina hoc ipsum asseveret, quod & per præsentia documenta demonstratum est. Et hoc consideretur, piissimi Imperatores, in quo rei sunt qui cum talibus divina sacramenta non copulant, quorum & perpetua supplicia sacris leguntur in libris, & suppliciorum exempla videntur in sæculo. Sed quæsumus miram benevolentiam vestram, ut adhuc nobis contemplatione Christi Dei infatigabilem audiendi patientiam commodetis, dum adhuc, summatim licet, exponimus in quantum crevit impietas.

XIII. Exsecrabiles enim Arriani, in partibus orientis, & maxime in Ægypto, non fuerunt hoc solo contenti, ut episcopi, damnata fide integra, in eorum impiam sententiam declinarent: sed hos ipsos qui primum fuerant per catholicos episcopos ordinati, ubi pro eorum desideriis subscripserunt, in laicorum numerum exigebant, & postea iterum eos iidem hæretici episcopos ordinabant: ut non solum fidem catholicam damnare viderentur, sed ordinationem factam per episcopos catholicos. Intendite in hoc adversus catholicos quasi quemdam triumphum hæreticorum, & in miseram & quasi ultimam & fœdissimam captivitatem, in his episcopis condemnata pia fide, & catholicis episcopis, in eorum se dominium delusionemque tradiderunt metu exsilii, & ut episcopale nomen apud homines retinere viderentur, quod utique jam apud Deum post subscriptiones impias non habebant. Sed ideo nominis istius etiam cum omni dedecore quærebatur auctoritas, ne illis possessiones Ecclesiæ tollerentur, quas utinam numquam possedisset Ecclesia, ut apostolico more vivens fidem integram inviolabiliter possideret. Et nunc his talibus non communicare summa impietas dicitur; & hoc sub vobis imperatoribus, qui ut vestræ constitutiones eloquuntur, venerabilis Ecclesiæ divinam sanctimoniam judicatis: non est autem mirum, si tam hæc atrocia eorum commissa, occupati reipublicæ provisionibus ignoratis. Has eorum impietates exsecrantes episcopi, qui pro fide pœnas exsilii perpatiebantur, vel qui se in fugam dederant, licet essent corpore discreti per intervalla regionum, tamen spiritu in unum positi, per mutuas litteras apostolico vigore decernunt, nullo genere talibus episcopis posse communicari, qui fidem illo modo quo supra retulimus prodiderunt, nisi si laicam postulaverunt communionem, dolentes suis impietatibus.

XIV. Sed mortuo Constantio patrono hæreticorum, Julianus solus tenuit imperium, ex cujus præcepto omnes episcopi catholici de exsiliis relaxantur. Solet hoc facere divinitas, ut etiam per adversarios Christianæ religionis suæ consulat, ut tanto magis qui cultores sunt Christi pro fidelibus elaborent. Sed non multo post Juliano interemto, Jovianus efficitur imperator, qui vindicans fidem catholicam, dedit calculum episcopis catholicis. Sed illi egregii episcopi, quam sub Constantio integram vindicaverant fidem, hæretica subscriptione damna-

A verunt, videntes quod imperatoris arbitrio episcopi nunc ex catholicis fiunt hæretici, & iidem episcopi ex hæreticis ad fidem catholicam revertuntur. Sed etsi quidam confessores fatigati, in ultimo talium se communioni jungendos esse crediderunt, evertentes illa forte statuta quæ prius adversus eos prophetica atque apostolica auctoritate decreverant, numquid hoc potest divinam obruere veritatem? numquid hoc potest evangelicis præjudicare doctrinis? numquid apostolicas labefactare sententias, & illam præsertim Dei vocem dicentis, [a] *Qui perseveraverit usque ad finem hic salvus erit*? Sed & Apostoli Paulli vas electionis a Christo Domino [1] pronuntiantis, cujus ad Galatas scribentis hæc verba sunt, [b] *Sed etsi nos, aut Angelus de cælo evangelizaverit præterquam evangelizavimus vobis, anathema sit*. Unde & idem ipse inferius in eadem Epistola prosequitur dicens, [c] *Si enim quæ destruxi hæc iterum ædifico, prævaricatorem me constituo*. Confessor utique factus est de Evangeliis, de vocibus Prophetarum, de doctrinis Apostolorum, qui [2] fideles dubitat tunc confessionis meritum non habere, si scripturarum divinarum jura subvertens, incipiat ædificare quæ destruunt Evangelia.

B

XV. An non scripturæ divinæ impugnantur quando cum episcopis filii Dei negatoribus pax Ecclesiæ copulatur? Quis est enim, qui considerans vim C divinæ religionis, pacem perfidorum Deo placere confidat, nisi ut a Patribus decretum est, in laicorum se numerum tradant suæ perfidiæ dolentes? Sed esto, habeant pacem cum infidelibus: in quo tamen offendunt, in quo lædunt imperatores, in quo rempublicam vexant, qui divini contemplatione judicii hujusmodi pacem respuunt, quæ sacrilegos recipit, prævaricatores fidei honorat, favet hypocritis, despicit veritatem, Christi Dei veri filii negatores tamquam dominos Ecclesiæ constituit, populum perfidiæ labe contaminat, evertit Evangelium? Hinc rei sumus, hinc sub nominis vestri auctoritate patimur persecutiones ab his episcopis, qui pro nutu prioris imperatoris hæresim vindicantes, D contra fidem catholicam peccabant. Heu gemitus! iidem episcopi adversus fideles & catholicæ fidei defensores catholicorum imperatorum jura præponunt. Hæc cum dolore omnium viscerum loquimur deflentes: non quod non sit fidelibus gloriosum, [3] sub quolibet puero perpeti; sed quia tantus est stupor in sæculo, ut hæc illorum tantis involuta perfidiis non agnoscatur impietas, ut nemo intelligat quomodo etiam regias aures semper inludunt in vexatione Christianorum & fidelium sacerdotum. Sed sub vocabulo pacis impietas tegitur, & speciosum nomen veritatis opponitur ad patrocinium perfidorum. Sed bene quod ipse Salvator virtutem suæ pacis exposuit, ne quis simplici pacis vocabulo cape- E retur, & eam quicumque sæculi impietatibus copularet, dicens, [d] *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis: non sicut hic mundus dat, ego do vobis*. Pacem suam a mundi pace discrevit. Nam si hæc pax Deo grata est quæ in Ecclesiam recipit episcopos infideles, quid ergo opus est in persecutionibus æstus perpeti, carcerem sustinere, ire obviam gladiis, atque omnia genera suppliciorum mortisque tolerare; quandoquidem post negationem, post

a Matth. x. 22. *b* Gal. I. 8. *c* Gal. II. 18. *d* Joan. xiv. 27.

1. *Pronuntiantis*] Malim *pronuntiati*.
2. *Fideles*] Forte *fidelis*.
3. Legendum omnino videtur, *sub quolibet pro vero perpeti*, ut rursus infra, sub finem libelli, *quasi expavescamus pro vero interfici*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.



perfidiæ ſacrilegia, propter pacem hanc quam Deo A placere confidunt, ſecurus unuſquiſque infidelium, tamquam inlibatus, ſalvo epiſcopali honore ſuſcipitur? Vani jam ſecundum hanc aſſertionem & martyres judicandi ſunt. Ad quos enim fructus pœnas mortemque ferre maluerunt? Si enim qui metu perſecutionis negaverunt filium Dei non habent pœnam, immo potius honorantur; nec martyres coronam paſſionis ſperare debuerunt, immo potius pendant ſupplicia ſuæ temeritatis. Hoc enim neceſſe eſt conſequatur. Non enim fieri poteſt, ut non ibi contraria judicentur. Nonne manifeſtum eſt ad quam vocem arctantur vocabulo pacis iſtius, vel quod pronunciare cogantur, ut ſi negatores filii Dei recte in honore corroborantur, credantur martyres B tamquam pro ſua temeritate puniri. Sed abſit: abſit ut hoc admittat conſcientia Chriſtiana. Credimus enim filio Dei pronuntianti, [a] *Qui me negaverit coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo: & qui me confeſſus fuerit coram hominibus, ego confitebor eum coram patre meo.*

XVI. Verumtamen & in hac cauſſa divinum judicium cognoſcite probatum præſentibus documentis, ne quis putaret acceptandam pacem talium epiſcoporum, etiam ſi ad veræ fidei confeſſionem reverterentur poſt ſubſcriptiones impias, vel nefarias hæreticorum communiones, quibus ſcienter ſuccubuerunt, ne aut poſſeſſiones Eccleſiæ perderent aut C honores. [1] Sanctus vir Maximus epiſcopus, cujus ſupra meminimus, fidem vindicans rectam conſortiumque reprobans hæreticorum, ductus eſt in exſilium. In loco ejus prævaricatores ordinant nomine Zoſimum, qui & ipſe prius quidem catholica vindicabat. Res iſta in Neapoli civitate Campaniæ acta eſt. Cognoſcit hoc ſanctus Maximus, & de exſilio ſcribens dat in eum ſententiam, non ſolum epiſcopali auctoritate, ſed etiam æmulatione ac virtute martyrii [2] fruens in gloriam divinam. Sed poſt aliquot annos beatus Lucifer de quarto exſilio Romam pergens, ingreſſus eſt Neapolim Campaniæ: ad quem Zoſimus venire tentavit, illa forte fiducia, qua ſcilicet jam de impietate [3] correxiſſe vi- D debatur. Sed hunc Lucifer confeſſor ſuſcipere noluit, non ignorans quæ geſſerat: immo & ſancti Spiritus fervore epiſcopi & martyris ſententiam robuſtius exſequitur, dicens quod epiſcopatum ipſum quem ſibi ut adulter vindicat, ſpeciali Dei judicio non habebit, & ſic quoque ſentiet pœnam ſuæ impietatis. Sed non poſt multum tempus, idem Zoſimus, cum in cœtu plebis vult exſequi ſacerdotis officia, inter ipſa verba ſacerdotalia ejus lingua protenditur, nec valet eam revocare intra oris meatum, eo quod contra modum naturæ extra os penderet, ut bovi anhelo. Sed ut vidit ſe linguæ officium perdidiſſe, egreditur baſilica; & res mira, foris iterum in officium lingua revocata eſt. Et pri- E mum quidem non intelligitur in eum compleri ſententiam martyris & confeſſoris: ſed cum hoc ipſum toties iterum patitur, quoties in baſilicam diverſis diebus intrare tentavit, ipſe poſtremo recognovit, ob hoc ſibi linguam inter pontificii ſolemnia verba denegari, ut ſanctorum epiſcoporum in eum rite prolatam ſententiam probaret. Denique ceſſit epiſcopatui, ut lingua quæ ceſſerat redderetur. Non res antiquas referimus, quæ ſolent quadam ratione in dubium venire. Nam & Zoſimus hodieque in corpore eſt, uſum jam linguæ non amittens, poſtquam maluit cum epiſcopatus amiſſione vivere dolens ſuis impietatibus:

XVII. Nonne etiam de ſimilibus præjudicatum eſt, nihil illis prodeſſe, quod quaſi ſub correptione epiſcopi eſſe perſeverent? Non enim correptio eſt iſta, ſed illuſio, prout ſunt imperatorum tempora B fidem vertere. Hæc, hæc res decepit & Valentem imperatorem, cum in hæreticis vidit conſtantiam defenſionis, in iſtis autem egregiis catholicis inconſtantiam fidei. Nam utique probatur illi, quod hi qui ſe catholicos aſſerebant, ſubſcripſiſſent prius cum hæreticis, damnantes quam primum defenderant fidem: & dicebant hæretici, Si noſtra fides mala eſt, quare ſub Conſtantio pro ipſa ſubſcriptum eſt ab his qui nunc ſe catholicos dicunt, hanc fidem vindicantes, quam cum primum defenderent, convicti rationibus ſub Conſtantio damnaverunt? His rebus Valens motus, ignorans virtutem veræ fidei, & conſtantiam cum inconſtantia conferens, impietatem hæreticorum cum quadam juſtitia vindicabat. Et C tacemus, quod etiam ſub Valente iterum ſe quidam hæreticis tradiderunt, quos nunc nihilominus videmus inter catholicos nominari. Inde eſt unde etiam plebes hæreticorum ad fidem impiam roboratæ ſunt, dum hæretici in malo perſeverant, & qui putantur catholici, de bono recedunt, aliquoties ſuccumbentes hæreticis. Qua enim auctoritate hi tales epiſcopi contra hæreſim prædicant, cui ſe ſubſcripſiſſe negare non poſſunt? & qua fiducia catholicam fidem plebi ſuadere nitantur, cum conſtet quod eam impiis ſubſcriptionibus reprobaverint?

XVIII. Videtis ne etiam veſtris temporibus, (ſed ut credimus ignorantibus vobis) fidem quidem piam, D atque utinam vel vere, ſed etſi vere, cum quadam tamen injuſtitia vindicari, cum per indignos epiſcopos vindicatur in afflictionem piam fidem defendentium ſacerdotum, & in perniciem fidelium laicorum? Sed nefas putatur tot prævaricatores dejicere, conſentientem ad injuſtitiam turbam reprobare. Et ubi eſt juſtitia veræ religionis, ſi addicenda eſt impiæ multitudini, & hoc ſub piiſſimis & religioſiſſimis imperatoribus? Non ſic in diluvio judicatum eſt ut turba vinceret infidelium. Sed Noe ille juſtiſſimus ideo magis Deo placuit, quod in illo excidio mundi ſolus juſtus inventus eſt. Nihilominus & in Sodoma & Gomorra graves pœnas dedit impia multitudine: unde hoſpitalis unus Loth ob ju- E ſtitiam liberatus eſt cum duabus tantummodo filiabus. Sed nec Dei æmulator Elias, qui fuit ſingularis, obtentus eſt, cum adverſus illum quadringenti quinquaginta falſi ſacerdotes mitterentur. Sed omnis turba illa impia ſacerdotum luit pœnas ſub

[a] Matth. x. 33.

1. *Sanctus vir Maximus* cet.] De his & ſequentibus erudite pro more ſuo edifferit Mazochius l. c. tom. II. pag. 578. ſeq.

2. *Fruens*] Certo certius eſt, pro *fruens* unius additamento litteræ, *fervens* ſcripſiſſe auctores. *Fervere* autem *æmulatione* ſive incenſiſſima cupiditate; præterquam quod *κυριώτατον* eſt, duobus aliis hujus libelli locis firmatur. Nimirum infra §. XXIII. *Epheſium epiſcopum ſanctæ* FIDEI ÆMULATIONE FERVENTEM. Et ſeq. §. XXIV. *Ad divinam æmulationem ..... ſuccenſus*. Nam *fervens* & *ſuccenſus* eſſe omnino ſynonyma vel pueri animadvertunt. Ac plurima paſſim in iſto virulento quidem, ſed tamen utili ac diſertiſſimo opuſculo fœda ſunt ulcera, quæ medicam opperiuntur manum. MAZOCH. l. c.

3. *Correxiſſe*] Notione intranſitiva pro *ſe correxiſſe*; ſicuti & *ſurgo* & *pergo*, ex *ſurrigo* & *perrigo* contracta, neutra ſunt, ID. *ibid.*

unius fidelis manum, & hoc sperante rege Achab, A qui falsos sacerdotes impie vindicabat. Sed nec Jehu rex Israel detulit impiæ multitudini sacerdotum. Denique omnes falsos sacerdotes, qui sub rege Achab fuerant in culmine, cum religiosa fraude in domum religionis impiæ convocasset, quasi eos post ritus religionis remuneraturus, jussit occidi, ita ut nemo de his superesset. Et legimus quia ob hoc factum ita placuit Domino, ut filii ejusdem regis quarta progenie sederent in throno Israel.

XIX. Sunt & alia multa simillima exempla. Quæ quidem nos non ideo dicimus, quasi qui velimus alicujus sanguinem fundi. Absit hoc a votis nostris: hoc enim qui fieri cupit, exorbitat a legibus Christianis. B Factum est quidem tunc, quia & illo tempore id ipsum divina lege fieri licebat, quando adhuc totum corporaliter agebatur, donec cresceret instructio spiritualis. Sed non, quia nunc non licet bonis & fidelibus falsorum sacerdotum sanguinem cupere, idcirco fideles falsis sacerdotibus addicendi sunt, ita ut gravissimis eorum persecutionibus affligantur. Falsum videatur quod dicimus, si non variis in locis Ecclesiæ fidelium sacerdotum alibi invasæ, & alibi destructæ sunt: si non interpellationibus illorum sancti quique comprehensi, & diu ad injurias inclusi, & postremo missi sunt in exsilium: si non etiam & ceteri quidam in carcere, alii autem tracti & cæde multati animas reddiderunt, ob C nullam aliam caussam, quam quia metu divini judicii nolebant communicare cum perfidis vel sociis perfidorum.

XX. In Hispania Vincentius presbyter, veræ fidei antistes, quas non atrocitates prævaricatorum passus est, eo quod nollet esse socius impiæ prævaricationis illorum, eo quod beato Gregorio communicaret? Illi, inquam, Gregorio, cujus supra ut potuimus fidem virtutemque retulimus. Contra quem primum quidem interpellarunt Bæticæ provinciæ Consularem: tunc demum, sub specie intercessionis postulatæ, ex aliis locis plebeja colligitur multitudo: & irruunt die dominica in Ecclesiam, & Vincen- D tium quidem non inveniunt, eo quod ipse præmonitus, etiam populo prædixerat ne illo die procederet, quando cum cæde veniebant. Hoc enim putavit fieri melius, si iræ locum daret. Sed illi qui ad cædem parati venerant, ne sine caussa furor illorum venisse putaretur, certa Christo Deo devota ministeria quæ illic inventa sunt, ita fustibus eliserunt, ut non multo post exspirarent. Sed quia plebs sancta Vincentii presbyteri magis eos [1] precabantur post illas eorum cædes quæ in Dominico factæ sunt, egressi episcopi, ut plebs universa terreretur, ab ipsis principalibus incipiunt. Denique postulant exhibitionem decurionum civitatis illius, ut includerentur in carcerem: ex quibus unus principalis pa- E triæ suæ, eo quod fidem firmiter ut fidelis in Deo retineret, exsecrans labem prævaricationis, inter eos & ipse catenatus fame, frigore necatus est, cum gemitu & fletu illius provinciæ quæ honestam vitam ejus optime noverat. Egregii & catholici episcopi Luciosus & Hyginus hujus crudelitatis auctores fuerunt, & interea invaserunt quidem basilicam, sed fidem plebis invadere non potuerunt. Denique alibi in agello eadem plebs basilicam sibi fabricavit, ad quam cum sancto Vincentio conveniret. Sed satanas qui nusquam patitur Christum pie coli, inflammat eos, & iterum deposita postulatione ex diversis urbibus decurionum & plebeja multitudo colligitur. Simul etiam & presbyteri ejus ad locum veniunt, Ecclesiæ illius januas confringunt, diripientes inde quidquid ad sacra ministeria pertinebat. Et postremo, quod horroris est dicere, ad cumulum perpetrati sacrilegii, ipsum altare Dei, de Dominico sublatum, in templo sub pedibus Idoli posuerunt.

XXI. Hæc utique illi faciunt qui per pœnitentes de impia subscriptione suscepti sunt ad catholicam disciplinam propter bonum pacis & unitatis. Quid gravius gentilis cultor idolorum faceret, si haberet licentiam Ecclesiam persequendi? Sed apud Treviros Bonosus presbyter inclusus, intestatus, ac diu pœnas senex dedit propter observantiam intaminatæ fidei illius, pro qua & inclytus Paullinus ejusdem civitatis episcopus in exsilio martyr animam dedit. In ipsa quoque urbe Romana quam graves persecutiones fidelibus illatæ sunt, ubi & beatus Aurelius episcopus communicans beatissimo Gregorio afflictus est? Sed hic vir sanctus, licet sit sæpenumero afflictus, tamen propria accersione requievit. In Macarium vero presbyterum multa impiorum commissa sunt. Hic erat in eadem urbe Roma presbyter miræ continentiæ, non vino stomachum relevans, non carnis esculentia corpus curans, sed oleo solo escas asperiores mitigans, jejuniis & orationibus vacans. Sane pro merito fidei & abstinentiæ habebat gratiam sancti Spiritus in hoc, ut de obsessis corporibus ejiceret dæmonia. Ideo vitam ejus meritumque memoravimus, ut tanto magis impii judicentur ii, qui tales vivere non sinunt in Romano imperio.

XXII. Eodem Tempore gravis adversus nostros persecutio inhorruerat, infestante Damaso egregio Archiepiscopo, ita ut fidelibus sacerdotibus per dies sacros plebis cœtus ad deserviendum Christo Deo convocare libere non liceret. Sed quia pro conditione rerum quolibet tempore, vel clam salutis nostræ sacramenta facienda sunt, idem sanctus presbyter Macarius dat vigilias in quadam domo convocare fraternitatem, ut vel noctu divinis lectionibus fidem plebs sancta roboraret. Sed diabolus qui favet impiis, quia & impii favent diabolo, nec in occulto patitur divina sacramenta celebrari. Denique tendunt insidias clerici Damasi, & ubi cognoverunt quod sacras vigilias celebraret cum plebe presbyter Macarius, irruunt cum officialibus in illam domum, & plebem dissipant non resistentem, ipsumque presbyterum comprehensum, non jam ducere dignantur, sed per silices trahunt, ita ut in coxa ejus perniciosum vulnus fieret: atque alio die sistunt eum ante judicem, ut magni criminis reum. Cui quidem judex veluti sub imperiali rescripto & minis extorquere contendit, ut cum Damaso conveniat. Sed presbyter memor divini judicii, præsentem judicem non timens, repulit perfidiæ communionem; atque ideo datur in exsilium; & cum esset apud Ostiam, atrocitate illius vulneris moritur. Cujus quidem tanta fuit sanctitas, ut eum & episcopus loci illius nomine Florentius, communicans Damaso, cum quadam veneratione suspexerit. Namque cum in quodam vetusto monumento eum fratres sepelissent, non est passus idem Florentius jacere eum illic, ubi indigna sepultura videretur: sed transferens eum inde, sepeliit in basilica Martyris Asterii, ubi in loco presbyteri qui juxta sepulturam habent: hoc pio suo obsequio, in quan-

1. *Precabantur*] Forte *imprecabantur*. Oxon.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.

tum poterat, Damasi scelus a se facere contendebat alienum.

XXIII. Advertat tranquillitas vestra, si hoc fieri vultis in Romano imperio adversus sanctos & fideles, ab his qui prævaricatores sunt; nonne metus est, ne sanguis fidelium Romanum gravet imperium? Nam idem Damasus, accepta auctoritate regali, etiam alios catholicos presbyteros, nec non & laicos insecutus, misit in exsilium, perorans hoc ipsum per gentiles scholasticos, faventibus sibi judicibus: cum utique vestræ constitutiones adversus hæreticos decretæ sint, non adversus catholicos, & tales catholicos, qui fidem integram nec sub hæreticis imperatoribus reliquerunt, & quidem gravia multa perpessi. Sed & nuper tentavit graviter persequi beatissimum Ephesium episcopum, sanctæ fidei æmulatione ferventem, ordinatum intaminatæ plebi Romanæ a constantissimo episcopo Taorgio, & ipso illibatæ fidei viro, sub invidia falsi impositi cognomenti, per suos defensores interpellans judicem Bassum, quasi adversus Luciferianos. Sed Bassus, olim catholicam fidem venerans, sciebat in Lucifero nullam hæreseos fuisse pravitatem; quippe quem & bene noverat pro fide catholica decem annos exsilia fuisse perpessum, & pro constantiæ suæ integritate repulit accusationes Damasi, negans se facturum, ut homines catholicos & integræ fidei viros insequeretur: dicens maxime quod ipsæ constitutiones imperatorum contra hæreticos solummodo promulgatæ videantur, non contra hos qui sanctissimam fidem sine sæculi ambitione conservant.

XXIV. Et tunc primum erubuit Damasus, quod inventus est judex, qui solus imperialia scripta piissime interpretans tueretur. Nam & hoc ipsum necessarium est, ut falsi cognomenti discutiamus invidiam, qua nos jactant esse Luciferianos. Quis nesciat illius cognomentum tribui sectatoribus, cujus & nova aliqua doctrina transmissa est ad discipulos ex auctoritate magisterii? Sed nobis Christus magister est: illius doctrinam sequimur, atque ideo cognomenti illius sacra appellatione censemur: ut non aliud jure dici debeamus quam Christiani, qui nec aliud sequimur, quam quod Christus per Apostolos docuit. Hæreses autem ideo hominum appellationibus denotatæ sunt, quia & hominum commenta tradiderunt. Perdit enim in se Christiani nominis appellationem, qui Christi non sequitur disciplinam. Dicant nunc quid Lucifer novum docuerit, quod non ex Christi magisterio traditum est, quod non ab Apostolis discipulis Salvatoris transmissum est in posteros. Et bene, quod libros scripsit ad Constantium, non ut plerique gloriam captans ingenii, sed divina testimonia aptissime congerens contra hæreticos, & contra ipsum patronum hæreticorum, ad divinam æmulationem pro filii Dei amore succensus. Denotent quid illic contrarium scripturis, quid novum quasi hæreticus scripsit. Quos quidem libros, cum per omnia ex integro ageret, suspexit & Athanasius, ut veri vindices, atque in Græcum stilum transtulit, ne tantum boni Græca lingua non haberet. Parum est: quin etiam propriis litteris idem Athanasius eosdem libros prædicat, ut Prophetarum & Evangelistarum atque Apostolorum doctrinis & pia confessione contextos. Et quamvis plurimis in eum laudibus erigatur, tamen non æquat ad meriti ejus præconium, & quidem cum amplius laudare non posset: [1] ita rerum supereminentia quævis laudans lingua superatur.

XXV. Sed Lucifer, ignarus licet artificiosæ eloquentiæ, tamen ut prophetico & evangelico atque apostolico more scriberet, quod super omnem humanam eloquentiam est, habuit gratiam sancti Spiritus ex merito rectæ fidei & sinceriffimæ conscientiæ, per quem & divinas virtutes operatus est, non solum in Sardinia, sed in ipsis quoque quatuor exsiliis: usque adeo [2] ut eum adversarii magnum dicerent, cum apostolicas per eum virtutes fieri negare non possent. Venit ad hunc & sanctus Gregorius, & admiratus est in eo tantam doctrinam scripturarum divinarum, & ipsam vitam ejus vere quasi in cælis constitutam. Jam quantus vir Lucifer fuerit, cum illum admiretur & Gregorius, qui apud cunctos admirabilis est, non solum ex collisione illa Osii, sed & ex divinis virtutibus, quas habens in se gratiam sancti Spiritus exsequitur? Quid ergo & in hoc impii sunt? Cum Lucifer secundum scripturas divinas & crediderit, & docuerit, & vixerit, & in nomine Christi sit virtutes operatus; ad opprimendos veræ fidei vindices Luciferi nomen imponunt, nescientes miseri summum se committere sacrilegium, cum doctrinam Christi sub hominis appellatione designant; sicut & in hoc impii sunt, quando sacrilegas institutiones pro arbitrio hominum editas, sub Christiani nominis auctoritate defendunt. An non summa impietas est, iniquitates suas & sacrilegia sub Christi nomine vindicare? an non impietas est, piam doctrinam sub Christi nomine consecratam, humanis appellationibus denotare? Sed hæc fraus, hæc atrocitas, adversus fideles in Hispania, & apud Treviros, & Romæ agitur, & in diversis Italiæ regionibus.

XXVI. Afferendum nunc necessario est quod in his partibus gestum est: ubi egregii episcopi, non fidei veritate, sed sola catholici nominis appellatione vestiti, non solum per judices, neque tantummodo per manum militarem, fideles & veros catholicos dissipant, sed & interdum per suos clericos, ignorantibus judicibus vel etiam dissimulantibus, atrocia exercent. Et qui finis erit, si cuncta referamus, quæ singuli quique fidelium passi sunt atque patiuntur? Unum tamen atrox persecutionis facinus ad compendium referendum est, quod in Ægypto apud Oxyrinchum commissum est sub totius testimonio civitatis. Certa pars est apud Oxyrinchum sanctæ plebis, in cujus sacro numero plerique, quanto intentius ad res divinas studium curamve posuerunt, tanto solicitius diligentiusve fidem catholicam inviolabiliter servare contendunt: ita ut se nullis hæreticis, nullisque prævaricatoribus per divina commisceant sacramenta. Ad hanc observantiam plerique eorum eruditi sunt exemplo & monitu [3] beati Paulli, qui iisdem fuit temporibus quibus & famosissimus ille Antonius, non minori vita neque studio, neque divina gratia, quam fuit sanctus Antonius. Novit hoc & ipsa civitas Oxyrinchus, quæ hodieque sanctam Paulli memoriam devotissime celebrat. [4] Sed & ipsa pars plebis, ubi vidit episcopum illius civitatis, nomine Theodorum, in impiam prævaricationem fuisse collapsum, ita ut non solum fidem integram conde-

1. Ms. *Ita rerum ejus supereminentia quævis laudans lingua superatur.*
2. Ms. *Ut eum adversarii magum dicerent.*
3. Ms. *Beatissimi Paulli.*
4. Ms. *Sed hæc ipsa pars plebis.*

mnaret, neque ut tantummodo impie subscriberet, [1] sed ut laicum se fieri ab impio Georgio pateretur, & denuo ab ipso hæretico episcopum ordinari, exsecrata est ejus communionem, habens secum presbyteros & diaconos illius illibatæ fidei, per quos [2] fruebatur divinis sacramentis, una cum supermemorato beatissimo Paullo. Sed postea etiam episcopum sibi per tunc temporis episcopos catholicos ordinavit, sanctum Heraclidam, tanto magis idoneum, quanto & firmius contra hæreticos & prævaricatores debuit ordinari, qui & in vita esset perspicuus, a prima ætate Deo deserviens, contemtis bonis sæcularibus, & in fide & doctrina perfectus exsistens. Unde & pro apostolica fide, & pro doctrina evangelica, pro conversatione cælesti apud cunctos illic B venerabilis est, solis tantummodo hæreticis & prævaricatoribus displicens. Unde & Deo magis placet cum talibus displicet. Sed hic tantus ac talis ita cœpit exercere pontificium, ut ad opinionem fidei ejus & doctrinæ atque ipsius sanctissimæ conversationis, plerique etiam de longissimis regionibus advenirent, exsecrantes nefariam prævaricatorum societatem, ejusque sacrosanctum consortium desiderantes. Sed ille egregius bis episcopus hoc non patitur. Et primum quidem vexat per publicas potestates: ita ut aliquoties solum intempesta nocte raptum per lancearios de urbe sustulerit. Sed cum eædem potestates non in hoc perseverant in quo temerarie cœperant: quod enim jus habere poterant C contra episcopum catholicum? unde & merito a cœpta persecutione cessarunt, maxime unus ex ipsis etiam divina plaga admonitus. Tunc egregius iste bis episcopus, jam propriis viribus nititur, & mittit turbam clericorum ad Ecclesiam beati Heraclidæ catholici episcopi, eamque evertit, destruens undique parietes: ita ut ipsum altare Dei securibus dissiparet, cum horrore totius civitatis & gemitu, quod illa Ecclesia everteretur, cujus episcopum etiam diversæ partis homines rectæ & illibatæ fidei confitentur.

XXVII. Advertite quæsumus, piissimi imperatores & rectæ fidei vindices, numquid pro tam impiis episcopis edicta proponitis, ut hi affligantur, D qui ob meritum fidei & sanctissimæ vitæ, mundo ipso pretiosiores sunt? Credite, religiosissimi imperatores, beatum Heraclidam unum esse de illo numero sanctorum, de quibus refert Scriptura divina, dicens; [a] *Circuierunt in melotis & in caprinis pellibus, indigentes, in tribulationibus & doloribus afflicti, quorum non erat dignus mundus.* Quomodo enim beatus Heraclida non talis est, qui omnia sæcularia respuens oblectamenta, per ipsas amaritudines confragosæ vitæ istius, æmulans dominica vestigia, nudus expeditusque virtutum iter salutare sectatur? qui sic pro divinæ amore fidei conspirat, sicut & sanctos legimus conspirasse, nihil habens de E sæculo, quam pro fide tribulationes & dolores, sic vivens, sic incedens, sicuti & illi sancti de quibus supra positum est testimonium? Merito ergo & beatus Gregorius, ceterique sancti episcopi, sanctimoniæ istius venerabili consortio, in malis afflictæ Ecclesiæ, velut divinis solatiis relevantur. Non solum autem in tam venerabilem episcopum grassatus est Theodorus, sed & in ipsam sanctissimam plebem ejus, quæ pro sincerissimi & fidelissimi sacerdotis A doctrina & moribus instituta est. Et longum est referri, quæ contra pudorem propositumve sacrarum virginum molitus est, quarum monasteria pro merito sanctimoniæ earum civitas ipsa veneratur. Sed & ipsos servos Dei aliquoties atrocibus afflixit injuriis, quos magis probaverat sanctiores. Sed quid mirum, si oves ut lupus affligeret, quarum bonum pastorem frequenter affligit?

XXVIII. Ecce qui sub vobis piis imperatoribus, & pro fide catholica venientibus, jactat se esse catholicum, evertens Ecclesiam catholicorum, persequens catholicos sacerdotes & servos Christi, nec non & sacras ejus virgines impie affligens. Hic est egregius & sanctissimus ille episcopus, qui cum fuisset primum a catholicis episcopis ordinatus episcopus, postea ab impio Georgio in laicorum numerum redactus, nihilominus ab ipso Georgio episcopus ordinatus est, in vexatione fidelium: sedens & communicans in una eademque civitate cum Apollonio Meletianorum episcopo, consentienti impietatibus Georgii, & cum ipso item Apollonio idem Theodorus persequens beatum Heraclidam, catholicæ fidei vindicem. Ecce cui quasi catholica basilica nunc tradita est Apollonii ex generalis edicti vestri auctoritate: cum utique idem Theodorus, qui quasi catholicus hæretici Apollonii basilicam accepit, similiter impie gessit, ut gessit & Apollonius: nisi quia atrocius gessit Theodorus, cum de episcopo catholico fit laicus, piam damnans fidem, & subscribens Arrianæ impietati, ut ab hæretico iterum episcopus ordinetur. Sane hinc se vult catholicum videri, quod & ipse nunc quosdam presbyteros seu diaconos Apollonii facit suasu quodam laicos, & eos iterum ordinat ut videatur turpissimæ istius ordinationis vicem referre quam passus est. Numquid non excedit omne sacrilegium, hæc ludibria sub nomine catholico vindicare, in afflictionem fidelium sacerdotum atque laicorum?

XXIX. Sed & apud Palæstinam in Eleutheropoli est sacra virgo Christi, nomine Hermione, generosis quidem edita natalibus, sed fide & sanctimonia multum facta generosior, ipsam virginitatem condecorans contemtu rerum sæcularium & humanæ gloriæ, ad quam plerique affectant, etiam qui se sæculo & concupiscentiæ carnis abrenunciasse gloriantur. Hæc in quantum castimoniam corporis sacro rigore custodit, in tantum animæ puritatem casta piæ fidei observatione conservat: non hæreticis, non prævaricatoribus communicans; eo quod intelligat corporis virginitatem nihil prodesse, nisi & integritatem animæ sacra confessione tueatur, labem adulterinæ communionis effugiens, & sectans salutaria sacramenta fidelium sacerdotum. Denique supplicat religiosis litteris apud beatum Heraclidam, ut ejus sacris visitationibus juvaretur. Sed pro beato Heraclida sanctus Ephesius visitat, qui id temporis ob utilitates ecclesiasticas ad episcopum Heraclidam de urbe Roma venerat. Hic est Ephesius, quem supra diximus illibatæ [3] plebi Romanæ episcopum a constantissimo Taorgio episcopo ordinatum. Sed cum venisset Eleutheropolim, non solum Hermione cum suo sacro monasterio relevatur, sed & quidam fidelissimi servi Dei. Inter quos etiam nobilis domus religiosi ad fidem catholicam Severi ex tribunis,

a Heb. xi. 37.

1. Ms. *Sed ut etiam laicum.*
2. Ms. *Fovebatur divinis sacramentis.*
3. Ms. *Plebis Romanæ episcopum.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 383.

diu quidem non communicans hæreticis & prævaricatoribus, sed [1] nondum qui invenisset catholicorum sacram communionem. Ubi autem vidit sanctum Ephesium, post multas examinationes probans eum catholicum, tradidit se ei in sacram communionem, beatum se judicans, quod domum suam ex insperato divina misericordia visitasset: tantam sancti sacerdotis adventu ductus in admirationem, non solum vitæ ejus puritate, sed & quibusdam cælestibus documentis. Est enim tantæ fidei & sanctimoniæ beatus Ephesius, ut quocumque perrexerit, [2] eum gratia divina comitetur. Probavit hoc & plebs sancta apud Oxyrinchum, beato Heraclidæ communicans, quæ illum ob meritum divinæ gratiæ pia ejus dilectione constricta, ut quondam Asiani Apostolum Paullum, cum magno fletu deduxit proficiscentem.

XXX. Non hæc laudandi studio loquimur, sed ut scire possitis, quam sanctæ & fideles animæ sub vestri nominis auctoritate gravissimis persecutionibus affligantur ab his, quos constat, ignorantibus vobis, etiam nunc usque aut hæreticos esse, aut prævaricatores, aut socios talium. Sed adversus sanctum Ephesium modicum quid conati in Palæstina hi, quibus sacra veritas onerosa est, postea destiterunt, metuentes in illo & fidei libertatem, & constantiam animi, & hoc ipsum cogitantes, quod magis hæresis eorum & impietas prodi poterat, si sub vobis catholicis imperatoribus integræ & constantis fidei episcopum acrius inquietassent. Ubi autem idem beatus Ephesius, invitatus fidelium litteris, in Africam navigavit, nobis apostolico more dans præceptum, ut circa sanctam fraternitatem divinis & ecclesiasticis officiis incumberemus, id ipsum, sancta illic fraternitate poscente, egregius Turbo Eleutheropolitanæ episcopus civitatis nostram exiguitatem despiciens, in nos cœpit velle consummare, quod in sanctum Ephesium consummare non ausus est, nesciens quod Christi Dei gratia etiam minimissimis servulis ejus patrocinetur, maxime pro caussa rectæ fidei laborantibus. Namque hic Turbo, postquam audivit quosdam se integræ fidei copulare, & per Dei gratiam rem veri crescere, nobis exitia minitatur, & turbat. Sed & Severi domus incendium minitatum veritati, qui tanto magis fidem Dei vindicat, [3] quanto & Romano imperio fideliter militavit. Tentat quoque & sacram virginem Hermionem insequi: quam feminam quicumque didicit, ut aliquam de evangelicis feminis admiratus est. Sed & singulis quibusque tendit insidias, qui nobiscum sacræ communionis consortio copulantur: veluti nefas objiciens, ex lege illa Babyloniæ, quod intra nostra domicilia, sine labe hæreseos, & sine communione perfidiæ, secundum evangelicas & apostolicas traditiones, desiderantibus fidelibus divina sacramenta celebramus. Simile enim furore & quondam Babylonii sanctum Danielem hostilibus odiis insecuti sunt, quod in sua domo Deum observantia divinæ legis adoraret. Hic est Turbo, qui diaconus fuit Eutychii hæretici, sub quo beatus Lucifer Eleutheropolitanæ civitatis patiebatur exsilium: qui & ipsum Luciferum, fidem libere vindicantem, multis atrocitatibus vehementer afflixit.

XXXI. Sunt adhuc hodie in Palæstina, qui in illo tempore insequentibus illis pœnas gravissimas dederunt, eo quod cum catholicæ fidei episcopo Lucifero convenirent. Negent, si non inter cetera sua atrocia, januam clausam securibus effregerunt: si non irruentes in Luciferum fidelissimum sacerdotem, divina quoque sacramenta verterunt, unumquemque illic de his fratribus qui convenerant impia cæde multantes. Negent, si non hodie apud se sancta mystica vasa quæ tunc impie Lucifero diripuerunt, cum sacris codicibus possident. Tunc utique Turbo cum Eutychio hæretico versabatur. Ex tunc se catholicum dicens, catholicos persequitur sub vestri nominis auctoritate, piæ spei contemplatione fidem catholicam vindicantis. Permittitis, piissimi imperatores, ut sub vestri nominis auctoritate, adversus fideles diu ubique dominetur impietas? Expedit enim hoc Romano imperio, quod tamen affectu & fide ejus quam Christo Deo exhibetis, observantiæ dicimus, ut qui Christum pie prædicant, persecutiones mortesque patiantur, ita ut nusquam liceat Deo pia altaria collocare, aut certe, cum collocata fuerint, destruantur? Sub impio Achab rege Israel, occisis prophetis altaribusque destructis, interpellat Helias Deum adversus Israel, dicens in libro Regnorum, [a] *Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua destruxerunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.* Hanc invidiosam interpellationem etiam vestris temporibus finitis ad Deum fieri a singulis quibusque fidelibus sacerdotibus? Si enim & taceant, numquid Deus hæc ipsa fieri ignorat? Quid putamus, quod sine offensione Dei hæc in veros catholicos & in veram ejus Ecclesiam perpetrentur, quæ olim adversus servos Dei perpetrata gravissime divinis animadversionibus vindicata sunt? Et unde sunt tot plagæ, quibus orbis Romanus quatitur & urgetur? Non opus est nunc nos singula quæque plagarum recensere, quæ tranquillitas vestra recognoscit cum æstu & solicitudine imperii sui. Communem istum dolorem vel tacendo mitigemus, ne non tam compati, quam exulcerare videamur.

XXXII. [4] Hoc quæsumus, piissimi imperatores, cogitare dignemini, quibus ex caussis ista proveniant. Utrum quia fideles servi Christi, metuentes leges divinas, nolunt cum infidelibus convenire, an quia veri catholici a falsis sacerdotibus obteruntur. Quomodo enim non falsi sacerdotes sunt qui jam non solum ob caussam prævaricationis supra expositam devitandi sunt, sed etiam quod plurimi quique eorum proprias etiam nunc hæreses vindicant sub ementita apud vos catholici nominis professione? Quis enim jam timeat episcoporum impia prædicare, cum toties commissa impietas honorata est, cum minime dejicitur sacerdotio? Denique cum sint alii eorum Origenistæ, alii Anthropomorphitæ, alii autem Apollinaris impii sectam tuentes, & triplici cuneo alii adversus sanctum Spiritum diversis studiis blasphemantes. Sed & ipsi quoque, qui pie inter eos putantur credere, Patris & Filii & Spiritus sancti tres esse substantias vindicantes, vel respuentes, nihilominus hi omnes de vestris gloriantur edictis, & sibi Ecclesias vindicant, cum has impias sectas patres nostri semper apostolica & evangelica auctoritate damnaverint. Quos quidem nunc discutere non est præsentis opusculi: sed tantum quod moveat ad horrorem intentum veræ fidei animum vestrum, dicimus.

a III. Reg. XIX. 14.

1. Ms. *Sed necdum qui invenisset.*
2. Ms. *Eum justitia divina comitetur.*
3. Ms. *Quantum & Romano imperio.*
4. Ms. *Sed hoc quæsumus.*

XXXIII. Una, ut opinamur, hæresis apud Ariminum sub hæretico rege suscepta est, & nunc sub vobis piis catholicis imperatoribus tot hæreses vindicantur, non minus impiæ, quam est Arrii impietas. Et cum adversus se libros vel epistolas singuli quique conscribant, tamen sibi omnes, vel ex directo, vel ex obliqua concatenatione communicant: inani studio philosophorum solis disputationibus litigantes, non ut Christiani ex devotione sacramenti, alter alterum velut impium devitantes; ut jam sicut in scholis ingenii videatur inter eos esse certamen, non autem sacra defensio veræ religionis: quandoquidem inter se sacramenta non separant, cum impiis sententiis ab invicem separentur. Hoc autem ideo faciunt, quia quidam eorum humanæ gloriæ, quidam vero avaritiæ student: & inde est quod sibi invicem sub impia dissimulatione conludunt, ut nec possessiones perdant Ecclesiæ, nec honores. Et interea, ut tot suas velent impietates, ad illusionem singulorum, veluti benignissimæ mentis indicia præferentes, ajunt ideo se etiam contraria sentientibus ecclesiasticæ communionis consortio copulari, ne bonum pacis in Ecclesia pereat. Quasi vero hujusmodi pax Christo Deo placeat, quæ in ejus Ecclesiam tantas recipit impietates. Sed hoc qui ita putant, [1] audiant descriptum, [a] *Et viam pacis non cognoverunt, non est timor Dei ante oculos eorum*. Sed apertius quoque & apud Hieremiam legimus [2] de pace impia & iniqua, sicut exsequitur testimonium subjectum, [b] *A pusillo eorum usque ad magnum, cuncti perpetrarunt iniqua, a sacerdote usque ad pseudoprophetam, universi operati sunt falsa, &* [3] *meditabantur obtritionem populi mei, pro nihilo constituentes, & dicentes, Pax, pax, & ubi est pax?* Et intendendum est quam atrocia de illis prosequatur, qui hac vanissima pace gloriantur. Sequitur enim: [c] *Confusi sunt quoniam defecerunt, & ne sic quidem confusionem sustinentes convenerunt, & ignominiam suam non cognoverunt. Propterea cadent in ruina sua, & in tempore visitationis infirmabuntur.*

XXXIV. Quid mali committimus, quid impie facimus, si servantes fidem Christo hujusmodi pacem respuamus, cujus tanta confusio & ignominia graviffimique exitus describuntur? Sed & isti egregii pacis amatores fidelibus sacerdotibus bellum exagitant. Quid enim vult diabolus, quam ut impii & prævaricatores sæculi pace glorientur? Quid enim vult diabolus, quam ut hi qui pii sunt & fideles infestantium persecutione vexentur? Hæc ideo pro-A secuti sumus, ne per vestram ignorantiam diu fundatur sanguis Christianorum pristinam fidem defendentium. Quid enim prodest, si sitis catholicæ fidei vindices, & patiamini catholicæ fidei sectatores ubique cruciari? ubique effugari? nusquam libere piam fidem prædicari? Habeant illi basilicas auro coruscantes, pretiosorumque marmorum ambitione vestitas, vel erectas magnificentia columnarum; habeant quoque porrectas in longum possessiones, ob quas & fides integra periclitata est: quid etiam suis impietatibus vindicant communes Romanis omnibus civitates, ut neminem in his pie vivere permittant, in quibus a plurimis etiam vana superstitio sine periculo colitur, & sine B illorum invidia vindicatur? Liceat saltem veritati, vel inter ipsa vilissima & abjecta præsepia, Christum Deum pie colere ac fideliter adorare, ubi & aliquando natus secundum carnem idem Christus infans jacere dignatus est. Hoc quod petimus, non ideo petimus, quasi expavescamus pro vero interfici. Deus testis est, qui verus speculator est cordis, quia per Dei gratiam nobis & summum refrigerium est, & certa spes futuræ beatitudinis, si pro hac fideli assertione jugulemur. Non ergo quasi qui timeamus perpeti, ideo sumus ista prosecuti: sed ne aliorum impietatibus & crudelitatibus sanguis effusus Christianorum diu piissimum vestræ principalitatis gra-C vet imperium. Maxime sub te, religiosissime Theodosi auguste, qui mira devotione contra omnes hæreticos christianæ religionis pia confessione conspiras, magnum nobis apud Deum fore supplicium credidimus, si apud te tam religiosum, tam piissimum imperatorem, & Christo Deo divino ac plenissimo timore consecratum, quem vere ad imperium Deus Christus elegit, quæ sunt veræ fidei ac veræ Ecclesiæ taceremus. Post hoc non ambigimus, quo solicitus agas qua pater imperii, ne in orbe Romano professæ fidei communionisque sinceritas affligatur. Quidquid in caussa sacræ fidei ac professæ veritatis sanctius gesseritis, tanto glorio-D sius & heic & in perpetuum Christi favore regnabitis. Ego MARCELLINUS presbyter, optans felicissimo imperio vestro securam quietem, & in regno Christi & Dei perpetuam beatitudinem; piissimi imperatores. Ego FAUSTINUS, qui non possum dignus vocari presbyter Dei, optans ut & heic multos annos clementissimæ divinitatis auxilio feliciter imperetis, & in futuro Christi filii Dei regno perpetuam cum sanctis beatitudinem consequamini, gloriosissimi imperatores.

a Psal. XIII. 3. b Jer. VI. 13. c Ibid. ✝. 15.


1. Ms. *Audiant de se scriptum*.
2. Ms. *De ea pace impia*.
3. Forte, *medicabantur*; in Vulgata, *curabant*.

Ad has preces ita lex Augusta respondit.

RESCRIPTUM THEODOSII
PRO
MARCELLINO ET FAUSTINO
PRESBYTERIS.

SAlve Cynegi carissime nobis. Etsi nulla humanis pectoribus major quam divinæ legis debet esse reverentia, nec adjici quidquam ad eamdem possit, cujus ambitiosa præstantia, mundi terræque moderatrix, omne quod sub nobis esse voluit, favore omnipotentis Dei propitiata custodit: tamen

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 383.



per Faustinum & Marcellinum pleniſſimos fidei ſacerdotes interpellata clementia noſtra, veriti ſumus, ne ſi per nos nihil fuiſſet reſponſum petentibus, nos videremur annuere iis, qui divinæ legi cui ſervimus, contra propoſitum noſtrum aliquid addidiſſent. Atque ideo ita utrumque moderamur, ut petitionem quæ eſt oblata veneremur; fidei autem nihil ex noſtro arbitrio optemus vel jubeamus adjungi. Nemo umquam tam profanæ mentis fuit, qui cum ſequi catholicos doctores deberet, quid ſequendum ſit doctoribus ipſe conſtituat. Et ſane probabilis & juſta laudatio precum eſt, quæ omnem prope ſeriem hæreticæ ſuperſtitionis, quæ contraria eſt catholicæ fidei, ordinemque complexa eſt. Nam & unde exorta, & quo provecta auctore fuiſſet aperuit. Quippe cum perſuaſu quorumdam, totius ſæculi antiquitate mutata, acti pro fide in exſilium, innocentes, vitam cum ſumma laude poſuerunt. Sed circa eos non eſt dilata ultio, qui inſidiati bonis moribus & cæleſtibus inſtitutis, paulliſper ex contentione, non fide ſed factione, multorum mentes deteſtanda inſinuatione perverterent. Nam uſque adeo omnipotentis Dei mota patientia eſt, ut pœna quæ criminoſis poſt facta debetur, exemplo omnia ante facta ſentirent. Sed ne hoc quidem facto converti ad præceptum Dei flectique potuerunt: ca- A tholicos occultis molitionibus urgent, inſequuntur, oppugnant. Tanta perſeverantia erroris eſt, ut cum aliis diverſæ obſervantiæ ſectatoribus quotidie peccare malint, quam cum catholicis recta ſentire. In quo petentium laudanda illatio eſt, qui cummunicantes Gregorio Hiſpanienſi & Heraclidæ Orientali, ſanctis ſane ac laudabilibus epiſcopis, optant in fide catholica ſine oppugnatione alicujus ac moleſtia vivere, nulliſque appetentium inſidiis circumventionibuſque pulſari: quippe quibus placeat ſuſceptam ſemel fidem omni cum religione ſervare. Sit itaque inviolatum quidquid eſſe meruit æternum. Non conventio aliquid, B non appetitio, non fraus attentet aliena. Utantur quo in loco voluerint propoſito ſuo; utantur ad catholicam fidem amore divino. Cynegi parens cariſſime & amantiſſime, ſublimitas tua præceptum noſtræ ſerenitatis quo fidem catholicam omni favore veneramur, & ſine qua ſalvi eſſe non poſſumus, ita jubeat cuſtodiri, ut Gregorium & Heraclidam ſacræ legis antiſtites, ceteroſque eorum conſimiles ſacerdotes, qui ſe parili obſervantiæ dederunt, ab improborum hominum atque hæreticorum tueatur & defendat injuriis, ſciantque cuncti id ſedere animis noſtris, ut cultores omnipotentis Dei non aliud niſi catholicos eſſe credamus.



S. PHILASTRII
EPISCOPI BRIXIENSIS
LIBER
DE HÆRESIBUS,

Ad fidem ms. codicis Sangermanensis recognitus

ET

pluribus in locis ſuppletus.

VETERUM TESTIMONIA
DE
S. PHILASTRIO
EPISCOPO BRIXIENSI.

I.

S. GAUDENTIUS, *Serm.* De vita & obitu B. PHILASTRII prædeceſſoris ſui, *pag.* 370. *edit. Brix.*

CAriſſimi, nos hodie memores promiſſionum Chriſti, honorem debitum patri noſtro PHILASTRIO tamquam vere viventi deferimus. Eſt enim Patriarcharum filius, & ſocius in Fide, & æmulator converſationis: quorum ſinceritati ſimil- A limus, & qualem Chriſtum vivere Deo pronuntiat, incredulitatem Sadducæorum valida perſcriptione refellens, dum dicit illum qui nuncupatur Deus Abrahæ & Iſaac & Jacob, non eſſe Deum mortuorum, ſed vivorum. *cet.*

IDEM *Homilia* XVI. *quæ eſt* de Ordinatione ſua *ibid. pag.* 334.

Quonam ergo hæc ſpectat tractatio? nempe ut veſtra dilectio evidenter intelligat, quanta vis meam compulerit parvitatem arduis obſecundare præceptis, atque aperire os meum ſub tantorum præſentia ſacerdotum, & maxime poſt illam venerandæ memoriæ patris mei PHILASTRII eruditiſſimam vocem, quæ per gratiam Spiritus ſancti large affluens, hanc eccleſiam in fide Trinitatis adorandæ fundavit, in vera ſpe, & caritate perfecta conſtituit, ad virtutes erexit, in pace reliquit.

IDEM præf. ad Servum Chriſti benevolum *ibid. pag.* 218.

Nec mirum ſi hodie taliter in timore Domini converſeris, qui necdum percepta baptiſmi gratia ita pro fidei cæleſtis veritate pugnaſti, ut imbu- B tum te admirabilibus doctrinis apoſtolici per omnia viri patris noſtri PHILASTRII, tantæ conſtantiæ teſtimonium approbarit.

II.

S. AUGUSTINUS *præf. ad Quodvultdeum*, libro *de Hæreſibus* præmiſſa.

PHILASTRIUS quidam Brixienſis epiſcopus, quem cum S. Ambroſio Mediolani etiam ipſe vidi, ſcripſit hinc librum, nec illas hæreſes prætermittens quæ in populo Judæo fuerunt ante adventum Domini, eaſque XXVIII. commemoravit, & poſt Domini adventum CXXVIII. Scripſit hinc etiam græce epiſcopus Cyprius Epiphanius in doctrina catholicæ fidei laudabiliter diffamatus; ſed ipſe utriuſque temporis hæreſes colligens, LXXX. complexus eſt. C Cum ergo ambo id vellent facere quod a me petis, quantum tamen inter ſe differant de numero interim ſectarum, vides: quod utique non eveniſſet, niſi aliud uni eorum videretur eſſe hæreſis, & aliud alteri. Neque enim putandum eſt aliquas ignoraſſe Epiphanium quas noverat PHILASTRIUS: cum Epiphanium longe PHILASTRIO doctiorem invenerimus; ita ut PHILASTRIUM potius dicere deberemus latuiſſe plurimas: ſi tamen plures eſſet ille complexus, & iſte pauciores. Sed procul dubio in ea quæſtione ubi diſceptatur quid ſit hæreſis, non idem videbatur ambobus: & re vera hoc omnino definire difficile eſt.

IDEM *libro* de Hæreſibus *cap.* XLI.

PHILASTER Brixianus epiſcopus in prolixiſſimo libro quem *de Hæreſibus* condidit, & CXXVIII. hæreſes arbitratus eſt computandas, Sabellianos continuo poſt Noetianos ponens *cet.*

Nominatim iterum citat capp. 45. 53. 57. 67. 71. 80. *atque ex* PHILASTRIO *repetiſſe ſe quæcumque a cap.* 58. *ad* 80. *habet*, *innuit*. Et alias quidem (*inquit cap.* 80.) ipſe commemorat, ſed mihi appellandæ hæreſes non videntur. Quaſcumque autem ſine nominibus poſui, nec ipſe earum nomina memoravit. *Viciſſim* cap. 70. *poſuit nomen* PRISCILLIANORUM, *quod in* PHILASTRII *libro non legitur*.

III.

AUCTOR Prædeſtinati *cap.* LII.

PHILASTER ſcribit Macedonium Spiritum ſanctum deitatem Patris & Filii dicere, quo dicto videtur proprietatem ſuam ſancto Spiritui denega- D re. *Hæc nuſquam apud* PHILASTRIUM *leguntur*, *ſed ex Auguſtini cap.* LII. *petita ſunt*, *ut Cotelerius tom.* I. Monument. *p.* 773. *recte annotavit*.

IDEM *cap.* LVII.

Verum quia PHILASTER in ſuis & ipſe libris quibus diverſorum retexit hiſtorias, etiam hæreſes quæ ortæ fuerint ceteris quibuſque temporibus, ex ejus nunc libris diſcerpendo, ſolas hæreſes in me-

dium exhibemus. *Citat deinde nominatim cap.* LXXII. A septuagesimam & secundam hæresim Rhetorianorum a Rhetorio inchoatam, PHILASTRIO scribente invenimus. *Sed & hoc, & alia a cap.* 58. *ad* 80. *non ex ipso* PHILASTRIO *quem numquam videtur inspexisse, sed ex Augustino transscripsit.*

I V.

S. DAMASUS *Epistola Synodica ann.* 371. *in Collectione Holstenii Romana, edita ann.* 1662. 8. *pag.* 166.

Sed Gallorum & Venetensium fratrum relatione comperimus, nonnullos non hæresis studio, neque enim hoc tantum malum cadere in Dei antistites potest, sed inscitia vel ex simplicitate quadam scævis interpretationibus æstuantes, non satis dispicere quæ magis patrum nostrorum sit tenenda sententia, cum diversa consilia eorum auribus ingeruntur. Denique Auxentium Mediolanensem hac præcipue caussa damnatum esse perscribunt.

V.

Gesta Concilii Aquilejensis contra Palladium & Secundianum hæreticos (Arianos) *A. C.* 381.

Syagrio & Euchério viris clarissimis Consulibus, Nonis Septembribus, Aquilejæ in ecclesia considentibus cum episcopis, Aquilejensium civitatis Valeriano, Ambrosio (*Mediolanensi*,) Eusebio (*Bononiensi*,) Limenio (*Vercellensi*,) Anemio (*Sirmiensi Illyrici*,) Sabino (*Placentino*,) Abundantio (*Tridentino*,) Artemio, Constantio (*episcopo Sciscianensi*, *legato Gallorum*,) Justo (*legato Gallorum*,) PHILASTRO (*episcopo Brixiano*,) Constantio (*Arausico episcopo*,) Theodoro (*Octodorensi*,) Almachio, Domnino (*Gratianopolita-* B *no*,) Amantio (*Niciensi*,) Maximo (*Emonensi*,) Felice, Basiliano (*Laudensi*) Numidio, Januario, Proculo (*Massiliensi*,) Heliodoro (*Altinensi*,) Jovino, Felice (*Jadrensi*,) Eventio (*Ticinensi*,) Exsuperantio (*Dertonensi*,) Diogene (*Genuensi*,) Maximo, Macedonio, Cassiano, Marcello & Eustathio. Ambrosius episcopus dixit *cet.*

PHILASTER episcopus Brixianus dixit : Blasphemias & iniquitatem Palladii qui Arianam doctrinam sequitur & defendit, una cum omnibus ego condemnavi.

V I.

S. GREGORIUS Magnus *lib.* VI. *Epistola* XV. *ad Georgium presb. & Theodorum diaconum CP.*

Sed ne dilectionem vestram in mea disputatione immorer, quid de hac hæresi PHILASTER in libro quem *de Hæresibus* scripsit, dixerit, recognoscat. Cujus hæc verba sunt [1] : *Sunt hæretici qui dicunt Dominum in infernum descendisse, & omnibus post mortem etiam ibidem se nuntiasse, ut confitentes* C *ibidem salvarentur ; cum hoc sit contrarium dicenti prophetæ David :* In inferno autem quis confitebitur tibi ? *Et Apostolus :* Quotquot sine lege peccaverunt, sine lege peribunt. Cujus verbis beatus quoque Augustinus [2] in eo libro concordat, quem de Hæresibus scripsit.

V I I.

ANONYMI *Carmen sapphicum pentametrum* [3] *ad laudem* B. PHILASTRII episcopi.

Fertilem cantum habitator omnis,
Quo fluit [4] Cleosa, fluit atque Mella,
Circuit currens Ollium recurvum,
Concine mecum.
Istius cantus modulator adsit
Nostra [5] Benaci habitans & ora :
Liber, & servus; recinantque cunctis
Vocibus odas.
Læta plebs cuncta populi resultet;
Brixiæ quisquis genitus & hospes,
Clerus & laici populi phalanges,
Sexus & ætas,
Ad melos tanti patris excitemur,
Ossibus cujus fruimur, perenne;
Præsul & quisquis fuit in hac urbe
Tempore prisco.
SEPTIMUS sedis solio resedit
Brixiensis hic bonus & beatus,
Nobilis prudensque, FILASTRIUS qui
Nomine dictus.
Turribus quorum genitus hic fuit,
Nullus ex nobis meminit, [6] sapit nec:
Scimus hoc sed nos, Abraham beatum
Esse secutum.
Rebus & notis patria relictis,
D Ac fide se se comitante semper,
Dogma quæsivit jugiter supernum
Sensibus imis.
Is vigil sacros relegendo libros,
Continens, solus veluti fuisset,
Instruit se se sapiens amore
Valde superno.
Vir bonus, simplex, bonitate fartus,
Portionem qui propriam suamque
Esse credebat Dominum Deumque,
Sorte perenni.
Sorte divina sacer est sacerdos
Consecratus; tum studuit deinceps
Orbis ad metas populos docere
Dogmate sancto.

1. Cap. CXXII.
2. Cap. LXXIX. de hæres.
3. Carminis hujus meminit B. Rampertus Brixiensis episcopus Serm. *de translatione S. Philastrii*, §. X. pag. 399. edit. Brix.
4. Fortasse, *Clysis* aut *Clesis*, ut in mss.
5. Al. *Noster*.
6. Al. *sapive*.

Barbaras gentes idolis recurvas,
Atque Judæos homines iniquos,
Perfidos contra monitis supernis
Restitit ipse
Regis æterni amabilis minister;
Perfidæ sectæ monita magis sed [1]
Arrianorum fore falsa dixit,
Semper ubique
Intimo sensu veluti repugnans.
Sedulis flagris sua membra fundunt
Cæsa currentem rosei coloris
Sæpe cruorem.
Curiosus dum jugiter moneret,
Impiis tantum licuit in ipsum,
Ut suis membris nimium referret
Stigmata Christi.
Sed tibi, Auxenti, miser, imperite,
Restitit fortis fidei vigore,
Morsibus vestris populum refellens
Usque cruentis.
In fide multas populi cohortes
Urbis orbem per stabilivit ipse;
Brixiam donec adiit, volente
Rege polorum; [2]
Et rudem, sed tunc cupidam moneri,
Insciam quamquam, tamen ad docendum
Firmiter promtam, studio sagaci
Ingenioque.
Nam rudem plebem, maculas habentem
Exuit multas veteres, novisque
Induens, ipsam recreando Christo,
Moribus almis.
Sanctus hic vates fuit hujus ævi,
Nescius pompæ, Domini honoris
Arduus cultor, sua non requirens;
Euge fidelis.
A Istius secli vacuos honores
Credidit vilis pretii fuisse,
Lege sub Christi meditatus est qui
Nocte dieque.
Sæculi magna & pretiosa quæque
Sprevit ut parvum, nihilumque duxit;
Venditores sed pretii minoris
Auxerat emtor.
Patris affectu patiens, ad iram
Et brevis, nec non facile remittens;
Dulcis, humanus, sobrius, benignus,
Omnia cunctis.
Rectus & judex, medicusque prudens,
Spiritalem qui sapuit medelam:
B Miscuit Baccho latices olivi,
Vulnera curans.
Ac pater quamvis minimis fuisset
Nexior semper, tamen ipse nexus
Sexus, ætatis, famulatus atque
Nobilitatis.
Euge mirandus, imitandus atque;
Vilis & grati habitus fuitque:
Vilitas spurco caruitque gestu,
Gratia fastu.
Sexies terna rapuit dies quem
Julii mensis, lacrimante clero;
Flente sed multum populi caterva
Vocibus altis.
C Unde nos semper meritis beatis,
Credimus nostri relevarierque
Fasce peccati, veniæ locumque
Posse tenere,
Luminis Patris, Genitique si sit,
Spiritus sancti, miserendo nostrum,
Gratia perpes jugibus medelis
Omnibus annis. Amen.

VIII.

B. RAMPERTUS *Brixiensis episc. tract.* de Translat. S. PHILASTRII *cit. edit. Brix. pag.* 387.

Triginta Brixienses episcopi sunt quos meminimus, qui in altari nomini beati PHILASTRII dicato & super caput ejusdem posito, preces Missarum D celebraverunt; & diem transitus ejus venerantes, ab omni terreno opere Brixiensem populum abstinere jubentes, reverenter honoraverunt. *cet.*

IX.

AUCTOR *Appendicis ad Ildefonsum de* Scriptoribus Eccles. *cap.* 3.

PHILASTRIUS Brixiensis episcopus: hic longe ante beatissimum Augustinum edidit librum *de Hæresibus*, singulas quasque demonstrans, sive quæ in populo Judæorum ante incarnationem Christi fuerunt, quas viginti octo enumerat; sive quæ post Domini Salvatoris adventum adversus catholicam fidem exortæ sunt, quas idem centum viginti octo esse describit: sicut & de eo idem vir magnæ gloriæ Augustinus meminit.

X.


Martyrologium Romanum XVIII. *Jul.*

Brixiæ, Natalis S. PHILASTRII, ejusdem civitatis episcopi, qui adversus hæreticos, præsertim Arrianos a quibus multa passus est, plurimum verbis scriptisque pugnavit; demum clarus miraculis confessor in pace quievit.

1. Al. *magisque*.

2. Al. *poplorum*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 384.




S. PHILASTRII
EPISCOPI BRIXIANI
IN LIBRUM DE HÆRESIBUS
[1] PRÆFATIO.

De hæreseon diversa pestilentia, variisque erroribus qui ab origine mundi emerserint, & sub Judæis defluxerint, & ex quo venit Dominus noster Jesus Salvator in carne, pullulaverint, dicere oportet, numerumque earum paullatim exponere, inimicumque humani generis perdici fuisse a Jeremia propheta [a] non immerito comparatum agnoscere, qui cum infecunditatem patiatur, sæpius aliorum furtim fetus incubans, quasi suos jam fovet ac vindicat filios usque ad tempus aliquod; cumque eis jam tempus ætatis discernens adcreverit, tunc omissis falsis parentibus, jura parentum sensu proprio recordantes, palamque oculis intuentes, sequi eos amplius non demorantur. Quorum caussa nobis similitudo hæc nuntiata est, quod diabolo relicto impietatis caussa, ejus qui orbem terrarum sua sub ditione cum tenere putaret, postquam vero Christo A parente a nobis viso & recognito, omissa falsitate parentis mendacissimi, jam veri parentis Christi vestigia sequi omnis homo non moratur agnoscens: quotidie per ænigma compleri enim cognoscimus prophetiam Jeremiæ beatissimi ita dicentem: [b] *Clamavit perdix, collegit quæ non parturiit, faciens sibi divitias non cum sapientia, in medio dierum derelinquent eum, & in postremo erit insipiens.* Quod nunc deferentes quotidie omnes gentes idololatriam mortiferam inimici, Christum etiam verum Dominum de lege & prophetis audientes, eumque cum Patre semper esse credentes ac recordantes, æque ad eum modis omnibus supplices properant pervolare, B ut compleatur prophetia: [c] *Recordabuntur & convertentur ad Dominum* Christum *omnes fines orbis terrarum.*

a Jer. XVII. 11. *b* Ibid. sec. LXX. *c* Psalm. XXII. 27.

1. In ms. cod. Sangermanensi, olim Corbejensi, ad quem exegimus hunc S. Philastrii librum *de Hæresibus*, desunt *Præfatio* & qui mox sequitur *Catalogus eorum qui ante adventum Christi hæreseos arguuntur*: hisque incipit verbis: *Incipit liber Filastri de Heresibus. Post passionem Christi* cet.



CATALOGUS
EORUM QUI ANTE ADVENTUM CHRISTI HÆRESEOS ARGUUNTUR.

I.
Ophitæ.

Primi sunt Ophitæ, qui dicuntur Serpentini: isti colubrum venerantur dicentes, quod hic prior initium nobis scientiæ boni & mali attulerit. Unde ei Dominum invidisse asserunt, quia scientiam primus detulerit mulieri, bonæ rei atque malæ, perque illam ita ad genus omne hominum permanaverit, propter quod & de cælo primo dejectus est, inquiunt, in alterum, unde eum & de cælo ajunt adventurum: & velut aliquam Dei virtutem esse eumdem æstimant, atque eum adnuntiant adorandum.

II.
Cajani.

Cajani, qui Cain laudant fratricidam, primogenitum patris nostri ac beati Adæ protoplasti, dicentes ex altera virtute, id est diaboli, Cain factum; ex altera autem Abel beatissimum natum, & virtutem majorem quæ erat in ipso Cain, invaluisse ut suum interficeret fratrem.

C

III.
Sethiani.

Sethianorum hæresis, quæ Seth filium Adæ postea genitum, hocque appellatum nomine veneratur, quod post interfectionem Abel beatissimi natus est, ex quo & Sethiani appellantur, colentes eum & dicentes, quod duobus creatis hominibus in initio, & Angelis in dissensione constitutis, tenuit virtus in cælo feminea: apud eos enim masculi & feminæ, dii deæque esse putantur. Quod pervidens, inquiunt, mater, quia occisus est Abel justus, cogitavit ut pareret justum Seth, in quem & collo- D cavit magnæ virtutis spiritum, ut possent destrui virtutes inimicæ. De Seth autem ipso Christum Dominum genus deducere ajunt. Quidam autem ex eis non solum genus de eo deducere, sed etiam ipsum Christum esse asserunt atque opinantur.

IV.

DOSITHEUS.

DOsitheus quidam postea, Judæus genere, ausus est dicere, secundum carnem solum esse vivendum in lege Domini, deque ea non sperans resurrectionem futuram, nec Dei Spiritum, nec Angelum esse credens, nec futurum judicium de lege atque prophetis exspectans.

V.

SADDUCÆI.

SAdducæi post ipsum, a Saddoc homine Judæo qui hoc nomine vocabatur, qui discipulus fuit illius qui & confirmavit hanc hæresin, ut ex eo Sadducæi dicerentur: secundum carnem æque solum prædicant vivendum, circumcidendum, corpusque baptizandum. De lege autem divina non aliud exspectantes, Epicuream dementiam potius, quam divinæ legis jura sectantes. De quibus & in Evangelio scriptum est, docente Domino, contraque hanc hæresin pestiferam prædicante.

VI.

PHARISÆI.

PHarisæorum alia est quæ resurrectionem futuram confitetur, legem accipit & prophetas, Christum autem exspectat ut justum hominem. Hi judaizant & Evangelia non accipiunt, & quædam tempora Christo Domino nostro esse contraria afferunt.

VII.

SAMARITANI.

SAmaritani a Samario rege ita nuncupati sunt. Alii autem ajunt a filio Chanaan, qui hoc nomine Samarius vocabatur, a quo Samaritani sunt appellati. Isti legem accipiunt Moysi, id est quatuor solum libros, judicium futurum non exspectantes, resurrectionem negantes, Christum Dominum, Dei Filium in lege & prophetis nuntiatum ante, non credentes: animam etiam immortalem habere hominem juxta legem, non sentientes: solum autem hoc in corpore vivendum esse putantes, resurrectionemque futuram in procreatione filiorum quæ in hoc sæculo fit quotidie, hanc æstimantes, eamque prædicantes vanitatem; insensatis quippe pecudibus comparati, ut scriptum est in propheta: [a] *Homo in honore constitutus non intellexit, comparatus pecudibus insensatis, & similis eis factus est.*

VIII.

NAZARÆI.

NAzaræorum hæresis est, quæ legem & prophetas accipit; carnaliter tamen vivendum affirmat, omnemque justificationem in carnali observantia consistere suspicatur. Crines etiam nutrientes capitis, omnemque virtutem justitiæ in eo putantes consistere, quasi a Samsone illo sibi hoc præsumen-

A tes judicii, quia Nazaræi vocabantur, a quo postea pagani fortes viros ex illius figura usurpantes, Hercules nuncuparunt.

IX.

ESSENI.

ESseni autem sunt, qui monachorum vitam exercent, escas deliciosas non sumentes, nec studium in vestimentis gerentes, nec possidentes aliquid: lectioni autem & bonis operibus insistentes, in locis etiam separatis habitantes; Christum autem Dominum, Dei Filium non exspectantes, nec in lege atque prophetis eum Dominum agnoscentes annuntiatum, sed ut prophetam, aut justum hominem solum credentes, exspectant.
B

X.

HELIOGNOSTI.

HEliognosti qui & Devictiaci dicuntur, solem adorantes, atque dicentes, solem scire omnia quæ Dei sunt: homines etiam non alium nisi solem illuminare, solemque eis præbere omnia nutrimenta; non cognoscentes, quod in servitute positus cursum suum peragrat a Deo Patre per Christum Dominum in sancto Spiritu statutum quotidie, de quo scriptum est: [b] *Qui dicit soli oriri, & oritur, &*
C *non oriri, & non oritur.* Quem Hermes ille vanus paganus Trismegistus docuit, post Dominum omnipotentem non alium nisi solem debere ipsummet homines adorare: qui cum ad Celtarum provinciam perrexisset, ipse eos dignoscitur docuisse, atque huic errori ut succumberent, eisdem suasisse. Quem solem Judæi captivati adorabant, ut Ezechiel propheta eosdem Judæos incusando condemnat [c] & acrius crimen majestatis declarat & arguit contestando, sicut scriptum est.

XI.

RANARUM CULTORES.

D ALii sunt qui Ranas colunt, quas sub Pharaone per iram Dei tunc temporis Ægyptiorum terra emanavit, ut putore Ægyptios defatigarent, inque eo scelere adhuc perseverant, putantes Dei iram ex hac observantia posse placari.


XII.

MUSORITÆ.

MUsoritæ sunt quidam nomine, qui sorices colunt, qui sub Heli quoque sacerdote cum fuisset capta arca testamenti ab allophylis, atque ex ira Dei produxisset terra sorices, ut eorum fru-
E ges deperirent, admoniti a suis fecerunt aureos mures, atque eos cum arca & sedibus aureis quinque remiserunt, statimque ab eis desiit pestilentia. Legem itaque & prophetas isti accipientes, non cognoscunt hoc esse vanum & abominabile, quod ab universis contemnitur & modis omnibus deridetur.

a Psalm. XLIX. 12. b Job IX. 7. c Ezech. VIII. 16.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 384.



A

XIII.

MUSCACCARONITÆ.

ALii sunt qui Muscam Accaron colunt in civitate dicta, ut in Regnorum libro scriptum est [a]: sicuti rex Ochozias Judæorum languens, miserat ad Muscam in Accaron civitatem, si sanus fieri posset de languore corporis, cujus caussa beatus Elias, iratus zelo divino propheta, quia non a Deo salutem Judæorum rex sperare maluit; sed a Musca potius & Accaron civitate: iratus in hoc beatus propheta non eum evasurum, sed moriturum in lecto suo illico divino spiritu pronuntiavit.

XIV.

TROGLODYTÆ.

TRoglodytæ qui ita dicuntur, in Judæis, qui in speluncis habitantes abditis, idola colere non desinebant, ut ait Ezechiel propheta [b], monstrante Domino, quomodo in speluncis absconditis seniores populi tenentes turibula idolis sacrificabant, atque ea cæcis mentibus adorabant.

XV.

HÆRESIS DE FORTUNA CÆLI.

ALia est hæresis in Judæis, quæ Reginam quam & Fortunam Cæli nuncupant, quam & Cælestem vocant in Africa, eique sacrificia offerre non dubitabant, ut etiam prophetæ Jeremiæ Judæi tunc dicerent ex aperto, cum moneret eos recedere ab idolis & servire Domino, solumque eum adorare eos debere, irati exclamant dicentes [c], ex quo illi Fortunæ Cæli sive Reginæ non sacrificant, ex eo cuncta illis mala & pericula contigisse. Propter quod beatus Jeremias exiens de populo deque civitate eorum, Lamentationes illius caussa impietatis in libro conscripserat, casumque illis atque civitati adventurum non multo post, nuntiabat.

XVI.

BAALITÆ.

SUnt & Baalitæ in eis qui Baal nomen regis Tyriorum detinentes memoria, atque ipsius idolum adorantes eidem sacrificabant, ut in Regnorum libro continetur [d], cum rex Israelitarum Achab, & Jezabel uxor ejus illi idolo sacrificare non desinerent. In quo, zelo ductus divino beatus Elias propheta missus a Domino, ait eis sub nomine Judaismi legem confitentibus, impietati autem perniciose paganæ servientibus, & omni populo ita dixit: [e] *Ut quid vos claudicatis in utrisque poplitibus vestris? aut Deo, Deo: aut Baal, Baal.* Et nihilominus favens lucorum sacerdotibus rex atque regina, diversis pœnis & cruciatibus perierunt. Populus etiam non recedens ab idolis, crebris captivitatibus interiit.

XVII.

ASTARITÆ.

ALii sunt qui Astar hominem & Chamos abominationem Chananæorum & Sidoniorum, id est idola hominum ac mulierum venerabantur, atque eisdem diversa offerebant sacrificia: quorum caussa & captivitas illis regibus & populo tunc temporis, permittente Domino, sæpius adventabat, sicuti in Regnorum libris continetur. Præter David beatum regem, & Ezechiam sanctum, & Josiam, & Jesum filium Nave, alii omnes permittebant po-
B pulos sacrificare idolis, ac sæpius cum illorum interitu & ipsi venerabantur non ea destruentes, sed magis impietatis eorum fautores fieri properantes, ut reges ceteri, sicuti libri Regnorum contestantur.

XVIII.

HÆRESIS DE IDOLO MOLOCH ET REMPHAN.

ALia est hæresis in Judæis, de qua Dominus prophetans incusabat eos [f], deque ea beatus
C Stephanus martyr increpabat dicens: [g] *Numquid immolationes & sacrificia mihi in deserto quadraginta annis obtulistis, domus Israel,* dicit Dominus omnipotens; *& nunc suscepistis tabernaculum Moloch vestro & sidus Dei vestri Remphan, formas* fictorum idolorum sculptilium? Propter quod dicit Dominus, *transmigratione vos faciam captivari in Babylonis* atque Persarum, & interiora loca alia & arida, & in postrema terrarum omnium.

XIX.

HÆRESIS DE ARA TOPHET.

D SUnt & qui aram collocantes ita dictam, Tophet, nomine alicujus, in valle filii Ennon; ibidem suos filios & filias Judæi dæmoniis immolabant. De quibus dicit Dominus per prophetam Ezechielem: [h] *Ecce fili hominis, vide quid facit populus Israel: iste filios & filias suas in valle Tophet immolat dæmoniis, quibus ego non mandavi* hanc facere iniquitatem in Israel populo.

XX.

PUTEORITÆ.

E PUteoritæ sunt qui puteos colunt, in altum fodientes, deque eis haurientes, quasi aquam salutis in ea sperantes aliquam, cum dicat Dominus per prophetam monendo: [i] *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi lacus detritos, qui non possunt capere aquam* salutarem. Quod ergo ante dicebat per prophetam, in sua divina complebat præsentia, dicens: [k] *Omnis qui ex hac aqua* terrestri *biberit, rursum sitiet: de aqua autem quam ego ei dedero, si biberit, non sitiet in æternum, sed erit ei saliens in vitam æternam.* Quippe erat gratia Christiani baptismi salutaris humano generi concessa a Domino Salvatore.

a IV. Reg. I. 2. 16. b Ezech. VIII. 11. 12. c Jer. XLIV. 17. d III. Reg. XVI. 31. e III. Reg. XVIII. 21.
f Amos VI. 26. g Act. VII. 42. 43. h Ezech. VIII. Jer. VII. 31. i Jer. II. 13. k Joan. IV. 13.

A

XXI.

Hæresis ob æneum serpentem.

HÆresis est quoque in Judæis quæ serpenti sacrificabat, & usque ad Ezechiam regem Judæorum eamdem impietatem celebrabat. Serpenti enim, in libris Regnorum [a], usque ad Ezechiam sacrificabat æreo populus Judæorum, quem Moyses facere jussus fuerat in exitu Israel de Ægypto [b]: cum a serpentibus morderentur Judæi murmurantes, atque deperirent inique, jussit Dominus ut faceret Moyses serpentem æreum, ac suspenderet eum in medio populi supra lignum, & qui intuebantur in B eum, salvabantur a plagis atque diversis vulneribus. Illi ergo serpenti æreo usque ad regem Ezechiam sacrificabat Judæorum populus, formationes etiam in lapide magno velut obelisco qui erat in templo positus pro columna, & in eo incisiones & impressiones manu hominum, ut & litterarum quarumdam sculpentes Judæi, & formulas diversas tollentes & ponentes in lamina, bajulabant in collo: incantationes etiam docentes & velut phylacteria habentes, immo potius exercentes maleficia, eadem percolebant, atque inde alligaturas & tutamina suo portabant & portant in pectore: quæ Dominus ubique in Lege vetuerat fieri, quia paganæ cæcitatis hæc erat impietas. Has igitur beatissimus Ezechias C rex impressiones sive sculptiones deleri jussit, atque ferro radi penitus atque exscindi: æreum etiam serpentem deponi atque frangi præcepit; pro quo merito est liberatus a Domino de obsidione tanta Persarum & Assyriorum, tunc temporis qui venerant captivare Judæorum populum atque civitatem, ut illa nocte qua timebat barbaros rex Ezechias, Angelus Domini de cælo descenderet [c], centumque & octoginta quinque millia alienigenarum obsidentia civitatem nocte silenti percuteret, atque omnes homines exanimes atque mortuos mane regi omnique Judæorum populo demonstraret.

XXII.

Hæresis subterraneis in locis ad omnem turpitudinem apta.

ALia est hæresis, ut Ezechiel propheta Dei jussu pervidit [d] sub terra in spelunca stantes septuaginta viros seniores Judæorum, tenentes turibula, diversisque formarum sculptilibus sacrificantes eosdem, atque eadem adorantes.

XXIII.

Hæresis mulierum cum Thamus simulacro.

EST & alia hæresis Judæorum, quam sub spelunca jussu Dei cogitur pervidere propheta [e], mulieres sedentes & plangentes quemdam Thamus nomine qui filius fuit regis gentilium, cujus Judææ mulieres simulacrum cum fletibus adorabant, impietatemque gentilium colentes, ei offerre sacrificia non desinebant. Thamus enim Pharao ille dicebatur rex Ægyptiorum, qui sub beato Moyse Ægyptiis præsidebat illo tempore.

XXIV.

Belitæ.

ALia est hæresis in Judæis, qui multorum quasi hominum, multarumque mulierum percolens idola, Baalitarum speluncis absconditis, eisdem offerre sacrificia non desinebant, scriptura dicente, quasi multorum atque multarum fuisse numerum. Hoc autem a Belo rege qui Orientem potenti regimine multo tempore detinuit, ac de ipsius uxore & filiis filiabusve, ita ex parentibus editis omnem eorum progeniem processisse monstrabat, ut ex eis Baalitæ appellarentur. Nam ut est genus aut Graccorum, aut Aniciorum & aliorum, ita ex parentibus suis omnis illorum emerserit progenies, ut ex uno nomine impia generatio Belitæ dicerentur. Itaque mortui cum in monumentis ponerentur, & progenies illorum itidem sepulta in eo loco, hoc nomine a suo populo meruit a posteris nuncupari, ut Belitæ appellarentur a sua generatione pristina. Belus autem sive a proprio nomine sive a fortitudine belli, quia multos superabat tunc temporis, hoc nomen aut cognomen habere sortitus est: deque hac re Judæorum populus impietatem gentilium sequendo a divina scriptura accusatur, quod sacrificantes illis, id est regibus & eorum filiis omnique cognationi illorum, sequentes diversis captivitatibus tradebantur.

XXV.

Hæresis cum Baal idolo.

ALia est hæresis in Judæis, quæ Baal idolum a Balaam pseudopropheta, qui de Mesopotamia advenerat contra Moysen beatissimum, asserunt nomen accepisse; quia Balac tunc temporis rex Moabitarum illum rogaverat [f], ut ad eum iret & malediceret populo Judæorum. Et quia ut propheta in scripturis ante dicebatur, contemto autem præ-D cepto Domini ad pseudoprophetæ postea descendit interitum, contra Dei populum cogitando; Judæi ut pagani sub hoc vocabulo idolum facientes ipsius, colere illud non desinebant.


XXVI.

De Pythonissa muliere, hæresis superstitiosa.

ALia est hæresis de Pythonissa, qua cooperientes vestimentis mulierem, ab ea quædam responsa sperabant posse consequi: unde & ajunt Pythonissam illam beati Samuelis animam ab inferis E excitasse; atque inde maxime credi posse, homines usque hodie plurimi suspicantur, quæque dixerat regi Sauli superstiti propheta beatissimus, ea etiam in exsecutione, quasi Dei iterum responsa, dixisse cognosci vera: cumque plurimi huic acquiescere mendacio malint, in perpetuum descendunt interitum, cum propheta dicat: [g] *Justorum animæ in manu Domini, & non tangit eas mors*. Quomodo itaque anima impia piam sanctamque animam, & prophetam maxime, poterat ab inferis excitare? Sed quia ignorant, quod recedentes animæ a fide Christi Domini, deditas jam se impietati faciunt

[a] IV. Reg. XVIII. 4. [b] Num. XXI. 9. [c] IV. Reg. XIX. 35. [d] Ezech. VIII. 10-12. [e] Ibid. ℣. 14. [f] Num. XXII. 5. [g] Sap. III. 1.

SECUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 384.



atque ei omni se studio subjiciunt: quia arbitrii sui est omnis homo quod velit ut eligat facere, permittente Deo. Sed quia recessit a Domino, ut immundus spiritus jam ei dominaretur. Dubiis & claudicantibus in lege divina, quod dixit beatus Elias: [a] *aut Deo, Deo; aut Baal, Baal.* [b] *Qui enim adhæret Christo, unum corpus est:* & qui immundo spiritui, unus consensus est. Et Achab rex Judæorum, cum crederet Sedeciæ & aliis falsis prophetis, verumque prophetam Domini Michæam contemneret, interrogat Dominus immundum spiritum, adhuc bonitatis loco regi concesso a Christo Domino usque ad tempus aliquod, ut si vellet credere prophetæ vero, procellam periculi devitaret: si nollet, magisque crederet pseudoprophetis, sine dubio deperiret. Ita enim interrogat Dominus immundum spiritum, dicens: [c] *Quis seducet regem Achab Israelitarum, ut vadat in pugnam & interficiatur? Et ecce immundus spiritus advenit dicens: Ego vadam & faciam. Et ait Dominus ad immundum spiritum, quomodo id facies? Et ait immundus spiritus ad Dominum: faciam me quasi Angelum lucis & verba similia eloquar, & ducam eum in prœlium, atque ibi eum deseram, & sic morietur. Et ait Dominus ad eum: Vade, sic facies.* Ideoque & Apostolus ait: [d] *Non magnum est, si & satanas transfiguret se velut in Angelum lucis, cum ipsius satellites transfigurantur.* Et ita decipiunt multos visu, verbo aut persuasione non alterius rei, quippe visu quasi verisimili, ut cum verbis veluti similibus, & visibus quasi bonis & non malis in tempore volunt credere atque eis inhærere homines, inevitabilem mortis æternæ incurrant sententiam, diversisque post exitum corporis pœnis & cruciatibus pessumdentur. Quod & regi Judæorum illo tempore periculum supervenit, quod falsis magis quam veris Dei prophetis credere maluisset.

XXVII.

DE ASTAR ET ASTAROTH SIMULACRIS, HÆRESIS.

Est hæresis in Judæis, quæ Astar & Astaroth post Moysi defunctionem successionemque Jesu filii Nave colentes, ad captivitatem gentilium tradebantur; nam & Astar & Astaroth homines & feminas figurasque eorum colebant, quæ nomina regum Syriorum fuerunt & Ægyptiorum, quorum filii filiæque cum a populis suis colerentur, post etiam templa illis facientes, post mortem illorum progeniem ibidem sepelientes, deorum dearumque eis nomine offerebant cum sacrificiis itidem. Nam Astartium est in Syria alibique diversa & plurima, quæ de gente Chananæorum omnis hæc illo tempore exarsit impietas, quam Moyses gentem cum omni suo populo eradicare jubebatur a Domino [e].

XXVIII.

HERODIANI.

Alii Herodiani sunt, ab Herode rege Judæorum ita appellati: isti resurrectionem confitentur, legem & prophetas accipiunt, Herodem autem regem Judæorum percussum ab Angelo, ipsum ut Christum sperantes exspectant.

a III. Reg. XVIII. 21. *b* I. Cor. VI. 17. *c* II. Paral. XVIII. 19-21. *d* II. Cor. XI. 14. *e* Exod. XXIII. 24. XXXIV. 13.

CATALOGUS

EORUM QUI POST CHRISTI PASSIONEM HÆRESEOS ARGUUNTUR.

I.

SIMON MAGUS [1].

[2] Post passionem autem Christi Domini nostri & ascensionem in cælum, [a] *Simon* quidam fuit *Magus* genere [3] Samaritanus de villa quæ est Githeus vocitata, qui magicis vacans artibus multos fallebat, dicens se esse virtutem quamdam Dei [4] quæ supra omnes virtutes esset. Quem Samaritani quasi Patrem venerantur, & suæ hæreseos institutorem perniciose extollunt, multisque eum [5] laudibus præferre nituntur. Qui baptizatus a beatis Apostolis [b], recessit a fide eorum, sceleratamque & perniciosam hæresin seminavit, dicens se transformatum putative, id est [6] quasi umbram, & ita se passum fuisse, cum non, inquit, pateretur. Qui & audebat dicere mundum ab Angelis factum: Angelos autem factos a quibusdam sensibus de cælo præditis, eosque fefellisse genus hominum. Intellectum autem quemdam alium asserit esse, qui descendit in mundum, salutis caussa hominum, Helenam illam inquit, quæ in Trojano bello a poetis vanissimis edita nuntiatur. Et virtutes, inquit, quæ mundum fecerant, concupiscentia ductæ illius Helenæ, seditionem movebant: ista enim [7] dans, inquit, concupiscentiam illis virtutibus, & in [8] figura feminæ apparens, ascendere in cælum non poterat; quia virtutes in cælo quæ erant, non eam permittebant ascendere: exspectabat autem virtutem aliam, id est Magi ipsius Simonis præsentiam, quæ eam salvaret adveniens. Ligneum etiam equum quem

a Act. VIII. 11. *b* Ibid. ℣. 13.

1. In cit. ms. Sangermanensi ἑτεροδόξων nomina desiderantur: pro his autem articuli seu capita numeris distinguuntur I. II. cet.
2. Ms. Sangerm. *Post passionem Christi.*
3. Ms. *Samaritanus Citiejus de loco quæ villa est in Samaria ita vocata, qui.*
4. Ms. *Quæ supra omnes inquit virtutes est.*
5. Ms. *Præferre laudibus enituntur.*
6. Ms. *Quasi per umbram.*
7. Ms. *Dans concupiscentiam.*
8. Ms. *Figura feminea.*

poetæ vaniſſimi dicunt in bello Trojano fuiſſe, per allegoriam aſſerit, quod illa machina ignorantia erat univerſarum gentium impiarum, cum conſtet illam Helenam quæ cum Mago erat, de Tyro meretricem fuiſſe, hancque eumdem Simonem Magum [1] fuiſſe ſecutam, & cum eadem diverſas magias diverſaque ſcelera perpetraſſe. Qui cum fugeret beatum Petrum Apoſtolum de Hieroſolymitana civitate Romamque veniret, ibique pugnaret cum beato Apoſtolo apud Neronem regem, devictus [2] undique oratione beati Apoſtoli, atque percuſſus ab Angelo ſic meruit interire, [3] ut ejus magiæ evidens mendacium cunctis hominibus pateſieret.

II.

MENANDRUS.

POſt hunc Menandrus quidam nomine, qui diſcipulus factus ipſius, impietatem ejus eſt ſecutus in omnibus.

III.

SATURNINUS.

[4] SAturninus quidam paullo poſt & ipſe ſumens inde fomenta doctrinæ mortiferæ, [5] aſſerebat dicens mundum ab Angelis factum, & diſtare An- C gelos a virtute illa; & mundum eſſe diviſum per ordinem Angelis, & cogitaſſe eos ut facerent hominem. Fecerunt itaque hominem: & opus ipſorum, inquit, erat homo; de virtute enim ſuperna lumen dicunt fuiſſe dimiſſum quod illuminavit mundum iſtum, & ad concupiſcentiam adduxit Angelos, ſtatimque aſcendit in cælum. At illi cupidi ipſius luminis facti, virtutem ejus videre cupiebant: non prævalentes autem, ad invicem dixerunt: [a] Faciamus [6] hominem ſecundum imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et facto homine, quia impotens erat, ſalvari non potuit. Videns itaque virtus ſuperna quod illi [7] hoc fecerunt, miſit ſcintillam, quæ correxit hominem & ſuſcitavit & fecit eum D vivere. Scintillam itaque [8] volunt ſalvari, alia autem virtutibus illis quæ fecerunt dimitti ac derelinqui ſuſpicantur. Chriſtum autem umbratiliter apparuiſſe affirmant, non carnem hominis veram & animam accepiſſe, atque omnem œconomiam myſterii Salvatoris ita compleſſe.

IV.

BASILIDES.

[9] BAſilides, qui & hæreſiarches dicitur a multis, quia de lege & prophetis & apoſtolis proponendo & loquendo, ſentiendo autem aliter, jura E violabat Chriſtianæ [10] veritatis. Qui cum veniſſet Ægyptum, docebat ita definiens: de innato & ſolo Deo natum fuiſſe intellectum, de intellecto verbum, de verbo ſenſum, de ſenſu autem [11] & vir- A tute ſapientiam, de virtute autem & ſapientia principatus & poteſtates, & Angelos factos diverſos. Ipſi enim Angeli fecerunt, inquit, cælum, poſt illos alii Angeli fecerunt cælum, ita ex aliis alii prolati fecerunt tertium cælum; qui ſecundum ordinem & alii inquit, fecerunt trecentos ſexaginta quinque cælos: & imponit virtutibus illis nomina angelica, & ipſe magiis vacans itidem multos imperitos decepit. Hominem autem ab Angelis factum aſſerit. Dominum etiam verum omnipotentem & eum audet Angelum dicere, & accepiſſe genus Judæorum in hereditatem, & eduxiſſe eos de terra Ægypti. Hic ergo audacior factus elatus eſt, inquit, adverſus ceteros Angelos, & vo- B lens in ſubjectione habere alios, habuit contrarias gentes quas commoverunt Virtutes inimicæ ejus. Ideo & contra Judæos diverſæ gentes, inquit, ſurrexerunt. Chriſtum autem dicit [12] quaſi per umbram putative paſſum fuiſſe. Simonem etiam Cyrenæum pro eo ad paſſionem veniſſe affirmat: ipſe enim, inquit, [13] portavit ejus crucem. Hic etiam male permittit vivere, & dat licentiam vitiis ſæcularibus inhærere: prohibet etiam pati martyrium homines pro nomine Chriſti, dicens ita: Ignoras quid deſideras: non enim paſſus eſt, inquit, Chriſtus, neque crucifixus eſt: quomodo itaque potes, inquit, confiteri hunc crucifixum, cum non ſit crucifixus, & ignoras qui paſſus ſit?

V.


NICOLAUS ANTIOCHENUS.

NIcolaum Antiochenum advenam qua ſit amentia deceptus, videamus, qui ſub Apoſtolis fuit, atque ab eis eſt electus Diaconus ſeptimus, ut ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum [b]. Poſteaque recedens ab eis atque a ſana doctrina, diverſis erroribus & fallaciis peſſumdatus eſt. Qui fuit primum cum Apoſtolis & Stephano beatiſſimo martyre: qui dicit & ipſe Virtutes eſſe plurimas; unde & Gnoſtici qui ſcire ſe aliquid putant, maxime emerſerunt. [14] Iſti Barbelo venerantur, & Noriam quamdam mulierem. Alii autem ex eis [15] Jaldabaoth quemdam: alii autem Cavlacav hominem. Dicunt autem & dogmata ponentes iſta, [16] Ante erant ſolum tenebræ & profundum [17] & aqua, atque terræ diviſio facta eſt in medio, & ſpiritus ſeparavit hæc elementa. Tunc ergo tenebræ irruentes in ſpiritum genuerunt quatuor Æonas, & iſti quatuor genuerunt alios quatuor Æonas. Hoc autem dextra atque ſiniſtra lux, [18] inquiunt, ſunt. Et quemdam etiam concubuiſſe cum illa muliere & Virtute dicunt, de qua nati ſunt Dii, & homines, & Angeli, & ſeptem ſpiritus dæmoniorum. Addunt etiam prophetas quoſdam natos [19] de ea, ſpecioſo nomine & Barcaban. Alii autem evangelium conſummationis, & viſiones inanes & plenas fallaciæ, & ſomnia videre diverſa afferunt delirantes.

a Gen. I. 26. b Act. VI. 5.

1. Ms. *Fuiſſe ſecutum.*
2. Ms. *Undique ratione.*
3. Ms. *Ut ejus magia evidens ac mendacium cunctis hominibus antefieret.*
4. Ms. *Poſt iſtum Saturninus quidam & ipſe.*
5. Ms. *Aſſerebat dicens mundum ab Angelis factum eſſe, diſtare Angelos.*
6. Ms. *Hominem ad imaginem.*
7. Ms. *Hoc fecerant.*
8. Ms. *Volunt ſalvari, aliam autem.*
9. Ms. *Poſt iſtos Baſilides qui .... qui de lege.*
10. Ms. *Veritatis, qui cum veniſſet Ægyptum dicebat.*
11. Ms. *Et virtutem Sapientiam.*
12. Ms. *Quaſi umbram.*
13. Ms. *Portavit crucem .... Chriſti Domini dicens.*
14. Ms. *Iſti Barbelum.* 15. Ms. *Jaldabot.*
16. Ms. *Ante inquit erat ſolem tenebræ.*
17. Ms. *Et aqua atque ex his diviſio.*
18. Ms. *Inquit, ſunt & tenebræ: quemdam.*
19. Ms. *De ea ſpecioſum nomen Barcaban.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 384.



VI.

Hæresis ab Juda traditore.

ALii autem ab Juda traditore instituerunt hæresim dicentes: bonum opus fecisse Judam, quod tradiderit Salvatorem. Hic enim, inquiunt, nobis omnis scientiæ bonæ auctor exstitit, per quem cælestia nobis mysteria manifestata sunt. Virtutibus etenim in cælo [1] nolentibus pati Christum, & scientibus quod si fuerit passus, vitam hominibus donaturus sit: hoc sciens, inquit, Judas, quod si fuerit passus Christus, salutem hominibus allaturus esset, hinc tradidit Salvatorem. Hoc autem malum assertionis impiæ quibusdam vanis & vecordibus quasi verisimile videtur esse interdum, cum sit in omnibus contrarium & exsecrabile; [2] cum propheta David ante, & Dominus Salvator damnaverit, & beati Apostoli sententiam Domini adversus eum confirmaverint edocentes [a].

VII.

Carpocras.

POst istum Carpocras nomine surrexit, & ipse dicens Unum Principium; de quo Principio, id est, de Deo, prolationes factæ sint Angelorum atque Virtutum: quæ autem Virtutes [3] deorsum sint, fecerint creaturam istam visibilem [4] ubi nos consistamus. Christum autem dicit non de Virgine Maria, & divino Spiritu natum, sed de semine Joseph hominem natum arbitratur, deque eo natum carnaliter, sicut omnes homines, suspicatur. Qui post passionem, inquit, melior inter Judæos vita integra & conversatione inventus est, cujus animam in cælum susceptam prædicat: carnem vero in terra dimissam æstimat; animique salutem solum, carnis autem non fieri salutem opinatur.

VIII.

Cerinthus.

CErinthus successit hujus errori & similitudini vanitatis, docens [5] de generatione itidem Salvatoris deque creatura Angelorum; in nullo discordans ab eo, nisi quia ex parte solum, legi consentit quod a Deo data sit, & ipsum [6] Dominum Judæorum esse æstimat, qui legem dedit filiis Israel. Docet autem circumcidi & sabbatizare, & Christum nondum resurrexisse a mortuis, sed surrecturum annuntiat. Apostolum Paullum non accipit, Judam traditorem honorat, Evangelium secundum Matthæum solum accipit, tria Evangelia spernit, Actus Apostolorum abjicit, beatos martyres blasphemat. E Hic sub [7] Apostolis quæstionem seditionis commovit, dicens debere circumcidi homines: cujus caussa contra illum & hæresim ejus decreverunt [8] in suis Actibus [b] Apostoli sententiam, non debere jam homines Judaismo, id est, circumcisioni aliisque tal A libus superstitionis vanæ parere carnalibus, qui de gentibus venientes credebant in Christum Dominum nostrum Salvatorem.

IX.

Ebion.

EBion discipulus Cerinthi, in multis ei similiter errans, Salvatorem nostrum hominem de Joseph natum carnaliter æstimabat, nihilque in eo divinitatis fuisse docebat, sed sicut omnes prophetas, sic & eum gratiam Dei habuisse asserebat, non tamen Dominum majestatis & Dei Patris Filium, B cum Patre sempiternum esse credebat: quum divinæ scripturæ Dominum sempiternum, cum Patre [9] vero æque sempiterno ubique testentur ac prædicent.

X.

Valentinus.

POst istum Valentinus quidam surrexit, Pythagoricus magis quam [10] Christianus, vanam quamdam ac perniciosam doctrinam eructans, & velut arithmeticam, id est, [11] numerositatis novam fallaciam prædicans, multorumque animas ignorantium C captivavit. Et in primis quidem fuit in Ecclesia: elatior autem factus postmodum, errore non parvo deceptus est, degensque in Cypri provincia, cœpit hoc definire. Nihil erat aliud ante, inquit, in mundo, nisi [12] profundum maris & silentium, quod poetæ chaos asserunt: deque hoc profundo [13] & silentio edocens processisse Intellectum & Veritatem: de Intellectu autem & Veritate, Verbum & Vitam: [14] de Verbo autem & Vita, Hominem & Ecclesiam: de Homine autem & Ecclesia processisse duodecim Æonas, id est, Sæcula: & de Verbo & Vita decem Æonas processisse: de Intellectu autem & Veritate, octo Æonas, & esse hanc τριακοντάδα Sæculorum, id est, [15] triginta Æonas. De D ogdoade ergo [16] & decade, & duodecade consistere triginta Æonas delirat. Dicit autem Christum a Patre, quem Profundum nomine appellat, ad totius mundi salutem fuisse dimissum, deque cælo eum carnem detulisse; [17] nihil autem accepisse de sancta Virgine, sed ut aquam per rivum, ita transisse per eam affirmat. Animam ergo solam salvari, corpus autem hominis non salvari arbitratur.

XI.

Ptolemæus.

ALii sunt successores ipsius, Ptolemæus, qui doctrinam æque vanam intulit, dicens quatuor esse Æonas, & alios quatuor: novum quid volens commenti falsi decernere, quam Valentinus doctor ejus est ementitus.

[a] Act. I. 18. & 25. [b] Act. xv. 9.

1. Ms. *Nolentibus inquit pati Christum.*
2. Ms. *Cum propheta eum David beatus ante.*
3. Ms. *Deorum sunt.*
4. Ms. *Ubi nos inquit consistimus.*
5. Ms. *De generatione Salvatoris.*
6. Ms. *Deum Judæorum eum esse æstimat.*
7. Ms. *Apostolis beatis quæstionem.*
8. Ms. *Decreverunt in suis Actibus beati Apostoli.*
9. Ms. *Vere ac sempiterno ubique testantur.*
10. Ms. *Christianus. Nam.*
11. Ms. *Numerositatis notitiam fallaciam.*
12. Ms. *Profundum maris & silentium maris & silentium quod poetæ vani chaus adserunt edocentes, deque.*
13. Ms. *Et silentio processisse.*
14. Ms. *Et de verbo & vita processisse.*
15. Ms. *Triginta æonas æonon. De.*
16. Ms. *Et decada consistere.*
17. Ms. *Nihil autem accepisse.*

XII.

SECUNDUS.

Post hunc quidam Secundus nomine, Æonas similiter [1] docens factos, asserit tamen infinitos. Christum autem quasi per phantasiam apparuisse, id est, veluti umbram humano generi, & non veram carnem hominis habuisse suspicatur.

XIII.

HERACLEON.

Post hunc Heracleon discipulus ipsius surrexit, dicens: Principium esse Unum, quem Dominum appellat; deinde de hoc natum aliud, deque his duobus generationem multorum asserit Principiorum, cum suis itidem delirans doctoribus.

XIV.

MARCUS.

Marcus autem quidam post istum successor ejus, numerum & mensuram & calculum, rationem etiam computationis faciens litterarum, quasi verisimilis & cujusdam rei novæ inventor, cum æstimaret a quibusdam se posse laudari, non in parvam itidem erroris incurrit amentiam; dicit enim ita: viginti quatuor litteræ sunt, quæ perfectionem habent omnium rerum. Propter quod & Christus, inquit, dicebat: [a] *Ego sum* A & Ω. Dicebat etiam quod in postremo tempore Christus descendit ad Jesum in figura & similitudine columbæ; & Christum [2] ipsum columbam esse docebat, quæ descendit, inquit, ad duodecim Æonas, id est, ad duodecim Apostolos, & unum ex eis cecidisse, id est, Judam æstimabat. Christum autem putative dicit apparuisse, & [3] passum fuisse quasi per umbram, non tamen vere passum corpore arbitratur.

XV.

COLORBASUS.

Post hunc [4] Colorbasus similiter in litteris & numero elementorum astrorumque septem, vitam omnium hominum & generationem consistere asserebat, non in Christi majestate & potentia, neque [5] in ipsius carnali præsentia veram hominum sperari salutem advertebat.

XVI.

CERDON.

Cerdon autem quidam surrexit post hos, pejus suis doctoribus prædicans: qui cum venisset Romam de Syria, ausus est dicere duo esse Principia, id est, unum Deum bonum, & unum ma-
A lum: & Deum quidem bonum bona facere, & malum mala. Jesum autem Salvatorem non natum asserit de Virgine, nec apparuisse in carne, nec de cælo descendisse, sed putative visum fuisse hominibus; qui non videbatur, inquit, vere, sed erat umbra: unde & putabatur quibusdam pati, non tamen vere patiebatur.

XVII.

MARCION.

Marcion autem discipulus ejus, genere Ponticus, de civitate Sinope, urbem Romam
B devenit, ibique degens sceleratam hæresin seminabat; atque interrogans presbyteros sanctos Ecclesiæ catholicæ, sensus sui [6] eis errorem mortiferum propinabat, dicens ita: [7] Quid est quod in Evangelio, dicente Domino scriptum est: [b] *Nemo pannum rudem mittit in vestimentum vetus, neque vinum novum in utres veteres; alioquin [8] rumpentur utres, & effundetur vinum?* Et iterum: [c] *Non est arbor bona quæ faciat malum fructum, neque arbor mala quæ faciat bonum fructum.* Deque hoc accipiens interpretationem a sanctis presbyteris, non acquiescebat veritati, sed magis Cerdonis sui doctoris firmabat mendacium, & isti similiter unum Deum bonum, & unum malum annuntians; Christum
C autem putative apparuisse, id est, quasi per umbram, & passum eum fuisse umbratiliter, non tamen in vera carne credebat. Secundum Lucam autem Evangelium solum accipit, non Evangelia, nec [9] Epistolas Paulli Apostoli, nisi ad Timotheum & Titum: quæ enim de Christo [10] dicunt, ut de Deo vero, præterit; quæ autem quasi de homine dicunt scripturæ, ea accipit capitula, & neque Christum judicem esse omnium confitetur. Qui devictus atque fugatus a beato Joanne Evangelista, & a presbyteris de civitate Ephesi, Romæ hanc hæresim seminabat.

XVIII.

D

LUCANUS.

Lucanus [11] post istum quidam, similia Marcioni statuens ac decernens, ut ille doctor ipsius Marcion, est in omnibus ementitus.

XIX.


APELLES.

Fuit Apelles discipulus ejus, similia in quibusdam Marcioni prædicans; qui interrogatus a quibusdam, [12] quonam modo de fide sentiret, re-
E spondit: Non mihi opus est discere a Marcione, ut duo Principia asseram coæterna: ego enim Unum Principium esse prædico, quem Deum cognosco; qui Deus fecit Angelos, fecit etiam alteram Virtutem; quem Deum scio esse secundum, qui & Virtus Dei est, [13] quæ fecit illum. Hic autem Deus qui fecit mundum, non est, inquit, bonus, ut il-

a Apoc. I. 8. b Matth. IX. 16. c Matth. VII. 8.

1. Ms. *Docens adserit factos infinitos.*
2. Ms. *Ipsum columbam esse dicebat.*
3. Ms. *Passum arbitratum.*
4. Ms. *Post hunc Colorbasus qui similiter.*
5. Ms. *Neque in ipsius .... vera.*
6. Ms. *Eis errores mortiferi proponebar* (e, pro i sæpissime.)
7. Ms. *Quid est inquit quod.*
8. Ms. *Rumpuntur utres & effunditur.*
9. Ms. *Epistolas beati Paulli.*
10. Ms. *Dicunt, de Deo vero preterit.*
11. Ms. *Lucanus quidam post istum similia.*
12. Ms. *Quomodo.*
13. Ms. *Quæ fecit mundum.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 384.



le qui fecit illum; subjectus aut est Deo illi a quo & factus est iste, qui & nutui & jussioni & præceptis paret illius in omnibus: cujus Ariani nunc consortes sunt atque fautores, sic prædicantes atque sentientes. Dicit autem Christum in carne apparuisse, non tamen sicut Valentinus, de cælo [1] carnem desumsisse. Ait etiam post passionem non carnem surrexisse, sed de quatuor [2] elementis quæ de mundo acceperat, eaque in terram dimisisse; [3] ipsum in cælum sine carne ascendisse asserit. Sub Apostolis itaque hæ fuerunt hæreses per ordinem.

XX.

TATIANUS.

POst Decii autem persecutionem fuit [4] Tatianus quidam, discipulus sancti Justini martyris, qui recessit a veritate post passionem ipsius: doctrinamque [5] tanti ac tam beati martyris & magistri contemsit in omnibus, dicens Æonas quosdam de cælo fuisse prolatos. Addens etiam hoc: Adam patrem nostrum protoplastum non salvari; Æonas autem nuntians sicut Marcion deliravit. Qui etiam generationem hominum exsecratur, & jus nuptiarum legitimum abjicit, idque juris a Deo statutum non confitetur.

XXI.

CATAPHRYGES.

ALii autem post istos surrexerunt Cataphryges, in Phrygia provincia habitantes, isti prophetas & legem accipiunt, Patrem, & Filium & Spiritum confitentur, carnis resurrectionem exspectant, quæ & catholica Ecclesia prædicat. Quosdam autem suos prophetas, id est, Montanum nomine & Priscillam & Maximillam annuntiant, quos neque prophetæ neque Christus nuntiavit. Addunt etiam plenitudinem sancti Spiritus non per [6] Apostolos Christo dante fuisse concessam, sed per illos suos pseudoprophetas æstimant impartitam, & separant se a catholica Ecclesia [7] per illos suos pseudoprophetas & falsos doctores. Hi mortuos baptizant, publice mysteria celebrant, Pepuzam villam suam quæ sic dicitur in Phrygia, Jerusalem appellant, ubi Maximilla & Priscilla & ipse Montanus, vitæ tempus vanum & infructuosum habuisse dignoscuntur. Ubi & mysterium Cynicorum, & infantis exsecranda celebratur impietas. Dicunt enim eos de infantis sanguine in pascha miscere in suum sacrificium, [8] suisque ita ubique emittere perniciosis & falsis satellitibus.

XXII.

THEODOTUS.

POst istos Theodotus quidam Byzantinus genere, denegator Christi [9] Dei nostri, in persecutione exstitit Salvatoris, qui cœpit dicere, docens ita: [10] Communis homo erat, ut omnes homines

A Christus. Hoc autem dicebat, ut denegationis opprobrium ab hominibus non amplius pateretur; cogitans, quod si qui ei diceret, Quare negasti Christum Deum ac Dominum? diceret, quod hominem negavi, non Deum. Isti utuntur capitulis scripturarum, quæ de Christo veluti de homine edocent: [11] quæ autem de Deo dicunt, ea vero non accipiunt. Legentes & nullo modo intelligentes, impietatisque paganæ & cæcitatis Judaicæ consortes se potius, quam Christianæ salutis participes demonstrantes.

XXIII.

B HÆRESIS DE PATRIS ET FILII SUBSTANTIA.

SUnt alii [12] dicentes μεταγγισμὸν, id est, Filium intrare in Patrem, & ut vas in vase inesse; ignorantes quod asserant, cum Salvator non dixerit Filium in Patrem intrare, sed æqualitatis caussam in divinitate & potentia docuerit, non introitum aut continentiam, ut illi æstimant, impartitam. Et separant se a catholica Ecclesia: propter illos suos pseudoprophetas [13] insaniunt, id sentientes & non intelligentes, quod qualis immensus est Pater, talis est & Filius, talis est & Spiritus sanctus, æqualis in omnibus, ita ut sit immobilis Trinitas,
C immensa & omnipotens atque sempiterna ubique, [14] quæ nobis nuntiatur ex sanctis scripturis apertissime, ut & sint tres Personæ viventes in perpetuum, & æquales in omni majestate & potentia: Filius tamen & Spiritus sanctus de Patre sint proprie.

XXIV.

DE MELCHISEDECH.

POst istos alii recedentes ab his dixerunt similia; addunt etiam Melchisedech [15] sacerdotem Virtutem Dei magnam esse, & nomina quædam diversa hominum asserunt a fide catholica dissonan-
D tes.

XXV.

NOETIANI.

ALii autem Noetiani, insensati cujusdam nomine Noeti, qui dicebat Patrem omnipotentem ipsum esse Christum, & ipsum natum, & ipsum passum, & ipsum mortuum fuisse in corpore: hic etiam dicebat se Mosen esse, & fratrem suum Eliam prophetam.

XXVI.

E SABELLIUS.

SAbellius post istum de Libya discipulus ejus, similitudinem sui doctoris itidem secutus est & errorem; unde & Sabelliani postea sunt appellati, qui & Patripassiani, & Praxiani a Praxea, & Hermogeniani ab Hermogene, qui fuerunt [16] in Afri-

1. Ms. *Carnem deposuisse.*
2. Ms. *Elementis, id est de sicco, calido & frigido accepisse Christum, & in resurrectione iterum reddidisse elementis quæ de mundo.*
3. Ms. *Ipsum autem in cælum.*
4. Ms. *Tacianus autem discipulus S. Justini.*
5. Ms. *Tanti sancti ac beati.*
6. Ms. *Apostolos beatos Christo.*
7. Ms. *Propter illos suos prophetas .... Pepugam.*
8. Ms. *Suisque ita emittere perniciosis satellitibus.*
9. Ms. *Dei in.*
10. Ms. *Communis inquit homo .... negavit.*
11. Ms. *Quæ autem ut de Deo .... ea vero non.*
12. Ms. *Dicentes metangesmon, id est.*
13. Ms. *Ut illi insaniunt adsentientes.*
14. Ms. *Ubique nobis:*
15. Ms. *Sacerdotem dicentes virtutem.*
16. Ms. *In Africa, & ita,*

ca, qui & ita sentientes abjecti sunt ab Ecclesia catholica.

XXVII.

Seleuci et Hermiæ hæresis de Deo corporeo.

QUæ est hæc vanitas Galatarum, Seleuci & Hermiæ hæreticorum? qui cum volunt Deum [1] esse corporeum, hylen etiam, id est, materiam mundi coæternam esse cum Deo asserunt: & materiam quidem elementorum quæ est sine anima, irrationabilis scilicet, quæ facta est a Deo Patre per Filium ex nihilo, ut possit esse quæ ante non erat, non ita accipiunt. Spiritum autem hominis, id est, animam non factam a Deo per Filium, sed de terra esse ajunt: malum [2] autem aliquando a Deo, aliquando esse a materia asserunt. Salvatorem autem in carne negant sedere ad dexteram Patris, sed exspoliasse carnem, & posuisse in solem æstimant, quia dixit propheta, cum nesciant quid dixerit: [a] *In sole posuit tabernaculum suum*. Paradisum [3] visibilem affirmant ex Platone: & isti vanitatibus servientes, & animas hominum de igne & spiritu esse æstimantes, isto baptismo non utuntur, propter verbum hoc quod dixit Joannes Baptista: [b] *Ipse vos baptizabit in spiritu & igne*. Isti Angelos dicunt creatores esse animarum nostrarum, non Christum Salvatorem. Mundum autem istum infernum esse asserunt, & resurrectionem in filiorum procreatione hanc esse prædicant, quæ fit in humano genere quotidie, non illam immortalitatis futuram atque gloriosam ununtiant exspectantes.

XXVIII.

Proglianitæ.

ALii sunt discipuli horum, qui [4] Proclianitæ appellantur & Hermioritæ. Addunt etiam diversos errores, docentes quod in Ezechiele scriptum est de quatuor animalibus [c], quod leonem regem esse Parthorum, vitulum Ægyptiorum, aquilam Romanorum, hominem vero piissimorum tenere similitudinem arbitrantur. Hi Sapientiæ libro utuntur Sirach illius qui scripsit post Salomonem, id est, post multa tempora librum unum Sapientiæ. Christum autem in carne venisse negantes, resurrectionem & judicium non credentes, qui in locis Galatiæ commorantur, & ut vulpes latitantes, plurimos deprædantur, sicut Salomon testatus est, dicens: [d] *Prendite nobis vulpes minimas, exterminantes vineam* Domini Salvatoris.

XXIX.

Floriani, sive Carpocratiani.

FLoriani [5] etiam, sive Carpocratiani dicuntur, qui & Milites vocantur, quia de militaribus fuerunt, negantes judicium atque resurrectionem, Christum natum de Virgine non credentes; omnemque resurrectionem in filiorum procreatione, nefandi cœtus æstimantes [6] consistere, ut in Ecclesia sua post occasum solis lucernis exstinctis misceri cum mulierculis non dubitaverint, legis præceptum implere putantes: [e] *Nascimini & multiplicamini*. Judaismo potius & paganitati parere nefandæ, quam Christianæ veritati acquiescere properantes; pecudumque potius vitam & amentiam detinentes, quos & scriptura vitæ pecudum comparavit [f].

XXX.

De Paschatis Festo Hæresis.

SUnt [7] & qui de die paschæ saluberrima ambigunt, asserentes quarta decima luna celebrandum esse pascha, non sicut Ecclesia catholica celebrat, & mense Martio semper celebrandum asserunt; & cum hoc faciunt, diem non dominicam semper custodiunt paschæ, non computantes horas & dies, sed secunda, aut tertia, aut quarta, aut quinta, aut sexta die celebrant: & ex hoc errore non cognoscunt diem paschæ Domini nostri veram & salubrem unam orbi terrarum statutam, & confirmatam a Domino cursu numerali lunæ, mensibus & embolismis; & cum hæc non computant, ignorant quid celebrant.

XXXI.

Chilionetitæ.

ALia est hæresis [8] Chilionetitarum, id est mille annorum, quæ docet ita: cum venerit Christus de cælo, mille anni illi erunt iterum nobis carnaliter ad vivendum, generandum & manducandum, sicut fit nunc in hoc sæculo quotidie; ignorantes escam cælestem, id est immortalitatis illud præmium affuturum, non hoc caducum & transiens; [9] cum Dominus in Evangelio Judæis quibusdam hoc suspicantibus: [g] *Nescitis*, inquit, *scripturas, & virtutem earum ignoratis: nam in die judicii non nubent neque* [10] *nubentur, sed erunt sicut Angeli*. Et iterum Apostolus dicit: [h] *Non est regnum Dei esca & potus, sed justitia, pax & gaudium in spiritu* Domini sempiternum.

XXXII.

Hæresis Evangelium Joannis et Apocalypsin ipsius rejiciens.

POst hos sunt hæretici, qui Evangelium secundum Joannem, & Apocalypsin ipsius non accipiunt; & cum non intelligunt virtutem scripturæ nec desiderant discere, in hæresi permanent pereuntes, ut etiam Cerinthi illius hæretici esse audeant [11] dicere & Apocalypsin itidem, non beati Joannis Evangelistæ & Apostoli, sed Cerinthi hæretici, qui tunc ab Apostolis beatis hæreticus manifestatus, abjectus est ab Ecclesia.

a Psalm. xviii. 6. b Marc. I. 8. c Ezech. I. 5. d Cant. II. 15. e Gen. I. 28. f II. Pet. II. 12. g Matth. xxii. 29. h Rom. xiv. 17.

1. Ms. *Esse incorporeum*.
2. Ms. *Autem quondam a Deo, quondam esse materiam asserunt*.
3. Ms. *Visibilem negant a Platone, & isti*.
4. Ms. *Prodianitæ vocantur & Hermeonitæ*.
5. Ms. *Alii sunt qui Floriani sive*.
6. Ms. *Consistere in ... post occasum lucernis*.
7. Ms. *Alii sunt qui de die*.
8. Ms. *Chilonitarum ... de cælo inquit mille*.
9. Ms. *Cum & Dominus ... & virtutes earum*.
10. Ms. *Nubentur sicut*.
11. Ms. *Dicere, Apocalypsin ipsius itidem*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 384.

A

XXXIII.

Manichæi.

Manichæi post hos de Perside a Mane homine, sive Turbone ita dicto surrexerunt, fomenta [1] de illis perniciosa sumentes prioribus, qui duos Deos, unum bonum & unum malum esse asserentes, & pugnam inter Deum & Dominum esse prædicantes; & hominis quidem animam de Deo esse proprie putantes, corpus autem a diabolo factum arbitrantur. Resurrectionem negantes, judicium non sperantes, [2] dæmonia colentes, elementa adorantes, deorum dearumque nomina, ut pagani, B invocantes, & masculos feminas quasdam esse dicentes & utriusque naturæ participes, & nefandæ turpitudini servientes; qui ab Archelao sancto episcopo in disputatione superati, abjecti atque notati, manifestati sunt universis in illo tempore, & ut latrones jam sub figura confessionis Christianæ multorum animas mendacio ac pecudiali turpitudine non desinunt captivare; qui & in Hispania & quinque provinciis latere dicuntur, multosque hac quotidie fallacia captivare.

XXXIV.

Patriciani.

Patriciani [3] a Patricio quodam qui fuit Romæ, dicti sunt. Hi carnem hominis non a Deo factam asserunt, sed a diabolo arbitrantur. Hanc etiam contemnendam & modis omnibus abjiciendam decernunt, ut etiam ultro quidam de eis sibi mortem inferre non dubitaverint.

XXXV.

Symmachiani.

Symmachiani [4] discipuli istius, eadem sentientes in omnibus non sperantes judicium, vitiis sæ- D cularibus & carnalibus concupiscentiis prædicant serviendum.

XXXVI.

Paullus Samosatenus.

Paullus quidam fuit Samosatenus post hos in Syria, qui Verbum Dei, id est Christum Deum Filium [5] substantivum ac personalem & sempiternum esse cum Patre denegabat: prolativum autem, id est quasi aera quemdam dicebat, non tamen personam vivam Filii sempiternam cum sempiterno Patre credendam docebat. Hic Christum hominem ju- E stum, non Deum verum prædicabat, judaizans potius, qui & circumcisionem docebat, unde & Zenobiam quamdam reginam in oriente tunc temporis ipse docuit judaizare.

XXXVII.

Photinus.

Photinus [6] doctrinam ejus secutus in omnibus similiter prædicabat, inque hoc mendacio perseverans, projectus est de ecclesia Sirmiensium civitatis, a sanctis episcopis superatus.

XXXVIII.

Ariani.

Ariani [7] ab Ario presbytero Alexandriæ civitatis, qui sub Alexandro episcopo bonæ memoriæ fuit & Constantino sancto imperatore, dicens Filium Dei Deo similem: nomine tenus similem autem dicens, [8] & non Dei ipsius Patris divinam credendo substantiam, hæresin periculosam incurrit; nam & creatura similis Deo dicitur, cum dicat scriptura: [a] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Non tamen est homo aut Angelus, de Deo proprie ac naturaliter, id est de divina illa substantia Patris inenarranda & sempiterna genitus, ut unicus Filius, qui genitus est de Patre proprie sempiternus; sed homo & Angelus facti sunt ex nihilo. Filius autem cum sit verus, C [9] oportet de divina illa substantia Patris genitus cognoscatur: verus enim Deus alio modo esse non potest Filius unicus, nisi sit de Patris illa divina substantia proprie genitus. Sempiterna similitudo itaque [10] Filii & secundum opera, quia [b] *sicut facit Pater, & Filius similiter facit* [11] *omnia*, & Dei ipsius est qualitatis divina substantia genitus, quia de ipso natus est proprie sempiternus, non factus ex nihilo ut homo, & Angelus, [12] aut creatura aliqua est.

XXXIX.

Semiariani.

Semiariani [13] sunt quoque: hi de Patre [14] & Filio bene sentiunt, unam qualitatis substantiam, unam divinitatem esse credentes: Spiritum autem non de divina substantia nec Deum verum, sed factum atque creatum Spiritum prædicantes, ut eum conjungant & comparent creaturæ; cum Christus Dominus Patri & sibi in fide baptismi salutis æternæ conjunxerit, eumque cum Patre & Filio cunctis credentibus adorandum jusserit, omnique sæculo Deum verum prædicandum statuerit. Non intelligentes, quod Evangelista cum dicit: [c] *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, non de Spiritu sancto dicit, quasi factum Spiritum per Filium; nam propheta Trinitatem omnia fecisse visibilia & invisibilia definit, dicens: [d] *Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. In omni itaque creatura quæ facta est per Spiritum, non aliquid prætermisit quod non per eum factum sit; alioqui in fide servus cum Domi-

a Gen. I. 26. *b* Joan. V. 19. *c* Joan. I. 3. *d* Psalm. xxxii. 6.

1. Ms. *De illis perniciosis*.
2. Ms. *Dæmones colentes ... esse docentes ... ac pecudali*.
3. Ms. *Alii sunt Patriciani a Patricio quodam qui fuit in urbe Roma*.
4. Ms. *Symmachiani alii discipuli*.
5. Ms. *Substantive ac personale*.
6. Ms. *Post istum Fotinus*.
7. Ms. *Sunt Ariani ... Imperatore bonæ memoriæ dicens*.
8. Ms. *Et non de ipsius ... divina ... substantia*.
9. Ms. *Oportet ut ac*.
10. Ms. *Filii est secundum*.
11. Ms. *Omnia de ipsius qualitatis*.
12. Ms. *Ut creatura aliqua qua est omnibus occidens*.
13. Ms. *Alii sunt Semiariani, hi*.
14. Ms. *Et Filio sentiunt*.

no non jungeretur, si esset creatura divinus & sanctus Spiritus. Cujus caussa omnis scriptura, & Dominus, concedi omnia peccata hominibus, præter blasphemiam divini & adorandi Spiritus, [1] cælesti sententia pronuntiavit.

XL.

Eunomiani.

Eunomiani post hos ab Eunomio discipulo Arii, in omnibus inimici veræ fidei, ajunt tres esse diversas qualitatis substantias ut auri, argenti & æris: & Patrem quidem fecisse Filium, & iterum Filium [2] qui sit creatura, fecisse [3] Spiritum: & adserunt Filium non Patri esse similem, quia creatura est; neque Spiritum Filio similem, quia [4] a Filio factus est: magis impietati paganæ & iniquitati Judaicæ consentientes [5] apertissime, quam Christianæ doctrinæ ac fidei [6] catholicæ parere volentes.

XLI.

Hæresis Animam veram Christum non habuisse.

Alii sunt qui circa incorporationem aberrant, dicentes non animam veram hominis rationalem accepisse Salvatorem, sed corpus solum hominis; & cum subtrahunt animam a corpore, veram denegant [7] hominum salubritatem. Quomodo itaque potest dici anima, quæ non sumta est a Salvatore? cum Salvator dicat: [a] *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Alioquin anima dici non potuit, nisi esset in eo cujus caussa advenerat. Itaque hæc utraque in comparatione Salvatoris, id est, corpus erat & anima, quæ pro nostra salute dignatus est sumere. Scire nos convenit, quod & animam veram hominis habuit, intellectum habentem, & corpus hominis, sensum carnalem itidem, ut & dolere posset corpore & emori. Tamen de sancto Spiritu facta hæc cognoscitur caro, & creata anima scilicet, sicut scriptum est in Evangelio: [b] *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi* [8] *obumbrabit te.* Et quod animam veram habuit, dicens: [c] *Animam meam pro vobis pono.* Et de carne passibili ad Thomam: [d] *Quod Spiritus non habet ossa & carnem, sicut me videtis.* Et Apostolus Petrus de Salvatore testatus est, dicens: [e] *Hujus anima non derelicta est in inferno, nec caro ejus vidit corruptionem.* Ex quo autem incarnatus est, & homo nostræ caussa salutis, & Deus verus creditur, cognoscitur, colitur, & in Ecclesia catholica prædicatur.

XLII.

Tropitæ.

Tropitæ sunt [9], qui dicunt conversum Verbum in carnem, non intelligentes, quod ait Apostolus Joannes: [f] *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Non attendentes, quod Verbum est immutabile, [10] & inconvertibile, id est, Deus Dei Filius. Caro autem quam accepit pro nostra salute, ipse eam formando assumsit, & induit nostræ caussa incapacitatis. Ad eum visendum itaque res istæ in unum conjunctæ pro nostra salute, non mutationem Verbi in carnem, sed assumtionem magis rei visibilis declarabant, ut invisibilis per visibilem carnem videri possit, credi atque cognosci, & ab humano genere capaciter adorari.

XLIII.

Hæresis de Passione Christi.

Sunt [11] etiam hæretici, qui circa passionem aberrant, dicentes, quod in passione dimiserit [12] Deus noster Christus carnem, & sic ascenderit in cælum, ut non sit jam in carne divinitas: neque enim post passionem resurrexit in carne, neque cum carne ascendit, inquiunt, in cælum, cum salus [13] omnis hominum in passione carnis ipsius & resurrectione & ascensione in cælum [14] consistat, sine cunctatione nobis & credentibus universis: cum & Apostolis Angeli dixerint pro nostra fide ac lætitia, in Actibus Apostolorum: Quod [g] *sicut vidistis eum ascendentem in cælum, sic* eum iterum sperate *venturum* de cælo.

XLIV.

Aerii.

Aerii [15] ab Aerio quodam sic appellati sunt, qui abstinentiis vacant, & in provincia Pamphylia quamplurimi commorantur, qui & Encratitæ dicuntur, id est abstinentes. Hi non possident aliquid, escas abominantur quas Deus cum benedictione humano generi tribuit, damnant etiam de lege nuptias, non a Deo institutas asserentes.

XLV.


Borboriani.

Alia est hæresis Borborianorum, qui vitiis implicati sæculi, & malis [16] concupiscentiis servientes, non sperant judicium futurum, sed potius carnalem sæculi concupiscentiam laudant. Hi itaque in cœnum euntes, & inde obliti de cœno facies & membra sua deformantes, [17] eadem re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonstrantes: cum illa vorago culparum & vitiorum perniciosa damnatio ex hominum voluntate, non legis divinæ permissione descenderit.

a Matth. XXVI. 38. b Luc. I. 35. c Joan. X. 11. d Luc. XXIV. 39. e Act. II, 27. f Joan. I. 14. g Act. I. 11.

1. Ms. *Cælesti sententia pronuntiaverit.*
2. Ms *Qui est creatura.*
3. Ms. *Spiritum sanctum adserunt. Filium.*
4. Ms. *A Filio factus: impietati.*
5. Ms. *Apertissime Christianæ.*
6. Ms. *Catholicæ pugnare volentes.*
7. Ms. *Hominis salubrit ... cujus & causa.*
8. Ms. *Obumbravit te ... Cujus anima.*
9. Ms. *Alii sunt Tropitæ qui.*
10. Ms. *Et incorruptibile.*
11. Ms. *Alii autem sunt hæretici qui.*
12. Ms. *Dominus noster ... in cælum, & non est jam.*
13. Ms. *Omnis hominis ... carnis ipsius & surrectione.*
14. Ms. *Constat ... Angeli beati.*
15. Ms. *Alii sunt Aeriani ab Aerio ... appellati, qui.*
16. Ms. *Concupiscentiis, non.*
17. Ms. *Eademque cunctis.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 384.



XLVI.

Artotyritæ.

Artotyritæ [1] sunt nomine ex re ipsa imposito, in Galatia, qui panem & caseum offerunt, non illud quo Ecclesia catholica & apostolica celebrat offerendo.

XLVII.

Ascodrogitæ.

Alii [2] sunt Ascodrogitæ in Galatia, qui utrem inflatum ponunt & cooperiunt in sua ecclesia, & circumeunt eum insanientes [3] potibus, & bacchantes, sicut pagani Libero patri, insanis mentibus more gentilium furentes, & non intelligentes quod ait Salvator: [a] utres novos sumendos, inque eos novum vinum mittendum, non in veteres. Et quum suis cæcitatibus properant [4] inservire, alieni modis omnibus Christianæ salutis reperiuntur, cum Apostolus dejiciat justificationem illam Judaicam carnalemque vanitatem, Christi autem veram & plenam confirmet scientiam dicens: [b] *Vetera transierunt, & ecce nova omnia* per Christum *facta sunt*. De lege enim & umbra dicebat Dominus, & de suæ gratiæ plenitudine: duorumque hominum, quod ait Apostolus: [c] *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis*. Quod enim erat per umbram, & quod erat futurum in Domini præsentia majus & melius, hoc nuntiabat docendo ac rebus testantibus confirmando.

XLVIII.

Passalorinchitarum Hæresis.

Alii sunt Passalorinchitæ, qui digitum imponentes in nares & ora sua [5] & in labia, quasi silentium semper exercent, non rei aliæ nisi taciturnitati, quasi studium commodantes. Hoc autem facientes quasi [6] prophetas cupiunt imitari, quia ait David propheta: [d] *Pone, Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis*. Et quia jejuniis beati prophetæ vacantes silentium sæpius commodabant, inde usurpantes isti [7] æstimant observandum, Pythagoricam vanitatem potius quam prophetarum cælestem vitam & sapientiam sequi properantes.

XLIX.

Aquarii.

Aquarii [8] sic dicti sunt, qui in sacramentis cælestibus [9] offerunt tantum aquam, non illud quod Ecclesia catholica & apostolica facere consuevit.

L.

Hæresis de Prophetis.

Sunt [10] nonnulli, qui prophetas quotidie adserunt, & prophetias fieri prædicant, ignorantes [e] *legem* [11] *& prophetas usque ad Joannem fuisse Baptistam*, finemque legis & prophetarum in Christi præsentia completum atque consummatum.

LI.

Colluthiani.


Colluthiani [12], a Collutho quodam ita dicti sunt in Ægypto, qui dicunt Dominum malorum non esse factorem. Contra autem alter quidam opponebat dicens: Dominum malorum esse factorem, [13] qui & ipse est hæreticus pariter: & cum utrique contentione ferrentur inani, nescierunt potentiam rationis: scriptura enim Deum facere bona, & nihilominus & mala prædicavit, cum dicat propheta: [f] *Ego sum Dominus, qui facio pacem, & creo mala*. Et alter propheta: [g] *Si est*, inquit, *malitia in civitate, quam Deus non fecit*? Sed mala ista non natura esse, dixit scriptura, a Deo facta, sed caussis exsistentibus hominum, scilicet in lege peccantium Domino, quæ sunt [14] tentationes persecutionis, diversæque angustiæ, quæ Deo permittente insurgunt peccantibus, sicut scriptum est: [h] *Quis dedit Israel in direptionem, nonne Dominus cui peccaverunt, & noluerunt in viis ejus ambulare?* Non autem fecisse malam Deum naturam, dicit scriptura alicubi: [15] *Ecce enim omnia valde erant bona, quæ fecit Deus*, in libro Geneseos [i], id est, [16] creaturæ mundi. Et alibi propheta dicit: [k] *Quoniam Deus malum non fecit, neque delectatur in perditione vivorum*. Quia ergo non caussa Dei creantis est mala naturaliter, sed hominum voluntatis, quæ obnoxia [17] legi Dei urgetur, & coertione constringit, conversionis caussa a Domino hæc inferuntur hominibus quotidie. Cum ergo [18] hæc dicunt, quomodo dicta sunt ignorant: quæ enim putant hominibus in coertione mala, hæc eruditionis & utilitatis sunt plena, quæ hominum voluntas perversa pati meretur, cum dicat Apostolus: [l] *Numquid injustus Deus, qui infert iram suam hominibus*? Non tamen sine utilitate & emolumento futuro hæc cuncta humano generi fieri permittuntur: justus enim in tribulatione sustinendo fidelior & justior comprobatur; peccator autem aut [19] peccare desinet emendatus, aut perseverans de mundo tollitur, ne in corpore constitutus amplius delinquere videatur. Ergo aut emendatus, cum superest adhuc in corpore, bonum jam opus facere non retardabit, aut [20] mens coercetur ut desinat a peccato, quod ait Apostolus: [m] *Qui mortuus est, justificatus est a peccato*.

a Matth. IX. 17. b II. Cor. V. 17. c I. Cor. XV. 47. d Psal. CXL. 3. e Matth. XI. 13. f Isa. XLV. 7. g Amos III. 6. h Isa. XLII. 4. i Gen. I. 31. k Sap. I. 13. l Rom. III. 3. m Rom. VI. 7.

1. Ms. *Alii sunt Artotyritæ nomine in Galatia*.
2. Ms. una serie sine numero: *Alii sunt iterum Ascodrugitæ*.
3. Ms. *Potius*. 4. An *insanire*?
5. Ms. *Et labia ... quasi studium commorantes*.
6. Ms. *Prophetas beatos cupiunt ... David beatus*: Pone.
7. Ms. *Æstimant aliquid observare*.
8. Ms. *Alii sunt Aquarii sic dicti, qui*.
9. Ms. *Offerunt aquam*.
10. Ms. *Alii sunt hæretici qui ... adserunt*.
11. Ms. *Et prophetas usque ad beatum Joannem*.
12. Ms. *Alii sunt autem Coluthiani*.
13. Ms. *Qui & ipse erat*.
14. Ms. *Tentationes, persecutiones*.
15. Ms. *Ecce enim, inquit, omnia valde bona*.
16. Ms. *Creatura mundi ... Quod Deus*.
17. Ms. *Legi Dei & judicio arguetur*.
18. Ms. *Hæc dicantur ... quæ enim imputantur*.
19. Ms. *Peccare desinit ... tollitur*.
20. Ms. *Mens arcessitur*.

A

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
384.



LII.

De Mundo Hæresis.

ALia autem eſt hæreſis, quæ dicit mundum non mutari, ſed [1] in eodem ſtatu ſemper manere, etiam poſt Domini noſtri Chriſti de cælis præſentiam, cum ipſe dicat: [a] *Omnia tranſibunt & mutabuntur*. Hoc autem non intelligunt mutationis cauſſa elementorum dictum fuiſſe a Domino, ut his mutatis a nova creatura reformetur, quod & David docet: [b] *Ipſi peribunt, tu autem ipſe es in æternum*. Et Dominus: [c] *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt*. Et: [d] *Ego facio novum cælum & novam terram, dicit Dominus*. Reſtauranda potius ergo, non pereunda annuntiat elementa; & quamvis impoſſibile Deo non eſt, ut qui fecit ex nihilo omnia, iterum delere poſſit omnia, quod ait beatiſſimus Job: [e] *Si autem deſtruxerit univerſa, quis ei dicet, quid feciſti?* Ergo ſi ita ſenſeris, omnipotentiam Domini Chriſti [2] cognoſces; ſin ea reſtauranda quis æſtimat ſequenter intelliget: nam etſi pereunda ſemina ſcriptura demonſtrat [f], id eſt ipſum mundum ad nihilum devenire poſſe; tamen quia quod fecit non deperit: [g] *fecit* enim, ut ait Salomon, *ex nihilo omnia, ut poſſent eſſe quæ non* [3] *erant*: & in reſurrectione hominum non pereunda ſemina, ſed ad gloriam majorem venientia demonſtrat, ut ait Apoſtolus: [h] *Seminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpiritale: ſeminatur in corruptione, ſurgit in incorruptione*. Et ipſe iterum Apoſtolus: [i] *Exſpectatio enim creaturæ revelationem filiorum Dei exſpectat: vanitati enim creatura* [4] *ſubdita eſt non volens, ſed propter eum qui ſubjecit in ſpe futuræ gloriæ dignitatis. Propter quod & ipſa creatura*, inquit, *liberabitur a ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*. Oſtendens [5] itaque a gloria ad gloriam proceſſura elementa, id eſt homines cum hac ipſa viſibili creatura, cum dicit Dominus: [k] *Sol tunc ſeptempliciter lucebit*. Tranſeuntia ergo erunt elementa ad majorem jam gloriam, inque ea permanenda cum hominibus; quamvis & ad nihilum poſſit adducere, qui fecit omnia Dominus. Sed in hoc eſt eminens Chriſti majeſtas & potentia, quod ad gloriam eadem majorem elementa tranſire permittit; nam & Apoſtolus [l] elementa hæc liqueſcere, & ad nihilum venire nuntiat pariter & prophetat.

LIII.

Excalceati.

EXcalceatorum [6] eſt hæreſis, quæ excalceatos ambulare debere homines adſerit, [7] quod ſub Moſe, inquiunt, dictum eſt: [m] *Solve calceamenta tua*. Et quod Iſaias ita ambulaverit tribus annis: quæ magis humana ac vanæ ſuperſtitionis ſunt, non traditionis ſanctorum ac Domini noſtri Jeſu Chriſti juſſionis [8] & imperii ejuſque poteſtatis.

LIV.

Novatiani.

NOvatiani ſurrexerunt poſt perſecutionem poſtremam a Novato quodam, qui ſicut Eccleſia catholica credebant antea, vetus Teſtamentum & novum accipientes. In perſecutione autem, quia lapſi ſunt multi fideles & in pœnitentiam ſuſcepti ſunt a catholica Eccleſia, irati, immo potius præſumtione ducti ac ſuperbia, vanam doctrinam conati ſunt ſeminare, ſeparantes ſe ab Eccleſia catholica, atque a Chriſti bonitate ac miſericordia B diſſonantes, atque dicentes: Non eſſe fideli poſt baptiſmum locum aliquem pœnitentiæ, ignorantes quod per prophetam clamat: [n] *Vivo ego dicit* [9] *Dominus: nolo mortem peccatoris, ſed magis ut revertatur & vivat*. Si ergo dixerint de his qui baptizandi ſunt, dixiſſe ſcripturam, non tamen fidelibus; audiant Salvatorem poſt baptiſmum aquæ dicentem de baptiſmo alio, pœnitentiæ ſcilicet paſſionis ita: [o] *Baptiſma habeo*, inquit, *baptizari, & quam feſtino ſi finiretur*. Oſtendens utique nobis poſt baptiſmum quem per aquam ante dederat, aliud etiam paſſionis pœnitentiæ humano generi ab ipſius bonitate & clementia labentibus concedendum, atque ab eodem Domino tribuendum. Quod Apoſtoli C intelligentes de paſſione ejus ſaluberrima, poſt illam primam gratiam humano generi etiam hoc eum contuliſſe prædicabant. Ut proviſor enim & omnipotens peccantibus concedit per pœnitentiam, ut qui lapſus eſt, ſurgens ac pugnans iterum, inque ea perſeverans, ſperet ſe poſſe a Domino deſiderandam victoriam adipiſci. In Chriſto enim & ejus clementia, & juſtitia, [10] bonitas, & propter peccantes & pœnitentes abundat quotidie; ut Paullus teſtatus de illis eſt, qui peccati cauſſa non egerant pœnitentiam, ut dixit in ſua Epiſtola: [p] *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Et rurſum: [q] *Ne veniam ad vos, & iterum me humiliet Dominus propter quoſdam qui non egerunt pœnitentiam*. Et Petrus D Apoſtolus Mago Simoni dixerat: [r] *Age pœnitentiam, ſi quo modo dimittatur tibi quod feciſti*. Et Paullus quem abjecerat, eum ſuſcipi poſt tempus iterum jubet. Amiſſionem itaque dignitatis poſſunt perpeti tales, non detrimentum ſalutis, ut ait Dominus: [ſ] *Multæ manſiones ſunt apud Patrem meum*.

LV.

Montaniſtæ.

MOntaniſtæ [11] ſunt, qui rebaptizant ſi quos ſeduxerint homines, & ſupra baptiſmum Eccleſiæ catholicæ aliud ſuum [12] baptiſma inſanientes E promittunt, qui & Donatiani dicuntur, a quodam Donato in Africa conſtituto, qui hanc hæreſin ſeminavit: qui & Parmeniani nunc appellantur a Parmenione quodam, qui eorum nuper ſucceſſit erroribus atque falſitati.

[a] Matth. xxiv. 35. [b] Pſalm. ci. 27. 28. [c] Luc. xxi. 33. [d] Iſa. lxv. 17. lxvi. 22. [e] Job ix. 12. [f] Pſalm. ci. 27. [g] Sap. xi. 24. [h] 1. Cor. xv. 24. [i] Rom. viii. 19-21. [k] Iſa. xxx. 26. [l] II. Pet. III. 10. [m] Exod. III. 5. [n] Ezech. xxxiii. 11. [o] Luc. xii. 50. [p] II. Cor. xi. 29. [q] II. Cor. xii. 21. [r] Act. viii. 22. [ſ] Joan. xiv. 2.

1. Ms. *In eo ſtatu ... peribunt, inquit, tu autem.*
2. Ms. *Cognoſcis ſive eam reſtaurandam ... intelligit.*
3. Ms. *Erant: in.*
4. Ms. *Subjecta eſt.*
5. Ms. *Itaque gloria ad filiorum proceſſura.*
6. Ms. *Alia eſt hæreſis.*
7. Ms. *Quod Moſi inquit ... Eſaias beatus ita.*
8. Ms. *Et imperii ejus ut poteſtatis.*
9. Ms. *Dominus: Si volo mortem peccat. quantum ut.*
10. Ms. *Et bonitas propter.*
11. Ms. *Alii ſunt Monaſtes qui.*
12. Ms. *Baptiſma inſaniunt promittentes.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 384.

LVI.

Abstinentes.

SUnt [1] in Galliis & Hiſpaniis & Aquitania velati abſtinentes, [2] qui & Gnoſticorum & Manichæorum particulam perniciosiſſimam æque ſequuntur, [3] eamdemque non dubitant prædicare, ſeparantes perſuaſionibus conjugia hominum, & eſcarum abſtinentiam promittentes, quæ non ex legis præcepto, ſed promotionis cæleſtis & dignitatis cauſſa voluntati hominum talis a Chriſto conceſſa eſt gratia. Dicit enim Dominus Petro: [a] *Non omnes capiunt hoc verbum*. Et iterum idem Dominus, ait: [b] *Qui dimiſerit uxorem ſuam ſine cauſſa criminis, facit eam mœchari*. Aliud eſt itaque conſenſu communi hoc fieri laudis cauſſa majoris conſequendæ a Domino, & aliud contra legem ſuadere contraque amborum facere voluntatem. Et iterum: [c] *Qui non manducat, manducantem non ſpernat; & qui manducat, non manducantem non judicet*. Quod ex voluntate eſt itaque, laudis eſt amplioris, immo potius mercedis cæleſtis eſt deſiderium: quod autem extra legem eſt, non a Deo Chriſto eſt traditum, ſed inani hominum præſumtione & errore inventum: ſcriptum eſt enim: [d] *Do vobis omnia edere ſicut fœnum*. Hoc autem ideo faciunt, ut eſcas paullatim ſpernentes, dicant eas non eſſe bonas; & ita non a Deo hominibus eſcæ cauſſa fuiſſe conceſſas, ſed a diabolo factas ut aſſerant, ita ſentiunt. Inque hoc jam creaturam non a Deo creatam, ſed a diabolo eam factam prædicare nituntur, perque hoc mendacium multorum animas captivarunt.

LVII.

Circuitores.

IN Africa [4] ſunt qui Circuitores dicuntur: hi circumeunt terras & quos inveniunt in via, cogunt eos ut interficiantur ab illis: dicentes ſe deſiderare pati martyrium, & ſub cauſſa hac multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex his velut biothanati moriuntur, ſe ſe dantes ad præcipitium, diverſumque ſubeunt calamitatis interitum: qui cum ſine cauſſa perire ita properant, honeſtæ mortis ſuſtinent detrimenta, & judicio Dei futuro ſe potius implicant, quam ſolvunt.

LVIII.

Hæresis de Cibo et Spiritu sancto.

NEc deſunt [5], qui cum hominibus non ſumunt eſcas, præſumtione ducti [6] inani, putantes ſe melius quid facere: quia & [7] prophetæ hoc, inquiunt, faciebant; ignorantes diverſam œconomiam Chriſti Domini eſſe ſtatutam hominibus. Hi de Patre & Filio bene ſentiunt; de Spiritu autem non recte accipiunt, creatum credentes eſſe & factum ſanctum Spiritum, non Deum, ſicut ſcripturæ nuntiant & Eccleſia catholica prædicat.

LIX.

Hæresis alia de Paschate.

ALia eſt hæreſis, quæ adſerit cum Judæis [8] debere fieri paſcha. Iſti in Galatia & Syria & Phrygia commorantur & Hieroſolymis; & cum Judæos ſequantur, ſimili cum eis errore depereunt. Inque hoc & ſuum Judæi confirmant mendacium, cum pervident quoſdam Chriſtianos indoctos, legis eorum magis ſequi vanitatem, quam regulam catholicæ veritatis, & nihilominus illi [9] cum iſtos concelebrant, ut conſortes Judæorum criminis & ſceleris [10] manifeſtantur, atque ab omnibus dignoſcuntur.

LX.

Apocryphi.

HÆreſis [11] eſt etiam quæ Apocrypha, id eſt [12] ſecreta dicitur; quæ ſolum Prophetas & Apoſtolos accipit, non ſcripturas canonicas, id eſt legem & prophetas, vetus ſcilicet & novum teſtamentum. Et cum volunt ſolum illa apocrypha legere, ſtudioſe contraria ſcripturis canonicis ſentiunt, atque paullatim dogmatizant, contra eas dantes ſententias: contra legem & prophetas, contraque diſpoſitiones beatiſſimorum Apoſtolorum conſulta ponentes, e quibus ſunt maxime Manichæi, Gnoſtici, Nicolaitæ, Valentiniani & alii quam plurimi, qui apocrypha Prophetarum & Apoſtolorum, id eſt Actus ſeparatos habentes, canonicas legere ſcripturas contemnunt. Propter quod ſtatutum eſt [13] ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus, non aliud legi in Eccleſia debere catholica, niſi legem & prophetas, & Evangelia, & Actus Apoſtolorum, & Paulli tredecim Epiſtolas, & ſeptem alias, Petri duas, Joannis tres, Judæ unam, & unam Jacobi, quæ ſeptem Actibus Apoſtolorum conjunctæ ſunt. Scripturæ autem abſconditæ, id eſt apocrypha; & ſi legi debent morum cauſſa a perfectis, non [14] ab omnibus legi debent, qui non intelligentes multa addiderunt & tulerunt, quæ voluerunt hæretici. Nam Manichæi apocrypha beati Andreæ Apoſtoli, id eſt Actus quos fecit veniens de Ponto in Græciam, quos conſcripſerunt tunc diſcipuli [15] ſequentes Apoſtolum: unde & habent Manichæi & alii tales Andreæ beati, & Joannis Actus Evangeliſtæ, beati & Petri ſimiliter Apoſtoli; in quibus, quia ſigna fecerunt magna & prodigia, ut pecudes & canes & beſtiæ loquerentur, etiam & animas hominum tales, velut canum & pecudum ſimiles imputaverunt eſſe hæretici perditi.

LXI.

Hæresis quorumdam de Epistola Paulli ad Hebræos.

SUnt [16] alii quoque, qui Epiſtolam Paulli ad Hebræos non adſerunt eſſe ipſius, ſed dicunt aut Barnabæ eſſe Apoſtoli, aut Clementis de urbe Ro-

a Matth. xix. 11. *b* Ibid. ℣. 9. *c* Rom. xiv. 4. *d* Gen. ix. 3.

1. Ms. *Alii ſunt in Gallis & in Spanis*.
2. Ms. *Qui & Gnoſticorum particula perniciosiſſima*.
3. Ms. *Eademque*.
4. Ms. *Alii ſunt in Africa Circuitores qui ita dicuntur*.
5. Ms. *Alii ſunt qui cum*.
6. Ms. *Inanes putantes melius quid*.
7. Ms. *Prophetæ faciebant*.
8. Ms. *Debere facere Paſcha*.
9. Ms. *Cum iſtis concelebrent, conſortes*.
10. Ms. *Manifeſtantur, atque ab hominibus dinoſcuntur*.
11. Ms. *Alia eſt hæreſis quæ*.
12. Ms. *Secreta, & ſolum prophetarum & Apoſtolorum accipit Scripturas*.
13. Ms. *Ab Apoſtolis beatis*.
14. Ms. *Ab omnibus debent, quia non*.
15. Ms. *Sequentes beatum Apoſtolum*.
16. Ms. *Sunt alii qui ... eſſe ſed*.

ma episcopi. Alii autem Lucæ Evangelistæ ajunt: Epistolam etiam ad Laodicenses [1] scriptam. Et quia addiderunt in ea quædam non bene sentientes, inde non legitur in Ecclesia; & si legitur a quibusdam, non tamen in Ecclesia legitur populo, nisi tredecim Epistolæ ipsius, & ad Hebræos interdum. Et [2] in ea quia rhetorice scripsit sermone plausibili, inde non putant esse ejusdem Apostoli. Et [3] quia & factum Christum dicit in ea, inde non legitur. De pœnitentia autem propter Novatianos æque. Cum ergo factum dicit Christum, corpore non divinitate dicit factum, cum doceat ibidem quod divinæ sit & paternæ substantiæ Filius, [a] *qui est splendor gloriæ*, inquit, *& imago substantiæ ejus*. Pœnitudinem etiam non excludit docendo, sed di- B versum gradum dignitatis ostendit inter hunc qui integrum custodivit, & illum qui peccavit. Dignitatis est igitur detrimentum in eo qui peccavit, non damnum salutis. Nam si fortiter quis pugnaverit per martyrium, recipiet [4] pristinam dignitatem; aut si condigne in hoc sæculo vixerit, impetrat quod desiderat adipisci. Nam in ipsa Epistola rebaptizatores excludit, non baptismum pœnitentiæ abnegat. Conferendum quod interdum [5] in multis fructuosum inveniatur pœnitentibus, quod postea fide, vita, bono opere, & in hoc sæculo a Domino collaudati sunt, perseverantes jam in rebus bonis & operibus fructuosis, quod Dominus dixerat per prophetam: [b] *Non ero memor malorum ejus*, C *sed bonorum potius, si jam in bonis permanserit operibus*.

LXII.

MELITIANI.

MElitiani [6] sunt a Melitio quodam in Ægypto, qui de parte fuerat Ariana, & abjectus est ab Ecclesia catholica; qui postea quasi verum sequendo susceptus est, & discipuli ejus cum eo pariter. Atque iterum indifferenter post hæc agere cupientes, communicabant & hæreticis & Ecclesiæ catholicæ. Quorum cum cognovisset indiffe- D rentiam, exsortes eos suæ communionis effecit Ecclesia catholica.

LXIII.

RHETORII.

ALii sunt in Ægypto & Alexandria a Rhetorio [7] quodam, qui omnes laudabat hæreses, dicens omnes bene sentire, & neminem errare ex eis, sed ambulare bene omnes illos, & male eos non credere sentiebat. Si itaque omnes laudabat, quem vituperabat? Ergo non tenet quod verum est. Et Photinus ergo laudandus est hæreticus, qui Chri- E

A stum Dominum negat esse ante sæcula cum Patre. Et omnis hæresis quæ blasphemat aut in Patrem, aut in Filium, aut in Spiritum. Cur itaque blasphemos hæreticos laudat, cum eos Christus Dominus ex hoc jam sæculo damnaverit, dicens: [c] non dimitti hominibus blasphemiam in Spiritum sanctum blasphemantibus & perseverantibus, neque heic, neque [8] in futuro? Propter quod constat & istum esse hæreticum, immo potius nihil scire; qui eos laudandos non vituperandos & abjiciendos judicaverit.

LXIV.

DE DIVINITATE CHRISTI HÆRESIS.

ALia est hæresis, quæ dicit divinitatem doluisse, cum caro pateretur in cruce conjuncta divinitati: [9] errans in eo, quod non solum divinitas pati non potest naturaliter, nec teneri, neque videri; verum etiam nec anima hominis quæ a Deo facta est, dicente Domino: [d] *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed timete hunc potius, qui potest animam & corpus perdere in gehennam*. Errant itaque modis omnibus, qui dicunt divinitatem Christi [10] esse natura passibilem, & impie sentiunt aut doluisse, aut flevisse, [11] aut ingemuisse: passio enim Christi est carnalis, naturaliter * non divinitate dolente. Ideoque non cognoscebatur a Judæis qui erat in carne passibili loquendo, qui de lege & prophetis Deus verus nuntiabatur, palamque in carne venturus prædicabatur, dicente propheta: [e] *Deus palam veniet*. Et iterum eodem propheta David: [f] *Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei*. Qui est enim calix, nisi ejus passio? qui tantæ bonitatis munus & clementiæ humano generi conferens, ab Judæorum [12] iniquissimo ignorabatur populo. Passus itaque est [13] carne passibili, non divinitate naturaliter impassibili; qui & agnoscitur, & creditur non absente tamen divinitate, sed conjuncta cum corpore pariter propter mysterium consummationis statutum ac definitum antea. Quod sciens Apostolus non separavit in cruce divinitatem a carne, dicens: [g] *Si enim cognovissent, numquam Dominum majestatis crucifixissent*. Paullus itaque conjunxit utrumque, ut Christi bonitatem & misericordiam nobis manifestaret plenissimam. Petrus autem Apostolus quod natura est passibile, & quod est impassibile, docuit ex aperto, dicens: [h] *Mortuus quidem est corpore, vivificatus autem Spiritu*. Neque ergo caro a divinitate, nec divinitas a carne aberat, cum caro pateretur humana naturaliter, [14] & in hoc ipsa permittente Christi divinitate, mysterium nostræ caussa salutis consummabatur a Domino, ut plena devictio fieret inimici, ut in quo videbatur ut homo pati qui Deus erat in carne, non sibi sed nobis jam vinceret inimicum; nobisque ante devictis, in sui passione, in

a Heb. I. 3. *b* Ezech. xxxiii. 16. *c* Matth. xii. 31. *d* Matth. x. 28. *e* Psal. xlix. 3. *f* Psal. xv. 5. *g* I. Cor. II. 8. *h* I. Pet. III. 18.

1. Ms. *Scripta beati Apostoli quidam volunt legere quia addiderunt*.
2. Ms. *Et in ea rhetorice*.
3. Ms. *Et quia factum ... inter hunc*.
4. Ms. *Pristinam sanitatem*.
5. Ms. *In multis infructuosum invenietur*.
6. Ms. *Sunt alii a Melitio*.
7. Ms. *Quodam homine qui ... credere non*.
8. Ms. *In futurum*.
9. Ms. *Errantes quod*.
10. Ms. *Esse naturam*.
11. Ms. *Aut gemuisse*.
12. Ms. *Nequissimo*.
13. Ms. *Carne passibili non qui & ignoscitur & creditur non juncta cum corpore*.
14. Ms. *Et in hoc ipso*.

* Fabricius locum hunc ita reformandum censuit: *naturaliter* CARNE *non divinitate dolente*, putavitque vocabulum *carne* addendum, sensu illud requirente. Sed frustra, ut videtur. Mox enim sanctus Pater eamdem sententiam repetens, importunum esse illud *carne* demonstrat. Sic namque paullo post loquitur: *Passus itaque est carne passibili*, NON DIVINITATE NATURALITER IMPASSIBILE. Quæ quidem posteriora verba prioribus, *naturaliter non divinitate dolente*, apprime concinunt.



eum credentibus vincendi potentiam aperiret, eumque sequentibus cælestem gloriam ministraret. [1] Non ergo Dei naturalis passio & dolor talis in divinitate ejus gignebatur, sicut quidam æstimant; alioquin homo solum erat, non Deus & homo, ut scriptum est [a]: sed mysterium nostræ caussa salutis æternæ consummabatur, quod ante fuerat nuntiatum a lege pariter & prophetis.

LXV.

Hæresis Triformem Deum faciens.

Est [2] hæresis quæ dicit veluti triformem Deum esse & compositum, ut quædam pars Patris, quædam Filii, quædam Spiritus sancti sit: atque ita credi debere [3] adserit, & hoc dicens nescit, nec intelligit divinæ scripturæ sententiam. Triformem enim quamdam [4] dicens substantiam, multo blasphemat maxime, ignorans quod alter est qui misit, alter qui missus est. Ergo est vera persona Patris quæ misit Filium, & est vera persona Filii quæ advenit de Patre, & est vera persona Spiritus quæ a Filio & Patre missa est. Trium itaque harum personarum una est veritas, majestas [5] & substantiæ æqualitas, & divinitas sempiterna. Qualis est enim immensa & inenarranda Patris persona, talis est & Filii, talis est sancti Spiritus: ut in distinctione nominum ac trium personarum non sit aliqua naturæ diversitas. Immensibilis est igitur hæc Trinitas, [6] invisibilis & inenarrabilis, quæ fide solum cognoscitur: non tamen expositione humanæ vocis ac sensu mortali condigne expromitur. Cum enim dicit mittere Patrem Filium, & Filium mittere Spiritum sanctum, personarum caussa dicit, non loci separatione disjunctos ostendit, propter Sabellium scilicet & Photinum hæreticos, qui condigne de Deo intelligere noluerunt, dicente Domino: [b] *Cui me similem fecistis, dicit Dominus, & cui similis ero?* [c] *Sicut enim cælum distat a terra, ita distant sensus vestri & cogitationes & consilia vestra a sensibus & cogitationibus meis, dicit Dominus.* Cum ergo dicit misisse Patrem, [7] emissum fuisse Filium, personarum caussa dicit, ne quis aut ipsum Patrem, aut ipsum Filium esse æstimet, [8] quod ita sentiens delirat Sabellius: & ne iterum missus Filius de cælo, æstimetur non esse [9] ubique in Patre, dixit quidem se missum a Patre, ubique [10] tamen esse cum Patre ostendit, dicens: [d] *Pater qui me misit, mecum est.* Non ergo separationem loci dixit, cum omnia & ipse Filius compleat contineatque cum Patre & sancto Spiritu; sed ut Patris veram personam, & Filii [11] talem qualis Patris, & sancti Spiritus sicut Filii veram [12] credamus personam, harumque trium personarum unam qualitatis substantiam, majestatem & potentiam cognoscamus, hæc ita docere dignatus est, [13] & in carne maxime constitutus; in qua & ejus humili- E

A tas enituit sæculo, & inenarranda resplenduit bonitas, & condescensio fragilitatis humanæ in tam copiosa clementia ac liberalitate, ut generi manifestaretur humano; [14] hæc ita dignatus est operari atque loqui pro nostra salute, ut nos scire de Deo & capere & intelligere aliqua ex parte valeamus.

LXVI.

De Cælorum diversitate.

De cælorum diversitate [15] est hæresis quæ ambigat. Scriptura enim in primo die cælum & terram facta declarat, duo hæc elementa: B secundo firmamentum aquæ factum, & nihilominus ipsum firmamentum cælum appellatum fuisse testatur. David autem dicit de cælis ita: [e] *Laudate* [16] *Dominum cæli cælorum, & aquæ quæ super cælos sunt.* Sive ergo sex cælos, secundum David, & septimum hoc firmamentum accipere quis voluerit, non errat; nam Salomon tres cælos dicit, ita: [f] *cælum, & cælum cæli.* Paullus æque Apostolus usque ad tertium cælum se [17] raptum fatetur. Sive ergo septem quis acceperit, ut David, sive tres, sive duos, non errat; quia & Dominus ait: [g] *Pater qui in cælis est.* Nam & [18] pagani unum cælum & cælos profitentur interdum. [19] David ergo quod plenum est docuit. Salomon autem quod ex C parte est, & beatus Paullus æque. Liber autem Geneseos duos [20] cælos nobis nuntiavit.

LXVII.

Hæresis terram beatitudinis ignorans ac reprobans.

Alia est hæresis quæ de terra ambigit, dicens hanc esse solam, & aliam non esse: ignorans quod alia est, quæ veluti [21] matrix est omnium rerum, universaque continet; quæ quasi ὕλη, id est materia, reperitur in scripturis; quæ est invisibilis, & incomposita; quæ a Deo facta est in primo die. D Hæc autem in qua habitamus, super aquam fundata ostenditur, ut dixit David: [h] *Qui fundasti terram super aquam.* Nam matrix omnium rerum terra immensa est illa prior quæ in primo die facta est; quæ continet aquam, & hanc terram quæ habitatur a nobis; quæ & humano generi & volatilibus, serpentibus, pecudibus ceterisque aliis fruges & fructus exhibet [22] opulenter; jussa a Christo Domino Salvatore [i], sicut scriptum est in libro Geneseos [k], creaturæ servire.

a Joan. I. 14. *b* Isa. XL. 18. *c* Isa. LV. 9. *d* Joan. VIII. 16. *e* Psal. CXLVIII. 4. *f* III. Reg. VIII. 27. *g* Matth. VI. 5. *h* Psal. CXXXVI. 6. *i* Joan. I, 3. Coloss. I. 13. *k* Gen. I. 11. & 30. seq.

1. Ms. *Non ergo naturalis.*
2. Ms. *Alia est hæresis.*
3. Ms. *Asserunt, & hoc dicentes nesciunt nec intelligunt.*
4. Ms. *Dicentes ... multis blasphemant ... ignorantes.*
5. Ms. *Et substantia æqualis.*
6. Ms. *Et invisibilis &.*
7. Ms. *Et missum fuisse.*
8. Ms. *Quod ita non sentiens.*
9. Ms. *Ubique cum Patre.*
10. Ms. *Tamen se esse.*
11. Ms. *Talem qualem Patris.*
12. Ms. *Credamus personarumque trium personam. Nam qualitatis substantiam cognoscamus, hæc ita.*
13. Ms. *In carne.*
14. Ms. *Hæc dignatus est.*
15. Ms. *Alia est hæresis quæ de cælorum diversit. ambigit.*
16. Ms. *Dominum de cælis cælorum.*
17. Ms. *Raptum confitetur.*
18. Ms. *Pagani vanissimi unum cælum & polus profitentur.*
19. Ms. *David ergo beatus quod.*
20. Ms. *Cælos nuntiavit.*
21. Ms. *Matrix omnium ... quæque quasi.*
22. Ms. *Opulentos jussos a Christo Salvatore.*

LXVIII.

Hæresis aquam a Deo factam esse negans.

Alia eſt hæreſis quæ de aqua ambigit, quod non facta ſit [1] a Deo, ſed ſemper eſſe eam ex ſemet ipſa aſſerit: ignorans quod ſi majus elementum factum eſt, id eſt terra, quanto magis & minus, id eſt aqua, quæ continetur a terra? dicente propheta Jona: [a] *Ego ſervus ſum Dei, qui fecit mare* [2] *& aridam*. Et David idem dicit [b] factam aquam a Domino. Et tres pueri itidem [c]. Alia itaque eſt terra quæ continet univerſa, & alia eſt quæ ſuper aquam fundata eſt; quippe iſta quæ habitatur a nobis, de qua ait propheta: [d] *Qui fundaſti terram ſuper aquam*. Non illam utique primam. [3] Hanc itaque renovari & purgari neceſſe eſt, quam & moveri ſæpe cognoſcimus terræ motu, de qua ait Dominus: [e] *Ego faciam novum cælum & novam terram*. Et iterum Dominus ait: *Cælum & terram tranſire*, in Evangelio. Hæc terra itaque veluti de radicibus illius prioris cognoſcitur habere ſubſtantiam, quæ ſupra aquam ſubſiſtere juſſa eſt, quæ copioſe humano generi exhibet alimenta.

LXIX.

Hæresis de Imagine Dei in corpore humano.

Hæreſis [4] eſt quoque, quæ dicit ante corpus fuiſſe hominis factum, non animam; & quod imago Dei corpus ſit, non anima hominis; & quod ſecundum prædeſtinationem dixerit [5] ita arbitratur, cum dicat ſcriptura: [f] *Et fecit Deus hominem, ad imaginem ſuam fecit eum, maſculum & feminam fecit eos*. [6] Ignorans, propheta quid dixerit; cum dixit enim *faciamus*, promittit facturum ſe; cumque dicit: *fecit Deus*, jam opus factum demonſtrat, & factam non carnem ſed animam quæ rationalis eſt, declaravit. Nam quod caro ſine anima non poſſit eloqui, non eſt dubium: ergo caro organum [7] animæ eſt rationalis. *Maſculum & feminam* cum dicit ſcriptura, non heic corporum ſexum, ſed animæ dominantis & ſubjacentis declarat indicium. Et quod non corpora ſint ante facta jacentia, ſicut quidam æſtimant imprudentes, non eſt ambiguum; cum caro Adæ ac mulieris poſtea facta ſit; nam ſeptimo die dicit ſcriptura de Adam ita: [g] *Et accepit Dominus terram de limo, & plaſmavit hominem quem fecit*. Vides ergo quomodo factum hominem, id eſt animam ante oſtendit rationabilem & immortalem eſſe creatam a Domino, quæ utique imago Dei eſt appellata: terram autem de limo acceptam adjunctam animæ, id
E eſt, exteriorem hominem, corpus fragile die ſequenti manifeſtavit plaſmatum, [8] ac immiſſo ſopore in Adam, poſteaque de coſta ejus accepiſſe Dominum,
A & feciſſe mulierem ſcriptura teſtatur ac prædicat: & ut primum ſit anima facta, id eſt, ſexto die; die autem ſeptimo corpus de terra plaſmatum Adæ: ſic de viri [9] corpore, id eſt, de latere ejus factam feminam demonſtraverit, non eſt ambiguum: & quod anima ante facta ſit, caro autem poſtea plaſmata, & ſic poſtea inſpiratione infuſa Dei, & ſpiritalis in fine collata ſit gratia, ut ſic jam capax homo legis divinæ non impotens a Domino monſtraretur. Evidens eſt ratio veritatis, quod & beatus dicebat David, factam animam primum, ſic corpus plaſmatum: [h] *Manus tuæ*, [10] inquit, *Domine fecerunt & plaſmaverunt me*. Ac ſic poſtea fuiſſe infuſum ſpiritum declaravit, dicens: [i] *Et Spiri-*
B *tum ſanctum tuum ne auferas a me*.

LXX.

Hæresis de Anima hominis inspirata.

Alia eſt hæreſis, quæ dicit inſpirationem animam eſſe, non inſpirationem in animam datam fuiſſe: [11] ignorans quod ſi inſpiratio anima eſt, quomodo judicare poteſt, quod a Deo eſt infuſum proprie; cum non [12] attendat, quod inſpiratio divini Spiritus eſt quædam gratia & profectio dignitatis, ut poſſit homo capax legis cæleſtis exſiſtere. Et quod habenti animam Adæ patri noſtro data eſt
C inſpiratio, non anima inſpirata in eum ſit, oſtendit Dominus in Evangelio: ſicut ante enim in Adam inſpiraverat [13] ipſe, ita poſtea Apoſtolis habentibus animam, poſt reſurrectionem, divini Spiritus majorem gratiam inſpiravit, dicens: [k] *Accipite Spiritum ſanctum*. Et non dixit, animam accipite, ſed Spiritum ſanctum. Qui ergo inſpiravit facto homini habenti animam Adæ, ipſe & poſtea inſpiravit beatis Apoſtolis habentibus animam; [14] ut cognoſcatur, quod per ipſum cuncta ſint, & ſine ipſo factum nihil ſit [l]. Nullius rationis eſt itaque, ut velit quis æſtimare inſpirationem eſſe animam, cum facta cognoſcatur anima; quæ ſub legis conditione poſita judicio obnoxia reperitur, de qua ait: [m] *Nolite timere*
D *eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed hunc timete, qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam*. Inſpiratio [15] itaque quæ non eſt anima, ſed gratia dignitatis, de divino Spiritu a Deo Chriſto perveniens omnibus; quam habentes & cuſtodientes adjectionem accipiunt gratiarum, ut Apoſtoli, & Prophetæ, & omnes juſti: injuſti autem negligentes ac contemnentes amittunt tantum meritum dignitatis, ut Saul ille de quo dictum eſt: [n] *Receſſit ab eo Spiritus Domini, & immundus ſpiritus fatigabat eum*. Et quod [o] *in malignam animam non intrabit Spiritus ſapientiæ*, Scriptura teſtatur.

a Jon. I. 9. b Pſalm. CIV. 3. 6. c Dan. III. 60. d Pſalm. CXXXVI. 6. e Iſa. LXV. 17. f Gen. I. 27. g Gen. II. 7. h Pſalm. CXVIII. 7. i Pſalm. L. 11. k Joan. XX. 22. l Joan. I. 3. m Matth. X. 28. n I. Reg. XVI. 14. o Sap. I. 4.

1. Ms. *A Domino, ſemper ... aſſerunt ignorantes.*
2. Ms. *Et terram*
3. Ms. *Hanc itaque renovari ſe cognoſcimus ... Ego facio.*
4. Ms. *Alia eſt hæreſis quæ.*
5. Ms. *Dixerit Domini ita arbitrantur.*
6. Ms. *Ignorantes, propheta ... rationabilis.*
7. Ms. *Animæ eſt rei rationabilis.*
8. Ms. *Ac ſic immiſſo.*
9. Ms. *Corpore de latere ejus.*
10. Ms. *Inquit, fecerunt.*
11. Ms. *Ignorantes quod ... quomodo dijudicari.*
12. Ms. *Attendant ... & provectio.*
13. Ms. *Ipſe & poſtea.*
14. Ms. *Ut cognoſcatur ut per ipſum cuncta facta ſint.*
15. Ms. *Itaque non.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 384.

LXXI.

HÆRESIS DE ANIMA ET INTELLECTU HOMINIS.

ALia est hæresis, quæ dicit hominis animam non factam a Deo ita appellari animam, sed ante, inquit, intellectus vocabatur, & erat in cælo; postea autem, quia terrena desideravit, discessisse eam de cælo, & ex eo eam animam nuncupatam arbitrantur: ignorantes quod in principio facta a Deo, & creata post Angelos anima est appellata a Domino, hocque nomen proprietatis accepit a Deo, ut anima, non intellectus vocaretur, dicente scriptura: [a] *Anima ejus in bonis demorabitur*. Et iterum: [b] *Quod non derelinques animam meam in inferno*. Et iterum: [c] *Convertere anima mea in requiem tuam*. Et iterum: [d] *Anima mea conturbata est valde*. Et iterum: [e] *Ita desiderat anima mea ad te Deus*. Et iterum: [f] *Benedictus Dominus, qui fecit animam meam*. Illud itaque philosophorum [1] inani sententia adserunt, quod divina scriptura non ita prædicat.

LXXII.

GNOSTICORUM ET MANICHÆORUM HÆRESIS DE SERPENTIBUS ET AVIBUS.

EST hæresis quæ pecudes & serpentes & aves, rationabiles arbitratur esse ut homines, sicut Manichæi & Gnostici perditi [2] & quidquid poetæ & philosophi Stoici suspicantur: ignorantes quod homo rationabilis intellectum habeat animi de Deo, id est scire posse de Deo & credere; sensum autem habet corporis cum pecudibus quippe & ceteris aliis similibus, quæ sensum quidem corporis habere possunt, intellectum autem animi de Deo habere nullo modo possunt, aut animam immortalem ac rationabilem ut homo, qui imago est Dei appellatus, dicente Scriptura: [g] *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*. Et: [h] *Homo in honore cum esset, non intellexit, comparatus est pecudibus insensatis, & similis factus est illis*. Sensus itaque pecudum, avium & serpentium nobiscum communis est corpore; intellectus autem solummodo est hominum, id est immortalis [3] animæ potentia de sancto in eam infusa Spiritu; quæ imago Dei est appellata; quæ his omnibus imperat, regit ac possidet universa copiose, ut scriptum est: [i] *Dedi vobis omnia sub potestate*.

LXXIII.

DE FALSIS PROPHETIS HÆRESIS DEO OMNIA MALA ADSCRIBENS.

ALia est hæresis, quæ dicit malos reges & pseudoprophetas non a sua venire & fieri voluntate, sed a Dei eos jussione [4] emitti: ignorans quod non a Deo illos fieri pseudoprophetas aut malos re-
A ges scripturæ adnuntiant, sed contra Dei voluntatem, sua voluntate & inimici suggestione sic eos advenire declarant, ut Jamnes & Mambres [k] contra [5] Mosen & Aaron sacerdotes Dei sub Pharaone sua venerant voluntate; cum dicat scriptura: [l] *Regnaverunt non per me, neque per Spiritum meum, dicit Dominus*. Et de pseudoprophetis ita: [m] *Hæc dicit Dominus: non illos mittebam, & illi ibant in nomine meo prophetare*. Propter quod etiam contra illos, sæpe [6] mortis in hoc mundo condignam Dominus decernit sententiam enunciando. Non sunt itaque a Deo pseudoprophetæ missi, neque reges impii recedentes a Domino; sed etsi excitantur mali contra malos interdum dimittente [7] Domino, hoc
B gignitur, ut malis mali consummantur. Boni etenim sustinentes persecutionem, & justitiam habentes apud Dominum, [8] repensationem magnam futuri exspectant premii. Mali autem ideo a malis, non solum bonis interdum perimuntur, ut illorum iniquitas etiam in hoc sæculo ex parte puniatur.

LXXIV.

DE TERRÆ MOTU, HÆRESIS.

TErræ motum [9] hæresis quædam non Dei jussione & indignatione fieri, [10] sed natura ipsa elementorum opinatur, cum ignoret quid dicat scri-
C ptura: [n] *Qui conspicit*, inquit, *terram, & eam commovet terræ motu*. Et iterum: [o] *Adhuc ego movebo cælum & terram*. Non attendentes Dei potentiam, elementorum naturæ adscribere audent potentiæ motionem, ut quidam philosophi [11] vani, qui rerum naturæ hoc adscribentes, Dei potentiam non cognoverunt. Quod etiam in hujusmodi rebus indignatio Dei & potentia operatur, & suam commovet creaturam, conversionis caussa & utilitatis: quippe multorum peccantium ac redeuntium ad Dominum Salvatorem atque Creatorem.

LXXV.

D HÆRESIS HERMIS TRISMEGISTI DE PECORIBUS ET SIDERIBUS.

ALia est hæresis, quæ secundum paganorum vanitatem siderum diversa nomina profitetur, ut Hermes ille Trismegistus, qui vanus potius quam magnus judicandus est; & poetæ quidam ei consimiles, qui Cometas & Pogonias & Hyadas, Hædos [12] & talia hujusmodi adserunt nomina delirantes, cum scriptura pauca nomina siderum nobis dixerit, dicente Job propheta, ante quam pagani e sanctis scripturis siderum nomina transtulissent; dicit enim ipse Job: [p] *Qui fecit Plejades & Arcturum*, inquit, *& Hesperum, & Austrum, & Orio-*
E *na, & Luciferum*. Hæc itaque nomina e sanctis scripturis accipimus nuntiata; nam omnium siderum nomina non dixit scriptura, sed potestati Dei reservavit per prophetam declarans, & dicens ita: [q] *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocans*. Hæc itaque pauca nomina le-

a Psal. XXIV. 13. *b* Psal. XV. 10. *c* Psal. CXIV. 7. *d* Psal. VI. 4. *e* Psal. XLI. 2. *f* Jer. XXXVIII. 16. *g* Psal. XXXI. 9. *h* Psal. XLVIII. 13. 21. *i* Gen. I. 29. *k* II. Tim. III. 8. *l* Osee VIII. 4. *m* Jer. XXIII. 16. 21. *n* Psal. CIII. 32. *o* Agg. II. 21. *p* Job IX. 9. sec. LXX. *q* Psal. CXLVI. 4.

1. Ms. *Inanes sententiæ adhæserunt, non Scriptura sacra prædicat*.
2. Ms. *Et quidem de poetis & philosophis Stoicis vanissimi suspicantur*.
3. Ms. *Animi potentia*.
4. Ms. *Immitti, ignorantes*.
5. Ms. *Mosen beatum &*.
6. Ms. *Mortis & in hoc*.
7. Ms. *Domino gignitur ut a malis*.
8. Ms. *Repromissionem magnam futuram*.
9. Ms. *Alia est hæresis quæ terræ motum non* Dei.
10. Ms. *Sed de natura*.
11. Ms. *Vaniloqui, qui*.
12. Ms. *Et alia*.

gentes e sanctis scripturis [1] poetæ postea falsique philosophi, ausi sunt usurpantes suis mendaciis & alia plurima copulare, atque impietatis semina sæculo prædicare, ut ex his sperare putarent etiam omnium siderum aut plurimorum nomina posse comprehendi. Quum omnium siderum nomina [2] non aliter nisi Deus Christus per quem fecit Pater universa, posuerit & scierit, atque eis singula nomina vocaverit, ut scriptum est [a].

LXXVI.

DE VARIIS LINGUIS HÆRESIS.

EST hæresis alia, quæ de lingua & linguis ambigit, quum scriptura dicat [b] & unam linguam & linguas. Si ergo erat una ante, quia pauci erant; sive postea multæ, quia multi creverant jam nati homines in sæculo, non est adeo inutile hoc ita sentire. Post quintam decimam enim generationem ab Adam usque ad Heber MMDCC. anni sunt, sub quo confusio missa est linguarum, propter peccatum quod fecerant ædificantes turrim & civitatem; & ut rebellantes a Deo hoc passi sunt: habentes enim angelicam gratiam, id est multarum linguarum scientiam, non agnoscebant datorem tantæ sapientiæ Dominum; contraque eum conantes progredi, perdiderant gratiam, quam [3] sine ullo labore divinitus habebant concessam. Et quod sine studio C ante donatum fuerat a Domino naturaliter omnibus, ut Dei imagini; postea per studium atque doctrinam, oblivione immissa a Domino, vix discere prævalebant non omnes, nec multas, sed vix paucas linguas; ita ut tres quis aut quatuor valeret ediscere, atque iisdem vix eloqui. Tamen omnem scientiam linguarum quæ ante duo millia annorum & septingentos annos, offendentes amiserant homines, sub Apostolis [4] rursum post ascensionem suam Dominus per Spiritum sanctum sine quodam labore credentibus conferebat, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum [c]. Angelicæ enim virtutis est linguas scire omnium hominum; per fidem autem Christi, sine labore linguarum omnium credentibus sub- D ministratur scientia, sicut legimus docente divino Spiritu, Apostolos atque gentes itidem credentes tunc temporis in Christum Dominum Salvatorem, sine labore linguarum omnium donatam scientiam prædicasse; ut sub Petro & Paullo & aliis [5] factum est, cum docerent gentes, venisse Spiritum Dei a Deo, & linguis multis eos potuisse eloqui, ut audientes homines mirarentur de gentibus, quod tantarum linguarum & ipsi per fidem Christi scientiam haberent sine doctrina concessam.

LXXVII.

HÆRESIS DE NOMINE LINGUÆ.

ALia est hæresis, quæ dicit nomen linguæ de Judæis primum processisse, alii de paganis, cum utrique ita hoc sentientes errore non parvo decepti sint. Homo enim factus rationis particeps fuit; qui ergo loquebatur ratione, quomodo ratio- A nis erat alienus? Plus ergo prius est rationis esse participem & rationabilem dici, quam nomen speciale & locale habere alicujus linguæ, atque ex nomine hominis possidere aliquid: ab Adam enim usque Heber duo millia & septingenti anni transierunt. Erat ergo nomen linguæ omnium hominum unum, & una lingua. Ex quo autem contra Dominum cogitaverunt, subtracta est illis scientia ista cælestis, id est linguarum omnium prudentia & sapientia. Et Heber quidem sanctus, qui non discessit a Deo secundum nomen ipsius. Deus voluit genus ejus pullulare amplius; hoc quoque nomine primum in sæculo nuncupari, ut ab Heber qui non consenserat ædificationi turris rebellantium, Hebræi B nomine appellarentur. Prior itaque non solum paganis, verum etiam & Judæis, id est ante septingentos annos Heber fuisse cognoscitur justissimus, qui in Dominum credens & a conjuratione sceleratorum hominum separatus, sui nominis primam hanc a Domino nuncupationem meruit impetrare. Unde & poetæ vani ædificationem illam ad sua mendacia transferentes, gigantes docuerunt, Aloidas illos rebellantes ascendere voluisse in cælum per impositionem montium, atque inde eos fuisse damnatos. Quorum deliramenta non latuerumt amplius scientiam ac peritiam Christianam.

LXXVIII.

HÆRESIS DE ANNIS CHRISTI ET TEMPORE DUBITANS.

ALia est hæresis de anno annuntiato ambigens, quod ait propheta Isaias: [d] *Annuntiare annum Dei acceptabilem, & diem retributionis.* Putant ergo quidam, quod ex quo venit Dominus, usque ad consummationem sæculi, non plus nec minus fieri annorum numerum nisi trecentorum sexaginta quinque, usque ad Christi Domini iterum de cælo divinam præsentiam. Quod contrarium invenitur, si ita [6] qui senserint; nam quadringentos jam plus annos transisse cognoscimus, ex quo venit Dominus, atque completos. Quomodo itaque hoc [7] erit rationis de anno, sicut sentire voluerunt hoc ita quam plurimi. Dominus enim quæ in uno anno gessit & docuit, hæc sola præcepit conscribi. Nam quæ ante facta sunt ab eo ac dicta primis triginta annis, secundum beatum Joannem, quæ dicit, [e] *Mundum non capere posse, si universa scriberentur* quæ fecerat. Propheta itaque Isaias de anno illo dixit Salvatoris Domini, in quo docuit usque ad passionem & resurrectionem & ascensionem in cælum, sicuti & beatissimi tradiderunt, non de trecentis sexaginta quinque annis, ut quidam arbitrantur, sed de anno illo post baptismum scilicet, in quo prædicans credentibus salutis mysteria refe- E rabat de lege pariter & prophetis, quæ olim dicta sunt testando atque consummando.

LXXIX.

„ ALia [8] est hæresis, quæ consummationem
„ sæculi secundum temporum definitionem a

a Psal. CXLVI. 4. *b* Gen. XI. 1. *c* Act. II. 4. 7. 12. *d* Isa. LXI. 2. *e* Joan. XXI. 25.

1. Ms. *Poetæ falsique.* 2. Ms. *Non alter.*
3. Ms. *Sine quodam labore ... postea vero per.*
4. Ms. *Duo millia & ... sub beatis Apostolis.*
5. Ms. *Factum est ut docerent gentes venisse Christum Dei.*
6. Ms. *Quis senserit ... jam & plus.*
7. Ms. *Erit traditionis.*
8. Hæc hæresis quæ deest in omnibus editis, Philastrii textui nunc primum intexitur ex ms. codice Sangermanensi: ubi signatur num. LXXVIII. nam in eodem codice una serie contexuntur hæreses XLVI. & XLVII. ut eo loci adnotatum; neque eo ipso in codice nomina hæreticorum inscribuntur; ut superius itidem ad hæresin I. SIMON MAGUS animadversum. Exstat autem inter *addenda* edit. Brix. pag. 161.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 384.



Deo Christo Salvatore fuisse statutam adserunt. Hincque certum esse numerum consummationis suspicatur, & non plus non minus opinantur, cum prophetæ undique nuntiaverint circa 500. annum fieri consummationem sæculi, & sic Dominum de cælis iterum advenire. Daniel enim LXX. septimanas numerat, audiens a Christo Domino: [a] *Audi*, inquit, *vir desideriorum: quia septuaginta septimanæ statutæ sunt in populum tuum usque ad Christum ducem, ut fiant omnia quæ dicta sunt de civitate Hierusalem & populo adventura*. Hoc autem sicuti antequam veniret Christus in carnem Danihelo dictum est & pæne completum est; sic etiam idem numerus usque ad legem quam accepit Moses, & usque ad terræ promissæ introitum non satis longe a quingentesimo annorum distare numerum. Dominus itaque cum signa diceret [b] & diversa, fames, persecutiones, inundationem, terræ motus, pestilentias circa finem adventura; Petro etiam dixit beato per ænigma de annorum numerositate, cum diceret Petrus: [c] *Domine, quoties peccanti fratri concedam?* ait Dominus, *non septies, sed septuagies septies*. Ostendens quidem & quotidianam humani generis delictorum infinitum numerum debere homini dimitti ab homine, & Judæ redeunti, sive pagano & aliis carnalibus, & ad Christi fidem de impietate redeuntibus atque ejus Ecclesiam, cunctis omne debitum ab eis oportere concedi credentibus. Nam & historiographi Judæi docuerunt dicentes [1] ad nihilo quadringentos & octoginta plus annos transisse, & sic Dominum advenisse in carnem. Habes etiam in Genesi [d] evidentissime mysterium nuntiatum de Cain septies, de Lamech autem septuagies septies vindictam; quod duorum populorum in duabus personis unius impietatem, alterius iniquitatem sine cunctatione scripturarum prænuntiasse non dubium est. [e] *Lex enim spiritalis est*, secundum Apostolum; [f] *& hæc*, inquit, *duo testamenta sunt*. Neque enim historiam amittimus quod LXX. annos fecerit populus in Persida, neque spiritalem scientiam spernimus. Ergo & septuaginta septimanæ a Danhielo dictæ quadringenti nonaginta anni tunc pæne completi sunt; & sic Christus advenit in carnem; & a Christi præsentia usque ad consummationem sæculi pæne unde complendum annorum reperies numerum. Septuaginta enim septimanas a Danihel quas vidit interpretes docuerunt. Illi primi sapientes septies & septuagies quadringentos nonaginta annos quem jubileum in lege Judæi, non isti sed veteres, & periti illi annum remissionis Christi indulgentiæ, carnalem præsentiam per figuram ante celebrante summo gaudio exspectabant, sicut in Levitico continetur. Jubileus autem minor quinquaginta annos habet; non minus, plus autem habere non potest: nam major jubileus quingentos annos habet, minor jubileus quinquaginta. Major itaque minus decima quingentos annos habet, ut ex hoc jubileus unus Christi præsentiam consummationemque sæculi declararet. Septuaginta anni captivitate populi in Persida, etsi historialiter accipiuntur, & postquam redierunt in Hierusalem, & usque ad Christi Domini incarnationem quingenti pæne inveniuntur completi: tamen hoc etiam spiritaliter intelligendum est, quod post septuagies septies, id est post quadringintos & circa nonaginta annos oportet Judæos sub antichristo, cum fallax inventus fuerit a Judæis ipsis qui primum esse Christum æstimaverint. Non multo post autem cognita ejus perfidia atque fallacia, tunc gerentes pœnitudinem qui fuerint reliqui omnes ad Christi fidem Domini pervolabunt, ac pœnitentes delicta veniam ab ipso Christo Domino sicut ceteri impetrabunt, ut impleatur quod dictum est; [g] *Amen dico vobis, jam me non videbitis, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini*. Et ut illud compleatur: [h] *Donec plenitudo gentium intret, & sic omnis Israel salvabitur, sicut scriptum est*; & [i] *si fuerit populus Israel sicut arena maris, reliqui salvabuntur*. Et quod Isaias beatus aperte de Christo docuerit [k], quod omnibus redeuntibus indulturus est, ipse Dominus dixit ita; [l] *Spiritus Domini super me, propterea unxit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, cæcis visum, adnuntiare annum Domini acceptabilem & diem retributionis*, de quod Dominus in templo cum accepisset librum Scripturam, quæ hanc pervidisset ait Apostolis & in omnibus hoc in sui præsentia nunc fuisse completum, quod & Danihel beatissimus adtendit quod ei dixerat Dominus dicens: [m] *Audi vir desideriorum, & adverte ab exitu Verbi Dei*, id est a Christi incarnatione, *atque ejus iterum de cælo divina sententia atque consummatione sæculi, quæ cum Angeli adfutura sit* [2].

LXXX.


DE GIGANTIBUS TEMPORE NOE.

ALia est hæresis, quæ de gigantibus adserit, quod Angeli miscuerint se cum feminis ante diluvium, & inde esse] natos gigantes suspicatur, cum Nembroth non a spiritu, id est non ab Angelo, sed ab homine Chus qui filius fuit Cham, inde natus sit postea, qui & in scriptura primus gigas est appellatus, quod iste cœpit esse venator, & fortis homo ut & gigas appellaretur in terra: [3] [n] *Inde dicturi sunt*, inquit, *sicut Nembroth Gigas ita fortis est*, si qui ei similis in fortitudine postea videretur. Homines itaque fuerunt fortes, & a juventute rapaces, vastatores, jaculantes, cursitantes, prædationi vacantes, inde veluti alieni non solum morum, verum etiam visus hominum: [4] enormes etiam ut contra naturam aliorum hominum tanta scelera perpetrantes nuncuparentur & gigantes. Gigas enim per etymologiam, terræ monstrum dicitur, ex duobus nominibus compositum sive forma, sive vita, sive visu, sive fortitudine, sive mole membrorum. Nam ut scias gigantes non alia natura, sed de hominum fuisse progenie editos, & ἐξαδακτύλους in Regnorum libris [o] habes, quos forma grandi & mole membrorum diffusos, & ingenti fortitudine, de genere gigantum Regnorum libri annuntiarunt post duo millia & trecentos annos diluvii; sicut & il-

[a] Dan. IX. 23. 25. [b] Matth. XXIV. 7. Luc. XXI. 25. 26. [c] Matth. XVIII. 21. 22. [d] Gen. IV. 24. [e] Rom. IV. 14. [f] Gal. IV. 34. [g] Matth. XXIII. 39. [h] Rom. XI. 25. [i] Rom. IX. 27. [k] Isa. LXI. 1. [l] Luc. IV. 18. [m] Dan. IX. 23. [n] Gen. X. 9. [o] II. Reg. XXI. 20.

1. *Ad nihilo*] Forte, *a Danihelo*, ut paullo ante, & mox infra.
2. Huc usque ms. codex Sangerm. prout in edito Brix. descriptus est l. c.
3. Ms. *Inde dicitur hi sunt*,
4. Ms. *Enormes æstimati contra . . . non de alia*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 384.



lum Goliath quem dejecit in pugna solus David beatissimus rex & propheta, cujus & aliorum *carra*, inquit, [a] *instructionem portabat armorum*. Quia ergo bestiali more a pueritia ad rapinam erant dediti hujusmodi homines, & veluti a natura hominum morumque alienos scriptura nuntiavit. Nam quod illi Angeli qui de cælo dejecti sunt, non sint [1] humanæ naturæ similes, non est dubium, nisi solum, quia nefanda & contraria, contraque legem suggerere, sicuti & nunc hominibus faciunt, prævalebant intrantes in homines, id est suadentes, sicut Judæis inimicus humani generis persuasit [2] contra Deum, contraque sanctos prophetas talia scelera perpetrare, sicut scriptum est: [b] *Intravit*, inquit, *satanas in Judam*. Ita igitur & ante intrantes immundi spiritus in animas hominum ac feminarum, malæ persuasionis scelera in orbem terrarum diffuderant. Si qui autem putaverit esse justum, Angelos ita peccasse transformatos in carne, [3] ut in ea remansisse, aut ita factos carnales crediderit, violenta ratione [4] decernit historiam; sicuti & paganorum, & poetarum mendacia adserunt deos deasque transformatos, nefanda conjugia commisisse. Quod si factum est aliquando, nec modo fieri manifestum est. Gigas autem & in bono accipitur virtutis caussa: [c] *Exsultabit enim ut Gigas ad currendam viam*. Quod in Christi divina præsentia probatum ostenditur atque consummatum.

LXXXI.

Hæresis Deo tribuens paganitatem et omnia facinora.

Alia est hæresis, quæ dicit paganitatem a Deo institutam, non ab hominum malignitate & suggestione inimici, vitiorum caussa & facinorum gignendorum fuisse excogitatam. Quæ ergo a Deo instituta est, quomodo damnatur ab eodem Deo? Nam quod ab origine mundi, Dei Patris omnipotentis & Filii ejus & sancti Spiritus scientia nuntiata sit, non est dubium; cum enim in libro creaturæ mundi, id est in Genesi scriptum habeas: [d] *Et dixit Deus, & fecit Deus*. Et iterum: [e] *Dixit Deus fiant luminaria*. Et sexto die dixit Deus: [f] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Et *fecit Deus*; non Angelo utique persuasore in creatione hominis, sed Filii sui Christi Domini nostri, & sancti Spiritus manifestum est. Habes enim in Genesi, id est in primo libro, sanctam adorandamque Trinitatem ante hominibus nuntiatam; dicit enim ita: [g] *Et pluit Dominus a Domino sulphur & ignem*. Et iterum de Spiritu in primo die: [h] *Et Spiritus Dei superferebatur super aquam*. Et Pharao rex Ægypti dicit: [i] *Quis hæc* [5] *interpretabitur*, inquit, *nobis*, *nisi qui Dei habuerit Spiritum*? Et David: [k] *Verbo Domini cæli firmati sunt*, *& Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Postea vero voluntas hominum prava, recedens a tanta scientia pietatis, idolorum mendaciis ac vanitatibus studiose cum properat inservire, tur-

A pissimæque vitæ se dare maluisset, judicio [6] damnationi obnoxio tenebatur; ita ut ante prophetæ dicerent: [l] *Sacrificans diis eradicabitur*. Et iterum: [m] *Dii qui cælum non fecerunt, eradicabuntur*. Et ideo Dominus non suam novam præsentiam ostendebat, dicens: [n] *Qui loquebatur* [7] in prophetis, *ecce adsum*. Neque ergo Angelos adorari præcepit alicubi Dominus, neque mundi elementa, nec creaturam aliquam, neque idola quæ hominum voluntas pessima sui sceleris & turpitudinis perpetrandæ caussa maluit invenire, ut colentes ea effusam operandi mali possint habere licentiam: nam & ipsum nomen idoli species doli & formæ prævaricatio, de interpretatione græca est nuncupatum. Trinitas itaque Christia-

B nitatis ab origine mundi prædicabatur, & veritas pietatis sine intermissione ubique docebatur; nam & David docet: [o] *Dixit Dominus Domino meo*: Et: [p] *Spiritus* [8] *tuus bonus deducet me in viam rectam*. Et iterum: [q] *Spiritus Domini implevit orbem terrarum*. Et: [r] *Quo fugiam a Spiritu tuo, & a facie tua quo vadam?* Nam [s] Salomon docet [9], quod idololatria ab homine [10] instituta sit; quia *amissum filium suum cum diu fleret quidam pater*, *fecit imaginem eidem*, *& videndo delectabatur in ea*, atque ex eo traditam fuisse posteris, diversamque impietatis materiam inde humano in genere pullulasse.

C

LXXXII.

Hæresis de Christianis tempore ultimo Verbo Dei credentibus.

Alia est hæresis, quæ dicit Christianos nuperrimos [11] & posteriores Judæis & paganis fuisse creatos: ignorans quod Judæis & paganis natura priores creati sunt, & fide, vita & tempore, sacrificio & conversatione.

Fide quidem, quia ab Adam usque ad Moysen tribus annorum millibus & septingentis, omnes justi [12] Deum & Deum, Dominum & Dominum co-

D lentes, etiam Spiritum sanctum, veram nuntiabant Trinitatem; ita ut ipsam Trinitatem integram sine labore possis cognoscere ab illis beatis prioribus & antiquis, nobis etiam hoc postea fuisse manifestatum a Domino. Cum enim dicit Scriptura: [t] *Pluit Dominus a Domino super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem*, quid tibi videtur nuntiare? nonne Deum Patrem per Filium suum, id est Christum Deum, cuncta signa & mirabilia perfecisse declaravit? Quod sciens David, Dominum Patrem, & Dominum Christum, id est Verbum ejus, & sanctum Spiritum nuntiabat: Trinitatem quidem personarum; unius tamen majestatis & substantiæ ac divinitatis æqualem potentiam nuntiabat. Ta-

E men Filium de Deo Patre esse priore, & Spiritum sanctum, [13] proprie demonstravit, edocens: [u] *Verbo Domini cæli firmati sunt*, *& Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Et iterum alibi: [x] *Dixit Dominus Domino meo*. Et omnes prophetæ de Verbo

[a] 1. Reg. xvii. 7. [b] Joan. xiii. 27. [c] Psal. xviii. 5. [d] Gen. I. 3. 7. [e] Ibid. ℣. 14. [f] Ibid. ℣. 26. [g] Gen. xix. 24. [h] Gen. I. 2. [i] Gen. xli. 38. [k] Psal. xxxii. 6. [l] Exod. xxii. 20. [m] Psal. xcv. 5. [n] Isa. lii. 6. [o] Psal. cix. 1. [p] Psal. cxlii. 10. [q] Sap. I. 7. [r] Psal. cxxxviii. 7. [s] Sap. xiv. 15. 16. [t] Gen. xix. 24. [u] Psal. xxxii. 6. [x] Psal. cix. 1.

1. Ms. *Humana solum*.
2. Ms. *Contra Dominum*.
3. Ms. *Ut in ea carne mansisse*.
4. Ms. *Decernit historia*.
5. Ms. *Interpretabitur nobis*.
6. Ms. *Damnationis obnoxia . . . Et ideo & Dominus non suam novam*.
7. Ms. *Qui loquebar . . . ut colentes ea*.
8. Ms. *Et spiritus bonus deducet in*.
9. Ms. *Salomon beatus docet*.
10. Ms. *Instituta sit illo qui amissum . . . quidam ut pater*.
11. Ms. *Nuperiores &*.
12. Ms. *Et Deum & Dominum*.
13. Ms. *Esse proprie demonstravis*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 384.

& Spiritu nuntiaverunt, ubique ita dicentes: [a] *Et factum est verbum Domini ad me*; & : [b] *Spiritus Domini fuit ad me*. Ergo non est fidei caussa [1] temporalis Christianitatis, sed ante Judæos & Paganos in lege quidem studentibus & quærentibus erat manifestata; [2] non autem cupientibus vox Patris omnipotentisque scientia nuntiabatur a sanctis illis doctoribus & perfectis.

Vita etiam non alia priores illi sancti, nisi hac in qua nos vivimus, utebantur. Usque ad Abraham enim non circumcisionem habentes, non sacrificiis gaudentes Deo placebant, & justi in omnibus ab eo nuntiabantur. Dixit enim David: [c] *Sacrificium Deo cor contribulatum*; &: [d] *Immola Deo sacrificium laudis*.

Et quod necessitate indocilitatis cogente, *sacrificia* temporalia, non perpetua nec vera fuerunt indicta Judæis nec salutaria, dicit propheta ad Judæos: [e] *Ecce ego facio nova*; &: [f] *Priusquam veniant, annuntiata sunt vobis*. Ante ergo Judæis Isaias testabatur propheta: [g] *Quis enim exquisivit hæc de manibus vestris?* Et iterum: [h] *Circumcidimini corda vestra, & non corpora vestra*. [3] Quale autem est, quod sacrificium Melchisedech sub Abraham in primis obtulerit, ante quadringentos annos quam Judæi nominarentur, aut Juda nascerentur, & ante quam [4] acciperent librum Geneseos, prævidens mysterium Christianitatis? ut omnia quæ in Christianitate sunt, sive fides, sive vita, sive sacramentum, non temporalia, sed ab origine mundi statuta & nuntiata, & potius celebrata cognoscas. In Christo autem & per Christum per quem cuncta facta sunt, oportuerat nos ab eo videre [5] & cognoscere, & quod erat majus in lege mysterium de eo ante [6] nuntiatum, ab ipso plenius excipere completum, consummatumque.

Nam quod & castitas similis fuerit in prophetis quam plurimis non est dubium, ut in Elia, Elisæo, Daniele, Jeremia, Esdra, tribus pueris & aliis multis beatissimis; ut in Christi præsentia, & quod supra legem erat, ante nuntiatum ab eis cognosceretur, & quod per legem [7] conjunctum erat, ipsius firmaretur divina sententia, voluntatique hominum & studio concessa hæc gratia nosceretur. Ideo & ipse Dominus priores illos sanctos ante legem nobis, & nos illis prioribus secundum fidem justitiæ copulabat: [8] Judæos autem & paganos respiciens, qui medio tempore inter mandatum erant & gratiam positi, qui inimica voluntate ac perniciosa pessumdati reperiuntur in vitiis carnalibus, doctrinæ cælesti inimici & adversarii, æterno pœnarum judicio reservati.

LXXXIII.

De Corpore et Anima hominis hæresis nocentissima.

Est hæresis, quæ dicit nasci paganos naturaliter, non Christianos, id est, rerum natura corpus & animam hominis non a Deo per Christum creari quotidie, sed per vanitatem paganam ita progredi [9] arbitratur: cum ab Adam usque ad Abraham, & postea usque ad Judam qui post Abraham quartus est in generatione, [10] non pagani fuerint, neque Judæi appellati; sed gentes a provinciarum nomine & diversitate nuncupati. Pagani autem post Judæos, sive a pago, id est loco, sive a provincia una dicti sunt, sive a Pagano rege, quod verum esse, ut ait Hesiodus græcus poeta, manifestum est. Si ergo a pago, loci est indicium, sicuti & nunc dicitur de pago illo: si autem de idolis, quod ea colentes sculptilia ita nominabantur pagani, id est gentiles; quia non a Deo idola, sed ab hominum pravissima inventa sunt voluntate, sicut & scriptura nostra [i], & paganorum quam plurimi nuntiarunt, homines hæc invenisse [11] ad seductionem damnationemque animarum, quod illa aspiciens populus [k] delectabatur epulis, in quorum vanitate suis animis interitum afferebant. Certa autem est probatio & major, quod a Pagano rege, ut ait Hesiodus græcus poeta, pagani sint appellati, quod postea ex rege Pagano Deucalionis filio & Pyrræ, quasi [12] plausibile atque amabile nomen ejus habentes, immo potius colentes memoriam ejus usque in hodiernum diem, hoc est, mendacium nominis usque nunc detinent percolentes. Helles itaque, id est Græcus homo, a lingua & a nomine regis dicitur, qui fuit Deucalionis filius, qui ita appellatus est, sicut ab Italo Itali, & Romani a Romulo, & Latini a Latino nomen acceperunt, non ab idolorum impietate. Idola etenim, id est formas sculptilium hominum, postea pessima voluntas invenit. Linguam autem græcam provinciæ unius proprietas declaravit, quam rex Paganus ex suo nomine confirmavit, ut Romanos Romulus nuncupavit, & ut ait Hesiodus, a Græco rege fuisse Græcos appellatos, qui Græcus nomine filius fuit Deucalionis.


LXXXIV.

De Annorum mundi incertitudine hæresis.

Alia est hæresis, quæ dicit incertum numerum esse annorum a mundi origine, & ignorare homines curricula temporum: cum ab Adam usque ad diluvium decem sint generationes, & annorum MMCCXLII. anni. Et a diluvio usque ad confusionem linguarum sub Eber sancto qui non consenserat ædificationi turris, quinta sit generatio, pæne DC. anni; quando & nomina provinciarum divisa sunt, [13] veluti LXXII. linguarum. Exinde usque ad Abraham patriarcham quinta est generatio, anni DXXXX. Et ab Abraham usque ad Mosen septem generationes, anni CCCCXXX. ut ait beatus Apostolus [l]. Et a Mose usque [14] Samuel judicem DCXXIX. anni. Et a Samuel & David usque ad captivitatem Judæorum in Persida, anni pæne D. Et a captivitate usque ad Domini nostri præsentiam, anni pæne D. Et inde a Domino usque nunc, [15] anni CCCLXXX. plus. Ergo si hæc fides erat in illis prioribus sanctis nostris patribus quæ in nobis est, ab illis au-

a Isa. XXXVIII. 4. *b* Isa. LXI. 1. *c* Psal. L. 19. *d* Psal. XLIX. 14. *e* Isa. XLIII. 19. *f* Isa. XLVIII. 5. 6.
g Isa. I. 12. *h* Jer. IV. 5. *i* Sap. XIV. 14. 15. *k* Exod. XXXII. 6. *l* Gal. III. 17.

1. Ms. *Temporalis Christianitas*.
2. Ms. *Non autem capientibus vix Patris omnipotentis*.
3. Ms. *Quale autem sacrificium*.
4. Ms. *Acciperent in libro ... pervides*.
5. Ms. *Et cognoscere quod erat*.
6. Ms. *Nuntiatum atque consummatum. Nam quod*.
7. Ms. *Conjugium erat*.
8. Ms. *Judæos autem & re inter mandatum*.
9. Ms. *Arbitrantur*. 10. Ms. *In generatione pagani*.
11. Ms. *Ad seductionem animarum*.
12. Ms. *Passibile ... hoc mendacium*.
13. Ms. *Veluti 75. linguarum & exinde*.
14. Ms. *Samuel 629*.
15. Ms. *Anni 430. plus minus. Ergo*.



tem ante est tradita & prædicata, id est Patris & A Filii & sancti Spiritus: hæc quippe divina scientia, quomodo temporalis est, ut quidam æstimant, & non ab origine mundi hæc ante scientia Christiana cunctis hominibus nuntiata, quæ in mandato & lege manifestata & prædicata ostenditur? Si autem in medio temporis sub Mose [1] per umbram minus dictum sit aliquid, non utique dantis erat invidia Domini, quantum non capientis populi cæleste mysterium, incapax & debilis hominum, & non valentium [2] incusabitur infirmitas. Denique ipse Christus Dominus, quod ante nuntiaverat per sanctos prophetas, hoc & postea firmando præceperat, dicens: [a] *Euntes baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*; ut non B solum [3] fidem pristinam ab origine mundi hanc esse declararet, verum etiam vitam in qua nos degimus hodie, in circumcisione cordis, non carnis jactantia comprobaret. Errant ergo nimium qui generationem hominis, aut paganæ impietati, aut Judaicæ audent adscribere vanitati: cum Judæum nisi dies octava susceperit, Judæum non licet appellari, nec paganum æque nisi deos vanos [4] hominem fecisse putaverit. Ergo natura rerum Deo adscribenda est, non alicui horum vanitati: doctrina autem quæ secundat post naturam, si vera fuerit, fidei Dei copulanda est, ac saluberrimæ servituti jungenda; non recedens ab ea quippe, sed suum potius per fidem agnoscens Dominum, recordansque crea- C torem naturaliter. Itaque non naturæ animi infirmitas hominum, sed prava voluntas est potius accusanda, dicente Domino: [b] *Et nunc si volueritis & audieritis me, bona terræ manducabitis: si autem nolueritis nec audieritis me, gladius vos comedet. Os enim Domini* [5] *locutum est*. Et hoc: [c] *Venite ad me omnes qui onerati estis, & ego vos sublevabo*.

LXXXV.

Hæresis de septem Planetis.

Habenda est [6] & hæresis, quæ dicit nomina dierum, Solis, Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, D Veneris, Saturni, a Deo hæc ita posita ab origine mundi, non hominum vana præsumtione nuncupata; cum a prima origine usque ad græcos reges & Hermen fallacissimum illum, qui hæc nomina vanissima & frivola mentiendo ausus est nuncupare, si quærere volueris, invenies multum fluxisse temporis, & sic paganos, idest græcos, hæc nomina posuisse; cum etiam secundum septem stellas dixerint hominum generationem consistere, ut ille ipse delirans hoc definit. Dierum enim numerus primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, a Deo est appellatus, non in hac vanitate nuncupationis turpissimæ initio enuntiatus, aut traditus.

LXXXVI.

„ Est [7] hæresis que cum legit in Genesi verbum dicente Domino de Adam: [d] *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, sciens bonum & malum. Et nunc ne quando extendat manum suam & tangat & gustet de ligno vitæ & vivat in æternum*. Expulit, inquit, eum Dominus de paradiso invidiæ caussa: & primum hoc sentiunt, quod alter Deus fecerit animam, alter carnem; ut Manichæi, Gnostici, Nicolaitæ & alii perditi arbitrantur dicentes: quod alter quidem bonus Deus est, alter autem malus inquiunt, in hoc sæculo: & malum Deum hunc æstimant dixisse ut pellerentur de paradiso; non adtendentes quod unus Deus atque idem Pater per Filium fecerit Adam patrem nostrum, dederitque ei mandatum, ut custodito eo permaneret immortalis, prævaricatoque mandato pelleretur de paradiso, ut scriptum est: & quia suasione inimici hoc perpessus est; cum non adtendunt ad Christi misericordiam, in præcipitium mortis descendunt perpetuæ. Heic itaque non invidens Deus repulit patrem nostrum de paradiso, ut non ibi moraretur, aut non gustaret de ligno vitæ; sed magis eidem consulens in parvo peccanti non pepercit, ne parcendo ad majora etiam [8] crimen alia inveniret eum procedunte ætate ampliore, postea que criminali judicio reum factum amplius condemnaret. Nam inter hominem & diabolum erat Christus auditor pariter & judex justissimus & bonus in omnibus; itidem & homini quidem in modico peccati non pepercit, dans nihilominus & huic condignam sententiam juxta peccatum quod fecerat; & diabolo æque locum pœnitentiæ relinquens. Non autem intelligente diabolo ut mali tanti suggestionis pœnitudinem gereret, majus ei post servabat judicium. Et homo quidem cum pellitur e paradiso pronior ad pœnitentiam reperitur: diabolus autem cum durior ad pœnitentiam pervidetur, majorem futuri judicii a Christo Domino [9] servitutem exspectat, sicut dictum est: [e] *Noluit intelligere ut bene ageret*. Et iterum: [f] *Malitiam autem non odivit*. Quia ergo in parvo peccans recepit Adam persuasus a diabolo ut manducaret, egitque statim pœnitudinem; meruit delicti veniam impetrare, atque in paradisum in Christi præsentiam, filiorum etiam procreatione remeare. Diabolus autem non gerens pœnitudinem & ejus satellites majori judicio reservantur, ut dixit Dominus: [g] *Ite a me in ignem æternum quem paravit Pater meus diabolo & angelis ejus*.

LXXXVII.


[10] De mundis infinitis hæresis.

Alia est hæresis, quæ dicit mundos esse infinitos & innumerabiles, secundum philosophorum quorumdam inanem sententiam: cum scripturà E mundum unum dixerit, & de uno docuerit. Hæc etiam de apocryphis prophetarum, id est secretis, ut ipsi pagani dixerunt, sumentes; ut & Democritus ille, qui multos mundos esse asseruit; deque sua sapientia cum hoc prædicat, multorum animas sensusque dubios diversis erroribus concitavit.

a Matth. XXVIII. 19. *b* Isa. I. 19. 20. *c* Matth. XI. 28. *d* Gen. III. 22. *e* Psalm. XXXV. 4. *f* Ibid. ℣. 5. *g* Matth. XXV. 41.

1. Ms. *Sub umbra*.
2. Ms. *Incusabatur*.
3. Ms. *Fidem priscam*.
4. Ms. *Homines fecisse*.
5. Ms. *Locutum est hoc. Et Dominus: Venite*.
6. Ms. *Alia est hæresis*.
7. Heic quoque suppletur editorum exemplarium defectus ex laudato ms. codice Sangermanensi, edit. Brix. pag. 163.
8. *Crimen*] Forte *crimina*.
9. *Servitutem*] Forte *severitatem*.
10. Deest hæc hæresis in cod. Sangermanensi.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 384.



LXXXVIII.

HÆRESIS DE ADÆ ET EVÆ CÆCITATE.

SUnt quidam hæretici, qui patrem nostrum Adam & Evam matrem nostram, æstimant cæcos ante fuisse, quam gustarent de arbore; [1] posteaque aperuisse suos oculos, ac tunc quod nudi essent pervidisse: cum ante scriptura dixerit [a], [2] quod vidit etiam oculis suis arborem & fructum ejus; & quia bona aspectu, & suavis visu; & extendens manum, gustaverit. Hæreticorum est itaque dementiæ & Judæorum potius cæcitatis, [3] hoc ita sentire cum modum non intelligant nuditatis; hancque amissionem immortalitatis in prævaricatione mandati nos docuit, non corporis nuditatem. Quod nos Apostolus docuit, dicens: [b] *Et, si induti Christum, non nudi inveniamur*. Et iterum: [c] *Induite Christum Jesum*. Et quod Dominus in Evangelio [d] increpat, dicens illi qui non indumentum nuptiale habuit, qui erat vocatus ad nuptias.

LXXXIX.

„ EST [4] hæresis quæ cum audit in Genesi [e] quod Dominus pellicias tunicas post prævaricationem nostros parentes [5] vestiri, æstimant corpora tunc temporis fecisse, eosque sic induisse, cum septimo die scriptura dixerit [f], accepisse Dominum terram de limo & plasmasse eorumdem corpora, atque ita mulieris carnem de costa Adæ postea perfecisse. Non ergo heic corpora eorum pellicias tunicas nuntiabat, sed de potentia divina dedisse eis sapientiam declarabat, ut facerent sibi corporum indumenta, ut scriptum est: *Quis dedit mulieribus sapientiam ad texendas tunicas?* Si autem quis voluerit accipere quod Dominus fecerit eis tunicas, & omnipotens fecit ex nihilo quod scriptum est: [g] *Qui vocat ex nihilo ea quæ non sunt tamquam quæ sunt*. Si ergo sua sapientia fecerit tunicas, ut ait Propheta, rationis est; sive Deus sua virtute hoc illis præstiterit, non irritum. Nam in templo [h] mulieres & virgines operabantur purpuram & byssum & linum & alia utensilia ad honorem templi atque [6] quod perimentum pariter etiam ornamenta templi diversa & varia.

XC.

HÆRESIS CULPAM FILIORUM IN PARENTES TRANSFUNDENS.

EST hæresis, quæ in Exodo [i] cum audit quod Mosi occurrerit Angelus in diversorio ubi applicaverat, eumque vellet interficere, non ejus filium qui nondum fuerat circumcisus; non parvum hinc sibi adsumit scandalum. Si enim & ita quis vult sentire, quod minas eis tendebat Angelus, quia transactis diebus statutis, id est [7] octo, in quo oportuerat circumcidi masculum, non fecissent,
A Deique præceptum ita contemsissent; ideoque [8] in parva ætate constitutorum culpa filiorum non est illorum, quantum parentum eorum, ut scriptum est [k]. Unde cum intelligeret, quod culpa esset parentum, non infantis, [l] *statim*, inquit, *accepto calculo circumcidit puerum mater ejus, cujus visu sanguinis illico recessit ab eodem Angelus*, mortisque pœnam quam ei minabatur inferre, omni modo removerat. Non enim Moses in illa hora dignoscitur circumcisus, sicut quidam opinantur, sed filius ipsius est circumcisus; quia quod ante sub patriarchis & lege jubebatur, tardo opere, non veloci implebatur a populo, aut parentibus quorumdam ut scriptum est [m].

XCI.

B

HÆRESIS DE LIBRO DEUTERONOMII.

SUnt quidam, qui turbantur hæretici de Deuteronomio, in quo Moses cum exiret de corpore, huncque librum conscriberet de quatuor libris repetendo, in quo veluti prioris legis firmamenta decernit, Christique carnalem [9] præsentiam plus contestatur, non parvo ducuntur errore aliter sentientes. [10] Nam quæ in lege, id est in Exodo, scripta sunt, eadem & in ipso libro continentur; solum autem hoc videtur plus ab eo dictum, quia addidit: [n] *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester de fratribus nostris, sicut me: audietis eum*. [o] *Erit autem, si quis eum non audierit, radicitus*
C *eradicabitur*. Quidam enim putant [11] de Deuteronomio dictum ab eo, quod & in ipso acceperit in monte iterum tabulas conscriptas lapideas, cum in Exodo bis cognoscitur accepisse, atque in montem ascendisse. Rationis est itaque, ut quod legis & gratiæ erat, manifestaretur de Christo Domino; ut quod in lege per umbram celebratur, [12] in Christo carnali præsentia diffusa cælesti gratia ex credentibus nuntiaretur, ipsumque in libro conscriptum omnibus velut testimonio traderetur.

XCII.

D

DE NUPTIARUM LEGITIMARUM CONTEMTORIBUS.

QUidam sunt hæretici, qui cum audiunt David dixisse in quinquagesimo psalmo, quod [p] *in iniquitate conceptus sum, & in peccato peperit me mater mea*; æstimant ita dixisse prophetam, quod jus nuptiarum legitimum iniquitatem esse dixerit atque peccatum. Cum ante dicatur in Geneseos libro: [q] *Nascimini, & multiplicamini, & implete terram*. Et: [r] *Honorandæ nuptiæ*. Nam si ita quis senserit, ergo & justi tot tantique in iniquitate [13] concepti sunt, cum & in ventre sanctificati sint, ut patriarchæ, prophetæ, judices, Jeremias & Joannes Baptista beatissimus, ut scriptum est [f]. Sed
E ignorant quod alio modo dixerit propheta David, non de naturali generatione, sed de transgressione Adæ patris nostri & Evæ, qui post transgressionem

a Gen. III. 7. *b* II. Cor. V. 3. *c* Rom. XIII. 14. *d* Matth. XXII. 11. *e* Gen. III. 21. *f* Ibid. ✠✠. 7. 21. *g* Rom. IV. 17. *h* Exod. XXXV. 25. *i* Exod. IV. 24. *k* Gen. XVII. 24. *l* Exod. IV. 25. *m* Jos. V. 5. 7. *n* Deut. XVIII. 15. 18. *o* Ibid. ✠. 19. *p* Psal. L. 7. *q* Gen. I. 28. *r* Heb. XIII. 4. *s* Luc. I. 15.

1. Ms. *Posteaque eos aperuisse*.
2. Ms. *Vidit inquit Eva oculis*.
3. Ms. *Hoc est ita*.
4. Addita hæc hæresis quæ deest in editis, ex cit. cod. Sangerm. edit. Brix. pag. 164.
5. *Vestiri*] Videtur legendum *vestierit*.
6. *Quod perimentum*] Forte *cooperimentum*.
7. Ms. *Octo in quo octavo oportuerat*.
8. Ms. *In pari ætate*.
9. Ms. *Præsentiam contestatur*.
10. Ms. *Namque in ... Exodo quæ ante scripta sunt*.
11. Ms. *Putant Deuteronomium*.
12. Ms. *In Christi ... cælestis gratia ... ipsoque*.
13. Ms. *Concepti sunt, cum in*.

mandati pulsi de paradiso genuerant filios ; atque A inde quasi matrem omnium post iniquitatem transgressionis mandati, eam sic concepisse, atque eam ita peperisse docuerit. Quomodo enim de se dicebat David [1] in iniquitate conceptum & in peccato genitum, quum legitimo jure natus sit, electusque a Deo ad tantam regni gloriam peteretur, ut de eo scriptum est ? Non ergo heic in iniquitate, aut in peccato genitum edocebat ; sed parentes nostros Adam & Evam voluit ostendere, quod ante admisso peccato, id est transgressione mandati, postea sic genuerit filios, atque de eis nos omnes itidem parturierit. Ideoque post prævaricationem, [a] *in dolore parturies filios*, inquit ; quia ergo de parentibus habemus illis prioribus prævaricationis ini- B quitatem communem carnis, atque generalem ex hereditate prima descendentem in omnes, ut dixit Apostolus : [b] *Sicut per unum hominem mors introivit in omnes homines*. Hoc enim jus conjugii a Deo promulgatum laudatur quotidie, ac benedicitur consuete ; nam & quod erat primum ostendit tristitia, & quod Christi [2] gratiâ cæleste credentibus erat allatura magnum gaudium, nuntiavit dicens : [c] *Si quis non regeneratus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum*. Ideoque in psalmo eo præscius futuri gaudii, testatus est dicens : [d] *Asperges me hyssopo, & mundabor : lavabis me & super nivem dealbabor* ; ut per eum nos etiam credentes in salutari baptismo cum eo pariter C gratulemur.

XCIII.

De divisione orbis hæresis.

Sunt quidam hæretici, qui de divisione orbis terræ & partitione habitationis recte non sentiunt : disputantes quod Græci cœperint aut Ægyptii aut Persæ describere orbem terræ universum, non beatus Noe suis filiis tribus post diluvium diviserit, dederit ac definierit & partierit ordine. Unde postea historiographi accipientes velut quasdam semitas, diversis sunt falsitatibus ementiti. Tribus D [3] itaque filiis Noe, Sem, Cham & Japhet omnem divisit orbem terrarum, & tradidit. Sem quidem orientalia Indiæ, Persarum usque ad partem aliquam meridiani ; occidentis, septemtrionis usque ad montem Libani, finesque ibi suum primogenitum habiturum fixa sententia confirmavit. Cham etiam secundo filio omnes Syrias, [4] & diœceses Ægypti, Africæ, Æthiopum ingentem latitudinem prope fines tendentem oceani atque Hispaniarum censendo distribuit, possidendamque eam atque habitandam spiritu divino [5] pronuntiavit ; in medio autem usque Cappadociam, id est Tauri montem, fines habere concessit. Tertio autem Japhet nomine, Cappadociam ingredientibus atque a Cilicia E exeuntibus loca frigida, [6] quæ Armeniæ, Bosphori, Ponti, Thraciæ, Pannoniarum, Illyrici, Italiæ & occidentis universas partes, jussu divino ei statuendo attribuit. Et [7] de primo quidem xxv. generationes numerat descendisse. De secundo xxxv. id est de Cham. De Japhet autem, cui minor generatio numerabatur tunc temporis, id est quintadecima tantummodo, [8] ei amplior optanda a beato Noe promittebatur in posterum affutura, dicente Scriptura : [e] *Dilatet Dominus Japhet, habitet tabernacula* [9] *Sem* : quum minori filio minor numerus generationum reperiebatur concessus tunc temporis, major crescendo eidem numerus postea amplificabatur adventurus quam duobus ejus fratribus ; ut & media & extrema loca, id est Chananæorum, Ægyptiorum, Afrorum Persarumque teneret imperia. De quo postea Romani sunt editi, victores orbis terrarum atque rectores universarum gentium : unde cognoscimus Romanos, Latinos, Italos de Japhet genus deducere, atque hos orbem terrarum sua sub ditione tenere quotidie, atque ante sæpius tenuisse. [10] Si quid autem falsitate Græcorum putatur esse antiquum, temporale modis omnibus ipsorum auctoribus testantibus comprobatur, Solone testante Atheniensibus, quod ab Ægyptio audierit sacerdote, dicente ei : *Solon, Solon, Græci vos semper estis novelli atque pueri. Græcus autem numquam erit senex aut antiquus, neque doctrinam aliquam aut scientiam habetis antiquam* ; sed ab aliis raptam atque invasam habetis, eamque diversis mendaciis immutatam exponitis, atque ita homines edocetis. Plato enim in Timæo ita dictitat. Nam post confusionem linguarum tunc nomina diversa cœperunt emanare, atque inde sumentes græci historiographi duo aut tres diversa velut monimenta conscribentes, temporalitatem cum suam volunt obumbrare atque abscondere, a suis testibus mendacissimi judicati sunt atque comprobati. Cum enim quinquaginta de ipsis consentiunt de antiquitate nostra, id est Græci, Ægyptii, Chaldæi, Syri, duo autem aut tres dissentiunt : justius est multis consonantibus in unum, quam duobus aut tribus dissonantibus historiographis acquiescere, quia multi illi verius quam duo edixerunt.

XCIV.

De diluvio hæresis.

Est [11] & hæresis, quæ dicit sub Deucalione & Pyrrha diluvium fuisse antiquius, quam quod [12] sub Noe factum est. Quod pagani transferentes mutatis nominibus impio modo, & arcam velut in Græcia fuisse post diluvium adserunt ; & quod est temporalitatis in paganitate vanissima, ab eis velut antiquum cum multo mendacio prædicatur. Et quod factum est in Thessalia loco brevi, velut factum ubique, id est [13] in mundo, a paganis furacibus edocetur. Quod fuit quidem post annos in Thessalia, in loco interdum modico : illud autem diluvium in omni sæculo factum est, sicut & eorum scriptura testatur Gentilium.

a Gen. III. 16. *b* Rom. V. 12. *c* Joan. III. 5. *d* Psalm. L. 8. *e* Gen. IX. 27.

1. Ms. *In iniquitate se conceptum aut in.*
2. Ms. *Gratia cælestis.*
3. Ms. *Itaque suis filiis beatus Noe ... usque in partem.*
4. Ms. *Et diœcesin.*
5. Ms. *Prænuntiavit.*
6. Ms. *Quæ sunt Armeniæ, Bosphori, Ponti, Thraciæ.*
7. Ms. *De primo quidem 20.*
8. Ms. *Et amplior.*
9. Ms. *Sem, cui cum minori.*
10. Ms. *Si quis autem Græcorum ... esse ante quam.*
11. Ms. *Alia est hæresis ... fuisse antiquissimum.*
12. Ms. *Sub Noe beato factum est.*
13. Ms. *In omni mundo.*

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
384.

A judicando maniſeſtabat. Et Joannes Judæis dixit : [g] *Progenies viperarum*.

XCV.

Hæresis de signis Zodiaci et ortu hominum.

ALia eſt hæreſis, quæ dicit ſecundum duodecim [1] Zodiaci ſigna naſci homines, ſicut mathematici illi vaniſſimi, totiuſque erroris & ſceleris adſertores : hæcque audientes interdum indocti quam plurimi lege Dei dimiſſa, mathematicorum inſervire non dubitant vanitatibus: unde completur apoſtolica ſententia : [a] *Coluerunt & ſervierunt creaturæ potius quam creatori*. Et iterum : [b] *Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum; quoniam in ipſo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*. Ergo ignorant quod Zodia iſta duodecim quæ ab illis dicuntur, diverſa ſunt climata diverſæque regiones in orbe terrarum a Deo diſpoſitæ ut inhabitentur; locorumque ac temporum diverſa temperamenta ſtatuta ſint, ut calidum, frigidum, ſiccum & humidum, [2] ut quatuor angulis ſæculi : e quibus cum veluti pleni qualitate fontes exuberant flatu, reſpirantes in invicem virtute nimia inſita proprie, mixtioneque exſiſtente ſalubri : rurſum cum diffunditur eorum ubique mixtio, amœna temperies ſalutis inde cunctis habitantibus ſubminiſtretur; atque ita divina potentia mortalibus vita dulcis & proſpera conceſſa a Domino & impertita non ignoratur.

XCVI.

De animabus sceleratorum hæresis.

NEc [3] deeſt hæreſis, quæ dicit animas ſeneratiorum, ſceleratorum & homicidarum, & aliorum talium tranſire in dæmones ac pecudes & beſtias & ſerpentes : ignorantes quod anima hominis cum exierit de ſæculo, ſive bona, ſive mala, id eſt pia, atque impia ab Angelo ducitur in locum ſtatutum, ut in futurum percipiat juxta quod geſſit in hoc ſæculo conſtituta. Si quis autem hoc ita putaverit fieri, paganitatis & vanitatis philoſophorum magis quam Chriſtianitatis [4] videtur habere conſortium; cum dicat Apoſtolus : [c] *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſque ea quæ geſſit in hoc corpore*. [5] Et iterum : [d] *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Animæ itaque natura non vertitur in naturam alteram; ſed quum voluntate contemnit ac negligit Dei præceptum, ſtudiiſque legitimis ac ſalutaribus inhærere diſſimulat, futuro judicio pœnarum ſe dedicans; [6] non alia niſi morum cauſſa pecudibus cognoſcitur comparanda, non natura, ſed moribus, ut ſcriptum eſt [e]. Non ergo naturæ pecudum, ſed moribus in hoc ſæculo ſimiles efficiuntur hujuſmodi homines pagani, Judæi [7] & alii quam plurimi. Nam & Salvator Judæis cum diceret : [f] *Vos de diabolo eſtis patre veſtra*, non natura, ſed ſceleratis moribus & beluinis [8] ſenſibus ſimiles, arguendo &

XCVII.

Hæresis de Christi descensu ad inferos.

ALii ſunt hæretici, qui dicunt Dominum in infernum deſcendiſſe, & omnibus poſt mortem etiam ibidem renuntiaſſe, ut confitentes ibidem ſalvarentur; cum hoc ſit contrarium dicenti prophetæ David : [h] *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Et Apoſtolo : [i] *Quotquot ſine lege peccaverunt,* B *ſine lege peribunt*. Sed & dicit : [k] *Remiſſius erit quibuſdam quam civitati illi quæ non crediderit*, Apoſtolorum quippe [9] doctrinæ & Evangelii. In comparatione multarum pœnarum dicit ſuſtinere eos minora tormenta quam illos, non tamen ſalvari eos hac ratione affirmat. Nam poetas falſos & vanos philoſophos qui æſtimant poſſe ſalvari, rebelles Deo: errant illis pejus & a veritate diſſentiunt, eum ſemina impietatis paganæ, non alii niſi illi poetæ vani & philoſophi, deorum dearumque appellationes hominum ſenſibus ſeminaverint, quum propheta clamat de futuro judicio, ut heic ei dimitteretur in pœnitudine, dicens : [l] *Remitte mihi ut refrigerem, priuſquam vadam & jam non ero* C *amplius*. Si ergo juſti peccantes, & in hac adhuc vita vix acceperunt pœnitentiam pœnitentes', ut ait Salomon, & [m] *ſi juſtus vix ſalvabitur; impius & peccator ubi parebit?* Nam ſi Deum eſſe crediſſent, deorum & dearum turpia nomina non ſeminaſſent, & in deſcenſione Chriſti in infernum veniam impetraſſent. Cum ergo impii & hoſtes Dei ſint ubique, quomodo poſt mortem ibi confitentes ſalvabuntur? Cum Apoſtolus doceat [n], quod omnem hominem mori oportet, poſtque hoc jam judicari, ut ſcriptum eſt [o], ante tribunal Chriſti, & [p] recipere ſecundum quæ geſſit in hoc ſæculo. Salvator autem confirmat dicens [q] de illis quod nec Patri crediderint, unde etiam eos judicandos declaravit [r] : D qui autem credidit in Patrem, ante quam Chriſtus veniret in carnem, tranſiit de judicio impiorum [ſ]. In comparatione autem peccatorum atque impiorum, diverſitas eſt pœnarum atque plagarum; non plena amborum eſt abſolutio, ſed dijudicationis juſtitia, & ſecundum peccatum condigna repenſio, illis etiam qui ſub Noe ab aqua abſorpti fuerant, ut ſcriptura docuit [t].

XCVIII.

Hæresis de anima hominis.

E EST & alia hæreſis, quæ de cenſu animæ ambigens, ex elementis eam conſiſtere opinatur, ut multi philoſophi vaniſſimi, de igne, nunc de aqua, nunc de ſpiritu, nunc de materia, nunc de fonte, nunc de atomis, nunc quaſi aera eſſe animam hominis ſuſpicantur; quum anima facta ſit a Domino, ex nihilo ſcilicet, ut ſcriptum

a Rom. I. 25. b Coloſſ. II. 8. c II. Cor. V. 10. d Pſal. vi. 6. e Pſal. xxxi. 9. f Joan. viii. 44. g Matth. III. 7. h Pſal. vi. 6. i Rom. II. 12. k Matth. xi. 22. l Pſal. xxxviii. 14. m Prov. xi. 31. n Heb. ix. 27. o Rom. xiv. 10. p II. Cor. V. 10. q Joan. viii. 19. 55. r Joan. xii. 48. ſ Joan. III. 18. t I. Pet. III. 20.

1. Ms. *Zodia naſci homines*.
2. Ms. *E quatuor*.
3. Ms. *Alia eſt hæreſis ... venerariorum*.
4. Ms. *Videtur ambire*.
5. Ms. *Et iterum quod non derelinques animam meam in infernum. Confitebitur tibi. Animæ itaque*.
6. Ms. *Non aliis morum cauſa niſi pecudibus*.
7. Ms. *Et alii plurimi*.
8. Ms. *Senſibus eos ſimiles*.
9. Ms. *Doctrina Evangelii*.

est: [a] *Qui fecit ex nihilo omnia, ut essent quæ non* A *erant*. Anima itaque a Deo facta, imago Dei appellata est, post Angelorum creationem scilicet: minor enim est homo quam natura Angelorum, ut scriptum est: [b] *Minuisti eum paullo minus ab Angelis*. Si autem legis mandata servaverit, tunc erit sicut Angeli [c]. Si ergo Angeli servi Dei [d] sunt sub lege positi, quanto magis & hominis anima sub lege quæ est prædicata? Si servarit quod ei præceptum est, tunc debet dicere quod ait Dominus Apostolis: [e] *Quod & si feceritis omnia, dicite quod servi sumus inutiles*.

XCIX.

De Christi nativitate hæresis.

ALia est hæresis, quæ dicit de Salvatore, quod primum fuerit apud Patrem, & sic natus sit; & cum simpliciter ita confitetur, diversa hominibus scandala subministrat: esse enim ante, & postea nasci, contrarium est modis omnibus. Et quamvis generatio ipsius duplex sit, una divinitatis indefinita ac sempiterna, altera incorporationis per Virginem temporalis; at non est dubium tamen, quod secundum divinitatem debemus cognoscere, quod neque defuit aliquando esse cum Patre, neque qui erat cum Patre semper, ex semet ipso erat, & non de Patre genitus noscebatur, ut quidam suspicantur aberrantes. Utrumque ergo si bona interpretatione profertur, [1] rectum & fidei firmamentum ostenditur, ut & genitum eum cognoscamus de Patre proprie hunc unicum Filium, non tamen in tempore: sed ante omnia sæcula omnemque creaturam esse genitum de Patre proprie cognoscamus atque credamus, ut condecet; cumque Patre eum in perpetuum manere, atque semper mansisse non ignoremus. Nulla est ergo separatio, aut contrarietas inter esse semper & fuisse, & genitum esse: [2] nam semper esse propter sempiternitatem dicitur, ne temporalis Filius æstimetur; genitum autem dicit, quia [3] non ex semet ipso, sed de Patre natum cognoscit Ecclesia prædicans. Non ergo disjungendum est unum ab altero, sed conjungenda est sempiternitas Filii, & generatio cum sempiternitate copulanda; deque Patre ita est credenda ac detinenda confessio, ut unus nobis Pater genitor, & [4] unus nobis Filius unicus Patris, proprie quippe genitus de Patre cognoscatur. Ergo semper esse, & genitum esse, [5] pia fide est æquum: ut sempiterna ejus generatio non temporalis sit, & Filii unigeniti de Patre, & cum Patre vera proprietas ac sempiternitas non ignoretur. Si quis autem primum confitetur esse eum ingenitum, & sic postea fuisse genitum de Patre, ignorat quid confitetur. Cum enim unam putat evadere hæresin, [6] incurrit in alteram pejorem, ingenitum Filium confitendo, immo potius & Patrem & Filium denegando, duoque ingenita prædicando, & unius Patris ingeniti, & unius Filii, unigeniti de Patre, proprie denegando veritatem.

C.

Hæresis de induratione Dei.

SUnt quidam hæretici, qui de Pharaone ita arbitrantur dixisse Dominum per Mosen: [f] *Quod ad hoc excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam*. Et: [g] *Indurans indurabo cor Pharaonis, ne dimittat vos*. Et ait Apostolus: [h] *Ergo neque volentis, neque currentis, sed miserentis Dei est*. Sed hæc non definiens dicit Apostolus, sed disputans atque edocens quod verum est, ne ita Deum dixisse quis æstimet. Debet enim attendere quod ait Dominus: B *Ut ostendam in te quippe omnem virtutem meam*, id est magnanimitatem, bonitatem, sustinentiam, quæ est utique [7] omnibus hoc effusa in sæculo. Cum enim ei dicit, omni homini dicit in corpore constituto; in prosperitate quippe, facultate ac potentia temporali annuntiat, qui cum ad divitias attendunt, segniores ac negligentiores efficiuntur circa Dei Christi timorem & gratiam, suæque [8] ita usque ad finem salutis obliviscuntur, ac timoris Dei efficiuntur immemores. Cum enim tribularetur ipse Pharao, invitus Dominum cognoscebat, ut scriptum est [i]. Cumque iterum dimittebatur a Deo, revertebatur [k] ut canis ad suum vomitum. Ideoque omnium paganorum, Judæorum, hæreticorum, divi- C tumque animæ ac peccantium pariter in prosperitate contemtrices Dei reperiuntur interdum: ideo eruditio utilis est humano generi in omnibus atque salutaris, dicente Propheta: [l] *Bonum mihi est, Domine, quod humiliasti me, ut discam justificationes tuas*. Et iterum de objurgatione: [m] *Cum occidebat*, inquit, *Dominus Judæos, tunc inquirebant eum & vigilabant ad eum*. Non itaque dicit beatus Apostolus, ut non curramus aut non velimus servire Deo; sed primum debemus nostra currere voluntate, deinde non cum præsumtione & jactantia, quasi nostra virtute & justitia [9] condigna, ut non Christi mereamur salvari clementia. Qui enim currit cum superbia & præsumtione, non a Deo sperat D præsidium, quantum ex sua conversatione sibi præsumit justitiam. Et currere itaque, & velle nos docet beatus Apostolus; inque nostra voluntate esse, ut in ipso cursu bonorum operum in humilitate perseveremus, ac tunc demum speremus salutem posse ab ipso Domino adipisci, ut ait Dominus: [n] *Et cum feceritis omnia, dicite quod servi sumus nequissimi*. Et: [o] *Si justus vix salvatur, peccator* [10] *& impius ubi apparebit*? Ergo sunt in nobis quædam, in quibus currendum est. Sunt autem majora quæ a Deo speranda & impetranda sunt, ut ait Apostolus: [p] *Nescitis quid petatis*. Ut puta si quis dixerit, possum esse Martyr, possum esse Apostolus; & non dicit, si Deus Christus voluerit, quod ab E eo incrementum id muneris & gratiæ quippe confertur, non vana hominum præsumtione atque jactantia comparatur: tentantis est enim hominis voluntas hujusmodi ac præsumentis, non quærentis & supplicantis, ut tantam consequi mereatur dignitatem.

a Sap. I. 14. *b* Psal. VIII. 5. *c* Luc. XX. 36. *d* Heb. I. 14. *e* Luc. XVII. 10. *f* Exod. IX. 16. *g* Exod. IV. 21. *h* Rom. IX. 16. *i* Exod. VIII. 8. 25. IX. 27. X. 24. *k* Prov. XVI. 11. -- II. Pet. II. 22. *l* Psal. CXVIII. 71. *m* Psal. LXXVII. 34. *n* Luc. XVII. 10. *o* Prov. XI. 31. *p* Luc. XX. 22.

1. Ms. *Recte fidei ... ut genitum*.
2. Ms. *Nam semper esse sempiternitatem dicitur*.
3. Ms. *Non a semet ipsa*.
4. Ms. *Et unus Filius*.
5. Ms. *Pia fides*.
6. Ms. *Incurrit alteram*.
7. Ms. *Omnibus effusa*.
8. Ms. *Ita ad finem*.
9. Ms. *Condigne & non*.
10. Ms. *Et impius quo appellabit*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 384.

CI.

Hæresis negans David Christi prophetam fuisse.

SUnt quidam hæretici, ut Manichæi & Gnoſtici & Nicolaitæ & alii, qui de beato David audent dicere, [1] quod non Chriſti Propheta fuerit, neque doctor & commentator divinarum omnium ſcripturarum, ſed humanæ cantationis ac ſæcularis rei conſcriptor exſtiterit: quum cæleſtis gratiæ atque arcani ſalutaris Chriſti Domini ipſe meruerit præ multis humano generi myſteria prædicare. Sicut enim ſanctis aliis diverſam tribuit Chriſtus Dominus gratiam, ita huic majorem conceſſit ſcientiam, dicente Domino: [a] *Dabo vobis ſancta David fidelia.* Et; [b] *Inveni David filium Jeſſe, hominem qui faciat omnia quæ ſunt in corde meo, dicit Dominus.* Ignorant ergo quod velox ac præpotens commentator hic divinarum exſtitit ſcripturarum, rex atque propheta David emiſſus a Domino; ut quod ante dicebatur præſenſque [2] videbatur, hæc cuncta brevi collecta humano generi prædicarentur ab eodem, tribuſque in verſibus pſalmi primi omnem rerum virtutem exponeret veritatis, præteritorum, inſtantium atque futurorum; omneſque errores cujuſque populi diverſaque facinora nuntiando, cum dicit: [c] *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum*, id eſt, paganorum: *& in via peccatorum non ſtetit*, quippe Judæorum: *& in cathedra peſtilentiæ non ſedit*: utique hæreticorum. Atque hinc jam quaſi ex fontibus atque materiis copioſis diverſa ſemina iniquitatis humano generi [3] affutura doceret, ut his quippe tribus malis paganitate, Judaiſmo & omni hæreſi contemtis atque damnatis, ſola fides vera, id eſt Patris & Filii & ſancti Spiritus ab omnibus credita coleretur. Zelo enim divino ductus beatus David tunc temporis, cum videret homines dæmoniis immolare, non Deo; in Jeruſalem civitate quatuor choros poſuit ſecundum [4] mundi aditus, ana ſeptuaginta duo, quatuor etiam hominibus poſitis ex pſallentibus atque arcam Dei cuſtodientibus, undique infinitis etiam aliis extrinſecus. In medio autem ea poſita pſallebat cum populo beatiſſimus ipſe David patriarcha, & incorporationis Chriſti Domini quippe ut teſtis tantus ac prædeſtinatus a Domino pſalmorum diverſa gaudia & laudes pariter, non alii niſi ipſi Chriſto Domino canendo referebat; trinaque vice quotidie cum orationibus pſalmorum etiam [5] cantore ſonante omni delectabatur cum populo, divinam Chriſti præſentiam nuntiando, deque ea re, futura gaudia ſæculo [6] promittendo. De quo & Dominus dignatus eſt dicere, multos fuiſſe prophetas & ſapientes, & deſideraſſe videre & audire quæ Apoſtoli audire meruerunt & videre. Nam quod & Græcorum ipſa quæ videtur eſſe ſapientia, ex lege atque prophetis, & ſpecialiter de David ſit, ſecundum tempus [7] omnibus manifeſtum. Ideoque & poetæ, aliique ſapientes verſibus quod voluere dicere, imitando eumdem conati ſunt fingere. Quæ argumenta cum de lege atque prophetis ſumerent, immutatis nominibus cum jura veritatis violare properant, ſuæ perfidiæ diverſa mendacia ſæculo ſeminarunt. Inde hæc ignorantes quam plurimi ſæculares homines atque imperiti, temporalitatis pagana mendacia potius quam ſalutaris Chriſtianæ legis antiqua & vera arcana deſiderant colere atque ſequi firmamenta. Ex ſuis itaque vanitatibus, id eſt ex græcorum hiſtoriographis, poteſt quis cognoſcere, quam ſit temporalis vana ſapientia Græcorum, quæ cum paullatim cognoſcitur a ſuis, ſine dubio [8] ſpernitur, calcatur atque quotidie condemnatur.

CII.

Hæresis de Psalterii inæqualitate.

SUnt alii hæretici, qui de inæqualitate Pſalterii errorem patiuntur non modicum, æſtimantes [9] totum librum Pſalterii non eſſe David; & cum hiſtoriam quærunt per ordinem, inveniunt inæqualitatem id eſt ut quæ noviſſima prima, & quæ prima noviſſima eſſe poſita pervident, non modicum ſcandali patiuntur. Nam in tertio pſalmo perſecutionem patitur a filio, & in centeſimo plus contra allophylum pugnando differitur: quum invenimus primum pugnaſſe eum cum Goliath in ſua juventute; filio autem ſuo in ſenectute poſtea bellum ſuſtinuiſſe. Et quamvis hæc ſpiritaliter de Chriſto intelligenda ſint, tamen & hiſtoriam inquirentes ſtudioſe de eodem propheta, non parvo offendiculo perturbantur. Quia ergo & poſt ſeptuaginta duos pſalmos defeciſſe dicit hymnos David ſcriptura pſalmorum, [10] & poſtea iterum ejuſdem titulatio in multis pſalmis nuntiatur; & de hoc quærunt, cur ita ſit poſitum, neſcientes quod beato regi atque prophetæ diverſa gaudia pſalmorum recte a Domino impertita ſunt. Si ergo & aliorum inveniuntur titulationes in pſalmis, poſtea tamen ſumma rerum laudis huic auctori & inſtitutori a Chriſto conceſſa eſt, ut prophetæ, regi atque patriarchæ. De inæqualitate autem pſalmorum ſecundum hiſtoriam, qui interpretati [11] ſunt ſtudioſiſſime, hoc dixerunt; quod ſæpe exſiſtente captivitate in Judæorum populo, a gentilibus propter idololatriam, quia cum illis colebant Judæi & idola; inque his etiam ſcripturæ divinæ inquirebantur & comburebantur a gentibus. Si quis autem abſcondiſſet de pſalmis aliquid, exſiſtente pace poſtmodum requirebantur a paucis ſanctis eædem divinæ ſcripturæ: cumque invenirentur, accipientes poſtea qui erant in illo tempore [12] ſapientes; quia non erant prophetæ jam, ſed ſacerdotes timore detenti, juxta quod accipiebant a quibuſdam, ita componebant & textum pſalmorum, & ita ordine exponi jubebant. [13] Sic ergo ſecundum hiſtoriam, inæqualitatis, ut dixerunt multi, cauſſa hæc eſſe videtur. Nam quod ſpiritalis in ipſa inæqualitate pſalmorum [14] æqualitas ſit, Chriſti ſcientia cognoſcenda, manifeſtum eſt ſtudioſis; ut quod eſt in primis, hoc ſit & in medio de Chriſto itidem; & quod erat poſtea futurum, de eodem ante dictum ſit ubique. Ideoque [15] Apoſtolus: [d] *Chriſtus heri & hodie, ipſe*

[a] Act. XIII. 14. ex Iſa. LV. 3. [b] Act. XIII. 22. ex Pſal. LXXXVIII. 21. [c] Pſal. I. 1. [d] Heb. XIII. 8.

1. Ms. *Quod Chriſti propheta Domini non fuerit.*
2. Ms. *Videbatur futurumque nuntiabatur, hæc cuncta.*
3. Ms. *Adfutura dejiceret.*
4. Ms. *Mundi actus.*
5. Ms. *Cantu reſonante omnia.*
6. Ms. *Præmittendo ... & ex lege.*
7. Ms. *Omnibus eſt manifeſtum.*
8. Ms. *Cognoſcitur, calcatur, atque.*
9. Ms. *Omnem librum ... David beatiſſimi, & cum.*
10. Ms. *Et poſtea ejuſdem.*
11. Ms. *Sunt auctores ſtudioſiſſimi.*
12. Ms. *Sapientes, non erant.*
13. Ms. *Si ergo ... inæqualitas.*
14. Ms. *Pſalmorum & æqualis ſit.*
15. Ms. *Apoſtolus ait: Chriſtus.*

& in ſæcula, inquit, *ſæculorum*. Nam quod ſpiritali virtute dicti ſint pſalmi, non eſt dubium; ut quod ante factum eſt per diabolum de impietate idolorum, hoc & ſub Judæis ſeductione ejus commiſſum facinus monſtraretur; & quod ipſius ſit etiam hæreticorum perverſitas in fine pullulantium quotidie, non ignorat [1] Eccleſia Catholica.

CIII.

HÆRESIS DE PECCATO CAIN.

SUnt hæretici contraria ſentientes libro Geneſeos, quo Dominus dixerit ad Cain: [a] *Peccaſti? quieſce; ad te converſio tua, & tu ejus dominaberis*. Cum enim dicit: *Tu ipſius dominaberis*; putant quod dixerit ei, tu eris dominus fratris tui. Et quamvis ſi ita quis ſenſerit, quia major natu erat Cain quam Abel frater ejus, quia & in lege [2] majores natu, erant & honore, id eſt, primogeniti; non autem [3] heic dicit: *Tu ejus dominaberis*, quaſi eris dominus ejus, quod eſt in omnibus contrarium. Si enim ita eſſet, quomodo dabat in eum mortis ſententiam Dominus, quod ſuum occiderat fratrem ſicut ſcriptum eſt? Non [4] ergo ita dicit ſcriptura, dominari illum fratri ſuo ut eum interficeret; ſed dominaberis cogitationi tuæ malæ utique quæ eſt in arbitrio tuo; ut cujuſque hominis arbitrio atque voluntate, aut projiciat de corde ſuo malam cogitationem immiſſam a diabolo, aut non projiciendo crimen incurrat perpetuum. Ut perſcrutator enim cordis & animi hominis Chriſtus Dominus occulta ipſius pervidens, arguebat quod cogitaverat, & monebat ne faceret illud ſceleris, inque hoc viam parricidii ſæculo ſeminaret. Quod & in Evangelio dictum eſt: [b] *Si habes adverſus fratrem tuum iram, vade, reconciliare, & ſic poſtea offeres munus tuum*. Et David itidem ait: [c] *Iraſcimini, & nolite peccare*. Et qui modus ſit, *iraſcimini, & nolite peccare*, ipſe ſubſequitur differens: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini*. Salomon etiam: [d] *Si aſcenderit ſpiritus inimici dominantis in te, ne des ei locum ut in te habitet*. [5] Et Dominus: [e] *Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſſa, reus erit judicii*. Ideoque pellendam cogitationem ex ſuggeſtione inimici Dominus edocebat illico; ne cum diu ſit in homine, ad perpetrandum facinus eum provocet proniorem.

CIV.

DE CAIN PECCATO HÆRESIS QUARE DEUS EI VITAM CONCESSERIT.

ESt hæreſis quæ non recte intelligit de Cain, quod poſt fratricidium quod commiſerat, rogat Dominum mori potius quam dimitti, dicens ita: [f] *Major cauſſa eſt ſi dimiſſus fuero; & erit omnis qui invenerit me interficiet me*. Sed Dominus per eum unum omni humano generi, velut generalem docendo modum, per patientiam tribuebat bonitatis ſuæ indulgentiam copioſam; ut jam deſinente ſcelere, bonorum operum fructuoſitatem ſequerentur, certamque ab eo cuncti cognoſcerent amplectendam, dicente Domino: [g] *Nolo mortem* [6] *peccatoris, quam ut revertatur & vivat*; ut tanti ſceleris cunctis per eum pateſceret pœnitentia, inque ea, indulgentia pariter copioſa; ut pœnitentium jam bona fructuoſitas hortamento Dei monſtraretur hominibus, quo eam pervidentes, ſalutem potius quam mortem ſibi deſiderent acquirendam. Unde veluti ſuus accuſator atque judex, cum ex parte gignitur Cain, dicens quod commiſerit fratricidium, audire a Domino meruit; ut ſi fructus bonorum operum de cetero eum ſequeretur, remiſſionem tanti ſceleris eſſet ſine dubio accepturus, nullumque metum mortis inferendæ jam ſuſpicaretur ſibi [7] ab aliquo affuturum. Inſuper etiam & ſignum acceperat ne occideretur ab aliquo; eumque etiam ſeptem pœnas perpeti, ſi qui hominum auſus fuiſſet in eum manus injicere, cæleſti ſententia [8] definitum. Ipſa enim veluti pœnitentia ficta non vera inventa eſt, cum audit a Domino: [h] *Omnis qui occiderit Cain, ſeptem vindictas perſolvet*. Unde & ſignum accipere meruit propter pœnitudinem, ſi tamen digna bonorum operum jam eum fructuoſitas ſequeretur. Sed non invenimus fructum bonorum in eo pœnitentiæ uſque fuiſſe, quanto magis de genere illius omnem impietatem potius [9] pullulaſſe; qui poſt eum heredes impietatis paternæ & immanitatis tanti ſceleris exſiſtentes, cum non malorum ſuorum pœnitudinem gerere voluiſſent, annuntiante eis Noe beato, perſeverantes in ſcelere, diro mortis interitu per diluvium perierunt, excepto octo animis tantummodo tunc temporis, quæ de genere ſanctorum fuerunt editi, qui meruerunt procellam ſoli tanti periculi devitare.

CV.


DE STELLIS CÆLO INFIXIS HÆRESIS.

ESt hæreſis, quæ ſtellas infixas putat eſſe [10] in cælum, non de theſauris locisque abſconditis atque a Deo diſpoſitis in veſperum juſſu divino repente procedere, ſtatutiſque horis [11] ſuo lumine curſum miniſteriumque indictum agnoſcere: quod contrarium alienumque fidei catholicæ invenitur ſi ita quis ſenſerit, magiſque paganæ vanitatis & philoſophorum inanis ſententiæ, quam Chriſtianæ ſcientiæ habere conſortium demonſtrabitur. Scriptura enim omnipotentiam Dei ita edocet, ut in brevi e diverſis theſauris concurrere atque diſcurrere ſidera nuntiaverit; ornamentoque cæli noctique, ut lucis cauſſa ex parte ſint a Deo præſtita atque commodata, diverſiſque horarum ſpatiis, velut ad ſua loca rurſum redire ſtatuta ſint, ut e quibus locis exire jubentur quotidie, ad ea loca reverti iterum præſidente Angelo & compellente, curſum debitum præterire nullo modo poſſint: [12] hincque effuſa Chriſti clementia omni manifeſtaretur humano generi, qui juſtis & injuſtis in hoc mundo parem conceſſerit gratiam bonitatis annuntians, [i] *qui ſolem ſuum oriri facit ſuper juſtos & injuſtos, & pluit ſuper bonos & malos*. Et, [k] *noverunt ſidera*, inquit, *theſauros ſuos, & curſum diſpoſitum quotidie*.

a Gen. IV. 7. b Matth. V. 23. c Pſalm. IV. 4. d Eccle. X. 4. e Matth. V. 22. f Gen. IV. 4. g Ezech. XXXIII. 11. h Gen. IV. 15. i Matth. V. 45. k Baruch III. 33. 34.

1. Ms. *Eccleſia quippe catholica prædicans.*
2. Ms. *Majores natu majores erant & honore.*
3. Ms. *Hoc dicit ... quia eris.*
4. Ms. *Ergo heic dicit.*
5. Ms. *Et Dominus ait ... erit judicio.*
6. Ms. *Peccatoris quantum ut.*
7. Ms. *Ab aliquo cum his etiam.*
8. Ms. *Definitum eſt: in ipſa ... fructum bonum.*
9. Ms. *Pullulaſſe poſt eum.*
10. Ms. *In cælo.*
11. Ms. *Suo volumine.*
12. Ms. *Hincque humano generi.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 384.



CVI.

Hæresis veteris Testamenti multa reprobans.

SUnt quidam hæretici, qui de veteri Testamento multa reprobant, id est Salomonis [1] Ecclesiasten, paucis quidem conscriptum sententiis, omnem tamen thesaurum cælestis scientiæ quærentibus continentem: nam quod omnibus sapientior prioribus sit, ipse Salvator testatus est [a]. Cum legunt ergo: [b] *Omnia vanitas vanitatis, quæ sub cælo sunt*; &: [c] *Desideravi habere*, ut dictum est, *diversa*; &: *Deus mihi dedit*, inquit, *& ecce omnia vanitas vanitatis*; solum tamen hoc postea addit esse a Deo, ut si quis manducet & bibat, & benefaciat animæ suæ. Quod si hanc escam solum aut hunc potum dixit esse istius sæculi, [2] utilemque carnalem, nihil autem futuræ vitæ immortalis aliud nuntiavit, in vanum hominum labor impenditur. Ergo quod ait Apostolus de quibusdam; [d] *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur*, quod profecto paganorum & Epicureorum est talis hæresis, quæ vitæ pecudum comparatur. Ideoque [e] *homo in honore cum esset, non intellexit, comparatus est pecudibus insipientibus*. Salomon itaque & carnalem vitam hominum a Deo concessam in multis divitiis nuntiavit, & futuram Angelorum gloriam nihilominus in studiosis inesse paucis desiderantibus & credentibus prædicavit. Si enim & dives in hoc sæculo bene operatus fuerit, necesse est ut & illic futuræ vitæ consortium consequatur; sicut enim & hæc terrestris esca a Deo data est, ita & illa cælestis esca de lege desideranda est amplius. [3] Fides quippe Christi Domini de lege & prophetis adveniens cupientibus gloriosa, quam magis Maria, quam Martha elegerat, dicente Domino: [f] *Majorem sortem Mariam elegisse, quæ non auferetur ab ea*. Ergo si dixit, *vanitas vanitatis est, quæ in sæculo sunt*, hæc utique transeuntia prædicavit, propter futuram illam gloriam eminentem ac perpetuam, ut ait Apostolus: [g] *Transit enim figura hujus mundi*, & gloria. Si autem figura & vita & honor & dignitas mundi istius cessabunt & destruentur; illa quippe erit desideranda cælestis & angelica dignitas, quæ incorporatione ac passione & resurrectione quippe est Christi credentibus adventura; quæ non temporalis, carnalis ac caduca erit, ut Judæorum secundum litteram, & aliorum talium pereuntium, in posterum autem nihil exspectantium. Propter quod dicit Dominus: [h] *Operamini escam, quæ non perit*, id est ut credatis in me, quem misit Pater meus. Ergo non Salomon de hac esca solum carnali dicebat, de illa autem prætermittebat; sed diversam escam gloriamque sanctorum hominum nuntiabat: carnalem quippe primam vitæ hominum in præsenti sæculo, postque mortem cælestem illam, & angelicam dignitatem justis, & fideli adventuram. Hancque carnalem velut vanam & temporalem, Judæorum quippe aliorumque talium justificationem, vitamque pereundam nuntiabat, ut umbram esse cognoscerent, vitamque corporis temporalem non multo post decidentem, in comparatione quippe A cælestis illius ac perpetuæ dignitatis non ignorarent. De qua esca ait & propheta: [i] *Gustate, & videte, quia suavis est Dominus*.

CVII.

Hæresis de Cantici Canticorum libro.

EST hæresis, quæ de Canticis Canticorum ambigit, ipsa itidem æstimans non Spiritu divino, sed humanarum rerum caussa ac voluptatum hominibus ab eodem prædicata; cum cælestium rerum veritas humanæ similitudini comparata genus B hominum docuerit, sicut scriptum est in Evangeliis & ubique. Christi itaque divina in carne præsentia omnes ita docebat, ut amore divino provocaret, monitione mulceret, misericordia commoveret, flecteret bonitate. Nam ut Deus, ostendebat; ut Pater, monebat; ut Pastor, [4] pascua demonstrabat; ut Rex, vincendo inimicum vestigia sequi ostendebat; ut sequentes [5] suum fraternum, id est Dominum Christum in carne advenientem, in triumpho immortalis gloriæ & cælestis meriti, cum eo pariter gratulemur. Ideoque & Cantica dicta sunt Canticorum; ut quod ante in lege umbratiliter dicebatur ex parte; in loco Christi jam præsentia, consummatione mysterii per passionem celebrata [6] in sup- C plementum panderetur, ut cessante umbra, [7] cælestis etiam lucis omni sæculo veritas refulgeret, quæ corpus & animum hominis accenderet, atque amore cælesti sensum hominis excitaret. Qui ergo vani homines concupiscentiis carnis inserviunt, fingunt [8] autem non posse sentire, aut si eis exponitur contemnunt discere, Legisque nolentes virtutem agnoscere, non minus Judæi, vel Pagani judicandi sunt.

CVIII.

De mandato Adæ hæresis.

D ALia est hæresis, quæ dicit mandatum non esse accipiendum quod Adam pater noster acceperat; neque esse illud virtutis aut utilitatis alicujus opinantur; cum sine mandato illo, nec lex Mosi possit accipi, nec Christi agnosci perpetua & effusa gratia atque copiosa. Triplici enim virtute in corpore constitutus omnis homo de lege divina docendus, [9] aut monendus instruitur, ut in prima ætate sub mandato sit, secunda sub lege, tertia sub gratia Salvatoris. Ideoque lex admonitio est potius propter oblivionem mandati pristini, quod pater noster Adam in primis a Deo acceperat in paradiso; ita enim scriptum est in lege: [k] *Ne oblitus mandatum Domini Dei tui recesseris ab eo, & pereas*. Ideo lex admonitio E mandati, & confirmatio est primi illius. Iterum mandatum & lex, Christi plenam prædicant gratiæ bonitatem ac præsentiam salutarem. Ideoque Dominus ait: [l] *Ecce qui loquebar* in prophetis, *adsum*. Majores sunt itaque qui sub mandato fuerunt [10] antiqui, cum non obliti etiam [11] Christi Salvatoris suis posteris & ejus mysterium nuntiarunt; cujus & oblivione exsistente in Judæis, admonitio rursum

a Matth. XII. 42. *b* Eccle. I. 14. *c* Eccle. II. 3. 11. *d* I. Cor. XV. 32. *e* Psal. XLVIII. 11. 21. *f* Luc. X. 42. *g* I. Cor. VII. 31. *h* Joan. VI. 27. *i* Psal. XXXIII. 9. *k* Deut. VIII. 11. 19. *l* Isa. LII. 6.

1. Ms. *Ecclesiasten librum, paucis*.
2. Ms. *Utilem quæ carnalis est; nihil*.
3. Ms. *Fides Christi*.
4. Ms. *Pascuum*.
5. Ms. *Suum fratrem*.
6. Ms. *In supplementum credentibus panderetur*.
7. Ms. *Cælestis jam lucis veritas omni sæculo refulgeret*.
8. Ms. *Aut posse sentire*.
9. Ms. *Ac monendus*.
10. Ms. *Antiqui, cujus non*.
11. Ms. *Christi Salvatoris sui posteri*.

litteræ subsecuta est, ut in littera etiam, Christi spiritalis scientia, & carnalis præsentia illuminans sæculum, speraretur. Ideoque lex Mosi aliud in sono vocis, aliud in abscondito [1] salutare Christi mysterium continens nuntiabat. Ergo neque mandatum sine lege, nec lex sine mandato, nec gratia Christi sine lege & mandato accipi aut credi debet ab aliquo.

CIX.

DE IMAGINE ET SIMILITUDINE DEI IN HOMINE HÆRESIS.

Sunt quidam hæretici, qui cum legunt scripturam, dicente Domino: [a] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram;* non in parvam descendunt amentiam; ignorantes primum quid imago, quidve similitudo sit Dei. Cumque nesciunt quid sit imago Dei natura proprietatis, & quid positionis sit gratia, non parvam sibi præsumunt superbiam dignitatis. Imago enim Dei, id est anima omnis hominis, facta ex nihilo: similitudo autem in fide, & vita nisi cognita fuerit a Deo, appellari non potest Dei imago similis. Cumque se esse plus æstimat aliquis, præsumtionis crimen incurrit potius, quam meritum dignitatis sibi acquirit. [2] Nam cum hæc peccans invenitur anima, & judicio obnoxia detinendo cognoscitur, quomodo esse potest hæc Dei naturalis imago, quæ diversis peccatis dignoscitur inservire? cum alia nulla esse possit naturalis imago Dei divina & Patris propria, non Angeli aut hominis, nisi Christi Dei Filii, qui natura proprietatis indiscreta, paternæ substantiæ ac sempiternæ imago sit genita proprie, non positione servitutis creata ex nihilo, ut homo & Angelus. Ideoque imaginem, id est animam hominum paganorum, Judæorum, hæreticorum & omnium, dici posse declaravit in communi generatione, atque unius [3] qualitatis natura, scriptura substantiam nuntiavit. Similitudinem autem non omnium, sed sanctorum & Christianorum esse tantummodo declaravit, qui in fide, vita & bono opere permanentes, Angelorum cælestia merita in futurum consequi promittuntur; ut patriarchæ, prophetæ, sacerdotes, judices, Apostoli atque Evangelistæ & martyres, qui Trinitati credentes, & in vita præclara permanentes, Angelorum gloriæ copulari a Domino nuntiantur. Similitudo enim ex doctrina legis, fide, vita & studio & opere cognoscitur vera, ut quæ a Deo facta est, legi ejus divinæ consentiens præcepta statuta complendo, regni cælestis consortium speret ab eo se posse adipisci, dicente Apostolo: [b] *Nostra autem conversatio in cælis est.* Et Dominus iterum: [c] *Gaudete, quia nomina vestra in cælo scripta sunt.* Et quod in die judicii eos sicut Angelos demonstrabat futuros [d], Dominus dicit de regno cælesti: [e] *Venite, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Similitudo itaque ex fide sanctæ Trinitatis, & vita bona & opere sequenti inesse ostenditur, ut exeuntes percipiant promissum consortium angelicæ dignitatis, ut ait Joannes: [f] *Tunc similes ei erimus.* Et Dominus: [g] *Similes estote Patris vestri.*

CX.

HÆRESIS DEUM INCREPANS QUOD DIVERSIS LINGUIS ET MODIS HOMINES ALLOCUTUS SIT.

Sunt quidam dicentes hæretici, cur non Deus uno modo semper locutus est, sed diversis modis & linguis humano generi prædicavit? Cum secundum capacitatem hominum videntium, [4] atque cupientium videre atque audire, ita sit locutus & visus hominibus. Projecto itaque de paradiso homine [5] mortemque inducto, non jam ita apparebat sicut & antea, sed loquebatur de cælo voce ipsius audita atque ea custodita: processu autem temporis, & apparere dignabatur, ut Abrahæ beatissimo patriarchæ, & aliis per ordinem. Sub Mose autem diversis rebus apparens, & quod erat timoris atque terroris in monte Sina demonstrabat, [6] posteaquam in figura Angeli & in forma hominis [7] incorporationis suæ affuturæ indiciis præcurrentibus generalem clementiæ nuntiabat visionem, qua jam per somnia justis se Dominus ostendebat, ut scriptum est [h]. Postea vero in incorporatione apparens, testabatur Judæis adnuntians quæ ante dixerat per prophetas. Quia ergo diversa erat capacitas visendi Dominum, ut bonus medicus, sicut infirmitas exigebat, & diversa remedia hominum infirmitatibus conferebat; ideoque languenti sæculo in fine plus contulit medicinæ, ut & illorum primorum virtus præpotens monstraretur, & nostri generis periculosa infirmitas nosceretur, dicente Domino: [i] *Non egent sani medico, sed qui infirmi sunt.* Majores sunt itaque priores illi qui audientes credebant, ut Seth, Enoch, Noe & ceteri, quam nos; qui & audientes atque legentes misericordiam Christi Domini, & bonitatem ejus contemnimus copiosam: nam & Judæorum caussa, & [8] aliis locutus est linguis, ut compleatur quod [k] *in linguis aliis, & labiis loquar huic populo*, & nec ita erunt credituri, dicit Dominus; nam per Isaiam dicit: *Verbum meum mittam in Achajam.*

CXI.


DE ANIMALIBUS QUATUOR IN PROPHETIS HÆRESIS NIMIS CRASSA.

Alia est hæresis, quæ cum legit quatuor animalia in prophetis [l], non parvum errorem persentit, æstimans quod animalia diversa forma prædita Deum collaudaverint; ignorantes quod irrationabilia, id est non rationis capacia, Deo laudem ut homines referre non possunt. Neque enim Deus laudem pecudum quærit, quia non pecudes ad imaginem Dei factæ, sed homines rationabiles a Deo sunt creati, & ad hoc positi. Sed quia visio est prophetarum divino Spiritu prædicata, [9] hinc sanctorum populorum quatuor diversæ virtutes diversaque certamina nuntiabantur adventura sæculo in diversis doctrinis ac virtutibus, in diversa sublimitate eminentiæ: quod Leonis, Vituli, Hominis & Aquilæ, quorum diversæ doctrinæ ac merita fulgentia præcurrebant. Primum in patriarchis regalis

a Gen. I. 26. *b* Philipp. III. 20. *c* Luc. x. 20. *d* Luc. xx. 36. *e* Matth. xxv. 34. *f* I. Joan. III. 2. *g* Matth. V. 48. *h* Num. xii. 6. *i* Matth. ix. 12. *k* Isa. xxviii. 11. *l* Ezech. I. 5. Apoc. iv. 6.

1. Ms. *Salvatoris Christi.*
2. Ms. *Nam cum hæc peccans anima & judicio obnoxia detinenda.*
3. *Qualitatis natura ... vita & bono.*
4. Ms. *Atque capientium.*
5. Ms. *Morteque.*
6. Ms. *Posteaque in.*
7. Ms. *Incorporationis suæ future ... in incorporationem.*
8. Ms. *Linguis aliis & labiis.*
9. Ms. *Heic sanctorum.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 384.



auctoritas; in prophetis deinde scientiæ cælestis fecunditas; in sacerdotibus labor fortis & pertinax concertatio cerneretur; in Apostolis volatus sublimis in cælum & eminens dignitas monstraretur. Utque formarum ante diversitas nuntiabat, diversarum quippe virtutum cælestia merita in Christi præsentia manifestarentur in sæculo, ab eo quippe concessa Domino Salvatore: nam in Leone regnum fortitudinis, in Vitulo labor exuberans, in Homine passio indesinens, in Aquila volatus sublimis agnoscitur, certantium scilicet atque micantium, Apostolo dicente: [a] *Nostra conversatio* [1] *in cælis*; &: [b] *Rapiemur in cælum, & erimus semper cum Christo*. Et Dominus dignatus est dicere: [c] *Pater ubi ego sum*, [2] *volo & isti sint*.

CXII.

„ Sunt [3] quidam dubitantes hæretici de die Epiphaniorum Domini Salvatoris qui celebratur octavo idus Januarias, dicentes solum Natalem debere eos celebrare Domini octavo calendas Januarias, non tamen diem Epiphaniorum; ignorantes quod sub lege & secundum, Salvator carnaliter omnia in se & de se consummabat, ut & nasceretur VIII. cal. Jan. & appareret VI. Apparuit Magis post duodecim dies in templo. Ne ergo umbra quod verum erat pareretur & sic a Magis adoraretur, per ordinem quippe pro nostra salute & annui dies festivitatis majores isti statuti sunt, quatuor primum in quo natus est; deinde in quo apparuit, id est XII. dies; post in quo passus est in Pascha; in fine vero in quo ascendit in cælum, circa Pentecosten vincentis est quippe consummatio: qui ergo unum ignorat prætermittit. Potest & de aliis diebus [4] dubitas non habens plenitudinem veritatis, quod secundum [5] tempore quatuor cujusque anni ita nobis diversa gaudia a Christo Domino pullularunt, id est in quo natus est; post in quo apparuit; tertio in quo passus est & resurrexit & visus est; quarto in quo ascendit in cælum; & hæc per annum sine intermissione celebremus generaliter exsultantes, atque hæc integra inviolataque custodientes detineamus. Quidam autem diem Epiphaniorum baptismi, alii transformationis in monte quæ facta est, esse opinantur.

CXIII.

De Levitico Mosi error.

Alii sunt hæretici, qui legis præcepta quæ per Mosen dicta sunt in Levitico Judæis carnaliter, nostroque in tempore spiritaliter revelata sunt, ignorantes, summam rerum festivitatem numerumque earum cælestis utilitatis prætereunt, nescientes quid celebrent; putantes quod de sabbatis solum & pascha & azymis Moses præceperit, & non de octo festivitatibus quas Ecclesia catholica cognoscit & detinet. Dicit enim ita Moses Judæorum populo primum de neomenia & sabbatis, secundo de pa- A scha, tertio de azymis, quarto de manipulis, quinto de tubicinatione, quæ græce σάλπιγξ dicitur, quæ celebrant Judæi per annum solemniter, sexto autem Jejunium, septimo tabernaculorum constructio, octava quæ est plenitudinis fructuum pomorumque [6] vindemia Octobris mensis, omnium postrema collatio & consummatio; quæ & secundum menses octo diversitas juxta litteram celebratur a [7] Judæis, & secundum spiritalem scientiam incipientibus mense Martio, [8] in octavo mense, id est Octobre, consummate omnia per ordinem a Christo Domino conferuntur, quæ sunt plena salutis æternæ pignora in fide atque opere Christianitatis consummanda atque comprobanda. Nam etsi tunc temporis jubebantur Judæi B Deo offerre horum mensium diversa munera, ut recedentes ab idolis Deo esse cognoscerent offerenda hæc omnia: attamen illa oblationis spiritalis habebant indicia, [9] quæ in octava perfectione virtutum, id est diei dominicæ, plena fructuum gratia in fide resurrectionis Domini immortale præmium pignusque divinitatis subeundæ erunt angelici adepturi homines; non terrestris jam oblationis offerentes munera, id est vitæ carnalis sacrificia, sed cælestis gloriæ participationem quippe sperantes a Christo Domino consequi Salvatore. Octies enim offerentes [10] dona annua, & octavi diei quippe plenitudinem cognoscentes, divinique Spiritus accincti fortitudine, id est summa rerum perfectione præditi, [11] de hoc C exeuntes sæculo, resurrectionis illic promissam gloriam se posse consequi, cælestisque dignitatis consortio copulari non desperant, quod Dominus dignatus est dicere: [d] *Tunc eritis sicut Angeli*. Justis omnibus, & perfectis hoc prædicans, quod & David dixit [e] *pro Octava* annuntians.

CXIV.

Hæresis septuaginta duorum interpretationem respuens.

Sunt hæretici, qui sicut Judæi septuaginta duorum sanctorum, sapientissimorumque virorum D interpretationem respuentes, Aquilæ cujusdam hominis unius Pontici qui post annos multos interpretatus est, editionem suscipiunt; qui cum quædam prætermisisse necessitate urgente tunc temporis cogerentur, dissonantia putantur [12] dictasse. Is veluti plus a quibusdam Judæis maxime intellexisse [13] laudatur, cum de Patre & Filio, non sicuti illi priores de lege dictaverint. Septuaginta enim duo dixerunt: [f] *Adversus Dominum, & adversus Christum ejus*; Aquila autem: *Adversus Dominum, & adversum unctum ejus*. Et iterum: [g] *Ecce virgo in utero concipiet & pariet filium*, Septuaginta duo dixerunt, *& nomen ejus Deus nobiscum*; Aquila autem dixit: *Ecce juvencula concipiet, & pariet fi-* E *lium, & nomen ejus potens cum hominibus*. Quæ quidem si pio sensu lectionis accepta fuerint, quo fortis & potens nemo nisi Christus [14] Deus Dei sit Filius, recte intelligit; si autem de eo dubitat, abjicienda & spernenda est talis editio. Unde Judæi non Septuaginta duorum interpretationes habent,

a Philipp. III. 20. *b* 1. Thess. IV. 17. *c* Joan. XVII. 24. *d* Matth. XXII. 39. *e* Psal. VI. 1. XI. 1. *f* Psal. II. 2. *g* Isa. VII. 14.

1. Ms. *In cælis est. Et.*
2. Ms. *Volo ut & isti sint mecum.*
3. Ex laudato cod. Sangerm. edit. Brix. pag. 167. additur hæc hæresis, quæ desideratur in editis.
4. *Dubitas*] Forte *dubitare*.
5. *Tempore*] Leg. *tempora*.
6. Ms. *Vindemiæ ... conlatio & consummatio*.
7. Ms. *Judæis secundum*.
8. Ms. *In octavum mensem, id est Octobrem consummata omnia*.
9. Ms. *Quæ in octava ... plenam fructuum gratiam*.
10. Ms. *Dona & octava diei quippe dominicæ plenitud.*
11. Ms. *Deque hoc ... desperarent*.
12. Ms. *Dictasse & veluti*.
13. Ms. *Laudantur ... dictaverint*.
14. Ms. *Deus sit ... majestatemque nuntiarunt*.

qui de Patre & Filio & ſancto Spiritu bene ſen- A tientes, unam ſubſtantiam, divinitatem, majeſtatemque enuntiarunt; ſed illius Aquilæ, qui non ita recte ſentit de Filio Dei, ſed quaſi de propheta nuntiaverit. Unde interpretationes ejus in medio librorum numquam ponuntur, [1] ſed dextræ, lævæque adſignantur; & ut contraria, & non plena veritatis ita leguntur a plurimis. Septuaginta vero duorum decreta atque conſulta, eà legens Eccleſia catholica ſemper habet, & detinet incunctanter; illius autem quaſi ſuperflua ita æſtimat eſſe & judicat. Hæc etenim, id eſt Septuaginta duorum interpretatio, ſub Ptolemæo rege Ægyptiorum, poſt Alexandrum Macedonem eſt edita omnibus, populoque Judaico in Jeruſalem data eſt, cum habitarent non multi Judæi, B velut in ſubjectione jam poſiti regis Ægyptii, rogatique ab ipſo Ptolemæo, ut interpretes mitterentur Alexandriam. Quo [2] cum veniſſent Septuaginta duo ſapientes ac prudentes viri interpretes, ſecundum juſſum regis hebræam linguam græco ſermone interpretati, græcis litteris ediderunt, ſicuti & factum eſt. Cumque ſuſcepiſſet eos Ptolemæus rex Ægypti, tentare volens ſi eſſet eorum divina ſcriptura quam legebant Judæi, ſeparatim quemque juſſit includi in cubiculum, nullumque videre alium, [3] niſi ſolo excepto eo, qui interpretem exciperet dictantem: omniumque accipiens poſtea interpretationem quotidie, cum conſentientem in unum inveniret, editionem omnium juſſit conſcribi atque po- C ni in templum, ut venientibus de Achaja, atque aliis provinciis philoſophis, poetis & hiſtoriographis, cupientibus legendi copia non negaretur. Unde & maxime argumenta ſumentes philoſophi, poetæ, oratores atque hiſtoriographi ſicuti voluerunt ad ſuæ paganitatis mendacia tranſtulerunt, aliisque nominibus rudes puerorum animos edocentes, legem Dei divinam irritam ſæculo facere properarunt, impietatiſque ſemina in ſono verborum, in periculoſis ſententiis confirmarunt, quorum cauſſa dicebat & Dominus [a] fures atque latrones eos fuiſſe, in omnibus atque ab omnibus cognoſcendos.

CXV.

[4] Hæresis de Septuaginta interpretibus.

Est hæreſis, quæ iterum poſt Aquilam triginta hominum interpretationem accipit, non illorum beatiſſimorum Septuaginta duorum, quæ integre inviolateque de Trinitate ſentientes, Eccleſiæ catholicæ firmamenta certiſſima tradiderunt interpretantes ſcripturas. Iſti triginta in multis Aquilam ſunt ſecuti, unde ab Eccleſia catholica & iſtorum non ſuſcipitur interpretatio, quæ continetur in libris authenticis.

CXVI.

Alia de eadem re.

Est hæreſis, quæ iterum ſex virorum interpretationem poſtea editam vult ſequi, non [5] illorum priorum ſanctorum, qui Septuaginta duorum aliis modis interpretari [6] deſiderant, non parvum errorem incurrit, diverſa itidem ſentiens de fide catholica.

CXVII.

Tertia de eadem re.

Sunt hæretici alii [7], qui Theodotionis & Symmachi itidem interpretationem diverſo modo expoſitam ſequuntur, non illam beatiſſimorum priorum, quam Eccleſia catholica colit, & prædicat.

CXVIII.

Hæresis de libris veteris Testamenti in dolio inventis.

Est alia hæreſis, quæ de dolio inventos libros poſt captivitatem, poſtque incenſionem prolatos, & non conſentientes interpretationi primæ ſanctorum virorum vult ſequi, cum Eccleſia catholica Septuaginta duorum interpretationem [8] legat, colat & prædicet; alia autem ſupervacua, & contraria tantæ editioni contemnit, & abjicit.

CXIX.


Hæresis quod diis alienis non sit maledicendum.

Sunt quidam hæretici non intelligentes quod dicit Scriptura: [b] *Diis alienis non maledicetis*. Et ita obſervant, [9] putantes de vanitate paganorum D dixiſſe, atque ita ſentientes non parvum ſalutis ſuæ ſuſtinent detrimentum. Cum enim Moſes dicat: [c] *Templa eorum deſtruetis, idola frangetis*; & Abraham beatiſſimus frangens idola juſtificatus eſt; & Gedeon nocte incendens idola & frangens, [10] a Deo tantum virtutis meruit impetrare, ut cum paucis infinitos vinceret inimicos; omneſque juſti, ut Elias & alii itidem. Quomodo ergo hic æſtimat homo imprudens de idolorum dixiſſe vanitate, iiſdemque non eſſe maledicendum? cum David dicat: [d] *Similes illis fiant qui adorant ea*. Hic itaque diis non eſſe maledicendum alienis [11] cum dicit, eſt juſtis ab origine mundi colentibus pietatem veram, id eſt Angelis & ſanctis aliis veræ fidei de- E dicatis, non eſſe maledicendum. [12] Nam omnes juſti maledixerunt idolis & fregerunt ea, indeque meruerunt gratiam, ut Moſes fecit de monte [13] deſcendens; ſine eo quod Chriſti [14] nuntii, hi ſunt dii, ut Moſes Pharaoni, & Ægyptiis, cum ſcriptura clamet: [e] *Ego dixi, dii eſtis*. Utique qui

a Joan. x. 8. b Exod. xxii. 28. c Exod. xxiv. 19. d Pſal. cxiii. 8. e Pſal. lxxxi. 7.

1. Ms *Sed dextra lævaque*.
2. Ms. *Qui cum*.
3. Ms. *Niſi ſolum exceptorem*.
4. Deeſt hæc hæreſis in ms. cod. Sangerman.
5. Ms. *Illorum propriorum ſanctorumque LXXII. & cum decreta conſultaque LXXII. aliis modis*.
6. Ms. *Deſiderant, non ... incurrunt*.
7. Hæc item hæreſis in laudato codice Sangerman. deſideratur.
8. Ms. *Legit colit & predicat*.
9. Ms. *Putantes divinitatem*.
10. Ms. *A Domino Chriſto tantum ... juſti & Helias*.
11. Ms. *Cum dicit, id eſt juſti ab*.
12. Ms. *Nam quod omnes juſti maledixerint ... & fregerint*.
13. Ms. *Deſcendens ſine & quod*.
14. Ms. *Nuntii ſunt*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 384.



sanctam [1] adorandamque Trinitatem colentes forti fide prædicant, qui & omnes justi vere beati & sancti sunt, & ut dii infidelium scilicet dignoscuntur, quia ait Dominus: [a] *ad quos fuit verbum Dei*, & per eos prædicatum est, incredulorum dii ipsi sunt appellati, ut Paullus, Barnabas, & Moses Pharaoni; qui non sunt maledicendi, sed modis omnibus collaudandi, [2] atque honorandi & glorificandi, ut dixit David: [b] *Timentes autem Dominum glorificavit*. Et Dominus: [c] *Glorificantes me glorificabo*. Non ergo intelligentes virtutem scripturarum ex littera paganitati consentiunt, & alieni a Christianitate reperiuntur. Quia ergo non credebant justis Judæi prophetis & aliis talibus, alieni & isti sicut & pagani judicabantur a Domino per scripturam; atque ita nuntiabatur, ne maledicerent suis doctoribus & prophetis & justis aliis.

CXX.

HÆRESIS DE MELCHISEDECH SACERDOTE.

SUnt quidam legentes hæretici in Genesi [d] de Melchisedech sacerdote atque rege, qui erat in Salem civitate, tunc temporis ita nominata, sub Abraham beatissimo patriarcha; de quo ait scriptura: [e] *sine patre, sine matre fuisse genitum eum*, cum sit hoc contrarium ita sentire. Scriptura enim non de carnali eum generatione editum esse negavit, sed de justis eum non genitum parentibus declaravit; qui naturali studio de mandato pristino ad tantam Christi pervenire meruit scientiam, ut quæ a parentibus suis non audierat, proprio tamen studio majora Christi mysteria per mandatum agnosceret offerenda, cum dicat Dominus per prophetas: [f] *Ecce ego facio nova*. Et: [g] *Prius quam veniant, annuntiata sunt vobis*. Et: [h] *Nolite meminisse præterita*, quæ in lege carnaliter dicta sunt. Et Salvator ait: [i] *Quod nascitur de carne, caro est; & quod nascitur de spiritu, spiritus est*. De hoc enim cum dicit: *sine patre, sine matre editum*, sine traditione atque doctrina parentum, eum fuisse inquisitorem scriptura nuntiavit, naturaque [3] potentem ad panem cælestis sapientiæ, id est Christi mysterii, per mandatum declaravit advertentes: quod sciens Apostolus, naturam hominum cælestis scientiæ ac pietatis esse capacem in omnibus, prædicabat ita: [k] *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, isti legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis*, & cetera. Quod etiam ait Dominus Petro: [l] *Quia caro & sanguis non illi revelasset, sed Pater qui in cælis est*; fidem quippe Domini Salvatoris ostendens. Ideoque & ipse iterum Dominus: [m] *Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit*, inquit, *in regnum cælorum*. Et iterum in lege: [n] *Qui dixerunt patri & matri, non novimus vos, isti custodierunt mandatum meum, dicit Dominus*. Non genituram parentum odiendam utique, sed impietatem eorum paganam spernendam atque damnandam esse modis omnibus collaudabat, cum dicat: [o] *Si quis non renuntiaverit suis omnibus, non erit dignus re-*

A *gno cælorum*. Hic igitur beatus Melchisedech cum de alienigenis, id est Chananæis impiis fuisset editus, contemta impietate parentum, cum capax legis divinæ [4] cælestisque esset, & suo studio, ut Dei imago, inquisito Dei mysterio, contemtis impiis parentibus, non solum cognoscere Christum Dominum ante in mandato, insuper etiam ejus cæleste mysterium meruit intuens & intelligens celebrare. Ideoque & Apostolus baptizatis dicebat: [p] *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu*. Duorum igitur populorum Melchisedech & Abrahæ erat tunc in unum societatis conjunctio; [5] præcepta quippe, & circumcisionis conveniens [6] ratio, ut Melchisedech quidem personam Christianorum gereret, [7] ita ut nos vivamus, & B celebremur in omnibus: Judæorum [8] autem figuram Abrahæ circumcisio, Christi quippe fidei subdita, cælestique ejus inserviens mysterio salutari, ut Abraham beatus Melchisedech sacerdoti magno erat subditus; cui insuper etiam decimas de suis facultatibus offerre non dubitaret ut regi atque sacerdoti Dei; quod nunc Judæorum [9] docilitas subjecta nobis est cum velit ediscere, atque a nobis de lege & prophetis, Christi mysteria paullatim agnoscere, atque in ejus passione cælestem sperare scientiam de Lege pariter & Prophetis.

CXXI.

HÆRESIS DE ZACHARIA PROPHETA, DE JEJUNIO.

SUnt quidam legentes in Zacharia, quo dicit: [q] *Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi erit domui Israel in exsultationem & gaudium*. Quid ergo si quis omnem septimanam voluerit aut menses jejunare multos, in præjudicium incursurus est? Absit: immo potius laudem habebit ampliorem, ut multi prophetæ fecerunt, & justi homines quotidie faciunt plurimi. Sed cum dicit quatuor jejunia, veluti dies quatuor jejunandos decernit. Non autem nobis dixit aut mensis alicujus aut anni, sed sic absolute D prædicavit, ut mysteria Christianitatis [10] ipsis quatuor jejuniis nuntiata cognosceremus. Nam per annum quatuor jejunia in Ecclesia celebrantur: in natali primum, deinde in pascha, tertium in epiphania, quartum in pentecoste. Nam in natali Salvatoris Domini jejunandum est, deinde in paschæ quadragesima, atque in ascensione itidem in cælum post pascha die quadragesimo, inde usque ad pentecosten diebus decem: id quod postea fecerunt beati Apostoli post ascensionem, jejuniis & orationibus insistentes, ut scriptum est [r], quod meruerint in pentecoste plenitudinem divini Spiritus & perfectionem consequi potestatis; ut irrigatione divini Spiritus affluente, jam armis instructi cælestibus, o- E mni dubitatione seposita in qua erant ante, post autem doctores invicti, & gloriosi martyres ipsius Domini fieri quotidie properabant; Judæos & paganos edocentes, eisque de lege & prophetis Christum ubique Dominum, cum Patre sempiternum prophetarum testimoniis comprobantes, ejusque præsentiam carnalem saluberrimam orbi terrarum an-

a Joan. x. 35. *b* Psal. xiv. 4. *c* I. Reg. II. 30. *d* Gen. xiv. 18. *e* Heb. vii. 3. *f* Isa. xliii. 19. *g* Isa. xlviii. 5. 6. *h* Isa. xliii. 18. *i* Joan. III. 6. *k* Rom. II. 14. 15. *l* Matth. xvi. 17. *m* Joan. III. 5. *n* Deut. xxxiii. 9. *o* Luc. xiv. 33. *p* Rom. viii. 9. *q* Zach. viii. 19. *r* Act. I. 14.

1. Ms. *Adorandam*.
2. Ms. *Atque orandi ... glorificabit*.
3. Ms. *Potentem ac capacem cælestis*.
4. Ms. *Cælestis esset, suo ... Christi mysterio*.
5. Ms. *Præputii quippe*.
6. Ms. *Ratio Melchisedech ... gerere*.
7. Ms. *Ita ut novimus & celebramus*.
8. Ms. *Autem in figura*.
9. Ms. *Indocilitas*.
10. Ms. *In ipsis quatuor*.

nuntiantes. Alii autem putant secundum quatuor tempora anni cujusque dixisse scripturam. Alii autem de Noe dixerunt quando audiit & credidit; [1] inde cum arcam confecit; postea autem cum intravit in eam; quarto quando exivit de arca. Alii autem Judæorum, Israel dixisse scripturam arbitrantur, quod cum audivit populus primum in Ægypto per Mosen tunc temporis & credidit, liberatur de Pharaone & Ægyptiis; deinde quod exivit de Ægypto; tertio quod in montem ivit & accepit legem a Domino Salvatore; quarto quod intravit in terram repromissionis: sed non omnes introierunt, sicut scriptum est, nisi duo soli, Jesus, & Chaleb, ut dixit Scriptura. Alii autem dixerunt, quatuor jejunia sunt Ecclesiæ ista in quatuor libris Mosi; quia primum fecit Deus omnia in Genesi, & hominem, ut scriptum est [a]. Secundo in Exodo, [2] quo de tenebris liberatus exit omnis homo credens in Christum Deum. Tertio [3] quo in Levitico offert sacrificia diversa, quæ sunt omnia Christianitatis mysteria. Quarto post oblationem spiritalium donorum in libro Numeri mereatur omnis fidelis conscribi, quod ait & Dominus: [b] *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in libro cælorum*. Ideo & David de Judæis dicit: [c] *Deleantur de libro viventium, & cum justis non scribantur*. Et ipse iterum: [d] *Et in libro tuo in te credentes conscribentur*. Hæc etiam jejunia in quatuor Evangelia nos oportet accipere, de patriarchis, prophetis, sacerdotibus & apostolis, quæ in nobis complenda sunt. Quod primum fides patriarcharum, deinde virtus prophetarum, tertio labor sacerdotum, quarto apostolorum perfectio invicti certaminis nuntiantur; quæ diversæ virtutes invicem cum suis virescunt connexæ temporibus, & docentes homines diversa jucunditatis gaudia desiderantibus & capientibus subministrant.

CXXII.

Hæresis de uxoribus et concubinis Salomonis.

Sunt hæretici, qui cum legunt in Salomone, [e] *sexaginta reginæ, & octoginta concubinæ, & juvenculæ quarum numerus non est*; putant eum mulierum caussa & juvencularum atque concubinarum numerum edixisse. Cumque ita sentiunt, infructuosi, immo potius ut pagani impii, & Judæi ineruditi atque indocti judicantur; ignorantes quod hæc rationabilia sunt & intellectibilia ab eodem nuntiata, quæ in Christi majestate & potentia, diversa gratiarum munera humano generi ostendebantur adventura, diversisque temporibus voluntati hominum ac capacitati desiderantium ab eodem impertita; non denegante parem gratiam, sed juxta quod capare potuisset voluntas hominum nosceretur, ipso Domino tribuente atque conferente quærentibus studiose, cum dicat beatus Apostolus Petrus: [f] *In veritate* [4] *cognosco quod Deus personarum acceptor non est*. Et Paullus Apostolus itidem: [g] *Deus hominis*, inquit, *personam non accipit*. Ex voluntate itaque juxta [5] quod quisque desiderat, ita & a Deo Christo ei tribuitur atque impertitur quotidie. Diversæ igitur dignitates ac diversæ gloriæ a Salomone nobis nuntiatæ sunt. In mandato quippe, lege & Christi gratia, omnia quæ & primo & secundo & postremo tempore, populis per diversa meritorum collata sint munera dignitatis, ut priori populo, deinde Judæorum, tertio Christianorum, qui ab illis prioribus qui ante Judæos fuerunt cum edocemur, in Christi præsentia itidem diversam effusam gratiam capientibus & quærentibus quotidie pervidemus effundi. Nam quod aliæ animæ [6] ad regimina, aliæ ad conjunctionem, aliæ ad incrementum perfectioris ætatis in conjunctionem, futuræ fidei Christi Domini vocentur, manifestum est, dicente Apostolo: [h] *Qui cohæret Christo Domino, unum corpus est*. Nam ubi reginæ nomen dicitur, regni cælestis manifestatur excellens nobilitatis sublimitas, quod & Dominus vocationem multorum prædicans, paucorum electionem annuntiat affuturam. In quibus triplex virtutis dignitas enitescit & in Evangelio, dicente Domino ad illum: [i] *Si vis esse perfectus, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni sequere me; & habebis thesaurum in cælo. At ille tristatus est*, inquit, ut scriptum est. Ergo etsi ante generaliter secundum temporis divisionem, populorumque factum est, [7] tamen in Christi præsentia triplex gratia resplendet ac dignitas, ut alii perfecti, alii sequentes, alii postea secuturi demonstrarentur: non in uno modo dignitatis, id est regni cælestis inveniendi, sed secundum fidem ac laborem eorum atque diversa certamina, mercedem congruam adepturi, dicente Domino: [k] *Multæ mansiones sunt apud Patrem meum*. Ideo & David animam [8] ad regimen vocatam modis omnibus collaudat, edocens: [l] *Adstitit regina a dextris tuis*. Aliam etiam sequi hortatur: [m] *Audi filia & vide, & obliviscere domus patris tui; & concupiscet rex speciem tuam*. Ut ergo est rationis, convenit cognoscere quod alii in regnum, alii in paradisum, alii in vitam atque remissionem peccatorum in futuro erunt deputandi, quod non negatur currentibus ac volentibus nunc ut oportet: dissimulantibus autem & non recte currentibus, a Domino hæc non erunt conferenda.

CXXIII.

„ Est [9] hæresis quæ putat quod Hiesus filius
„ Nave populum Judæorum cultris lapideis
„ circumciderit, quod nec rerum natura, nec vir-
„ tus aut ratio persuadet: facilius enim Judæi pe-
„ riclitari poterant quam curari, etsi secundum
„ Dei potentiam quam impossibile non est, ali-
„ quid tamen rerum natura non patitur, nec ra-
„ tio persuadet. Ne ergo petrinis cultris dicant
„ circumcisos Judæos de paganorum durissimis men-
„ tibus ac lapideis quæ antea fuerant quidem im-
„ pietati deditæ, postea vero credentes in Domi-
„ no amissa mente lapidea meruerit, id est verbo
„ Dei circumcidi mente, doctrinamque jam cæ-
„ lestis potentes Judæos circumcidere, id est Chri-

a Num. xiv. 30. xxxii. 12. b Luc. x. 20. c Psal. lxviii. 29. d Psal. cxxxviii. 16. e Cant. vi. 8. f Act. x. 34. g Rom. II. 11. h 1. Cor. 6. 17. i Matth. xix. 21. k Joan. xiv. 2. l Psal. xliv. 9. m Ibid. ℣. 10.

1. Ms. *Deinde cum*.
2. Ms. *Exodo, quod de ... exivit omnis*.
3. Ms. *Tertio quod in ... quæ sunt ibi omnia*.
4. Ms. *In veritate comperi quod*.
5. Ms. *Quod capit quisquis & desiderat; ita a Deo Christo ei tribuitur*.
6. Ms. *Ad regimonium ... vocarentur*.
7. Ms. *Adtamen in ... ut alii postea secuturi*.
8. Ms. *Ad regimonium*.
9. Hanc hæresin quam non habent editi, exhibet ms. codex Sangermanensis in edit. Brix. pag. 169. Eam vero, ut & reliquas præcedentes, typis expressimus, prout extant in laudato codice mendis haud carentes.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 384.



sti eis insinuare scientiam salutarem de lege & A prophetis, eam quippe nuntiantes atque comprobantes undique. Quamvis enim & quotidie circumcidantur Judæi ab his qui ante erant gentiles, id est doceantur de lege & prophetis, de fide Christi Domini scilicet Salvatoris; qui si crediderint, & ipsi salutis remedium accepturi sunt: perseverantes autem in duritia mentis lapideæ, æterno erunt judicio detinendi. Ideoque & Dominus in eorum contradictione pertinaci dicebat [a] quod filii eorum, id est pagani, ipsi erunt judices eorum atque doctores; id est gentium populus, qui ante in mente lapidea versabatur, postea vero per Christi fidem merebatur ad scientiam salutarem pervenire. Israel autem secundum legem currens ut scriptum est [b], ad legis virtutem pervenire non potuit, quia non ex fide sed ex operibus currere properabat. Jacob enim dicit [c] quod ipse erit spes gentium, non Judæorum. Oportet ergo gentes credere universas primum, tunc demum ab ipsis gentibus [1] Judæorum discere, ac doctrinam Christi Domini de lege & prophetis audire, atque ita acquiescere: ut compleatur, [d] *donec plenitudo gentium intret, & sic omnis Israel salvabitur*, sicut scriptum est. Et alter Propheta ait: [e] *Aufer ab eis cor lapideum Domine, & da illi cor carneum*. Et Dominus, [f] *si isti tacuerint, lapides clamabunt*.

CXXIV.

DE SPIRAMINE QUOD ADAM ACCEPIT HÆRESIS.

ALia est hæresis, quæ spiramen quod accepit Adam putat tantum esse, quantum est a Christo post resurrectionem concessum Apostolis: cum ignoret quod [2] spiramen est modicæ virtutis aliqua gratia, in audienda lege Dei multorum primum. Spiritus autem perfectionis est plenitudo. Spiramen itaque datur ab infantia & catechumenis. Spiritus autem in incremento doctrinæ, fideique, & salutaris baptismi plena Dei gratia, ut intelligere & ad majorem jam possit scientiam pervenire. Ideoque post [3] baptismum, Spiritum ut Apostoli jam non, sed spiramen accipit qui baptizatur in Trinitate. Commune est etenim omnium spiramen. Spiritus autem paucorum est fidelium atque credentium, & discentium; & veluti ab honore ad honorem, & a gloria ad gloriam majorem cælestemque scientiam & gratiam pervenientium, dicente Apostolo, [g] quod *a fide in fidem* procedimus, [h] & *a gloria ad gloriam* prodire properamus. Ideoque ait ipse: [i] *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis*, ut & natura non exsors Christi muneris inveniatur aliena penitus, id est nec catechumenus; & fides atque doctrina, studiumque & vita præclara, in paucorum fidelium, & cupientium voluntate dignosceretur exuberans, dicente Domino: [k] *Habenti dabitur, & plus ei adjicietur; non habenti autem, & quod habere videtur auferetur ab eo*. Quod Judæo contigit, & aliis itidem plurimis.

CXXV.

HÆRESIS DE FUNICULO MENSORIO IN ZACHARIA PROPHETA.

EST hæresis, quæ cum audit in Zacharia propheta de funiculo agrimensorio, de quo [4] & David edixerat [l], quod Angelus tenens ibat [m] mensurare Jerusalem, æstimat secundum litteram ita dixisse scripturam: cum non Jerusalem metiri quæ tradi debebat hostibus, sed credentium recte atque paucorum perfecte, electio nuntiabatur per Angelum affutura; ut dictum est: [n] *Multi vocati, pauci* B *electi*. Jerusalem ergo in funiculo agrimensorio mensurabatur, id est & ante sub paucis, & post fidem Christi paucorum catholicæ fidei [5] gignendo electio prædicabatur in sæculo. Quod & Apostolus ait; [o] *Oportet hæreses esse, ut probati manifestentur*. Quia ergo funiculus hereditarius triplici virtute connexus est, id est Patris & Filii & Spiritus sancti; hæc conjunctio cum in una eademque accipitur fide atque credulitate; æqualitatis quippe & virtutis conjungenda unitas, atque colenda potentia cum noscitur ab Ecclesia catholica, non in diversa majestatis aut qualitatis credenda substantia prædicatur, ut quidam æstimant hæretici. Quod & Dominus dicere dignatus est: [p] *Putas Filius hominis cum* C *venerit, inveniet fidem super terram?* Quia & ante a propheta quod tunc erat in paucis, & post Christi præsentiam, passionem & resurrectionem ejus, divinamque sententiam quod essent prævaricaturi, hoc ita nuntiatum sit, ut sint hæretici hodie qui a Spiritu sancto aut a Filio recedentes, diversam majestatis & potentiæ inæqualitatem quotidie prædicant aberrantes. In hoc ergo nos oportet agnoscere, quod [q] *funiculus*, ut ait Salomon, *triplex non disrumpitur*, quod & credi debet a nobis; quod & de divina substantia & propria, Filius & sanctus sit itidem Spiritus, Patri quippe connexus in omnibus, qui & cognosci debet & coli ab omnibus. In hac ergo conjunctione baptismi & Salvator nos dignatus est D confirmare, imperans: [r] *Euntes baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. In quo conjungentes Filium Patri, & Spiritum cum Filio & Patre; hanc salutem cognoscimur adepturi; quia non aliunde salutis remedium, nisi ex fide hac humano generi cognoscimus affuturam. Unde & in hac conjunctione sanctæ adorandæque Trinitatis gaudemus, in qua ante Adam pater noster, Noe, Abraham, Moses & prophetæ, sacerdotes, judices & apostoli pariter & evangelistæ prædicantes meruerunt consequi angelicam dignitatem; in qua & Ecclesia catholica exsultat, hoc prædicans quotidie atque edocens, eademque hanc omnem impietatem paganam & iniquitatem Judaicam destruens, E quotidie omni exsultat in gaudio. Nam etsi triplex funiculus debet accipi primum mandati, deinde legis in medio tempore, deinde gratia Salvatoris: utilitatis non parvæ est aut si de *fide*, *spe* atque *caritate*, ut dixit beatus Apostolus [s], quis velit accipere; & in hoc non parvi est intellectus prudentioribus, ac spiritalia desiderantibus plurimis.

a Matth. XII. 27. *b* Rom. XI. 7. *c* Gen. XLIX. 10. *d* Rom. XI. 25. *e* Ezech. XI. 19. *f* Luc. XIX. 40. *g* Rom. I. 17. *h* II. Cor. III. 18. *i* 1. Cor. XV. 47. *k* Matth. XIII. 12. XXV. 29. *l* Psal. LIX. 6. *m* Zach. II. 1. *n* Matth. XX. 16. XXII. 14. *o* 1. Cor. XI. 19. *p* Luc. XVIII. 8. *q* Eccle. IV. 12. *r* Matth. XXVIII. 19. *s* 1. Cor. XIII. 19.

1. *Judæorum*] Legendum videtur *Judæos*.
2. Ms. *Spiramentum est*.
3. Ms. *Baptismum spiritum ut Apostoli, jam non spiramen accipit*.
4. Ms. *Et David propheta beatus edixerat*.
5. Ms. *Fidei gignendæ ... & veritatis*.

CXXVI.

„ SUnt [1] quidam hæretici qui de Helia beato „ opinantur quod ei corvi sero carnes ad „ escam, & mane panes adtulerint, non adtendentes quod cuncta sanctus ac beatissimus propheta non carnes edebant aliquando, qui omnem „ talem escam contemserat, abstinendo voluntate, „ cujus & caussa tantæ dignitatis a Deo honorem „ meruit adipisci, ut in paradisum raperetur sublimis, ubi cum sanctis omnibus conlocaretur. „ Nam si de pane quidem aliquis dixerit, rationis interdum est quod ei corvi adtulerint: de „ carnibus autem incongruum reperitur; nam in hoc crudelitas beluina hominum insequentia beatissimum prophetam ostendebatur: in avibus autem, id est corvis tantum mansuetudo & lenitas monstrabatur, ut a quibus avibus humana „ aberat ratio, qui non erant Dei imagines rationabiles, sed aves sicut pecudes sensibiles creatæ solummodo, in eis autem avibus ad opprobrium hominum Judæorum regisque ex voluntate pessima insequentium propheta agnitio & sensuum lenitas insita monstraretur in opera tanti „ ministerii quod beato prophetæ quotidie monstrabantur, ut in eis avibus ministrabantur, ut „ in eis avibus magis inveniretur esse ratio quædam lenitatis motu quodammodo concessa velut „ rationabilis. Nam omnia hujusmodi creata a Domino subjecta sunt homini ut regi ac rationabili dominoque urbium versitatis (*sic*) pecudum, „ volatilium & serpentium quippe sicut scriptum „ est in libro Geneseos demonstraretur.

CXXVII.

HÆRESIS DECERPTA EX ISAIA PROPHETA DE CHERUBIM ET SERAPHIM.

EST [2] quoque hæresis, quæ cum legit in Isaia propheta [a], quod Cherubim & Seraphim animalia duo sex pennis prædita, duabus faciem Dei, duabus pedes tegebant, & duabus clamabant voce sublimi Deum collaudantes, nimium [3] conturbatur; & nunc historiam quærens, nunc rationem [4] intellectibilem perscrutans, diversa ambiguitate fatigatur: cum & secundum litteram non parva sit utilitas, & secundum [5] intellectibilem rationem, Christi resonet [6] cælestis scientia. Secundum litteram enim primum, quod Deum invisibilem scriptura docendo, impietatem ubique paganam damnabat, in quo scripturæ illorum impiæ visibilem & compositum prædicant. Deinde etiam Judæorum, ne & ipsi pari cæcitate obtecti ut gentes impiæ, corrupti sensibus deperirent, hoc ita edocuit. Sed heic etiam erat Judæorum futuri temporis in Christi præsentia incredulitas & coopertio annuntianda mysterii: quod cæcitate operti nimia, nec prophetæ nec ipsi Domino erant postmodum credituri, cum missus ad populum prædicat manifeste: [b] *Aure audietis, & oculo videbitis, & non intendetis.* Cooperti quippe tenebris, lucem salutis æternæ, id est Christi carnalem præsentiam non erant agnituri, sicut & factum est; quod Apostolus docens, [c] *velamen esse usque hodie in cordibus eorumdem positum* affirmavit, quod non revelabitur usquequo Christum non crediderint Salvatorem. Ubi autem conversi fuerint, id est crediderint in Christum Dominum, auferetur velamen ab eorum cordibus. Quod autem & duo animalia nuntiata sint Cherubim & Seraphim, lex quippe & prophetæ, testes Christi & doctores sæculi, non est ambiguum. Velabant autem faciem & pedes Domini; sive quia in parabolis & similitudinibus & ænigmatibus docebatur mysterium, ut scriptum est: [d] *Aperiam os meum in parabolis.* Et David: [e] *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Et Apostolus: [f] *Filium suum*, inquit, *Pater revelavit mihi*; id est de lege atque prophetis ostendens. Sex autem pennæ erant eis; & duabus quidem faciem, & duabus pedes cooperiebant; duabus autem clamabant, ne forte faciem & pedes cum dicit Domini coopertos, quod sursum atque deorsum est, & longitudo & latitudo de Deo monstraretur: quod nec altitudo, nec profundum, nec latitudo, nec longitudo Dei potest cognosci aut inveniri condigne ab aliqua creatura, & maxime hominum, aut humanis quorumdam sensibus comprehendi; qui etiam tantam elementorum naturam immensamque creando perfecit, quanto magis, qui talia fecisse cognoscitur, modis omnibus antecellit? Solum autem per fidem noscitur; quia [g] *virtus*, inquit, *in infirmitate*, in similitudine & ænigmatibus *perficitur* atque invenitur. Cumque tanta immensitas Dei dicitur atque nuntiatur, duabus pennis, id est a Cherubim & Seraphim, lege atque prophetis canitur & prædicatur. Duarum etiam pennarum clamatio die noctuque, id est & heic & in futuro; cordis quippe credulitas hominum atque oris confessio non desinens invenitur quotidie resonando, quæ & tunc canebatur ab Angelis, atque ab hominibus prædicabatur in sæculo; ut quod videre in excelso, profundo, lato atque longo non poterant, corde credentes atque ore confitentes, indefinenti voce cantantes omni tempore lætarentur. Nam, quod invisibilis & incapabilis sit divinæ qualitatis natura & substantia, in lege & prophetis ostenditur, Joanne dicente: [h] *Deum nemo vidit umquam.* Non dixit, non credidit, sed, non vidit. Ergo Dominus credendi potentiam & confitendi solum fiduciam tribuit, ut virtus ejus in enarranda carnali fragilitate manifesta nosceretur: quod & Dominus ubique fidem suam prætendit hominibus, quam & ipse ante dederat, posteaque in sua præsentia confirmaverat. Cherubim autem & Seraphim quadriformia, id est Leonis, Vituli, Hominis & Aquilæ, diversa sunt sanctorum pariter virtutumque certamina fortiora, præcellendæ eorum variæque dignitatis, patriarcharum quippe & prophetarum, sacerdotum atque apostolorum itidem cum martyribus sociata: ut in quibus ante tanta fides, & dilectio Christi exuberans noscebatur, impar autem doctrina in quibusdam postea cogente caussa temporis canebatur; non impar tamen fidei ac certaminis gloria in conjunctione diversæ virtutis monstraretur a Christo concessa atque condonata, inque omni Christianorum populo nosceretur, ut quod videre non possumus, nec humanis condigne sensibus definire; corde credentes atque ore confitentes, his duarum pennarum virtutibus non desinamus Judæis & gentibus hoc gaudii prædicare,

a Isa. VI. 2. *b* Ibid. ℣. 9. *c* II. Cor. III. 15. *d* Matth. XIII. 35. *e* Psalm. CXVIII. 18. *f* Gal. I. 16. *g* II. Cor. XII. 9. *h* Joan. I. 18.

1. Hæc item hæresis quæ desideratur in editis, exstat in citato cod. Sangermanensi, edit. Brix. pag. 170. estque, ut fere aliæ, mendis obsita.
2. Ms. *Est hæresis*.
3. Ms. *Conturbantur ... quærentes*.
4. Ms. *Intelligibilem perscrutantes ... fatigantur*.
5. Ms. *Intelligibilem rationem*.
6. Ms. *Cælestis sententia*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 384.



atque his ſublimes virtutibus evolare; ſperantes [a] *cæleſtia ubi Chriſtus eſt Dominus*, ut ait Apoſtolus, inque hac ſententia ſalutem perpetuam poſſe conſequi non dubitantes, docente eodem: [b] *Quod ſi credideris in corde tuo, & confeſſus fueris* Chriſtum *Dominum* Salvatorem corpore crucifixum *reſurrexiſſe, ſalvus eris. Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit in ſalutem*. Unde ait de Chriſto Domino, quod ejus qualitatis divina ſubſtantia non in viſione & menſura aut compoſitione conſiſtat aliqua, ſed in fide virtutis atque confeſſionis noſtræ exuberans conſummatur; [c] *quæ latitudo, & longitudo, altum, atque profundum ſit ſcire*, inquit, *eminentiſſimam & incomprehenſibilem Chriſti Dei gratiam* atque non eſt humanæ fragilitatis potenter expromere, ſed in fide atque per fidem facile poſſe contingere docuit, quod mens hominum non prævalet enarrare.

CXXVIII.

HÆRESIS DE ISAIA PROPHETA LABIA TACTA CARBONE.

SUnt quidam qui æſtimant, [1] quod Iſaias poſt confeſſionem populi peccatoris, ac precem quam ſupplex ad Deum effuderat, de Cherubim unus venerit miſſus [2] a Deo ad prophetam, & acceperit de forcipe carbonem, & tetigerit labia ipſius, aitque ei: [d] *Ecce jam mundatus es*. Putant autem de Angelis unum veniſſe ad eum, aut de animalibus, aut de forcipe ignem accepiſſe, & mundaſſe prophetam; quod non eſt adeo [3] ſcientiæ ſalutaris; cum heic de Cherubim aut Seraphim unum animal cum dicit, id de duobus teſtamentis dicit; unde patriarchæ, prophetæ, ſacerdotes edixerint & apoſtoli, qui mundo omni adventuram gratiam oſtendebant, quadriformi virtute fulgentia munera ad certamina cæleſtia capientibus miniſtrantes. Nam Cherubim plenitudo ſcientiæ dicitur, Seraphim virtus ignea peragrans appellatur. Hi itaque plenitudinem habentes ſcientiæ ſpiritalis ac Chriſti myſterii tenentes divitias, diverſas doctrinas juſſu Domini nobis dimittunt & deferunt, omnique ſæculo itidem ſine quadam intermiſſione nuntiantes; ex quibus unus miſſus eſt ad Iſaiam prophetam; hanc quippe Chriſti doctrinam annuntians, Salvatorem, quod erat adventurus in carnem, Spirituſque divini credentibus allaturus gratiam copioſam. Iſaias itaque de patriarchis & lege, & prioribus ſuis prophetis acceperat gratiam fortiorem, id eſt divini Spiritus potentiam ampliorem; a prioribus ſcilicet, [4] ut Chriſti myſterium, id eſt incorporationis ipſius, ſæculo gratiam nuntiaret. Ideo & Dominus ad quoſdam: [e] *O duri corde, & imprudentes animo*, cur non advertitis, quod lex & prophetæ de Filio hominis, quæ ante prædixerant affutura, cuncta conſummari oportuerat? Decebat enim de patriarchis & lege beatum accipere Iſaiam, ut ab eis doctus, forti animo Chriſti carnalem præſentiam prædicaret. Ignem etiam quod ait accepiſſe Angelum & purgaſſe ipſius labia, utique divini Spiritus ei gratiam oſtendebat conceſſam a Domino, ut ait: [f]


A *Ignem veni mittere in Mundum, quam volo ut accendatur ocius?* De forcipe autem, id eſt de ferro, de invicta natura ejus atque divina quippe dicebat potentia, quod corpus Chriſti divino Spiritu divinaque potentia, in utero ſanctæ Virginis creatum atque conſummatum eſt, ſicut ſcriptum eſt: [g] *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Dei obumbrabit te*, [5] In quo apparens corpore vinceret omnia, a nullo autem ſuperaretur. Sicut enim ferro domantur ac ſubjiciuntur omnia a quo & gladius gignitur, ut dictum eſt: [h] *Verbum* [6] *Domini gladius bis acutus*, qui domare [7] poteſt teſtimonia, domari autem ab aliquo non poteſt: daturuſque eis erat poſt paſſionem in reſurrectione divini Spiritus beatis Apoſtolis B invictam potentiam, ut ſcriptum eſt: [i] *Spiritus Domini ſuper me*, & cetera. Et Petrus promiſſione accepta a Patre, ad Judæos dicens [k], effudit hanc gratiam, quam vos videtis atque auditis hodie. Igni etiam forcipem ſicut formari cognoſcimus, ita & corpus Domini divino Spiritu [l] novimus conſummatum. Itaque ita ſuis eum dediſſe in corpore illam promiſſam gratiam atque invictam potentiam, ut ait: [m] *Dedi vobis poteſtatem calcare ſuper omnem virtutem inimici*; & Apoſtolus: [n] *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti?* per quæ eis cunctis jam in hoc credentibus ſæculo, ut dictum eſt, per impoſitionem manus Apoſtolorum divinus dabatur Spiritus in Chriſtum Dominum cre- C dentibus Salvatorem. Et ſicut duo animalia duo hæc Teſtamenta accipiuntur, legis & prophetarum, adſtantia Domino, ſicut viderunt in monte Apoſtoli; attamen rationis erit, quod & duo animalia intelligenda ſunt mandatum primum quod datum eſt, quod & ſpiritale poteſt intelligi, ut ſcriptum eſt, quod & Salvator non ſolvit, ſed confirmavit potius. Secundum autem animal doctrinam Chriſti, id eſt fidem ejus & gratiam incorporationis, & teſtamenti, paſſioniſque ejus & reſurrectionis myſterium continebat. Unde lex litteræ in medio eſt poſita inter mandatum & gratiam: quæ ſi intelligitur de Chriſto, conſentanea in multis accipitur; ſi autem in carnali juſtificatione quis ſalvari puta- D verit, abjicienda decernitur; cum de Patre & Filio & ſancto Spiritu ante legem, id eſt ante tria millia annorum & ſeptingentos annos, juſti priores illi ſub mandato viventes, ac beatam Trinitatem colentes & ſuis filiis tradentes, cognatiſque & ſæculi prædicabant, myſteriumque Chriſti Domini de ipſo mandato [8] antiquiſſimo nuntiabatur. Lex itaque admonitio mandati eſt, quæ & conjungitur ſecundum fidem colendæ Trinitatis, & iterum ſeparantur quædam ejus propter Judaicam & carnalem juſtificationem; cum & prophetæ illa deſtruxerint antea, & Salvator abjecerit, & Apoſtoli vetuerint circumcidi homines. Lex itaque de mandato cauſſa cogente carnali deſcendit ad tempus. Gratia autem E Chriſti, id eſt myſterium incorporationis & reſurrectionis, fideique ejus & aſcenſionis in cælum ante legem a juſtis omnibus noſcebatur, quærentibus & capientibus non celabatur; ut Enoch, Noe & Melchiſedech & Jacob, & aliis juſtis ac beatiſſimis patriarchis & ceteris qui ante legem Moſis vixerant, ſub mandato ſcilicet conſtituti atque in o-

a Coloſſ. III. 1. *b* Rom. x. 9. 10. *c* Epheſ. III. 18. 19. *d* Iſa. VI. 7. *e* Luc. XXIV. 25. *f* Luc. XII. 49. *g* Luc. I. 35. *h* Heb. IV. 12. *i* Iſa. LXI. 1. *k* Act. II. 17. *l* Luc. I. 35. *m* Luc. X. 19. *n* Rom. VIII. 35.

1. Ms. *Quod Eſaias beatus poſt*.
2. Ms. *A Domino*.
3. Ms. *Scientia ſalutaris*.
4. Ms. *Ut Sancti myſterium*.
5. Ms. *Inque eo apparens*.
6. Ms. *Domini ut gladius*.
7. Ms. *Poteſt omnia*.
8. Ms. *Antiquiſſimo nuntiabant*.


mnibus juſtificati a Domino. Lex autem & fides A Chriſti dicitur, ut ait Apoſtolus: [a] *per legem fidei* Chriſti. Lex carnalis juſtificatio Judæorum eſt. [1] mandatum etſi non putatur lex eſſe, tamen quod a Domino ſervo dicitur & decernitur, legis eſt ratio; ut quod velit, eligat aut ſervare ut amicus & fidelis, aut contemnere ut ſervus ſub lege ſubjectus. Unde & Salvator Apoſtolis mandatum dabat [b] ut amicis & fidelibus, quod & Adæ patri noſtro, ante quam peccaret, ſimiliter dederat. Poſt peccatum autem non jam mandatum ſocietatis & propinquitatis ac dilectionis erat & fraternitatis; ſed timendæ ſeveritatis judicium decernebat, in contemnendis legis ſententiis ſcilicet, ut etiam ait Moſes: [c] *Maledictus omnis, qui in legitimis non permanſerit libri hujus*. Ideo & Salvator quæ in lege dicta fuerant admonebat, & quæ ante legem data fuerant ſub illis beatiſſimis comprobabat; ut ſuam doctrinam illorum priorum conjungeret, multorumque ita credentium, & circumciſorum pariter copularet & naturalium itidem, id eſt gentium credentium, ſociaret; ac nolentium Judæorum aliorumque incredulitatem & imperitiam conjunctam utrorumque condemnaret.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 384.



a Rom. III. 27. *b* Joan. XIII. 34. XV. 12. 17. *c* Deut. XXVII. 26.

1. Ms. *Mandatum autem etſi*.



INDEX CAPITUM
LIBRI DE HÆRESIBUS
S. PHILASTRII.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 385.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ

ΔΙΑΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΤΡΙΑΔΟΣ,

Ερώτησις Ιουδαίου πρὸς τὸν Χριστιανόν.

BEATI HIERONYMI

DIALOGUS

DE SANCTA TRINITATE,

Inter Judæum & Christianum.

Interprete FED. MORELLO.

A Ο ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Τοῦ Θεοῦ λέγοντος. Ιδετε ἴδετε ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ. Πῶς ὑμεῖς πιστεύετε καὶ προσκυνεῖτε Πατέρα, ὃν ἡμεῖς Θεὸν ὁμολογοῦμεν, καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα; ὡς γὰρ εἰδωλολάτραι τρεῖς Θεοὺς δογματίζοντες, τὸν νομοθετήσαντα Θεὸν, ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ, ἐνυβρίζετε.

Ο ΠΙΣΤΟΣ. Φοβεροῦ καὶ ἀκαταλήπτου ὑπάρχοντος τοῦ περὶ Θεὸν μυστηρίου, οὐ μίαν οὐδὲ ὁμοίαν δέον ἡμᾶς ποιεῖσθαι τὴν ἀπολογίαν, ἀλλὰ προσφόρως καὶ πρεπόντως ἑκάστῳ ἐρωτῶντι ἀποκρίνασθαι. οὐκοῦν πρὸς σὲ τὸν Ιουδαῖον καὶ τοὺς σὺν σοὶ ἐμπεριτόμους μοναρχίαν σέβοντας λέγομεν οὕτως. Ομολογεῖς, ὦ Ιουδαῖε, Θεὸν ἕνα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς;

B Ο ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Ναί.

Ο ΠΙΣΤΟΣ. Καὶ ποῖός ἐστιν οὗτος Θεὸς ὃν σέβεις, πόθεν ἐστὶν καὶ ποῦ ἐστι; καὶ πῶς κάθηται καὶ κινεῖται; καὶ πῶς λαλεῖ καὶ ζῇ καὶ θεωρεῖ καὶ ψηλαφᾶται; καὶ πῶς καταλαμβάνεται ἡ δύναμις αὐτοῦ;

Ο ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Πάντως ὅτι ἀκατάληπτός ἐστι καὶ ἀθεώρητος καὶ ἀδιήγητος ὁ Θεός. καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ.

Ο ΠΙΣΤΟΣ. Καὶ πῶς, ὦ ἀνόητε, ἐμὲ ἀπαιτεῖς λέγειν πῶς ἐστιν ὁ τόκος τοῦ Θεοῦ, καὶ πῶς ἔχει υἱὸν ὁ Θεὸς, καὶ πότε καὶ πῶς τοῦτον ἐγέννησε, C καὶ πῶς ἡ Τριάς ἐστι τριάς; εἰπέ μοι σὺ τὸν τόπον καὶ τὸ πλάτος καὶ μῆκος τοῦ Θεοῦ ἐὰν δύνῃ, καὶ λέγω σοι κἀγὼ τὸ πότε καὶ πῶς ἐγέννησεν ὁ Θεός. Εἰπέ μοι σὺ, ὁποῖός ἐστιν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ πῶς λαλεῖ αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ λέγω σοι κἀγὼ πῶς ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησεν Υἱόν. Εἰ δὲ ὁ λόγος καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ὁ τόπος καὶ τὸ ὕψος καὶ τὸ βάθος καὶ ὁ θρόνος καὶ ὁ χρόνος τοῦ Θεοῦ ἀκατάληπτά εἰσι, δῆλον ὅτι καὶ ὁ τόκος αὐτοῦ ἄρρητος καὶ ἀνερμήνευτος. Ερωμένῳ δὲ πάλιν φράσον μοι ὦ σκληροτράχηλε καὶ ἀπερίτμητε τῇ καρδίᾳ ὦ Ιουδαῖε, πῶς ἐξέρχεται ὁ ἡμέτερος λόγος; καὶ εἰ τοῦτο δοίης, ἀντερῶ σοι αὖθις κἀγὼ, οὐκοῦν καὶ χείλη σωματικὰ καὶ γλῶσσαν καὶ ὀδόντας καὶ λάρυγ- D γα κατὰ σὲ ἔχει ὁ Θεός. ὥστε λοιπὸν καὶ σωματικὸς καὶ τοπικὸς καὶ ὁρατὸς καὶ περίγραπτός ἐστι, καὶ εἰ τοῦτο, καὶ κτιστός. Πᾶν γὰρ σωματικὸν καὶ πε-

JUDÆUS. Cum Deus dicat [a] *Videte, videte quod Ego sum, nec Deus est præter me*, quomodo vos creditis & adoratis Patrem, quem nos Deum confitemur, & Filium, & Spiritum sanctum? Nam idololatrarum more cum tres Deos doceatis, Deum legis istius auctorem afficitis injuria.

CHRISTIANUS. Tremendum est & incomprehensibile mysterium Deus, itaque non una similique oportet nos defensione ad quoslibet uti, sed convenienter unicuique & decenter ad interrogatum respondere. Ad te itaque, Judæe & ad circumcisos qui tecum unum Deum colunt, ita dicimus. Confiteris, Judæe Deum unum, cæli & terræ factorem?

JUDÆUS. Utique.


CHRISTIANUS. Et qualis est ille quem colis Deus, unde aut ubi est, & quomodo sedet vel movetur, & quomodo loquitur & vivit & videt & tangit, & quomodo comprehendit ipsius potentia?

JUDÆUS. Omnino incomprehensibilis incontemplabilis & inenarrabilis Deus est & sapientia & Vis & Sermo & Spiritus Dei.

CHRISTIANUS. Et quomodo, o stolide, a me petis ut tibi dicam quomodo generatio contingat Dei, & quomodo Filium Deus habeat & quando & quomodo illum genuerit, & quomodo Trinitas sit Trinitas? Dicito tu mihi si potes locum & latitudinem & longitudinem Dei, & dicam tibi vicissim quando & quomodo genuerit Deus. Dic tu mihi qualis sit Dei Sermo & quomodo illum Deus eloquitur: & ego tibi dicam qua ratione ante luciferum ex utero Filium generaverit. Si vero & Sermo & Spiritus locusque & altitudo & profunditas & thronus & tempus Dei incomprehensibilia sunt, evidens est etiam generationem ejus exprimi verbis & explicari non posse. Sed ut iterum interrogem te duræ cervicis & incircumcise corde Judæe, quomodo noster sermo profertur? atque si hoc dixeris mihi, rogabo vicissim te, numquid & labia corporalia & linguam & dentes gutturque ex tua sententia Deus habeat, ut porro & ipse sit corporeus atque in loco & visibilis ac circumscriptus, atque si

[a] Deut. XXXII. 39.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 385.



ἀπερίγραπτον πρᾶγμα, δῆλον καὶ κτιστόν. Εἰπὲ δή μοι λοιπὸν ὦ τολμηρὲ καὶ τό, τίς ἔκτισε καὶ ἐποίησε τὸν Θεόν; ὦ τῆς σῆς κακίστης καὶ ἀφρονεστάτης πωρώσεως. Ἐρωτώμενος γὰρ σὺ παρ' ἐμοῦ πῶς ἐστιν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἢ ποῖόν ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ἢ ὁ τόπος ἢ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ, λέγεις ἀπορῶ, ὅτι οὐκ οἶδα. καὶ ἐμὲ εἰσπράττεις καὶ ἀναγκάζεις λέγειν πῶς ἐστιν ὁ τόκος καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Σὺ θορυβῇ καὶ ἀγανακτεῖς διότι λέγω ὅτι ἔχει ὁ Θεὸς υἱὸν προαιώνιον, πανάγιον, ἄκτιστον, ἀκατάληπτον, ὑπεράμωμον, ὑπέρσοφον, ὑπερκόσμιον, ὑπεράγαθον. Καὶ πῶς ἐγὼ μᾶλλον μὴ θορυβηθῶ ὦ ἀναίσχυντε Ἰουδαῖε, ὅτι σὺ ἑαυτὸν Υἱὸν Θεοῦ ὀνομάζεις λέγων, ὅτι Υἱὸς πρωτότοκος τοῦ Θεοῦ ὁ Ἰσραήλ. Σὺ ὁ μωρὸς καὶ οὐχὶ σοφὸς, ὁ ἀχάριστος, ὁ γογγυστὴς, ὁ ἀνήκοος, ὁ Θεομίσητος, ὁ Θεοσκόρπιστος, ὁ Θεῷ ἀντίδικος, υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ὀνομάζεις, κἀγὼ ἐπειδὴ λέγω Υἱὸν Θεοῦ ἀγαθὸν καὶ εὐεργέτην καὶ Σωτῆρα καὶ δίκαιον, ἀγανακτεῖς καὶ ἐγκαλεῖς καὶ βλασφημεῖς, καὶ εἰδωλολάτρην με ἀποκαλεῖς; Τί θερμάζῃ ὦ ἀνόητε καὶ τί ταράσσῃ, ἐπὰν υἱὸν Θεοῦ ἀκούσῃς; Σὺ ἕνα υἱὸν οὐ βούλει ὁμολογεῖν Θεοῦ, καὶ πῶς ἡ θεία γραφὴ καὶ ὁ Δαβὶδ, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει; ὅτι ἐγὼ εἶπα Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. Ἐὰν ἀνθρώπους ψιλοὺς καὶ φθαρτοὺς καὶ θνητοὺς κατεδέξατο ὁ Θεὸς υἱοὺς Θεοῦ καὶ Θεοὺς ὀνομάζειν, πῶς σὺ νομίζων πάντων δικαιότερος καὶ ἀκριβέστερος εἶναι, ἕνα υἱὸν ἄμωμον καὶ πανάγιον ὁμολογεῖν οὐ καταδέχῃ Θεοῦ,

A hæc ita fint, creatus: quicquid enim corporeum & circumfcriptum eft, creatum effe manifeftum eft. Jam dic mihi ad hæc audacule, quis ille fit qui Deum condidit & fecit? O peffimam tuam & imprudentiffimam cæcitatem! Rogatus enim a me quomodo Verbum Dei fit, aut qualis fit Spiritus Dei, locufve aut thronus Dei, fateris te hærere & minime fcire: me vero jubes adigifque dicere quomodo Deus fit & generatio Dei ac Filius. Tumultuaris atque ægre fers quod ajo Deo effe filium æternum, fanctiffimum, increatum, incomprehenfibilem, immaculatiffimum, fapientiffimum, mundo priorem, ac bonitatis fummæ. Et quomodo non mihi magis liceat tumultuari, quod te, Judæe impudens, Dei filium B appellas, [a] *filius* enim *Dei primogenitus Ifrael*. Tu ftulte & neutiquam fapiens, ingrate, obmurmurator, inobediens, invife Deo, a Deo difperfe illique repugnans tu filium Dei te appellas, & ego quando Filium Dei nuncupo bonum illum & benefactorem, Salvatorem juftumque, fers ægre, & velut crimen impingis mihi, & a blafphemia non abftines atque idololatram me appellas? Quid ita effervefcis ira, ftolide, & perturbaris, quando filium Dei audis? Tu unum non vis confiteri filium Dei, & quomodo divina fcriptura & David, five potius fanctus ipfe Spiritus ait: [b] *Dixi Dii eftis, atque filii omnes Altiffimi*. Si nudos homines & corruptibiles ac mortales admifit Deus filios Dei Deofque C nominari, quomodo tu qui omnibus juftior accuratiorque tibi effe videris, unum fine labe & fanctiffimum Dei Filium non fufcipis?

Ο ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Ἀλλ' οὐ, καθὼς σὺ λέγεις, υἱὸν Θεοῦ προαιώνιον καὶ ἄκτιστον, οὕτω λέγει ὁ Θεὸς υἱὸν αὐτοῦ εἶναι καὶ τὸν Ἰσραὴλ, οὐδὲ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους περὶ ὧν εἶπεν· ἐγὼ εἶπα Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες.

JUDÆUS. Non ita ut tu filium Dei æternum & increatum Deus filium fuum effe Ifraelem affirmat, neque alios homines de quibus ait: *Dixi Dii eftis, atque filii omnes Altiffimi*.

Ο ΠΙΣΤΟΣ. Ἀλλὰ ποίους λέγει ὁ Θεὸς τούτους Θεοὺς καὶ υἱοὺς αὐτοῦ τοῦ ὑψίστου;

CHRISTIANUS. Quales itaque Deus hofce Deos filiofque Altiffimi appellat?

Ο ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Ἀνθρώπους τινὰς λέγει φθαρτοὺς καὶ θνητοὺς, υἱοὺς λεγομένους.

JUDÆUS. Homines quofdam ita vocat corrupti-D biles ac mortales, qui filiorum illi veniunt nomine.

Ο ΠΙΣΤΟΣ. Εἶτα ἀνόητε, πεπωρωμένε τῇ καρδίᾳ, πόσον διαφέρει τὸ ὁμολογεῖν ὅτι ἔχει υἱὸν ὁ Θεὸς ἄφθαρτον, ἀθάνατον, ἁγνὸν, ἀναμάρτητον, αἰώνιον, ἄτρεπτον, ἀπαθῆ, ὑπὲρ τὸ ὀνομάζειν ἀνθρώπους ὑλικοὺς καὶ φθαρτοὺς καὶ τρεπτοὺς καὶ θνητοὺς, υἱοὺς Θεοῦ; τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν ὅτι ἔχει υἱὸν ὁ Θεὸς ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον καὶ ἀναμάρτητον, πρέπει τῷ Θεῷ, καὶ τιμή ἐστι τῷ Θεῷ, ὑπὲρ τὸ λέγειν ὅτι υἱὸς πρωτότοκός ἐστι τοῦ Θεοῦ ὁ Ἰσραὴλ, ὁ μωρὸς λαὸς καὶ ἁμαρτωλὸς καὶ παράνομος καὶ ἀσεβής. βλασφημίαν γὰρ τοῦτο προσφέρει Θεῷ παρὰ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν. δύνανται γὰρ λέγειν, πῶς Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, ὅτι πατὴρ ὑπάρχει υἱοῦ μωροῦ;

CHRISTIANUS. Quantum igitur præftat, o ftolide & corde occæcate, confiteri Deo unum effe Filium incorruptibilem, immortalem, fanctum, fine peccato, æternum, immutabilem, impaffibilem, quam homines materiales, corruptibiles, mutabiles ac mortales Dei filios appellare? Nam affirmare quod filium habet Deus corruptionis expertem & immortalem alienumque a peccato, dignum Deo eft, & honor illi major, quam dicere primogenitum Dei effe Ifraelem, populum illum ftultum & peccatis obfitum, violatorem legis impiumque. Nam apud gentes a fide alienas hoc etiam blafphemiæ E anfam præbet, qui poffunt objicere: quomodo verus ille Deus eft ftolidæ prolis pater?

Ο ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Εἰ υἱὸν ἔχει ὁ Θεὸς, εἰπέ μοι πῶς καὶ πότε τοῦτον ἐγέννησεν;

JUDÆUS. Si Filium Deus habet, dicito mihi quomodo & quando illum genuerit.

Ο ΠΙΣΤΟΣ. Οὐ δύναμαι μὴ ὁμολογῆσαι ὅτι ἔχει υἱὸν ὁ Θεὸς, τῆς γραφῆς μάλιστα προφανῶς λεγούσης ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν, ὅτι ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Καὶ τοῦ υἱοῦ πάλιν περὶ ἑαυτοῦ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πατρός. Κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Καὶ οὐ δύναμαι πάλιν ὁμολογεῖν, ὅτι ἔχει πνεῦμα ὁ Θεὸς, αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λέγοντος; ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ

CHRISTIANUS. Non poffum non confiteri quod Filium habet Deus, cum facra Scriptura ex perfona Dei & Patris palam dicat ad Filium: [c] *Ex utero ante luciferum genui te*. Et Filius viciffim de fe ex Perfona Parentis ait: [d] *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie te genui*. Neque poffum non confiteri quod Deus habet Spiritum, Deo ipfo dicente: [e] *Effundam de Spiritu meo in omnem*

a Exod. IV. 22. b Pfal. LXXXI. 6. c Pfal. CIX, 3. d Pfal. II. 7. e Joel. II. 28. Ifa. XLIV. 3.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 385.

πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. Ομως ἐρωτήσω σε Ἰουδαῖε, σὺ δέ μοι ἀποκρίθητι. Οποῖον Πνεῦμα λέγεις ἔχειν τὸν Θεόν; ἆρ' οἷον τὸ τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐκ στόματος καὶ ῥινῶν ἐξερχόμενον καὶ ἐκχεόμενον καὶ φαινόμενον καὶ χωριζόμενον;

A *carnem*. Tamen quæram ex te, Judæe, tu mihi reſpondeto. Qualem ais Spiritum Deo eſſe? num ejuſmodi qualis eſt hominis ex ore & naribus exeuntem & exſpiratum effuſumque, qui cerni poteſt & ſeparari?

Ο ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Μὴ γένοιτο. Αλλὰ πνεῦμα ἀόρατον, πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα ἀληθὲς, πνεῦμα ἡγεμονικὸν, πνεῦμα ἀχώριστον τοῦ Θεοῦ.

Judæus. Abſit hoc quidem, ſed vero Spiritum inviſibilem, Spiritum ſanctum, Spiritum divinum, Spiritum verum, Spiritum ductorem, Spiritum a Deo inſeparabilem.

Ο ΠΙΣΤΟΣ. Καὶ πότε ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἢ ἐξήγαγεν τὸ πνεῦμα τοῦτο; ἢ πῶς καὶ πόθεν αὐτὸ συνέστησεν;

Christianus. Et quando fecit Deus aut eduxit Spiritum hunc, aut quomodo & quando illum fecit conſiſtere?

B

Ο ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Ακτιστόν ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ἄναρχον καὶ ἀκατάληπτον ὥσπερ ὁ Θεός.

Judæus. Increatus eſt Spiritus Dei, principii expers & incomprehenſibilis, perinde ut ipſe Deus.

Ο ΠΙΣΤΟΣ. Ιδοὺ καὶ σὺ σαφῶς ἐλέγχῃ ὅτι δυάδα προσκυνεῖς. λέγω δὴ Θεὸν καὶ πνεῦμα Θεοῦ. ὥσπερ οὖν σὺ οὐκ ἴσχυσας εἰπεῖν πόθεν ἢ πότε ἢ πῶς ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ μετὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μόνον ἀκούσας ἐκ τῶν θείων γραφῶν ὁμολογεῖς καὶ πιστεύεις ἔχειν πνεῦμα τὸν Θεόν. οὕτω κἀγὼ ὁ Χριστιανὸς ἀπεριέργως καὶ ἀνερμηνεύτως ὁμολογῶ τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ ἀπαιτεῖς με εἰπεῖν πότε καὶ πόθεν καὶ πῶς ἔχει υἱὸν ὁ Θεός; εἰπέ μοι σὺ πρῶτον πότε καὶ πόθεν καὶ πῶς ἔχει πνεῦμα ὁ Θεός; καὶ λέγω σοι κἀγὼ πῶς προανάρχως ὁ Θεὸς ἐγέννησε τὸν υἱόν. ὥσπερ γὰρ σὺ οὐ λέγεις τὸν Θεὸν καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ δύο Θεοὺς, οὕτως οὐδὲ ἐγὼ λέγω πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα τρεῖς Θεοὺς, μὴ γένοιτο. ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος καὶ ἡ θέρμη αὐτοῦ καὶ ἡ ἀκτὶς ἐξερχομένη ἐξ αὐτοῦ, τρία μέν ὀνόματά εἰσι, μία δὲ οὐσία ἡλίου. καὶ ὥσπερ ἡ ψυχὴ καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου οὐκ εἰσὶ τρεῖς ἄνθρωποι. καὶ ὥσπερ ὁ ὄνυξ τοῦ δακτύλου καὶ τὸ ὀστοῦν καὶ ἡ σάρξ οὐκ εἰσὶ τρεῖς δάκτυλοι. καὶ ὥσπερ ἡ ῥίζα καὶ ὁ κλάδος καὶ τὸ φύλλον τοῦ δένδρου οὐκ ἔστι τρία δένδρα. καὶ ὥσπερ ὁ ὀφθαλμὸς καὶ ἡ κόρη καὶ τὸ φῶς τοῦ ὀφθαλμοῦ οὐκ εἰσὶ τρεῖς ὀφθαλμοί. καὶ ὥσπερ ἡ πηγὴ καὶ ὁ ποταμὸς καὶ ὁ ῥύαξ ὁ ἐκ τοῦ ποταμοῦ, οὐκ εἰσὶ τρία ὕδατα. καὶ ὥσπερ ὁ βραχίων καὶ ὁ καρπὸς καὶ ἡ παλάμη οὐκ εἰσὶ τρεῖς χεῖρες. καὶ ὥσπερ ἡ ἐπὶ Μωσέως βάτος εἶχε λόγον καὶ φλόγα καὶ λαλοῦντα. καὶ ὥσπερ ἡ κάμινος τῶν τριῶν παίδων εἶχεν ὕμνον καὶ φλόγα καὶ δρόσον, μία κάμινος οὖσα. καὶ ὥσπερ τὸ νόμισμα ἔχει χρυσὸν καὶ εἰκόνα καὶ λόγον τοῦ βασιλέως· οὕτως ἐν τῇ παναγίᾳ Τριάδι ἀσύγχυτος ἡ ἕνωσις ἐν τρισυποστάτῳ μιᾷ οὐσίᾳ καὶ θεότητι.

Christianus. En tu quoque evidenter convinceris duitatem adorare, Deum nempe Deique Spiritum. Quemadmodum itaque tu non potes ediſſerere, unde vel quando aut quomodo Dei Spiritus cum Deo eſt, ſed tantum edoctus ex ſacris litteris confiteris & credis Deo eſſe Spiritum: ita & ego Chriſtianus ſine curioſiore ſcrutatione profiteor Filium, & Verbum Dei. Si vero deſideras a me ut dicam quando, vel unde & quomodo Filium Deus habet, dicito & tu prius mihi quando & unde & C quomodo Deus Spiritum habeat, tunc & tibi exponam quomodo ante omne principium Deus Filium genuerit. Sicut enim tu Deum Deique Spiritum non dicis duos Deos, ita nec ego Patrem, Filium & Spiritum ſanctum tres nuncupo Deos, abſit ſane: ſed quemadmodum ſol ejuſque calor & radiorum vis ex eo progrediens tria nomina ſunt, una ſolis ſubſtantia: & ſicut anima & ratio & corpus hominis non tres ſunt homines: & ſicut unguis digiti cum oſſe & carne non ſunt tres digiti: ac veluti radix & ramus ac folia arboris tres arbores non ſunt: & ſicut oculus & pupilla luxque oculi non tres reddunt oculos: & ſicut fons & fluvius rivuſque ex fluvio promanans non ſunt triplices un- D dæ: & ſicut brachium, carpus & palma non ſunt tres manus; & ſicut in rubo Moſis erat ſermo & flamma & qui loquebatur: & quemadmodum in camino trium puerorum erat hymnus & flamma & ros, unus vero caminus erat: & ſicut in numiſmate eſt aurum & imago & inſcriptio Imperatoris, ſic & in ſacroſancta Trinitate inconfuſa eſt unio in una trium perſonarum eſſentia ac divinitate.

Ο ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Κἂν εἴπω Θεὸν τὸν Χριστὸν, οὐ τολμῶ λέγειν αὐτὸν ὁμοούσιον τοῦ Πατρός.

Judæus. Etiamſi Chriſtum confitear Deum eſſe, Patri tamen conſubſtantialem non auſim affirmare.

Ο ΠΙΣΤΟΣ. Εὰν ὅλως καταδέξῃ ὁμολογεῖν αὐτὸν Θεὸν, γινώσκεις ἀκριβῶς καὶ ἀναμφιβόλως, ὅτι αὐτὸς φωτίζει σε διὰ τῶν θείων γραφῶν καὶ Προφητῶν, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ υἱὸς προαιώνιος, οὐ χρηστικῶς καθὼς οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι, ἀλλὰ φυσικῶς, ὡς φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ. οὔτε γὰρ ὡς Αβραὰμ καὶ Ισαὰκ καὶ Ιακὼβ τρεῖς εἰσιν ἄνθρωποι ἐξ ἀλλήλων μεμερισμένοι, οὕτω λέγομεν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα. οὔτε ὥσπερ τρεῖς λαμπάδες διῃρημέναι, ἢ τρεῖς στύλοι κεχωρισμένοι. ἢ ὥσπερ Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ, οὕτως ἀπέχουσιν ἀλλήλων Πατὴρ καὶ υἱός. οὔτε ὥσπερ Αδὰμ γεγέννηκε τὸν Αβελ, οὕτως ὁ Θεὸς γεγέννηκε υἱὸν ἐκπορευτῶς, καὶ ῥευστῶς, σπαρτῶς καὶ σωματικῶς. ἄπαγε. οὐ γὰρ ὥσπερ προτερεύω ἐγὼ καὶ μείζων εἰμὶ τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ, οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ καὶ Θεὸς προϋπάρχει τοῦ υἱοῦ. ἀλλ' ἅμα Πατὴρ, ἅμα υἱὸς, ὡς

Christianus. Si omnino eum recipis ita ut E Deum confitearis, noſces accurate & evidenter quod ipſe te per ſacras ſcripturas & per prophetas illuminabit, ſitque Deus filius æternus, non per relationem ſicut ceteri homines, ſed per naturam, ut lumen de lumine, & Deus ex Deo. Non enim ſicut Abraham, Iſaac & Jacob tres ſunt homines ex invicem diſtincti, ſic Patrem, Filium & Spiritum ſanctum dicimus. Neque ut tres lucernæ diſtinctæ, aut tres ſeparatæ columnæ. Neque ſicut Michael & Gabriel ita invicem ſejuncti ſunt Pater & Filius. Neque ſicut Adam Abelem genuit, ita Deus genuit Filium ut ex ſe egrederetur, efflueret, ſeminali & corporali ratione. Apage. Non enim ſicut ego prior ſum filio meo majorque, ita & Pater & Deus eſt ante Filium. Sed ſimul Pater, ſimul

ἅμα ἡμέρᾳ τὸ φῶς. καὶ ὥσπερ ἅμα ἡ ἡμέρα καὶ ὁ ἥλιος καὶ τὸ φῶς, οὕτως ἅμα Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα. Καὶ μὴ εἴπῃς πῶς εἰσι ταῦτα; ὑπὲρ γὰρ τὸ πῶς ταῦτα. Μὴ εἴπῃς, ποίῳ τρόπῳ; ὑπὲρ γὰρ τρόπον, τοῦ Θεοῦ ὁ τόκος. μὴ εἴπῃς, ποίῳ λόγῳ; ὑπὲρ λόγον ὁ Λόγος. μὴ ζήτει, ποίῳ χρόνῳ; ὑπὲρ γὰρ χρόνον ὁ ἄχρονος. μὴ εἴπῃς, ἐν ποίῳ τόπῳ; ὑπὲρ γὰρ τόπον. Μὴ ζήτει ἐν ποίᾳ ἀρχῇ; ὑπὲρ ἀρχὴν γὰρ ἡ ἄναρχος ἀρχή. Προσκύνει Θεὸν μὴ ἐρευνῶν Θεόν. Ὁμολόγει Πατέρα, ἀλλὰ μὴ ζήτει τὸ πρᾶγμα τοῦ κατὰ Θεὸν μυστηρίου. Πίστευε εἰς υἱὸν, μὴ ψηλαφῶν τὸν τρόπον τῆς προαιωνίου γεννήσεως. ἀνύμνει τὸ Πνεῦμα, μὴ πολυπραγμονῶν τὸ χρῆμα τῆς ἐκπορεύσεως. μυστήριον γὰρ καταλαμβανόμενον οὐκέτι μένει μυστήριον. πᾶν δὲ τὸ μὴ ὂν μυστήριον, οὐδέν ἐστι θαυμαζόμενον. Ὅσον οὖν ἐρευνᾶται Θεὸς, τοσοῦτον πλέον ἀγνοεῖται καὶ κρύπτεται. καὶ ὅσον καταδιώκεται καὶ ἐξερευνᾶται, τοσοῦτον πλέον οὐ καταλαμβάνεται, οὐδὲ φανεροῦται· καὶ ὅσον ψηλαφᾶται, τοσούτῳ πλέον οὐ φθάνεται οὐδὲ εὑρίσκεται. Πάντες οἱ Θεὸν ἐρευνήσαντες, σκιὰν κρατῆσαι ἐσπούδασαν, καὶ ὅσοι Θεὸν μαθεῖν ἐδοκίμασαν, ἀνέμους ἀποκλεῖσαι ἐν κόλπῳ ἠθέλησαν. καὶ ὅσοι καταλαβεῖν τὴν θεότητα νομίζουσιν, ἐνύπνιον καὶ φαντασίαν κατέχουσι. καὶ ὅσοι βαθῦναι περὶ Θεοῦ φύσεως ἐνόμισαν, εἰς αἱρέσεις ἐτράπησαν. καὶ ὅσοι Θεοῦ λέγουσιν ὅτι ἔφθασαν, οὐδὲ ῥανίδος ἐκ πάσης τῆς ἀβύσσου ἐκράτησαν, ἀλλὰ σκιὰν καταδιώξαντες οὐκ ἔφθασαν. Πίστις οὖν διὰ τοῦτο ἀκούει, ὅτι πᾶς ὁ πιστεύων οὐκ ἐρευνᾷ ὡς οἱ ἄπιστοι Θεόν. καὶ τί λέγω Θεόν; οὐδὲ τὰ τοῦ Θεοῦ ποιήματα ἀνθρώποις εὔληπτα. εἰπὲ γάρ μοι σὺ ὁ θέλων ἐξερευνᾷν καὶ μαθεῖν φύσιν Θεοῦ, ποῦ εἰσιν οἱ ἄγγελοι; καὶ ὁποῖοί εἰσι, καὶ πότε ἐγένοντο, καὶ πόθεν συνίστανται, καὶ διὰ τί οὐ φαίνονται, καὶ τίς ἐστιν ἡ φύσις αὐτῶν, καὶ ὁποῖόν ἐστιν τὸ σχῆμα αὐτῶν, καὶ ἡ φωνὴ αὐτῶν, καὶ ὁ δρόμος; οὐ μόνον δὲ περὶ ἀγγέλων ἐρωτῶ σε, ἀλλὰ καὶ περὶ οὐρανοῦ. ὁποία ἐστὶν, εἰπέ μοι, ἡ φύσις αὐτοῦ; καὶ ἡ ἔκτασις τοῦ πλάτους, καὶ πόσον τὸ ὕψος; Καὶ τί λέγω τὰ ἐπουράνια; ἔλθωμεν λοιπὸν κάτω εἰς τὰ ἐπίγεια, ἐν οἷς ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. Τίς ἐναργῶς ἔγνω τὴν ἰδίαν τῆς ψυχῆς κατασκευὴν, ὁποία ἐστὶ καὶ πῶς συμπεριέρχεται μετὰ τοῦ σώματος, καὶ ὁποία τῷ εἴδει ἐστί; καὶ ποῦ καὶ πόθεν συνίσταται, καὶ πῶς χωρίζεται τοῦ σώματος; Εἶτα πάλιν περὶ σώματος ἐρευνητέον, πῶς συνίσταται, πῶς διαλύεται, πῶς δὲ ἀνίσταται, ποίῳ δὲ τρόπῳ ἐν τῇ ἀναστάσει συνάγεται, καὶ πῶς ἢ πόθεν παραγίνεται καὶ εἰς τὸ ἓν αὖθις μετὰ τῆς ψυχῆς ἀποκαθίσταται; οὐ μόνον δὲ ἡ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευή ἐστιν ἡμῖν ἀκατάληπτος, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ζώων καὶ τῶν πετεινῶν καὶ ἰχθύων. Εἰπὲ γάρ μοι ὁ τὰ περὶ Θεοῦ ἐρευνῶν, πῶς ἡ τῶν ἀλόγων φύσις ὑφέστηκε; πῶς ψυχὴν λογικὴν μὴ ἔχοντα ταῦτα θνήσκουσι, τί ἐξ αὐτῶν ἐν καιρῷ τοῦ θανάτου χωρίζεται; ἂν εἴπῃς μοι, ψυχὴν ὑποστατικὴν οὐκ ἐκτήσαντο ἀλλὰ τὸ αἷμα. Ἀλλὰ πλεῖστα ζῶα καὶ μὴ αἱμορραγήσαντα θνήσκουσι. πῶς δὲ πάλιν οἱ ἰχθύες ἐν τοῖς ὕδασιν ἀναπνεῖν δύνανται; πῶς αὐτοὺς ἡ τῶν ὑδάτων φύσις οὐκ ἀποπνίγει ὡς [1] τὰ ἄλογα; πόθεν δὲ τὸ ἄλογον ζῶον σὺν τῷ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ὄντι ἀνθρώπῳ ἐν ὁδῷ ἀπερχόμενον ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαι ὑπὲρ τὸν λογικὸν εὑρίσκεται ἀπλανῶς τὴν ὁδὸν ἐπιστάμενον; πόθεν δὲ πάλιν πετεινὰ καὶ ἰχθύες καὶ θηρία μήτε λόγον μήτε λογισμὸν ἔχοντα, μήτε διάνοιαν καὶ διάκρισιν, νοοῦσι καὶ ὑπερβαίνουσι δίκτυα καὶ παγίδας καὶ θηράματα; καὶ ἵνα λοιπὸν ἐπιγνοίης ἐπὶ πλέον τὴν σαυτοῦ ταπείνωσιν καὶ ἄγνοιαν καὶ ταλαιπωρίαν, ἐρῶ σοι πάλιν καὶ τοῦτο. Εἰπέ μοι

A Filius, ut simul cum die lux: & quemadmodum simul dies, sol & lux, sic simul sunt Pater, Filius & Spiritus. Nec dixeris quo modo hæc? sunt enim supra modum. Ne dixeris qua ratione? supra rationem enim Dei generatio. Ne dicas quo consilio? consilio superius Dei Verbum. Ne quæras quo tempore? supra tempus enim qui temporis expers est & æternus. Ne dicas quonam loco? nam est supra locum. Ne quærito quonam principio? super principium enim est carens principio principium. Adora Deum, ne scrutare Deum. Confitere Patrem, sed ne quærito divini naturam mysterii. Crede in Filium, nec manibus palpare institue modum æternæ generationis. Nam mysterium si comprehendi-
B tur non amplius mysterium manet, quicquid vero mysterium non est, id non amplius miramur. Quanto magis igitur naturam Dei scrutaris, tanto magis ignoratur occultaturque. Quo magis eum insequeris & exquiris, tanto minus comprehenditur & manifestatur. Quanto magis conaris eum manibus palpare, tanto apparet minus, minusque reperitur. Omnes quotquot scrutari Deum aggressi sunt, umbram comprehendere studuerunt, & quotquot Dei naturam instituerunt perspectam habere, ventos sinu concludere voluerunt. Quique existimant divinitatem se comprehendere, somnium & imaginationem amplectuntur. Et qui ad profunda naturæ Dei visi sunt sibi penetrasse, in hæreses inciderunt. Et qui Deum
C se ajunt assecutos, ne guttulam quidem ex universa abysso comprehenderunt, sed umbram persecuti longe a Deo absunt. Itaque ideo fides nuncupatur, quod quisquis credit neutiquam scrutatur Deum, ut qui alieni a fide sunt. Ac quid dico Deum? nam ne opera quidem a Deo condita possunt ab hominibus facile intelligi. Dicito enim tu mihi qui exscrutari naturam Dei & perspectam habere cupis, ubi nam sunt Angeli & quales & quando facti sunt atque unde constitere & quare non cernuntur, & quænam est ipsorum natura & qualis figura ipsorum & vox cursusque? Nec de angelis solum ex te quæram, sed & de cælo quoque. Quæ est, dic mihi, ejus natura, quæ in latum expan-
D sio, quanta altitudo? Sed quid cælestia dico? Descendamus porro in hæc terrena, in quibus vivimus ipsi & movemur & sumus. Quis clare novit propriæ naturam animæ, qualis sit, & quomodo cum corpore obambulet, & qualis ejus forma speciesque, ubi atque unde consistat & quomodo a corpore separetur? Deinde iterum de corpore inquirendum, quomodo consistit, quomodo dissolvitur, quomodo iterum resurgit & qua ratione in resurrectione colligitur & quomodo aut unde exstat atque in unum rursus cum anima restituitur? Nec vero hominis tantum natura comprehendi non potest ab homine, sed nec quadrupedum, volucriumve, nec piscium. Dicito enim mihi, qui divina scrutaris,
E quomodo mutarum animantium natura consistit? quomodo moriuntur quibus anima rationabilis non est? quid ab illis mortis tempore separatur? si dixeris mihi animam substantialem non sortitas esse sed sanguinem: at plurima animalia moriuntur sanguine nullo effluente. Quomodo vero pisces in aquis possunt respirare, & quomodo illi aquarum natura non ut cetera animalia suffocantur? Unde vero animal ratione destitutum si cum homine ad Dei condito imaginem processerit, in via inter redeundum minus errare quam ratione gaudens & viam melius nosse deprehenditur? Unde rursus volucres & pisces feræque bestiæ, quibus nec sermo nec ratio est, neque intellectus nec judicium, intelligunt & retia transfiliunt & laqueos pedicasque venato-

1. Puto leg. τὰ ἄλλα.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 385.

σὺ ὁ τὸν ἀκατάληπτον ποιητὴν καὶ Θεὸν δοκιμάζων μαθεῖν καὶ πολυπραγμονεῖν, λέγε μοι πρῶτον τί ἐστιν ἡ οὐσία τοῦ ψύλλου, καὶ ὁποία ἐστὶν ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁποία ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ πῶς αὐτὴ ἄνευ σπορᾶς αὐτομάτως συνίσταται; καὶ πῶς λογισμὸν ἢ σοφίαν μὴ ἐπιστάμενος, ὁρᾷ τὸν ἄνθρωπον καὶ φεύγει φοβούμενος τὸν θάνατον; πόθεν δὲ οἶδεν ὅτι θανάτῳ ὑπόκειται; ποίοις δὲ λογισμοῖς βουλεύεται; πόθεν ἔμαθεν ὅτι ἐχθρὸς αὐτοῦ καθέστηκεν ὁ ἄνθρωπος; ποῦ δὲ ἡ μνημονευτικὴ αὐτοῦ ἀπόκειται διάνοια; τίς δὲ ὁ διδάξας αὐτὸν ἐν ταῖς ῥαφαῖς καὶ διπλώσεσι τῶν ἱματίων κρύπτεσθαι; Τί δὲ ἄρα καὶ ὀνομάζειν τὸν ψύλλον ὀφείλομεν ὅσοι ἐξερευνηταὶ τῆς θεότητος; ἆρα τετράποδον αὐτὸν εἴπομεν; ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν. Ἆρα δίποδον; ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν. Ἆρα ἑρπετόν; ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ζῶον. Διὸ παρακαλῶ πάντα τὸν θέλοντα φυσιολογεῖν τὸν Θεὸν, φυσιολογῆσαι ἡμῖν πρὸ τοῦ Θεοῦ τὴν τοῦ βραχυτάτου ψύλλου κατασκευὴν καὶ κατάστασιν καὶ σύνθεσιν καὶ ὕπαρξιν καὶ ψύχωσιν καὶ αἴσθησιν καὶ νόησιν. καὶ ὅτε καλῶς καὶ ἀπλανῶς καταλάβῃ, καὶ εἴπῃ ἡμῖν τί τὸ εἶδος καὶ γένος τῆς ψυχικῆς οὐσίας τοῦ ψύλλου, τότε λοιπὸν πιστεύσομεν αὐτῷ, ὅτι καὶ τὰ περὶ Θεοῦ τοῦ ἀκαταλήπτου καταμαθεῖν καὶ ἐξειπεῖν δύναται. Κἂν μοι εἴπῃς σὺ, ὁ ἀσύνετος, ὅτι τὸ αἷμα τοῦ ψύλλου, καὶ παντὸς ἀλόγου ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐστίν. Ἐρῶ κἀγώ. Πῶς ὁρῶμεν, ὡς προεῖπον, πολλὰ τῶν ἀλόγων χωρὶς ῥύσεως αἵματος τελευτῶντα; Τοίνυν λέγε ἡμῖν σὺ θεόγνωστε, τί ἐστι τὸ ἐκ τοῦ ζώου ἐκπορευόμενον χωρὶς αἵματος ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ; ψυχὴν γὰρ ὑποστατικὴν μόνος ὁ ἄνθρωπος κέκτηται. Πλὴν ἐὰν ἡ ψυχὴ τοῦ ζώου, ὡς ἄνθρωπος· καὶ γὰρ πᾶς ἄνθρωπος τοῦ ἰδίου αἵματος χωριζόμενος τελευτᾷ πάντως καθὼς καὶ τὸ ἄλογον. καὶ ποῦ λοιπὸν ἡ διαφορὰ τοῦ λογικοῦ ἀνθρώπου καὶ κατ᾽ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ γενομένου, καὶ τοῦ ἀλόγου κτήνους; Ἔδειξα μενοῦν ὅτι καὶ ὁ ἄνθρωπος καὶ ὁ ψύλλος χωριζόμενοι τοῦ ἰδίου αἵματος ἀποθνήσκουσι. Ταῦτα δὲ ἡμῖν οὐ μάτην ἐνταῦθα ἐῤῥήθησαν, ἀλλ᾽ ἀνακόψαι τοὺς πολλοὺς μετὰ σοῦ τοῦ θεοκτόνου Ἰουδαίου τῶν ἀκαταλήπτων τοῦ Θεοῦ ζητήσεων θέλοντες, καὶ πεῖσαι καὶ δεῖξαι ὅτι οὐ μόνον ὁ κτιστὴς, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀκατάληπτος.

A rum? Atque ut porro amplius vilitatem tuam miseramque insciriam agnoscas, rogabo te insuper & hoc. Dic mihi tu qui incomprehensibilem Factorem ac Deum nosse ac curiose te scrutari profiteris, dic mihi prius quæ est substantia pulicis, & qualis substantia animæ ejus, & qualis est ejus anima? quomodo citra semen sponte exsistit? Quomodo rationem & sapientiam cum nesciat, videt hominem, & mortem metuens fugit? unde novit morti se obnoxium fore? quibus ratiociniis consultat? unde didicit hostem sibi hominem esse? ubi memorativa ejus vis & collectiva facultas est reposita? quis vero docuit eum in futuris plicisque vestium se abscondere? & quo nomine pulicem nuncupare debe- B mus qui exscrutatores divinitatis esse volumus? igiturne quadrupedem dicemus? at non est quadrupes. Bipedem ergo? non est. Itaque reptile? non est, sed animal est. Ideoque hortor unumquemque qui velit Dei naturam commentari, ut prius explicet naturam parvissimi pulicis, ejusque conditionem constitutionemque & compositionem & originem, animam, sensum & intellectum: ac quando is certo comprehenderit nobisque explicaverit speciem & genus substantiæ qua constat pulicis anima, tunc porro ipsi habebimus fidem, quod etiam res Dei incomprehensibilis attingere & exponere queat. Etiamsi dixeris mihi, homo stolide, quod anima pulicis & cujusque brutæ animantis sit sanguis, regeram ego: C quomodo ut ante dixi videmus multa animalia nullo effuso sanguine mori? dicito itaque nobis tu cui Deus ita notus est, quid est illud quod in morte animalis citra sanguinem ex illo egreditur? Animam enim substantialem solus homo possidet. Si autem animali anima est, non differret illud ab homine, nam & homo sanguine suo destitutus perinde ut brutum omnino moritur. Ubinam itaque est differentia inter hominem ad imaginem & similitudinem factum Dei, & irrationabile jumentum? Ostendi enim quod & homo & pulex si sanguine suo exhausta sint, moriuntur. Hæc non temere hoc loco dicta a me sunt. Sed quod tecum, o Deicida Judæe, cohibere volui plerosque ab incomprehensibi- D libus de Deo quæstionibus, & persuadere ac demonstrare quod non Conditor solum, sed & ipsæ res creatæ ab hominibus comprehendi nequeunt.

Ο ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Ποῦ δὲ Τριάδα ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ διδασκόμεθα, καὶ ποῦ ταύτην ἐν τῇ καινῇ ἔγνωμεν;

JUDÆUS. Ubi vero Trinitatem in veteri Testamento docemur, & ubi eam in novo discimus?

Ο ΠΙΣΤΟΣ. Ἐν μὲν τῇ παλαιᾷ, ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ Μωσέως, φησὶ γὰρ ἐν τῇ τοῦ κόσμου γενέσει. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός. Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν. Δῆλον δὲ ὅτι πρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶπεν ὁ Πατήρ. Καὶ πάλιν. καὶ εἶπεν ὁ Θεός. Ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. Τὸ δὲ εἰπεῖν, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, πάντως δύο καὶ τρεῖς ἐσήμανεν, ἵνα δείξῃ λοιπὸν διὰ τοῦ, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τὸ διάφορον τῶν τριῶν ὑποστάσεων. Καὶ αὖθις ὁ αὐτὸς νομοθέτης. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. ἵνα δείξῃ τὸ μοναδικὸν τῆς θεότητος. οὐ γὰρ εἶπεν ὅτι ἐποίησαν οἱ Θεοὶ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ ὁ Θεὸς ὁ εἷς ὁ ἐν Τριάδι προσκυνούμενος. Ὅταν τοίνυν ἀκούσῃς Θεοῦ λέγοντος, ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τρισυπόστατον φωνὴν ἐννόησον. Ὅταν δὲ πάλιν, ὅτι ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, τὴν μίαν οὐσίαν καὶ Θεότητα ὁμολογεῖς. Τοιγαροῦν οὐ μόνον ἐντεῦθεν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑτέρων πλειόνων τρόπων τῆς θείας γραφῆς τὸ τῆς ἁγίας καὶ ὁμου-

CHRISTIANUS. In veteri quidem, in primo Mosis libro, ait enim ubi origines mundi describit: [a] *Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem nostram & ad similitudinem.* Manifestum est quod ad Filium & Spiritum sanctum hæc locutus est Pater. Atque iterum: [b] *Et dixit Deus: Ecce factus est* E *Adam ut unus e nobis.* Quod enim ait, *ut unus e nobis*, omnino duos vel tres significat, ut ostenderet porro per verba *ut unus e nobis*, trium personarum differentiam. Atque iterum idem Legislator: [c] *Et fecit Deus hominem: secundum imaginem Dei fecit eum*, ut ostenderet Deitatis unitatem. Non enim dixit Deos esse qui hominem fecerunt, sed Deum unum qui in Trinitate adoratur. Quando igitur audis Deum dicentem: *Ecce Adam factus est sicut unus e nobis*, trium personarum vocem cogita. Quando deinde, quod *in imagine Dei Deus hominem fecit*, unam essentiam ac Deitatem confiteris. Igitur non ex hoc tantum, sed & ex aliis pluribus divinæ Scripturæ locis sanctæ & consubstantialis Trinitatis

a Gen. I. 26. b Gen. III. 22. c Gen. I. 27.

σίν Τριάδος διδασκόμεθα μυστήριον, καὶ μάλιστα τὰς περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τηλαυγεῖς καὶ σαφεστάτας φωνὰς καὶ μαρτυρίας εὑρίσκοντες. Τὸ γὰρ εἰρημένον, ὅτι ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου πῦρ ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα, τί ἄλλο, εἰ μὴ Πατέρα καὶ Υἱὸν, καὶ Κύριον παρὰ Κυρίου ἤγουν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα παρίστησι; Καὶ πάλιν τὸ ἐν τῷ ρθʹ. ψαλμῷ εἰρημένον· ὅτι εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, σαφῶς τὸν Πατέρα καὶ τὸν καθήμενον ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ Υἱὸν ἡμῖν ἐφανέρωσεν. οὐ κατὰ τοὺς θρόνους δὲ τοὺς ἐπιγείους, οὐδὲ τὰς καθέδρας, οὔτε κατὰ τὰ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ μέρη τῶν ἀνθρώπων, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς καθέζεται. μὴ γένοιτο. ἀλλ' ὥσπερ θεϊκῶς ὑπὲρ λόγον ἐγεννήθη ὁ Θεὸς λόγος ἐκ Θεοῦ πρὸ αἰώνων, καὶ ὥσπερ ἀσώματος καὶ ἀσχημάτιστος καὶ ἀπερίγραπτός ἐστιν, οὕτω μοι νόει καὶ τὴν καθέδραν καὶ τὸν θρόνον καὶ τὰ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὸ παρ' αὐτῷ Ἡσαΐᾳ δὲ εἰρημένον σαφῶς ἡμᾶς διδάσκει τὸ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ μυστήριον. λέγει γὰρ, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν· [1] υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν· δῆλον τοῖς ἔθνεσι παρὰ Θεοῦ. Καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ὁ δὲ Δαυῒδ τριτυποστάτως διὰ τοῦ Θεοῦ ὀνόματος τὴν ἁγίαν Τριάδα ὡς χάριν εὐλογίας ἡμῖν ὑπηνίξατο, εἰπών· Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A mysterium edocemur, & maxime de Patre ac Filio perspicua ac clarissima testimonia reperimus. Nam quod dicitur: [a] *Dominus pluit a Domino ignem super Sodoma & Gomorrha*, ecquid aliud nisi Patrem & Filium, & Dominum a Domino sive ex Patre natum sistit? Atque rursus quod in Psalmo centesimo nono dicitur; [b] *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis*, perspicue nobis Patrem & sedentem a dextris ejus Filium declarat. Neque vero ut in throno vel sede terrestri, aut ut a dextra vel sinistra parte hominum ita sedet Deus. Sed sicut divino modo super omnem rationem natus est Deus Verbum ex Deo ante sæcula, & sicut incorporale, figura destitutum & incircumscriptum est, sic & sedem B & thronum & dextram Dei mihi intellige. Sed & quod apud ipsum Esaiam dictum exstat, clare docet nos mysterium de Patre & Filio, ait enim; [c] *Puer natus est nobis, Filius datus est nobis*, videlicet gentibus a Deo, *Et vocatur nomen ejus magni consilii Angelus, admirabilis consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi*. David vero per Dei nomen in tribus personis sanctam Trinitatem velut in benedictionis gratiam nobis subinnuit cum ait: [d] *Benedicat nos Deus, o Deus, benedicat nos Deus!* Ipsi gloria in C sæcula. Amen.

a Gen. xix. 24. *b* Psal. cix. 1. *c* Isa. ix. 6. *d* Psal. lxvi. 6.

1. *Υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν*] Hæc improvide omissa in edit. Fabric. Bibl. Gr. tom. viii. pag. 398.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ

ΦΙΛΟΠΟΝΙΑ ΠΑΝΤΙ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩ [1] ΩΦΕΛΟΥΣΑ.

EJUSDEM B. HIERONYMI [1]

COMMENTATIO CHRISTIANO CUILIBET UTILIS.

Eodem Fed. Morello *interprete*.

ΕΡΩΤΗΜΑ. Διὰ τί ὑπάρχεις Χριστιανός;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὅτι πιστεύω εἰς τὸν Χριστὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ.

ΑΝΤΑΠΟΔΟΣΙΣ. Ἀμαθῶς καὶ ἀλόγως ἀπεκρίθης· οὐ γὰρ ἐρωτῶ διὰ τί ὀνομάζῃ Χριστιανός· ἀλλ' αὐτὸ τὸ χρῆμα, διὰ τί γέγονας. εἰ γὰρ ἠρώτησα διὰ τί ὀνομάζῃ Χριστιανὸς, καλῶς ἀπεκρίθης ὅτι πιστεύω εἰς τὸν Χριστόν· ἀλλὰ τὴν αἰτίαν ζητῶ, δι' ἣν γέγονας Χριστιανός. καὶ μικρὰ μὲν καὶ ψιλὴ φαίνεται ἡ ἐρώτησις, ὀλίγοι δὲ αὐτὴν [2] προσφόρως ἀποκρίνονται ἐρωτώμενοι. καὶ γὰρ ἂν [3] εἴπῃ ὁ ἐρωτώμενος ὅτι ὁ Θεὸς ἠθέλησεν ἵνα εἰμὶ Χριστιανός· οὐκ ὀρθῶς ἀπεκρίθη. κἂν εἴπῃ ὅτι ἐγὼ ἠθέλησα εἶναι Χριστιανὸς, οὐ καλῶς λέγει. ἀλλ' ὅτι ὁ Θεὸς ἠθέλησε, κἀγὼ ἠθέλησα θελῆσαι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ.

ΕΡΩΤ. Θέλων γέγονας Χριστιανὸς, ἢ μὴ θέλων;

D Interrogatio. Quare Christianus es?

Responsio. Quia credo in Christum filium Dei.

Correctio Resp. Indocte & inconsiderate respondisti: non enim interrogo cur nomineris Christianus, sed hoc ipsum, quam ob caussam factus es. Si enim interrogavissem, quare appellaris Christianus, pulchre respondisses, quia credo in Christum: sed quæro caussam ob quam factus es Christianus. Et parva quidem ac tenuis videtur hæc interrogatio: verum pauci sunt, qui interrogati apte respon- E deant. Etenim si interrogatus dixerit, quia Deus voluit, ut Christianus essem, non recte responderit: Et, si dixerit, quia ego volui esse Christianus, non pulchre loquetur: sed rectius ita dixerit, quia Deus voluit, equidem voluntati Dei acquievi.

Interr. An volens & sponte factus es Christianus, an invitus?

1. In Morelli edit. titulus ita concipitur: *S. Patris Hieronymi Græci commentarius de effectu Baptismi & notis Christiani.*

2. Ita ms. pro *αὐτοί*.

3. *Κἂν γὰρ*, ms.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 385.

ΑΠΟΚΡ. Κἂν εἴπω θέλων, ψεύδομαι· κἂν εἴπω μὴ θέλων, οὐκ ἀληθεύω. νήπιος γὰρ ὢν τότε οὔτ' ἀντεῖπον οὔτε κατεθέμην.

Resp. Si dixero, volens, mentiar, & si dixero, nolens, verum non dicam. Nam cum infans tunc essem, neque repugnavi neque consensi.

ΕΡΩΤ. Πόθεν (δὲ) γιγνώσκεις, ὅτι πάντως ἐβαπτίσθης, παρακαλῶ μαθεῖν· ἴσως γὰρ καὶ παρ' ὁδὸν ἐβλήθης ὑπὸ τῶν ἰδίων γονέων κρυπτῶς ἑλλήνων ὄντων, καὶ μηδαμῶς [1] αὐτὸν βαπτισάντων. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα γέγονε, καὶ γίνεται μέχρι τῆς σήμερον.

Interr. Age vero, Unde nosti quod omnino baptizatus es? velim a te discere: fortasse enim projectus es obiter a parentibus tuis, qui occulte gentiles erant, & neutiquam te baptizandum curaverant. Multa enim ejusmodi contigerunt, & accidunt hodie.

ΑΠΟΚΡ. Ως ἐκ τῆς ἐνεργείας. (καθὼς) φησὶν ὁ Ησαΐας. διὰ τὸν φόβον σου κύριε ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν καὶ ὠδινήσαμεν καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας. δηλῶν ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάβομεν οἱ φωτισθέντες διὰ τοῦ βαπτίσματος, φησὶ γὰρ πάλιν διὰ τοῦ προφήτου ὁ Θεὸς περὶ τῶν βαπτιζομένων ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ τὸ, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. ὅσοι οὖν τὸ θεῖον πνεῦμα ἐν γαστρὶ ἔλαβον ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, ἔσωθεν ἔσω ἐν τῇ ἑαυτῶν καρδίᾳ ἐκ τῶν σκιρτημάτων καὶ νυγμάτων καὶ ἀγαλλιαμάτων καὶ ἐνεργημάτων, (καὶ) ἵν' οὕτως εἴπω πηδημάτων τῆς αὐτοῦ χάριτος, πληροφοροῦνται ἐν τῇ αὐτῶν καρδίᾳ ὅτι βεβαπτισμένοι εἰσίν. οὐδεὶς γὰρ ἄνθρωπος ἀβάπτιστος ἐπὶ τῆς γῆς, τῆς τοιαύτης χάριτος ἢ ἐνεργείας εὐπορεῖ, ἢ αἰσθάνεταί πώποτε, κἂν πάσας τὰς ἐντολὰς καὶ δικαιοσύνας ἐπιτελῇ τοῦ Θεοῦ· εἰ μὴ οἱ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἐν γαστρὶ λαβόντες, καὶ ταύτην φυλάττοντες καθαρὰν καὶ ἀμίαντον· ὥσπερ γὰρ ἡ γυνὴ ἔχουσα ἐν γαστρὶ αἰσθάνεται τῶν σκιρτημάτων τοῦ βρέφους ἔνδον αὐτῆς· οὕτω καὶ αὐτοὶ ἐκ τῆς ἐγγινομένης χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, γινώσκουσιν ὅτι τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν αὐτοῖς, ὅπερ ἐκομίσαντο ἐν τῷ βαπτίσματι· περὶ ταύτης γὰρ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου βαπτίσματος [2] εἶπεν ὁ Χριστὸς, ὅτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι, καὶ αὖθις, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἤθελον [3] εἰ ἤδη ἀνήφθη.

Resp. Novi veluti ex effectu (ut loquitur Esaias) [a] *Propter metum tuum Domine in ventre concepimus, & peperimus Spiritum salutis*. In quo declarat nos Spiritum sanctum accepisse tum, cum illuminati sumus per baptisma. Ait enim Deus rursus per prophetam, de iis qui baptizantur: [b] *Inhabitabo in illis, & inambulabo*. Itemque [c] *Effundo de Spiritu meo super omnem carnem*. Quotquot igitur divinum Spiritum in ventre acceperunt, in sancto baptismate, intus in intimis præcordiis, ex agitationibus, motionibus & punctionibus, exsultationibus & operationibus, atque, ut ita dicam, saltationibus gratiæ Spiritus, certissime noverunt in imo cordis sui, quod baptizati sunt: nullus enim homo non tinctus baptismo in terra, ejusmodi gratia aut effectu abundat, aut plane perfruitur: licet omnia Dei mandata & justitiæ opera perficiat. Soli id assequuntur qui per aquam & Spiritum regenerati sunt, & Spiritus sancti gratiam in ventre acceperunt, eamque puram atque impollutam conservant. Ut enim mulier uterum gerens sentit motiones fœtus intra se: ita etiam illi ex gratia innata & lætitia & exsultatione quæ in cordibus ipsorum est, cognoscunt quod Spiritus Dei habitat in se ipsis: quem quidem acceperunt in baptismate. Etenim de hac gratia sancti baptismatis dixit Christus, [d] *Regnum cælorum intra vos est*. Et rursus: [e] *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut jam ardeat?*

ΕΡΩΤ. Καὶ πᾶς ἄνθρωπος ἰδιώτης καὶ σοφὸς, διὰ ταύτης μόνης τῆς ἀποδείξεως γινώσκει ὅτι βεβάπτισται, καὶ οὐ δι' ἄλλου οἱουδήποτε τρόπου;

Interr. An omnis homo indoctus & doctus per hanc solam demonstrationem, & non per alium ullum modum, novit se baptizatum esse?

ΑΠΟΚΡ. Η ἀληθὴς καὶ ἀπλανὴς ἀπόδειξις τοῦ Χριστιανοῦ αὕτη ἐστί· καὶ ἄκουσον Παύλου πρός τινας ἐγκαλοῦντος καὶ λέγοντος, ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ὅτι Ιησοῦς Χριστὸς οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἰ μήτι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε; καθὼς γὰρ εἶπον ὅτι ὥσπερ ἡ ἐν γαστρὶ ἔχουσα οὐκ ἀπὸ ῥημάτων, ἀλλ' ἀπὸ [4] πραγμάτων καὶ τῶν τοῦ βρέφους σκιρτημάτων γινώσκει ἀκριβῶς ὅτι συνέλαβεν· οὕτω καὶ ὁ ἀληθὴς Χριστιανὸς οὐκ ἐξ ἀκοῆς γονέων τῶν βαπτισάντων, οὐδὲ ἐξ ἑτέρου τρόπου, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτοῦ καρδίας ὀφείλει τὴν πληροφορίαν ἔχειν, ὅτι ἔλαβεν τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ ὅτι ἠξίωται τοῦ ἁγίου πνεύματος. διὰ τοῦτο ἔλεγε πρός τινας ὁ Παῦλος, τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε, ἤγουν μὴ διώξητε, καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. καὶ πάλιν. οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας, ἀλλ' ἐλευθερίας. ταύτην τὴν χάριν ἀπολέσας ὁ Δαυὶδ, διὰ τῆς μοιχείας, παρεκάλει τὸν Θεὸν, λέγων· ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. ὁρᾷς ὅτι ἔσω ἐν τοῖς τοῦ πιστοῦ κατοικεῖτο πνεῦμα τὸ ἅγιον. λοιπὸν, καθ' ὃ ἂν φυλάττει τὸν οἶκον τῆς ἑαυτοῦ καρδίας καθαρὸν, ὁ

Resp. Vera & ab omni errore libera demonstratio Christiani hæc est. Et audi Paullum apud quosdam conquerentem, & ajentem: [f] *An non agnoscitis quod Jesus Christus habitat in vobis? Nisi forte reprobi estis*. Ut enim dixi, quæ mulier uterum gerit, non verbis, sed rebus ipsis & fœtus motionibus cognoscit se concepisse: ita & verus Christianus non ex auditu parentum qui baptizaverunt ipsum, neque ullo alio modo præterquam ex corde suo certam cognitionem habere debet, quod acceperit sanctum baptisma, & dignus factus sit Spiritu sancto. Propterea dixit ad quosdam idem Paullus, [g] *Spiritum ne exstinguatis*: hoc est ne persequamini, & [h] *ne contristemini Spiritum sanctum, cujus sigillo signati estis ad diem liberationis*. Et rursus: [i] *Non enim accepistis spiritum servitutis, sed libertatis*. Porro cum David hanc gratiam amisisset per adulterium, orabat Deum dicens: [k] *Redde mihi lætitiam salutaris, & Spiritum rectum innova in visceribus meis*. Quia in intimis sensibus fidelis, habitat Spiritus sanctus. Ceterum prout quisque servat domum sui cordis puram, illuminatur, & percipit ignem divinum habitantem in se

a Isa. xxvi. 18. b Lev. xxvi. 12. II. Cor. vi. 16. c Joel. II. 28. Act. II. 16. d Luc xvii. 21. e Luc. xii. 49. f II. Cor. xiii. 5. g I. Thess. V. 19. h Ephes. iv. 30. i Rom. viii. 5. k Psal. l. 12.

1. Morell. σεαυτόν. 2. Ms. πνεύματος. 3. Al. τί θέλω. 4. Ἀπὸ deest in ms.

ἄνθρωπος φωτίζεται καὶ αἰσθάνεται, τοῦ θείου πυρὸς οἰκοῦντος ἐν αὐτῷ διὰ δακρύων, διὰ χαρᾶς, δι' ἀγαλλιάσεως καὶ παρακλήσεως καὶ εὐφροσύνης, καὶ μάλιστα τῷ καιρῷ τῶν ἑορτῶν καὶ συνάξεων καὶ φωτισμάτων, ἐπιδημοῦντος τοῦ ἁγίου πνεύματος συσκιρτᾷ ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ κατοικοῦσα ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐντεῦθεν πληροφορεῖται ὁ ἄνθρωπος ὅτι ἀληθῶς Χριστιανός ἐστι καὶ εἴληφε τὸ ἅγιον βάπτισμα. καὶ μὴ φανῇ [1] σοι ξένα καὶ βαρέα τὰ λεγόμενα. καὶ γὰρ οἱ προφῆται γυναιξὶ συγκοιμώμενοι καὶ μέσον βίου καὶ ἀνθρώπων καὶ πραγμάτων ὑπάρχοντες, τὴν χάριν ταύτην τοῦ ἁγίου πνεύματος εἶχον· καὶ οὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες προφητεύουσαι. οὐ γὰρ ἀναχωρεῖ οὐδὲ βδελύττεται τὸ ἅγιον πνεῦμα τὴν κοινωνίαν τοῦ τιμίου γάμου. ὅθεν καὶ πολλοὶ τῶν ἐν κόσμῳ πάσχουσιν ἐνεργήματα τῆς τοιαύτης χάριτος τοῦ ἁγίου πνεύματος. φημὶ δὴ οἵτε τῷ θυσιαστηρίῳ παριστάμενοι, οἵτε τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων μεταλαβεῖν προσερχόμενοι· ἐξαίφνης γὰρ δακρύων, καὶ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πληροῦνται· ὅθεν καὶ πληροφορεῖται ὁ Χριστιανὸς, οὐ ψιλὸν ἄρτον καὶ οἶνον μεταλαμβάνειν [2], ἀλλὰ σῶμα ἀληθῶς καὶ αἷμα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, πνεύματι ἁγίῳ ἡγιασμένον. οὐ γὰρ πάσχομέν τι τοιοῦτον ἢ τοιαύτην χάριν καὶ ἐνέργειαν ἢ γλυκύτητα ἢ κατάνυξιν πώποτε, ὅταν τὸν ψιλὸν ἄρτον καὶ οἶνον ἐπὶ τῆς τραπέζης ἡμῶν ἐσθίωμεν· κἂν καθαρώτερος ἔσται ὁ ἄρτος τοῦ ἄρτου, καὶ παλαιότερος καὶ βελτίων ὁ οἶνος τοῦ οἴνου τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφερομένου. Ταῦτα ἀνάγκη πᾶσα τὸν Χριστιανὸν ἐπίστασθαι· οὐ γάρ ἐστιν ἐν πάσῃ τῇ πίστει ἡμῶν, καὶ ἐν πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν πάσῃ τῇ θείᾳ γραφῇ ἕτερόν τι τούτου τοῦ πράγματος ἀναγκαιότερον ἢ ὅμοιον. ἐκ τούτου γὰρ πληροφορεῖται ὁ ἄνθρωπος, ὅτι Θεός ἐστιν ἐν αὐτῷ καὶ μετ' αὐτοῦ· ἐκ τούτου γινώσκει ὅτι ἀληθῶς οὐκ ἔστι πίστις ἑτέρα ἐπὶ (τῆς) γῆς, εἰ μὴ μόνον ἡ τῶν Χριστιανῶν. ἐπεί τοι γε καὶ γραφὰς καὶ ἐκκλησίας καὶ θυσίας καὶ διδασκάλους καὶ βίβλους καὶ θεογνωσίαν μερικὴν, καὶ τινὰς ἀγαθοεργίας καὶ ἑορτὰς καὶ ἀλλαγὰς (τῶν) ἱματίων καὶ εὐχὰς καὶ παννυχίδας καὶ ἱερεῖς καὶ ἄλλα πλεῖστα, ἔθνη ἔχουσι. ταύτην δὲ τὴν κεκρυμμένην ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ Χριστιανοῦ χάριν καὶ ἐνέργειαν τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἐπὶ γῆς, εἰ μὴ μόνοι οἱ ὀρθῶς βεβαπτισμένοι [3], εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, πίστει λαμβάνουσι. περὶ τούτου τοῦ πλούτου ἡμῶν λέγει ὁ κύριος, ὅτι ὁμοία ἐστὶ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν ἀγρῷ, ἤγουν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κρυβὲν ἐν ἡμῖν ἐν ἡμέρᾳ τοῦ θείου βαπτίσματος. περὶ οὗ καὶ ὁ Παῦλός φησι, ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἤγουν ἐν τοῖς πηλίνοις ἡμῶν σώμασι. καὶ πάλιν. οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς Θεοῦ ἐστι, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; ταῦτα δὲ ἡμῖν ἀναγκαίως εἰς μέσον ἦλθε, πόθεν ὀφείλει γινώσκειν ὁ Χριστιανὸς ὅτι ἔλαβε τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ ὅτι ἐστὶ Χριστιανὸς ἀληθινός. οὐδὲ γὰρ τὸ εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦτο ἔστι τὸ σημεῖον τοῦ ἀληθινοῦ Χριστιανοῦ. πολλοὶ γὰρ καὶ ἀνάξιοι εἰσέρχονται σὺν ἡμῖν. οὐδὲ τὸ ποιεῖν τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, οὐδὲ τὸ μεταλαμβάνειν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο ἔστι τὸ σημεῖον τοῦ ἀληθινοῦ Χριστιανοῦ. ἴσως γὰρ καὶ ἄπιστοί τινες καὶ αἱρετικοὶ μεταλαμβάνουσι. καὶ πάντα ὅσα ποιοῦμεν ποιοῦσι αὐτοί. ἀλλ' ὡς προεῖπον, τὸ σημεῖον τοῦ ἀληθινοῦ Χριστιανοῦ [4], ὅπερ ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς τῷ Χριστιανῷ, οὐκ ἔξωθέν ποθεν, οὐδὲ ἐν πλαξὶ λιθίναις αὐτὸ δέδωκεν, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. οὐκοῦν ἔσωθεν ἐν ἑαυτοῖς ψηλαφή-

A per lacrymas, per gaudium, per exſultationem & conſolationem & lætitiam: ac præcipue tempore feſtorum dierum & ſacrarum ſynaxium, & illuſtrationum, converſante & afflante Spiritu ſancto, ſimul exſultat gratia ipſius quæ habitat in animo hominis, unde perfecte inſtruitur & firmatur quod vere Chriſtianus ſit, & acceperit ſanctum baptiſma. Porro ne videantur tibi abſurda, aliena & gravia quæ dicuntur: Etenim prophetæ qui cum mulieribus dormiebant, & in medio vitæ & hominum & negotiorum conſtituti erant, iſtam Spiritus ſancti gratiam habebant. Neque viri tantum, ſed etiam mulieres quæ vaticinabantur: non enim refugit neque abominatur Spiritus ſanctus ſocietatem veneran- B di conjugii. Unde plerique eorum qui communem vitam degunt, effectus ejuſmodi Spiritus ſancti gratiæ ſentiunt. Illi inquam, qui ſacro Altari adſiſtunt, & qui accedunt ad Chriſti myſteria percipienda: nam repente e veſtigio implentur lacrymis & gaudio & lætitia. Unde compertum habet Chriſtianus, quod non ſimplicem panem & vinum tantum, ſed vere Corpus & Sanguinem filii Dei, Spiritu ſancto ſanctificatum, percipiat. Non enim ſentimus umquam aliquid tale, aut ejuſmodi gratiam & operationem, aut ſuavitatem, aut compunctionem, quando ſimplicem panem & vinum in menſa noſtra comedimus & bibimus: & licet purior ſit hic panis illo pane, & vetuſtius ac melius vinum, C vino quod propoſitum & oblatum eſt in Altari. Iſthæc ad cognoſcendum utrum quis Chriſtianus ſit, conferunt: neque enim eſt in tota fide noſtra, & in omni eccleſia, & in tota ſcriptura ſacra quidquam magis neceſſarium hac re aut ei ſimile. Ex hoc enim penitus intelligit homo, quod Deus in ipſo eſt & cum ipſo. Ex hoc etiam confirmatur quod re vera alia fides non eſt in terra præter ſolam Chriſtianorum fidem. Tametſi ſcripturas & eccleſias & ſacrificia & doctores & libros & Dei notitiam ex parte, & quaſdam actiones bonas, & feſtos dies & permutationes veſtimentorum, & preces & pervigilia & ſacerdotes, & alia quam plurima gentes habeant. Hanc vero abditam in corde D Chriſtiani gratiam ac Spiritus ſancti operationem, nemo umquam in terra accipit, niſi ſoli dumtaxat rite baptizati fide in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. De his divitiis noſtris dicit Dominus, quod ſimile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, hoc eſt Spiritus ſanctus, qui reconditus eſt in nobis in die divini baptiſmatis, de hoc etiam Paullus dicit: [a] *Habemus theſaurum iſtum in teſtaceis vaſis*: ſcilicet in luteis corporibus noſtris. Ac rurſus, [b] *Neſcitis quod corpora veſtra templum Dei ſunt, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Hæc autem neceſſario a nobis adducta ſunt, unde quis cognoſcere debeat, quod accepit ſanctum baptiſma, & quod verus eſt Chri- E ſtianus. Non enim ingreſſus in eccleſiam indicium eſt veri Chriſtiani: multi enim indigni nobiſcum ingrediuntur: neque vero munire ſe crucis ſigno: neque percipere corpus Chriſti, argumentum eſt veri Chriſtiani. Fortaſſe enim infideles quidam & hæretici ſacrorum participes fiunt, & omnia quæ facimus faciunt etiam ipſi: ſed, ut ante dixi, nota veri Chriſtiani eſt, quam conceſſit Deus Chriſtiano, non extrinſecus, neque in tabulis lapideis ipſam dedit, ſed in tabulis cordis carneis. Igitur tentemus

a Matth. XIII. 44. b I. Cor. III. 16.

1. Ms. φανῶσι. 2. Ms. μεταλαμβάνειν. 3. Ms. βαπτιζόμενοι. 4. Ms. Χριστιανισμοῦ.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 385.



σωμεν, εἰ ἔχομεν ὅπερ ἐδωρήσατο ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐν τῷ βαπτίσματι σημεῖον, καὶ δῶρον καὶ χάρισμα καὶ θησαυρόν. τὰ γὰρ εὐαγγέλια καὶ οἱ προφῆται καὶ οἱ διδάσκαλοι καὶ ἀπόστολοι, πίστιν ῥηματικὴν Θεοῦ ἡμᾶς ἐξ ἀκοῆς διδάσκουσιν. Ὁ δὲ Θεὸς οὐ διὰ ῥημάτων ἀκοῆς, ἀλλὰ διὰ πραγμάτων ἐνυποστάτων ἐν τῇ ψυχῇ διδάσκει τὸν ἄνθρωπον, τί ἐστι Χριστιανός. Διὰ τοῦτο, φησὶν ὁ Παῦλος ὅτι ἔστι πίστις ἐξ ἀκοῆς, καὶ ἔστι πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, καὶ ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. Τοιγαροῦν ἰδοὺ μεμαθήκαμεν τί τὸ σημεῖον τοῦ Χριστιανοῦ, ὅπερ οὐδεμία ἄλλη πίστις κέκτηται ἐπὶ τῆς γῆς. ἀλλὰ μακάριοι οἱ τοῦτο λαβόντες καὶ ἔχοντες, καὶ σὺν αὐτῷ ἐκ τοῦ βίου ὑπάγοντες. αὐτῶν γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

A in nobis ipsis ex imis sensibus, an habeamus indicium quod largitus est nobis Deus in baptismate, & donum & munus & thesaurum. Nam Evangelia & prophetæ, & apostoli, & doctores verbo tenus Dei fidem nos edocent ex auditu. Sed Deus non per verba, sed per actiones quæ inhærent in animo, docet hominem quid sit Christianus. Idcirco, inquit Paullus, [a] *Fides ex auditu*: & [b] *Fides est rerum sperandarum substantia, argumentum eorum quæ non videntur*. Quapropter jam didicimus quod sit indicium Christiani, quod quidem nulla res alia comparavit in terra: verum beati qui hoc perceperunt & continent & cum ipso ex hac vita exce- B dunt: eorum enim est regnum cælorum.

Apud S. Joannem Damascenum *lib.* III. de Imagin. *opp. tom.* I. *pag.* 385.

ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων.

Ἐρώτησις. Τῆς γραφῆς ὑμῶν μηδαμοῦ ἐπιτρεπούσης ὑμῖν προσκυνεῖν τὸν σταυρὸν, τίνος χάριν λοιπὸν αὐτὸν προσκυνεῖτε; εἴπατε ἡμῖν τοῖς Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, καὶ πᾶσι τοῖς ἐπερωτῶσιν ὑμᾶς ἔθνεσι.

Ἀπόκρισις. Διὰ τοῦτο, ὦ ἀνόητοι καὶ ἀναιδεῖς τῇ καρδίᾳ, τάχα συνεχώρησεν ὁ Θεὸς [1] παντὶ ἔθνει σεβομένῳ τὸν Θεὸν, πάντως προσκυνεῖν τι ἐπὶ τῆς γῆς, ἔργον ἀνθρώπου ὑπάρχον, ἵνα μηκέτι δυνῶνται ἐγκαλεῖν τοῖς Χριστιανοῖς περὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς τῶν εἰκόνων προσκυνήσεως. Ὥσπερ οὖν ὁ Ἰουδαῖος προσεκύνει τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, καὶ τὰ δύο Χερουβὶμ τὰ χωνευτὰ καὶ χρυσᾶ, καὶ τὰς δύο πλάκας, ἃς ἐλάξευσε Μωϋσῆς, μηδαμοῦ ἐπιτραπεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ταῦτα προσκυνεῖν ἢ ἀσπάζεσθαι· οὕτω καὶ οἱ Χριστιανοὶ οὐχ ὡς Θεὸν τὸν σταυρὸν ἀσπαζόμεθα, ἀλλὰ δεικνύντες τὴν τῆς ψυχῆς ἡμῶν γνησίαν πρὸς τὸν σταυρωθέντα διάθεσιν.

Hieronymi *presbyteri Hierosolymorum*.

Judæi *Interrogatio*. Quandoquidem Scriptura vestra crucem adorare nusquam vobis permittit, cur igitur ipsam vos adoratis? Respondete nobis Judæis & Græcis, ceterisque omnibus qui hoc a vobis quærimus.

Christiani *responsio*. Idcirco, o stulti & vesani corde, forsitan permisit Deus omni genti colen- C ti se, ut aliquid in terris omnino veneraretur, quod hominis arte factum esset, ne in crimen Christianis verteretur quod crucem & imagines adorarent. Quemadmodum igitur Judæus arcam fœderis adoravit, & duo Cherubim aurea & conflatilia, duasque tabulas quas dolaverat Moyses, cum tamen Deus nullibi concesserit ut ea adoraret & coleret: ita nos quoque Christiani, non tamquam Deum crucem colimus, sed ut sincerum animi nostri erga eum qui crucifixus est, affectum demonstremus.

a Galat. III. 2. *b* Heb. XI. 1.

1. Eadem Lequinius reperit in cod. reg. Christianiss. 2951. expressa his verbis: καὶ γὰρ ὡς συνεχώρησεν ὁ Θεὸς προσκυνεῖν πᾶν ἔθνος χειροποίητα, Ἰουδαίοις τινὰς πλάκας ἐκείνας, ἃς ἐλατόμησε Μωϋσῆς, καὶ τὰ δύο Χερουβὶμ τὰ χρυσᾶ. οὕτως καὶ ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς ἐδωρήσατο τὸν σταυρὸν, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἔργων τὰς εἰκόνας γράφειν καὶ προσκυνεῖν, καὶ δεῖξαι τὸ ἔργον ἡμῶν.

S. SIRICII PAPÆ

EPISTOLÆ

ET

DECRETA.

Nonnulla intexuntur quæ ad eumdem ſanctum Pontificem attinent.

S. SIRICII PAPÆ

EPISTOLÆ ET DECRETA.

EPISTOLA I.[1]

SIRICII PAPÆ AD HIMERIUM episcopum Tarraconensem.

I. De Arianis (Hispana collectio addit *a Catholicis*) *non rebaptizandis.*
II. Ut præter Pascha & Pentecosten (*excepta necessitate*) *baptisma non celebretur.*
III. De apostatis (Hisp. coll. add. *ab Ecclesia separandis.*)
IV. Quod non liceat alterius sponsam in matrimonium sortiri.
V. De his qui (Hisp. coll. add. *acceptam*) *pœnitentiam minime servaverunt.*
VI. De monachis & virginibus propositum non servantibus.
VII. De clericis (Hisp. coll. *De ministris*) *incontinentibus.*
A *VIII. Quales debeant ad clericatus officium pervenire.*
IX. De clericorum conversatione (seu, *Qua ætate sint promovendi.*)
X. De grandævis (Hisp. coll. *De his qui grandævi ad sacram militiam convertuntur.*)
XI. Quod clericus qui secundam uxorem duxerit, deponatur. (Hisp. coll. *De clericis qui ad secundas nuptias transeunt, ut deponantur.*)
XII. Quæ feminæ cum clericis habitare debeant.
XIII. De monachorum promotione (Hisp. coll. *propositione ad clerum.*)
XIV. Quod pœnitens non fiat clericus (Hisp. coll. *De clericis ut pœnitentiam per impositionem manus* B *sacerdotis non accipiant.*)
XV. Ut si per ignorantiam vel pœnitens, vel digamus, aut viduæ maritus clerici facti fuerint, non promoveantur. (Hisp. coll. *De pœnitentibus, vel bigamis, seu viduarum maritis, ut non permittantur ad ordinem clericatus admitti.*)

SIRICIUS[2] HIMERIO Tarraconensi episcopo[3].

I. DIrecta ad decessorem nostrum sanctæ recordationis Damasum fraternitatis tuæ relatio me jam in sede ipsius constitutum, quia sic Dominus ordinavit, invenit. Quam cum in conventu fratrum solicitius legeremus, tanta invenimus, quæ reprehensione & correctione sint digna, quanta C optaremus laudanda cognoscere. Et quia necesse nos erat, in ejus labores curasque succedere cui per Dei gratiam successimus in honorem; facto, ut oportebat, primitus meæ provectionis indicio, ad singula, prout Dominus adspirare dignatus est, consultationi tuæ responsum competens non negamus: quia[4] officii nostri consideratione, non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus major cunctis Christianæ religionis zelus incumbit. Portamus onera omnium qui gravantur: quin immo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, qui nos in omnibus, ut confidimus, administrationis suæ protegit & tuetur heredes.

II. Prima itaque paginæ tuæ fronte signasti, baptizatos ab impiis Arianis plurimos ad fidem catholicam festinare, & quosdam de fratribus nostris eosdem denuo baptizare[5] velle: quod non licet, cum hoc fieri & Apostolus vetet [a], & canones contradicant, & post cassatum Ariminense concilium, missa ad provincias a venerandæ memoriæ prædecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant, quos nos cum Novatianis aliisque hæreticis, sicut est in synodo constitutum, per invocationem solam septiformis Spiritus, episcopalis[6] manus impositione, catholicorum conventui sociamus, quod etiam totus oriens occidensque custodit: a quo tramite vos quoque posthac minime convenit deviare, si non vultis a nostro collegio synodali sententia separari.

III. Sequitur[7] deinde baptizandorum, prout unicuique libitum fuerit, improbabilis & emendanda confusio, quæ a nostris consacerdotibus, quod commoti dicimus, non ratione auctoritatis alicujus, sed sola temeritate præsumitur, ut passim ac D libere Natalitiis[8] Christi seu Apparitionis, nec

[a] Ephes. IV. 5.

1. Scripta ann. Christi 385. Exstat in omnibus antiquis canonum collectionibus. Eam Innocentius I. epist. 6. ad Exsuperium num. 2. Agathense concilium can. 9. Joannes II. papa epist. ad Cæsarium, Cresconius in Breviario canonico, aliique recentiores canonum collectores laudant. Ejusdem mentionem facit & Isidorus Hispal. de script. eccles. c. 3. A Dionysio Exiguo in quindecim divisa est capitula, titulis totidem ei præfixis: qui quidem in plerisque ejus exemplaribus & simul in fronte epistolæ, & seorsim singuli singulis capitulis præmittuntur. Titulos illos ita servamus, ut ubi perspicuitas nonnihil desiderat, hoc supplentes uncinis includerimus. Non alia ejus est divisio in eo canonum codice quem Quesnellus vulgavit, ut ex prævio ejus Indice manifestum est, ubi inscribitur, *Epistola Siricii papæ ad Himerium episcopum Tarraconensem super xv. capitulis respondentis*, quamvis in ipsius epistolæ fronte prænotetur, *Epistola Siricii* &c *sub titulis* XVI. Heic nempe tituli decimisexti nomine donatur mandatum, quo Himerius, quæ ad capitula XV responsa sunt, episcopis ceteris nota facere jubetur. COUTANT.

2. Merlin. *Cumerio*. Unus ms. *Hiemerio*. Alter, *Hiera*. Gerund. *Eumerio*. In vetusto Corb. vocis *Himerio* littera *m* linea transversa est. ID.

3. Dionysius heic addidit *salutem*: quod verbum retinuerunt qui secuti sunt illius collectionem. ID.


4. In vulgatis, Merlino excepto, heic præponitur *pro*, quod abest a mss. ID.

5. In uno ms. desideratur *velle*. In Regio autem exstat, *vel quod non liceat velle, cum hoc*. ID.

6. Nicæno in concilio, quod heic simplici *synodi* vocabulo laudatur, exstat ὥστε χειροθετουμένους, pro quo vetus interpres quem Isidorus Merc. sequitur, legisse videtur ὥστε χειροτονουμένους, id quippe latine convertit, *ut ordinentur*. Sed cum Dionysio Exiguo, *ut impositionem manus accipientes*, præferendam esse ex his Siricii verbis liquet. Eamdem interpretationem firmat & Innocentius I. ep. 16. E n. 10. ubi Nicænam canonem laudat ac totum refert. ID.

7. Hadriani vetus collectio, *Sequitur ac diversi baptizandorum, prout*. Isidorus vero Merc. *Sequitur ac diversis baptizandorum temporibus, prout*: quod postremum in edit. Rom. & concil. prælatum est. Sinceriorem lectionem revocamus ex Dionysii aliisque melioris notæ mss. ID.

8. Unus ms. *episcopi*, loco *Christi*. Deinde *Apparitionis* vocabulo id festum notatur, quod etiam num cum Græcis *Epiphaniam* appellamus. ID.



non & Apostolorum seu Martyrum festivitatibus innumeræ, ut asseris, plebes baptismi mysterium consequantur; cum hoc sibi privilegium & apud nos, & apud omnes ecclesias, dominicum specialiter [1] cum Pentecoste sua Pascha defendat; quibus solis per annum diebus, ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi convenit sacramenta, his dumtaxat electis, qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomen dederint, & exorcismis quotidianisque orationibus atque jejuniis fuerint expiati; quatenus apostolica illa impleatur præceptio [a], ut expurgato fermento veteri, nova incipiat esse conspersio. Sicut [2] sacram ergo paschalem reverentiam in nullo dicimus esse minuendam; ita infantibus qui necdum loqui poterunt per ætatem, vel his B quibus in qualibet necessitate opus fuerit sacri unda baptismatis, omni volumus celeritate succurri; ne ad nostrarum perniciem tendat animarum, si negato desiderantibus fonte salutari, exiens unusquisque de sæculo & regnum perdat & vitam. Quicumque etiam discrimen naufragii, hostilitatis incursum, obsidionis ambiguum, vel cujuslibet corporalis [3] ægritudinis desperationem inciderint, & sibi unico credulitatis auxilio poposcerint subveniri, eodem quo poscunt momento temporis, expetitæ regenerationis præmia consequantur. Hactenus erratum in hac parte sufficiat: nunc præfatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicæ petræ [b] super quam Christus universalem construxit Ecclesiam, soliditate divelli. C

IV. Adjectum est etiam, quosdam Christianos ad apostasiam, quod dici nefas est, transeuntes, & idolorum cultu ac sacrificiorum contaminatione profanatos. Quos a Christi corpore & sanguine, [4] quo dudum redemti fuerant renascendo, jubemus abscidi. Et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conversi, his, quam diu vivunt, agenda pœnitentia est, & in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda: quia, docente Domino [c], nolumus mortem peccatoris, [5] tantum ut convertatur, & vivat.

V. De conjugali autem [6] velatione requisisti, si desponsatam alii puellam, alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus: quia illa benedictio quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur.

VI. De his vero non incongrue dilectio tua apostolicam sedem credidit consulendam, qui acta pœnitentia, tamquam canes ac sues ad [7] vomitus pristinos & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & inhibitos denuo appetivere concubitus, quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia jam suffugium non A habent pœnitendi, id duximus decernendum, ut sola intra ecclesiam fidelibus oratione jungantur, sacræ mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint; a dominicæ autem mensæ convivio segregentur; ut hac saltem [8] districtione correpti, & ipsi in se sua errata castigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscenis cupiditatibus retrahantur. Quos tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus sublevari. Quam formam & circa mulieres quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, servandam esse censemus.

VII. [9] Præterea monachorum quosdam atque monacharum, abjecto proposito sanctitatis, in tantam protestaris demersos esse lasciviam, ut prius clanculo, velut sub monasteriorum prætextu, illicita ac sacrilega se contagione miscuerint: postea vero in abruptum conscientiæ desperatione perducti, de illicitis complexibus libere filios procreaverint; quod & publicæ leges & ecclesiastica jura condemnant. Has ergo impudicas detestabilesque personas a monasteriorum cœtu ecclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus: quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio possint pœnitudinis igne decoquere, ut eis vel ad mortem saltem, solius misericordiæ intuitu, per communionis gratiam possit indulgentia subvenire.

VIII. Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in venerandæ religionis injuriam ita per vestras provincias calcatos [10] atque confusos, caritate tua insinuante, reperimus, ut Jeremiæ nobis voce dicendum sit: [d] *Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lacrymarum, & flebo populum hunc die ac nocte?* Si ergo beatus propheta ad lugenda populi peccata non sibi ait lacrymas posse sufficere; quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare? præcipue quibus D secundum beatum Paullum, instantia quotidiana & solicitudo omnium ecclesiarum indesinenter incumbit. [e] *Quis enim infirmatur, & non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Plurimos enim sacerdotes Christi atque levitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de conjugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac [11] præscriptione defendere, quia in veteri Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa.

IX. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum, præceptorque vitiorum: Si æstimat, quia E in lege Moysi passim sacris ordinibus a Domino laxata sunt frena luxuriæ, cur eos quibus commit-

a I. Cor. V. 7. *b* Matth. XVI. 18. *c* Ezech. XVIII. 23. *d* Jer. IX. 1. *e* II. Cor. XI. 29.

1. Dion. Hadr. ac vetustiores mss. *cum Pentecoste* (aut *Pentecosten*) *suo*. COUTANT.
2. Quesn. cum tribus mss. Colb. & uno Pith. omittit *sacram*. ID.
3. Apud Merlin. ut in mss. *ægritudinem desperationis*. ID.
4. Quatuor mss. *quod dudum*, non insitato lapsu librariorum, maxime eorum qui verba ex ore dictantis excipiunt, quibus in simili verborum concursu litteram addere familiare est. At longe plures ac potiores cum editis, *quo dudum*. ID.
5. Ita mss. nisi quod in tribus, *tantum ut revertatur*. At edit. Rom. & concil. *sed ut convertatur*. ID.
6. Merlin. & Crab. *vetatione*. Posteriores edit. concil. cum Rom. *violatione*: renitentibus mss. in quorum duobus mox *nupta*, loco *nupturæ*, & in uno *nupturis* . . . . *violentur*. ID.
7. Solus Quesn. *ad vomitum & volutabra*. ID.
8. Vetustior codex Corb. *distinctione*. ID.
9. Capitulo huic in laudato codice Colb. 3368. cui & Pith. concinit, hæc præponitur summa: *Si monachi vel monachæ nupserint*. Alius Colb. præ se fert: *De lapsu monachorum vel monacharum*. ID.
10. In duobus mss. Colb. *calcatos canones*; quæ lectio ut admitteretur, prius *a quibus*, non *quos*, substituendum fuisset. ID.
11. Antiquiores mss. *perscriptione*. ID.

tebantur sancta sanctorum, præmonet dicens: [a] A *Sancti estote, quia & ego sanctus sum, Dominus Deus vester?* cur etiam procul a suis domibus, anno vicis suæ, in templo habitare jussi sunt sacerdotes? hac videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possent carnale exercere commercium, ut conscientiæ integritate fulgentes acceptabile Deo munus offerrent. Quibus expleto deservitionis suæ tempore, uxorius usus solius successionis caussa fuerat relaxatus; quia non ex alia, nisi ex tribu Levi, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti.

X. Unde & Dominus Jesus cum nos suo illustrasset adventu, in Evangelio protestatur [b], quia B legem venerit implere, non solvere. Et ideo [1] Ecclesiæ, cujus sponsus est, formam castitatis voluit splendore radiare, ut in die judicii, cum rursus advenerit, sine macula & ruga eam possit, sicut per Apostolum suum instituit [c], reperire. Quarum sanctionum omnes sacerdotes atque levitæ insolubili lege constringimur, ut a die ordinationis nostræ, sobrietati ac pudicitiæ & corda nostra mancipemus & [2] corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his quæ quotidie offerimus, sacrificiis placeamus. [d] *Qui autem in carne sunt*, dicente electionis vase, *Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis*. Et ubi poterit, C nisi in corporibus, sicut legimus, sanctis, Dei spiritus habitare?

XI. Et quia aliquanti de quibus loquimur, ut tua sanctitas retulit, ignoratione lapsos esse se deflent: his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento, in hoc quo detecti sunt, quam diu vixerint, [3] officio perseverent; si tamen posthac continentes se studuerint exhibere. Ii vero qui illiciti privilegii excusatione nituntur, ut sibi asserant veteri hoc lege concessum [e]; noverint se ab omni ecclesiastico honore quo indigne usi sunt, apostolicæ sedis auctoritate dejectos, nec umquam posse veneranda D attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscenis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præsentia cavere nos præmonent in futurum: quilibet episcopus, presbyter atque diaconus, quod non optamus, deinceps fuerit talis inventus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum: quia FERRO NECESSE est excidantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.

XII. Didicimus etiam, [4] licenter ac libere inexploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint numerosa conjugia, ad præfatas dignitates, prout cuique libuerit, adspirare. Quod non tantum illis qui [5] ad hæc immoderata ambitione perveniunt, quantum metropolitanis specialiter pontificibus imputamus, qui dum [6] inhibitis ausibus connivent, Dei nostri, quantum in se est, præcepta contemnunt. Et ut taceamus quod altius suspicamur, ubi illud est, quod Deus noster data per Moysen lege constituit, dicentes: [f] *Sacerdotes mei semel nubant?* & alio loco, [g] *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, non repudiatam, non meretricem?* Quod secutus Apostolus ex persecutore prædicator, [h] *unius uxoris virum* tam sacerdotem quam diaconum fieri debere mandavit. Quæ omnia ita a vestrarum regionum despiciuntur episcopis, quasi in contrarium magis fuerint constituta. Et quia non est nobis de hujusmodi usurpationibus negligendum, ne nos indignantis Domini vox justa corripiat, qua dicit, [i] *Videbas furem, & currebas cum eo, & ponebas tuam cum adulteris portionem:* quid ab universis posthac ecclesiis sequendum sit, quid vitandum, generali pronuntiatione decernimus.

XIII. [7] Quicumque itaque se Ecclesiæ vovit obsequiis a sua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari. Qui [8] accessu adolescentiæ usque ad tricesimum ætatis annum, si probabiliter vixerit, una tantum, & ea quam virginem communi per sacerdotem benedictione perceperit, uxore contentus, [9] acolythus & subdiaconus esse debebit; postque ad diaconii gradum, si se ipse primitus continentia præeunte dignum probarit, accedat. Ubi si ultra quinque annos laudabiliter ministrarit, congrue presbyterium consequatur. Exinde post decennium, episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei ejus fuerit approbata.

XIV. Qui vero jam ætate grandævus, melioris propositi [10] conversione provocatus, ex laico ad sacram militiam pervenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo quo baptizatur tempore, statim lectorum aut exorcistarum numero societur; si tamen eum unam habuisse vel habere, & hanc virginem accepisse, constet uxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus & subdiaconus fiat; & sic ad diaconium, si per hæc tempora dignus judicatus fuerit, provehatur. Exinde jam accessu temporum, presbyterium vel episcopatum, si eum cleri ac plebis [11] edecumarit electio, non immerito sortietur.

a Lev. xx. 7. *b* Matth. V. 27. *c* Ephes. V. 27. *d* Rom. VIII. 8. 9. *e* Lev. xxi. 13. *f* Ibid. *g* Exech. XLIV. 22. *h* I. Tim. III. 2. *i* Psal. XLIX. 18.

1. Edit. Rom. & concil. *Ecclesiam cujus sponsus est speciosus forma:* castigantur ex Quesn. & mss. COUTANT.
2. Antiquior e mss. Corb. *corpora, ut Domino Deo nostro in his*. ID.
3. Duo mss. *opere:* inconcinne. ID.
4. In uno mss. Colb. *libenter*. Retinendum cum aliis, *licenter*, id est impune ac repugnante nemine. In veterrimo Corb. ista huic capitulo præmittitur summa: *Periclitare* (pro *periclitari*) *eum metropolitanum, a quo aliquis indigne fuerit ordinatus*. ID.
5. Lab. *qui hæc immoderata ambitione pervertunt:* renitentibus aliis libris. ID.
6. Apud Quesn. *illicitis*. In vetustiore ms. Corb. *dum inhibitos motus non cohibent*. ID.
7. Idem ms. istam præ se fert capituli hujus summam: *Clerici quantis temporibus esse debeant, ut ad episcopatum perveniant*. In Pith. & Colb. hæc eidem præfigitur: *Per* E *quod* (lege *quot*) *gradus acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter vel episcopus fiat*. ID.
8. Editi, *qui ab accessu*. Præpositio *ab* expuncta est auctoritate undecim potiorum mss. ID.
9. Pervetustus codex Corb. cum uno Colbertino & altero Laudunensi, *quinque annis acolythus & subdiaconus esse debebit*. Tum solus Corb. *Postque tricesimo anno ad diaconi gradum*. ID.
10. Edit. Rom. & concil. cum mss. coll. Hadr. *conversatione*. Præferimus cum ceteris libris, *conversione*, hoc est, prioris propositi in allud melius commutatione. ID.
11. Ita codex Pith. cum vetere Colbertino litteris Langobardicis exarato, in quo præterea eadem vox, *edecumarit*, veluti singularis, ad oram libri annotatur. His suffragatur & Corbeiensis sæculo VI. scriptus, in quo tribus prioribus litteris deletis restat, *cuimaneres*, haud dubie pro *edecumaverit*. Colbertinum Codicis a Quesn. vulgati exem-

XV. Quisquis sane clericus aut viduam, aut certe secundam conjugem duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis privilegio mox nudetur, laica tantum sibi communione concessa; quam ita demum poterit possidere, si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.



XVI. Feminas vero non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum caussas habitare cum iisdem synodus Nicæna permisit.

XVII. Monachos quoque, quos tamen morum gravitas & vitæ ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari & optamus & volumus; ita ut qui intra tricesimum ætatis annum [1] sunt, in minoribus per gradus singulos, crescente tempore, promoveantur ordinibus: & sic ad diaconatus vel presbyterii insignia, maturæ ætatis consecratione, perveniant. Nec [2] saltu ad episcopatus culmen adscendant, nisi in his eadem quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tempora fuerint custodita.

XVIII. Illud quoque nos par fuit providere, ut sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita & post pœnitudinem ac reconciliationem nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipisci; quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.

XIX. Et quia his omnibus quæ in reprehensionem veniunt, sola excusatio ignorationis obtenditur, cui nos interim, solius pietatis intuitu, necesse est clementer ignoscere: quicumque pœnitens, quicumque bigamus, quicumque viduæ maritus, ad sacram militiam indebite & incompetenter irrepsit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si ademta sibi omni spe [3] provectionis, in hoc in quo invenietur ordine, perpetua stabilitate permaneat: scituri posthac omnium provinciarum summi antistites, quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum, & de suo, & de eorum statu quos contra canones & interdicta nostra provexerint, congruam ab apostolica sede promendam esse sententiam [4].

XX. Explicuimus, ut arbitror, frater carissime, universa quæ digesta sunt in querelam: & ad singulas caussas, de quibus per filium nostrum Bassianum presbyterum ad Romanam ecclesiam, utpote ad caput tui corporis, retulisti, sufficientia quantum opinor responsa reddidimus. Nunc fraternitatis tuæ animum ad servandos canones & tenenda decretalia constituta magis ac magis incitamus; ut hæc quæ ad tua rescripsimus consulta, in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem, & non solum eorum qui in tua sunt diœcesi constituti: sed etiam ad universos Carthaginienses ac Bœticos, Lusitanos atque [5] Gallicios, vel eos qui vicinis tibi collimitant hinc inde provinciis, hæc quæ a nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub litterarum tuarum prosecutione mittantur. Et quamquam statuta sedis apostolicæ, vel canonum venerabilia definita, nulli sacerdotum Domini ignorare sit liberum: utilius tamen, & pro antiquitate sacerdotii tui, dilectioni tuæ esse admodum poterit gloriosum, si ea quæ ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per unanimitatis tuæ solicitudinem, in universorum fratrum nostrorum notitiam perferantur: quatenus & quæ a nobis non inconsulte, sed provide sub nimia cautela & deliberatione sunt salubriter constituta, intemerata permaneant, & omnibus in posterum excusationibus aditus qui jam nulli apud nos patere poterit, obstruatur. Data [6] tertio Idus Februarias, Arcadio & Bautone consulibus.

APPENDIX.

Ex pervetusto codice Corbeiensi.

ET quia quotiens de religione agitur, episcopos convenit judicare; si quando inter duas ecclesias fuerit orta contentio, usque ad synodum vel ante metropolim caussa ecclesiastica deducatur. Nil liceat ante principem ulla ratione suspendi: sed quod agitur inter episcopos, episcoporum sententia terminetur. Si quando evenerit, ut in ecclesia inveniatur simplex successor episcopus, ita ut ea, quæ ab anteriore episcopo conquisita sunt vel, conlata,

plum habet *sequatur*. Regium exemplar meræ collectionis Dionysianæ præ se fert *existerit*, unde in unum Colb. fluxisse videtur *fuerit*, præmisso antea *in eum*, pro *eum*. In exemplis collectionis Hadriani substitutum est *evocarit*: quod & deinceps retentum. Verbum *edecumaverit*, quod perinde sonat atque *e decem* (hoc numero vice omnium posito) *unum meritis præcellentem censuerit*, & Siricii consilio aptissimum est, & ab omni suppositæ lectionis suspicione alienum. In Glossario græco-latino, quod Labbeus edidit, legere est, *ἀποδεκατῶ. Edecumatus, ἀδέκατος, ἀδωροδόκητος*: quod Ducangius in Glossario latino interpretatur, *sincerus*, *insignis*, *praclarus*, *præcellens*, *ut est judex qui muneribus non corrumpitur*. COUTANT.

1. Isidorus, & ex eo edit. Rom. & concil. *Sunt digni*, addito de suo *digni*, quod rectius abest ab anterioribus collectionibus. ID.

2. Unus ms. Colb. ac German. *nec statim ad*. Reg. cum duobus aliis Colb. *nec saltim ad*. Alter regius cum aliquot exemplis Hadr. *nec saltus ad*. Hinc Isid. & ex eo Merlin. & Crab. *nec per saltus ad*. Editi alii, cum duobus mss. *nec statim saltu*. Veterrimus codex Corb. Coislin. Laudun. ac plures alii, *nec saltu ad*: quæ lectio, ut simplicior, ac ceterorum mss. lectionibus affinior, præfertur. ID.

3. Ita mss. antiquiores. Alii vero libri, *promotionis*. IDEM.

4. In pervetusto exemplari Corbeiensi, apposita heic notula, eademque, ut fieri solet quando aliquid suppletur omissum, ad oram libri repetita, litteris Merovingicis novum adjicitur capitulum, seu decretum hactenus ineditum. Idem in ipso epistolæ contextu, ante proximum verbum *Explicuimus*, exhibet Colbertinus codex 1868. interpolatum. Hoc ipsum eadem ratione interpolatum Siricii nomine citatur in vetere canonum collectione ante annos 800. exarata, quam Germanensis bibliotheca nostra asservat. Præterea & alia vetus collectio eidem bibliothecæ nuper dono data hoc paucioribus contractum pariter nomine Siricii laudat. Decretum istud, quod ignoravit Dionysius, ac forte ad aliud Siricii scriptum pertinet, sub triplici illa forma ad epistolæ calcem, appendicis in morem, subjiciemus. ID.

5. Ita Quesn. cum veterrimo ms. Corb. In Remensi legere est *Gallos*. In ceteris vero libris, *Gallicos*. Lab. ad marginem adscripsit, *Gallicanos f. Gallicianos*. Rursum in epistola 17. Leonis ad Turibium n 23. offensuri sumus *Lusitanos*, *Gallicos*; quo postremo nomine Gallæciæ episcopi haud dubie designantur. Ex vocabulo *Gallæcos* factum esse putamus *Gallecos*, ac subinde mutato *e* in *i* obtinuisse *Gallicos*. ID.

6. Tres probæ notæ mss. IV. *Idus*. Mox editi, *viris clarissimis consulibus*. Abest *viris clarissimis* ab antiquioribus mss. neque ista duo verba legit Dionysius Exiguus, uti fidem facit sincerum ejus exemplar in regia bibliotheca asservatum. Postmodum in collectione ab Hadriano ad Carolum M. missa temere adjectum est *vv. cc.* ante *conss.* quod & in alias exinde translatum est. Ex omnibus autem collectionum speciebus nulla est, quæ notam illam consularem non exhibeat. ID.

A per teporem simplicitatis auferantur, & perdat ecclesia per simplicitatem pontefecis, quod inquisierat per prudentiam decessoris; cum inter ecclesiam & ecclesiam hujusmodi fuerit orta contentio, quandoque prudentior successerit, suggerendi illi aditus non negetur: quia, juxta statuta canonum, ecclesia ecclesiæ præjudicium nullo tempore facit; nec potest caritas dividi, quæ & unita est, & toto orbe diffusa.

Idem capitulum interpolatum, quale exstat tum in ms. 424. Germanensi cap. 21, tum in Colbertino 1868. Siricio adscriptum.

Si quando inter duas ecclesias fuerit orta contentio, usque ad synodum vel ante metropolim causa ecclesiastica deducatur. Nulli liceat ante principem ulla ratione suspendi: sed quod agitur inter episcopos, episcoporum sententia terminetur. ([1] Ut veneratio sacerdotibus debetur innoxiis, ita & pœna moderata inquietis atque dejectis. Quemadmodum enim Deo servientes & divini sacerdotii integritate lucentes non solum vitam suam proprium præstant ornamentum, sed etiam subjectæ plebi atque obedienti exemplum; ita ii, quorum indigniora sunt sub integritatis professione peccata, si exclusi degradatique ab episcopis comprobentur,) nullatenus ab aliis episcopis recipiantur. Si quando sic evenerit, ut in ecclesia inveniatur simplex successor episcopus: ita ut in ea, quæ ab anteriore episcopo ecclesiæ conquesita sunt vel conlata, per teporem simplicis auferantur, & perdat ecclesia per simplicitatem pontificis, quod acquisierat per prudentiam decessoris; cum inter ecclesiam & ecclesiam hujusmodi fuerit orta contentio, quandoque prudentior successerit, suggerendi illi aditus non negetur: quia, juxta statuta canonum, ecclesia ecclesiæ præjudicium nullo tempore facit; nec potest caritas dividi, quæ unita est, & toto orbe diffusa.

Idem paucis ac summatim expressum, prout in alia vetusta canonum collectione citatur.

IN EPISTOLA SIRICI PAPÆ.

Si per simplicem episcopum res ecclesiæ amissæ fuerint, successori ejus suggerendi aditus non negetur, &, juxta sententiam canonum, ecclesiæ præjudicium nullo tempore fiat: quia una est in toto orbe diffusa.

EPISTOLA II. [2]

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 386.

S. SIRICII PAPÆ AD ANYSIUM Thessalonicensem episcopum.

Ut nullus in Illyrico episcopum sine Anysii consensu ordinet.

Dilectissimo fratri Anysio Siricius.

Etiam dudum, frater carissime, per Candidianum episcopum qui nos præcessit ad Dominum, hujusmodi litteras dederamus, ut nulla licentia
B esset sine consensu tuo in Illyrico episcopos ordinare præsumere: quæ utrum ad te pervenerint, scire non potui. Multa enim gesta sunt illic per contentionem ab episcopis in ordinationibus faciendis, quod tua melius caritas novit. Et ideo solicite agere te oportet, ne, ut factum est, certatim in una ecclesia dum ordinare præsumunt indignos, veluti tres episcopos fecisse videantur. Ad omnem enim hujusmodi audaciam comprimendam vigilare debet instantia tua, Spiritu in te sancto fervente: ut vel ipse, si potes, vel quos judicaveris episcopos idoneos cum litteris dirigas dato consensu, qui possit in ejus locum qui defunctus vel depositus fuerit, catholicum episcopum, & vita & moribus pro-
C batum, secundum Nicænæ synodi statuta, vel ecclesiæ Romanæ clericum de clero meritum ordinare.

EPISTOLA III. [3]

B. SIRICII PAPÆ AD EPISCOPOS Africæ.

Siricius cum synodo ubi edisseruit quanta episcopis cura esse debeat de Ecclesiæ munditie, præcepta vetera a nonnullis jam neglecta restaurare studens, statuit qualiter ordinandi episcopi, ne clericus viduam ducat uxorem, nec ad clerum ad-
D *mittatur qui viduam duxerit, aut qui post remissionem peccatorum cingulum militiæ sæcularis habuerit; ne ex aliena ecclesia clericum quis ordinet. Item de abjectis non suscipiendis. De recipiendis Novatianis & Montensibus, qui ad Ecclesiam redeunt. De continentia sacerdotum ac levitarum. Ut judicium misericordiæ non desit.*

Dilectissimis fratribus & coepiscopis per Africam, Siricius [4].

1. Cum in unum plurimi fratres convenissemus ad sancti apostoli Petri reliquias, per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cœ-
E pit exordium, [5] placuitque propter emergentes plurimas caussas, quæ in aliquantis non erant caussæ, sed crimina, de cetero solicitudo esset unicuique

1. Quæ uncinis inclusa sunt, ad legem pertinent Arcadii a Jac. Sirmondo append. cod. Theod. pag. 5. vulgatam, ejusque exordium conficiunt. Coutant.


2. E variis epistolis, quæ olim in concilio Romano sub Bonifacio II. recitatæ, tandem Lucæ Holstenii opera publicatæ sunt, una est. Ad hanc alteramve, quam Siricius ante scripserat, seu ad utramque respiciunt tum Innocentius I. epist. 1. ubi Siricium & Anastasium Anysio tantum detulisse memorat, *ut ei omnia, quæ in illis partibus gererentur, traderent cognoscenda*, tum etiam Leo epist. 3. n. 2. Anastasio Illyrici ecclesias vice sua committens *ad beatæ recordationis Siricii exemplum, qui*, inquit, *sanctæ memoriæ Anysio prædecessori tuo bene de apostolica sede tunc merito, & rebus post sequentibus approbato certa tum primum ratione commisit* &c. Id.

3. Scripta ann. 386. Jan. 6.

4. Tres mss. Colb. cum Fossat. & Corb. necnon Merlinus voci *Siricius* proxime subjiciunt, *Diversa quamvis cum in unum*. Id.

5. Solus Quesn. *placuit*, sublata conjunctione *que*. Hujusmodi pleonasmus præsertim Gregorio familiarissimus est, apud quem secundum mss. exposita quæstione, *ideoque*, pro simplice *ideo*, subjici solet. Unus ms. Colb *placeretque*. Ceteri, ut apud Merlin. *placuerisque*. Totum hoc exordium quamvis Quesnello Differt. 15. c. 5. n. 3. fortuitam synodum sonet, concilio tamen prius indicto apte congruere Baluzius recte probat. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.



in Ecclesia curam hujusmodi habere, sicut apostolus prædicat Paullus [a], talem Deo Ecclesiam exhibendam, non habentem maculam aut rugam, ne per alicujus morbidæ ovis afflatum, [1] conscientia nostra contaminata videretur. Qua de re, meliori consilio id sedit. Propter eos maxime, qui in præsenti, [2] valetudine corporis aut fessæ ætatis caussa, adesse minime potuerunt, quo [3] perpetua istiusmodi forma servetur, litteras tales dare placuit, non quæ nova præcepta aliqua imperent, [4] sed quibus ea quæ per ignaviam desidiamque aliquorum neglecta sunt, observari cupiamus, quæ tamen apostolica [5] & patrum constitutione sunt constituta, sicut scriptum est: [b] *State, & tenete traditiones nostras sive per verbum, sive per epistolam*. Illud certe vestram debet mentem, dilectissimi fratres, vehementius excutere, ut ab omni labe sæculi istius immunes ad Dei conspectum securique veniamus. Non enim erimus immunes, [6] quia præsumus plebibus; cum scriptum sit, [c] *Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur*. Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo credito cogimur præstare rationem, populum disciplina deifica [7] humilem erudire debemus. Exstiterunt enim nonnulli, qui statuta majorum [8] non tenentes, castitatem Ecclesiæ præsumtione sua violarunt, voluntatem populi sequentes Deique judicium non timentes.

2. Ergo ne pari more silentio connivere atque adhibere consensum talibus videamur, unde gehennæ pœnas possimus incurrere, dicente Domino, [d] *Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas*: hæc sunt, quæ deinceps [9] intuitu divini judicii omnes catholicos episcopos expedit custodire.

A I. Primum, ut extra conscientiam sedis apostolicæ, hoc [10] est primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim judicium est, quod plurimorum sententia [11] confirmatur.

II. Ne unus episcopus [12] episcopum ordinare præsumat propter arrogantiam, ne furtivum beneficium præstitum videatur. Hoc enim in synodo Nicæna constitutum est & definitum.

III. Item, si quis post remissionem peccatorum, cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clerum admitti non debet.

IV. Ut mulierem, [13] id est, viduam clericus non ducat uxorem.

V. Ut is, qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum. B

VI. Ut de aliena ecclesia ordinare clericum nullus usurpet.

VII. Ut abjectum clericum alia ecclesia non admittat.

VIII. Ut venientes a Novatianis vel [14] Montensibus, per manus impositionem suscipiantur, [15] præter eos quos rebaptizant.

3. Præterea quod dignum & pudicum & honestum est suademus [16], ut sacerdotes & levitæ cum uxoribus suis non coeant: quia [17] in ministerio, ministerii quotidianis necessitatibus, occupantur. Ad Corinthios namque sic Paullus scribit, dicens: C [e] *Abstinete* [18] *vos, ut vacetis orationi*. Si ergo laicis abstinentia imperatur, ut possint deprecantes audiri; quanto magis sacerdos utique omni momento paratus esse debet, munditiæ puritate securus, ne aut sacrificium [19] offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quid [20] faciat? Excusabit? Quo pudore,

a Ephes. V. 27. *b* II. Thess. II. 14. *c* Luc. XII. 48. *d* Psal. XLIX. 18. *e* I. Cor. VII. 5.

1. Desideratur apud Quesn. *conscientia nostra*. In ms. Corb. exstat quidem *conscientia*, sed deest *nostra*. Mox editi, Merlino excepto, *hac de re*, ubi aliis in libris, *Qua de re*, hoc est, *Quare*, *Quamobrem*. Eodem intellectu in epistola sequenti n. II. visuri sumus, *Qua de re videt*, & in epistola V. n. III. *Qua de re necessarium fuit*. Quod observamus, ut trium illarum epistolarum unum auctorem esse vel inde confirmetur. COUTANT.

2. Particulam *præ* heic Quesnellus præponit. Incommodum vero quod ex hoc loco velut certum suppositionis argumentum objicit, evanescit prorsus, ubi hæc de episcopis Romanæ synodo subjectis dicta intelliguntur. ID.

3. Ita Merlin. cum mss. Aliæ vero editiones concil. cum Rom. *perpetuo*. Apud Quesn. istud *quo perpetua istiusmodi forma servetur* una cum sequente verbo *placuit* omittitur. IDEM.

4. In mss. ut apud Merlin. *sed ea*. Apud Quesn. *sed quia ea*. ID.

5. Quesn. *apostolica patrum sanctione*. At mss. *apostolicæ* (vel *apostolicæ*) *patrum constitutione*. Receptæ lectioni suffragatur illud Carthaginiensis II. concilii can. 2. *ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus*. ID.

6. Ita tres potiores mss. ac Merlin. Alii duo cum Crab. *qui præsumus*. Ceteri libri, *qui & præsumus*. ID.

7. Vox *humilem* apud Quesn. desideratur. Merlin. præfert *disciplinam deificam* (editi alii heic addunt *&*) *humilem*. In ms. Fossat. & uno Colb. legere est *disciplina Dei humilem*. In altero Colb. *disciplinam deificam humilem*. Alios duos Colb. Corbeiensi consentientes sequimur. ID.

8. Edit. Rom. & concil. *majorum contemnentes*; refragantibus aliis libris. ID.

9. Fossat. ms. *deinceps catholicos*, omissis intermediis verbis. Ibi autem voce *omnes*, ii intelliguntur episcopi quibus primum epistola inscripta erat. ID.

10. In uno ms. corrupte, *hæc est prima testatio*. In aliis duobus, *hoc est primates*. Quesn. suppresso *hoc est*, retinuit *primates*. Rectius in veterrimo Corbeiensi & aliis mss. ut in edit. Rom. & concil. *hoc est primatis*. ID.

11. Ita ms. Corb. cum duobus Colb. ut & apud Innocentium. Alii vero duo, *consequatur*. Solus Quesn. *consecratur*. Editores alii, *consequitur*. ID.

12. Vox *episcopum* a pervetusto ms. Corb. abest non solum heic, sed & in epistola 2. Innocentii ad Victricium. Hæc Siricii verba Ferrandus diac. in Breviar. n. 6. mutavit atque interpolavit in hunc modum: *Ut unus episcopus episcopum non ordinet excepta ecclesia Romana*. ID.

13. Quesn. suppressit *id est*. Decretum hoc & Ferrandus num. 3. sic laudat, *Ut mulierem clericus non ducat uxorem*, illudque totidem verbis Innocentius epistolæ suæ ad Victricium inseruit. Unde suspicio est, verba ista, *id est viduam*, ex marginali nota in textum irrepsisse. ID. D

14. Fossat. ms. *Montanis*. Epiphanius Ancorati capite 13. observat Novatianos Romæ *Montenses* (μοντησίυς) vocari, nulla alia, ut videtur, nisi hujus epistolæ & alterius Innocentii auctoritate, cum memorata utrobique *Montensium* & *Novatianorum* nomina synonyma existimasset. ID.

15. Quesn. *eo quod rebaptizant*. Nostri quoque mss. *ex eo quod rebaptizant*, nisi quod in uno exstat *rebaptizent*, & in altero *rebaptizentur*. Vera hujus loci lectio & intelligentia ex Innocentii epistola 2. n. 11. repetenda est. ID.

16. Duo mss. *suademus sacerdotes & levitas*. Alii duo, *suademus quid sacerdotes & levitæ*. ID.

17. Ita unus ms. Colb. faventibus ceteris. Nam vetus Corb. exhibet, *in ministerium ministerii in quotidiunis*. Duo alii cum Fossat. quos & Merlinus sequitur, *in ministerio ministri quotidianis*. Quesn. suppressa *ministri* voce retinuit *in ministerio quotidianis*. Crab. ejusdem vocis loco præter veterum codicum fidem substituit *divino*, ac legit, *in ministerio divino quotidianis*: quæ lectio exinde in edit. Rom. & concil. obtinuit. Non displiceret, *quia hi ministri ministerii quotidianis*. Simplicior ac planior est hæc Innocentii epist. 2. n. 12. *quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur*. ID. E

18. Abest *vos* ab omnibus mss. sed in epistola 2. Innocentii exstat. ID.

19. Quesnellus qui *offerre* heic legit, differt. 15. cap. 5. n. 9. leviuscule sugillat hunc locum, quasi eo dicatur sacerdos *omni momento* cogi posse ad offerendum: cum nativus ejus intellectus sit, sacerdotem ad offerendum aut baptizandum omni momento paratum esse debere. Qua in sententia nihil absurdi aut falsi, si nullum sit momentum, in quo ad baptizandum cogi possit. ID.

20. Unus e mss. *quid faciat excusare?* Non displiceret, *quid valeat* [supplendo *eum*) *excusare*? Alter, *quid faciet? quid excusabit*? Alius, *qualiter se excusabit*? ID.


qua mente usurpabit? Qua conscientia, quo meri- A to hic exaudiri se credit, cum dictum sit: [a] *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?* Qua de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod potest jure etiam gentilitas accusare. Forte [1] hoc creditur; quia scriptum est, [b] *Unius uxoris virum.* Non [2] permanentem in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admisit, qui ait: [c] *Vellem autem omnes homines sic esse, sicuti & ego.* Et apertius declarat, dicens: [d] *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu.*

4. Hæc itaque, fratres, si plena vigilantia fuerint ab omnibus observata; cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæviendi, manebit unanimitas, iniquitas superata calcabitur, caritas spiritali fervore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate concordabit: pax utique Dei nostri, quam Salvator ipse jam proximus passioni servandam esse præcepit, & hereditario nobis jure reliquit, dicens: [e] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis:* & dictum Apostoli [f], ut unanimes, unum sentientes, permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, [g] nec hominibus, sed C Deo nostro salvatori placeamus. His præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire, [h] custodiet Dominus corpora nostra & animas nostras in diem, [i] qua redditurus est unicuique secundum opera sua. Si quis sane [k] inflatus mente carnis suæ, ab hac [3] canonis ratione voluerit evagari, sciat se a nostra communione seclusum & gehennæ pœnas habiturum.

5. Præterea misericordia cum judicio esse debet. Talibus enim oportet labentibus manum porrigere, [4] qui sic currentem non pertrahant in ruinam. Data Romæ in concilio episcoporum LXXX. sub die VIII. Idus Januarias post consulatum Arcadii augusti & Bautonis v. c. conf.

EPISTOLA IV.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.



S. SIRICII PAPÆ AD DIVERSOS episcopos.

I. Ut indignus nullus efficiatur episcopus.

II. Ut ignotis sacerdotium non detur.

III. Ut neophyti vel laici sacerdotes non fiant.

SIRICIUS papa orthodoxis per diversas provincias.

B I. Cogitantibus nobis metum divini judicii, fratres carissimi, & post hanc vitam unumquemque prout gesserit recepturum, quid veniat in querelam tacere non licuit, sed nobis loqui necessitas imperavit, dicente Propheta, [l] *Exalta ut tuba vocem tuam.* Et cui omnium ecclesiarum cura est, si dissimulem, audiam Domino dicente; [m] *Rejicitis* [5] *mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis.* Quid enim aliud est, rejicere mandatum Dei, quam privato judicio & humano consilio novis rebus constituendis liberius delectari?

II. Perlatum itaque est ad conscientiam apostolicæ sedis, contra ecclesiasticum canonem præsumi, C & [6] quæ ita sunt a majoribus ordinata, ut ne vel levi susurro debeant violari, proprias quasdam novas observationes inducere, & prætermisso fundamento, supra arenam velle [7] construere, dicente Domino [n]: [8] *Non transferes terminos, quos constituerunt patres tui.* Quod & sanctus quoque Apostolus novi & veteris Testamenti prædicator monet, in quo locutus est Christus: [o] *State, inquit & tenete traditiones vestras, quas didicistis sive per verbum, sive per epistolam.* Qua de re videt vestra sinceritas, in sacris ministeriis aut in ordinationibus vestris quantum sacerdotum magna cura & diligens solicitudo debeat [9] observare. Denique ad Timotheum loquitur: [p] *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.* D Quod propterea memoratur, ut examine habito, & probitate morum & ecclesiastico labore sit commendatior, qui vocatur in medium ut summum sacerdotium possit accipere, probatus judicio, non favore; susceptus veritate, non gratia; [10] apostolico ordine fultus, non præcipiti voluntate.

a Tit. I. 15. *b* I. Tim. III. 2. *c* 1. Cor. VII. 7. *d* Rom. VIII. 8. *e* Joan. XIV. 27. *f* Philipp. II. 2. 3. *g* I. Thess. II. 4. *h* Philipp. IV. 7. *i* Rom. II. 6. *k* Coloss. II. 18. *l* Isa. LVIII. 1. *m* Marc. VII. 9. *n* Prov. XXII. 28. *o* II. Thess. II. 14. *p* I. Tim. V. 22.

1. Vocula *hoc*, in vulgatis omissa, revocatur omnium mss. auctoritate: quasi diceretur, Forte hoc, quod illicitum prædicamus, creditur licere. Istud etiam Innocentius ita epist. 2. n. 12. expressit: *Sed forte licere hoc credit, quia scriptum est.* Quo in loco aliisque similibus liquet, Innocentium Siricii interpretem egisse, & quod ille strictim atque obscurius scripserat, paullo explicatius atque nitidius enuntiare studuisse; adeoque verum Siricium Innocentio, E non hunc pseudo-Siricio præivisse. Glossema autem sapit, quod apud Quesn. heic legimus: *Forte creditur posse presbyterum, vel potius debere uxorem habere, quia scriptum est.* Nil certe in nostris mss. aut etiam in exemplaribus ejus Codicis quem ille vulgavit, quidquam simile reperimus. COUTANT.

2. Edit. Rom. & concil. præter Merlin. *permanenti*. Rectius alii libri, *permanentem*, videlicet dixit vel intellexit: sed *propter continentiam futuram*, qua ei non licet conjugium iterare, qui sacerdotium quærit; aut si iteravit, hanc dignitatem sperare. ID.

3. Quesn. *canonum*. At ceteri omnes libri, *canonis*, vel mendose *canones*. ID.

4. Unus e mss. Colb. cum Quesn. *quæ . . . pertrahat*. Verius alii libri, *qui . . . pertrahant*. ID.

5. Isid. *Rejecistis* infra epistola VIII. n. II. ei suffragante. ID.


6. Majoris perspicuitatis ergo heic supple, *contra ea*. IDEM.

7. In Mss. *constituere*. ID.

8. Ita mss. At editi, *non transibis*. ID.

9. Editi post Crab. *observari*. Rectius Merlin & mss. *observare*, hoc est, quantam sacerdotum solicitudo vigilantiam debeat adhibere. ID.

10. Noviom. ms. *apostolice ordine*, tum cum ceteris, *fructus*, nisi quod in Navar. secundis curis *functus*, & in Rotomagensi nunc PP. Capucinorum, olim S. Sergii Andegav. secundis item curis, *fultus*. In vulgatis prælatum est *functus*: sed magis placet *fultus*, atque huic correctioni favet illud Leonis epist. 1. c. 5. ubi decessorum suorum firmat decreta, *quibus salubriter constitutum est, ne primum aut secundum, aut tertium in Ecclesiis gradum quisquam laicorum quibuslibet suffragiis* FULTUS *adscendat prius, quam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat.* Neque enim temere Leonem ibi ad hunc præsertim Siricii locum respicere opinemur. ID.



III. De quo, cariſſimi [1] mihi, ante veſtram ſinceritatem hujuſmodi litteræ cucurrerunt multo fratrum & conſacerdotum conſenſu, ut hac veſtra ſubſcriptione firmata eccleſiaſtici canonis diſpoſitio quæ apud Nicæam tractata eſt, confirmata ſuo merito fundatiſſima permaneret: ut tales videlicet ad eccleſiaſticum ordinem permitterentur accedere, quales apoſtolica auctoritas jubet, non quales dico, vel eos qui cingulo militiæ ſæcularis adſtricti olim gloriati ſunt. Qui poſtea quam pompa ſæculari exſultaverunt, aut negotiis reipublicæ optaverunt militare, aut curam mundi tractare, adhibita ſibi quorumdam manu & proximorum favore ſtipati, hi frequenter ingeruntur auribus meis, ut epiſcopi eſſe poſſint, qui per traditionem & evangelicam diſciplinam eſſe non B poſſunt. Quantis hoc aliquoties certatum eſt viribus? Sed nihil tale potuit [2] elici, quæ ratio non compellit. Etiam de longinquo veniant ordinandi, ut digni poſſint & plebis & noſtro judicio comprobari.

IV. Quantum illicitum ſit illud, [3] æſtimari non poteſt, ut tranſeuntes (ſive ſimulent, ſive ſint monachi, quod ſe appellant,) quorum nec vitam poſſumus ſcire nec baptiſmum, quorum fidem incognitam habemus nec probatam, nolint ſumtibus adjuvare, ſed ſtatim aut diaconos facere, aut presbyteros ordinare feſtinent, aut, quod eſt gravius, epiſcopos conſtituere non formident. Carius apud C illos dari ſumtum [4] eſt tranſeunti, quam ſacerdotium. Non retenti, inde in ſuperbiam exaltantur, inde inſuper ad perfidiam cito corruunt; quia fidem veram in eccleſiaſticis toto orbe peregrini diſcere non afferuntur.

V. Certe etiam illud non fuit prætermittendum, ut quod ſemel aut ſecundo neceſſitas hæreticorum intulit contra apoſtolica præcepta [a] velut lege licitum [5] cœpiſſe præſumi, neophytum vel laicum, qui nullo eccleſiaſtico functus fuerit officio, inconſiderate vel presbyterum vel diaconum ordinare: quaſi meliores Apoſtolis ſint, quorum audeant mutare præceptum. Et qui non didicit, jam docere D compellitur. Ita nullus reperitur idoneus clericorum? Nec inter diaconos, nec inter alios clericos invenitur, qui ſacerdotio dignus habeatur; ſed ad condemnationem Eccleſiæ laicus poſtulatur? Quod ne A fiat ultra, admoneo. Prædico, ut unam fidem habentes, unum etiam in traditione ſentire debeamus, probantes nos unanimes atque concordes, pacifici in Chriſto & in obſervationibus apoſtolicis habere caritatem. Medio itaque Patre, & unigenito Filio ejus, & Spiritu ſancto, & unius divinitatis Trinitate, convenio, ut in his fides catholica & diſciplina noſtra permaneat. Nec quiſquam putet, tamquam ordinationes terrenas fieri, cum cæleſte ſit ſacerdotium, ut fidelibus gloria maneat [6] dignitatis ejuſdem, & ante tribunal Chriſti ex hinc non habeat quod accuſet.

EPISTOLA V. [7]

S. SIRICII PAPÆ AD DIVERSOS epiſcopos miſſa adverſus Jovinianum hæreticum ejuſque ſocios ab Eccleſiæ unitate removendos.

Joviniani ac ſociorum perverſam doctrinam publice prodit, ejuſque præcipuos auctores nominatim damnatos denuntiat.

I. Optarem ſemper, fratres cariſſimi, dilectionis & pacis veſtræ ſinceritati gaudia nuntiare, ita ut viciſſim diſcurrentibus litteris, ſoſpitatis veſtræ [8] juvarentur indicio. [9] At vero quia non patitur nos quiete ab incurſione ſua vacare hoſtis antiquus ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet, ſe ante decepit; pudicitiæ adverſarius, luxuriæ magiſter, crudelitatibus paſcitur; abſtinentia [10] puniendus, odit jejunia, miniſtris ſuis prædicantibus [11] dum dicit eſſe ſuperflua, ſpem non habens de futuris, Apoſtoli ſententia repercuſſus, dicentis, [b] *Manducemus & bibamus; cras enim moriemur.*

II. O infelix audacia! o deſperatæ mentis aſtutia! Jam incognitus ſermo hæreticorum intra Eccleſiam caneri more ſerpebat: ut occupans pectus, totum hominem præcipitaret in mortem. Et niſi Dominus ſabaoth laqueum quem [12] paraverat dirupiſſet, ſcena tanti mali & hypocriſis publicata multorum ſimplicium corda traxerat in ruinam: quia facile ad deteriorem partem mens humana tranſducitur, [13] volens per ſpatioſa volitare, quam artæ viæ iter cum labore tranſire.

a I. Tim. III. 6. *b* I. Cor. XV. 32.

1. Duas illas voces, *cariſſimi mihi*, media virgula ſeparant hactenus editi, ſed eas & copulari poſſe ſuadet ſimilis locutio epiſtolæ v. n. III. ubi lecturi ſumus *dilectiſſimi mihi*; & ut re ipſa copulemus, poſtulat ſeries orationis, qua Siricius ſe antea litteras non quidem accepiſſe, ſed multorum fratrum conſenſu dediſſe ſignificat. Quocirca dubium fere non eſt, quin proxime reſtituendum ſit, *ante ad veſtram ſanctitatem*, ac librariis facili lapſu præpoſitio *ad* exciderit. COUTANT.

2. Merlin. ac mſs. *eligi*. Hunc locum ita interpretamur: Nihil eorum, quæ ratio admittere non compellit, E elici ex me potuit. Clarius hic, quam in epiſtola ſuperiori, Siricius explicat, nomine eorum qui *militiæ ſæcularis cingulum habuerint*, non tantum eos a ſe intelligi, qui in caſtris ſtipendia meruerunt, ſed & eos qui reipublicæ negotiis obſtricti ſunt. ID.

3. Supple, *quod a nonnullis committitur*. ID.

4. Verbum *eſt*, quod a Crab. expunctum fuerat, & ex Merl. ac mſs. revocatur, non ad *ſumtum*, ſed ad *carius* referendum eſt in hunc modum: *Carius eſt apud illos dari ſumtum tranſeunti* &c. id eſt, vilius æſtimant ſacerdotium, quam ſumtum peregrini. Deinde editi, *quam ſacerdotium non retento. Inde in ſuperbiam exaltatur*: refragantibus mſs. Iſtud ita intelligere eſt: Monachi illi *non retenti*, quo eorum fides ac mores probentur, ſed ſtatim cum ſacerdotali gradu dimiſſi, *inde in ſuperbiam exaltantur*. ID.

5. In vulgatis deſideratur *cœpiſſe*: quod ex mſs. collectionis Hiſp. ſupplemus. Mallemus *cœpiſſet*, ac totum hunc locum ita legi: *non fuit prætermittendum, id quod ſemel & ſecundo neceſſitas hæreticorum intulit, velut lege licitum* eſſe jam *cœpiſſet*, *contra apoſtolica præcepta* a nonnullis *præſumi*, *neophytum* ſcilicet *vel*. ID.

6. In uno mſ. Colb. *divinitatis*. ID.

7. Scripta circa anno. 389. ID.

8. Crab. *indicia intimarent*. Merlin. *indicia juvarentur*. Queſn. *juvaretur indicio*. Editi alii, *juvaremur indicio*. At mſs. magno conſenſu, *juvarentur* (ſcil. *gaudia*) *indicio*. ID.


9. Ita potiores mſs. cum Queſn. Alii vero coll. Hiſp. & Iſid. *ſi quietos nos ab incurſatione ſua vacare hoſtis antiquus ſineret ab initio mendax*: quæ lectio quamvis peregrinæ manus operam ſuboleat, a Merlino tamen & Crab. prælata eſt, addito relativo *qui* poſt verbum *ſineret*. In edit. Rom. exſtat, *Numquam patitur nos quietos*. In aliis edit. *quia non patitur nos quietos*, omiſſo *At vero*. ID.

10. Queſn. *torquetur*. Editi alii, *punitur*: caſtigantur ex potioribus mſs. ID.

11. Edit. Rom. poſt Crab. *eadem dicit*: refragantibus mſs. ID.

12. Crab. ac deinde edit. Rom. & concil. *paraverant*: & mox, *traxiſſet*: præter fidem mſs. ID.

13. Edit. Rom. *malens*. Aliæ concil. ſecundum mſs. coll. Hiſp. & Iſid. *volens magis*. In ſincerioribus libris reticetur *magis*, quod antiquis inſolens non eſt. Deinde edit. Rom. *per ſpatioſa ambulare*. Merlin. aliæque concil. cum mſs. coll. Hiſp. & Iſid. *per ſpatioſam viam ambulare*. Tum unus e mſs. Colb. *quam artæ vitæ iter*. ID.



III. Qua de re necessarium satis fuit, dilectissimi mihi, quæ heic gesta sunt, ad vestram conscientiam cognoscenda mandare: ne [1] ignorantia cujuspiam sacerdotis, pessimorum hominum Ecclesiam irrumpentium, sub religioso nomine, contagio violaret: sicut scriptum est Domino dicente, [a] *Multi venient ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces; a fructibus eorum cognoscetis eos.* [2] Hi sunt videlicet, qui subtiliter Christianos se se jactant: ut sub velamento pii nominis gradientes, domum orationis ingressi, sermonem serpentinæ disputationis effundant; [b] *ut sagittent in obscuro rectos corde*, [3] atque a veritate catholica avertendo, ad suæ doctrinæ rabiem diabolico more transducant, atque ovium [4] simplicitatem defraudent. Et quidem multarum hæresum malignitatem [5] ab Apostolis nunc usque didicimus, & experti probavimus: sed numquam tales canes Ecclesiæ mysterium latratibus fatigaverunt, quales [6] nunc subito hostes fidei erumpentes, doctrina perfidiæ pullulata, cujus sint discipuli, verborum fructibus prodiderunt. Namque cum alii hæretici singula sibi genera quæstionum male intelligendo proposuerint convellere atque concerpere de divinis institutionibus; isti non habentes vestem nuptialem [c], sauciantes catholicos, novi ac veteris Testamenti, ut dixi, continentiam pervertentes, & spiritu diabolico [7] interpretantes, illecebroso atque ficto sermone aliquantos [8] Christianos cœperunt jam vastare, atque suæ dementiæ sociare, [9] intra se continentes nequitiæ suæ virus. [10] Verum electi blasphemias suas conscriptione temeraria publice prodiderunt, & desperatæ mentis furore conciti, passim [11] in favorem gentilium publicarunt. [12] Sed a fidelissimis Christianis, viris genere optimis, religione præclaris, ad meam humilitatem subito scriptura horrifica videtur esse delata: ut sacerdotali judicio detecta divinæ legi contraria, spiritali sententia deleretur. Nos sane [13] nuptiarum vota non aspernantes accipimus, quibus [14] velamine interfuimus: sed virgines quas nuptiæ creant, Deo devotas majore honorificentia muneramus. Facto igitur presbyterio, constitit doctrinæ nostræ, id est [15] Christianæ legi, esse contrariam.

IV. Unde Apostoli secuti præceptum [16], quia aliter quam quod accepimus annuntiabant, omnium nostrum tam presbyterorum & diaconorum, quam etiam totius cleri, [17] unam scitote fuisse sententiam, ut Jovinianus, [18] Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, [19] Plotinus, Martianus, Januarius & Ingeniosus, qui [20] incentores novæ hæresis & blasphemiæ inventi sunt, divina sententia & nostro judicio in perpe-

a Matth. VII. 15. 16. *b* Psalm. X. 3. *c* Matth. XXII. 12.

1. Apud Quesn. *ignorantiam*: mendose. COUTANT.

2. In mf. Pith. & uno Colb. *Hi sunt videlicet quasi utilitate Christ.* In altero Colb. *Hi sunt videlicet, qui quasi quadam utilitate Christ.* quod corrigens Quesn. substituit, *Hi sunt videlicet, qui sub vestium vilitate*. Et hæc quidem correctio nostris, qui Ambrosii editionem adornarunt, aliquando placuit. Sed vulgata lectio, quam non solum Isidori, sed & Hispanæ collectionis mss. confirmant, conjecturæ haud satis firmæ jure antefertur. ID.

3. Edit. concil. post Rom. & Baron. *atque veritatem catholicam pervertendo*, nisi quod apud Lab. exstat *vertendo*; Merlin. Crab. Quesn. ac nostris mss. renitentibus. Exinde Crab. *ad suæ doctrinæ scabiem* substituit. ID.

4. Duo mss. *simplicitate*. ID.

5. Ita antiquiores mss. cum edit. Quesn. & Ambros. Ceteri vero libri, *ab apostolicis temporibus*. ID.

6. Apud Baron. ut in edit. Rom. *quales isti nunc subito erumpentes, doctrina perfidiæ polluti, hostes fidei, qui cujus sint*. Nostra lectio est ceterorum librorum, nisi quod in uno Colb. *polluta*, & in aliis tribus *pollutorum* exstet, pro *pullulata*. ID.

7. In mss. coll. Hisp. & Isid. ut apud Crab. desideratur *interpretantes*. Idem verbum, nec non ista, *& spiritu diabolico*, in edit. Rom. & apud Baron. desunt. Ex aliis libris revocantur. ID.

8. Loco vocis *Christianos*, apud Quesn. legimus *Romanos*: refragantibus aliis libris. ID.

9. Apud Quesn. & ex eo in nova Ambrosii editione, *non intra se*, adjecta particula negante, an cum aliqua scripti codicis auctoritate, non apparet. Ceterorum librorum lectioni suffragatur istud Augustini lib. 2. Retr. c. 12. *Remanserant autem istæ disputationes in quorumdam sermonibus ac susurris, quas palam suadere nullus audebat.* Eamdem & orationis series exigit. ID.

10. Apud Merlin. & Crab. ut in mss. coll. Hisp. & Isid. *velut electi*. Apud Lab. ex margine Crab. & in quibusdam Ambros. edit. *Verum electi*. Antiquiores mss. duo Colb. & unus Pith. *Verum illecti.* Nihil prope ambigimus, quin restituendum sit, *Verum detecti*: adeo ut qui nequitiæ suæ virus intra se continebant, ubi primum illud latere jam non posse deprehenderunt, blasphemias quas clam mussitando suggerebant, publica scriptione defendere jam cœperint. Noluimus tamen lectionem nulla certa auctoritate fultam obtrudere. Interpolationis ac falsitatis suspecta videtur hæc Quesnelli, *Verum electi eorum*: quasi Joviniano ac sociis, perinde atque Manichæis, sui fuissent electi; quod nullus memoriæ mandavit. Non levior est interpolatio, quæ in edit. Rom. ita habetur: *virus, præferentes se tamquam electi, blasphemias tamen suas conscriptione temeraria publicarunt*. ID.

11. Plerique ac vetustiores mss. cum Merl. *in furore*. Duo alii, *furore* sine *in*. Quesn. *furorem*. Magis placet cum edit. Rom. Crab. & Ambros. *in favorem*: quia & vox *furore* proxime antecedit, & re ipsa gentilium moribus Joviniani doctrina plurimum favet. Exinde sola editio Rom. *se prodiderunt*, pro *publicarunt*. ID.

12. Apud Quesn. *Eorum autem insania a fidelissimis . . . subito per scripturam honorificam videtur esse delata*: lectio interpolata, nec ad Siricii mentem exacta. In uno quidem mf. Colb. ut & in Rem. & Pith. habetur *scriptura honorifica*, & apud Merlin. *honorificata*; sed cum ceteris libris præferendum *scriptura horrifica*, ea ipsa videlicet, quæ paullo antea *conscriptio temeraria* vocabatur. ID.

13. Lab. *nuptias non aspernanter*. ID.

14. Ita mss. At edit. Rom. & Baron. *velamini interfuimus, sed virginum nuptias Deo devotas . . . . honoramus*. Merlin. & Crab. *velamine interfuimus*: tum solus Merlin: *sed virgines Deo devotas* &c. omissis verbis, *quas nuptiæ creant*. Exinde apud Lab. *veneramur*, pro *muneramus*: quo aptius enuntiatur merces, quæ virginitati ut majoris meriti, ita & major debetur. Minime autem admittenda est conjectura, qua pro *velamine*, Crab. *vero animo* mallet. Un enim Ambrosius epist. 19. ad Vigilium n. 17. scribit, *ipsum conjugium velamine sacerdotali & benedictione sanctificari oportet*. Hac ratione Joviniano, nuptias ab iis qui illas continentiæ postponebant, sperni prædicanti, recte Siricius occurrit. ID.

15. Rem. mf. *Christi lege*. Tum vetus Colb. *quosdam esse contrarios*. Edit. Rom. & concil. cum nonnullis mss. *esse contraria*. Verius antiquus codex Pith. nec non Navar. & Capuc. *esse contrariam*, scripturam scilicet quam Pammachius ac socii libello oblato damnari petierant, si modo *divinæ legi contraria* deprehenderetur. Cui petitioni Siricius accommodans judicium, primo scripturam delatam *Christianæ legi contrariam* declarat, ac deinde un talem proscribit & damnat. Quocirca glossema sapit quod apud Quesn. legimus, *esse contrariam eorum sententiam*, nec alibi illud offendi. ID.

16. Quesn. cum duobus mss. *eos qui aliud*: ac deinde nullius, quod sciam, exemplaris auctoritate, post verbum *annuntiabant* subjicit, *excommunicavimus. Omnium ergo nostrum*. ID.

17. Ita duo antiquiores mss. Colb. & Pith. cum Quesn. At Crab. & Merlin ex mss. coll. Hisp. & Isid. *unam factam constat esse sententiam*. Edit. Rom. *una lata fuit sententia*. Lab. *una suscitata fuit sententia*. ID.

18. In mss. ut apud Isidorum Hispal. lib. de script. eccl. c. 3. & Merlin. *Ausentius*. ID.

19. Sic mss. magno consensu cum edit. Rom. & Quesn. At Rem. & Ambros. *Prontinus*, Baron. *Pontinus*, & ad marg. *Frontinus*. ID.

20. Veteres coll. Hisp. codices Laudun. & Noviom. nec non plerique coll. Isid. cum Merl. & Crab. *accentores*. Rem. *actores*. Antiquiores Colb. duo & Pith. cum Quesn. *auctores*. ID.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 386.



tuum damnati extra Ecclesiam remanerent. Quod custoditurum sanctitatem vestram non ambigens, hæc scripta direxi per fratres & [1] compresbyteros meos Crescentem, Leopardum & Alexandrum, qui religiosum officium fidei possint spiritu adimplere fervent.

EPISTOLA VI. [2]

seu rescriptum Ambrosii, aliorumque episcoporum ad Siricium papam de caussa supradicta.

Joviniani ac sociorum errores recensent ac refellunt: primum, quod meritorum gradus tollant & virginitati æquent conjugium: tum quod Mariæ in partu virginitatem negent: deinde quod jejuniis adversentur: postremo, ubi notarunt eorum de Christi nativitate sententiam Manichæis suffragari, Siricii judicio de eorum damnatione subscribunt.

Domino dilectissimo fratri [3] Siricio, Ambrosius, Sabinus, Bassianus, & ceteri.

I. RECOGNOVIMUS litteris sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, qui [4] diligenter commissam tibi januam serves, & pia solicitudine Christi ovile custodias, dignus quem oves Domini audiant & sequantur: & ideo quia nosti oviculas Christi, lupos facile deprehendis, & occurris quasi providus pastor, ne isti morsibus perfidiæ suæ feralique ululatu dominicum ovile dispergant. Laudamus hoc, domine frater nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur, si luporum rabiem grex Domini perhorruerit, in quibus Christi vocem non recognovit.

II. Agrestis enim ululatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem [5] reservare, promiscue omnia velle confundere, diversorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quamdam cælestium remunerationum inducere: quasi Christo una sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorum. Simulant [6] se isti donare conjugio. Sed quæ potest laus esse conjugii, si nulla virginitatis est gloria?

III. Neque vero nos negamus sanctificatum a Christo esse conjugium, divina voce dicente: [a] *Erunt ambo in unam carnem & in uno spiritu.* Sed prius est quod nati sumus, quam quod effecti; mul-

A toque præstantius divini operis mysterium, quam humanæ fragilitatis remedium. Jure laudatur bona uxor: sed melius pia virgo præfertur, dicente Apostolo, [b] *Qui jungit virginem suam bene facit: & qui non jungit, melius facit.* Hæc enim cogitat quæ Dei sunt, illa quæ mundi. Illa conjugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum: illa sub lege, ista sub gratia. Bonum conjugium, quo est inventa posteritas successionis humanæ: sed melior virginitas, per quam regni cælestis hereditas acquisita, & cælestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus evenit. Denique speciale sibi donum virginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit, at-

B que in se repræsentavit quod elegit in matre.

IV. Quanta amentia funestorum latratuum, ut iidem dicerent Christum ex virgine non potuisse generari, qui asserunt ex muliere, editis humanorum pignorum partubus, virgines permanere? Aliis ergo præstat Christus, quod sibi, ut dicunt, præstare non potuit? Ille vero [7] etsi carnem suscepit, etsi homo factus est, ut hominem redimeret atque a morte revocaret, inusitato tamen, [8] quasi Deus, munere venit in terras: ut quemadmodum dixerat, [c] *Ecce faciam omnia nova*, partu [9] immaculatæ virginis nasceretur, & sicut scriptum est [d], crederetur *nobiscum Deus*. Sed [10] de via perversitatis pro-

C duntur dicere: Virgo concepit, sed non virgo generavit. Quæ potuit ergo virgo concipere, non potuit virgo generare; cum semper conceptus præcedat, partus sequatur? Sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur monitis Angelorum dicentium, [e] *Quia non est impossibile Deo omne verbum*; credatur symbolo Apostolorum, quod ecclesia Romana intemeratum semper custodit & servat. Audivit Maria vocem Angeli, & quæ ante dixerat, [f] *Quomodo fiet istud?* non de fide generationis interrogans; respondit postea, [g] *Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundum verbum tuum.* Hæc est virgo quæ in utero concepit, virgo quæ peperit filium. Sic enim scriptum est: [h] *Ec-*

D *ce virgo in utero accipiet, & pariet filium.* Non enim concepturam tantummodo virginem, sed & parituram virginem dixit. Quæ autem est illa porta sanctuarii, porta illa exterior ad Orientem, quæ manet clausa, [i] *& nemo*, inquit, *pertransibit per eam*, [11] *sed solus Deus Israel transibit per eam?* Nonne hæc porta Maria est, per quam in hunc

a Gen. II. 21. Matth. XIX. 5. b 1. Cor. VII. 38. c Isa. XLIII. 19. Apoc. XXI. 5. d Matth. I. 23. e Luc. I. 37. f Ibid. ℣. 34. g Ibid. ℣. 38. h Isa. VII. 14. i Ezech. XLIV. 1. 2.

1. Apud Baron. ut in edit. Rom. *presbyteros*. Lectionem *compresbyteros*, quæ ceterorum codicum est, firmat antiquus usus. COUTANT.

2. In editione Romana e vulgatis Ambrosii codicibus repetita fuerat. In veteribus ejus Codicis, quem Quesnellus vulgavit, exemplaribus cap. 31. ac nonnullis aliis asservatur. Proximæ Siricii epistolæ non longe post, cum Mediolani ageret Theodosius imperator, adeoque anno 388. aut 389. rescripta est. ID.

3. Ita veteres libri cum Quesn. At edit. Rom. *Siricio papæ Ambrosius episcopus, Basianus & ceteri episcopi*. Sabinus, cujus nomen huc revocatur, is est ad quem plures sunt Ambrosii epistolæ, quique in concilio Aquileiensi ann. 381. Placentinus episcopus subscribitur. Nec alius videtur Bassianus ab eo, qui in eodem concilio plerumque *Basilianus*, semel *Bassianus* vocatur Laudensis episcopus. ID.

4. In edit. Rom. ut in margine Crab. *qui fideliter commissam*. ID.

5. Sic Merl. Crab. &c. cum mss. At edit. Rom. *servare*. ID.

6. Lab. *se ista donare*. Crab. *se isti condonare*. Merl. nec non mss. Rem. Pith. ac duo Colb. *se isti non donare*. Tum ex his unus, *conjugia*. Unde confecit ac vulgavit Quesn. *se isti non damnare conjugia*, haud satis feliciter. Ceterum gravis suspicio est, prodiisse ex ore dictantis *honorare conjugium*, sed librarios aurium vitio scripsisse *non donare conjugio*. Certe si reponatur, *Simulant se isti honorare conjugium*; apposite omnino consequetur, *Sed quæ potest laus esse conjugii* &c. ID.

E 7. Edit. Rom. post Merlin. & Crab. *sic carnem suscepit, & sic homo*; Lab. *qui sic carnem suscepit, ut etsi homo*: castigantur ex mss. ID.

8. Particulam *quasi*, quæ heic perinde est atque *tamquam* & *utpote*, omittit Quesn. Deinde ex mss. & Merl. revocamus *munere*, cujus loco in aliis edit. substitutum erat *itinere*. ID.

9. In edit. Rom. ut apud Ambros. heic additur *etiam* (quod & Lab. retinuit,) & mox præmittitur *ut* ante *crederetur*. Utraque particula abundat, & abest a mss. IDEM.

10. Quesn. *devii a via veritatis*: renitentibus mss. ID.

11. Ita mss. cum Quesn. Crab. & Merl. nisi quod hic proxime antea pertransivit, & mox *transivit* præfert. At editi alii, *nisi solus Deus Israel*. Ambrosius lib. de institutione virginis c. 8. eum ipsum locum adversus eumdem hæreticum citans sic habet: *Nemo transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel transibit per eam*. ID.

mundum Redemtor intravit? Hæc est porta justitiæ, A sicut ipse dixit: [a] *Sine nos implere omnem justitiam*. Hæc porta est Maria, de qua scriptum est, [b] *quia Dominus pertransibit per eam*; & erit clausa post partum quia virgo & concepit & genuit.

V. Quid autem incredibile, si contra usum originis naturalis peperit Maria, & virgo [1] permanet, quando contra usum naturæ [c] mare vidit & fugit, atque in fontem suum Jordanis fluenta remearunt? Non ergo excedit fidem quod virgo peperit; quando legimus [d] quod & petra vomuit aquas, & [e] in muri speciem maris unda solidata est. Non excedit fidem, quod homo exivit de virgine, quando B [f] petra fontem profluum scaturivit, [g] ferrum super aquas natavit, [h] ambulavit homo super aquas. Ergo si hominem unda portavit, non potuit hominem virgo generare? [2] At quem hominem? De quo legimus, [i] *Et mittet illis Dominus hominem qui salvos faciet eos, & notus erit Dominus Ægyptiis*. In veteri itaque Testamento [3] virgo Hebræorum per mare duxit exercitum [k]: in novo Testamento virgo regis aula cælestis, electa est ad salutem.

VI. Quid autem? Etiam viduitatis attexamus præconia; cum in Evangelio post virginis celeberrimum partum Anna vidua subrogetur, quæ [l] *vi-* C *xerat cum viro suo annis septem a virginitate sua, & hæc vidua annorum octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens die ac nocte*. Merito ab illis viduitas despicitur, quæ solet observare jejunia, quibus se dolent isti aliquo tempore esse maceratos, & propriam ulciscuntur injuriam, quotidianisque conviviis usuque luxuriæ, laborem abstinentiæ propulsare desiderant. Qui nihil rectius faciunt, quam quod ipsi suo se ore condemnant. [4] Sed & metuunt ne in istis illud jejunium reputetur: eligant quod volunt. Si aliquando jejunaverunt, gerant ergo boni facti sui pœnitentiam: si numquam, suam ergo ipsi intemperantiam & luxuriam confiteantur.

VII. [5] Et iidem dicunt, Paullum luxuriæ magistrum fuisse. At quis sit sobrietatis magister, si fuit ille luxuriæ, qui [m] castigavit corpus suum, & servituti redegit, atque [n] jejuniis multis se debitam Christo observantiam detulisse memoravit, non [6] ut suam laudaret, sed ut nos quid sequeremur edoceret? Ille ergo luxuriam docuit, qui ait, [o] *Quid adhuc velut viventes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne gustaveritis, quæ sunt omnia in corruptelam*; qui etiam ait, [p] non in indulgentia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem & diligentiam carnis, non [q] in desideriis erroris, sed in spiritu quo renovamur, esse vivendum. Si parum est quod Apostolus dixit, audiant Prophetam dicentem: [r] *Et cooperui in jejunio animam meam*. Ergo qui non jejunat, intectus & nudus est, & patet vulneri. Denique si Adam, se texisset in jejunio, [f] nudus non fuisset [7] effectus. Ninive [t] se a morte jejunio liberavit. Et ipse Dominus ait: [u] *Non ejicitur hoc genus dæmoniorum nisi per orationem & jejunium*.

VIII. Sed quid plura apud magistrum atque doctorem? cum jam dignum præmium retulerint illi perfidiæ suæ, qui ideo [8] huc venerunt, ne superesset locus in quo non damnarentur, qui vere se Manichæos probaverunt, non credentes quia [9] ex virgine. Utique venisse non creditur. Quænam hæc est suppar novorum Judæorum amentia? Si venisse non creditur; nec carnem creditur suscepisse. Ergo in phantasmate visus est, in phantasmate crucifixus est. Sed nobis in veritate crucifixus est, in veritate redemtor est noster. Manichæus est qui abnegat veritatem, qui carnem Christi negat. Et ideo non est illis remissio peccatorum, sed est impietas Manichæorum, quam & clementissimus exsecratus est imperator, & omnes qui illos viderunt, quasi quædam contagia refugerunt, sicut testes sunt fratres & compresbyteri nostri Crescens, Leopardus & Alexander, sancto ferventes spiritu, qui eos omnium exsecratione damnatos, Mediolanensi ex urbe quasi profugos repulerunt. Itaque Jovinianum, [10] Auxen- D tium, Germinatorem, Felicem, [11] Plotinum, Genialem, Martianum, Januarium & Ingeniosum, quos

a Matth. III. 15. *b* Ezech. XLIV. 2. *c* Psal. CXIII. 3. *d* Exod. XVII. 6. *e* Exod. XIV. 22. Josue III. & IV. *f* Num. XX. II. *g* IV. Reg. VI. 6. *h* Matth. XIV. 26. *i* Isa. XIX. 20. 21. *k* Exod. XIV. 22. XV. 20. *l* Luc. II. 36. 37. *m* I. Cor. IX. 27. *n* II. Cor. VI. 5. *o* Coloss. II. 20-22. *p* Ibid. ℣. 23. *q* Ephes. IV. 22. 23. *r* Psalm. LXVIII. 21. *f* Gen. III. 7. *t* Jonæ III. 7. *u* Matth. XVII. 20.

1. Apud Quesn. *virgo est*: ubi aliis in libris *virgo permanet*. COUTANT.

2. Edit. Rom. & Quesn. post Crab. *atque hominem*. Concinnius Lab. Ambros. & Merl. ut in ms. Rem. *At quem hominem*, faventibus Pith. & Colb. in quibus exstat, *Ad quem hominem*. ID.

3. In priscis edit. concil. nec non Rom. & Quesn. ut in nostris mss. *virga*: quod apud Lab. & Ambros. recte correctum esse probat illud Ambrosii lib. exhort. virginit. c. 5. n. 28. *In veteri Testamento terra ac mari clausum Hebræorum populum virgo per maria pedes duxit: in Evangelio* E *auctorem mundi & redemtorem virgo generavit*: nec non istud ejusdem Doctoris lib. de instit virg. c. 17. n. 106. *Cum sanctis Moyse & Aaron virgo Maria pedes per fluctus duxit Hebræorum exercitum*. Unde liquet Mariam matrem Domini non cum virga Aaron, sed cum Maria sorore Aaron conferri. Hinc & mox non cum edit. Rom. *virga regis*, sed cum aliis libris *virgo regis* præferendum esse constat; idque firmat & illud Ambrosii lib. de instit. virg. c. 12. n. 79. *Aula regalis est virgo, quæ non est viro subjecta, sed Deo soli*. ID.

4. Lab. *Sed enim metuunt*. Merl. & Quesn. cum duobus mss. Colb. ac Pith. *Sed Deum metuant*. In vetere Remensi codice, *si Deum metuunt*: ex quo, media littera *m* verbo *Deum* adjecta, fiet, *Si demum metuunt*, genuina ut mihi quidem videtur lectio. Mox solus Quesn. *reputet*, pro *reputetur* [illegible]. ID.

5. [illegible] cum uno ms. *Et iidem dicant*. Editi alii, *Et ideo dicunt*. Magis placet cum mss. Rem. Colb. & Pith. *Et iidem dicunt*, iis videlicet intemperantiam suam tuentes locis, quibus Apostolus Christianam in cibis libertatem commendat. ID.

6. Apud Quesn. *non ut se laudaret*. Editi alii, *non ut se suaque laudaret*. In omnibus nostris mss. *non ut suam laudaret*, supple *observantiam*. ID.

7. Quesn. *ejectus*: minus concinne & reluctantibus aliis libris. Mox a ms. Pith, & priscis edit. concil. abest vox *dæmoniorum*, ID.


8. Edit. Rom. & Ambros. *ideo usque huc*. Quesn. *ideo huc quoque*. In vetustis edit. concil. ut in mss. simpliciter, *ideo huc*, nisi quod in Pith. *ideoque huc*. Non displiceret *ideo quoque huc*. Nimirum Jovinianus ac socii Roma ejecti, Mediolanum ad Theodosium imp. ut ipsius præsidio tegerentur, se contulerunt. ID.

9. Merlin. & Crab. *quia ex virgine utique venisse creditur*. Edit. Rom. & posteriores concil. *quia ex virgine utique venisset*. Quesn. *quia ex virgine venerit Christus*. Scriptorum codicum revocamus lectionem, mancam quidem, sed quam restaurare sic liceat; *non credentes quia ex virgine natus est Christus. Si autem non natus est ex virgine, utique venisse non creditur*. Repetitio vocum *ex virgine* prætermissioni huic, ut solet, locum præbuit. ID.

10. Rursum heic mss. *Ausentium*: quod & Merlin. retinuit. ID.

11. Rom. edit. *Pron*[illegible]. Mox Merl. ac ms. Pith. *In*[illegible], non *Ingeniosum*. ID.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 386.



ſanctitas tua damnavit, ſcias apud nos quoque ſecundum judicium tuum eſſe damnatos. Incolumem te & florentiſſimum Deus noſter tueatur omnipotens, domine dilectiſſime frater. *Item ſubſcriptio.* [1] Ego Eventius epiſcopus ſaluto ſanctitatem tuam in Domino, & huic epiſtolæ ſubſcripſi. Maximus epiſcopus, Felix epiſcopus, Baſſianus epiſcopus, [2] Theodorus epiſcopus. Ex juſſu domini epiſcopi Geminiani, ipſo præſente, Aper presbyter ſubſcripſi. Euſtaſius epiſcopus, Conſtantius epiſcopus, Euſtaſius epiſcopus, & [3] omnes ordine ſubſcripſerunt.

EPISTOLA VII. [4]

S. SIRICII PAPÆ AD ANYSIUM Theſſalonicenſem aliosque Illyrici epiſcopos.

Siricius de Bonoſo ſententiam rogatus, non vult dicere: ſed quos Capuana ſynodus ei judices delegerat, munere ſuo defungi jubet. Illum interim ob errorem de Mariæ filiis merito reprehenſum atque horrori fuiſſe confirmat.

Dilectiſſimis [5] fratribus Anysio & ceteris epiſcopis per Illyricum conſtitutis, Siricius.

I. Accepi [6] litteras veſtras de Bonoſo epiſcopo, quibus vel pro veritate, vel pro modeſtia, noſtram ſententiam ſciſcitari voluiſtis. Sed cum hujuſmodi fuerit concilii Capuenſis judicium, ut finitimi Bonoſo atque ejus accuſatoribus judices tribuerentur, & præcipue Macedones, qui cum epiſcopo Theſſalonicenſi de ejus factis vel [7] cognoſcerent: advertimus quod nobis judicandi forma competere non poſſet. Nam ſi integra eſſet hodie ſynodus, recte de iis, quæ comprehendit veſtrorum ſcriptorum ſeries, decerneremus. Veſtrum eſt igitur, qui hoc recepiſtis judicium, ſententiam ferre de omnibus, nec refugiendi vel elabendi vel accuſatoribus vel accuſato copiam dare. Vicem enim ſynodi recepiſtis, quos ad examinandum ſynodus elegit.

II. Denique cum Bonoſus epiſcopus poſt judicium veſtrum miſiſſet ad fratrem noſtrum Ambroſium, qui ejus ſententiam conſuleret, [8] interdictam ſibi eccleſiam irrumpere atque ingredi; reſponſum eſt ei, quod nihil temerandum foret, ſed omnia modeſte, patienter, ordine gerenda, neque contra ſententiam veſtram tentandum aliquid; ut quod videretur vobis juſtitiæ convenire, ſtatueretis, quibus hanc ſynodus dederat auctoritatem. Ideo primum eſt, ut ii judicent, quibus judicandi facultas eſt data: vos enim totius, ut ſcripſimus, ſynodi vice decernitis; nos quaſi ex ſynodi auctoritate judicare non convenit.

III. Sane non poſſumus negare de Mariæ filiis jure reprehenſum, meritoque veſtram ſanctitatem abhorruiſſe, quod ex eodem utero virginali ex quo ſecundum carnem Chriſtus natus eſt, alius partus effuſus ſit. Neque enim elegiſſet Dominus Jeſus naſci per virginem, ſi eam judicaſſet tam incontinentem fore, ut illud genitale dominici corporis, illam aulam Regis æterni, concubitus humani [9] ſemine coinquinaret. Qui enim hoc adſtruit, nihil aliud niſi perfidiam Judæorum adſtruit, qui dicunt eum non potuiſſe naſci ex virgine. Nam ſi hanc accipiant a ſacerdotibus auctoritatem, ut videatur Maria partus fudiſſe plurimos, majore ſtudio veritatem fidei expugnare contendent.

IV. Et ubi eſt illud quod ſcriptum eſt, dicente Domino ad matrem de Joanne evangeliſta [a], *Mulier ecce filius tuus*: & rurſus ad Joannem de Maria, *Ecce mater tua?* Quid ſibi iſtud vult, quod cum in cruce Dominus poſitus peccatum mundi tolleret: pronuntiavit etiam de integritate materna? Aut quid aliud dicitur, niſi ut claudat ſua ora perfidia, & obmuteſcat, ne matrem Domini aliquo audeat temerare convicio? Teſtis eſt ergo idem arbiter, idem materni pudoris aſſertor, quod [b] deſponſata fuerit viro tantummodo Joſeph, nulla tamen conjugalis coitus conſuetudine tori jura cognoverit. Neque enim eam ſuſcepturam ex Joſeph filios a viri conſortio ſeparare voluiſſet. Sed ſi hoc parum eſt, addidit teſtimonium Evangeliſta, dicens quod [c] *ſuſcepit eam diſcipulus* [10] *in ſua*. Numquid ergo divortium fecit? numquid a viro abduxit atque abſtulit? Ergo qui hoc legit in Evangelio, quomodo quaſi naufragus titubat & fluctuat? Hoc ergo teſtamentum filii eſt de matris integritate, hæc Mariæ locuples integri pudoris hereditas, hic totius finis conſummationis. Denique hoc dixit, & emiſit ſpiritum, conſummans omne myſterium bono fine pietatis.

a Joan. XIX. 26. 27. *b* Matth. I. 18. *c* Joan. XIX. 27.

1. Hæ ſubſcriptiones in edit. Rom. ita interpolantur: *Ego Ambroſius Mediolanen. eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi. Eventius epiſcopus Ceneten. ſaluto . . . Maximus epiſcopus Emonen. Felix epiſcopus Jadren. Baſſianus epiſcopus Lauden. Theodoſius epiſcopus Octoduren. Conſtantius epiſcopus Arauſicanus, Sabinus epiſcopus Placentinus. Ex juſſu* &c. Coutant.

2. Merlin. Queſn. & duo mſs. Colb. cum Pith. *Theodolus*. Crab. *Theodulus*. Mox codex Rem. *Germiniani*. Porro epiſcopi hujus vice, quia manu propria non valebat, presbyter ipſius ſubſcripſiſſe annotatur. Id.

3. In edit. Rom. *& omnes ordines*. Apud Merl. Crab. Queſn. ut in uno mſ. Colb. & Pith. *eo omnes ordine*. Id.

4. Scripta circa medium ann. 392 Id.

5. In Bellovacenſi aliiſque mſs. nulla præmittitur inſcriptio ſeu ſalutatio. In uno Colb. & altero olim Thuano exſtat, *Ambroſius Theophilo*: quibus verbis in priſcis Ambroſii editionibus additur *& Anyſio*. Hanc autem inſcriptionem ab antiquariis adjectam ſuſpicamur ad imitationem epiſtolæ 56. Ambroſii ad Theophilum. Cum enim ejus cauſæ, quæ ſedis Antiochenæ gratia Evagrium inter & Flavianum intercedebat, cognoſcendæ jus Theophilo atque Ægyptiis epiſcopis a Capuana ſynodo commiſſum eſſe in epiſtola illa 56. legerent; ad eumdem Theophilum ab eadem ſynodo delatam eſſe cauſſæ Bonoſi cognitionem, atque ab Ambroſio ea de re ad illum nunc ſcribi collegerunt. Sed manifeſtus eorum error. Nam cauſſæ hujus cognitionem Anyſio, non Theophilo, commiſſam eſſe ex Innocentii epiſtolis certum eſt: & Anyſio præcipue Macedonas epiſcopos, non Ægyptios, a Capuana ſynodo in hoc negotio adjunctos eſſe hæc ipſa epiſtola nos docet. Sane diſciplinæ eccleſiaſticæ peritior erat illa ſynodus, quam ut judices ab accuſati accuſatorumve ſede tam remotos, ut erant Ægyptii, daret. Id.

6. In Ambroſii nova editione, ex veterum codicum fide, epiſtolæ hujus initium ita reſtitutum eſt: *De Bonoſo direxiſtis epiſcopo*. Editionum aliarum, quibus & Holſten. conſentit, plenior viſa eſt lectio & nitidior. Id.

7. In mſ. Longi-pontis heic additur *ſcriptis*. In aliis autem nonnullis deſideratur *vel*. Et illud adjectum, & iſtud ſuppreſſum ſuſpicamur temeritate librariorum, qui Siricii mentem non aſſequebantur. Hoc enim, ni fallor, ſibi vult: ut *de factis ejus*, ſi non judicarent definitivamve ſententiam dicerent, *vel* (id eſt ſaltem) *cognoſcerent*. Id.

8. Supplendum, *an deberet*, vel quid ſimile. Id.

9. Ita Holſten. At apud Ambroſ. *feminis*. Id.

10. Apud Holſten. *in ſuam*. Rectius *in ſua* apud Ambroſium, qui nec aliter hunc locum ipſe legit tum lib. exhort. virgin. c. 5. n. 33. tum lib. de inſtit. virg. c. 7. n. 48. ubi & illum ſic explicat: *Non utique Chriſtus faciebat divortium, non Maria relinquebat virum. Sed cum quo virgo* HABITARE *debebat, quam cum eo, quem filii heredem, integritatis ſciret eſſe cuſtodem?* Id.

V. Legimus etiam & omnia percurrimus vel de eo, quod fratri nostro & coepiscopo Basso in consortium regendæ ecclesiæ datus est Senecio, vel de ceteris unde vestræ normam exspectamus sententiæ.

EPISTOLA VIII. [1]

seu canones synodi Romanorum ad Gallos episcopos.

I. De virgine quæ jam in Christo velata est, similiter & quæ nondum velata est.

II. De eo quod sacerdotes bonorum operum plebibus forma fiant, & de castitate & continentia sacerdotum, & eo qui sæculo militaverit.

III. De consuetudine ecclesiæ Romanæ in clerum: & de eo quod catholicorum episcoporum una confessio & una disciplina esse debet.

IV. De sacramento baptismatis, & oleo exorcizato, & eo qui sororem uxoris suæ duxerit uxorem.

V. De iis qui sæculi adepti sunt potestatem. De eo qui avunculi sui duxerit uxorem. De ordinatione clericorum. Et de clericis alienis.

VI. Similiter de episcopo transgrediente proprios terminos. De laicis excommunicatis, & ab alio episcopo clericis factis.

I. Dominus inter cetera salutaria mandata, quibus discipulos suos apostolos ad spem vitæ hortatur & commonet, sicut & nos evangelica verba docuerunt, hoc etiam mandat, ut soliciti ad veritatis scientiam pervenire laboremus. Et primo cognoscamus, incognita non inani profectu, sed labore & solicitudine, & quæ nota nec dum sunt, precibus investiganda. Notiora, [2] quæ vero difficilia sunt, instanter quærenda præcepit; quæ clausa sunt, fidei virtute pulsando, precibus petere sibi debere reserari. Sic enim scriptum est: [a] *Petite, & dabitur vobis; quærite, & invenietis; pulsate, & aperietur vobis.* Nemo certe qui non petit accipit, & qui non quærit invenit, & qui non pulsaverit, eidem poterit aperiri. Qua de re quoniam quod ex fide petitur, præstatur; & quod erat obscurum, manifestum in sensum dum investigatur [3] acquiritur; & quod erat clausum nobis, frequentius pulsando, id est rogando, [4] revelatur: [b] *Omnis* enim *qui petit accipit, & qui quærit invenit, & pulsanti aperietur:* unde eadem repetere mihi quidem non est molestum, vobis enim necessarium est.

A

II. Scimus, fratres carissimi, multos episcopos per diversas ecclesias ad famam pessimam nominis sui humana præsumtione patrum traditionem mutare properasse, atque per hanc caussam in hæresis tenebras cecidisse, dum gloriam hominum delectantur potius, quam Dei præmia habere, perquirere. Nunc igitur, quia non explorandi caussa, sed fidei confirmandæ gratia, sanctitudo vestra ex sedis apostolicæ auctoritate sciscitari dignata est seu legis scientiam seu traditiones, volens a nobis manifestari liberius quæstionum propositarum expositionem,

B

quam sincere quæritis & desideranter: [5] audite, quantum replebit divina dignatio, licet mediocri sermone, valido tamen sensu eloquar obtinenda, ad emendandas omnes quippe diversitates, [6] quas discordare arrogantia sola præsumsit, Scriptura divina dicente, [c] *Rejecistis mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis.* Si ergo integra cupitis fide veras observationes agnoscere, dignamini quæ dico libenter advertere. Primo in loco pudoris mihi & pudicitiæ caussa proponitur. Deinde congestæ quam multæ quæstiones [7] edentur. Singulis itaque propositionibus suo ordine reddendæ sunt traditiones.

III. Quæritur de virginibus velatis & mutato

C

proposito, quid exinde judicatum sit.

Si virgo velata jam Christo, quæ integritatem publico testimonio professa, a sacerdote prece fusa benedictionis velamen accepit, sive incestum commiserit, [8] furtim, seu volens crimen protegere, adultero mariti nomen imposuit, [d] tollens membra Christi, faciens membra meretricis; ut quæ sponsa Christi fuerat, conjux hominis diceretur: in hujusmodi muliere quot sunt caussæ, tot reatus; integritatis propositum mutatum, velamen amissum, fides prima depravata atque in irritum devocata. Quali heic & quanta satisfactione opus est? quam magna pœnitentia ejus quæ interitum carnis [9] incurrit? Non est parva culpa reliquisse Deum, &

D

ivisse post hominem. Unde annis quam plurimis deflendum ei est, quo dignæ fructu pœnitentiæ facto possit aliquando ad veniam pervenire, si tamen pœnitens [10] pœnitenda faciat.

IV. Item puella quæ nondum velata est, sed proposuerat sic manere, licet non sit in Christo velata, tamen quia proposuit, & in conjugio velata

a Matth. VII. 7. *b* Ibid. ℣. 8. *c* Matth. V. 9. *d* I. Cor. V. 15.

1. In Fossatensi exemplari, præmisso Telensi seu Teleptensi concilio, subjicitur: *Expliciunt canones concilii Telensis. Incipiunt capitula synodi Romanorum. Epistola synodi.* Tum subnexis sex sequentibus titulis, quibus nec plures in antiquis collectionibus agnosci Sirmondus monet, quamvis ipse totam epistolam in capitula XVI. distinguendam duxerit, subsequitur, *Incipiunt canones Romanorum. Dominus inter cetera* &c. Eos unos, quos veteres libri exhibent, titulos in fronte repræsentamus. Ideo autem *canones Romanorum*, quia Romano in concilio conditi sunt, nuncupari arbitramur. COUTANT.

2. Ita Foss. seu Colb. ms. At Sirm. *quæ vere difficiliora sunt*, prius omisso *notiora*: quæ quidem vox etiamsi superfluere videretur: verba tamen in archetypis expressa supprimere nobis non licere, nisi ubi manifesta est earumdem vocum repetitio, existimamus. Verum supervacanea non erit, si ita intelligatur hic locus. *Quæ autem notiora quidem, sed difficilia sunt.*

3. *Acquiritur*] Forte, *aperitur*. ID.

E

4. Sirm. & Lab. *revelatur: inde eadem .... vobis autem necessarium:* Restauratur hic locus ex archetypi fide. ID.

5. Ita mss. Col. At editi, *& desideranter audire quantum supplebit*. ID.

6. *Quas*] Forte, *quibus*. ID.


7. *Edentur*] An *eduntur*?

8. Apud Sirm. *commiserit seu furtum*, ubi Labbeus *furtum* expungendum sibi videri notat. In archetypo exstat *commiserit furtum*, sine particula *seu*. Legendum esse *furtim* constat ex his Innocentii epist. 2. n. 15. *Quæ Christo spiritaliter nupserunt, & velari a sacerdote meruerunt, si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruperint:* ut heic dicatur *furtim*, quod illic, ut & in ipsius Siricii epistola 1. n. 7. *clanculo*. Illicita illa puellarum Deo sacratarum fœdera etiam *incesta sacrilegaque* Gelasius Papa epist. 11. c. 20. appellat. COUTANT.

9. Hoc est, quæ peccatis carnis interiit. ID.

10. Heic addendum esse *non* Labbeus notat. Illic tamen & *pœnitenda* intelligere licet, quæ pœnitenti agenda præscribuntur, hoc est opera quibus crimini satisfaciat, illudque expiet, uno verbo dignos pœnitentiæ fructus. ID.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 386.



non est, furtivæ nuptiæ appellantur, ex eo quod A matrimonii cælestis [1] præceptum non servaverit, amore properante ad libidinis cæcitatem. Et [2] his pœnitentiæ agendæ tempus constituendum est: quoniam seu rapta seu volens, ad virum ire perverso ordine consensit, nec propinquorum nec sacerdotum testimonio conrogato tales ad velamen solemnitatis ordinem casto pudore tenuerunt; sed contra veteris Testamenti præceptum fecerunt. [3] Quos lex lapidari præcepit [a], & nunc cessante illa vindicta, spiritaliter feriuntur: ut ecclesiam tamquam mortui introire non possint. Habent tamen pœnitentiæ agendæ locum, cito non habent veniam: quoniam si secundum legem proclamasset puella, & diu contestata [4] se continuisset, utique fuisset immunis a B culpa. Utrisque ergo expedit sub eadem temporis constitutione a communione suspendi, dignam agere pœnitentiam, fletu, humilitate, jejunio, misericordia redimere crimen admissum.

V. Et jam quidem frequenter [5] de talibus sermo noster per plures manavit ecclesias, maxime de sacerdotibus, quorum meritum exigit, ut bonorum operum suorum sint plebibus forma. Sed quantum intelligo, cum scriptura dicat, *Loquere ad aures audientium*, [6] instruendo aures infundemus. Dum sæpe eadem repetunt, quæ neglectui habentur a singulis, vere hoc illud est quod dictum est [7] ad adulterum sexum, [b] *Semper discentes, & numquam* C *ad scientiam veritatis pervenientes*. Quando enim non servatur quod admonetur utiliter, apostolica mandata quasi ignota contemnuntur: judicium tamen de his quæ commiserunt non potest [8] immutari. Id de sacerdotibus. Primo in loco statutum est de episcopis, presbyteris & diaconibus, quos sacrificiis divinis necesse est interesse, per quorum manus & gratia baptismatis traditur, & corpus Christi conficitur; quos non solum nos, sed & scriptura divina compellit esse castissimos, & patres quoque jusserunt continentiam corporalem servare debere: qua de re non prætereamus, sed dicamus & caussam. Quo enim pudore [9] viduæ aut virgini ausus est episcopus vel presbyter integritatem vel conti- D nentiam prædicare, vel suadere castum cubile servare, si ipse sæculo magis instítit filios generare, quam Deo? Adam, qui præceptum non servavit, [c] ejectus foras paradisum, caruit regno; & prævaricatorem putas posse ad regna cælestia pervenire? Ob quam rem Paullus dicit, [d] *Vos jam non estis in carne, sed in spiritu*: & item, [e] *Et qui habent uxores, ita sint quasi non habeant*? An qui populum [10] hortatur, & levitis & sacerdotibus blandiens, licentiam præberet opus exhibere carnale, idem ipse dicens, [f] *Et carnis curam ne feceritis in concupiscentiis*: & alibi, [g] *Vellem autem omnes sic esse sicut me ipsum*? Quei militat Christo, quei in sede resídet magistri, qui militiæ disciplinam non potest custodire?

VI. De his itaque tribus gradibus quos legimus in scripturis, a ministris Dei munditia præcepta est observari, quibus necessitas semper in promtu est. Aut enim baptisma tradendum est, aut offerenda sunt sacrificia. Numquid immundus ausus erit contaminare quod sanctum est, quando quæ sancta sunt, sanctis sancta sunt? Denique illi qui in templo sacrificia offerebant, ut mundi essent, toto anno [11] in templo, solo observationis merito permanebant, domus suas penitus nescientes. Certe idololatræ, ut impietates exerceant, & dæmonibus immolent, imperant sibi continentiam muliebrem, & ab escis quoque se purgari volunt: & me interrogas, si sacerdos Dei veri, spiritalia oblaturus sacrificia, purgatus perpetuo debeat esse, an totus in carne carnis curam debeat facere? Si commixtio pollutio est, utique sacerdos stare debet ad officium cæleste præparatus, qui pro alienis peccatis est postulaturus; ne ipse inveniatur indignus. Nam si ad laicos dicitur, [h] *Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi*, & illi creaturæ utique [12] generatione deserviunt; sacerdotes tale possunt habere nomen, meritum habere non possunt. Quod si ita est, & permanet præsumtio, oportet [13] jam episcoporum vel presbyterorum aut diaconorum disci ne cum publicanorum vita sociari. Quamobrem, mihi [14] carissimi, hujusmodi hominibus coinquinatis & infidelibus, in

a Deut. xxii. 24. *b* II. Tim. III. 7. *c* Gen. III. 23. *d* Rom. viii. 9. *e* 1. Cor. vii. 29. *f* Rom. xiii. 14. *g* 1. Cor. vii. 7. *h* Ibid. ✝. 5.

1. In ms. Colb. *cælitus præceptio non servaverit more properante libidinis cæcitatem*. Mallemus, *matrimonii cælestis propositum* (seu *sponsionem*) *non servaverit*. Ejusmodi puellam pariter Innocentius epist. 2. n. 16. pœnitentiæ agendæ obnoxiam dicit: *quia sponsio ejus a Deo tenebatur*, & cum Deo pactam fidem violavit. Coutant.

2. Orationis series postulat, *& huic*. Sed heic identidem mutatur sermo, ut quod generatim de puellis præmissum fuerat, mox de una singulariter efferatur. Id.

3. Sirm. & Lab. *quas*. In archetypo *quod*. Series orationis postulat *quos*: referturque istud cum ad puellam, tum ad eum qui illi copulatus est, de quibus Deuteron. xxii. 24. præcipitur: *Lapidibus obruentur, puella quia non clamavit cum esset in civitate, vir quia humiliavit uxorem proximi sui*. Id. E

4. In ms. *Si continuisset*; hoc est, ni fallor, si continentiam servasset. Id.

5. Codex Colb. *De his talis sermo*. Hic supplenda videtur quæstio de clericis incontinentibus sedi apostolicæ ante proposita: ut quomodo initio capitis 1. præponitur, *Quæritur de virginibus velatis* &c. ita & huic anteponendum sit, *Quæritur de sacerdotibus, presbyteris & diaconis qui continentiam non servant* &c. De his autem Siricii sermo per plures ecclesias manavit, ipso etiam Innocentio teste epist. 6. n. 4. Id.

6. Idem codex, *instruendi*. Id.

7. In archetypo Colb. cum legatur, *adulterum sexum*, edidit Sirm. *Adulter sexus*. Satius visum est, retenta archetypi lectione, adjicere præpositionem *ad*, quæ propter similem syllabam sequentem librario, ut sæpius solet, exciderit. Id.

8. Colb. ms. *immutando ea de sacerdotibus*. Illud *de sacerdotibus* e margine in textum videtur irrepsisse. Id.

9. Istud *quo pudore* jam antea in epistola iii. Siricii c. 3. legimus. Id.

10. *Hortatur*] Supple *sic*. Id.


11. Siricium epist. 1. n.9. jam audivimus eadem de caussa sic differentem: *Cur etiam procul a suis domibus, anno vicis suæ, in templo habitare jussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possent carnale exercere commercium, ut conscientiæ integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent*. Id.

12. Apud Sirm. *generationi*. Retinemus cum archetypo *generatione*, vocabulumque *creaturæ* in dandi casu intelligimus. Id.

13. Ita archetypum, nisi quod in eo bis exstat *discine cum publicanorum*. Locum hunc Sirm. ita edidit, *jam episcopis vel presbyteris aut diaconis dici, ne cum publicanorum vita socientur*. Magis ad synodi mentem eum ita castigatum exhibere licuisset, *jam episcoporum, presbyterorum aut diaconorum discrimen cum publicanorum vita sociari*. Hoc est, si episcopis, presbyteris aut diaconis incontinentia permittitur, oportet illos in eodem vivendi genere cum publicanis sociari. Infra autem n. 8. *publicanus* sumitur ut solutus a lege, & ei opponitur qui *observat legem*. Id.

14. Pro verbo *carissimi*, in archetypo exstat nota *cc.* quam Sirmondus *contra* interpretatus, totum hunc locum mutare atque interpolare coactus est in hunc modum: *nihil con-*

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
386.



quibus sanctitudo corporis per illuviem & incontinentiam videtur esse polluta, mysterium Dei credere non oportere, veneratione religionis ipsa suadente, moneo. Hos enim & ratio justa secernit. Audiant certe, [a] *Quoniam caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio incorruptelam.* Et audet presbyter aut diaconus animalium more subjacere [1] contendere?

VII. Item de eo, qui militaverit jam fidelis militiæ sæculari, notitia est quod utatur publica libertate. Quis enim potest illum custodire? quis negare vel spectaculis interfuisse, vel pecuniæ utilitate impulsum a violentia & injustitia immunem esse [2] non potuisse?

VIII. Romana ecclesia hoc specialiter custodit; ut si quis parvulus baptizatus integritatem corporis servaverit, admitti potest ac clerum: vel si quis major fuerit baptizatus, & manserit pudicus, unius uxoris vir, potest clericus fieri, si nullis aliis criminum vinculis alligetur. Ceterum qui corruperit carnalibus vitiis aquæ sacramenta, post fornicationem etiamsi ducat uxorem, quomodo poterit ad dimittenda peccata ministerio assistere, qui prioris vitæ repetierit cæcitatem? Quomodo illud intelligitur, [b] *Neque fornicarii, neque idololatræ* & ceteri tales, *regnum Dei possidebunt*, si nihil inter bonum & malum, inter justum & impium, inter luxuriosum & pudicum, inter observantem legem & publicanum [3] intersit? Fient tales ministri vel sacerdotes, non Christi, sed potius antichristi. Et ubi est illud, quod sanctus apostolus Paullus, qui formam tulit episcopi, qualis esset ordinandus, ante præcepit dicens, [c] *Irreprehensibilem, sobrium & pudicum* &c. Quomodo hic irreprehensibilis est, qui baptismi sacramentum non potuit custodire? O nova præsumtio! Huic sacerdotium creditum, cui pœnitentia sola debetur, ut sordidata longa satisfactione veniæ beneficia possit abluere.

IX. Catholicorum episcoporum unam confessionem esse debere apostolica disciplina [4] composuit. Si ergo una fides est, manere debet & una traditio. Si una traditio est, una debet disciplina per omnes ecclesias custodiri. Diversis in regionibus quidem ecclesiæ sunt conditæ: sed per omnem mundum unitate fidei catholicæ una est appellata. Nam & sic legimus, [d] *Una est columba mea, una est perfecta mea, una est* [5] *genitrici suæ*. Non ergo nunc de baptismi ratione, sed de tradentium persona rescribo.

X. Paschæ tempore presbyter & diaconus per parœcias dare [6] remissionem peccatorum, & ministerium implere consueverunt, etiam præsente episcopo in fontem quoque ipsi descendunt; illi in officio sunt, sed illius [7] nomini facti summa conceditur. Reliquis vero temporibus, ubi ægritudinis necessitas consequi unumquemque compellit, specialiter presbytero licentia est per salutaris aquæ gratiam dare indulgentiam peccatorum, quoniam & munus ipsi licet caussa mundationis offerre, diaconis vero nulla licentia invenitur esse concessa: sed quod semel forte contigit usurpare, per necessitatem dicuntur excusari, nec postea in securitate [8] commissuri.

XI. De oleo sane exorcizato [9] capiendus ne brevis numerus dierum, multus in hoc proficit sermo. Fide enim quis sua plena purgatur. Si enim chrisma infusum capiti gratiam suam [10] toto corpori impertit, nihilo minus & tertio scrutinio scrutatus si oleo fuerit [11] contactus, non sæpe, sed semel, virtute sua Deus operatur in tempore.

XII. De eo, qui sororem uxoris suæ duxerit uxorem, in lege veteris Testamenti scriptum est [e], ad suscitandum semen defuncti fratris oportere ducere uxorem; ita tamen, si liberos ex [12] eadem minime reliquisset. Inde est enim quod Joannes Baptista contradixit Herodi [f], quoniam non licebat ei accipere uxorem, quia de fratre reliquerat filios. Tamen propter virilem generationem legis constitutio imperabat hoc fieri a viro: de feminis nusquam est lectum, sed forte præsumtum. Nam Lex dicit, [g] *Maledictus qui cum uxoris suæ sorore dormierit*. Numquid qui duas habuit uxores Jacob uno in tempore sorores caussa mysterii, & concubinas, & omnes qui nati sunt, patriarchæ sunt appellati, nunc

a I. Cor. XV. 50. *b* II. Cor. VI. 9. *c* I. Tim. III. 2. *d* Cant. I. 8. *e* Deut. XXV. 5. *f* Matth. XIV. 4. *g* Levit. XVIII. 18.

tra hujusmodi homines coinquinatos & infideles, in quibus sanctitudo corporis per illuviem & incontinentiam videtur esse polluta, negotium est, talibus (quæ tria verba de suo addidit,) *mysterium Dei credi non oportere*. In nostra autem lectione cum ad archetypi fidem prorsus exacta sit, nihil desiderandum restat. Nec temere heic a nobis lectum esse *mihi carissimi*, suadet illud epistolæ IV. Siricii n. III. *De quo carissimi mihi, ante* &c. Atque hujus generis locutionem Siricii propriam esse confirmat similis ejusdem epist. V. n. III. *Qua de re necessarium satis fuit, dilectissimi mihi, quæ heic gesta sunt*. Porro sicut simplex *c* recte interpretari licet *carissime*, ita duplex *cc* pro voce *carissimi* positum intelligere est. Notariis enim id usu venit, ut littera, quæ simplex vocem singulari numero significat, geminata eamdem vocem plurali numero designet. Ita in consularibus notis simplex *v.* pro *viro*, duplex pro *viris* scribi solet. COUTANT.

1. Supple, *corruptioni*, scilicet carnis. Sirmondus pro *contendere*, substituit *contentioni*: præter archetypi fidem ac sensum orationis. ID.

2. Particulam negantem, quæ in mss. deerat, Sirm. supplevit. Vide Innocentii epistolam 2. n. 11. ID.

3. Etiam verbum *intersit* in ms. desideratur. ID.

4. *Composuit*] Commonuit. ID.

5. Sirm. *genitrix mea*. Lectionem archetypi revocamus, cui non modo suffragatur Vulgata nostra, sed & Cyprianus sub initium libri de unitate Ecclesiæ, ubi quomodo *Ecclesia quoque una est, quæ in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur*, eleganter explicat. ID.

6. Lab. post Sirm. & ms. Colb. *repromissionem*. Præferimus cum antiqua collectione Andegavensi *remissionem*. Heic autem ea intelligitur peccatorum remissio, quæ per baptismum confertur. Quo sensu mox dicitur presbytero extra Pascha & Pentecosten licere *dare indulgentiam peccatorum*. ID.

7. Colb. ms. *nomen*, emendatur ex antiqua collectione Andegav. quæ & antea *episcopi*, loco *illius*, majoris perspicuitatis ergo præfert. ID.

8. Ita corrigendum duximus, cum prius legeretur *commissum*. ID.

9. In exemplari Colb. *cupiendusne*. Totum hunc locum ad mentem synodi nostræ resarcire sic liceret: *capiendo* (ceu *suscipiendo*) *nec brevis numerus dierum, nec multus proficit, sed sermo*, quo scilicet istud oleum benedicitur. ID.

10. *Toto*] Toti. ID.

11. In ms. Colb. *contractus*: quod recte a Sirm. emendatum. ID.

12. Ita ms. Col. At Sirm. *ex eodem*: cui favere non diffiteor quod proxime subjicitur, *quia de fratre reliquerat filios*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.

jam [1] Christianus habere non permittitur? Numquid qui uxores & concubinas habuerunt? Sed nunc hoc non patitur fieri Testamentum, ubi amplius de integritate tractatur, & castitas Christo docente laudatur, cum dicit, [a] *Non omnes capiunt verbum Dei, sed quibus* [2] *datur*.

XIII. Eos præterea, qui sæcularem adepti potestatem, [3] jus sæculi exercuerunt, immunes a peccato esse non posse manifestum est. Dum enim & gladius exseritur, aut judicium confertur injustum, aut tormenta exercentur pro necessitate caussarum, aut parandis exhibent voluptatibus curam, aut præparatis intersunt; in his se, quibus renuntiaverunt, denuo sociantes, disciplinam observationis traditam mutaverunt. Multum sibi præstant, si non episcopatum affectent; sed propter hæc omnia agentes pœnitentiam, certo tempore impleto, mereantur altaribus sociari. [4] Nicænum concilium, divino spiritu annuente, dum fidei confessio fuisset jure firmata, etiam apostolicas traditiones episcopi in unum congregati ad omnium notitiam pervenire voluerunt, definientes inter cetera, neque abscisum clericum fieri, quoniam [b] abscisus & mollis non introibunt in sanctuarium Dei. Deinde post baptismi gratiam, post indulgentiam peccatorum, cum quis sæculi militia fuerit [5] gloriatus, vel illum qui purpura & fascibus fuerit delectatus, ad sacerdotium aliqua irruptione minime admitti jusserunt. Meritis enim & observationibus legis ad istiusmodi dignitatis culmen accedunt, non Simonis pecunia, vel gratia quis poterit pervenire, aut favore populari. Non enim quid populus velit, sed quid evangelica disciplina, perquiritur. Plebs tunc habet testimonium, quoties [6] ad digni alicujus meritum, reprehendens auram favoris, impertit.

XIV. Item de eo qui avunculi sui uxorem duxerit. Avunculi filiam ducere non licet: quoniam similis caussa generando per gradus patris extranei separatur atque purgatur: retro autem redire fas non est. Nam qui torum patris vel matris violare præsumserit, non hoc conjugium, sed fornicatio nominatur.

Quisque tamen contra canones apostolicos facere usurpaverit, privandus est sacerdotio, si pertinax fuerit: si vero correxerit, aboleatur quod præsumtum est, ut possit reconciliatus nostrum habere consortium.

XV. De ordinationibus maxime observandum est, ut semper clerici [7] fiant episcopi. Sic enim scriptum est: [c] *Et hi primo probentur, & sic ministrent*. Qui non probatur tempore præcedenti in minori officio ministrasse, quomodo præponitur clero? Non est auditum, necdum tironem militum imperium suscepisse. Is ergo debet fieri, quem ætas, tempus, meritum commendat, & vita. Aut quare Apostolus [d] neophytum prohibet, & [e] cito manus alicui imponi non permittit?

XVI. Item de his qui de ecclesia ad ecclesiam transeunt jussi sunt haberi, quasi relicta uxore ad alienam accesserint; quod impunitum esse non possit. Talem episcopum, invasorem pudoris alieni, episcopatu privari jusserunt.

XVII. Item de clericis alienis ex synodo frequenter est pertractatum atque firmatum; & ratio justa constringit, clericos abjectos de ecclesia ab episcopo suo, nec laicam communionem accipere posse in aliena ecclesia [8] confirmatum manifestatumque est, quando etiam innocens, sine litteris episcopi sui, vel formata, in aliena ecclesia non potest ministrare. Si quis autem in injuriam sacerdotis hoc facere præsumserit, & condemnatum clericum suscipere vel promovere voluerit, sciat se communicasse peccatis alienis, & incurrisse sententiam Apostoli, qui ait, reos esse [f] *non solum qui faciunt* contra legem, *sed etiam qui consentiunt facientibus*. Unde dimittendum est conscientiæ illius, qui de suo clerico judicavit, sciens quod de judicio ejus Deus sit judicaturus in posterum. Audi Dominum dicentem, [g] *Quæ enim vultis ut faciant vobis homines, eadem & vos facite illis*. Quid in injuriam fratris & consacerdotis armaris? Cum enim reus non solum suscipitur clericus [9] abjectus, sed etiam promovetur, injustus judicatur episcopus. Hoc quisque facit, sciat se a catholicorum societate [10] seclusum & communionem sedis apostolicæ non habere jam posse.

a Matth. XVII. 11. *b* Deut. XXIII. 1. *c* I. Tim. III. 10. *d* Ibid. ṽ. 6. *e* I. Tim. V. 22. *f* Rom. I. 32. *g* Matth. VII. 12.

1. Sirm. *Christianis*, & superius, *Numquid duas*, & inferius, *Numquid uxores*, omisso utrobique *qui* præter archetypi fidem. Si autem pro illis *qui* substituatur *quia*, integra fiet oratio in hunc modum: *Numquid, quia duas habuit uxores Jacob . . . & concubinas*, & (ex eo) *omnes qui nati sunt, patriarchæ sunt appellati; nunc jam Christianus habere non permittitur? Numquid quia* (alii) *uxores & concubinas habuerunt, sed nunc* &c Sed si latent ipsa verba, argumenti sensus & Siricii sententia non latet, quædam scilicet antiquis concessa esse, quæ Christianis prohibentur. COUTANT.

2. In ms. *dicitur*. Quæstioni huic, de eo qui sororem *uxoris suæ duxerit*, adjungenda videtur altera, *Item de eo qui avunculi sui uxorem duxerit*, cum subnexa responsione, quæ habentur initio num. 14. Hæc quippe loco mota esse inde manifestum est, quod secunda pars ejusdem numeri 14. non cum proxime antecedentibus, sed cum postremis numeri 13. verbis cohæreat. ID.

3. Ita archetypum Colb. At Sirm. *hujus sæculi exercuerunt negotia*. ID.

4. Nicænum concilium] Leg. *In Nicæno concilio*. ID.

5. Quædam est non modo sententiarum, sed & verborum consensio in his Siricii epist. IV. n. III. *Qui cingulo* MILITIÆ SÆCULARIS *adstricti olim* GLORIATI SUNT, *qui postea quam pompa sæculari exsultaverunt* (*his se*, ut mox dicebatur, *quibus denuo renuntiaverunt sociantes*) *aut negotiis reipublicæ optaverunt militare, aut curam mundi tractare, adhibita sibi quorumdam manu, & proximorum favore stipati, hi frequenter ingeruntur auribus meis, ut episcopi esse possint*. ID.

6. Restituendum videtur *quoties id ad digni alicujus meritum, repellens auram favoris, impertit. Quisque* (seu *Quisquis*) *tamen contra canones apostolicos facere usurpaverit*, rejectis intermediis, uti prædiximus, post quæstionem n. 12. propositam. ID.

7. Hoc est ut episcopi e clericorum numero, ubi diu probentur, non e laicorum turba assumantur. His consentanea sunt quæ Nicænum concilium can. 2. Sardicense can. 13. Siricius tum epist. 1. n. 13. & 14. tum maxime epist. IV. n. II. & V. præcipiunt. Ambrosius e laico episcopus factus ordinationem suam quomodo excuset, vide in epistola ipsius 63. ad Vercell. n. 65. ID.

8. *Confirmatum*] Supple *Quod*. Vid. sup. Siricii epist. III. can. VI. & VII. ID.

9. Sirm. *clericus alienus . . . Hoc quicumque*. Ex archetypo Colb. restituimus, *clericus abjectus . . . Hoc quisque*, quasi *Hoc quisquis*. ID.

10. In vulgatis, *exclusum*. Restituimus ex ms. *seclusum*. Legimus in superiore Siricii epist. III. n. 4. *Si quis sane inflatus mente carnis suæ, ab hac canonis ratione voluerit evagari, sciat se a nostra communione seclusum*. ID.

XVIII. Illud præterea satis grave est & contra A episcopalem moderationem sedis apostolicæ, suos fines excedere, ad alienam tendere regionem, festinare, ordinationes celebrare [1] præceptis metropolitanum episcopum non permittere in sua diœcesi una cum vicinis episcopis, sicut CCCXVIII. episcopi confirmarunt, tres vel eo amplius sacerdotes episcopum ordinare debere, vel subrogare dignissimum. Si quis certe fines alterius possessionis invaserit, reus violentiæ judicatur. Quid curritur? quid festinatur, ut regula ecclesiastica conculcetur? Leges humanæ tenentur: & divina præcepta contemnuntur. Præsens gladius formidatur & temporalis pœna: divina vero vindicta quæ habet flammas gehennæ perpetuas, [2] negligitur. Videritis quæ præsumtio fecerit. B Ex hoc si quis in aliena diœcesi ausus fuerit ordinationem facere præsumere, sciat se de statu suo posse periclitari, qui alienam ecclesiam invadere præsumserit. Non [3] est sæculare aliquid, non sunt mundanæ promotiones. Audiamus Apostolum dicentem, [a] *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis: te ipsum castum custodi*. Si legantur scripta, & timor divinus sit in nobis, omnia scandala poterunt separari, unanimitas per omnes fratres placida plenaque caritate consistere.

XIX. Praeterea etiam laici dicuntur a communione cognita caussa seclusi, & ab alio episcopo clerici facti: hoc jam super omne malum est. Unde aut conventi corrigant qui talia ausi sunt facere, ita ut removeantur quibus indigne ordo collatus est, aut ad nos nomina eorum deferantur, ut sciamus a quibus nos abstinere debeamus.

XX. Sciat ergo vestra sinceritas, quod si hæc omnia suo ordine ut certa sunt [4] observentur, nec Deus offenditur, nec schismata generantur, nec hæreses exsistunt: sed dicent gentes, quoniam vere Deus in nobis est Christus Dominus noster, qui vivit & regnat [5] apud Patrem cum Spiritu sancto, in æterna sæcula sæculorum. Amen.

a I. Tim. V. 22.

1. Pro *præceptis*, quod archetypum mendose præ se fert, substituit Sirm. *præ ceteris*. Pari jure restituere liceret *præsertim*, aut *præsumere*. Tum deinde legendum videtur, *metropolitano episcopo non permittente*. Nisi forte quis malit *admittere* pro *permittere*. COUTANT.

2. Verbum *negligitur*, quod in archetypo deest, e Sirm. mutuamur. Vel illud, aut *non timetur*, seu *spernitur*, aut quid simile librario excidisse planum est. ID.

3. His affine est quod Siricius epist. IV. n. V. sub finem scribit: *Nec quisquam putet tamquam ordinationes terrenas fieri, cum cæleste sit sacerdotium*. ID.

4. Istis nec absimilia sunt illa Siricii epist. III. n. 4. *Hæc itaque fratres, si plena vigilantia fuerint ab omnibus observata, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses & schismata non emergent*. ID.

5. Ita ms. Colb. At editi, *cum Patre & cum*. Siricius epist. V. n. V. testem invocat Trinitatem in hunc modum: *Medio itaque Patre, & unigenito ejus Filio, & Spiritu sancto*. ID.



INDEX EPISTOLARUM
SANCTI SIRICII PAPÆ.



EVAGRII PONTICI
OPERA
QUÆ EXSTANT OMNIA;

Nunc primum collecta & digesta.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΕΝ ΣΚΙΤΕΙ.

EVAGRII

SCITENSIS MONACHI

CAPITA PRACTICA

AD ANATOLIUM.

Μὴ γίνου ἐπιθυμητὴς βρωμάτων καλῶν, καὶ τῶν κατὰ τὴν σπατάλην ἀπατῶν. ἡ γὰρ σπαταλῶσα, ζῶσα, τέθνηκεν, ὡς καὶ ὁ ἀπόστολός φησι. μὴ χορτάσῃς τὴν κοιλίαν σου ἐν βρώμασιν ἀλλοτρίων, ἵνα μὴ πόθος σοι τούτων γένηται, καὶ περὶ τὰς ἔξω τραπέζας ἐμποιήσῃ σοι τὸν πόθον. εἴρηται γάρ· μὴ ἀπατᾶσθε χορτασίᾳ κοιλίας. ἐὰν δὲ καὶ συνεχῶς ἔξω τοῦ κελλίου σου θεάσῃ σεαυτὸν προσκαλούμενον, παραιτοῦ. ἔστι γὰρ ἐπιζήμιος ἡ ἔξω τοῦ κελλίου σου συνεχὴς διατριβή· ἀφαιρεῖται τὴν χάριν, σκοτοῖ τὸ φρόνημα, μαραίνει τὸν πόθον. ἴδε μοι κεράμιον οἴνου πλεῖστον ἐγχρονίσαν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ κείμενον ἀσάλευτον, πῶς παραστακάζει τὸν οἶνον λαμπρὸν, καθιστάμενον, εὐώδη· ἐὰν δὲ ὧδε κἀκεῖσε περιφέρηται, τεταραγμένον, στυγνὸν, πάσης ὁμοῦ τῆς ἐκ τῆς τρυγίας κακίας τὴν ἀηδίαν ἐπιδεικνύμενον. τοιγαροῦν τούτῳ παραπλησιάσας σεαυτὸν, πειρῶ τῆς ὠφελείας, κόπτε τῶν πολλῶν τὰς σχέσεις, μήπου ὁ νοῦς [1] περισπαστικὸς γένηται, καὶ τὸν τῆς ἡσυχίας ταράξῃ τρόπον. ἐργασίας χειρῶν φρόντιζε, καὶ τοῦτο αὐτὸ εἰ δυνατὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα, μᾶλλον δὲ καὶ εἰς τὸ μεταδιδόναι, καθάπερ καὶ παραινεῖ λέγων ὁ ἱερὸς ἀπόστολος Παῦλος· ἵνα δὴ καὶ ἐν τούτῳ τὸν τῆς ἀκηδίας καταπαλαίσῃς δαίμονα, καὶ τὰς ἄλλας πάσας ἐπιθυμίας τοῦ ἐχθροῦ διάρῃς. ἐπίκειται γὰρ τῇ ἀργίᾳ ὁ τῆς ἀκηδίας δαίμων, καὶ ἐν ἐπιθυμίαις ἐστὶν ὥς φησιν. ἀποδόσεως καὶ λήψεως [2] οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν. εἴτε οὖν πωλεῖς εἴτε ἀγοράζεις, μικρόν τι τοῦ ἴσου ζημίωσον σεαυτόν· μὴ τοῖς κατ' ἀκρίβειαν ἢ τοῖς περὶ τὴν τιμὴν φιλοκερδείας ἐπενεχθεὶς τρόποις, ἐπὶ τὰ βλαβερὰ τῶν τῆς ψυχῆς αἰτιῶν καταπέσῃς, φιλονεικίας, ἐπιορκίας, ταῖς τῶν λόγων σου ἐναλλαγαῖς, καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν ἔντιμον τῆς ἡμετέρας προθέσεως ἀτιμάσῃς καὶ καταισχύνῃς ἀξίαν. οὕτως καὶ αὐτὸς ἐννοῶν ἀποδόσεώς σου καὶ λήψεώς σου φυλάσσου. εἰ δὲ τὸ κρεῖττον αἱρῇ, καὶ ἔστι σοι τοῦτο δυνατὸν, ἐπὶ ἕτερόν τινα πιστὸν ἄνδρα παράρριψόν σου τὴν φροντίδα, ὅπως οὕτως εὔθυμος γενόμενος, χρηστὰς καὶ ἐπιχαρεῖς ἕξεις τὰς ἐλπίδας.

A ad vitæ tuæ institutum aptos. Sed & fugito pravorum virorum & pugnacium congressus; cum horum nullo ne habites; quin immo pravas illorum intentiones repudia: non enim Deo adhærent, neque in eo permanent. Pacifici homines amici tibi sint, fratres spirituales, patres sancti: hos namque eo modo appellavit Dominus, dicens: [a] *Mater mea & fratres mei & patres hi sunt, qui faciunt voluntatem Patris mei qui in cælis est*. Cum distractis seu negotiosis noli commorari, neque ad convivium cum ipsis pergas; ne te forsan ad suas deceptiones trahant, & a silentii tranquillitatisque disciplina abducant: hic est namque in illis affectus. Ne declines aurem tuam ad eorum sermones, B neque sensa cordis eorum admittas. Nam re vera noxii sunt. Ad fideles terræ sit tibi desiderium, & labor cordis tui, in æmulationem luctus eorum. [b] *Oculi* enim *mei ad fideles terræ, ut sedeant ipsi mecum*. Quod si quispiam ex iis qui secundum caritatem Dei incedunt, ad te veniens, ad manducandum te invitaverit, ac volueris proficisci, proficiscere quidem, sed cito revertere ad cellam tuam. Si fieri potest, extra eam ne dormieris umquam; ut in te semper maneat quietis gratia; & hujus propositi cultum absque impedimento retinebis.

VIII. Non sis lautorum ciborum cupidus, nec illecebræ deliciarum. [c] *Nam quæ in deliciis est,* C *vivens mortua est*; quemadmodum ait Apostolus. Ne cibis extraneorum satiaveris ventrem tuum, ut ne tibi eorum cupiditas obveniat, atque desiderium externarum mensarum inferat. Dictum quippe fuit: [d] *Ne seducaris saturitate ventris*. Quod si te videris assidue extra cellam tuam vocari, recusa. Noxia enim est continua extra cellam tuam commoratio; gratiam aufert, obnubilat prudentiam, ardorem restinguit. Vide mihi dolium vini, quod multo tempore in eodem loco exstitit, manetque inconcussum, quo pacto vinum reddat splendidum, sed a tum, odoriferum; contra si huc illucque circumferatur, turbidum, tetricum, omnem simul ex fæcis vitio contractam injucunditatem exhibens. D Cum hoc ergo te ipsum conferens, quod usui est experire, abscinde multorum affectus, ne mens tua distrahatur, & quietis modum conturbet. Operari manibus cura, idque pro viribus die ac nocte, ne quem graves, quin potius aliis tribuas quemadmodum hortatur ac dicit sacer Apostolus Paullus [e]; ut in eo etiam tædii dæmonem vincas, ceterasque omnes hostis cupiditates avellas. Adjacet enim pigritiæ tædii dæmon, atque [f] *in desideriis est*, sicut inquit. Traditionis & acceptionis peccatum effugias. Sive ergo vendis, sive emis, parum te de justo precio frauda, ne in mores nimium exactos aut erga pretium lucri cupidos inductus, ad noxias animæ caussas decidas, contentionem, perjurium, per E sermonis tui permutationem; atque in iis venerandam instituti nostri dignitatem contumelia & ignominia efficias. Eo modo ipse cogitans, in traditione & acceptione tua cautionem serva. Sed si quod melius est elegeris, idque possis, in alium fidum hominem curam tuam rejice, quo ita factus alacer & tranquillus, spe bona jucundaque perfruaris.

[a] Matth. XII. 50. [b] Psalm. C. 6. [c] I. Tim. V. 6. [d] Prov. XXIV. 15. [e] I. Thess. II. 9. & II. III. 8. Ephes. IV. 28. [f] Prov. XIII. 4.

1. Al. περισπαστικός.

2 Forte *vacat*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.

Ταῦτά σοι οὕτως παραινεῖν οἶδε τὰ χρήσιμα ὁ τῆς ἡσυχίας τρόπος. φέρε δὴ καὶ τῶν ἑξῆς ἐπιφερομένων ἐν αὐτῇ πραγμάτων παραθήσομαί σοι τὸν νοῦν· σὺ δέ μοι ἄκουε, καὶ ποίει ἃ ἐντέλλομαί σοι. καθεζόμενος ἐν τῷ κελλίῳ σου, συνάγαγέ σου τὸν νοῦν· μνήσθητι ἡμέρας θανάτου· ἴδε τότε τοῦ σώματος τὴν νέκρωσιν· ἐννόει τὴν συμφοράν· λάβε τὸν πόνον· κατάγνωθι τῆς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ματαιότητος· ἐπιμέλησαι τῆς τε ἐπιεικείας καὶ τῆς σπουδῆς· ἵνα δυνηθῇς διαπαντὸς μένειν τῇ αὐτῇ προθέσει τῆς ἡσυχίας, καὶ μὴ ἀσθενήσαις. μνήσθητι δὲ καὶ τῆς ἐν τῷ ᾅδῃ νυνὶ καταστάσεως· λογίζου τὸ πῶς ἄρα εἰσὶν ἐκεῖ αἱ ψυχαὶ, ἐν ποίᾳ πικροτάτῃ σιωπῇ, ἢ ἐν ποίῳ δεινοτάτῳ στεναγμῷ, ἡλίκῳ φόβῳ ἢ ἀγωνίᾳ, ἢ τίνι προσδοκίᾳ· τὴν ἄπαυστον ὀδύνην, τὸ ψυχικὸν καὶ ἀπέραντον δάκρυον. ἀλλὰ καὶ ἡμέρας ἀναστάσεως καὶ παραστάσεως μνήσθητι τῆς πρὸς τὸν Θεόν· φαντάζου τὸ φοβερὸν καὶ φρικῶδες ἐκεῖνο κρίμα· ἄγε εἰς μέσον τὰ ἀποκείμενα τοῖς ἁμαρτάνουσιν, αἰσχύνην τὴν κατενώπιον Θεοῦ καὶ Χριστοῦ αὐτοῦ, ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, ἐξουσιῶν, καὶ πάντων ἀνθρώπων, τάς τε κολαστήρια πάντα, τὸ πῦρ αἰώνιον, τὸν σκώληκα τὸν ἀτελεύτητον, τὸν τάρταρον, τὸ σκότος, τὸν ἐπὶ πᾶσι τούτοις τῶν ὀδόντων βρυγμὸν, τοὺς φόβους καὶ τὰς βασάνους. ἄγε δὴ καὶ τὰ τοῖς δικαίοις ἀποκείμενα ἀγαθὰ, παῤῥησίαν τὴν μετὰ Θεοῦ πατρὸς καὶ Χριστοῦ αὐτοῦ, ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, ἐξουσιῶν, καὶ παντὸς τοῦ δήμου, βασιλείαν καὶ τὰ ταύτης δωρήματα, τὴν χαρὰν καὶ τὴν ἀπόλαυσιν· ἑκατέρων τούτων τὴν μνήμην ἄγε σεαυτῷ· καὶ ἐπὶ μὲν τῇ τῶν ἁμαρτωλῶν κρίσει, στέναζε, δάκρυε, πένθους ἔνδυσαι τὴν ἰδέαν, φοβούμενος μὴ καὶ σὺ αὐτὸς ἐν τούτοις γένῃ· ἐπὶ δὲ τοῖς δικαίοις ἀποκειμένοις ἀγαθοῖς, χαῖρε καὶ ἀγαλλία καὶ εὐφραίνου· καὶ τούτων μὲν σπούδασον ἀπολαῦσαι, ἐκείνων δὲ ἀλλοτριοῦσθαι· ὅρα μὴ ἐπιλάθῃ τούτων ποτὲ, κἂν ἔνδον ἐν τῷ κελλίῳ σου τυγχάνῃς, κἂν ἔξω που, τῆς ἐκ τούτων μνήμης μὴ παραῤῥίψῃς σου τὸ φρόνημα· ὅπως κἂν διὰ τούτων, τοὺς ῥυπαροὺς καὶ βλαβεροὺς ἐκφεύξῃ λογισμούς.

Νηστεία σοι ἔστω ὅση δύναμις κατενώπιον κυρίου. αὕτη σου τὰς ἀνομίας καὶ τὰς ἁμαρτίας περικαθαριεῖ, σεμνύνει τὴν ψυχὴν, ἁγιάζει τὸ φρόνημα, δαίμονας ἀπελαύνει, Θεὸν ἐγγὺς εἶναι παρασκευάζει. ἅπαξ δὲ τῆς ἡμέρας φαγὼν, εἰς δεύτερον μὴ ἐπιποθήσῃς, ἵνα μὴ πολυδάπανος γένῃ, καὶ ἐκθορυβήσῃ σου τὸ φρόνημα. ἔνθεν εὐπορῆσαι δυνήσῃ ἐπὶ τὰ τῆς εὐποιΐας ἔργα, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ σώματος νεκρῶσαι τὰ πάθη. ἐὰν δὲ ἀπάντησις ἀδελφῶν γένηται, καὶ ἔστι χρεία, ὥστε καὶ δεύτερόν σε καὶ τρίτον φαγεῖν, μὴ στυγνάσῃς μηδὲ κατηφήσῃς· χαῖρε δὲ μᾶλλον, ὑπήκοος τῆς χρείας γινόμενος· καὶ τὸ δεύτερον ἢ τρίτον φαγὼν, εὐχαρίστει τῷ Θεῷ, ὅτι νόμον ἀγάπης πεπλήρωκας, καὶ ὡς ὅτι δήπερ αὐτὸν τὸν Θεὸν ἕξεις τῆς ἡμετέρας ζωῆς οἰκονόμον. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀῤῥωστία σώματος συμβαίνει, καὶ δέῃ, ὥστε καὶ δεύτερον καὶ τρίτον καὶ πολλάκις φαγεῖν, οὕτως ἔστω σοι λελυμένος ὁ λογισμός. οὐδὲ γὰρ τοὺς σωματικοὺς τῆς πολιτείας πόνους, καὶ ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις ἐπικρατεῖν χρή· ἀλλ' ὑπενδιδόναι τισὶν, ἵνα τάχιον ἐπὶ τὴν εὐρωστίαν ἐπανελθὼν, πάλιν τοῖς αὐτοῖς τῆς πολιτείας ἐγγυμνάζηται πόνοις. περὶ δὲ ἀποχῆς βρωμάτων, οὐκ ἐκώλυσέ τι μὴ φαγεῖν ὁ θεῖος λόγος, ἀλλ' εἶπεν· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πάντα ὡς λάχανα χόρτου, ἐσθίετε μηδὲν ἀνακρίνοντες. καὶ οὐ τὰ εἰσερχόμενα εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. τὸ οὖν ἀπέχεσθαι βρωμάτων, τοῦτο τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως ἂν εἴη καὶ ψυχῆς πόνος.

Τὴν χαμευνίαν καὶ τὴν ἀγρυπνίαν καὶ τὰς ἄλλας πάσας κακοπαθείας ἡδέως φέρε, ἀποβλέπων εἰς τὴν

IX. Hæc tibi eo pacto ſuadere novit commoda modus quietis. Age vero, etiam rerum quæ deinde in ea continentur ſenſum tibi apponam: tu vero mihi auſculta, & quæ præcipio tibi exſequere. Cum ſedes in cella tua, collige mentem tuam; memento diei mortis: vide tunc corporis mortificationem; cogita calamitatem, laborem doloremque aſſume; condemna vanitatem hujus mundi; curam gere modeſtiæ & ſedulitatis, ut poſſis manere ſemper in eodem quietæ vitæ propoſito, nec in infirmitatem incidas. Memor quoque eſto ſtatus præſentis in inferno: reputa quemadmodum illic degant animæ, in quo amariſſimo ſilentio, aut in quo acerbiſſimo gemitu, in quali timore, anxietate, exſpectatione quanam: *reputa* numquam deſinentem dolorem, lacrymas animæ quæ fine carent. Sed & recordare diei reſurrectionis ac exhibitionis coram Deo: imaginare tremendum & horribile illud judicium: profer in medium quæ peccatoribus repoſita ſunt, ignominiam in conſpectu Dei & Chriſti ejus, Angelorum, Archangelorum, Poteſtatum, cunctorumque hominum; item ſupplicia omnia, ignem æternum, vermem immortalem, tartarum, tenebras, & ſuper hæc univerſa ſtridorem dentium, terrores, ac tormenta. Profer quoque ea quæ juſtis repoſita ſunt bona, fiduciam cum Deo Patre & Chriſto ejus, Angelis, Archangelis, Poteſtatibus, atque omni populo, regnum, ejuſque dona, gaudium, voluptatem. Horum utrorumque memoriam adduc in mentem tuam: ac de peccatorum quidem judicio, ingemiſce, fle, indue habitum luctus, veritus ne tu quoque in illis conſiſtas: de bonis vero quæ juſtis repoſita ſunt, gaude & exſulta & lætare: atque tum his frui contende, tum ab illis eſſe alienus. Cave ne umquam horum obliviſcaris, ſive intra in cella tua ſis, ſive extra alicubi; mentem tuam noli ab horum recordatione avertere; quo vel per ea ſordidas noxiaſque cogitationes effugias.

X. Jejunium pro virili coram Deo excole. Illud delicta & peccata tua expiabit; animam ornat, mentem ſanctam efficit, pellit dæmones, Deum prope nos adducit. Porro cum ſemel in die comederis, ne iterum manducare concupiſcas, ut non fias ſumtuoſus, animumque tuum conturbes. Hinc poteris tum ad beneficentiæ opera abundare, tum ipſius corporis affectus exſtinguere. Quando autem advenerint fratres, & neceſſe fuerit te bis terque comedere, ne ingemiſcas aut mæſtus ſis; quin potius gaudeto, quod neceſſitati obtemperes; atque bis vel ter manducans, gratias age Deo, eo quod legem caritatis impleveris, quodque ipſum ſane Deum noſtræ vitæ diſpenſatorem habiturus ſis. Quandoque etiam corporis invaletudo contingit, adeo ut bis & ter ſæpiuſque edere oporteat; ad id mens tua parata ſit. Non enim corporales profeſſionis noſtræ labores locum in morbis habere debent, ſed quædam remittenda ſunt, quo citius ad ſanitatem quis reverſus, iterum iiſdem auſteræ vitæ ſe ſe exerceat laboribus. Ceterum de abſtinentia a cibis, nihil divinus ſermo, ne manducaremus, prohibuit, ſed dixit: [a] *Ecce dedi vobis omnia, quaſi olera herbæ;* [b] *manducate, nihil interrogantes*. Et, [c] *Non quæ intrant in os, coinquinant hominem*. Quocirca a cibis abſtinere, id noſtræ voluntatis & animæ labor eſt.

XI. Humi cubationem & vigilias ceteraſque auſteritates libenter tolera, reſpiciens ad futuram glo-

a Gen. IX. 3. b 1. Cor. X. 25. 27. c Matth. XV. 11.

μέλλουσαν ἀποκαλυφθῆναί σοι δόξαν σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις. οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθήματά φησι τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. ἐὰν ἀθυμῇς, προσεύχου, καθὰ γέγραπται· προσεύχου δὲ ἐμφόβως, ἐντρόμως, ἐμπόνως, νηφαλίως τε καὶ ἐγρηγορότως. οὕτω προσεύχεσθαι δεῖ, μάλιστα διὰ τοὺς κακοτρόπους καὶ κακοσχόλους, ἐπηρεάζειν ἡμᾶς θέλοντας ἐν τούτῳ τοὺς ἀοράτους ἡμῶν ἐχθρούς. ὁπηνίκα οὗτοι ἴδωσιν ἡμᾶς προσευχῇ παρισταμένους, τότε δὴ καὶ αὐτοὶ σπουδαίως ἐφίστανται ἡμῖν, ἐκεῖνα ἡμῖν τῷ νῷ ὑποβάλλοντες, ἃ μὴ δεῖ ἐν καιρῷ τοῦ προσεύχεσθαι ἐνθυμεῖσθαι ἢ ἐννοεῖν, ἵνα αἰχμάλωτον ἡμῶν τὸν νοῦν ἀπαγάγωσι, καὶ ἀργὴν καὶ μάταιον καὶ ἀνωφελῆ τὴν ἀπὸ τῆς προσευχῆς δέησίν τε καὶ ἱκετηρίαν ποιήσωσι. μάταιος γὰρ ὄντως καὶ ἀνωφελὴς ἡ προσευχὴ καὶ ἡ δέησις καὶ ἡ ἱκετηρία τυγχάνει, ὅταν μὴ ὡς προείρηται ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ νηφαλίως τε καὶ ἐγρηγορότως διατελῆται. εἶτα ἀνθρώπῳ μὲν βασιλεῖ προσερχόμενός τις, μετὰ φόβου καὶ τρόμου καὶ νήψεως, οὕτως τὴν δέησιν ἀποτελεῖ· οὐ πολλῷ μᾶλλον Θεῷ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων, καὶ Χριστῷ βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων καὶ ἄρχοντι τῶν ἀρχόντων ὁμοίως παρίστασθαι δεῖ, καὶ ὡσαύτως τὴν δέησιν καὶ ἱκετηρίαν ποιεῖσθαι; ὅτι τῷ Θεῷ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.


A riam quæ revelabitur tibi cum omnibus ſanctis. [a] *Non* enim inquit *ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*. Si animo dejecto es, ora, ſicut ſcriptum eſt; ora autem cum timore, tremore, & labore, ſobrie & vigilanter. Ita oportet orare, maxime propter malignos malitiæque vacantes inaſpectabiles inimicos noſtros, qui in hoc nobis negotium faceſſere volunt. Ii quoties viderint nos ad orationem ſtare, toties ſedulo adoriuntur, eaque menti ſuggerunt quæ precum tempore nequaquam cogitare & conſiderare debemus, quo animum noſtrum captivum abducant, otioſamque, vanam & inutilem reddant precis poſtulationem & ſuppli- B cationem. Inanis enim revera eſt ac inutilis oratio, petitio, ſupplicatio, quando non, ſicut ſupra diximus, cum timore & tremore, ſobrie ac vigilanter peracta fuerit. Adhæc, ad hominem quidem regem accedens quilibet, cum timore & tremore & cautione, deprecationem eo modo exſequitur. Nonne multo magis Deo cunctorum Domino, & Chriſto regi regnantium, & principi principum conſimiliter aſſiſtendum eſt, atque offerenda obſervatio ac ſupplicatio? Quoniam Deo gloria, in ſæcula. Amen.

Sæcul IV. circa Ann Chr. 386.

[a] Rom. VIII. 18.



Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
386.



ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ λγ´.

Κατ' ἀκολουθίαν.

EVAGRII MONACHI

CAPITULA XXXIII.

Per gradus quosdam disposita consequentiæ.

Ἴκτερος, ἐστὶν ἕξις χειρίστη ψυχῆς λογικῆς καθ' ἣν ἐσφαλμένως Θεόν τε, καὶ τὴν τῶν γεγονότων θεωρίαν ὁρᾷ.

Ὀπισθότονος, ἐστὶ κακία φύσεως λογικῆς καθ' ἣν δυσκαμπὴς γίνεται πρὸς ἀρετὴν, καὶ γνῶσιν τὴν τοῦ Θεοῦ.

Σφακελλισμὸς, ἐστὶ ζέσις, καὶ κίνησις θυμοῦ τὸ λογιστικὸν μέρος τῆς ψυχῆς ἐκταράττουσα.

Τυφλότης, ἐστὶν ἄγνοια τοῦ νοῦ ταῖς πρακτικαῖς ἀρεταῖς καὶ τῇ τῶν γεγονότων θεωρίᾳ μὴ ἐπιβάλλουσα.

Παράλυσις, ἐστὶ δυσκινησία λογιστικῆς ψυχῆς πρὸς τὰς πρακτικὰς ἀρετάς.

Γονόῤῥοια, ἐστὶ ῥαθυμία λογικῆς ψυχῆς, καθ' ἣν ἀποβάλλειν τοὺς τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας εἴωθε λόγους.

Ἀποκάθισις, ἐστὶν ἀδυναμία λογικῆς ψυχῆς, καθ' ἣν τὰς συμπλησάσας ἀρετὰς πρὸς τὴν μόρφωσιν τοῦ Χριστοῦ εἴωθεν ἀποβάλλειν.

Λέπρα, ἀπιστία ἐστὶν λογικῆς ψυχῆς, καθ' ἣν οὐ πληροφορεῖται ψηλαφῶσα τοὺς λόγους.

Ἔκστασις, ἐστὶ νεῦσις πάλιν πρὸς κακίαν λογικῆς ψυχῆς μετὰ τὴν ἀρετὴν, καὶ γνῶσιν τὴν τοῦ Θεοῦ.

Θλάσις, ἐστὶν ἕξις χειρίστη λογικῆς ψυχῆς, καθ' ἣν μετέρχεται τὰς ἀρετὰς, οὐ δι' αὐτὸ τὸ καλόν.

Κολόβωσις ῥινὸς, ἐστὶ στέρησις ἀρετῆς ἀντιλαμβανομένης εὐωδίας τῆς τοῦ Χριστοῦ.

Ὠτότμησις, ἐστὶ σκληρία λογικῆς ψυχῆς πρὸς τὴν πνευματικὴν διδασκαλίαν ἀνθέλκουσα.

Ἐφηλὶς, ἐστὶ πνευματικῆς θεωρίας ἔκπτωσις, ἢ τῆς τῶν γεγονότων θεωρίας οὐκ ἀληθὴς κατανόησις.

Μογγιλαλία, ἐστὶ πάθος τοῦ λογιστικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς, καθ' ὃ σκανδαλιζόμενος ἐπὶ τοῖς γινομένοις ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν ἀδυνατεῖ τῷ Θεῷ.

Χωλότης, ἐστὶν ἀδυναμία φύσεως λογικῆς πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν.

Ὕδρωψ, ἐστὶν ἔκκλισις ἄλογος ψυχῆς, καθ' ἣν σβεσθεισῶν τῶν ἀρετῶν ἐπικρατεῖ κακία, καὶ ἀγνωσία.

Μύρμηξ, ἐστὶν ἄνθρωπος πρακτικὸς τὴν ἑαυτοῦ τροφὴν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ παρασκευάζων.

Χοιρογρύλλιοι, εἰσὶν ἔθνη ἀκάθαρτα τὰς ἐντολὰς δεξάμενα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ.

A I. Morbus arquatus seu regius, est habitus pessimus animæ rationalis, per quem tum Deum, tum rerum factarum contemplationem erronee intuetur.

II. Convulsio in scapulas, est vitium naturæ rationalis, per quod fit inflexibilis ad virtutem, Deique cognitionem.

III. Mortificatio partis inflammatæ seu gangrænæ initium, est fervor & motus iracundiæ, perturbans partem animæ rationalem.

IV. Cæcitas, est ignorantia mentis, quæ ad activas virtutes rerumque creatarum contemplationem quasi collimando non tendit.

V. Paralysis seu nervorum dissolutio, est difficultas motus animæ rationalis ad virtutes activas.

VI. Gonorrhœa seu fluxus seminis, est desidia animæ rationalis, per quam abjicere spiritualis doctrinæ sermones consuevit.

VII. Crebrius iterata sessio, est impotentia animæ rationalis, per quam virtutes assolet rejicere, quæ conferunt ad formationem Christi (in corde.)

VIII. Lepra, est infidelitas animæ rationalis, per quam non plene persuasum habet, dum contrectat, ac perscrutatur sermones.

IX. Mentis emotio, est animæ rationalis iterata proclivitas ad malitiam post virtutem, Deique cognitionem.

X. Contusio, est pessimus habitus animæ rationalis, per quem virtutes sectatur non propter ipsam honestatem.

XI. Truncatio naris, est privatio virtutis, quæ Christi odorem percipiebat.

XII. Aurium mutilatio, est durities animæ rationalis, quæ spirituali doctrinæ, quasi contra trahendo, resistit.

XIII. Vitium faciei asperæ, est delapsus a contemplatione, aut speculationis rerum creatarum intelligentia minime vera.

XIV. Linguæ hæsitantia, est passio partis rationalis animæ, per quam eadem rationalitas, scandalum passa in his quæ facit, non potest pro omni re gratias agere Deo.


D XV. Claudicatio, est impotentia naturæ rationalis ad operationem virtutis.

XVI. Hydrops sive aqua intercus, est irrationalis declinatio animæ, per quam, exstinctis virtutibus, malitia, & ignorantia dominantur.

XVII. Formica, est homo practicus, seu in agendo positus, in isto sæculo sibi alimentum præparans.

XVIII. Chœrogrylli seu porci grunientes, sunt gentes impuræ, quæ susceperunt præcepta Salvatoris nostri Christi.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
386.



Ἀβασίλευτοι ἀκρίδες, ψυχαὶ λογικαὶ μὴ σαλευόμεναι ὑπὸ τοῦ θανάτου, καὶ ὑπὸ τῶν σπερμάτων διατρεφόμεναι.

Ἀσκαλαβώτης, ἔστι νοῦς πρακτικὸς, ἐπερειδόμενος ἀρεταῖς, καὶ κατοικῶν ἐν ταῖς γνώσεσι τῶν οὐρανίων δυνάμεων.

Σκύμνος λέοντος, ἔστιν ἄνθρωπος ἀπαθὴς τῶν ἐν αὐτῷ γενομένων βασιλεύσας θηρίων.

Ἀλεκτρυὼν, ἔστιν ἄνθρωπος πνευματικὸς πληρούμενος γνώσεως, καὶ ἑτέραις εὐαγγελιζόμενος ψυχαῖς τὴν παρὰ τοῦ νοητοῦ ἡλίου γενομένην ἡμέραν.

Τράγος, ἔστιν ἀνὴρ πρακτικὸς τῶν ἐν αὐτῷ ἀτάκτων λογισμῶν ὀρθῶς καθηγούμενος.

Βδέλλα, ἔστι φύσις ἀκάθαρτος, τὸ δίκαιον αἷμα ἐκ τῶν λογικῶν ψυχῶν ἐκμυζῶσα.

Ἅδης, ἔστιν ἄγνοια φύσεως λογικῆς κατὰ στέρησιν τῆς Θεοῦ θεωρίας ἐπισυμβαίνουσα.

Γυνὴ, ἔστιν ἀφροσύνη λογικὰς ψυχὰς ἐπὶ ἀκαθαρσίαν προσκαλουμένη.

Γῆ, ἔστιν ἕξις χειρίστη ἐξ ἀσεβείας, καὶ παρανομίας συλλεγομένη.

Πῦρ, ἔστι κακία φύσεως λογικῆς, φθαρτικὴ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀρετῶν.

Ὕδωρ, ἔστι γνῶσις ψευδὴς, σβεστικὴ γνώσεως ἀληθοῦς.

Ὀφθαλμὸς καταγελῶν, ἔστι φύσις ἀκάθαρτος τῆς τοῦ Θεοῦ καταγελῶσα γνώσεως, καὶ ἀτιμάζουσα τὴν ἐν τοῖς γεγονόσι σοφίαν.

Κόρακες, εἰσὶ δυνάμεις ἅγιαι, φθαρτικαὶ τῶν κακιῶν.

Φάραγγες, εἰσὶ ψυχαὶ λογικαὶ, κοιλανθεῖσαι ἀπὸ κακίας, καὶ ἀγνωσίας.

Νεοσσοὶ ἀετῶν, εἰσὶ δυνάμεις ἅγιαι τοὺς ἀκαθάρτους καταβάλλειν πεπιστευμέναι.

A XIX. Locustæ Regem non habentes, sunt animæ rationales, quas mors non concutit, quæque a seminibus aluntur.

XX. Stellio sive animalculum simile lacertæ domorum parietes perreptans, est mens activa innixa virtutibus, inque cælestium potestatum cognitionibus inhabitans.

XXI. Catulus leonis, est homo absque passionibus, qui regnavit super feras in suam redactas potestatem.

XXII. Gallus, est homo spiritualis cognitione plenus, atque aliis animabus annuntians eum, qui ab intellectuali sole gignitur, diem.

XXIII. Hircus, est vir activus, qui recte regit
B inordinatas, quæ in se ipso sunt, cogitationes.

XXIV. Hirudo sive sanguisuga, est natura impura emungens justum sanguinem ab animabus rationalibus.

XXV. Infernus, est ignorantia naturæ rationalis, per privationem contemplationis Dei superveniens.

XXVI. Mulier, est dementia rationales animas ad impuritatem provocans.

XXVII. Terra, est habitus pessimus ex impietate, atque injustitia collectus.

XXVIII. Ignis, est malitia naturæ rationalis, virtutum Dei corruptrix.

XXIX. Aqua, est falsa notitia exstinctiva veræ cognitionis.

C XXX. Oculus deridens, est natura impura, Dei cognitionem irridens, nulloque habens honore seu aspernans sapientiam in his, quæ facta sunt.

XXXI. Corvi, sunt potestates sanctæ, vitiorum peremtrices.

XXXII. Barathra, sunt animæ rationales excavatæ a malitia, & ignorantia.

XXXIII. Aquilarum pulli, sunt potestates sanctæ, quæ præsunt ad depellendos impuros.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Πνευματικαὶ γνῶμαι κατὰ ἀλφάβητον.

Ἄτοπόν ἐστι τὸν διώκοντα τὰς τιμὰς φεύγειν τοὺς πόνους, δι' ὧν αἱ τιμαί.

Βούλει γνῶναι Θεόν; προλαβὼν γνῶθι σεαυτόν.

Γνήσιος φίλων, ὁ τὰς περιστάσεις κοινούμενος.

Δεινόν ἐστι μέγα φρονεῖν μικρὰ πράττοντα.

Ἐν παντὶ τὸ οἴεσθαι, εἰς τὸ εἰδέναι ἐμποδίζει.

Ζωῆς ἀλόγου δαίμων ἡγεμών.

Ἡ τῆς ψυχῆς εὐγένεια ἐκ τῆς εὐτονίας ἀναφαίνεται.

Θεοσεβὴς ἐκεῖνος, ὁ μὴ καθ' ἑαυτοῦ φθεγγόμενος.

Ἱερὸν Θεοῦ, ἄνθρωπος ἀνεπίληπτος.

Κάκιστον κτῆμα, βίος ἀδόκιμος.

Λάλει ἃ δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ οὐκ ἀκούσεις, ἃ μὴ δεῖ.

Μέγιστον κτῆμα, φίλος ἀδιάπτωτος.

Νόσημα ψυχῆς, γνώμη φιλόδοξος.

Ξένος, καὶ πένης Θεοῦ κολλούριον.

Ὁ δεχόμενος αὐτοὺς, ταχέως ἀναβλέψει.

Πάντας μὲν εὐεργετεῖν καλὸν, μάλιστα δὲ τοὺς μὴ δυναμένους ἀμείβεσθαι.

EJUSDEM

Spirituales Sententiæ per alphabetum dispositæ.

D

I. Absurdum est, eum, qui consectatur honores, fugere labores, per quos iidem comparantur honores.

II. Vis Deum noscere? anticipans, nosce te ipsum.

III. Ex amicis germanus est is, qui occasionum prosperam opportunitatem communicat.

IV. Durum est, eum, qui parva facit, magna de se sapere.

V. Arroganter de se opinari, unicuique impedit scientiam.

VI. Vitæ irrationalis ductor est dæmon.

VII. Animæ nobilitas ex validitate manifesta-
E tur.

VIII. Ille colit Deum religiose, qui non loquitur contra se.

IX. Templum Dei, homo irreprehensibilis.

X. Pessima possessio, vita minime proba.

XI. Loquere quæ oportet, & quando oportet, & non audies, quæ non oportet.

XII. Maxima possessio, amicus, in quo nullus error admittitur.


XIII. Morbus animæ, mens gloriæ cupida.

XIV. Hospes, & pauper sunt collyrium, seu medicamentum Dei (tamquam medici.)

XV. Qui suscipit ipsos, cito recuperabit visum.

XVI. Omnibus quidem beneficia conferre præclarum est, maxime vero his, qui non possunt rependere.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.



Ῥήτωρ ἐν δικαιότητι, ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος. A

Σωφροσύνη, καὶ πρᾳότης ψυχῆς χερουβίμ.

Τὸ ἔντιμον ἐν γήρᾳ εἶναι ἀπόδειξις τοῦ φιλόπονον πρὸ γήρως γεγονέναι.

Τὸ σπουδαῖον ἐν νέῳ ἐχέγγυον τοῦ ἔντιμον ἐν γήρει ἔσεσθαι.

Ὑπερῷον ψυχῆς, θεωρία ἀληθής.

Φιλῶν ἃ μὴ δεῖ, οὐ φιλήσεις ἃ δεῖ.

Χρυσὸν κίβδηλον ἄμεινον, ἢ φίλον κεκτῆσθαι.

Ψυχὴ καθαρὰ μετὰ Θεὸν, Θεός.

Ὢ ἀπὸ τῆς φιλαυτίας τῆς πάντα μισούσης. B

XVII. Orator in justitia, poculum aquæ frigidæ.

XVIII. Temperantia, & mansuetudo animæ, sunt Cherubim.

XIX. Honorabilem esse in senectute demonstratio est, quod is ante senectutem fuerit amans laboris.

XX. Studiosum esse in juventute, pignus est, eum fore senectute honore ornandum.

XXI. Animæ domicilii pars superior, est vera contemplatio.

XXII. Amans quæ non oportet, minime adamabis quæ oportet.

XXIII. Melius est possidere aurum non purgatum, quam non sincerum, fucatumque amicum.

XXIV. Anima pura post Deum, Deus.

XXV. O quam cavendum a nimio sui ipsius amore omnia odio habente.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ


Ἕτεραι Γνῶμαι.

1. Ἀρχὴ ἀγάπης, ὑπόληψις δόξης. 2. καλὸν πλουτεῖν πρᾳότητι, καὶ ἀγάπῃ. 3. λικμητὴρ ἀρετῆς, λογισμὸς ὑπερήφανος. 4. λεία ὁδὸς ὑπὸ ἐλεημοσύνης γίνεται. 5. ἄδικος δικαστὴς, μεμολυσμένη συνείδησις. 6. δεινόν ἐστι πάθεσι δουλεύειν σαρκός. 7. εἰ θέλεις ἄλυπος εἶναι, Θεῷ ἀρέσκειν σπούδαζε. 8. ὁ καλῶς φροντίζων C ἑαυτοῦ, φροντίζεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. 9. σώφρων καρδία, λιμὴν θεωρημάτων. 10. ὅταν θέλῃς σαυτὸν γνῶναι τίς εἶ, μὴ συγκρίνῃς τίς ἦς, ἀλλὰ τί γέγονας ἐξ ἀρχῆς. 11. λάκκος ἄνυδρος, φιλόδοξος ψυχή. 12. ὑπερήφανος ψυχὴ, πανδοχεῖον λῃστῶν, μισεῖ δὲ ἦχον γνώσεως. 13. ἀληθοῦς ἀνδρὸς πλάνη κακὴ τὸ μὴ εἰδέναι τὰς γραφάς. 14. εἰ φοβῇ τὸν Θεὸν, ἐκ τῶν δακρύων γνῶθι. 15. ἄῤῥηκτον ὅπλον ταπεινοφροσύνη ψυχῆς. 16. δένδρον παραδείσου φιλάρετος ἀνήρ. 17. Ἰησοῦς Χριστὸς, ξύλον ἐστὶ ζωῆς. χρῶ αὐτῷ ὡς δεῖ, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνῃς εἰς τὸν αἰῶνα. 18. εὐεργέτει τοὺς ὄντως πτωχοὺς, καὶ βρώσῃ Χριστόν. 19. ῥώμη ἀληθὴς, τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶ- D μα ἐσθίειν. 20. εἰ φιλεῖς τὸν Χριστὸν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρεῖν οὐκ ἐπιλάθῃ. 21. ἐκεῖθεν γὰρ ἀναφαίνεται εὐεργέτης μετὰ Θεόν. 22. ὁ κατὰ Θεὸν φίλος ῥέει γάλα, καὶ μέλι τοῖς ἀληθέσι λόγοις. 23. ἡ ῥάθυμος δὲ ψυχὴ, τοιοῦτον οὐχ ἕξει φίλον. 24. ὠμὸς δεσπότης, φιλήδονος λογισμός. 25. σιγᾶν τὴν ἀλήθειαν χρυσόν ἐστι θάπτειν. 26. ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν, κατὰ Θεὸν πάντα ποιεῖ.

EJUSDEM

Aliæ Sententiæ.

I. PRincipium caritatis, est alteri alterius gloriæ mutua responsio. 2. Bonum est ditescere in mansuetudine, & caritate. 3. ventilator virtutis est superba cogitatio. 4. Plana via fit ab eleemosyna. 5. Injustus judex est conscientia inquinata. 6. Durum est servire passionibus carnis. 7. Si volueris esse absque dolore, stude placere Deo. 8. Qui honeste sui curam gerit, ipsius a Deo cura geritur. 9. Temperans cor portus est contemplationum. 10. Quando voles te ipsum nosse quisnam sis, ne compares cum eo, quis eras, sed cum eo qui ab initio fuisti. 11. Cisterna sine aqua, est anima gloriæ cupida. 12. Anima superba, taberna est latronum, oditque sonitum scientiæ. 13. Veri viri malus est error nescire Scripturas. 14. An Deum timeas, agnoscito e lacrymis. 15. Armatura infracta est humilitas animæ. 16. Arbor Paradisi est vir cupidus virtutis. 17. Jesus Christus est lignum vitæ, utere ipso ut oportet, & non morieris in æternum. 18. Benefac his, qui sunt vere pauperes, & comedes Christum. 19. Robur verum est Christi corpus comedere. 20. Si amas Christum ejus mandata servare ne obliviscaris. 21. Inde namque demonstratur qui post Deum est benefactor. 22. Qui secundum Deum amicus est, lac, & mel, veris fluit sermonibus. 23. Anima vero pigra talem non habebit amicum. 24. Crudelis herus cogitatio cupida voluptatis. 25. Tacere veritatem est aurum sepelire. 26. Qui timet Deum, facit omnia secundum Deum.



ΕΥΑΓΡΙΟΥ

ΠΡΟΣ ΑΝΑΤΟΛΙΟΝ

Περὶ τῶν ὀκτὼ λογισμῶν.

EVAGRII

AD ANATOLIUM

De octo vitiosis Cogitationibus.

Ὀκτώ εἰσι πάντες οἱ γενικώτατοι λογισμοὶ, ἐν οἷς περιέχεται πᾶς λογισμός. πρῶτος ὁ τῆς γαστριμαργίας, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ τῆς πορνείας· τρίτος ὁ τῆς φιλαργυρίας· τέταρτος ὁ τῆς λύπης· πέμπτος ὁ τῆς ὀργῆς· ἕκτος ὁ τῆς ἀκηδίας· ἕβδομος ὁ τῆς κενοδοξίας· ὄγδοος ὁ τῆς ὑπερηφανίας. τούτους πάντας παρενοχλεῖν μὲν τῇ ψυχῇ, ἢ μὴ παρενοχλεῖν, τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι· τὸ δὲ χρονίζειν αὐτοὺς, ἢ μὴ χρονίζειν, ἢ πάθη κινεῖν, ἢ μὴ κινεῖν, τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν.

Ὁ μὲν τῆς γαστριμαργίας λογισμὸς ἔκπτωσιν ταχεῖαν τῷ μοναχῷ τῆς ἀσκήσεως ὑποβάλλει· στόμαχον, ἢ ἧπαρ, καὶ σπλῆνα, καὶ ὕδρωπα διαγράφων, καὶ νόσον μακρὰν, καὶ σπάνιν τῶν ἐπιτηδείων, καὶ ἰατρῶν ἀπορίαν. φέρει δὲ αὐτοὺς πολλάκις καὶ εἰς μνήμην ἀδελφῶν τινων, τούτοις περιπεσόντων τοῖς πάθεσιν. ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς πεπονθότας παραβάλλειν ἀναπείθει τοῖς ἐγκρατευομένοις, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἐκδιηγεῖσθαι συμφορὰς, καὶ ὡς ἐκ τῆς ἀσκήσεως τοιοῦτο γεγόνασιν.

Ὁ τῆς πορνείας δαίμων, σωμάτων καταναγκάζει διαφόρων ἐπιθυμεῖν, καὶ σφοδρότερος τοῖς ἐγκρατευομένοις ἐφίσταται, ἵν' ὡς μηδὲν ἀνύοντες παύσωνται· καὶ τὴν ψυχὴν μιαίνων, περὶ ἐκείνας κατακάμπτει τὰς ἐργασίας, λέγειν τε αὐτὴν τινα ῥήματα, καὶ πάλιν ἀκούειν ποιεῖ ὡς ὁρωμένου δῆθεν καὶ παρόντος τοῦ πράγματος.

Ἡ φιλαργυρία, γῆρας μακρὸν ὑποβάλλει, καὶ πρὸς ἐργασίαν ἀδυναμίαν χειρῶν, λίμους τε ἐσομένους, καὶ νόσους συμβησομένας, καὶ τὰ τῆς πενίας πικρὰ, καὶ ὡς ἐπονείδιστον τὸ παρ' ἑτέρων λαμβάνειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν.

Ἡ λύπη ποτὲ μὲν ἐπισυμβαίνει κατὰ στέρησιν τῶν ἐπιθυμιῶν, ποτὲ δὲ καὶ παρέπεται τῇ ὀργῇ. κατὰ στέρησιν οὖν τῶν ἐπιθυμιῶν οὕτως ἐπισυμβαίνει· λογισμοί τινες προλαβόντες [1] εἰς μνήμην ἄγουσι τὴν ψυχὴν οἴκου τε καὶ γονέων καὶ τῆς προτέρας διαγωγῆς. καὶ ὅταν αὐτὴν μὴ ἀνθισταμένην, ἀλλ' ἐπακολουθεῖσαν θεάσωνται καὶ διαχεομένην ἐν ταῖς κατὰ διάνοιαν ἡδοναῖς, τότε λαμβάνοντες αὐτὴν, ἐν τῇ λύπῃ βαπτίζουσιν, καὶ οὐχ ὑπαρχόντων τῶν προτέρων πραγμάτων, οὐδὲ δυναμένων λοιπὸν διὰ τὸν παρόντα βίον ὑπάρξαι· καὶ ἡ ταλαίπωρος ψυχὴ, ὅσον διεχύθη ἐπὶ τοῖς προτέροις λογισμοῖς, τοσοῦτον ἐπὶ τοῖς δευτέροις συνεστάλη ταπεινωθεῖσα.

Ἡ ὀργὴ πάθος ἐστὶν ὀξύτατον. θυμοῦ γὰρ λέγεται ζέσις καὶ κίνησις κατὰ ἠδικηκότος ἢ δοκοῦντος ἠδικηκέναι. ἥτις πανημέριον ἐξαγριοῖ τὴν ψυχὴν, μά-

[1] Al. προβαλόντες.

A I. Octo summa vitiosarum cogitationum genera sunt, sub quibus omnis cogitatio continetur. Prima est gulæ, secunda libidinis, tertia avaritiæ, quarta tristitiæ, quinta iræ, sexta desidiæ, septima inanis gloriæ, octava superbiæ. Hæ autem omnes, ut animæ negotium facessant vel non facessant, in nobis haudquaquam situm est: ut autem in ea moram trahant, vel non trahant, aut perturbationes excitent, vel non excitent; id vero nostri arbitrii ac potestatis est.

II. Gulæ cogitatio monacho in mentem immittit, ut quam celerrime a colendæ pietatis instituto desciscat, stomachi nimirum, & hepatis & splenis dolores, & hydropisim & diuturnum morbum, & B rerum necessariarum penuriam, ac medicorum inopiam ob ipsius oculos depingens. Quin persæpe quoque memoriam quorumdam fratrum nobis refricat, qui in hæc incommoda inciderunt. Atque interdum etiam eos ipsos qui ejusmodi incommodis affecti fuerunt, inducit; ut continentiæ studiosos adeant, suasque calamitates ipsis exponant, seque eas monasticæ vitæ asperitate contraxisse afferant.


III. Libidinis dæmon variorum corporum desiderio animas inflammat, acriusque eos qui continentiæ student, urget: quo nimirum tamquam frustra laborantes, institutum suum abrumpant; atque animam inficiens, ad ejusmodi opera deprimit, & dicere & rursus audire verba facit, non secus ac si C res ipsa cerneretur, ac præsto esset.

IV. Avaritia longam senectutem, manuumque in conficiendis operibus imbecillitatem & famem futuram, & morbos eventuros, ac paupertatis molestias animo proponit; illudque præterea, turpe ac probrosum esse ea quæ necessaria sunt, ab aliis accipere.

V. Tristitia nonnumquam hinc oritur, quod quispiam cupiditatibus suis privetur: nonnumquam rursus iram comitatur. Ob privationem itaque cupiditatum ita oritur. Cogitationes quædam primum, & domum & parentes ac pristinam vitæ rationem animæ in memoriam revocant: cumque eam, non D repugnantem, sed obsecundantem, atque in voluptatibus cogitatione conceptis se se diffundentem perspexerint; tum demum arreptam eam mærore obruunt, tamquam videlicet pristinæ res non jam exsistant, nec deinceps, ob præsentis vitæ institutum, exsistere queant. Sic misera anima, quo magis in priores cogitationes diffusa est, hoc etiam magis in secundis contrahitur ac dejicitur.

VI. Iracundia, acutissimus affectus est. Siquidem indignationis fervor & concitatio est adversus eum qui læsit, aut læsisse videtur. Hæc porro cum alias

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.



λιστα δὲ ἐν ταῖς προσευχαῖς συναρπάζει τὸν νοῦν, τὸ τοῦ λελυπηκότος πρόσωπον ἐπισείουσα. ἔστι δὲ ὅτε καὶ χρονίζουσα, καὶ μεταβαλλομένη εἰς μῆνιν, ταραχὰς νύκτωρ παρέχει, τῆξίν τε τοῦ σώματος καὶ ὠχριότητα, καὶ θηρίων ἰοβόλων ἐπιδρομάς. ταῦτα δὲ τὰ τέσσαρα, τὰ μετὰ τὴν μῆνιν συμβαίνοντα, εὕροι, ἄν τις παρακολουθοῦντα πλείοσι λογισμοῖς.

A semper animam in rabiem agit, tum præsertim inter precandum mentem abripit, nimirum ejus qui læsit personam velut sub oculis collocans. Interdum etiam, cum inveteravit atque in iram mutata est, noctu tumultus ciet, corporisque tabem & pallorem ac ferarum incursiones. Hæc autem quatuor quæ post iram contingunt, quam plurimas cogitationes comitari quispiam reperiat.

Ὁ τῆς ἀκηδίας δαίμων, ὃς καὶ μεσημβρινὸς καλεῖται, πάντων τῶν δαιμόνων ἐστὶ βαρύτερος· καὶ ἐφίσταται μὲν τῷ μοναχῷ περὶ ὥραν τετάρτην, κυκλοῖ δὲ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ μέχρις ὥρας ὀγδόης. καὶ πρῶτον μὲν τὸν ἥλιον καθορᾶσθαι ποιεῖ δυσκίνητον ἢ ἀκίνητον, πεντηκοντάωρον τὴν ἡμέραν δεικνύς. ἔπειτα δὲ συνεχῶς ἀφορᾷν πρὸς τὰς θυρίδας, καὶ τῆς κέλλης ἐκπηδᾷν ἐκβιάζεται, τῷ τε ἡλίῳ ἐνατενίζειν, πόσον τῆς ἐννάτης ἀφέστηκε, καὶ περιβλέπεσθαι τῇδε κἀκεῖσε, μή τις τῶν ἀδελφῶν *. ἔτι δὲ μῖσος πρὸς τὸν τόπον [1] ἐκβάλλει, καὶ πρὸς τὸν βίον αὐτὸν [2], καὶ πρὸς τὸ ἔργον τὸ τῶν χειρῶν· καὶ ὅτι ἐκλέλοιπε παρὰ τοῖς ἀδελφοῖς ἡ ἀγάπη, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ παρακαλῶν. εἰ δὲ καί τις κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας εἴη λυπήσας τὸν μοναχὸν, καὶ τοῦτο εἰς αὔξησιν τοῦ μίσους ὁ δαίμων προστίθησιν. ἄγει δὲ αὐτὸν καὶ εἰς ἐπιθυμίαν τόπων ἑτέρων, ἐν οἷς ῥᾳδίως τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐστὶν εὑρεῖν, καὶ τέχνην μετελθεῖν εὐκοπωτέραν, μᾶλλον καὶ προχωροῦσαν. καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἐν τόπῳ τὸ εὐαρεστεῖν [3] τῷ κυρίῳ προστίθησιν. πανταχῆ γάρ, φησι, τὸ θεῖον προσκυνητόν. συνάπτει δὲ τούτοις καὶ μνήμην τῶν οἰκείων καὶ τῆς προτέρας διαγωγῆς· χρόνον τῆς ζωῆς ὑπογράφει μακρὸν, τοὺς τῆς ἀσκήσεως πόνους φέρων πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ πᾶσαν, τὸ δὴ λεγόμενον, κινεῖ μηχανὴν, ἵνα καταλελοιπὼς ὁ μοναχὸς τὴν κέλλαν, φύγῃ τὸ στάδιον. τούτῳ δὲ τῷ δαίμονι, ἄλλος μὲν εὐθὺς δαίμων οὐχ ἕπεται· ἐρημικὴ [4] δέ τις κατάστασις, καὶ χαρὰ ἀνεκλάλητος μετὰ τὸν ἀγῶνα τὴν ψυχὴν διαδέχεται.

VII. Desidiæ dæmon qui etiam meridianus vocatur, dæmonum omnium gravissimus est, ac monachum sub horam quartam aggreditur: animam autem ipsam ad horam usque octavam obsidet. Ac primum quidem id facit, ut sol torpidus aut etiam omnis prorsus motus expers esse, ac dies ipse quinquaginta horis constare videatur. Deinde, ut perpetuo ad fenestras monachus prospectet: quin eum quoque ex cella exire cogit, atque oculos in solem defigere, ac perpendere quantum ab hora nona distet, ac denique huc atque illuc circumspicere, num quis fratrum adsit. Quin etiam loci, atque adeo ipsius quoque vitæ, operisque manuum odium ipsi injicit: ac præterea eum huc adducit, ut caritatem apud fratres defecisse credat, nec quemquam esse cujus consolatione sublevetur. Quod si quis etiam eum per hos dies molestia quadam affecerit, odii incrementum dæmon adjicit. Atque insuper eum ad aliorum locorum cupiditatem impellit, in quibus & quæ opus sunt facile nancisci, & faciliorem artem, quæque ipsi felicius succedat, consectari queat. Illud etiam adjungit, ad hoc ut Deo quis placeat, nihil interesse quo loco degat: passim enim divinum numen adorari posse. Cum his autem, propinquorum quoque ac prioris vitæ generis memoriam conjungit. Tempus item vitæ longum informat, Deo sacratæ vitæ labores ante oculos ipsi collocans. Ac denique omnem, ut dici solet, machinam movet, quo monachus cella relicta stadium fugiat. Hunc autem dæmonem alius statim dæmon minime sequitur: verum solitarius quidam status, atque omnem sermonis facultatem excedens lætitia post certamen animam excipit.

Ὁ τῆς κενοδοξίας λογισμὸς, λεπτότατός τίς ἐστι, καὶ παρυφίσταται τοῖς κατορθοῦσι ῥᾳδίως, δημοσιεύειν αὐτῶν τοὺς ἀγῶνας βουλόμενος, καὶ τὰς παρὰ [5] τῶν ἀνθρώπων δόξας θηρώμενος, δαίμονάς τε κράζοντας ἀναπλάττων, καὶ θεραπευόμενα γύναια, καὶ ὄχλον τινὰ τῶν ἱματίων ἐφαπτόμενον· μαντεύεται δὲ αὐτῷ καὶ ἱερωσύνην λοιπὸν, καὶ τοὺς ζητοῦντας αὐτὸν ταῖς θύραις ἐφίστησι· καὶ ὃς εἰ μὴ [6] βούλοιτο, δέσμιος ἀπαχθήσεται· καὶ οὕτως αὐτὸν μετέωρον ταῖς κεναῖς ἐλπίσι ποιήσας ἀφίσταται, καταλιπὼν, ἢ τῷ τῆς ὑπερηφανίας δαίμονι πειράζειν αὐτὸν, ἢ τῷ τῆς λύπης· ὅστις ἐπάγει καὶ λογισμοὺς αὐτῷ, ταῖς ἐλπίσιν ἐναντιουμένους. ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῷ τῆς πορνείας δαίμονι παραδίδωσι τὸν πρὸ ὀλίγου αἰδέσιμον καὶ ἅγιον ἱερέα.

VIII. Inanis gloriæ cogitatio subtilissima est, atque in eorum animis facile nascitur, qui recte & ex virtute vivunt: eorum certamina pervulgare studens, atque humanam gloriam aucupans, clamantesque dæmones, ac mulierculas morbis liberatas effingens, ac denique quemdam, qui vestem contingat. Quin sacerdotium quoque deinceps auguratur, atque homines a quibus quæratur, ad fores collocat: quodque nisi sponte cedat, vinctus abducetur. Atque eo ad hunc modum inani spe in altum sublato, discedit, vel superbiæ vel tristitiæ dæmoni tentandum jam eum relinquens: qui quidem ipsi cogitationes ipsius spei adversantes objicit: interdum etiam eum qui paullo ante venerandus ac sanctus sacerdos erat, libidinis dæmoni exagitandum tradit.

Ὁ τῆς ὑπερηφανίας δαίμων χαλεπωτάτης πτώσεως τῇ ψυχῇ πρόξενος γίνεται. ἀναπείθει γὰρ αὐτὴν, Θεὸν μὲν μὴ ὁμολογεῖν βοηθὸν, ἑαυτὴν δὲ τὴν κατορθοῦμενον εἶναι καὶ [7] νομίζειν, καὶ φυσιοῦσθαι κατὰ τῶν ἀδελφῶν ὡς ἀνοήτων· διότι μὴ τοῦτο περὶ αὐτῆς πάντες ἐπίστανται. παρακολουθεῖ δὲ ταύτῃ ὀργὴ καὶ λύπη καὶ τὸ τελευταῖον κακὸν [8], ἔκστασις φρενῶν καὶ μανία καὶ δαιμόνιον ἐν τῷ ἀέρι πλῆθος ὁρώμενον.

IX. Superbiæ dæmon acerbissimum animæ lapsum accersit. Ipsam enim adducit, ut Deum adjutorem minime confiteatur; verum sibi ipsi, quæ recte ac clare gerit, scribat, atque adversus fratres ut vecordes ac stolidos intumescat: quod videlicet idem de se non omnes existiment. Hanc autem sequitur ira, mæror, ac quod postremum malum est mentis alienatio, & furor, atque copiosa dæmonum multitudo, quæ in aere conspicitur.

Quinque sunt opera, quorum adjumento Dei benevolentia conciliatur. Primum, pura oratio. Secundum Psalmorum decantatio. Tertium divinorum spiritus oraculorum lectio. Quartum peccatorum, & mortis, ac magni judicii cum animi dolore recordatio. Quintum, manuum labor.

1. Al. τρόπον. 2. Al. αὐτοῦ. 3. Al. εὐάρεστον. 4. Al. εἰρωνική. 5. πρός. 6. καὶ ὥσπερ μή. 7. Al. deest. 8. Al. κακῶν.



Si in corpore tamquam corporis expers Deo inservire cupis, cura ut sine ulla intermissione precationem occulte in pectore tuo habeas. Sic enim anima tua ante mortem ad angelorum similitudinem accedit.

Quemadmodum corpus hoc nostrum anima remota mortuum ac fœtidum est : sic etiam anima quæ ad precationem torpet, mortua & misera ac fœtida est. Quod autem quavis etiam morte acerbius existimandum sit oratione privari, præclare nos docet propheta Daniel: quippe qui prius duxerit mori, quam vel horæ momento precatione orbari. Dei crebrius recordari, quam spiritum ducere oportet.

Ad omnem anhelitum animi vigilantiam & nomen Jesu, & mortis meditationem atque humilitatem adjunge. Ingentem enim ambæ utilitatem afferre consueverunt.

Fac sermonem de Deo frequentius quam cibos repetas. Da operam ut crebrius Deum in mente habeas, quam spiritum ducas.

Deus mente comprehendi non potest. Nam si in comprehensionem cadit, Deus certe non est.

Vis a Deo cognosci? Fac hominibus quam maxime sis ignotus. Si illud semper memineris, rerum earum omnium, quas vel animo vel corpore geris, inspectorem Deum esse, in nulla omnino actione peccabis, Deumque contubernalem habebis.

Homo nulla re propius ad Dei similitudinem accedit, quam bene de aliis merendo. Illud tamen in beneficiis dandis cavendum est, ne ea veluti quæstui habeamus.

Deus nullius ope eget: sapiens autem Deo dumtaxat opus habet.

Deo dignum te istud demum reddet, si nihil ipso indignum committas.

Deum tum denique præclarissime colueris, cum mentem per virtutem ad ipsius similitudinem expresseris. Sola enim eam animam ad id quod ipsi cognatum est, trahit.

Homines tum demum meliores efficiuntur, cum ad Deum appropinquant.

Sapiens homo, Deo cultum ac venerationem adhibens, ab eo cognoscitur. Ac proinde nihil sua referre putat etiam si ab omnibus ignoretur. Prudentiæ munus in hoc consistit, ut eam animi partem in qua iracundia exsistit, ad internum prœlium conserendum incitet. Sapientiæ autem, ut rationem ad exactam perpetuamque vigilantiam impellat. Justitiæ vero, ut partem eam in qua libido sita est, tum ad virtutem, tum ad Deum dirigat. Fortitudinis denique, ut quinque sensus gubernet atque cohibeat, ne per eos, vel internus noster homo, hoc est animus, vel externus, hoc est corpus spurcitiem ullam contrahat.

Anima est viva, simplex, corpore vacans, atque ab oculorum sensu remota substantia, immortalis item, & ratione ac mente prædita. Quemadmodum A enim oculus in corpore, sic mens in anima dominabitur.

Quæ sub cælo sunt ac ratione utuntur, partim pugnant, partim propugnant, partim oppugnant. Pugnant enim homines: propugnant Angeli Dei: oppugnant impuri homines. Quamobrem nec propugnantium penuria, nec oppugnantium viribus, sed pugnantium socordia fit, ut rerum divinarum atque ipsius Dei cognitio in nobis non remaneat.

Quod proprie malum est, substantia non est, sed boni privatio: quemadmodum etiam caligo nihil aliud est, quam lucis absentia.

Parum cauta ac provida est simplicitas; minimeque malum suspicatur, qui a malo liber & immu- B nis est.

Sane ratiocinationis omnis expers est improbitas, neque ulla est ratio, qua flagitiosos homines ad meliorem mentem quisquam reducat.

Deus malorum nullo modo est auctor, ut pote natura bonus,

Animæ puræ ac divinæ ad deprehendendum diabolum mire perspicaces sunt, quantumvis alioqui callidus in primis, atque ad impetendum versutus sit.

Nulla omnino re Deus perinde conciliatur, ut corporea afflictatione.

Sagax atque ingeniosus est, quisquis premitur.

Ait quidam sanctorum Patrum, quod qui duram, C & asperam monachorum vitam suscipere nequeunt, alia ratione salutem consequi possunt. Quandoquidem si Dei ope freti firmissimam erga monachos fidem habeant, eosque cohortentur atque consolentur, omniaque quæ opus sunt, ipsis subministrent, saluti suæ optime consuluerint.

Noctem insomnem in opere transige, ut mox in anima tua consolationem invenias.

In lectione tranquillo animo persta: quo mens tua ad mirifica Dei opera perpetuo tamquam porrecta manu ducatur.

Diurni somni, corporis molestiam, vel animæ anxietatem, vel inertiam, vel imperitiam indicant.

Quævis anima per spiritus gratiam ac propriam in- D dustriam & diligentiam hæc inter se copulare atque connectere potest: nimirum sermonem cum mente, actionem cum contemplatione, virtutem cum doctrina, & fidem cum cognitione ab omni oblivione libera: & quidem ita, ut nullum ex iis altero vel minus vel majus sit: sed omnis tum excessus, tum defectus circumcidatur, atque ipsa, ut brevi perstringam, unitatem suam vere decuplet. Nam tum ipsa Deo vero & bono & dumtaxat uni copulabitur.

Octo sunt cogitationes, ex quibus vitium oritur: iis nempe qui solitariam vitam consectantur, cogitatio acediæ, inanis gloriæ, superbiæ, avaritiæ, tristitiæ: iis autem qui sub aliorum imperio degunt, gulæ, iræ & fornicationis.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
386.



EVAGRII MONACHI

SENTENTIÆ

Ad eos qui in cœnobiis & xenodochiis habitant fratres.

HEredes Dei audite sermones Dei, coheredes autem Christi percipite eloquia Christi, ut detis ea cordibus filiorum vestrorum: verba autem sapientum doceatis eos. Pater bonus erudit filios suos: pater autem nequam disperdet eos. Fides, initium caritatis: finis autem dilectionis, scientia Dei. Timor Domini [1] custodiet animam: continentia autem bona confortat illam. Sufferentia viri generat spem: spes autem bona glorificabit eum. Qui servituti subjicit carnes suas, impassibilis erit: qui autem nutrit eas, dolebit super illas. Spiritus fornicationis in corporibus intemperantium: spiritus autem pudicitiæ in animis abstinentium. Secessio cum caritate purificat cor: separatio autem cum odio conturbat illud. Melior millesimus in caritate, quam solus cum odio in abditis & speluncis. Qui alligat memoriam malitiæ in animam suam, similis est ei qui abscondit ignem in paleis. Ne dederis escas multas corpori tuo, & non videbis in somnis phantasias malas: sicut enim exstinguit flammam aqua; sic phantasmata turpia exstinguit esuries. Vir iracundus terrebitur; mansuetus autem intrepidus erit. Ventus validus fugat nubes: memoria autem malitiæ sensum a scientia. Qui orat pro inimicis, hic immemor est malitiæ: qui autem parcit linguæ, non contristabit proximum suum. Si exarcerbaverit te frater tuus, induc eum in domum tuam, & ad ipsum ne pigeat te introire, sed manduca cum eo panem tuum: hoc enim faciens, eripies animam tuam, & non erit tibi offendiculum in tempore orationis. Sicut caritas gaudet paupertate, sic odium delectatur divitiis. Non potietur dives scientia, & camelus non introibit in foramen acus: sed nihil horum impossibile est apud Dominum. Qui diligit pecuniam, non videbit scientiam; & qui congregat illam, contenebrabitur. In tabernaculis humilium commorabitur Dominus: in domibus autem superborum multiplicabitur maledictum. Inhonorat Deum qui transgreditur legem ejus: qui autem custodit eam, glorificat factorem suum. Si æmularis Christum, beatus efficieris: morte autem ejus morietur anima tua, & non contrahes a carne tua malitiam: sed erit processus tuus sicut ortus stellæ; & resurrectio tua, tamquam sol fulgebit. Væ iniquo in die mortis, & injustus peribit in tempore malo. Quemadmodum enim evolavit corvus e nido suo, sic immunda anima e corpore suo. Animas justorum deducent angeli: animas autem malorum suscipient dæmones. Quocumque ingressa fuerit malitia, ibi & ignorantia: corda autem justorum implebuntur scientia. Immisericors monachus, inops erit: enutriens autem pauperes hereditabit thesauros. Melior est paupertas cum scientia, quam divitiæ cum ignorantia. Ornamentum capitis corona; ornamentum autem cordis scientia Dei. Posside scientiam, & non argentum; & sapientiam super divitias multas. Justi hereditabunt Dominum: sancti autem nutrientur ab eo. Qui miseretur pauperibus exterminat iram: & qui nutrit eos, implebitur bonis. In corde mansueto requiescit sapientia: sedes autem impassibilitatis anima bene operans. Fabricatores malorum percipient mercedem malam: fabricatoribus autem bonorum dabitur merces bona. Qui ponit laqueum comprehenditur in eo: & qui occultat illum, disperiet ab eo. Melior est sæcularis mansuetus, quam monachus furiosus & iracundus. Scientiam disperdit iracundia; longanimis autem congregat eam. Sicut ventus auster vehemens est in pelagus, sic furor in corde viri. Qui orat frequenter effugiet tentationes: negligentis autem cor conturbabunt cogitationes. Non te delectet vinum & te non illiciat caro. Ne enutrias carnes corporis tui, & cogitationes turpes deficient a te. Ne dicas: hodie festus dies, & bibamus vinum; & crastino pentecoste, & manducabo carnem: eo quod non est festivitas apud monachos in terra ad replendum ventrem suum. Pascha Christi transitus a malitia est: pentecoste autem ejus, resurrectio animæ. Pentecoste Domini, suscitatio caritatis: qui autem odit fratrem suum, cadit in ruina magna. Festivitas Dei oblivio malorum: retinentem autem malitiam apprehendit luctus. Festivitas Dei scientia vera: qui autem intendit falsæ scientiæ, morietur turpiter. Melius est jejunium cum mundo corde, quam epulatio in immunditia animæ. Qui disperdit cogitationes malas de corde suo, similis est ei qui allidit parvulos ad petram. Monachus somniculosus incidit in mala: qui autem vigilat, sicut passer volabit. Ne dederis te in vigiliis narrationibus supervacuis, & non abjicias sermones spiritales; quoniam Dominus inspicit cor tuum, & non te statuit innocentem ab omni malo. Somnus multus incrassat cor: vigiliæ autem bonæ acuunt mentem. Somnus multus superducit tentationes; qui autem vigilat effugit eas. Sicut ignis liquefacit ceram, sic vigiliæ bonæ cogitationes malas. Melior est vir dormiens, quam monachus vigilans in sermonibus vanis. Somnium angelorum lætificat cor; somnium autem dæmonum conturbat illud. Pœnitentia & humilitas erexerunt animam: eleemosyna autem & mansuetudo confirmaverunt eam. Memento semper patris tui, nec obliviscaris judicium æternum, & non erit delictum in anima tua. Si spiritus accidiæ ascenderit super te, ne relinquas domum tuam, & non declines in tempore tristitiæ: sicut enim quis confricat argentum, sic splendidum fiet cor tuum, si perseveraveris. Spiritus tædii abigit lacrymas: spiritus autem tristitiæ contribulat orationem. Cupiens divitias solicitus eris multum; & amplectens illas lugebis amarissime. Non remoretur scorpius in sinu tuo; sic nec cogitatio mala in corde tuo. Occidere genimina serpentum ne parcas, & non parturies cogitationes eorum. Sicut enim aurum & argentum probat ignis, sic cor monachi tentatio. Aufer a te superbiam, & vanam gloriam, & jactantiam longe facito a te. Qui enim expetita privatur gloria contristabitur: qui vero adeptus est, fiet superbus. Ne dederis superbiam cordi tuo, & ne dixeris in

1. Forte *custodit*.

SÆCUL. IV
CIRCA
ANN. CHR.
386.



conſpectu Domini, potens ſum; ut non Dominus derelinquat animam tuam, & maligni dæmones humilient illam. Tunc enim de aere conturbabunt te inimici, noctes autem terribiles ſuſcipient te. Converſationem monachi cuſtodit ſcientia: qui autem ab ea diſcedit, incidit in latrones. De petra ſpiritali manat fluvius; anima autem bene agens bibit ex eo. Vas electionis anima munda: immunda autem replebitur amaritudine. Abſque lacte non enutrietur infans: & ſine impaſſibilitate non exaltabitur cor. Caritatem antecedit impaſſibilitas: ſcientiam autem præcedit dilectio. Scientiæ adjicietur ſapientia: impaſſibilitatem vero generat prudentia. Timor Domini generat ſapientiam: fides autem Chriſti donat timorem Dei. Sagitta candens incendit animam: vir autem operator boni exſtinguit eam. Clamorem & blaſphemiam averſatur ſcientia: ſermones autem doloſos fugit ſapientia. Suave eſt mel, & dulcis favus: ſcientia autem Dei dulcior ambobus. Audi monache ſermones patris tui, & ne irritas facias eruditiones ejus. Cum miſerit te obaudi ei, & quantum ad mentem comitere cum eo: hoc enim modo effugies cogitationes malas, & maligni dæmones non prævalebunt adverſum te. Si crediderit tibi pecuniam, non diſpergas illam: & ſi ſuperoperatus fueris, non detineas apud te. Malus diſpenſator contribulabit animas fratrum: & memor malitiæ non miſerebitur eorum. Qui diſperdit ſubſtantiam monaſterii, fraudat Deum: & qui negligit eam, non erit impunitus. Iniquus diſpenſator diſtribuit male, juſtus autem ut dignum eſt diſpenſabit. Qui male loquitur de fratre ſuo exterminabitur: negligens autem egentem non videbit lumen. Melior eſt ſæcularis in infirmitate ſerviens fratri, quam anachoretes qui non miſeretur proximo ſuo. Inſipiens monachus negligit inſtrumenta artis ſuæ; ſapiens autem curam habebit illorum. Ne dixeris, hodie maneo, & cras exibo: quia non in ſapientia cogitaſti de hoc ipſo. Circuitor monachus meditabitur ſermones falſos; proprium autem ludificabitur patrem. Qui exornat veſtimenta ſua, & implet ventrem ſuum, hic paſcit cogitationes turpes, & cum ſanctis concilium non habebit. Si introiveris in vicum, non proximaveris mulieribus; & non moratus fueris ſermocinari cum eis: quemadmodum enim ſi quis glutiat hamum, ſic abſtrahetur anima tua. Longanimus monachus impaſſibilitate gaudebit: qui autem exacerbat fratres ſuos, odibilis erit. Manſuetum monachum diligit Dominus; turbulentum autem repellit a ſe. Piger monachus murmurabit: & ſomniculoſus dolorem capitis fingit. Si contriſtatus fuerit frater tuus, conſolare illum; & ſi dolet, condole illi: hoc enim faciens lætificabis cor ejus, & theſaurum magnum tibi cumulabis in cælis. Monachus, qui diſſimulat cuſtodire ſermones patris, maledicet canis patris ſui, & derogabit vitæ filiorum ejus: Dominus autem annullabit eum. Qui occaſionem quærit, ſeparabit ſe a fratribus; patrem autem ſuum incuſabit. Ne dederis auditum tuum ſermonibus qui ſunt contra patrem tuum, & non ſuſcites animam inhonorantis illum; ut non Dominus iraſcatur in operibus tuis, & deleat nomen tuum de libro vivorum. Qui obedit patri monaſterii, diligit ſemet ipſum: qui autem contradicit ei, incidet in mala. Beatus monachus, qui cuſtodit præcepta Domini: & ſanctus, qui ſervat ſermones patrum ſuorum. Piger monachus multa detrimenta patietur: ſi autem perſtiterit in audacia, & habitum ſuum adjiciet perdere. Qui cuſtodit linguam ſuam dirigit vias

A ſuas: & qui ſervat cor ſuum implebitur ſcientia. Monachus bilinguis turbat fratres; fidelis autem agit quiete. Qui confidit in ſua continentia, hic cadet: qui autem humiliat ſe ipſum, exaltabitur. Ne dederis te ſaturitati ventris, & non implearis ſomno nocturno: hoc enim modo efficieris mundus, & ſpiritus Domini ſuperveniet in te. Pſallentis viri conquieſcet indignatio: & qui longanimis eſt, interritus erit. Ex manſuetudine generatur ſcientia; ex ferocia autem inſcitia. Sicut aqua dat incrementum plantationi, ſic humiliatio iracundiæ exaltat cor. Qui inveſtigat convivia, exſtinguetur lumen ejus; anima autem ejus videbit tenebras. Pondera in ſtatera panem tuum, & bibe ad men-


B ſuram aquam tuam; & ſpiritus fornicationis fugiet abs te. Da ſenibus vinum, & ægrotantibus offer eſcas; eo quod contriverunt carnes juventutis ſuæ. Non ſupplantes fratrem tuum, & in ruina ejus ne congratuleris: Dominus enim cognoſcit cor tuum, & tradet te in die mortis. Monachus prudens impaſſibilis erit: imprudens autem exhauriet mala. Oculum nequam excæcabit Dominus; ſimplicem autem eripiet a tenebris. Sicut lucifer in cælo, & ſicut palma in paradiſo; ſic in anima manſueta ſenſus purus. Vir ſapiens ſcrutabitur ſermones Dei; inſipiens autem irridebit eos. Qui odit ſcientiam Dei, & rejicit conſiderationem, ſimilis eſt ei, qui lancea pungit cor ſuum. Melior eſt ſcientia Trini-

C tatis ſuper ſcientiam incorporalium, & conſideratio ejus ſuper rationes omnium ſæculorum. Cani ſenum manſuetudo: vita autem illorum ſcientia vera. Juvenis manſuetus multa ſuffert: puſillanimem autem ſenem quis ſuſtinebit? Vidi iracundum ſenem elatum ultra tempus ſuum: ſpem tamen non habuit junior, quam ille. Qui ſcandalizat ſæculares non erit impunitus: & qui exacerbat eos inhonorabit nomen ſuum. Conturbantem eccleſiam Domini exterminabit ignis: reſiſtentem autem ſacerdoti deglutiet terra. Qui amat pacem, manducabit favum ejus: & qui colligit eam, implebitur melle. Honora Dominum, & cognoſces incorporalia; & ſervi illi, & oſtendet tibi rationes ſæ-

D culorum. Citra ſcientiam non exaltabitur cor, & arbor non florebit ſine humore. Carnes Chriſti actuum virtutes: qui autem manducat eas, efficitur impaſſibilis. Sanguis Chriſti conſideratio factorum: & qui bibit illum, illuminabitur ab eo. Pectus Domini ſcientia Dei: qui autem recubuerit ſuper illud, prædicator erit divinorum. Plenus ſcientia, & actor bonorum obviaverunt ſibi: medius autem inter utrumque ſtetit Dominus. Qui adquiſivit dilectionem, adquiſivit theſaurum; accepit autem a Domino gratiam magnam. Conſilia dæmonum cognoſcit ſapientia: aſtutiam autem illorum inveſtigavit prudentia. Non ſpernas decreta ſancta, quæ poſuerunt patres tui: fidem autem ba-

E ptiſmi tui non derelinquas, & non repellas ſignaculum ſpiritale: ut adſit Dominus animæ tuæ, & protegat te in die malo. Sermones hæreticorum nuntii mortis: qui autem ſuſcipit illos, perdet animam ſuam. Nunc ergo, fili, audi me, & non accedas ad oſtia virorum iniquorum, neque ambules ſuper laqueos eorum, ut non capiaris. Separa animam tuam a ſcientia falſa: etenim ego ſæpe locutus ſum ad eos; tenebroſos autem ſermones eorum inveſtigavi, & venenum aſpidum inveni in eis. Non eſt prudentia, & non eſt ſapientia in viis eorum. Omnes qui ſuſcipiunt eos peribunt, & qui diligunt eos implebuntur malis. Vidi ego patres dogmatum illorum, & in deſertis commiſi cum illis. Inimici enim Domini obviaverunt mi-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.



hi, & dæmones in verbis concertaverunt adversum A me, & non vidi lumen verum in sermonibus eorum. Vir mendax excidet a Deo: seducens autem proximum, incidet in mala. Melior est paradisus Dei super hortum olusculorum, & fluvius Domini super fluvium magnum contenebrantem terram. Fidelior aqua cælestis, super aquam Ægyptiorum sapientium, haurientium de terra. Sicut enim qui rotas ascendunt, deorsum descendunt; sic qui exaltant verba sua humiliantur. Sapientia Domini exaltat cor; intellectus autem ejus purificat illud. Rationes providentiæ obscuræ; & vix intelligibiles considerationes judicii: vir autem bene agens cognoscit eas. Qui purificat se, conspiciet naturas intelligibiles: rationes autem incorporalium cognoscet monachus mitis. Qui creaturam dicit Trinitatem, blasphemat Deum: & qui spernit Christum ejus, non cognoscit eum. Considerationes creaturarum dilatant cor: verba autem prudentiæ & judicii exaltant illud. Scientia incorporalium elevat sensum, & sanctæ Trinitati applicabit eum. Mementote ejus, qui dedit vobis in Domino proverbia luculenta, & non obliviscamini animam ejus humilem in tempore orationis.

EJUSDEM EVAGRII MONACHI

SENTENTIÆ AD VIRGINES.

Dilige Dominum & amabit te; & servi illi & B illuminabit cor tuum. Honora matrem tuam sicut matrem Christi; & ne exasperes canitiem ejus quæ peperit te. Dilige sorores tuas sicut filias matris tuæ; & non derelinquas viam pacis. Exoriens sol videat codicem in manibus tuis; & post secundam horam opus tuum. Ora sine intermissione; & memento Christi qui genuit te. Conventus virorum devita; ut non fiat idolum in anima tua, & erit tibi offendiculum in tempore orationis. Christum habes dilectum: projice abs te viros omnes, & non vives exprobabilem vitam. Animositatem & iram longe facito a te; & memoria malitiæ non demoretur apud te. Ne dicas hodie comedo, & crastino non comedam: quo- C niam non in sapientia facis hoc. Erit enim noxa corpori tuo, & dolor stomacho tuo. Edere carnem non bonum; & bibere vinum non optimum: offerre autem oportet te ista infirmantibus. Virgo turbulenta non salvabitur; & quæ in delitiis agit, non videbit sponsum suum. Ne dicas, contristavit me famula, retribuam ei; propterea quod non est servitus in filiabus Dei. Non des auditum tuum verbis vanis, & narrationes vetularum fuge circumeuntium. Ferias ebriosarum ne videas, & in nuptias alieni non abieris: immunda enim apud Dominum omnis virgo faciens hæc. Aperi os tuum verbo Dei; & cohibe a multiloquio linguam tuam. Coram Deo humilia te ipsam; exaltabit te dex- D tera ejus. Ne avertaris a paupere in tempore tribulationis; & non deficiet oleum lampadæ tuæ. Omnia fac propter Dominum; & noli quærere ab hominibus gloriam: quoniam gloria hominis sicut flos fœni, gloria autem Domini manet in æternum. Virginem mansuetam diligit Dominus; virgo autem iracunda odibilis est. Obaudiens virgo misericordiam subsequetur: contradicens autem, valde insipiens. Murmurosam virginem disperdit Dominus; gratam autem liberat a morte. Turpis risus, & exprobrabilis impudicitia: omnis autem insipiens talibus implicabitur. Quæ exornat vestes suas etiam pudicitia excidet. Non commoreris sæcularibus, ut non avertant tuum cor, & irrita fa- E ciant consilia justa. Lacrymis in nocte roga Dominum, & nemo sentiat orantem te, & invenies gratiam. Concupiscentia deambulationum, & desiderium alienarum domuum avertit statum animæ, & corrumpit promtam voluntatem ejus. Fidelis virgo non formidabit; quæ autem infidelis est, fugiet etiam umbram suam. Invidia consumit animam, & livor devorat eam. Quæ contemnit sororem infirmam, & a Christo longe erit. Ne dicas meum hoc, & tuum illud: in Christo enim Jesu omnia communia. Non inquiras vitam alterius, & ruinæ sororis tuæ non congaudeas. Subministra autem indigentibus virginibus; & in nobilitate tua ne extollaris. Non proferas verbum de ore tuo in ecclesia Domini; & ne extollas oculos tuos: etenim Dominus cognoscit tuum cor, & omnes cogitationes tuas inspicit: Omnem malam concupiscientiam repelle a te; & non contristabunt te inimici tui. Psalle de corde tuo, & non moveas tantum linguam tuam. Fatua virgo diliget argentum; prudens autem apponet & panem suum. Sicut impetus ignis difficile compescitur; sic anima virginis vulnerata vix sanabilis. Ne dederis animam tuam cogitationibus malis, ut non polluant tuum cor, & mundam orationem longe faciant a te. Gravis tristitia, & intolerabilis acedia; lacrymæ ad Dominum validiores utrorumque. Fames & sitis marcescere facit concupiscentias malas: vigilia autem bona purificat sensum. Iram & animositatem avertit dilectio: memoriam autem malitiæ confundunt munera. Qui detrahit sorori suæ occulte, deforis stabit a thalamo sponsi, & clamabit ad januas ejus, & non erit qui exaudiat eam. Virginis immisericordis exstinguetur lampada, & non videbit advenientem sponsum suum. Vitrum cadens a saxo comminuetur; & virgo adjuncta viro non erit innocens. Melior mulier mansueta virgine animosa & iracunda. Quæ attrahit in risu sermones viri, similis est circummittenti laqueum collo suo. Sicut margarita in fundibulo aureo; sic virginitas cooperta reverentia. Cantica dæmonum & tibiæ resolvunt animam, & disperdunt fortitudinem ejus: quam custodi per omnia, ut non exprobrabilis fias. Non delecteris in risu, & vituperantibus non læteris: quoniam Dominus derelinquet eas. Non exprobrabis sororem tuam edentem, & in abstinentia tua non exalteris: non enim scis quid cogitavit Dominus, aut quis stabit in conspectu ejus. Quæ miseretur liventibus oculis suis, & tabescentibus carnibus suis, non lætabitur super impassibilitate animæ. Gravis abstinentia, & vix dirigibilis castitas: sed nihil dulcius cælesti sponso. Animæ virginum illuminabuntur: animæ autem immundarum videbunt tenebras. Vidi viros corrumpentes virgines in doctrinis suis, & vanam facientes virginitatem earum. Tu autem audi, filia, doctrinas ecclesiæ Dei, & nemo alienus persuadeat tibi. Deus fundavit cælum & terram, & providit omnibus, & lætatur in eis; & non est angelus non capax malitiæ, & non est dæmon natura malus: utrumque enim liberi arbitrii fecit

Deus. Sicut homo ex corpore corruptibili & anima subsistit rationabili; sic enim & Dominus noster natus est sine peccato, manducans manducavit, & crucifixus, crucifixus est: non erat visio ficta in oculis hominum. Erit mortuorum resurrectio, & mundus transibit iste: & nos spiritalia accipiemus corpora. Justi hereditabunt lumen; impii autem inhabitabunt tenebras. Virginis oculi Deum videbunt: aures autem virginis audient verba ejus. Virginis os osculabitur sponsum suum: odoratus autem virginum in odore unguentorum A ejus curret. Manus virginis palpabunt Dominum; & castitas carnis acceptabilis illi erit. Virgo anima coronabitur, & cum sponso suo vivet semper. Vestimentum spiritale dabitur ei, & cum angelis in cælis feriabitur. Inexstinguibilem accendit lampadem, & oleum non deficiet in vasis ejus. Accipiet divitias æternas, & hereditabit regnum Dei. Mei sermones, filia, dicti sunt ad te: verba autem hæc servet cor tuum. Memento Christi custodientis te; nec obliviscaris adorandam & unius substantiæ Trinitatem.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ

ΕΙΣ ΤΟ ΠΙΠΙ.

EVAGRII

IN ΠΙΠΙ.

ΔΙὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἐπὶ τῶ κυρίου παρασημείωσιν, ταῦτα λεκτέον. Δέκα ὀνόμασι παρ' Ἑβραίοις ὀνομάζεται ὁ Θεός. ὧν ἓν μὲν Αδωναΐ λέγεται, ὅ ἐστιν κύριος. ἕτερον δὲ Ἰὰ, ὃ αὐτὸ ἐν τῷ Ἑλληνικῷ εἰς τὸ κύριος μετελήφθη. ἕτερον δέ τι παρὰ ταῦτά ἐστι, τὸ τετραγράμματον, ἀνεκφώνητον ὂν παρ' Ἑβραίοις, ὃ καταχρηστικῶς παρὰ μὲν αὐτοῖς Αδωναΐ καλεῖται, παρὰ δὲ ἡμῖν κύριος. τοῦτο δέ φασιν ἐπὶ τῷ πετάλῳ τῷ χρυσῷ, τῷ ἐπὶ τῶ μετώπου τοῦ ἀρχιερέως γεγράφθαι, κατὰ τὸ ἐν τῷ νόμῳ εἰρημένον· Ἐκτύπωμα σφραγῖδος, ἁγίασμα κυρίῳ [1] ΠΙΠΙ. Τὰ δὲ λοιπὰ ὀνόματά ἐστιν ταῦτα. Ηλ. Ελωείμ. (*Al.* Ελωΐ) Αδών. (*Al.* [2] Αδωναΐ) Σαβαώθ. Σαδδαΐ. Ιαϊέ. (*Al.* Ιαώθ) Εσερίέ. καὶ τὰ προγεγραμμένα τρία· ὧν ἐστιν τὸ τετραγράμματον, τούτοις γραφόμενον τοῖς στοιχείοις· Ιώθ. Ηπ. Οὐαύ. Ιήπ. (*Al.* Ηπ.) ΠΙΠΙ (*Al.* πι πι) ὁ Θεός.

Τὸ ἐπὶ τοῦ κυρίου ταττόμενον ἀνεκφώνητον ὄνομα, διὰ τεσσάρων γράφεται στοιχείων· διὰ τοῦ Ηὼθ, διὰ τοῦ Ηπ, διὰ τοῦ Οὐάβ, καὶ διὰ τοῦ Ηθπ'. τούτων μέσον παρεντεθὲν μετὰ τὰ πρῶτα δύο, παρ' Ἑβραίοις στοιχεῖον καλούμενον Σὲν, ὅ ἐστιν ὀδόντες. ὡς εἶναι τὸν εἱρμὸν τῶν πέντε γραμμάτων οὕτως· Ἀρχὴ [3] αὕτη, ὀδόντες ἐν αὐτῇ· ὁ ζῶν. ἑρμηνεύεται τὰ τέσσαρα στοιχεῖα· τὸ Ηὼθ, ἀρχή· καὶ διὰ τοῦ Ηπ, [4] αὕτη· καὶ διὰ τοῦ Οὐαὺ, ἐν αὐτῇ· καὶ διὰ τοῦ Ηθ, ὁ ζῶν.

B Propter Hebraicam de Domino notationem, hæc dicenda sunt. Decem nominibus apud Hebræos Deus appellatur. Quorum unum quidem effertur, Adonai, id est, Dominus. Alterum autem, Ia, quod & ipsum in lingua nostra versum, est Dominus. Aliud vero præter hæc est, Tetragrammaton seu quatuor litterarum, ineffabile apud Hebræos, quod per catachresim seu abusionem, ipsis quidem dicitur, Adonai, nobis autem, Dominus. Porro hoc ajunt scriptum fuisse in lamina aurea quam fronte gerebat Pontifex, juxta illud quod in Lege dictum est; [a] *Formationem sigilli, sanctificationem Domino*. ΠΙΠΙ. Relicta vero nomina, hæc sunt, El, Eloim, Adon, Sabaoth, Saddai, Iaie, Eserie. C Et superius exarata tria; inter quæ est Tetragrammatum, quod hisce elementis scribunt, Joth, Hep, Vau, Hiep. ΠΙΠΙ. Deus.


Quod de Domino ponitur ineffabile nomen, per quatuor scribitur elementa, scilicet, Joth, Hep, Vau, & Heth, interposito medio inter hæc, seu post duo priora, elemento quod Hebræi vocant Sen, & significat dentes. Adeo ut quinque litteræ translatæ hanc seriem sive sententiam conficiant; Principium hoc, dentes in eo, is qui vivit. Quatuor quippe elementa interpretationem habent; Joth, principium; Hep, hoc; Vau, in eo; Heth, qui vivit.

[a] Exod. XXVIII. 36.

1. Al. πι πι. 2. Forte Αδωνί. 3. Al. αὐτή. 4. Al. αὐτή.

INDEX OPUSCULORUM
EVAGRII SCITENSIS MONACHI.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 386.



S. AUGUSTINI EPISCOPI HIPPONENSIS

AD

OPTATUM EPISCOPUM MILEVITANUM

De natura & origine Animæ

EPISTOLA SECUNDA.

ACCESSIT

EJUSDEM S. AUGUSTINI EPISTOLA

De pœnis parvulorum, qui ſine baptiſmo decedunt,

SCRIPTA

AD PETRUM ET ABRAHAM.

Prodierunt primum

Ex bibliotheca Liberæ & Exemtæ Ordinis S. Benedicti, inferioris Auſtriæ Abbatiæ Gottwicenſis.

I.

INCIPIT EPISTOLA SECUNDA SANCTI AUGUSTINI AD OPTATUM EPISCOPUM MILEVITANUM

De natura & origine Animæ. Ita Cod.

Domino beatiſſimo, ſinceriterque cariſſimo & deſideratiſſimo fratri & coepiſcopo Optato

Augustinus in Domino salutem.

Scripta eſt hæc Epiſtola circa ann. Chr. 420.

I. PEr religioſum presbyterum Saturninum tuæ Venerationis litteras ſumſi, hoc a me magno ſtudio, quod nondum habeo, flagitantis. Sed cur hoc feceris, cauſſam mihi aperuiſti, quod ſcilicet credas de hac re mihi conſulenti jam fuiſſe [1] reſponſum. Utinam ita eſſet! Abſit, ut te, cujus exſpectationem avidiſſimam noverim, hujus muneris communicatione fraudarem: ſed ſi quid credis, frater cariſſime, *quinque ferme anni ecce evoluti ſunt*, ex quo in Orientem miſi *Librum* non præſumtionis, ſed *conſultationis* meæ, & adhuc reſcripta non merui, quibus mihi enodaretur hæc quæſtio, in qua me cupis ad te certam ferre ſententiam. Utrumque ergo miſiſſem, ſi utrumqne haberem. Hoc autem, quod habeo, ſine altero, quod nondum habeo, cuiquam debere me jam mittere vel edere non videtur, ne ille, qui mihi fortaſſe, ut deſidero, reſponſurus eſt, interrogationem meam diſceptatione operoſiſſima elaboratam, ſine ſua reſponſione, quæ adhuc deſperanda non eſt, per manus hominum notitiamque diffundi jure ſuccenſeat, idque jactantius quam utilius feciſſe me judicet, quaſi ego potuerim quærere, quod ille non potuerit enodare, cum forſitan poſſit, idque dum faciat, exſpectandum ſit.

A Magis enim ſcio, quod aliis occupatur, quæ minime differenda ſunt, pluriſque pendenda. Quod ut tua quoque Sanctitas noverit, attende paullisper, quid mihi alio anno per latorem, per quem ſcripſeram, remeantem ſcripſerit. Nam hoc ex ejus epiſtola in iſtam tranſtuli: *Incidit*, inquit, *tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui, ita ut noſtra ſtudia ceſſarent, ne juxta Appium canina exerceretur facundia. Itaque duobus Libellis tuis, quos nomini meo dedicaſti, eruditiſſimis & omni eloquentiæ ſplendore fulgentibus ad tempus reſpondere non potui, non quod quidquam in illis reprehendendum putem, ſed quia juxta beatum Apoſtolum unuſquiſque in ſuo ſenſu abundat, alius quidem ſic, alius autem*
B *ſic. Certe quidquid dici potuit, & ſublimi ingenio de Scripturarum ſanctarum hauriri fontibus, a te poſitum atque diſſertum eſt. Sed quæſo Reverentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis cauſſa diſſerimus; Ceterum æmuli & maxime hæretici, ſi diverſas inter nos ſententias viderint, de animi calumniabuntur rancore deſcendere. Mihi autem decretum eſt, te amare, ſuſpicere* [2]*, colere, mirari, tuaque dicta quaſi mea defendere. Certe & in Dialogo, quem nuper edidi, Beatitudinis tuæ, ut dignum fuerat, recordatus ſum: magiſque demus operam, ut pernicioſiſſima hæreſis de*

1. Scilicet ab Hieronymo.

2. Cod. *ſuſcipere*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.



Ecclesiis auferatur, quæ semper simulat pœnitentiam, ut docendi in Ecclesiis habeat facultatem; ne, si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur.

II. Cernis nempe, venerande frater, hæc mei carissimi verba, inquisitioni meæ reddita, non eam negasse responsionem, sed excusasse de tempore, quod in alia magis urgentia curam cogeretur impendere. Vides etiam, quam benivolum animum erga me gerat, quidve commoneat; ne scilicet, quod inter nos salva utique caritate ac sinceritate amicitiæ eruditionis caussa facimus, calumnientur æmuli, & maxime hæretici, de animi rancore descendere. Proinde si utrumque opus nostrum, & ubi ego inquisivi, & ubi ipse ad inquisita responderit, homines legerint, quia etiam oportet, ut si eadem quæstio secundum ejus sententiam sufficienter fuerit explicata, me instructum esse gratias agam; non parvus erit fructus, cum hoc exierit in notitiam plurimorum, ut minores nostri non solum sciant, quid de hac re sentire debeant, quæ inter nos diligenti disceptatione discussa est, verum etiam discant exemplo nostro, Deo miserante atque propitio, quemadmodum inter carissimos fratres, ita non desit alterna inquisitionis gratia disputatio, ut tamen maneat inviolata dilectio.

III. Si autem scriptum meum, ubi res obscurissima tantummodo legitur inquisita, sine illius rescripto, ubi forsitan apparebit inventum, emanarit, latius pergat, perveniat etiam ad illos, qui *comparantes*, ut ait Apostolus, *semet ipsos sibimet ipsis*, non intelligunt, quo animo a nobis fiat, quod ipsi eo animo facere nesciunt, voluntatem meam erga honorandum pro suis ingentibus meritis dilectissimum amicum, non sicut eam vident, quando nec vident, sed sicut eis libitum est, & sicut odio suo dictante suspicantur, exponent: quod profecto, quantum in nobis est, cavere debemus. At si forte, quod per nos innotescere nolumus, etiam invitis nobis, eis, quibus nolumus, innotuerit, quid restabit, nisi æquo animo habere Domini voluntatem? Neque enim hoc scribere ad quemquam deberem, quod semper latere voluissem. Nam si (quod absit) aliquo vel casu, vel necessitate numquam ille rescripserit, procul dubio nostra consultatio, quam ad eum misimus, quandoque manifestabitur. Nec inutilis legentibus erit, quia etsi non illa invenient, quæ requirunt, invenient certe, quemadmodum sint inquirenda, nec temere adfirmanda, quæ nesciunt, & secundum ea, quæ ibi legerint, consulere etiam ipsi, quos poterint, studiosa caritate, non discordiosa contentione curabunt; donec aut id, quod volunt, reperiant, aut ipsa inquisitione aciem mentis exerceant, ut ulterius inquirendum non esse cognoscant. Nunc tamen, quamdiu jam consulti amici nondum est desperanda responsio, edendam non esse consultationem nostram, quantum quidem in nobis est, puto, quod persuaserim dilectioni tuæ; quamquam & ipse non eam solam poposceris, sed adjunctam etiam ejus, quem consului, responsionem tibi desideraveris mitti, quod utique facerem, si haberem. Si autem, ut verbis tuæ Sanctitatis utar, quæ in tua Epistola posuisti, sapientiæ meæ lucidam demonstrationem, quam mihi pro merito (ut scribis) vitæ meæ Auctor lucis attribuit, non ipsam dicis consultationem & inquisitionem meam, sed mihi jam *ejus rei, quam quæsivi*, provenisse *inventionem* putas, & ipsam potius poscis, ut mittam; facerem, si ita es-

A set, ut putas. Ego enim adhuc, fateor, non inveni, quemadmodum anima & peccatum ex Adam trahat (unde dubitare fas non est) & ipsa ex Adam non trahatur, quod mihi diligentius inquirendum, quam inconsultius adserendum est.

IV. Habent litteræ tuæ, nescio, quot senes & a doctis Sacerdotibus institutos viros, quos ad tuæ modicitatis intelligentiam adsertionemque veritate plenissimam revocare non poteras, nec tamen exprimis, quænam sit adsertio tua veritate plenissima, ad quam senes, & a doctis Sacerdotibus institutos viros revocare non poteras. Si enim hoc tenebant, vel tenent hi senes, quod a doctis Sacerdotibus ac-
B ceperunt, quomodo tibi rustica & minus instructa Clericorum turba molestias generaverat in his rebus, in quibus a doctis Sacerdotibus fuerat instituta? Si autem senes isti, vel turba Clericorum ab eo, quod a doctis Sacerdotibus acceperat, sua pravitate deviabat, illorum potius auctoritate fuerat corrigenda, & a tumultu contentiosissimo comprimenda. Sed rursus cum dicis te novellum rudemque Doctorem tantorum ac talium Episcoporum traditiones timuisse corrumpere, & convertere homines in meliorem partem ob defunctorum injuriam formidasse, quid das intelligi, nisi quod illi, quos corrigere cupiebas, Doctorum atque magnorum jam defunctorum Episcoporum traditiones nolendo dese-
C rere, novello rudique Doctori adquiescere recusabant? Qua in re de illis interim taceo; tuam vero adsertionem, quam dicis esse *veritate plenissimam*, vehementer scire desidero; non ipsam dico sententiam, sed ejus adsertionem.

V. Improbari enim abs te eos, qui adfirmant, omnes animas hominum ex illa una, quæ Protoplasto data est, per generationum successionem propagari atque traduci, sufficienter quidem in nostram notitiam protulisti; sed qua ratione, quibusve Divinarum Scripturarum testimoniis id falsum esse monstraveris, quia tuæ litteræ non continent, ignoramus. Deinde quid ipse pro isto, quod improbas,
D teneas, legenti mihi Epistolam tuam, & quam fratribus antea Cæsareensibus, & quam mihi nuperrime direxisti, non evidenter apparet, nisi quod video te credere, sicut scribis, Deum fecisse hominem; & facere, & facturum esse, neque aliquid esse in cælis aut in terra, quod non ipso constiterit, & constet auctore. Hoc sane ita verum est, ut dubitare hinc nullus debeat. Sed adhuc te oportet exprimere, unde faciat animas Deus, quas negas ex propagine fieri, utrum aliunde? Et si ita est, quidnam illud sit, an omnino de nihilo? Nam illud Origenis & Priscilliani, vel si qui alii tale aliquid sentiunt, quod pro meritis vitæ prioris terrena atque mortalia contradantur in corpora [1], absit,
E ut sentias; huic quippe opinioni prorsus Apostolica contradicit auctoritas, dicens, Esau & Jacob, antequam nati fuissent, nihil operatos boni vel mali. Igitur non ex toto, sed ex parte, nobis est tua de hac re nota sententia; adsertio vero ejus, id est, unde doceatur verum esse, quod sentis, nos penitus latet. Propterea petiveram prioribus litteris meis, ut *Libellum Fidei*, quem te scripsisse commemoras, eique nescio quem Presbyterum fallaciter subscripsisse conquereris, mihi mittere dignareris, quod etiam nunc peto, & quid testimoniorum divinorum huic quæstioni referandæ adhibere potuisti. Dicis enim in Epistola ad Cæsareenses, placuisse vobis, ut omnem veritatis adprobationem etiam judices

1. Cod. *an corpora*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.



cognoscerent sæculares, quibus ex communi deprecatione residentibus & ad Fidem universa rimantibus id Divinitas (ut scribis) misericordiæ suæ infusione largita est, ut majorem adfirmationem pro suis sensibus adsertionemque proferrent, quam vestra circa eos mediocritas cum ingentium testimoniorum auctoritatibus retentabat. Has ergo *testimoniorum ingentium auctoritates* ingenti studio scire desidero. Solam quippe unam caussam videris secutus, qua contradictores tuos refelleres, quod scilicet negarent esse opus Dei animas nostras. Quod si sentiunt, merito eorum sententia judicatur esse damnanda. Nam, hoc si de ipsis corporibus dicerent, procul dubio fuerant emendandi vel detestandi. Quis enim Christianus neget, opera Dei esse corpora singulorum quorumque nascentium? Nec tamen ea propterea negamus a parentibus gigni, quia fatemur divinitus fingi. Quando ergo dicitur, sic etiam animarum nostrarum incorporea quædam sui generis semina & a parentibus trahi, & tamen ex eis animas Dei opere fieri, ad hoc refutandum non humana conjectura, sed Divina Scriptura testis adhibenda est. Nam de sanctis libris Canonicæ auctoritatis potuit nobis testimoniorum subpetere copia, qua probatur Deus animas facere; sed testimoniis talibus ii redarguuntur, qui opera Dei esse singulas quasque animas in hominibus nascentibus negant, non ii, qui hoc fatentur, & tamen eas, sicut corpora Deo quidem operante formari, sed ex parentum propagatione, contendunt. Ad hos refellendos tibi divina testimonia certa quærenda sunt, aut si jam invenisti, nobis, qui nondum invenimus, cum impensissime, quantum possumus, inquiramus, mutua dilectione mittenda. Tua quippe consultatio brevis atque postrema in litteris, quas ad fratres Cæsareenses misisti, ita se habet: *Exoro*, inquis, *ut me filium vestrum atque discipulum, & ad hæc mysteria nuper proximeque Deo juvante venientem, qua debetis & dignum est, & qua prudentes respondere convenit Sacerdotes, informatione doceatis: utrum magis illa sit tenenda sententia, quæ animam dicit esse de traduce, & per occultam quamdam originem ordinemque secretum in omne hominum genus, ceteras animas ex Adæ Protoplasti transfusione defluere, an potius ea, quam omnes fratres vestri & Sacerdotes hic positi retinent & adfirmant, eligenda definitio, credulitasque retinenda, quæ Deum auctorem universarum rerum hominumque cunctorum & fuisse, & esse, & futurum esse testatur & credit.*

VI. Horum igitur duorum, quæ consulens proposuisti, vis, ut eligatur, tibique respondeatur alterutrum, quod fieri deberet ab scientibus, si essent inter se duo ista contraria, ut altero electo consequenter esset alterum respuendum. Nunc autem, si quispiam non alterum e duobus his eligat, sed utrumque verum esse respondeat, id est, & in omne hominum genus ceteras animas ex Adæ Protoplasti transfusione defluere, & nihilominus Deum auctorem universarum rerum hominumque cunctorum & fuisse, & esse, & futurum esse credat & dicat, quid huic contradicendum esse censes? Numquid nam dicturi sumus: Si ex parentibus animæ propagantur, non est Deus auctor omnium rerum, quia non facit animas? Respondebitur enim, si hoc dixerimus: Ergo quia corpora ex parentibus propagantur, non est Deus auctor omnium rerum, si propter hoc dicendus est non facere corpora. Quis autem neget auctorem humanorum omnium corporum Deum, sed illius dicat solius, quod de terra primitus finxit, aut certe etiam conjugis ipsius, quia & ipsam de latere ejus ipse formavit, non autem etiam exterorum, quia ex illis cetera hominum corpora defluxisse negare non possumus?

VII. Ac per hoc, si, adversus quos tibi est in hac quæstione conflictus, sic adseverant animarum ex illius unius derivatione propaginem, ut eas jam Deum negent facere, atque formare, insta eis redarguendis, convicendis, corrigendis, quantum Domino adjuvante potueris. Si autem initia quædam ex illo uno & deinceps a parentibus adtrahi, & tamen singulas in hominibus singulis adfirmant ab auctore omnium rerum Deo creari atque formari, quid eis respondeatur, inquire de Scripturis maxime sanctis, quod non sit ambiguum, nec aliter possit intelligi: aut si jam invenisti, ut superius postulavi, dirige & nobis, Quod si te adhuc, sicut me, latet; insta quidem omnibus viribus eos confutare, qui dicunt animas non ex opere Divino, quod eos dixisti in Epistola tua prima inter secretiores fabulas murmurasse, deinde propter hanc sententiam stultam atque impiam a tuo consortio & Ecclesiæ servitio recessisse, atque adversus eos omnibus modis defende & tuere, quod in eadem Epistola posuisti, Deum fecisse animas, & facere, & facturum esse, neque aliquid esse in cælis aut in terra, quod non ipso constiterit aut constet auctore. Hoc enim de omni omnino genere creaturæ verissime atque rectissime creditur, dicitur, defenditur, comprobatur. Deus enim auctor universarum rerum hominumque cunctorum & fuit, & est, & futurus est, quod in extrema tua ad coepiscopos nostros provinciæ Cæsareensis consultatione posuisti, atque ut id potius eligerent, exemplo omnium fratrum & consacerdotum, qui sunt apud vos, atque id retinent, quodammodo hortatus es. Sed alia quæstio est, ubi quæritur, utrum omnium animarum & corporum auctor effectorque Deus sit, quod veritas habet, an aliquid naturarum exoriatur, quod ipse non faciat, quæ opinio prorsus erroris est; alia vero, ubi quæritur, utrum Deus animas humanas ex propagine, an sine propagine faciat, quas tamen ab illo fieri, dubitare fas non est. In qua quæstione sobrium te esse ac vigilantem volo; nec sic animarum propaginem destruas, ut hæresim Pelagianam incautus incurras. Nam si humanorum corporum, quorum progagatio est omnibus nota, dicimus tamen Deum, vereque dicimus, non illius tantum primi hominis, conjugumve primorum, sed omnium ex illis propagatorum esse creatorem, puto facile intelligi, eos, qui animarum defendunt propaginem, non ex hoc nos habere velle destruere, quando Deus animas facit, cum & corpora facit, quæ de propagine fieri negare non possumus; sed alia documenta esse quærenda, quibus hi, qui sentiunt propagari animas, repellantur, si eos errare veritas loquitur; de qua re illi magis fuerant si fieri posset, interrogandi, propter quorum injuriam defunctorum, sicut scribis in Epistola, quam mihi posteriorem misisti, in meliorem partem convertere homines formidabas. Hos enim defunctos, tales tantosque & tam doctos Episcopos fuisse dixisti, ut eorum traditiones timeres Doctor novellus rudisque corrumpere velle. Itaque si scire possem, tales ac tanti & tam docti viri istam de animarum propagatione sententiam, [1] quibus testimoniis adserebant, quam tamen in litteris ad Cæsareenses datis, illorum auctoritatem nequaquam respiciens, *inventionem*

1. Cod. *quibus vel*.

novam & inauditum dogma esse dixisti, cum pro- A fecto, etsi error est, novum tamen eum non esse noverimus, sed vetustum & antiquum.

VIII. Quando autem nos aliquæ caussæ in aliqua quæstione non immerito dubitare compellunt, non etiam hinc dubitare debemus, utrum dubitare debeamus. De dubiis quippe rebus sine dubitatione dubitandum est. Vides, quemadmodum Apostolus de se ipso dubitare non dubitet, [a] *utrum in corpore, an extra corpus* raptus sit in tertium cælum, *sive, hoc, sive illud, nescio, Deus scit*. Cur ergo mihi, quamdiu nescio, dubitare non liceat, utrum anima mea in istam vitam ex propagine, an sine propagine venerit, cum eam utrolibet modo a summo B & vero Deo factam esse non dubitem? Cur mihi fas non sit dicere: Scio animam meam ex opere Dei subsistere, & prorsus opus Dei esse, sive ex propagine, sicut corpus, sive extra propaginem, sicut illa, quæ primo homini data est, *nescio, Deus scit*? Utrum horum, vis, ut confirmem? Possem, si nossem. Quod si ipse nosti, en habes me cupidiorem discere, quod nescio, quam docere, quod scio. Si autem nescis, sicut ego, ora sicut ego, ut sive per quemlibet servum suum, sive per se ipsum Magister ille nos doceat, qui dixit Discipulis suis: [b] *Ne velitis dici ab hominibus Rabbi, unus est enim Magister vester Christus*. Si tamen scit expedire nobis, ut etiam talia noverimus, qui novit non so- C lum quid doceat, verum etiam quid nobis discere expediat; nam confiteor dilectioni tuæ cupiditatem meam. Cupio quidem & hoc scire, quod quæris; sed multo magis cuperem scire, si fieri posset, quando præsentetur desideratus omnibus gentibus, & quando regnum futurum sit Sanctorum, quam unde in hanc terram venire cœperim, & tamen illud, cum ab illo, qui scit omnia, Discipuli sui nostri Apostoli, quærerent, responsum acceperunt: [c] *Non est vestrum nosse tempus, aut tempora, quæ Deus posuit in sua potestate*. Quid si & hoc scit, non esse nostrum scire, qui profecto scit, quid nobis sit utile scire? Et illud quidem per illud scio, non esse nostri scire tempora, quæ Pater posuit D in sua potestate; utrum autem originem animarum, quam nondum scio, nostrum sit scire, id est, pertineat ad nos id scire, nec hoc quidem scio. Nam si saltem hoc scirem, quod nostrum non sit id scire, non solum adfirmare, quamdiu nescio, verum etiam quærere jam desisterem. Nunc autem, quamvis tam sit obscurum ac profundum, ut plus illic docendi caveam temeritatem, quam discendi habeam cupiditatem, tamen etiam hoc volo scire, si possum. Et licet multo amplius sit necessarium, quod ait ille Sanctus, [d] *Notum mihi fac Domine finem meum*. (Non enim ait: *Initium meum*) quod ad istam quæstionem attinet, me lateret.


IX. Verum de ipso quoque initio meo ingratus Doctori meo non sum, quod animam humanam spiritum esse, non corpus, eumque rationabilem vel intellectualem scio, nec eam Dei esse naturam, sed potius creaturam aliquatenus mortalem, in quantum in deterius commutari, & a vita Dei, cujus participatione beata sit, alienari potest; & aliquatenus immortalem, quoniam sensum, quo ei post hanc vitam vel bene vel male sit, amittere non potest. Scio etiam, non eam pro actibus ante carnem gestis includi in carne meruisse, sed nec ideo esse in homine sine sorde peccati, & *si unius diei*, sicut scriptum est, [e] *fuerit vita ejus super terram*. Ac per hoc scio ex Adam per seriem generationis sine peccato neminem nasci, unde & parvulis necessarium est per gratiam regenerationis in Christo renasci. Hæc tam multa, nec parva, de initio vel origine animarum nostrarum, in quibus plura sunt ad eam scientiam pertinentia, quæ Fide constant, & didicisse me gratulor, & nosse confirmo. Quapropter, si nescio in origine animarum, utrum illas Deus hominibus ex propagine, an sine propagine faciat, quas tamen ab ipso fieri non ambigo, scire quidem & hoc magis eligo, quam nescire; sed quamdiu non possum, melius hinc dubito, quam velut certum confirmare aliquid audeo, quod illi rei sit forte contrarium, de qua dubitare non debeo.

X. Tu itaque mi frater bone, quoniam consulis me, & vis, unum horum definiam: utrum animæ ceteræ ex illo uno homine, sicut corpora, per propaginem, an sine propagine, sicut illius unius a Creatore, singulis singulæ fiant (ab ipso enim fieri, sive sic, sive sic, non negamus) patere, ut etiam ipse consulam, quomodo inde anima peccatum originaliter trahat unde originaliter ipsa non trahitur? Omnes enim animas ex Adam trahere originale peccatum similiter non negamus, ne in Pelagianam hæresim detestabilem irruamus. Si hoc, quod ego interrogo, nec tu scis, sine me patienter utrumque nescire, & quod tu interrogas, & quod ego. Si autem jam scis, quod interrogo, cum hoc etiam me docueris, tunc & illud, quod vis, ut respondeam, nihil ibi jam intuens respondebo. Peto ergo, ne succenseas, quia non potui confirmare, quod quæris, sed potui demonstrare, quid quæras; quod cum inveneris, confirmare non dubites, quod quærebas. Et hoc quidem Sanctitati tuæ scribendum existimavi, qui propaginem animarum jam quasi certus improbandam putas. Ceterum si illis, qui hanc adserunt, rescribendum fuisset, fortassis ostenderem, quemadmodum id, quod se nosse arbitrantur, ignorent, & ne hoc adserere auderent, quantum formidare deberent. Sane in rescripto amici [1] quod huic Epistolæ inserui, ne te forte moveat quod *duos libros* a me missos commemoravit, quibus respondere vacuum sibi tempus non fuisse respondit. Unus est de hac quæstione, non ambo; in alio autem illud ab illo consulendo & pertractando quæsivi. Quod vero admonet & hortatur, ut magis demus operam, ut perniciosissima hæresis de Ecclesiis auferatur, illam ipsam E Pelagianam hæresim dicit quam cautissime, ut devites, quantum possum, frater, admoneo, cum de animarum origine sive cogitas, sive jam disputas, ne tibi subripiat esse credendum, ullam prorsus animam, [2] nisi unius Mediatoris, non ex Adam trahere originale peccatum, generatione devinctum, regeneratione solvendum.

a II. Cor. XII. 2. 3. b Matth. XXIII. 8. c Act. I. 7. d Psal. XXXVIII. 5. e Job XIV. 4. ex Versione LXX. Interpr.

1. Hieronymi.
2. *Excipit haud dubie Augustinus* animam S. Virginis Mariæ, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccato agitur, habere volo quæstionem, inquit ipse *Lib. de Natur. & Gratia c. 36. Vid. Card. Sfondrati Innocent. Vindicatam* §. X.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 386.



II.

INCIPIT EPISTOLA S. AUGUSTINI EPISCOPI AD PETRUM ET ABRAHAM

De pœnis parvulorum, qui sine baptismo decedunt cet.

Dominis dilectissimis, & sanctis filiis, Petro & Abrahæ

Augustinus in Domino salutem.

Ante ann. Christi 420.

I. Sanctum quidem studium vestrum, quo a me multa putatis esse quærenda, ut contentiosis impietatibus non inermes resistere valeatis, nec debet justitia spernere, nec caritas potest. Sed diligentem ad omnia responsionem una Epistola, quamlibet sit prolixa, non capit. Plurimis autem opusculis nostris aut ad omnia, aut pene ad omnia, quæ requiritis, jam me respondisse, quantum potui, noveritis. Quæ si legatis, quoniam sic vos audio instituisse vitam, qua Deo servitis, ut vobis ad legendum vacet, aut omnis vobis patebit instructio, aut non multum existimo defuturum, præsertim quia inest vobis doctor interior, cujus B gratia tales estis. Nam quid hominem ad aliquid discendum adjuvat homo, si non simus docibiles Domini? Et in hac tamen Epistola nequaquam exspectationem vestram sicut Dominus adjuvat, brevi saltem responsione fraudabo.

II. Dominus ait: [a] *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit; qui autem non crediderit, condemnabitur.* Si ergo parvuli, cum baptizantur, non inaniter dicitur, sed veraciter agitur, ut inter credentes habeantur, unde etiam nova proles ore Christianorum omnium nuncupantur, profecto si non crediderint, condemnabuntur; ac per hoc, quia nihil ipsi male vivendo addiderunt ad originale peccatum, potest eorum C merito dici in illa damnatione minima pœna, non tamen nulla. Quisquis autem putat diversitatem futuram non esse pœnarum, legat, quod scriptum est: [b] *Tolerabilius erit Sodomæ in die judicii, quam illi civitati.* Non ergo a deceptoribus inter regnum & supplicium medius locus quæratur infantibus, sed transeant a diabolo ad Christum, hoc est, a morte ad vitam, ne ira Dei maneat super eos. Ab hac quippe ira Dei, non liberat, nisi gratia Dei. Quid est autem ira Dei, nisi a Deo justo pœna debita atque vindicta? Neque enim Deus aliqua commotione turbatur, sicut irascitur mutabilis animus; sed ea, quæ dicitur ira Dei, nihil est aliud, quam justa pœna peccati, quæ non mirum, quod D transit in posteros. Concupiscentia quippe carnalis, qua seminantur & concipiuntur, non erat ante peccatum, nec fuisset omnino, nisi hominis inobedientiam pœna reciproca etiam suæ carnis inobedientia sequeretur. Quo malo quamvis bene utatur nuptiarum bonum, non tamen sine illo fieri potest etiam nuptialis, id est, liberorum procurandorum caussa licitus honestusque concubitus. Sine illo autem fieri posset, si humana in eo statu, in quo condita, A est, non peccando natura mansisset. Possent enim membra etiam genitalia, sicut cetera, ad opus proprium peragendum nutu voluntatis moveri, non æstu libidinis excitari. Nam quis neget illa Dei verba: [c] *Crescite & multiplicamini*, non maledictionem peccatorum, sed benedictionem fuisse nuptiarum? Per hanc ergo concupiscentiam, quia neque seminatus, neque conceptus est Christus (quoniam se longe aliter habuit Virginis partus) per hanc, inquam, concupiscentiam quidquid hominum [1] seminatur, concipitur, nascitur, ne puniatur, opus est renascatur. Quia etsi de renatis parentibus nascitur, non potest huic præstare generatio carnalis, quod illis non præstitit nisi regeneratio spiritualis. Sicut non solum de oleastri, sed etiam de olivæ semine non nascitur nisi oleaster, quamvis olea non sit oleaster. Multa de his etiam in aliis nostris litteris diximus, quæ volo potius, ut legatis, quam nos eadem repetere cogatis.

III. Infidelibus vero, qui nulla tenentur Christianorum auctoritate librorum, operosius respondetur. Neque eorum pravitas potest Divinæ Scripturæ pondere corrigi, adversus quos potius ipsa, quæ ab eis apertius accusatur, debet utique Scriptura defendi. Quod si & vos Dominus, ut valeatis, adjuverit, parum tamen agitis apud eos, quos cupitis esse Christianos, si eorum infidelitatem veracibus disputationibus vincitis, nisi eis & fidem supplicibus orationibus poscatis. Et ipsa quippe, ut scitis, fides munus est Dei, qui unicuique partitur mensuram fidei & tale munus, quod intellectum necessarium est ut præcedat. Non enim Propheta fallitur dicens: [d] *Nisi credideritis, non intelligetis.* Et quia [2] ut crederent, non pro jam fidelibus, sed adhuc pro infidelibus Judæis orabat Apostolus, quando dicebat: [e] *Fratres, bona voluntas quidem cordis mei & deprecatio ad Deum fit pro illis in salutem*, pro illis scilicet, qui occiderant Christum, quem [3] profecto isti quoque, si potestas daretur, occiderent. Pro qualibus & Dominus, cum pendens irrideretur, & beatus Stephanus, cum lapidaretur, oravit. Istorum sane infidelium, quos vel Gentiles, vel jam vulgo usitato vocabulo Paganos appellare consuevimus, quoniam duo sunt genera, unum eorum, qui superstitiones, quas putant, Christianæ Religioni anteponunt; alterum eorum, qui nullo Religionis nomine obstricti sunt, ego in quibusdam libris, quos *de Civitate Dei* prænotavi, quorum ad vos existimo jam pervenisse notitiam, & quorum adhuc reliquos, si Dominus voluerit, absolvendos in mediis meis occupationibus molior, ad-

a Marc. XVI. 16. *b* Matth. X. 15. *c* Gen. I. 22. *d* Isa. VII. 9. *e* Rom. X. 1.

1. *Vide notam ad calcem præcedentis Epist.* 2. Cod. *quia nisi ut crederent.* 3. Cod. *qui profecto istum.*

versus primum istorum genus, quod Apostolus notat, ubi dicit: [a] *Quæ immolant gentes, dæmoniis, & non Deo immolant*, vel certe, ubi dicit: [b] *Coluerunt & servierunt creaturæ potius, quam Creatori*, decem volumina non parva confeci, quorum priora quinque illos redarguunt, qui propter adipiscendam vel retinendam humanarum rerum istam terrenam temporalemque felicitatem, non unius summi & veri, sed multorum Deorum cultum necessarium esse contendunt; posteriora vero alia quinque contra illos sunt, qui se adversus salutarem doctrinam tumidius & inflatius extollentes, ad beatitudinem, quæ post hanc vitam speratur, etiam per dæmonum multorumque deorum cultum existimant pervenire. Ubi & nobiles eorum Philosophi in tribus his quinque, sed ultimis Libris, refelluntur a nobis. Ceteri ab undecimo quot esse potuerint, quorum jam tres absolvi, quartum in manibus habeo, ea, quæ nos *de Civitate Dei* tenemus & credimus, continebunt, ne aliena tantummodo refutare, non etiam nostra in hoc opere adserere voluisse videamur. Iste autem post decem quartus, idemque totius operis quartus decimus liber, si Dominus voluerit, enodatas habebit omnes, quas mihi proposuistis in vestra Epistola quæstiones.

IV. Porro cum altero infidelium genere, qui vel vim nullam esse divinam credunt, vel ad eam res humanas pertinere non credunt, nescio, utrum sermo sit habendus de aliqua quæstione pietatis; quamvis non fere quisquam nostris temporibus reperiatur ita stultus, qui vel in corde suo dicere audeat: [c] *Non est Deus*. Illi autem alii stulti non desunt, qui dixerint: [d] *Non videbit Dominus*, id est, providentiam suam in hæc terrena non tendit. Verumtamen in his Libris, quos volo ut legat caritas vestra, dum adserit *Civitas Dei*, non solum esse Deum, quod natura insitum vix ulla umquam exstirpat impietas; sed etiam rerum humanarum curam gerere ab ipsa institutione hominum usque ad beatificandos justos cum Angelis sanctis, & damnandos impios cum Angelis malignis, si Deus voluerit, & quibus voluerit, credibile fiet.

V. Non itaque ulterius oneranda est hæc Epistola, dilectissimi. Ubi enim speretis per ministerium nostrum nosse, quod vultis, satis diximus; & eosdem Libros, si nondum habetis, ut habere possitis, per sanctum fratrem & compresbyterum meum Firmum, qui vos multum diligit, nobisque diligendos diligentius intimavit, ut vestræ mutuæ dilectioni gratias agat, pro nostræ tenuitatis facultate curavimus.

a Cor. XIX. 20. *b* Rom. I. 25. *c* Psalm. XIII. 1. *d* Psalm. XCIII. 7.

FRAGMENTUM
EPISTOLÆ S. AUGUSTINI


ad Optatum, prout exstat apud Eugypium. Fol. 101.

Utrum singillatim a Deo Creatore lineamenta formentur, & de animæ quæstione .,... ex duabus Epistolis ad Optatum.
Caput CCCXLV.

EGo enim adhuc, fateor, non inveni, quemadmodum anima & peccatum ex Adam trahat (unde dubitare fas non est) & ipsa ex Adam non trahatur: quod mihi diligentius inquirendum, quam inconsultius afferendum est .:. Quando autem nos aliquæ caussæ, in aliqua quæstione non immerito dubitare compellunt, non etiam hinc dubitare debemus, utrum dubitare debeamus. De dubiis quippe rebus, sine dubitatione dubitandum est. Vides, quemadmodum Apostolus de se ipso dubitare non dubitet: *utrum in corpore, an extra corpus*, raptus sit in tertium cælum: sive hoc, sive illud. *Nescio*, inquit, [1], *Deus scit:* Cur [2] ergo mihi, quamdiu nescio, dubitare non liceat, utrum anima mea, in ista vita [3] ex propagine, an sine propagine venerit? cum eam utrolibet modo a summo & vero Deo factam esse, non dubitem? Cur mihi non sit fas dicere, scio animam meam ex opere Dei subsistere, & prorsus opus Dei esse, sive ex propagine, [4] sicut illa quæ primo homini data est, *nescio*, *Deus scit?* Unum [5] horum vis ut confirmem: possem si nossem [6], quod [7] ipse nosti. En habes me cupidiorem discere quod nescio, quam docere quod nescio [8]: sic cum [9] nescis sicut ego, ora sicut & ego, ut sive per quemlibet servum suum, sive per se ipsum, magister ille nos doceat, qui dixit discipulis suis: *ne velitis dici ab hominibus Rabbi: unus est enim Magister vester* Christus: si tamen scit expedire nobis, ut etiam talia noverimus, qui novit non solum quid doceat, verum etiam quid nobis discere expediat. Nam confiteor dilectioni tuæ cupiditatem meam: cupio quidem & hoc scire, quod quæris sed multo magis cuperem scire, si fieri posset, quando [10] præsentetur desideratus omnibus gentibus, & quando regnum sanctorum futurum sit, quam unde in hanc terram venire cœperim: & tamen illud, quum ab illo, qui scit omnia, discipuli sui, nostri Apostoli, quærerent, responsum acceperunt: *non est vestrum scire* [11] *tempora, quæ Pater* [12] *posuit in sua potestate*. Quid si & hoc scit,

1. In Ed. Vindobonensi & Parisiensi Epistolarum duarum S. Augustini seu Edit. Bened. novis. omittitur, *Inquit*.
2. In Edit. Eugypii male, *cum*.
3. Edit. Bened. *in istam vitam*.
4. In Edit. Bened. additur, *sicut corpus, sive extra propaginem*.
5. Edit. Bened. *Utrum*.
6. In Eugypio aliter interpungitur; quod alium reddit sensum.
7. Edit. Bened. *si*. 8. Edit. Bened. *quod scio*.
9. Edit. Bened. *si autem nescis*.
10. Forte *repræsentetur*.
11. In Edit. Bened. additur, *tempus aut tempora*.
12. Edit. Bened. *Deus*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.



non esse nostrum scire [1] tempora quæ Pater posuit in sua potestate : utrum autem originem animarum, quam nondum scio, utrum [2] sit scire, id est, pertineat ad nos id scire, non solum affirmare quamdiu nescio, verum [4] etiam quærere jam desisterem. Nunc autem quamvis tam sit obscurum atque profundum, ut plus illic docendi caveam temeritatem, quam discendi habeam cupiditatem ; tamen & hoc etiam vellem [5] scire si possem. Et licet multo amplius sit necessarium, quod ait ille sanctus : *Notum mibi fac Domine finem meum*. Non enim ait, initium meum : [6] utinam tamen, nunc initium quod ad istam quæstionem attinet, me lateret. Verum de ipso quoque initio meo ingratus Doctori meo non sum, quod animam humanam, spiritum esse, non corpus, eumque rationalem, vel intellectualem scio : nec eam Dei esse naturam, sed potius creaturam aliquatenus mortalem, in quantum [7] deterius commutari, & a vita Dei, cujus participatione beata fit, alienari potest : & aliquatenus immortalem, quoniam sensum, quo ei post hanc vitam, vel bene vel male fit, amittere non potest. Scio etiam non eam pro actibus ante carnem gestis includi in carne meruisse : sed nec ideo esse in homine sine sorde peccati nec [8] *si unius diei*, sicut scriptum est, *fuerit vita ejus super terram*. Ac per hoc scio, ex Adam per seriem generationis, sine peccato neminem nasci : unde & parvulis necessarium est, per gratiam regenerationis in Christo renasci. Hæc tam multa, nec parva, de initio vel origine animarum nostrarum, in quibus plura sunt, ad eam scientiam pertinentia, quæ fide constant, & didicisse me gratulor, & nosse confirmo. Quapropter si nescio in origine animarum, utrum illas Deus hominibus ex propagine [9] faciat, quas tamen [10] fieri non ambigo ; scire quidem & hoc magis eligo, quam nescire, sed quamdiu non possum, melius [11] hinc dubito, quam velut certum confirmare aliquid audeo, quod illi rei sit forte contrarium, de qua dubitare [12] forte non debeo. Tu itaque mi frater bone, quoniam consulis me, & vis ut unum horum definiam, utrum animæ ceteræ omnes, ex illo uno homine, sicut corpora per propaginem, an sine propagine, sicut illius unius, a creatore singulis [13] fiant ; ab ipso enim fieri, sive sic, sive sic, non negamus ; patere, ut etiam ipse consulam, quomodo inde anima peccatum originaliter trahat, unde originaliter ipsa non trahitur : omnes enim animas ex Adam trahere originale peccatum, similiter non negamus, ne in Pelagianam hæresim detestabilem detestabiliter [14] irruamus : si hoc quod ego interrogo, nec tu scis, sine me patienter utrumque nescire, quod tu interrogas, & quod ego. Si autem jam scis quod interrogo, cum hoc etiam me docueris, tunc & illud quod vis ut respondeam, nihil ibi tam [15] metuens respondebo. Peto ergo, ne succenseas, quia non potui confirmare quod quæris, sed potui demonstrare, quid quæras ; quod cum inveneris, confirmare non dubites quod quærebas. Et hoc quidem sanctitati tuæ scribendum existimavi, qui propaginem animarum, jam quasi certus improbandam putas. Ceterum si illis, qui hanc asserunt, rescribendum fuisset, fortassis ostenderem, quemadmodum id quod se nosse arbitrantur, ignorent. Et ne hoc asserere auderent, quanta ratione formidare deberent, ostenderem [16].

His exemplis satis (ut arbitramur) elucubrationis nostræ confirmatur utilitas, pene adjecimus, atque necessitas.....

1. In Edit. Bened. hæc adduntur, *qui profecto scit, quid nobis sit utile scire ? & illud quidem per illum scio, non esse nostri scire tempora, &c.*
2. Edit. Bened. *nostrum*.
3. Edit. Bened. *nec*.
4. In Edit. Eugypii male, *utrum*.
5. Edit. Bened. *volo scire si possum*.
6. Locus in Edit. Bened. mutilus ex Eugypio restituendus, in quo tamen, loco *nunc* substituenda particula *non*.
7. Edit. Bened. *in*,
8. Edit. Bened. *&*.
9. In Edit. Bened. additur, *an sine propagine*.
10. In Edit. Bened. additur, *ab ipso*.
11. In Eugypii Edit. aliter interpungitur.
12. In Edit. Bened. deest, *forte*.
13. In Edit. Bened. additur, *singulæ*.
14. In Edit. Bened. omittitur, *detestabiliter*.
15. In Bened. male, *intuens jam :* male quoque corrigitur in notis.
16. In edit. Bened. deest, *ostenderem*.

BREVIARIUM FIDEI

ADVERSUS ARRIANOS HÆRETICOS,

IN QUO

TRIUM DIVINARUM PERSONARUM ÆQUALITAS plurimis Scripturæ sacræ locis & argumentis liquido comprobatur.

AUCTORE INCERTO, SED ANTIQUISSIMO.

ERRARE hæreticos hæc maxima caussa facit, dum aut ignorant, aut nolunt advertere, in Domino Jesu Christo sicut unam personam, ita duas esse substantias, Deum ex Deo patre, & hominem ex homine matre: & quæ de se ipse Dominus secundum dispensationem carnis assumtæ loquitur, deputant divinitati, ut est illud, [a] *Pater major me est*, vel illud, [b] *Jesus fatigatus ex itinere*, vel illud, [c] *flevit Lazarum*, vel alia hujusmodi quæ leguntur. Qui si vellent advertere illud Apostoli, [d] *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*, vel illud Evangelii, [e] *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*, non dubitarent, ut superius dictum est, confiteri in una persona duas esse substantias; & ubi audiunt dici, *Pater major me est*, secundum humanitatem acciperent: ubi vero audiunt, [f] *Ego & pater unum sumus*, secundum divinitatem dictum non dubitarent, sicut ex ejus operationibus datur intelligi. Secundum hominem enim esurivit, ut veram carnem ostenderet: secundum Deum autem de quinque panibus quinque millia hominum saturavit, ut se Deum virtutibus approbaret. Secundum hominem sitivit, sed secundum Deum Samaritanam viva aqua refecit. Secundum hominem navem ascendit, sed secundum Deum siccis pedibus super mare ambulavit. Secundum hominem in navi dormivit, secundum Deum ventis & fluctibus imperavit. Secundum hominem Lazarum flevit, secundum Deum quatriduanum eum de sepulcro mortuum suscitavit. Secundum hominem in cruce pependit, secundum Deum paradisum latroni de cruce donavit. Secundum hominem passus mortem gustavit, secundum Deum semet ipsum a mortuis suscitavit. Si hæc & his similia vellent sapienter discernere, & unicuique substantiæ quod suum est deputarent, facile poterant rectæ fidei cursum tenere, & non pro ejus beneficiis, quæ pro nobis redimendis in forma servi suscepit, vel passus est, divinitati ejus contumelias irrogarent, & ubicumque legunt in scripturis secundum humanitatem aliquid quod minus loqueretur divinitas, sed pro dispensatione carnis assumtæ hoc protestatur humanitas. Nam nos, sicut eum Deum legimus, ita nec majorem nec minorem Deum nusquam legimus, nec credere religiosa mente debemus. Sed ideo adhuc persistit, & dicit: Fieri non potest, ut non filius minor patre credatur, quia ex patre esse dinoscitur. Fallit eum consuetudo generationis humanæ, ut quia filius dicitur, minor patre credatur. Apud homines ideo minorem filium generat pater, quia & ipse minor est generatus a patre. Id-

A circo crescente filio pater senescit, & moriente patre filius succedere comprobatur, & melior ac potentior patre nonnumquam efficitur. Apud Deum vero non ita est. quia ubi crescere vel senescere divinitas non habet, hoc est dignum ut filium dilectio habeat æqualem, quia non potest plenitudo majorem. Ideoque perfectus perfectum genuit, omnipotens omnipotentem, plenus plenum: & quia ætatis incrementum non habuit, minorem generare non potuit: sed omnino qualis est pater, talem & filium esse cognosco, sicut ipse dicit, [g] *Qui me videt, videt & patrem*: & alibi, [h] *Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum*. Sed forte quia audis missum, ideo putas minorem. Rogo te, B Deum credis esse filium, an non? Sine dubio responsurus es, Deum: quia & si tu negare volueris, sanctis scripturis convinceris, dicente Apostolo: [i] *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula*. Et Joannes in epistola sua, [k] *Ut simus*, inquit, *in vero filio ejus, qui est verus Deus, & vita æterna*. Et Thomas, [l] *Deus meus*, inquit, *& Dominus meus*. Et Melchisedech summus Sacerdos, [m] *Benedictus*, inquit, *Abraham Deo excelso, qui creavit cælum & terram*. Vides quia non solus Deus, sed Deus excelsus Melchisedech vocibus comprobatur. Testis est & Osee propheta, dicens: [n] *Firmans cælum*, C *& creans terram, ego Dominus Deus tuus, cujus manus creaverunt omnem militiam cæli*. Si ergo Deus est filius, immo quia Deus est, quia per ipsum facta sunt omnia, & non solum non minor, sed excelsus Deus; interrogo te, utrum Deus ubique sit, an forte localiter? Cum impium sit negare quod ubique sit Deus, quæso te, ubi missus est? Sed missionem filii incarnationem ejus intellige, ipso Apostolo exponente, [o] *Misit*, inquit, *Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege*. Denique de ipso legimus in Propheta, [p] *Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus*. Et Evangelista de eodem: [q] *Plenitudinem*, inquit, *ejus nos omnes accepimus*. Et si omnia ipse implet, ubi missus est D cujus majestate plena sunt omnia? Sed adhuc forte dicis, sicut habet carnalis intellectus, inter gignentem patrem & genitum filium non potuisse fieri nisi ut aliquod fuisset spatium. Spatium horæ faciunt, horæ tempus designant: ac sic, si tempus anteponis filio, non omnia per ipsum facta fateris. Et ubi est illud, [r] *Omnia per ipsum facta sunt*? Certe secundum tuam propositionem respondeo, qui dicis fuisse patrem aliquando sine filio. Utique legimus pariter in Apostolo, [s] *Christum Dei*

[a] Joan. XIV. 28. [b] Joan. IV. 6. [c] Joan. XI. 35. [d] II. Cor. V. 19. [e] Joan. I. 14. [f] Joan. X. 30. [g] Joan. XIV. 9. [h] Joan. V. 23. [i] Rom. IX. 5. [k] I. Joan. V. 20. [l] Joan. XX. 28. [m] Gen. XIV. 19. [n] Isa. XLI. 18. XLIII. 5. [o] Gal. IV. 4. [p] Jer. XXIII. 24. [q] Joan. I. 16. [r] Ibid. ℣. 3. [s] I. Cor. I. 24.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.



virtutem & Dei ſapientiam, & ipſe de ſe Dominus loquitur, [a] *Ego ſum via, veritas, & vita*. Si ergo fuit pater ſine filio, ſicut tu dicis, fuit ſine virtute, fuit ſine ſapientia, fuit ſine vita, fuit ſine veritate. Sed quia ſine his numquam fuiſſe pater credendus eſt, hoc convenit ſaluti tuæ, ut juxta fidem catholicam, conſempiternum patri & æqualem filium fatearis: quia & virtus ejus legitur ſempiterna, dicente Apoſtolo, [b] *Sempiterna quoque virtus ejus & divinitas*. Similiter & de veritate, dicente Pſalmiſta, [c] *Et veritas Domini manet in æternum*. Solent etiam iſta velut quæſtionem calumnia generare. In tantum, inquiunt, major eſt pater, ut priore ſemper nominetur loco. Etiamſi priore ſemper loco nominaretur, valde videbatur eſſe conveniens; quia ex ipſo eſt filius, non ille ex filio. Tamen ut æqualitatem agnoſcas, audi in ſcripturis ubi etiam prior filius nominatur. Joannes Evangeliſta ait, [d] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. In Verbo utique filium indicavit. Et Apoſtolus ad Epheſios, [e] *An neſcitis quia omnis fornicator & immundus non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei?* Ecce & hic priore loco filius nominatur. Et ad Galatas, [f] *Paullus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum & Deum patrem*. Et ad Theſſalonicenſes: [g] *Ipſe autem dominus Jeſus Chriſtus & Deus & pater noſter, qui dilexit nos*. Ad Corinthios, [h] *Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti, & caritas Dei patris, & communicatio ſancti Spiritus cum omnibus vobis*. Et ipſe Dominus dicit, [i] *Ego & pater unum ſumus*. Non dicit, pater & ego. Et alibi, [k] *Qui me videt, videt & patrem*. Et iterum: [l] *Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum*. Ecce quoties priore loco filius nominatur! Sed quia in patre & filio æqualitas eſt, nullum præjudicium nec ante nec poſtea nominatus alteri poterit exhibere, quia nulla eſt diverſitas, ubi eſt æqualis in utroque divinitas. Sed ideo ſic legimus, quia humana locutio aliter ſe non valet expedire, niſi ut cum unum dixerit, ſic alterum dicat. Ecce ut agnoſcas, quia nihil ibi majus, nihilque minus eſt, ceſſit quæſtio de patre anterius nominato: quia ubi una eſt ſubſtantia, una deitas, & incorporalis immenſitas, nulla eſt diſparitas vel diverſitas exiſtimanda. Ubi enim unus Deus creditur, ibi minor & major excluditur. Neſcit enim numerum unitas, & gradum non admittit æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: [m] *Non aſcendes per gradum ad altare meum*. Et ideo auferat contentionem, & teneat eum fide catholica inſeparabilem Trinitatem, ſine permixtione conjunctam, ſine ſeparatione disjunctam; quia Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, Deus plenus & unus eſt. Ipſa enim per ſe ratio docet, quia unus nec poſteriorem recipit, nec priorem: comparationem vel ſeparationem neſcit, habere qui ſolus eſt; minor non poteſt eſſe qui plenus eſt, quia perfectioni nec addi quidquam poteſt, nec minui. Credantur ergo tres perſonæ, ſed non tres ſubſtantiæ; tres proprietates, ſed non tres poteſtates. Ita una ſine principio ſempiternitas, ſicut una ſine fine majeſtas, ſine auctore Pater, ſine tempore Filius, ſine majore Spiritus ſanctus. Nos enim catholici dominum Deum noſtrum Jeſum Chriſtum,

A & minorem dicimus patre, & æqualem: minorem propter humanitatem aſſumtam, quia cum in forma Dei eſſet, formam ſervi induere eſt dignatus: æqualem vero dicimus propter deitatem perpetuam, qua ex patre exſiſtens filius & conſempiternus eſt patri. Quare ergo nobiſcum non confitentur æqualem, cum nos cum illis non negemus minorem? præſertim cum utrumque in ſanctis ſcripturis legimus, dicente Evangeliſta: [n] *Propterea*, inquit, *quærebant interficere eum Judæi, quia non ſolum ſolvebat ſabbatum, ſed etiam patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo*. Ecce impietas Judæorum dicit æqualem, & non veretur dicere Chriſtianus minorem. Et alibi idem Evangeliſta ait:

B [o] *Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum*. Æqualis enim honor non niſi æqualibus exhibetur. Et alio loco idem dicit: [p] *Sicut pater ſuſcitat mortuos, & vivificat, ita & filius, quos vult vivificat*. Audi dicentem, *ſicut pater, ita & filius*. Audi dicentem, *quos vult*, & æqualem eum patri, ac ſuæ poteſtatis eſſe cognoſce: & non dicas Deum minorem, quia nuſquam in ſcripturis ſanctis vel majorem Deum legimus, vel minorem. Sicut ipſe Philippo dicit, [q] *Qui me videt, videt & patrem*. Et, [r] *Omnia quæ pater facit, hæc eadem & filius ſimiliter facit*. Vel illud, [s] *Deus erat Verbum*. Et Apoſtolus, ut memoravimus, [t] *Qui eſt*, inquit, *ſuper omnia Deus*

C *benedictus in ſæcula*. Et Apoſtolus, [u] *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*. Quare hoc? quia nemo rapit, niſi quod non habet. Ille ergo qui habebat æqualitatem, non eſt arbitratus per rapinam: ſed quam rebellis Angelus aſſumere voluit per rapinam, Chriſtus poſſedit per naturam. Quia vero eſt verus Deus, audi beatum Joannem dicentem in epiſtola ſua, [x] *Et ſimus*, inquit, *in vero filio ejus Jeſu Chriſto: hic eſt verus Deus, & vita æterna*. Audis verum Deum, & præſumis dicere minorem, & non confiteris æqualem? Dicit etiam beatus Apoſtolus ad Titum, [y] *Exſpectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei*. Neſcio qua

D fronte minor eſſe dicatur, quem magnum Deum Apoſtolus profitetur. Hoc etiam perfidus error dicere ſolet, quod ubi in ſcripturis legimus aut ſolum Deum, aut ſolum altiſſimum, aut ſolum ſapientem, hoc non de Trinitate dici, ſed de ſolo patre accipi debeat. Quod quam abſurdum ſit ita ſentire, de hoc uno teſtimonio convincatur. Dicit enim Apoſtolus [z] *cognitum ſoli ſapienti Deo*: non intelligunt quia non dixit ſoli ſapienti patri, ſed ſoli ſapienti Deo, quæ eſt Trinitas. Nam dum ſoli patri hoc deputant, filium inſipientem blaſphemant. Et quomodo eum Apoſtolus ſapientiam Dei eſſe dicit, ſi ſolus pater eſt ſapiens, cum nullus ſapiens poſſit eſſe niſi per ſapientiam ſuam? Et ubi

E eſt illud, quod ad Coloſſenſes idem Apoſtolus proteſtatur de Chriſto Jeſu, [a] *In quo ſunt*, inquit, *omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi*? Unde agnoſcant, quam ſtultum ſit quod promunt, & ubicumque aliquid ſimiliter legunt, non uni perſonæ deputent, ſed beatæ Trinitati, quæ ſola ſummus Deus & verus eſt. Nam & de Spiritu ſancto ſic dicit Apoſtolus, [b] *Alii quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eumdem ſpiritum*. Si ergo per Spiri-

a Joan. xiv. 6. *b* Rom. I. 20. *c* Pſal. cxvi. 2. *d* Joan. I. 1. *e* Epheſ. V. 5. *f* Gal. I. 1. *g* II. Theſſ. II. 15. *h* II. Cor. xiii. 13. *i* Joan. x. 30. *k* Joan. xiv. 9. *l* Joan. V. 23. *m* Exod. xx. 26. *n* Joan. V. 18. *o* Ibid. ℣. 23. *p* Ibid. ℣. 21. *q* Joan. xiv. 9. *r* Joan. V. 19. *s* Joan. I. 1. *t* Rom. ix. 5. *u* Philipp. II. 6. *x* I. Joan. V. 20. *y* Tit. II. 13. *z* Rom. xvi. 26. *a* Coloſſ. I. 3. *b* 1. Cor. xii. 8.

tum ſanctum, ſicut verum eſt, & ſapientiæ & A ſcientiæ ſermo donatur; quomodo ſolius patris perſonæ hoc poteſt adſcribi, quod ſolus ſit ſapiens, niſi, ut dictum eſt, æquævæ Trinitati iſta conveniant? Solent etiam dicere, ideo minor eſt filius, quia viſibilis, pater autem inviſibilis. Non intelligunt, quia nec filius in ſubſtantia deitatis ſuæ ſit viſibilis, niſi in aſſumto homine, qui & Chriſtus dicitur. Nam filius Dei, id eſt Verbum, quod erat in principio Deus apud Deum, per quem facta ſunt omnia, videri in ſua ſubſtantia non potuit, ſicut nec pater in ſubſtantia ſua. Interrogo autem ſine ſui injuria illum ipſum, qui dicit quod viſus ſit filius Dei, utrum animam ſuam viſibilem an inviſibilem fateatur: & cum dixerit inviſibilem, B ſicut & verum eſt, dicatur ei: Si creatura, id eſt anima tua, inviſibilis eſt creatura utique Dei, creator univerſitatis quomodo potuit eſſe viſibilis? Sed ideo induit carnem quæ videri poterat, quia deitas ab homine videri non poterat. Hac carne major eſt pater: æqualis Verbo major carne: æqualis ei, per quem fecit nos, major eo qui factus eſt propter nos. Nam quod Deus ſit filius, licet multa teſtimonia ſuperius poſita evidenter perdoceant, tamen adhuc pauca credidi ſubjungenda. In Geneſi ſcriptum eſt, [a] *Creavit Deus cælum*, & utique Evangeliſta confirmat [b] omnia a filio eſſe creata. Item ibi ſequitur, [c] *Creavit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam*. Ecce hic Deum C agnoſce, quia & hominem ipſe creavit. Et Iſaias dicit de Joanne præcurſore Domini, [d] *Rectas facite ſemitas Dei noſtri*. Cujus Dei, niſi utique filii, quem in carne veniſſe non dubitamus? Et paullo poſt, [e] *Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate. Dicite puſillanimis, Ecce Deus veſter in fortitudine veniet, & ſalvabit vos, & tunc aperientur oculi cæcorum*. Quod utique in adventu Chriſti completum eſſe cognoſcimus. Pſalmiſta etiam dicit, [f] *Omnes gentes quaſcumque feciſti, venient, & adorabunt coram te, mirabilis tu es & faciens mirabilia, tu es Deus ſolus*. Non puto aliquem eſſe tam impium, qui neget filium Dei & mirabilia feciſſe, & univerſas gentes creaſſe, niſi forte Judæos. Et alibi D Iſaias, cum adventum Chriſti per virginem nuntiat, dicit inter cetera, [g] *Et vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius, Deus fortis*. Sed & beatus Apoſtolus, [h] *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti*. Et ut agnoſcas Deum eſſe Chriſtum, ſic alibi dicit, [i] *Omnes ſtabimus ante tribunal Dei. Vivo ego*, dicit Dominus, *quia mihi flectetur omne genu*. Utique de Chriſto dicit, quem ad judicandum vivos & mortuos credimus eſſe venturum. Pſalmiſta voces Angelorum faciens, cum Chriſtus in cælos aſcendiſſet, [k] *Tollite*, inquit, *portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ*. Illiſque interrogantibus quis eſſet iſte rex gloriæ, reſpondit Dominus, E [l] *Fortis & potens Dominus virtutum, ipſe eſt rex gloriæ*. Et ne forte de patre dictum putent, quomodo multa abſurde intelligunt, audiant Apoſtolum huic verſiculo conſentientem: [m] *Si enim*, inquit *cognoviſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*. Cum tam præſentibus quam præteritis teſtimoniis, quæ de ſcripturis ſanctis poſtulata ſunt, Deus eſſe filius demonſtretur, miror cur forte eum aliqui minorem dicendo blaſphemare non metuunt; cum nuſquam omnino Deus minor eſſe legatur, niſi, ut dictum eſt,

A propter diſpenſationem carnis aſſumtæ, in qua non ſolum ab Angelis minoratus eſt, ſed & matre ſua junior invenitur, ſicut jam diximus. Secundum hanc ergo regulam duas in Chriſto crede ſubſtantias, Deum verum, & hominem verum. Secundum hominem morti ſubditur, ſecundum Deum auctor vitæ eſſe cognoſcitur, dicente beato Petro, [n] *Petiſtis virum homicidam donari vobis, auctorem vero vitæ interfeciſtis*. Secundum hominem, [o] *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*; ſecundum Deum, [p] *Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam, & nemo eam tollit a me, ſed ego eam pono a memet ipſo*. Hinc etiam occaſionem accipere calumniandi ſolent, quod Dominus in Evangelio B dixerit, [q] *Non poteſt filius aliud facere quidquam, niſi quod viderit patrem facientem*. Quod carnalis ſenſus non intelligens, ideo dictum putat, ut ſe ex patre eſſe oſtenderet, utpote & Deum & Filium: quomodo inter homines fieri ſolet, veluti pater artifex filium ſuum artificium ſuum docet, ut quod viderit patrem operantem filius, hoc ſpecialius imitetur. Quod quam abſurdum ſit de Deo patre omnipotente ita credere; qui eſt incorporeus, inviſibilis, inæſtimabilis, & immenſus, qui cordis oculos ſanos habet evidenter poteſt cognoſcere. Nam qui ſic ſentiunt interrogandi ſunt, Mundus iſte quem cernimus a quo ſit factus? Utique a filio minime denegabunt, vel adteſtante Evangeliſta & di- C cente, [r] *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*. Dicant ergo, ubi vidit filius patrem ante facientem alium mundum, ut ſic poſtmodum ille iſtum crearet: præſertim cum apud potentiam Dei voluiſſe, creaſſe ſit; ſicut legimus, [s] *Ipſe dicit, & facta ſunt*. Sed ſublato cordis velamine diſcant credere filium in patre & patrem eſſe in filio: quia divinitas ubique tota & præſens, tam patris, quam filii, quam Spiritus ſancti, ſine ſe eſſe nuſquam poteſt, ſicut ipſe dicit, [t] *Ego in patre, & pater in me*, & cognoſcant quod ſit videre filii, ut una eſt ſubſtantia, una voluntas, una potentia, una gloria. Nihil ibi majus, nihilque minus eſſe credatur. Si enim nos homines terreni D quod facere volumus corpore, animo noſtro ante meditationis inſinuatione præmiſſa, ſapientia exſequente perficimus, & quodammodo conſilio nato in mente noſtra prius intus in corde agimus quod facere diſponimus, quæ tamen abſque ulla partitione ſenſuum indiſſociabiliter una mens efficit: quomodo non Deus pater cum Deo filio, qui eſt ſapientia ſua, in ſe manente, quia ipſe eſt, ut ſæpe diximus, ſapientia & virtus patris, in una voluntate cuncta & una operatione perficit? Sed nec alia pater facit, alia filius: ſed eadem quæ pater facit, ipſa & filius facit, ſicut ipſe teſtatur, [u] *Quæcumque*, inquit, *pater facit, hæc eadem & filius ſimiliter facit*. Sed ideo dixit, [x] *Non poteſt* E *filius a ſe facere quidquam, niſi quod viderit patrem facientem*, ut nos cognoſcamus & credamus, quia ex patre eſt filius, & non ex ſemet ipſo, vel aliunde, ſed conſempiternus patri, quia & pater in ſe ſemper perfectus exſiſtit, nec ei aliquando aliquid defuit, vel acceſſit. Nam ſi aliquando, quomodo Arriani blaſphemant, fuit ſine filio pater, ergo imperfectus fuit pater, ergo fuit ſine Verbo, & ſicuti jam memoravimus, fuit ſine ſapientia, ſine virtute, ſine vita, ſine juſtitia, ſine veritate: quia iſtæ omnes ſpecies divinitatis ſecun-

a Gen. I. 1. b Joan. I. 3. c Gen. I. 27. d Iſa. xl. 3. e Iſa. xxxv. 3. f Pſal. lxxxv. 9. g Iſa. ix. 6. h II. Cor. V. 10. i Rom. xiv. 10. k Pſal. xxiii. 7. l Ibid. vv. 8. 10. m I. Cor. II. 8. n Act. III. 14. o Matth. xxvi. 38. p Joan. x. 18. q Joan. V. 19. r Joan. I. 3. ſ Pſal. lii. 9. t Joan. x. 38. u Joan. V. 19. x Ibid.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.


dum scripturas filius esse noscuntur. Sed quia sine his virtutibus patrem umquam dici fuisse blasphemum est, hoc justum est, hoc convenit, ut consempiternum & coæqualem patri filium fatearis. Si enim Deus in cordibus nostris cum loquitur, miro modo loquitur sine sono; putas quomodo potest loqui filio suo, qui est Verbum ejus? Sic ergo cogita, quia incorporaliter locutus est filio, quia & incorporaliter genuit filium. Nec enim sic docuit, quasi indoctum genuerit. Sed hoc est eum docuisse, quod est doctum & scientem genuisse. Et hoc est, [a] *Docuit me pater*, quod est, scientem genuit me pater. Quomodo autem a se nihil potest facere filius, de quo Propheta testatur, & dicit: [b] *Deus autem in cælo sursum, & in terra omnia quæcumque voluit fecit?* Sed forte dicturus es hoc de patre dictum, redi ad Evangelistam dicentem de filio, quia [c] *omnia per ipsum facta sunt, sine ipso factum est nihil*, Qui etiam loquitur ad Moysem [d] *Vade*, inquit, *dic filiis Israel, Deus patrum vestrorum misit me ad vos*. Illo respondente, & dicente, *Dic mihi nomen tuum, nam non credent mihi*, post hæc adjiciens Deus dixit ei, [e] *Vade, dic filiis Israel, Ego sum qui sum, & qui est misit me ad vos*. Et ne hoc de patre dictum accipias, audi beatum Apostolum huic loco consentientem, & quodammodo ipsum testimonium exponentem ad Corinthios: [f] *Dei*, inquit, *filius, qui prædicatus est vobis per me, & Silvanum, & Timotheum, non fuit in illo est & non, sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est*. Audi Paullum cum Mose concordantem, & noli a fide catholica discordare. Nam si Ecclesiam catholicam interrogas de patre quid sit, dicit Deum: sed & filium dicit Deum, sed & Spiritum sanctum dicit Deum: & tamen non dicit tres deos, ne gentibus comparetur, qui plures deos errore suo decepti confingunt. Sed credamus scripturæ dicenti, tam novi quam veteris Testamenti, quia Deus unus est: & si unus major, alter minor est, ut Arriani dicunt, unus dici non potest, inæqualitas unitatem excludit. Quomodo autem tres & unum credamus adverte. Unitatem facit æqualitas virtutum, Trinitatem proprietas personarum. Audisti quomodo ipse intelligendam æqualitatem suam & patris docuerit, [g] *Ego*, inquit, *& pater unum sumus*. Aliud est unum, aliud sumus. Nam cum dicit sumus, personas significat. Unum sumus, id est, justitia sumus, eademque sapientia, virtus indivisa, par gloria. Quæ cum ita sint, dissensio auferatur, & fides integra teneatur. Dicunt etiam, ideo major est pater, quia est immortalis. Interrogandi sunt, utrum filium in substantia deitatis suæ mortalem esse fateantur. Quod si dixerint, quam contra rationem dicant, omnis homo agnoscere potest, qui etiam humanam animam immortalem esse non ambigit. Sed hoc eis dicendum, quod secundum carnem dicatur passus & mortuus. Nam secundum divinitatem, qua semper exstitit, & universa creavit, immortalis permaneat. Dicunt etiam esse visibilem; quod quam absurdum sit, agnoscant qui hoc dicunt, cum nec anima humana possit esse visibilis, quanto magis Deus in sua substantia? Sed ideo carnem assumsit, quæ poterat videri, quia deitas corporeis oculis non poterat intueri. Hæc interim de æqualitate patris ac filii ad præsens dicta sufficiant. Nam de æqualitate operum Trinitatis, id est Patris, & Filii, & Spiritus sancti, paullo post donante Domino, de scripturis sanctis monstrabimus. Nunc vero de sancti Spiritus deitate pauca de multis testimoniis sunt ponenda, quem non solum minorem adserere, sed etiam Deum omnino dicuntur hæretici denegare. Audiant pauca de deitate Spiritus sancti. In Genesi dicit sermo divinus, [h] *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, hoc est eminentia potestatis, non inopia necessitatis. Et in Evangelio, [i] *Spiritus est Deus: & eos qui adorant, in spiritu & veritate oportet adorare*. Et ne forte de patre dictum intelligas, & non de Spiritu sancto, audi quod sequitur, [k] *Spiritus ubi vult spirat*. Audi ubi vult, ut suæ potestatis eum esse non dubites. Et Apostolus ad Corinthios dicit, [l] *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus*. Et ut cognoscas ipsum spiritum nominatum dominum & Deum, audi inferius quomodo concludit: [m] *Alii quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eumdem spiritum, alii fides in eodem spiritu*, & reliqua. Et sic concludit, [n] *Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult*. Qui divina munera prout vult dispensat, legem superioris ignorat. Agnosce tamdem, quia qui prout vult dividit, nulli subditus esse probatur, sed suæ potestatis esse dinoscitur. De summa enim potestate descendit voluntas, cui nulla contradicit auctoritas. Et ad Hebræos similiter dicit de Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Et quis iste sit distributor ac divisor, ad Romanos evidenter ostendit, dicens, [o] *Unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei*. Et ad Corinthios, [p] *Nescitis*, inquit, *quoniam templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?* [q] *Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*. Et quis iste Deus sit, cujus templum prohibet violari, audi in sequentibus, [r] *Nescitis, quia membra vestra templum est Spiritus sancti?* Et quis esset iste Spiritus sanctus, cujus templum essemus, sic concludens demonstrat: [s] *Glorificate*, inquit, *& portate Deum in corpore vestro*. Agnosce Spiritum sanctum evidenter Deum, & desine blasphemare. Et in Actibus Apostolorum beatus Petrus ad Ananiam, qui Deo voverat oblationem, & postmodum exstitit indevotus, sic dicit, [t] *Quis compulit te mentiri Spiritui sancto? non es mentitus hominibus, sed Deo*. Ecce & hic eum evidentissime Deum esse beati Petri adtestatio manifestat. Item ibi, [u] *Dixit Spiritus sanctus, segregate mihi Paullum & Barnabam ad opus, ad quos elegi eos*. Et beatus Paullus inibi dixit, [x] *Adtendite*, inquit, *vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Apostolos, regere Ecclesiam Dei, quam adquisivit sanguine suo*. Et quis est iste, qui Apostolos segregat & mittit, idem Paullus ad Corinthios declarat dicens, [y] *Et quosdam*, inquit, *posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores*, & reliqua. Ecce ubi Spiritum sanctum Deum luce clarius demonstravit, & quem in Actibus Apostolorum Spiritum sanctum esse dicit, ad Corinthios Deum esse manifeste confessus est. Dicit enim idem vas electionis ad Judæos, [z] *Bene Spiritus sanctus de vobis prophetavit per os Isaiæ Prophetæ*. Et quis esset iste Spiritus sanctus, qui in Prophetis locutus sit, beatus David exprimit, dicens, [a] *Audiam quid loquatur in me dominus Deus*. Et in Actibus,

a Joan. VIII. 28. *b* Psal. CXIII. 11. *c* Joan. I. 3. *d* Exod. III. 12. *e* Ibid. ℣. 14. *f* II. Cor. I. 19. *g* Joan. X. 30. *h* Gen. I. 2. *i* Joan. IV. 24. *k* Joan. III. 8. *l* I. Cor. XII. 4. *m* Ibid. ℣. 8. *n* Ibid. ℣. 11. *o* Rom. XII. 3. *p* I. Cor. III. 16. *q* Ibid. ℣. 17. *r* II. Cor. VI. 19. *s* Ibid. ℣. 20. *t* Act. V. 3. *u* Act. XIII. 2. *x* Act. XX. 28. *y* I. Cor. XII. 28. *z* Act. XXVIII. 25. *a* Psal. LXXXIV. 9.

[a] *Ut impleretur*, inquit, *scriptura quam præmisit Deus per os prophetarum suorum*. Et hic agnosce, quod eum Deum evidenter declaret, qui per os prophetarum locutus est, sicut & Zacharias in Evangelio ait, [b] *Benedictus*, inquit, *Deus Israel, quia visitavit & fecit redemtionem plebis suæ*, & post pauca, ait, [c] *Sicut locutus est per os sanctorum prophetarum suorum*. Agnoscis dominum Deum esse Spiritum sanctum, qui per os prophetarum locutus est, quod nec impii Judæi denegant. Qui si Deus non esset, non in baptismo in uno nomine deitatis patri & filio sociaretur, sicut scriptum est, ubi regulam baptismi posuit ipse Dominus: [d] *Ite*, inquit, *baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Quod solum testimo- B nium deberet hæreticis sufficere ad incredulitatem inseparabilis Trinitatis, quia nec ipsi audent aliter baptizare, ne regulam Domini corrumpere videantur. Et ubi unum nomen dicitur, ibi & major & minor excluditur. Et in secunda ad Corinthios, [e] *Gratia domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio sancti Spiritus cum omnibus vobis*. Ut agnoscas Patris, & Filii, & Spiritus sancti unam esse substantiam ac deitatem, audi Isaiam Prophetam dicentem, [f] *Qui appendit tribus digitis molem terræ*. Nam & singulariter invenimus in scripturis, digitum sanctum Spiritum nominatum, ut est illud in Evangelio ubi ait, [g] *Si ego in digito Dei dæmonia eicio*. quod alius Evangelista declarat, C dicens: [h] *Si ego in Spiritu Dei eicio dæmonia*. Et Magi Pharaonis victi signis divinis dicunt, [i] *Digitus Dei est*. In Pentecosten, quod etiam ante adventum Christi Judæi colebant, digito Dei, id est spiritu, inscriptas tabulas Moses accipit, & quæ tunc in lapideis tabulis figurata sunt corda durissima Judæorum, post Ascensionem Domini in carneis tabulis, idest in cordibus discipulorum, visibiliter dignatus est apparere in ipsa specie ignis, in qua Mosi in deserto apparuit, de quo credimus Isaiam dicere, [k] *Deus noster ignis consumens est*. Et sicut legimus, quod nemo noverit cogitationes hominum, nisi Deus, quomodo Spiritus sanctus non est Deus, qui etiam non solum quæ in homi- D ne, sed etiam quæ in Deo sunt scire dinoscitur? dicente Apostolo, [l] *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei*: & paullo post, [m] *Ita quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi spiritus Dei*. Sed forte dicit aliquis, ideo minor est, quia missus legitur. Et quid dicturus est, cum legit in Isaia Propheta ex persona Christi dicentis, [n] *Dominus misit me, & Spiritus ejus*. Et alibi, [o] *Spiritus Domini super me; propter quod unxerit me, ad evangelizandum pauperibus remissionem, & cæcis visum, annuntiare annum placabilem Domini*, & reliqua. Et ut scias evidenter de Domino dictum, Evangelista dicit: [p] *Cum venisset Dominus Jesus in Synagogam, datus est ei liber Isaiæ Prophetæ, quem aperiens invenit* E *scriptum, Spiritus Domini super me*, & reliqua quæ supra diximus. Et post hæc, [q] *Plicuit*, inquit, *librum, & dedit ministro; & dixit, Hodie in vobis impleta est scriptura ista*. Credendum est mitti, qui ubique esse dinoscitur? sicut dicit Psalmista, [r] *Quo ibo a spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam?* Sed sicut filii missio incarnatio declaratur, cum se dignatus est aut in columbæ specie, vel in igne, aut

A diversis hujusmodi assumtis indiciis declarare. Quomodo ergo minor credendus est, qui etiam Deum, qui sicut ipse æqualis est patri, approbatur ad nostram remissionem misisse? & non solum misisse, sicut per Isaiam dictum memoravimus, sed etiam secundum carnem creasse, sicut habes in Evangelio Angelum ad Mariam dixisse, [f] *Spiritus*, inquit, *sanctus veniet in te, virtus Altissimi obumbrabit tibi*, & reliqua. Non enim generatione, sed jussione, & benedictione sancti Spiritus conceptus est Christus, sicut & alius Evangelista ait, [t] *Inventa est*, inquit, *habens in utero de Spiritu sancto*. Prophetæ autem dicunt frequenter, sicut jam memoravimus, *Hæc dicit Dominus*. Et quis sit iste Dominus, Micheas Propheta evidenter ostendit, cum loquitur ad Achab dicens; [u] *Si tu de prœlio sanus redieris, in me non est locutus Deus*. Et quis iste Deus sit, qui in Prophetis locutus sit, Paullus Apostolus demonstrat, cum dicit ad Judæos, [x] *Bene*, inquit, *de vobis Spiritus sanctus prophetavit per os Isaiæ Prophetæ*, [y] *Vade*, inquit, *excæca cor populi hujus*, & reliqua. Interrogandi sunt tamen hæretici, cujus major offensa sit, qui in patrem peccat, an qui in Spiritum sanctum, quem dicunt Deum non esse. Et cum dixerint majorem offensam esse qui in patrem peccat, interrogandi sunt iterum filii Israel utrum patri peccaverint, an alteri? Cum responderint quia patri peccaverunt, iterum interrogandi sunt, si eis fuerint dimissa peccata. Utique non negabunt, quia & legimus quod conversi sint ad Deum, & dimissa fuerint eis peccata. Deinde interrogandi sunt, ut exponant quomodo intelligant dictum a Domino: [z] *Quicumque in Spiritu sancto peccaverit, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro*. Si Deus non est, quare tam gravis ejus offensa a Domino esse dicatur. Iterum interrogandi sunt, si fuerunt filii Israel contumaces Deo, an non? Cum non negaverint, quia nec possunt, dicendum est eis, quomodo accipiant illud quod beatus Stephanus Judæis exprobrat dicens, [a] *Vos semper restitistis Spiritui sancto, & semper ei contumaces fuistis, sicut & patres vestri*. Audi etiam ad Thessalonicenses, ubi Spiritum sanctum & priorem loco ponit, & Dominum nuncupat dicens, [b] *Dominus autem dirigat corda vestra in caritate Dei, & patientia Christi*. Diligenter adverte, quia hic Spiritus sanctus oratur, ut corda credentium dirigat in caritate Dei, & in patientia Christi. Interrogandi sunt etiam, quid majus sit, utrum cæli, an virtutes cælorum? & cum sine dubio dixerint virtutes cælorum: dicendum est eis, In tantum Spiritus sanctus minor non est, sed summus est, ut cum verbo Domini dicantur cæli creati, Spiritu sancto virtutes cælorum. Accipe adhuc ubi creator evidenter Spiritus sanctus describitur. Job dicit, [c] *Spiritus divinus qui fecit me*. Et divinum utique creatorem uno versiculo demonstravit: cum divinum appellat, & Deum & creatorem ostendit. Sicut & David dicit: [d] *Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ*. Interrogandi etiam sunt, si creatura ubique esse potest, an non? Et cum responderint, quia non ubique, sicut & verum est, dicendum absque dubio, Spiritus sanctus Deus est, & non creatura, qui ubique esse describitur. De quo, sicut jam dictum est, Propheta omnipotentiam

a Act. III 18. *b* Luc. I. 68. *c* Ibid. ℣. 70. *d* Matth. XXVIII. 19. *e* I. Cor. XIII. 13. *f* Isa. XL. 12. *g* Luc. XI. 20. *h* Matth. XII. 28. *i* Exod. VIII. 19. *k* Deut. IV. 24. Heb. XII. 29. *l* I. Cor. II. 10. *m* Ibid. ℣. 11. *n* Isa. XLVIII. 16. *o* Isa. LXI. 1. *p* Luc. IV. 17. *q* Ibid. ℣. 20. *r* Psal. CXXXVIII. 7. *s* Luc. I. 35. *t* Matth. I. 18. *u* III. Reg. XXII. 28. *x* Act. XXVIII. 25. *y* Isa. VI. 10. *z* Matth. XII. 32. *a* Act. VII. 51. *b* II. Thess. III. V. *c* Job XXXIII. 4. *d* Psal. CIII. 30.



ejus metuens dicit, [a] *Quo ibo a ſpiritu tuo, & a facie, quo fugiam?* Agnoſce ergo nullum eſſe locum, ubi non omnipotentia Spiritus ſancti præſens eſſe probetur. Item interrogandi, utrum poſſit alius præter Deum peccata dimittere; & cum reſponderint quia nullus niſi Deus, quia ſcriptum eſt, [b] *Nemo poteſt peccata dimittere niſi ſolus Deus*, dicendum eſt eis ſine dubio Spiritus ſanctus Deus eſt, qui remiſſionem peccatorum conferre dinoſcitur, ſicut Dominus dixit: [c] *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittentur eis*. Qui etiam in baptiſmo cum patre & filio baptizatis remiſſionem tribuit peccatorum. Audi etiam quod Spiritus ſanctus Deus eſt, qui frequenter cum patre & filio copulatur. Ad Corinthios, ſicut jam dictum eſt, [d] *Gratia*, inquit, *Domini noſtri Jeſu Chriſti, & caritas Dei, & communicatio ſancti Spiritus cum omnibus vobis*. Qui ſi non eſſet Deus, & creatura eſſet, ſicut blaſphemat hæreticus, numquam in baptiſmo, ubi ſalus humani generis agitur, patri & filio copularetur. Nam quod unius ſubſtantiæ ſit Pater & Filius & Spiritus ſanctus, Iſaias Propheta dicit, ſicut jam memoravimus, [e] *Quis appendit tribus digitis molem terræ?* Quo loco per tres digitos in tribus perſonis unam ſubſtantiam eſſe perdocuit. Quod Apoſtolus de Trinitate dictum intelligens ait, [f] *Omnia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*, id eſt, ex Patre, & Filio, & Spiritu ſancto omnia continentur. Item ad Corinthios dicit idem Apoſtolus, [g] *Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, qui inluxit cordibus noſtris inluminationem ſcientiæ claritatis Dei in faciem Chriſti Jeſu*. Quo loco manifeſtiſſime Trinitas intelligitur. *Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere*, Spiritus ſanctus agnoſcitur: & ubi dicit, *inluminationem ſcientiæ claritatis Dei*, pater intelligitur; in eo vero ubi dicit, *in faciem Chriſti Jeſu*, filius deſignatur. Audi adhuc, quia Trinitas in unitate manet, & unitas in Trinitate, Angelorum & Archangelorum voces declarant in Iſaia, ubi Seraphim hymnum ſcribitur dicere [h] *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth*, non tres ſanctos, ſed ter ſanctum concluſit dicendo, *Dominus Deus ſabaoth*: id eſt ut tres perſonas & unum Deum intelligas. Non ſemel dicunt, ne ſingularitatem credas: non bis, ne Spiritum ſanctum excludas: non ſancti Domini ſabaoth, ne tres deos more gentilium fatearis. Sed dicunt, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus ſabaoth*, & eſt Trinitas. Deus laudatur, qui eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Quem etiam Deum eſſe, ex operationum æqualitate, qui oculos cordis ſanos habet, facile poterit approbare, ſicut in ſequentibus demonſtrabimus. Sicut ſalvat Pater, ita & Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre, [i] *Salva nos Deus noſter, & congrega nos de nationibus*. De Filio, [k] *Venit filius hominis ſalvum facere quod perierat*. & alibi, [l] *Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis eorum*. De Spiritu ſancto ad Titum, [m] *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus ſancti*. Sicut confortat Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. Heſter de Patre, [n] *Conforta me rex, & Deus deorum*. De Filio Apoſtolus, [o] *Gratias ago Domino noſtro Jeſu Chriſto,*

A *qui me confortavit, & fidelem exiſtimavit*. De Spiritu ſancto in Evangelio, [p] *Puer autem creſcebat & confortabatur Spiritu ſancto*. Vivificat Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. In Evangelio, [q] *Sicut pater ſuſcitat mortuos, & vivificat, ita & filius quos vult vivificat*. De Spiritu ſancto in epiſtola Petri Apoſtoli, [r] *Mortificatus carne, vivificatus autem Spiritu*. Et Paullus Apoſtolus, [ſ] *Littera*, inquit, *occidit, ſpiritus autem vivificat*. Et in Evangelio, [t] *Spiritus eſt qui vivificat, nam caro non prodeſt quidquam*. Sicut liberat Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre, [u] *Deus excelſus liberator eorum*. De Filio in Evangelio, [x] *Si vos liberaverit, vere liberi eritis, & veritas* B *liberabit vos*. De Spiritu ſancto, [y] *Spiritus vitæ in Chriſto Jeſu liberavit me a lege peccati & mortis*. Eligit Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre Apoſtolus, [z] *Benedictus Deus & pater domini noſtri Jeſu Chriſti, qui elegit nos ante mundi conſtitutionem*. De Filio, [a] *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*. De Spiritu ſancto in Actibus, [b] *Cum ergo jejunaſſent & oraſſent, dixit eis Spiritus ſanctus, Segregate mihi Barnabam & Paullum ad opus quod elegi eos*. Creator dicitur pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre Apoſtolus, [c] *Quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a Deo qui omnia creavit*. De Filio ad Coloſſenſes, [d] *Quia ab ipſo creata ſunt univerſa, & omnia in* C *ipſo conſtant*: & in Evangelio, [e] *Omnia per ipſum facta ſunt*. De Spiritu ſancto in Salomone, [f] *Et vidit & dinumeravit, & menſus eſt omnia, ipſe creavit ea per Spiritum ſanctum*: & in Pſalmo, [g] *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur*: & alibi [h], *Spiritus oris ejus omnis virtus eorum*. Sicut prædixit pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre, [i] *Deus autem, qui prædixit pati Chriſtum ſuum, implevit*. Sic de Filio in Evangelio Angelus dixit mulieribus, [k] *Ite & annuntiate fratribus, quia præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis, ſicut prædixit vobis*. De Spiritu ſancto in Actibus Petrus, [l] *Oportet impleri ſcripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os David*. Magnus Pater, ita Filius, ita D & Spiritus ſanctus. De Patre, [m] *Magnus Deus noſter & laudabilis*. De Filio ad Titum, [n] *Exſpectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti*. De Spiritu ſancto in Regum ait Dominus ad Heliam, [o] *Ecce Dominus tranſiit, & Spiritus ſanctus, & fortis*. Sicut caritas Patris, ita Filii, ita & Spiritus ſancti. De Patre, [p] *Superabundavit autem gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & caritas Dei noſtri*. De Filio, [q] *Caritas enim Chriſti urget nos*. De Spiritu ſancto, [r] *Quid vultis, in virga veniam ad vos, an* E *in caritate Spiritus?* & alibi, [ſ] *Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis*. Vitam æternam dat Pater, ita Filius, ita Spiritus ſanctus. De Patre in epiſtola Joannis, [t] *Quoniam vitam æternam dabit nobis Deus*. De Filio in Evangelio; [u] *Oves meæ vocem meam audiunt, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis*. De Spiritu ſancto ad Galatas, [x] *Qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam*. Sicut pacem dat Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre, [y] *Pax Dei, quæ exſuperat*

a Pſal. CXXXVIII. 7. *b* Luc. V. 21. *c* Joan. XX. 22. *d* II. Cor. XIII. 13. *e* Iſa. XL. 12. *f* Rom. XI. 36.
g II. Cor. IV. 6. *h* Iſa. VI. 3. *i* Pſal. CV. 47. *k* Luc. XIX. 10. *l* Matth. I. 25. *m* Tit. III. 5.
n Eſter XIV. 12. *o* I. Tim. I. 12. *p* Luc. I. 80. *q* Joan. V. 21. *r* I. Pet. III. 18. *ſ* II. Cor. III. 6.
t Joan. VI. 64. *u* Pſal. LXXVII. 3. 5. *x* Joan. VIII. 36. 32. *y* Rom. VIII. 2. *z* Epheſ. I. 3. *a* Joan. XV. 16.
b Act. XIII. 2. *c* Epheſ. III. 9. *d* Coloſſ. I. 17. *e* Joan. I. 3. *f* Eccli. I. 9. *g* Pſal. CIII. 30.
h Pſal. XXXII. 6. *i* Act. III. 18. *k* Marc. XVI. 7. *l* Act. I. 16. *m* Pſal. XLVII. 2. *n* Tit. II. 13.
o III. Reg. XIX. 11. *p* I. Tim. I. 14. *q* II. Cor. V. 14. *r* I. Cor. IV. 21. *ſ* Rom. V. 5. *t* I. Joan. V. 11.
u Joan. X. 27. *x* Gal. VI. 8. *y* Philipp. IV. 7.

omnem ſenſum. De Filio in Evangelio, [a] *Pacem* A *meam dimitto vobis*. De Spiritu ſancto, [b] *Prudentia autem ſpiritus vita & pax*. Revelat Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre ad Galatas, [c] *Ut revelaret Filium ſuum in me*. De Filio inibi, [d] *Neque ego enim ab homine accepi illud, ſed per revelationem Jeſu Chriſti*. De Spiritu ſancto ad Epheſios, [e] *Quod aliis generationibus non eſt agnitum, ſicuti nunc revelatum eſt ſanctis ejus per Spiritum ſuum ſanctum*: & alibi, [f] *Nobis enim revelavit Deus per ſpiritum*. Sicut inluminat Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre, [g] *Tu inluminabis lucernam meam Domine*. De Filio in Apoſtolo, [h] *Exſurge qui dormis, & inluminabit tibi Chriſtus*. De Spiritu ſancto idem Apoſtolus, B [i] *Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, inluxit in cordibus noſtris inluminationem ſcientiæ claritatis Dei in faciem Chriſti Jeſu*. Sicut dicitur Evangelium Patris, ita Filii, ita Spiritus ſancti. De Patre ad Titum, [k] *Quæ eſt ſecundum evangelium gloriæ beati Dei*. De Filio ad Romanos, [l] *Cui ſervio in ſpiritu meo in evangelio filii ejus*. De Spiritu ſancto in epiſtola beati Petri, [m] *Vobis autem miniſtraverunt hæc, qui vobis evangelizaverunt in Spiritu ſancto*. Sicut inluxit Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre, [n] *Deus meus inlumina tenebras meas*. De Filio in Pſalmo, [o] *Deus dominus & inluxit nobis*. De Spiritu ſancto Propheta, [p] *Non abſcondam ultra faciem* C *meam ab eis, pro eo quod inluxit ſpiritus meus ſuper univerſam domum Iſrael*. Et Apoſtolus, [q] *Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, qui inluxit in cordibus noſtris ad inluminationem claritatis Dei in faciem Chriſti Jeſu*. Præſcientiam habet Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre, [r] *Deus qui occultorum cognitor es*. De Filio, [ſ] *Ab initio*, inquit, *ſciebat Jeſus, qui eum eſſet traditurus*. De Spiritu ſancto, [t] *Cum venerit ſpiritus paraclitus docebit vos omnem veritatem, & quæ ventura ſunt annuntiabit vobis*. Sicut ubique eſſe dicitur Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre, [u] *Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus*. De Filio, [x] *Ubicumque fuerint duo* D *vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*: & Apoſtolus, [y] *Qui aſcendit ſuper cælos ut impleret omnia*. De Spiritu ſancto in Salomone, [z] *Spiritus Domini implevit orbem terrarum*, & quod ſuper orbem eſt, implevit ipſum dominum orbis totius conditorem, ſicut legimus, [a] *Jeſus autem plenus Spiritu ſancto regreſſus eſt ab Jordane*. Et David, [b] *Quo ibo ab ſpiritu tuo?* Arguit Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. De Patre, [c] *Domine, ne in ira tua arguas me*. De Filio, [d] *Arguam te, & ſtatuam illa contra faciem tuam*. De Spiritu, [e] *Cum venerit ſpiritus paraclitus, ipſe arguet mundum de peccato*, & reliqua. Bonus Pater, bonus Filius, bonus & Spiritus ſanctus. De Patre, [f] *Pater bone*. E De Filio, [g] *Ego ſum paſtor bonus*. De Spiritu ſancto, [h] *Spiritus tuus bonus deducet me in via recta*. Sanctificat & juſtificat ſicut Pater, ita Filius, ita & Spiritus ſanctus. Apoſtolus, [i] *Sed ſanctificati eſtis in nomine Domini Jeſu Chriſti, & in ſpiritu*

A *Dei noſtri*. Sanctus dicitur Pater, ſanctus dicitur Filius, ſanctus & Spiritus ſanctus. De Patre in Levitico, [k] *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum*. De Filio in Evangelio, [l] *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei*. Item ibi, [m] *Scimus qui ſis ſanctus Dei*. De Spiritu ſancto in Salomone, [n] *Sanctus enim ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum*. Fortis Pater, fortis Filius, fortis & Spiritus ſanctus. De Patre, [o] *Deus fortis & patiens*. De Filio in Iſaia, [p] *Et vocabitur nomen ejus Deus fortis*. De Spiritu ſancto in Salomone, *Spiritus fortitudinis in viis ejus*. Operatur Pater, operatur Filius, hoc & Spiritus ſanctus. De Patre ad Philippenſes, [q] *Deus enim, qui operatur in vobis & velle*. De Filio in B Evangelio, [r] *Me oportet operari opera ejus qui miſit me*. De Spiritu ſancto ad Corinthios, [ſ] *Hæc autem omnia operatur unus atque idem ſpiritus, dividens ſingulis prout vult*. Virtus Pater, virtus Filius, virtus & Spiritus ſanctus. De Patre Apoſtolus, [t] *Non confundor de evangelio. Virtus enim Dei eſt in ſalute omni credenti*. De Filio Apoſtolus, [u] *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut habitet in me virtus Chriſti*. De Spiritu ſancto ad Theſſalonicenſes, [x] *Evangelium noſtrum non fuit apud vos in verbo tantum, ſed in virtute Spiritus ſancti*. Fons Pater, fons Filius, fons & Spiritus ſanctus. De Patre Hieremias, [y] *Dereliquerunt fontem aquæ vivæ*. De Filio in Salomone, [z] *Fons ſapientiæ ver-* C *bum Dei*. De Spiritu ſancto Iſaias, [a] *Ecce nomen Domini poſt multum tempus veniens, ardens in ira indignationis, vorabit gentes, & ſpiritus ejus ut fons aquæ vallem trahens*. Caritas Pater, caritas Filius, caritas & Spiritus ſanctus. De Patre in epiſtola Joannis, [b] *Deus caritas eſt*. De Filio Apoſtolus ad Corinthios, [c] *Caritas enim Chriſti urget nos*. De Spiritu ſancto Apoſtolus, [d] *Obſecro vos, fratres, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per caritatem ſpiritus*. Regenerat Pater, regenerat Filius, regenerat & Spiritus ſanctus. De Patre Petrus, [e] *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecundum magnam miſericordiam ſuam regeneravit nos in ſpem vitæ æternæ*. De Filio ini- D bi, [f] *Diligentes invicem ex corde, quaſi renati per Verbum Dei vivi*. De Spiritu ſancto in Evangelio, [g] *Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non introibit in regnum cælorum*. Reſuſcitat Pater, reſuſcitat Filius, reſuſcitat & Spiritus ſanctus. De Patre in Actibus, [h] *Deus patrum noſtrorum, qui ſuſcitavit Jeſum, & nos ſuſcitabit per potentiam ſuam*. De Filio in Evangelio, [i] *Venerunt Judæi non ſolum propter Jeſum, ſed ut Lazarum viderent quem ſuſcitavit a mortuis*. De Spiritu ſancto Apoſtolus, [k] *Si autem ſpiritus ejus, qui ſuſcitavit Jeſum a mortuis, habitat in vobis, vivificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum ejus in vobis*. Gratia Dei Patris, gratia Filii, gra- E tia Spiritus ſancti. De Patre, [l] *Quis me liberabit de corpore mortis hujus? gratia Dei per Jeſum Chriſtum*. De Filio ad Corinthios, [m] *Scitis enim gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quia propter vos factus eſt pauper cum eſſet dives*. De Spiritu ſancto in Actibus, [n] *Et obſtupuerunt qui cum Petro vene-*

[a] Joan. XIV. 27. [b] Rom. VIII. 6. [c] Gal. I. 16. [d] Ibid. ℣. 12. [e] Epheſ. III. 5. [f] I. Cor. II. 10. [g] Pſal. XVII. 29. [h] Epheſ. V. 14. [i] II. Cor. IV. 6. [k] I. Tim. I. 11. [l] Rom. I. 9. [m] I. Pet. I. 12. [n] Pſal. XVII. 29. [o] Pſal. CXVII. 27. [p] Ezech. XXXIX. 29. [q] II. Cor. IV. 6. [r] Dan. XIII. 42. [ſ] Joan. VI. 65. [t] Joan. XVI. 13. [u] Jer. XXIII. 24. [x] Matth. XVIII. 20 [y] Epheſ. IV. 10. [z] Sap. I. 7. [a] Luc. IV. 1. [b] Pſal. CXXXVIII. 7. [c] Pſal. VI. 2. [d] Pſal. XLIX. 21. [e] Joan. XVI. 8. [f] Joan. XVII. 11. [g] Joan. X. 14. [h] Pſal. CXLII. 11. [i] 1. Cor. VI. 11. [k] Lev. XI. 44. [l] Luc. I. 35. [m] Luc IV. 34. [n] Sap. I. 5. [o] Pſal. VII. 12. [p] Iſa. IX. 6. [q] Philipp. II. 13. [r] Joan. IX. 4. [ſ] 1. Cor. XII. 11. [t] Rom. I. 16. [u] II. Cor. XII. 9. [x] I. Theſſ. I. 5. [y] Jer. II. 13. [z] Eccli. I. 5. [a] Iſa. XXX. 27. 28. [b] 1. Joan. IV. 16. [c] II. Cor. V. 14. [d] Rom. XV. 30. [e] I. Pet. I. 3. [f] Ibid. ℣. 23. [g] Joan. III. 5. [h] Act. V. 30. [i] Joan. XII. 9. [k] Rom. VIII. 11. [l] Rom. VII. 24. [m] II. Cor. VIII. 9. [n] Act. X. 45.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 386.

vant, quoniam in gentibus gratia Spiritus sancti diffusa est. Signat Pater, signat Filius, signat & Spiritus sanctus. De Patre ad Corinthios, [a] *Et qui signavit vos nobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus.* De Filio ad Ephesios, [b] *Audientes verbum veritatis, evangelium salutis vestræ, in quo signati estis.* De Spiritu sancto ubi supra, [c] *Nolite contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis in die redemtionis.* Habitat Pater in credentibus, habitat Filius, habitat & Spiritus sanctus. De Patre in Isaia, [d] *Servate diem sabbati, & sanctificate eum, ut habitem in medio vestri.* De Filio ad Ephesios, [e] *Habitare Christum per fidem in cordibus vestris.* De Spiritu sancto, [f] *Nescitis quoniam templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?* Scrutatur Pater, scrutatur Filius, scrutatur & Spiritus sanctus. De Patre in Psalmo, [g] *Scrutans corda & renes Deus.* De Filio in Apocalypsi, [h] *Et scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutator cordis & renium.* De Spiritu sancto in Apostolo, [i] *Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei.* Testificat Pater, testificat Filius, testificat & Spiritus sanctus. De Patre in Psalmo, [k] *Testimonium Dei fidele, sapientiam præstans parvulis.* De Filio ad Timotheum, [l] *Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato.* De Spiritu sancto Apostolus, [m] *Testimonium perhibet spiritui nostro.* Ostendit Pater, ostendit Filius, ostendit Spiritus sanctus. De Patre ad Timotheum, [n] *Quem suis temporibus ostendens beatus & solus potens.* De Filio in Evangelio ipse Filius dicit, [o] *Ostendam autem vobis quem timeatis*, &, [p] *Multa bona opera ostendi vobis a patre meo.* De Spiritu sancto ad Corinthios, [q] *Prædicatio mea non fuit in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus.* Implet Pater, implet Filius, implet Spiritus sanctus. De Patre Hieremias, [r] *Cælum & terram ego impleo, dicit dominus.* De Filio in Apostolo, [s] *Dominus autem impleat corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.* Et in Evangelio, [t] *De plenitudine ejus omnes accepimus.* De Spiritu sancto in Actibus, [u] *Implevit omnem locum, ubi erant discipuli congregati.* Et, [x] *Jesus plenus Spiritu sancto regressus est ab Jordane.* Loquitur Pater, loquitur Filius, loquitur & Spiritus sanctus. De Patre, [y] *Deus locutus est in sancto suo.* De Filio, [z] *Loquente Jesu ad turbas.* De Spiritu sancto, [a] *Est qui loquitur in vobis.* Apparuit Pater, apparuit Filius, apparuit Spiritus sanctus. De Patre in Actibus, [b] *Deus gloriæ apparuit patribus nostris.* De Filio in epistola Joannis, [c] *Ad hoc apparuit filius, ut solvantur opera diaboli.* De Spiritu sancto in Job, [d] *Et spiritus apparuit in oculis meis, & horror inruit in me.* Veritas Pater, veritas Filius, veritas & Spiritus sanctus. De Patre in Psalmo, [e] *Redemisti me domine Deus veritatis.* De Filio, [f] *Veritas de terra orta est.* Et in Evangelio, [g] *Ego sum via, veritas, & vita.* De Spiritu sancto in Evangelio, [h] *Cum venerit spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Ecce unitatem operis, non dubites unitatem credere Trinitatis. Dicere etiam solent de baptismo, quod in eo melius sit illorum baptismum, quam nostrum; quia qui de illis ad nos convertuntur, non eos rebaptizamus, sed per manus impositionem reconciliamus. Illi vero, si quos de nostris seducere possunt, inconsideranter rebaptizant. Qui interrogandi sunt, Baptisma istud quod dant suum dicunt esse, an nostrum? Si nostrum est, quare illud præsumunt, similiter ut nos baptizando? si illorum est, quare illud violant iterando? Sed nos reverentiam habemus dominicis verbis, & quomodo ipse jussit ita & baptizamus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Sed & illos sic certum est baptizare. Nam si sic baptizarent illi quomodo credunt, in nomine Patris majoris, & in nomine Filii minoris, & in nomine Spiritus sancti multo minoris, tunc demum non iterabamus baptismum, sed dabamus, quia non secundum regulam quam Dominus tradidit baptizabant. Sed quid facimus? bene baptizant, sed male credunt: bene baptizant, sed malum est quod rebaptizant. Regulariter quidem baptizant, sed fidem male insinuant. Et dum carnaliter gradus in divinitate faciunt, offensam divinitatis incurrunt: non metuentes illud quod Dominus dixit: [i] *Qui semel lotus est, non indiget iterum ut lavetur.* Dixit enim Dominus in Evangelio, [k] *Vos estis sal terræ;* & quicumque sapiens est, non hoc sine caussa dictum intelligit. Sal enim ex aqua fit, sed si iterum in aquam mittitur, liquescit & perit. Sic qui semel baptizatus est ex aqua, sal est effectus: sed si iterum baptizari se permittat, ad nihilum sicut sal in aqua missum redigitur, & anima ejus perpetua morte punitur. Dicit enim Apostolus de Ecclesia, [l] *Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus:* quia sicut ex multis granis unus panis efficitur, ita ex multis populis una Ecclesia congregatur. Et panis, ut omnes norunt, per aquam conficitur, & per ignem excoquitur & omnis Christianus per baptismi aquam & ignem sancti Spiritus oblatio Dei est effectus, dicente Domino, [m] *Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum.* Sed sicut panem jam semel coctum, si aliquis remittat in aquam, & velit recommiscere & recoquere, perdit pristinam dignitatem, & in nigredinem terramque convertitur. Sic talis efficitur quicumque in se permittit baptismum iterari. Et ideo debet unusquisque usque ad mortem baptismum suum Deo adjuvante servare, si vult ad regna cælorum fideliter pervenire. Nam quicumque se rebaptizari permittit, ipse blasphemat in Spiritu sancto, dum se negat Christianum, & per aquam ac Spiritum sanctum fuisse renatum. Et necesse est ut illam, quam memoravimus, Domini sententiam comminantis excipiat, [n] *Quicumque blasphemaverit in Spiritu sancto, non ei remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro.*

a II. Cor. I. 21. *b* Ephes. I. 13. *c* Ephes. IV. 30. *d* Jer. XVII. 22. *e* Ephes. III. 17. *f* I. Cor. III. 16. *g* Psal. VII. 10. *h* Apoc. II. 23. *i* I. Cor. II. 10. *k* Psal. XVIII. 8. *l* I. Tim. VI. 13. *m* Rom. VIII. 16. *n* I. Tim. VI. 15. *o* Luc. XII. 5. *p* Joan. X. 32. *q* I. Cor. II. 4. *r* Jer. XXIII. 24. *s* II. Thess. II. 16. *t* Joan. I. 16. *u* Act. II. 2. *x* Luc. IV. 1. *y* Psal. LIX. 8. *z* Matth. XII. 46. *a* Matth. X. 20. *b* Act. VII. 2. *c* I. Joan. III. 8. *d* Job IV. 15. *e* Psal. XXX. 6. *f* Psal. LXXXIV. 12. *g* Joan. XIV. 6. *h* Joan. XVI. 13. *i* Joan. XIII. 10. *k* Matth. V. 13. *l* I. Cor. X. 17. *m* Joan. III. 5. *n* Matth. XII. 32.



ISAAC EX JUDÆO


LIBER FIDEI.

DE SANCTA TRINITATE,

& de Incarnatione Domini.

QUinque sunt omnia quæ sunt: hæc sed tria & A duo fiunt in divisionem. Hæc autem quæ tria sunt, secundum sermonem humanum, & secundum quod tria sunt, dividuntur & vere tria sunt: & habent in se aliquid per quod tria non sunt, sed unum. Iterum duo quæ vere divisa sunt a tribus, a se sunt divisa per aliquid, ut vere sint duo: per aliquid iterum non sunt divisa, ut unum sint non duo. Hæc duo divisa a tribus, sicut tria hæc divisa a duobus, per aliquid divisa sunt, & per aliquid divisa non sunt. Per hoc ergo quod non sunt divisa, unum sunt: non tamen sic unum ut tria illa superiora unum sunt. Tota hæc tamen quinque quæ dividuntur tria & duo sunt. Duo autem quæ a tribus divisa sunt, hæc sunt divinitas B & opera ejus, quia præter divinitatem & opera ejus, nihil est quod neque divinitas sit, neque opera. Igitur tria quæ sunt divisa a duobus hæc sunt, Deus pater innascibilis non ex aliquo, & Deus filius unigenitus ex aliquo, hoc est ex patre, Spiritus sanctus innascibilis ex aliquo, hoc est ex patre. Et hæc quæ cum tria sunt unum non sunt, hoc genere tria sunt non unum. Primum in sermone quo utimur non in fide, pater est innascibilis non ex aliquo, hoc est sine origine. Quod pater est innascibilis, hoc commune habet, quia neque solus pater est innascibilis, quia sunt alia innascibilia, & sunt aliæ paternitates; licet ipse sit origo innascibilium & paternitatum, non tamen nascibilitas. Quod ergo C Deo patri est proprium, quod non in alio invenitur de his quæ sunt, nisi in solo ipso, hoc est, quod origo omnium est sine origine. Per hoc ergo quod solus sine origine est, solus est. Iterum aliud secundum, quod secundum sermonem humanum dicitur, sed quod in proprietate naturæ suæ secundum non est, unigenitus Dei filius, non ex se, sed ex patre, quia unigenitus est. Id ergo quod genitus est, non est ejus proprium, quia sunt & alia genita, licet quæ genita sunt non sic genita sunt. Quod ergo est ei proprium, quod nulli commune est ex his quæ sunt genita, quod is solus habeat, hoc est, quia cum omnia genita facta sunt, ipse solus genitus non factus est. Per hoc ergo quod ge- D nitus & non factus est, solus est. Item tertius qui vere tertius est, non in ordine, eo quod non habeat illud natura ut sit tertius, hoc est paraclitus spiritus. Non quia spiritus est, proprium est ei soli ut spiritus sit, neque quia paraclitus est, solitarium aut proprium hoc habet nomen, quando per interpretationem hujus vocabuli commune hoc habet patris & filii, ut sit consolator, nec iterum quia innascibilis est hoc ei proprium est, quandoquidem & E pater innascibilis est, sed ei proprium, quia innascibilis ex aliquo est, nec factus, nec genitus. Per hoc ergo quod nec factus, nec genitus, sed innatus ex patre est, solus est. In his ergo tribus hæc sunt proprietatis, quia nec factus, nec genitus, nec natus est, sed ex aliquo, hoc est ex patre. Sunt ergo ex patre quæ non nisi ex aliquo duo hi, filius non factus, sed genitus, & paraclitus non factus, nec genitus, sed ex patre. Cum igitur tria hæc vere tria sunt, habentia singula suas proprietates, per hoc quod nec pater factus, nec ex aliquo est, & unigenitus non factus, sed natus ex patre est, aptissime ostenditur per hoc quod non sunt facta sempiterna esse. quia filius non factus, neque paraclitus, sed tamen ex se non sunt, sed ex patre. Vides etiam non tres esse, quia duo ex uno sunt, sed unum esse totum, qui duo hi, quia neque ex nullo, neque ex aliunde, sed ex patre, secundum sermonis ergo elocutionem unius naturæ esse intelliguntur. non tres ut pater, non tres ut filius, neque iterum unum ut solitarium, & non tres, quia unum sunt, & vere unum quia tres sunt. Sequitur de quinque partibus, duo superius divisa. Pars autem secunda, sola quæ habet divisionem in duo & una est, hæc est mundi creatio. Hic enim mundus sic dividitur. una pars quæ fit sine nativitate, altera quæ cum nascitur & fit. Hæc pars mundi, quæ cum nascitur & fit homo est, & angelus qui cum non nascitur fit. quia nulla creatura vel factura in filii Dei nomine a Deo constituuntur, nisi & angelus & homo. Angelus fit Deus propter fungendam legationem Dei ad homines. fit homo vero ut filius Dei. ut homo appelletur caussa imaginis Dei appellatur. Nulla enim creatura facta est ad imaginem Dei, nisi sola hominis. Hic ergo homo, qui ex omnibus creaturis Dei a Deo imago statuta est, licet ex omnibus elementis mundi natura ejus concreta sit, tamen cum in duabus naturis & diversis ex se consistat, id est, anima & carne; ratio veritatis non admittit, ut quæ non vivit sine anima, neque intelligentiæ capax est sine ea, quod est caro imago Dei esse dicatur. Sed quia anima vita sibi est sine carne, & quidquid intelligentiæ homo habet naturæ ejus est: sic tamen ejus naturæ factam ad imaginem. Non ergo caro in effigiem Dei facta est, quia ipsa non est imago: sed anima quæ ad imaginem Dei est, in effigiem tamen facta est. Hæc est pars mundi quæ cum nasceretur facta a Deo. Caro vero pars ejus partis mundi, quæ cum sit nata non est, plenitudo tertia est cum partibus mundi careat, aut factus nativitate, aut innascibilitate & fit. Constat ergo dividi in has duas partes quæ supra dictæ sunt, id est in animam natam & factam, & elementa facta & innata. quia animam voluntas Dei generat, & virtus ejus facit, factura vero per virtutem creatur. Generatio vero ejus non ex natura Dei, sed ex voluntate est ejus. Creatio autem propterea quia ante non fuerat, ideo elementa virtute Dei & voluntate creata dicuntur. & hæc voluntas non nativitatis est. Soli enim homines in filios nascuntur & fiunt, & nativitatis nomen accipiunt. Ita utraque creantur, non utraque nascuntur. quia nasci eorum peculiare est qui nascuntur in filios. Creantur autem & cetera, licet non ipsa ante non fuerint. Fit ergo proprium in his duobus, quod una nascitur, licet utraque non fuerint. Pignora itaque hæc sunt æternarum rerum, quæ sunt ex Deo & semper fue-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 386.



runt. quia cum homo filius Dei dicitur & aliquando non fuit, non ipse verus filius est, sed pignus ejus est. qui vero semper filius erat, & erit. Sic & alia pars creationis mundi, quam diximus factam esse non natam, licet & non nata sit, & ante non fuerit, pignus ejus est. hoc est paraclitus, qui non est natus, & semper ex patre est. Ergo caro sit quæ creata est & non nata, & anima sit creata & nata ad imaginem Dei. per virtutem tamen resurrectionis conjuncta sibi fiunt inseparabilia, atque ita æterna unum erunt in Deum, secundum dictum Domini nostri Jesu Christi in Evangelio: [a] *Sicut tu in me es pater, & ego in te: & isti sint in nobis unum.* Et iterum ait: [b] *Pater, sicut nos unum sumus, ita & isti unum sint in nobis.* Qui cum est major, non est major nisi aut tempore, aut mensura, aut honore. Cum autem eum ante sæcula, & sine tempore natum esse filium a patre credamus, quomodo potest minor esse tempore qui ante tempora est? vel mensura quomodo creditur minor, qui inæstimabilis, immensus & infinitus est? ac sic nec honore minor est, cum sit Dei filius & Deus quia unum Dei nomen est. Similis autem filius patri non potest dici, quia similitudo corporum est in qualibet specie aut coloris, aut staturæ. Æqualis proprie dici non potest filius patri, quia æqualitas sive inæqualitas in quantitate mensuræ est. Sive ergo æqualitas, sive inæqualitas, in Deum non cadit, quia Deus incorporalis est, infinitus, incomprehensibilis, inenarrabilis, immensus est. Non potest in loco aliquo contineri, licet ubique & in omnibus sit Deus, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum: [c] *In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus.* Hujus enim licet dici naturæ est Deus noster, ut omnia videat, omnia audiat, omnia comprehendat. quia ipse est omnium rerum creator & conditor. Et quoniam Dei filius Deus noster ante tempora æterna natus est, quando, quomodo, vel ubi, non potest dici de eo. Quando enim tempus habet, ubi locum significat, quomodo mensuram videtur exprimere. Sed hæc tria in Deum non cadunt, quia est incorporalis. Ideo expedit confiteri patrem ingenitum, filium genitum a patre ante tempora æterna, quando, ubi, & quomodo, non licet dici, neque amplius scrutari. quia mens nostra, quæ mundo concluditur, investigare non potest factorem & Deum suum. Nec tres omnipotentiæ dici possunt. una est omnipotentia patris per filium & Spiritum sanctum. Omnipotentia enim ideo dicitur, quod potentia sua & virtute Deus fecerit mundum, & omnia quæ in eo sunt. Hæc ergo omnia per filium facta, sanctificante ea spiritu paraclito. Et ideo omnipotentes dici non possunt vel tres, quia alter sine altero non operatur. Omnia enim quæ vult pater per filium efficit, & omnipo-

A tentia patris dicentis omnipotentia filii est facientis. ac per hoc opus filii opus patris est. Et ideo confitendus est coæternus patri, & Spiritus sanctus ingenitus ex ingenito patre. Filium esse qui ad redimendum genus humanum sibi ex substantia ipsius Mariæ fabricavit in quo habitare dignatus est. cujus etiam passione nos redemit. Patrem esse, quem Joannes testem de Domino audierit: [d] *Hic est filius meus dilectus in quo bene complacui, ipsum audite.* Spiritum sanctum esse, quem a patre processurum filius promisit: qui etiam descendit super Apostolos die quinquagesima. Et patrem non esse filium, neque Spiritum sanctum, quem paraclitum dicimus. filium non esse patrem, neque paraclitum. paraclitum non esse patrem, neque filium. quia cum filius dicat: [e] *Cum ergo venerit paraclitus ille, quem ego mittam vobis a patre meo spiritum veritatis, qui ex patre meo procedit, hic testificabitur de me,* ostendit esse quem mitteret, & a quo mitteret. Deum tamen patrem, & Deum filium, & Deum paraclitum spiritum, unius substantiæ & trinæ substantiæ ejus divinitatis fide nostra esse & manere debere, confiteri quoque pium & salutare est. *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Filius Dei non est filius hominis, filius autem hominis filius Dei est. Qui filius Dei est, non est filius hominis. unigenitus enim Deus est. Qui vero filius hominis est, primogenitus est, & propter susceptorem suum unigenitum Deum, & ipse unigenitus dicitur, quia in eo est unigenitus. Denique de primogenito Apostolus Paullus sic ait: [f] *Qui est primogenitus ex mortuis in multis fratribus.* quia per eum crediderunt. Non ergo natura unigeniti primogeniti: sed per societatem unigeniti Dei unigenitus est. primogeniti autem natura est primogenitus, non caussa societatis. quia nullus ex mortuis resurrexit ad immortalitatem, nisi ipse primus, & exemplum resurrectionis omnibus sequentibus dedit. Ideo Apostolus Paullus dixit: *Qui est primogenitus ex mortuis.* Idem iterum ad Romanos ait: [g] *Ut sit ipse primogenitus primatum tenens in multis fratribus.* Quia unigenitus & primogenitus duæ naturæ sunt, divina & humana, sed una persona. Nam diversitas harum naturarum in elocutione Evengeliorum ostenditur. Fidei igitur nostræ non convenit, ut Jesus Christus mentiatur, quia ipse est veritas. Cum ergo ita sit, ipse de se dicit: [h] *Qui me misit mecum est, nec me derelinquit.* & alio loco: [i] *Deus Deus meus, quare me dereliquisti?* Quia Deus hominem susceperat, & per mortem crucis relinquendus erat a Deo usque ad resurrectionem. Fidei ergo nostræ sic convenit, ut homo dicat ad Deum suum, *Quare me dereliquisti?* unigenitus autem Deus, qui inseparabilis est a Deo patre dicat, *Qui me misit mecum est, nec me derelinquit.*

a Joan. XVII. 21. *b* Ibid. ℣. 23. *c* Act. XVII. 28. *d* Matth. XVII. 5. *e* Joan. XV. 26. *f* Coloss. I. 18. *g* Rom. VIII. 29. *h* Joan. VIII. 29. *i* Matth. XXVII. 46.



SANCTI MARTINI

EPISCOPI TURONENSIS,

TRINÆ UNITATIS ET UNIUS TRINITATIS

CONFESSIO.

CLemens Trinitas eſt una divinitas. ut autem A per ſacramentum cognoſcatur: unitas eſt [1] ab eo qui eſt ſanctus, & ſpiritus: a quo, qui eſt, & unigenitus ſic exſiſtens divinæ naturæ, lucis, ſpiritus, a ſe ſe per naturam, per ſubſtantiam majeſtatis, poteſtatis, virtutis, divinæ lucis. Spiritus unus in duobus, & uterque in id ipſum: pater in filio, filius in patre, in ſancto Spiritu. Sic tribus perſonis, confitemur [2] corpus præſcientiæ: quod ſuper omnia, cuncta concludit. In hoc myſterium ergo credimus, eſſe ex nullis exſtantibus cuncta orta. quod myſterium mens humana concipere non poteſt, nec oratoria lingua enarrare, neque diffuſi ſermonis bibliothecarum volumina, ſi totum mundum libri repleant, divina ſcientia non poſſit inenarrabilis enarrari: qui eſt indicibilis, nullo modo poſſit deſcribi, neque concludi aut verbum aut ſubſtantia propria divinitatis ſuæ. Qui eſt fons divinæ lucis, luminis, ſuæ ſubſtantiæ, naturæ. Sileat lingua oratoria, quia deficit ſermo de indicibili: cum conſummaverit mens humana de divina majeſtate dicere, tunc incipit. Quanta ſit autem divina Clementia, nemo ſcit, niſi qui genuit: & nemo comperit ſecreta patris, niſi is qui per naturam, naſcendi initium amiſit. Omnis ergo manſuetudo & modeſtia peritorum, convertatur ad prophetam: & dominica auctoritate præſumat, dicendo: [a] *Credidi, propter quod locutus ſum.* Quod autem per myſterium ſimplex ſit profeſſio, ut fundamentum Eccleſiæ, ſolidatæ Apoſtolica auctoritate, prædeſtinatio ſequens præſumat, dicendo. De cetero nemo mihi moleſtus ſit, ego credo in Chriſtum, & hunc crucifixum. Quia cum confitetur filium hominis, confitetur & ſanctum Spiritum: quia e ſancto Spiritu, & Maria virgine mediator naſcitur: cum confitetur primogenitum, neceſſe eſt de unige- B nito, qui teſtimonium dicat, unum & ſolum ſine origine eſſe: [3] tertiam perſonam patrem confitetur, exſiſtentem divinæ naturæ, lucis. Spiritus ut dixi, qui ſecundum divinam naturam, ut ſupra dixi, eſt unus in duobus, & uterque in id ipſum; pater in filio, filius in patre, in ſancto Spiritu [4] in ſancta Eccleſia. Nunc & in immortalia ſæcula ſæculorum. Amen.

a Pſalm. cxv. 10.

1. *Ab eo* cet.] Al. *ab eo qui eſt, Spiritus ſanctus, a quo* cet.

2. *Corpus præſcientiæ*] Id eſt, ipſe qui præſcit ab æterno omnia, cujus præſcientia eſt ipſius ſubſtantia. BEAUX.

3. *Tertiam perſonam patrem*] Pater tertia eſt perſona, quia trium una eſt. ID. — Al. *unum & ſolum ſine origine eſſe in tertiam perſonam patrem.*

4. *In ſancta eccleſia*] Al. *unum in ſancta eccleſia.*



THEOPHILI

EPISCOPI ALEXANDRINI

LITTERARUM MONUMENTA

QUÆ EXSTANT OMNIA:

Nunc primum collecta & digesta.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
387.

ΘΕΟΦΙΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ,

τῶν ἁγίων Θεοφανίων ἐπιστάντων ἐν κυριακῇ.

EDICTUM THEOPHILI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI,

cum sancta Theophania in die dominico instarent.

Καὶ τὸ ἔθος [1] καὶ τὸ πρέπον ἡμᾶς ἀπαιτεῖ πᾶσαν A κυριακὴν τιμᾶν, καὶ ἐν ταύτῃ πανηγυρίζειν, ἐπειδήπερ ἐν ταύτῃ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡμῖν ἐπρυτάνευσε. διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς, καὶ πρώτη κέκληται, ὡς ἀρχὴ ζωῆς ἡμῖν ὑπάρχουσα, καὶ ὀγδόη, ἅτε ὑπερβεβηκυῖα τὸν τῶν Ἰουδαίων σαββατισμόν. ἐπεὶ οὖν συνέβη τὴν τῶν ἁγίων Θεοφανίων νήστιμον ἡμέραν εἶναι ταύτην, οἰκονομήσωμεν, καὶ πρὸς ἑκατέρων ἐπιστημόνως χωρήσωμεν, ἵνα μεταλαμβάνοντες ὀλίγων φοινίκων, ἐκκλίνωμεν ἅμα καὶ τὰς αἱρέσεις τὰς μὴ τιμώσας τὴν ἀναστάσιμον τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέραν, καὶ τὸ ὀφειλόμενον τῇ νηστίμῳ ἡμέρᾳ ἀποδῶμεν, περιμένοντες τὴν ἑσπερινὴν σύναξιν, ἥτις ἐνταῦθα, Θεοῦ θέλοντος, τελεῖται. B συναχθῶμεν τοίνυν ἀπὸ ὥρας ἐννάτης ἐνταῦθα.

Et mos & honestas a nobis exigit, ut omnem diem dominicum honoremus, eumque celebremus; quoniam Dominus noster Jesus Christus præclarum in ea suæ resurrectionis munus obiit. Et ideo in sacris scripturis ipse, & primus appellatus est, ut qui sit nobis vitæ principium, & octavus, ut qui Judæorum sabbatismum exsuperaverit. Quia ergo accidit, ut sanctorum Theophaniorum hic esset dies jejunio peragendus dispensemus, & ad utrumque scientes procedamus; ut paucos dactylos sumentes, simul & hæreses vitemus, quæ Domini nostri Jesu Christi resurrectionis diem non honorant, & diei jejunii quod debetur reddamus, vespertinam congregationem exspectantes, quæ hic, Deo dante, peragitur. Congregamur ergo hic ab hora nona.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ,

Ὅπερ ἔλαβε Ἀμμῶν, διὰ τὴν Λυκώ.

EJUSDEM COMMONITORIUM,

Quod accepit Ammon propter Lyco.

ΚΑΝΩΝ α΄.

Περὶ τῶν κοινωνησάντων τοῖς Ἀρειανοῖς καὶ μέχρι νῦν τὰς ἐκκλησίας κατεχόντων, ὡς ἔθος γινέσθω. οὕτω μέν τοι ἑτέρους καταστῆναι μαρτυρουμένους ἐν ὀρθοδοξίᾳ, κἀκείνους αὐλίζεσθαι. οὕτως οἰκονομουμένων καὶ τούτων ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι πεποιήκασιν οἱ ἐν τῇ Θηβαΐδι ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι, C οἱ καταστάντες παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ κοινωνήσαντες τοῖς ἔχουσι τὰς ἐκκλησίας Ἀρειανοῖς, ἐπιτιμάσθωσαν, εἴγε γνώμῃ αὐτῶν πεποιήκασι τοῦτο. εἰ δὲ ὑπήκοοι γεγόνασι τῷ οἰκείῳ ἐπισκόπῳ, αὐλιζέσθωσαν, καὶ μὴ ἐπεγνωκότες τὸ εὔλογον. καὶ εἰ μὲν πάντες οἱ λαοὶ τούτους ἀποποιοῦνται μετὰ τῶν ἄλλων, ἕτεροι χειροτονείσθωσαν· εἰ δὲ ἀντιποιοῦνται αὐτῶν μετ᾽ ἐκείνων οἷς κεκοινωνήκασι ταῦτα, καὶ οὗτοι ἀποπειράσθωσαν τῆς συνηθείας, ᾗ ἐχρήσαντο οἱ ἐν Θηβαΐδι πάντες ἐπίσκοποι ὀρθόδοξοι.

CANON I.

De iis qui Arianis communicaverunt, & Ecclesias huc usque detinent, ut se habet consuetudo, fiat: ita tamen ut alii constituantur, qui in Orthodoxia testificentur, & illi permaneant. His quoque ita dispensatis, ut aliis urbibus Orthodoxi in Thebaide episcopi fecerunt, qui ab episcopo Apolline constituti, & qui cum Arianis ecclesias habentibus communicantes, puniantur; si quidem ipsorum voluntate hoc fecerunt: Sin autem proprio Episcopo obedierunt, permaneant, etsi quod justum est non noverint. Et si omnes quidem populi eos cum aliis rejiciant, alii ordinentur: Sin autem eos retinent cum illis quibus communicarunt, ii quoque eam consuetudinem experiantur, qua usi sunt omnes Orthodoxi in Thebaide Episcopi.

ΚΑΝΩΝ β΄.

Περὶ Βίστου καταστάντος ἐν Ἐρέβῃ πρεσβυτέρου ζητητέον· καὶ εἰ μὲν ἀποταξαμένην τινὰ ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς ἐβιάσατο, μὴ συγχωρείσθω εἶναι πρεσβύτερος, ὅπου γε οὐδὲ ὡς λαϊκὸς ὀφείλει συνάγεσθαι, τῆς ἐκκλησίας εἰωθυίας τοὺς τοιούτους χωρίζειν. οὐ φέρει δὲ τοῦτο πρόκριμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἀπόλλωνι, εἰ ἐξ ἀγνοίας αὐτὸν κατέστησε, τῆς ἁγίας συνόδου κελευσάσης τοὺς ἀναξίους μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐλεγχομένους ἐπὶ ἔγκλημα ἐκβαλέσθαι.

CANON II.

D *De Bisto, qui in Ereba constitutus est Presbyter, quærendum est; & si alicui quidem mulieri separatæ vivente marito vim attulit, non sinatur esse Presbyter: nam ne ut Laicus quidem debet communicare, cum eos qui tales sunt separare consueverit ecclesia. Hoc autem nullum affert Episcopo Apollini præjudicium, si eum per ignorantiam constituit; cum sancta Synodus jusserit eos, qui post ordinationem propter crimen indigni esse convincuntur, expelli.*

1. Hæc descripsimus ex *Pandect. Canon.* Beveregii, tom. II. pagg. 170-175. Exstant præterea in *Conciliorum* collectione tom. II. pag. 1576. seqq. edit. Veneto-Labb.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

ΒΑΛΣ. Ὁ Βίστος παρὰ Ἀπόλλωνος ἐπισκόπου A κατέστη πρεσβύτερος ἐν Ἐρέβῃ· χώρα δὲ αὕτη Αἰγυπτίων ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἡ Λυκώ. ἐλέγετο δὲ περὶ ἐκείνου, ὅτι πρὸ τῆς χειροτονίας γυναῖκα ἐβιάσατο ἀποταξαμένην ζῶντος τοῦ ἀνδρός. περὶ τούτου οὖν ἐρωτηθεὶς ὁ Θεόφιλος, ἔφη, ὅτι ἐρευνηθήτω, καὶ εἰ ἀληθές ἐστι τὸ βιάσασθαι αὐτὸν τὴν γυναῖκα, μὴ συγχωρείσθω εἶναι πρεσβύτερος. πῶς γὰρ εἴη πρεσβύτερος, ὃς οὐδὲ λαϊκὸς συγχωρεῖται εἰσιέναι εἰς ἐκκλησίαν, ἀφοριζόμενος διὰ τὸ ἁμάρτημα; ἐξωθεῖ γὰρ τοὺς τοιούτους ἡ ἐκκλησία καὶ χωρίζει ἀπὸ τῶν πιστῶν, τοῦτο δὲ οὐ κανονικῶς τῷ Θεοφίλῳ εἴρηται. ὅ, τε γὰρ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κέ. κανὼν, καὶ ὁ τοῦ μεγάλου Βασιλείου τρίτος καὶ ὁ λβ'. καὶ ὁ τῆς ἐν Καρθαγένῃ κβ'. τοὺς κληρικοὺς ἁμαρτήσαντας, καὶ καθαι- B ρεθέντας, τῆς κοινωνίας οὐκ ἀπείργουσι. τὸ δὲ χειροτονηθῆναι αὐτὸν οὐ φέρει βλάβην τῷ χειροτονήσαντι αὐτὸν ἐπισκόπῳ ἐξ ἀγνοίας τοῦ ἁμαρτήματος· ἡ γὰρ σύνοδος ὥρισε τοὺς ἐλεγχομένους ἐπὶ ἐγκλήματι καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐκβάλλεσθαι. τοῦτο δὲ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρώτης ἐστὶ κανὼν ἔννατος. τὸ δὲ ἀποταξαμένην ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, τοῦ φάκτου ἐστὶ, διὰ τοῦτο καὶ τὸ, τινὰ, πρόκειται, ὥσπερ καὶ τὸ ἐβιάσατο. κἂν γὰρ ἁπλῶς ἄλλῃ συνεφθάρη γυναικὶ μὴ ἀποταξαμένῃ, καὶ οὕτως ἡ καθαίρεσις αὐτῷ ἐπήγετο, κἂν μὴ ἐβιάσατο αὐτήν.

BALS. Bistus ab Apolline episcopo presbyter constitutus fuerat in Ereba; est autem ea regio Ægypti sicut & Lyco. Is vero dicebatur ante ordinationem mulieri separatæ vim attulisse vivo marito. De eo igitur interrogatus Theophilus, inquit: Quæratur an sit verum eum mulieri vim attulisse, & si ita sit, ne ei esse Presbyterum permittatur. Quomodo enim fuerit is Presbyter, cui nec Laico in Ecclesiam quidem permittitur ingredi, cum sit propter peccatum segregatus? Eos enim, qui sunt ejusmodi, extrudit Ecclesia & separat a fidelibus. Hoc autem a Theophilo nequaquam canonice dictum est: quandoquidem sanctorum Apostolorum XXV. canon, & magni Basilii tertius & XXXII. & Carthagin. Syn. XXII. Clericos qui peccarunt, & depositi fuerunt, a communione non arcent. Quod autem ordinatus sit, id non affert damnum Episcopo, qui eum, peccatum ignorans, ordinavit. Statuit enim synodus, ut qui peccatorum convicti fuerunt, etiam post ordinationem ejiciantur. Id autem est primæ Synodi Nicænæ can. IX. Illud autem; Separatæ vivo marito; facti est, & ideo adjectum est, Alicui, sicut & illud, vim attulit. Licet enim simpliciter cum muliere aliqua, non separata, rem habuerit; sic quoque in eum depositio introducta est, etsi ei vim non attulerit.

ΚΑΝΩΝ γ'.

C

Περὶ δὲ Σοὺρ, ἐπειδὴ ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων διεβεβαιώσατο καὶ ἀπεσταλκέναι τοῦτον καὶ ἀλλότριον τῆς ἐκκλησίας πεποιηκέναι, ἔστω οὕτως ὡς ἀπεφήνατο ὁ ἐπίσκοπος, χρωμένου ἐκείνου ταῖς ἐκείναις δικαιολογίαις, εἴγε βούλεται, καὶ μέμφεται τὴν ἀπόφασιν τοῦ ἐπισκόπου.

CANON III.

De Sur autem, quia Apollo episcopus affirmavit se & eum amandavisse, & ab Ecclesia alienum fecisse, ita sit ut pronuntiavit Episcopus; utente illo suis defensionibus, si vult, & de Episcopi sententia conqueritur.

ΒΑΛΣ. Κληρικὸς ἦν ὁ Σοὺρ τοῦ ἐπισκόπου Ἀπόλλωνος· ὃς ἐπίσκοπος αὐτὸν ἀπεσταλκέναι τοῦ κλήρου διεβεβαιώσατο, ἀντὶ τοῦ ἐκβεβληκέναι. ἔστω οὖν, φησι, κατὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ κρίσιν τοῦ ἐπισκόπου, τοῦ κλήρου ἀλλότριος. εἰ δὲ αἰτιᾶται τὴν τοῦ ἐπισκόπου ἀπόφασιν, χράσθω ταῖς οἰκείαις δικαιολογίαις παρὰ τῇ συνόδῳ, ἐξ ἧς ἦν πάντως καὶ ὁ ἐπίσκοπος.

BALS. Erat quidem Sur Clericus episcopi Apollinis, qui Episcopus se eum a Clero amandasse, id est, expulisse, affirmavit. Sit ergo, inquit, secundum Episcopi judicium, quod in ipsum prolatum est, a Clero alienus. Sin autem Episcopi sententiam accusat, utatur suis defensionibus, apud Synodum D scilicet, ex qua est etiam Episcopus.

ΚΑΝΩΝ δ'.

Περὶ Πανοὺφ τοῦ καταστάντος διακόνου ἐν τῇ Λυκῷ, δεῖ ζητῆσαι. καὶ εἰ μὲν εὑρεθείη οὗτος, κατηχούμενος τυγχάνων, τὴν ἀδελφιδῆν ἑαυτοῦ πρὸς γάμου κοινωνίαν δεξάμενος, μετὰ δὲ τὸ βάπτισμα εἰς κλῆρον ἐχθεὶς, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ· εἴγε κεκοίμηται ἐκείνη καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἐκοινώνησεν αὐτῇ. εἰ δὲ πιστὸς τυγχάνων τὴν αὐτὴν ἀδελφιδῆν ἑαυτοῦ πρὸς γάμου κοινωνίαν ἐδέξατο, ἔστω τοῦ κλήρου ἀλλότριος. οὐ γὰρ πρόκριμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἀπόλλωνι, εἰ ἐξ ἀγνοίας κατέστησεν αὐτόν.

CANON IV.

De Panuph, qui in Lyco diaconus constitutus est, quærere oportet: & si is quidem inventus fuerit, cum esset Catechumenus, fratris sui filiam in matrimonii societatem accepisse, post baptismum in Clerum promotus, in Clero maneat, si illa ex vita migrarit, & post baptismum cum ea rem non habuerit. Sin autem cum esset fidelis eamdem fratris sui filiam in matrimonii societatem duxit, sit a Clero alienus. Non est enim Episcopo Apollini præjudicium, si eum per ignorantiam constituit.

E

ΒΑΛΣ. Ὁ Πανοὺφ ἐλέγετο πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι τὴν οἰκείαν ἀδελφιδῆν εἰς γυναῖκα λαβεῖν. βαπτισθεὶς δὲ κεχειροτόνητο διάκονος. λέγει οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐὰν ἡ γυνὴ ἐτελεύτησε, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἐχρήσατο αὐτῇ, μενέτω διάκονος, ὡς τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὰ πρὸ τούτου καθαίροντος ἁμαρτήματα. εἰ δὲ πιστὸς ὢν μετὰ τὸ βάπτισμα ἔσχεν αὐτὴν, ἐκβληθήτω τοῦ κλήρου. τῷ δὲ ἐξ ἀγνοίας αὐτὸν χειροτονήσαντι ἐκ τούτου βλάβη οὐ προσγενήσεται. τὸ δὲ εἰ κεκοίμηται ἡ γυνὴ, εἶπεν, ὡς οὕτω συμβεβηκέναι λεγόμενον. ἐπείτοιγε κἂν ζῶσα ἦν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἔγνω αὐτὴν ὁ Πανοὺφ, ἀλλὰ καὶ ἀπεπέμψατο αὐτὴν, ἠδύνατο καὶ οὕτως εἶναι διάκονος.

BALS. Dicebatur Panuph antequam esset baptizatus fratris sui filiam uxorem duxisse. Baptizatus autem Diaconus ordinatus fuerat. Dicit ergo Theophilus, quod si mulier e vita excesserit, & post baptismum ea non usus sit, maneat Diaconus; nempe cum sanctus baptismus omnia peccata præcedentia deleat: Sin autem, cum esset fidelis, seu post baptismum, eam habuit, Clero ejiciatur. Ei autem, qui eum insciens ordinavit, præjudicium non affertur. Illud autem, Si mulier e vita migrarit, dicit, utpote quoniam ita evenisse dicitur. Nam etsi etiam post baptismum vixisset, nec eam Panuph cognovisset, sed ipsam etiam amandasset; potuisset sic quoque esse Diaconus.

A

Sæcul.IV. circa Ann.Chr. 387.



ΚΑΝΩΝ έ.

Περὶ Ἰακὼβ χρὴ ζητῆσαι. εἰ ἀναγνώστης ἦν, καὶ ἐγκλήματι πορνείας ὑπεύθυνος ἐδείχθη, καὶ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐξεβλήθη, εἶτα κεχειροτόνηται οὗτος, ἐκβαλλέσθω, ἀκριβοῦς ἐξετάσεως γενομένης, καὶ μὴ μόνον ἐκ ψιθυρισμῶν ἢ κακολογιῶν ὑποψίας εἰς αὐτὸν γενομένης. εἰ δὲ μὴ εὑρεθείη ὑπεύθυνος, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ, οὐ γὰρ δεῖ ταῖς ματαίαις διαβολαῖς προσέχειν.

ΒΑΛΣ. Ἰακὼβ τις ἀναγνώστης ἐλέγετο εἶναι, καὶ ἐπὶ πορνείας διαβληθῆναι, καὶ ἐκβληθῆναι τοῦ κλήρου, εἶτα εἰς μείζονα χειροτονηθῆναι βαθμόν. γράφει οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐξετάσεως ἀκριβοῦς γενομένης ἐὰν εὑρεθῇ ἡμαρτηκώς, ἐκβληθήτω τοῦ κλήρου. οὐ δεῖ γὰρ ἐκ ψιθυρισμῶν ἤτοι καταλαλίας λαθραίας, ἢ κακολογιῶν ἤτοι λοιδοριῶν φανερῶν ὑποψίας γινομένης κατακρίνεσθαί τινα. εἰ δὲ τῆς ὑποθέσεως ἐξεταζομένης ἀνεύθυνος εὑρεθείη, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ.

CANON V.

De Jacob quærere oportet. Si enim Lector erat, & crimini fornicationis fuiſſe eum obnoxium, oſtenſum ſit, & a Presbyteris ſit ejectus, deinde is eſt ordinatus, ejiciatur; accurata examinatione facta; non autem ex ſuſurris vel maledictis orta in eum ſuſpicione: Sin autem non fuerit inventus crimini obnoxius, maneat in Clero. Neque enim vanis calumniis animum adhibere oportet.

Bals. Jacob quidam Lector fuiſſe dicebatur, & Clero eſſe ejectus, & deinde ad majorem gradum B fuiſſe ordinatus. Scribit ergo Theophilus quod diligenti examinatione facta, ſi eum peccaſſe compertum fuerit, Clero ejiciatur. Non enim oportet ex ſuſurris ſeu clandeſtinis ſermonibus, vel maledictis ſeu apertis conviciis orta ſuſpicione, condemnari aliquem. Quod ſi cauſſa examinata inſons compertus fuerit, maneat in Clero.

ΚΑΝΩΝ ς'.

Περὶ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι οὗτος ἔσται τύπος, ὥστε πᾶν τὸ ἱερατεῖον συμφωνεῖν καὶ αἱρεῖσθαι, καὶ τότε τὸν ἐπίσκοπον δοκιμάζειν, ἢ καὶ συναινοῦντος αὐτῷ τοῦ ἱερατείου χειροτονεῖν ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, παρόντος τοῦ λαοῦ, καὶ προσφωνοῦντος τοῦ ἐπισκόπου, εἰ καὶ ὁ λαὸς δύναται αὐτῷ μαρτυρεῖν. χειροτονία δὲ λαθραίως μὴ γινέσθω. τῆς γὰρ ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχούσης πρέπει παρόντων τῶν ἁγίων τὰς χειροτονίας ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις γίνεσθαι. ἐν δὲ τῇ ἐνορίᾳ, εἰ μὲν κοινωνήσαντές εἰσί τινες ταῖς τῶν κοινωνησάντων γνώμαις, μὴ ἄλλως χειροτονείσθωσαν, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ὀρθοδόξων κληρικῶν δοκιμαζόντων, παρόντος πάλιν τοῦ ἐπισκόπου καὶ προσφωνοῦντος παρόντι τῷ λαῷ, ἵνα μὴ μέσον περιδρομή τις γένηται.

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι ἐν κλήρῳ δίδωσι τύπον καί φησιν, ὅτι δεῖ τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι παρὰ παντὸς ἱερατείου αἱρεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ προκρίνεσθαι συμφώνως. οὕτω δὲ προκριθέντα, τότε δοκιμάζεσθαι αὐτὸν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ὅτι κἀκείνῳ δόξει ὁ ἄνθρωπος ἐπιτήδειος εἰς χειροτονίαν, τότε χειροτονεῖσθαι συναινέσει τοῦ ἱερατείου, παρόντος καὶ τοῦ λαοῦ. διατί δ' εἶπε, χειροτονεῖν αὐτὸν συναινέσει τοῦ ἱερατείου; ἐπεὶ γὰρ ἐξελέγη παρὰ τοῦ ἱερατείου, ἡ ἐπὶ χειροτονίᾳ συναίνεσις δοκεῖ μὴ ἀναγκαία εἶναι. ἀλλ' εἰκὸς καιρόν τινα μετὰ τὴν ἐκλογὴν παρελθεῖν, καὶ ἐν τῷ μέσῳ γνῶναί τι τοὺς προκρίνοντας τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι κωλῦον αὐτῷ τὴν χειροτονίαν. διὰ τοῦτο οὖν συναινεῖν αὐτοὺς κεχειροτονημένου αὐτοῦ εἶπε, καὶ τὸν ἐπίσκοπον καὶ τότε προσφωνεῖν τῷ λαῷ, ἐρωτῶντα εἰ μαρτυρεῖ αὐτὸν πρὸς χειροτονίαν ἄξιον. λαθραίας δὲ χειροτονίας γίνεσθαι ἀποτρέπει. ἐπεὶ γάρ, φησι, εἰρήνη ἐστὶ παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἤγουν ἐπεὶ νῦν οὐ μεμέρισται ὁ λαὸς παυθεὶς τῶν αἱρέσεων, ἀλλὰ πάντες τῆς ὀρθοδόξου μοίρας εἰσί, πάντες μιᾶς ἔσονται γνώμης, καὶ δεῖ παρουσίᾳ τῶν ἁγίων ἤτοι τῶν πιστῶν τὰς χειροτονίας γίνεσθαι ἐπ' ἐκκλησίας· ἁγίους δὲ τοὺς πιστοὺς ἐκάλεσεν, ἐκ τοῦ θεσπεσίου Παύλου τοῦτο παραλαβών. οὕτω γὰρ κἀκεῖνος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ τοὺς πιστοὺς ὀνομάζει. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν ἐν πόλεσιν ὄντων ἔοικε λέγειν. περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ ἐνορίᾳ, ἤτοι τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, φησίν, ὅτι ἐπεὶ πολλοὶ τοῖς αἱρετικοῖς ἐκοινώνουν καὶ ἄκοντες, τῶν τοιούτων δὲ πολλοὶ τῶν πιστῶν ἐκοινώνουν ταῖς γνώμαις, ἤγουν συγκατέβαινον καὶ συνῄνουν· εἰ ἐκ τούτων μέλλει τις χειροτονεῖσθαι εἰς τὸν κλῆρον, μὴ ἄλλως χειροτονεῖσθαι, εἰ μὴ μετὰ δοκιμασίας

CANON VI.

De iis qui ordinandi ſunt hæc erit forma; ut quid quid eſt ſacerdotalis ordinis conſentiat & eligat, & tunc Epiſcopus examinet, vel ei etiam aſſentiente ſacerdotali ordine in media Eccleſia ordinet, C *præſente populo, & Epiſcopo alloquente, an etiam poſſit ei populus ferre teſtimonium. Ordinatio autem non fiat clanculum. Eccleſia enim pacem habente decet præſentibus ſanctis ordinationes fieri in Eccleſiis. In regione autem ſi qui ſint, qui communicantium animis communicaverint; non aliter ordinentur, quam iis, qui ſunt vere orthodoxi Clerici, examinantibus, præſente rurſus Epiſcopo, & præſentem populum alloquente; ne intercedat aliqua circumventio.*

Bals. De iis qui in Clero ordinandi ſunt dat typum; & dicit, quod oportet eum qui eſt ordi- D nandus a toto ordine ſacerdotali eligi, hoc eſt, unanimi conſenſu approbari & præferri; & cum ejuſmodi delectus de eo factus fuerit, tunc ipſum ab Epiſcopo examinari, & quando illi quoque homo viſus fuerit aptus ut ordinetur, tunc eum ordinari conſenſu ſacerdotalis ordinis, præſente etiam populo. Cur autem dixit, eum ordinandum conſenſu ſacerdotalis ordinis? Nam cum a ſacerdotali ordine electus eſt, ad ordinationem conſenſus non videtur eſſe neceſſarius. Sed eſt veriſimile poſſe poſt electionem aliquid temporis præteriiſſe, & eos interim qui ordinandum præjudicant reſciviſſe aliquid, quod ejus ordinationem prohibeat: Et ideo dicit ipſos conſentire, & dum ordinatur populum quoque ab E Epiſcopo interrogari, an dignus ſit, cui teſtimonium ferant ad ordinationem. Diſſuadet autem, ne fiant ordinationes clandeſtinæ. Cum enim, inquit, pax eſt in Eccleſia; ſcilicet cum nunc non eſt diviſus populus ceſſantibus hæreſibus, ſed ſunt omnes orthodoxæ partis; omnes unius erunt ſententiæ, & oportet in præſentia ſanctorum ſeu fidelium ordinationes fieri in eccleſia. Sanctos autem fideles appellavit, ex ſancto hoc Paullo aſſumens. Ille enim ſic fideles in ſuis epiſtolis appellat. Hæc itaque de iis, qui in urbibus habitant, videtur dicere. De iis autem, qui ſunt in regione, ſeu in vicis, dicit, quod quoniam multi etiam inviti communicabant hæreticis; eorum autem multi fidelium animis communicabant ſive conveniebant & aſſentiebantur: Si quis eorum ſit ordinandus in Clerum, eum non alias or-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

τῶν ὁμολογουμένως ὀρθοδόξων κληρικῶν, παρόντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ προσφωνοῦντος τῷ λαῷ, ὡς ἄνωθεν εἴρηται. ταῦτα δὲ λέγει γίνεσθαι, ἵνα μὴ μέσον γένηταί τις περιδρομὴ, ἤγουν ἀπάτη καὶ συναρπαγὴ, καὶ χειροτονηθῇ τις μὴ ὑγιῶς ἔχων περὶ τὴν πίστιν.

A dinandum, quam cum approbatione Clericorum, quos constat esse orthodoxos, præsente etiam Episcopo, & alloquente populum, ut superius dictum est. Hæc autem dicit fieri, ne intercedat aliqua circumventio, seu fraus & abreptio, & ordinetur aliquis qui non recte sentit de fide.

ΚΑΝΩΝ ζ'.

CANON VII.

Τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας, μετὰ τὰ ἀναλισκόμενα εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν, οἱ κληρικοὶ διανεμέσθωσαν, καὶ μήτε κατηχούμενος ἐκ τούτων ἐσθιέτω ἢ πινέτω, ἀλλὰ μᾶλλον οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πιστοὶ ἀδελφοί.

Quæ in sacrificii rationem offeruntur, post ea quæ in mysteriorum usum consumuntur, Clerici dividant, & nec Catechumenus ex iis comedat vel bibat; sed solum Clerici & qui cum eis sunt fideles fratres.

B

ΒΑΛΣ. Εἴ τινα περιττεύουσι τῶν εἰς θυσίαν προσαγομένων παρὰ τῶν πιστῶν, μετὰ τὰ δαπανώμενα εἰς τὰ θεῖα μυστήρια, τοῖς κληρικοῖς δεῖν ταῦτα, φησι, διανέμεσθαι, ὥστε παρ' αὐτοῖς ἐσθίεσθαι καὶ πίνεσθαι, καὶ παρὰ τῶν πιστῶν λαϊκῶν· τοῖς δὲ κατηχουμένοις μηδὲν ἐξ αὐτῶν δίδοσθαι. ἐπεὶ γὰρ προσηνέχθησαν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἐξ αὐτῶν μερίδες ἐλήφθησαν εἰς τὰ θεῖα δῶρα, κἀκεῖνα ἡγιάσθησαν, πῶς ἐκ τούτων τοῖς ἀτελεστέροις δοθήσονται δαπανηθησόμενα; τὰ δὲ εἰς θυσίαν προσαγόμενα, ἄρτος καὶ οἶνος εἰσίν. ἕτερον γάρ τι προσάγεσθαι εἰς θυσιαστήριον οὐκ ἐφεῖται. ἀνάγνωθι τὸν γ'. ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου τῆς λεγομένης ς'. κανόνα κη'.

BALS. Si qua eorum, quæ a fidelibus ad sacrificium offeruntur, superabundant, post ea quæ in divina Mysteria consumuntur, Clericis, inquit, oportet ea dividere; ut ab ipsis comedantur ac bibantur, & etiam a fidelibus Laicis: Catechumenis autem nihil ab eis detur. Quia enim altari oblata sunt, & ad divina dona ex illis partes quædam sumtæ atque sanctificatæ fuere; quomodo iis qui sunt imperfectiores dabuntur consumenda? Quæ autem ad sacrificium offeruntur, sunt panis & vinum: nihil enim aliud ad altare offerri permittitur. Lege III. canon. Apost. & synod. in Trullo, quæ dicitur sexta, canon XXVIII.

C

ΚΑΝΩΝ η'.

CANON VIII.

Ἐπειδὴ Ἱέραξ τόνδε, ὡσανεὶ ἐπὶ πορνείᾳ διαβαλλόμενον, οὐκ ὀφείλειν λέγει ἐν τῷ κλήρῳ εἶναι, ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων διϊσχυρίζετο τηνικαῦτα, μηδένα κατήγορον ἐν μέσῳ ἐληλυθέναι κατ' αὐτοῦ, ἐξεταζέσθω καὶ οὗτος· καὶ εἰ μὲν κατήγορός τις ἀναφύεται πίστεως ἄξιος, καὶ τὸ ἔγκλημα ἀποδείκνυται, φερομένων ἀξιοπίστων μαρτύρων, τῆς ἐκκλησίας ἐκβαλλέσθω· εἰ δὲ τοῦ κλήρου ἄξιός ἐστι, καὶ ἐπὶ σωφροσύνῃ μαρτυρεῖται, μενέτω ἐν τούτῳ.

Quoniam Hierax dicit quemdam non debere esse in Clero, ut qui sit fornicationis delatus; Apollo autem Episcopus tunc affirmavit, nullum accusatorem adversus eum in medium processisse: hic quoque examinetur: & si aliquis quidem accusator fide dignus exoritur, & crimen probatur productis fide dignis testibus, Ecclesia ejiciatur: sin autem dignus est Clero, & de ejus continentia testimonium feratur, in eo maneat.

ΒΑΛΣ. Ἐχειροτονήθη τις κληρικὸς, εἶτα διεβλήθη ὡς πορνεύσας. ἔλεγεν οὖν Ἱέραξ τις, μὴ δεῖν αὐτὸν ἐν κλήρῳ εἶναι· ὁ δὲ χειροτονήσας αὐτὸν διϊσχυρίζετο, ἤτοι ἐνίστατο, μὴ κατηγορηθῆναι αὐτὸν παρά τινος. ἔφη οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐξετασθήτω ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἰ μὲν εὑρίσκεταί τις κατήγορος πίστεως ἄξιος ἤγουν δεκτὸς εἰς κατηγορίαν (οὐ γὰρ παντὶ ἐφεῖται κατηγορεῖν ἱερωμένων, κατὰ τὸν ς'. κανόνα τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου, καὶ τὸν κανόνα κα'. τῆς δ'. οἰκουμενικῆς συνόδου) ἐκβληθήτω τῆς ἐκκλησίας μετὰ ἀπόδειξιν· εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἀποδείκνυται, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ.

D BALS. Quidam ordinatus est clericus, deinde, tamquam qui fornicatus esset, accusatus est. Dicebat ergo quidam Hierax, non oportere eum in Clero esse: is autem, qui eum ordinaverat, affirmabat, seu instabat, eum non esse ab aliquo accusatum. Dicit ergo Theophilus; Homo examinetur, & si invenitur quidem aliquis accusator fide dignus, seu qui sit ad accusandum admittendus (non enim cuivis permittitur accusare eos qui sunt in sacris, ut vult VI. can. II. Syn. Œcumenicæ, & XXI. IV. universalis Syn.) Ecclesia ejiciatur post probationem: Sin autem nihil tale probetur, maneat in Clero.

ΚΑΝΩΝ θ'.

CANON IX.

Ὥστε γνώμῃ παντὸς ἱερατείου οἰκονόμον ἀποδειχθῆναι ἕτερον, ἐφ' ᾧ συντίθεται καὶ ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων πρὸς τὸ τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς δέον ἀναλίσκεσθαι.

E *Ut totius sacerdotalis ordinis sententia alius renuntietur Œconomus, in quo Apollo quoque Episcopus consensit, ut bona Ecclesiæ in ea quæ oportet impendantur.*

ΒΑΛΣ. Ὁ αὐτὸς γνώμην ἔδωκε κρίσει παντὸς τοῦ ἱερατείου τὸν οἰκονόμον τῆς ἐπισκοπῆς γίνεσθαι, εἰ καὶ ὁ ἐπίσκοπος συγκατατίθεται τῇ κρίσει τοῦ κλήρου. γίνεσθαι δὲ οἰκονόμον, ἵνα τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς δέον δαπανῶνται φροντίδι ἐκείνου. τὴν δὲ εἰς δέον δαπάνην, τὸ ἑξῆς δηλοῖ κεφάλ. ἥτις ἐστι, τὰ εἰς χήρας καὶ ξένους καὶ πένητας ἀναλώματα. ἰδιοποιεῖσθαι γὰρ τὰ τῆς ἐκκλησίας τινὶ οὐκ ἐφεῖται, ὅτι ἀφιλάργυρον δεῖ εἶναι τὸν λειτουργὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲ εἰς οἰκείαν χρῆσιν τοῖς τῆς ἐπισκοπῆς πράγμασι κε-

BALS. Idem tulit sententiam, totius sacerdotalis ordinis judicio fieri debere Episcopatus Œconomum, si etiam Episcopus assentiatur Cleri judicio. Fieri autem Œconomum, ut bona ecclesiæ illius cura in ea quæ oportet impendantur. Quid sit autem in ea quæ oportet impendere sequens docet caput, quod est impendere in viduas, hospites & pauperes. Nemini enim permittitur bona Ecclesiæ in proprios usus transferre; quippe quod oportet Dei ministrum esse ab avaritia alienum: & nec ad usum proprium

χρῆσθαι τῷ ἐπισκόπῳ συγκεχώρηται, εἰ μὴ εἰς τὰ πάνυ ἀναγκαῖα, καὶ τότε ὅτε οἴκοθεν οὐκ εὐπορεῖ τούτων ὁ ἐπίσκοπος, κατὰ τὸν μα΄. κανόνα τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. ζήτει τὰ ἐν ἐκείνῳ γεγραμμένα, καὶ τὸν κδ΄. κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.

A uti rebus Episcopatus Episcopo conceditur; nisi ad ea quæ sunt omnino necessaria, & tunc demum quando ei domi desunt facultates; secundum XLI. can. sanctorum Apostolorum. Quære quæ in eo scripta sunt, & XXIV. can. Syn. Antiochenæ.

ΚΑΝΩΝ ι.

Χῆραι καὶ οἱ πένητες καὶ οἱ παρεπιδημοῦντες ξένοι πάσης ἀναπαύσεως ἀπολαυέτωσαν, καὶ μήτις τὰ τῆς ἐκκλησίας ἰδιοποιείσθω.

CANON X.

Viduæ & pauperes & peregrinantes hospites omni quiete fruantur, & nemo ea, quæ sunt Ecclesiæ, ut sua usurpet.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΦΗΓΗΣΙΣ

Περὶ τῶν λεγομένων Καθαρῶν.

Δ Εδήλωκέ μοι ἡ σὴ εὐλάβεια, ὡς τινὲς τῶν ὀνομαζόντων ἑαυτοὺς Καθαροὺς, προσελθεῖν βούλονται τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐπειδὴ τοίνυν ἡ μεγάλη σύνοδος ἡ γενομένη ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν μακαρίων πατέρων ἡμῶν, ὥρισεν, ὥστε χειροτονεῖσθαι τοὺς προσερχομένους, θέλησον κατὰ τὸν τύπον τοῦτον τοὺς ἐθέλοντας προσέρχεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ χειροτονεῖν, εἴγε ὁ βίος αὐτῶν ὀρθός ἐστι καὶ μηδὲν τούτοις ἀντίκειται.

EJUSDEM NARRATIO

B De iis qui dicuntur Cathari.

D*Eclaravit mibi tua pietas, quod quidam eorum qui se Catharos nominant, volunt ad Ecclesiam accedere. Quoniam ergo magna Synodus, quæ Nicææ habita est a sanctis Patribus nostris, statuit, ut ordinentur qui accedunt; velis juxta hanc formam eos qui ad ecclesiam accedere volunt ordinare; si quidem vita eorum recta est, & nihil eis adversatur.*

ΒΑΛΣ. Περὶ Ναυατιανῶν ἠρωτήθη (οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ λεγόμενοι Καθαροί.) καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι εἰ προσέρχονται τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐπεὶ ἡ μεγάλη σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ, ἤγουν ἡ πρώτη, ὥρισε χειροτονεῖσθαι αὐτοὺς, ποίει καὶ σὺ κατὰ τὸν τύπον, ἤτοι κατὰ τὸν κανόνα τοῦτον, καὶ χειροτόνει τοὺς προσερχομένους, εἰ μή τι κώλυμα ἀπὸ τοῦ βίου αὐτῶν αὐτοῖς ἐναντιοῦται. ὁ δὲ περὶ τῶν Ναυατιανῶν κανὼν ὄγδοός ἐστι τῆς πρώτης συνόδου.

BALS. De Novatianis interrogatus est, (Hi enim sunt qui etiam Cathari dicuntur) & responsum est, C quod si ad Dei Ecclesiam accedunt, quia magna & prima Nicæna Synodus statuit, ut ii ordinentur; fac tu quoque secundum hanc formam sive secundum istum canonem, & ordina eos qui accedunt; nisi aliquod impedimentum ex vita eorum adversetur. De Novatianis autem canon est octavus primæ Synodi.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΑΓΑΘΩΝΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Α Γνοῶν τοὺς τῆς ἐκκλησίας νόμους Μάξιμος, διϊσχυρίσατο παρανόμως συμβιώσει συνῆφθαι· καὶ ἐπειδὴ θορυβεῖ αὐτὸν τὸ ἀσυνίστακτον εἶναι, διεβεβαιώσατο, ἐπειδὴ ἀγνοίᾳ τὸ παράνομον ἔδρασεν, ἐκ συμφώνου ἀπέχεσθαι τῆς παρανόμου συμβιώσεως, κἀκείνης ἀγαπώσης τοῦτο. ἐὰν δὲ τοίνυν δοκιμάσῃς, ὅτι τοῦτο ποιοῦσιν ἐκ συμφώνου καὶ μὴ ἀπατῶσιν, ἐπειδὴ δεκαετής ἐστιν ὁ χρόνος, εἰ σκοπεῖς μετὰ τῶν κατηχουμένων αὐτοὺς συνάγεσθαι, τέως οὕτω διοίκησον. εἰ δὲ συνορᾷς, ὅτι ἀπατῆσαι βούλεται, καὶ δεῖται τὰ κατ᾽ αὐτοὺς ἐπιστύψεως, ὅπερ ὁ Θεὸς ὑποβάλῃ σοι, τοῦτο ποίησον, πανταχοῦ πρὸς τὸ ἐπέχον ὁδηγούμενος. ἐπὶ γὰρ τῶν τόπων τυγχάνων τὰς γνώμας αὐτῶν μᾶλλον εἰδέναι δύνασαι.

EJUSDEM

AGATHONI EPISCOPO.

D M*Aximus asseruit se Ecclesiæ leges ignorantem illicito matrimonio conjunctum esse, & quia hoc eum male habet quod non recte & ex ordine agat, affirmavit, qui contra leges fecit per ignorantiam, se ab illicita vitæ societate ex consensu abstenturum, illa etiam hoc volente. Si ergo probaveris, quod hoc ex consensu faciant, & non fallant, quia est tempus decennale; si consideres eos debere versari cum Catechumenis, nunc eos sic dispensa. Sin autem vides quod decipere velit, & acerbitate adhuc in eo opus sit; fac id quod Deus tibi suggesserit; id semper sequens quod in usu est vimque obtinet. Nam cum iis sis in locis, eorum mentes melius nosse potes.*

ΒΑΛΣ. Μάξιμός τις, ὡς παρανόμῳ γάμῳ συναφθεὶς γυναικὶ, ἀφωρίσθη, καὶ τῆς συνάξεως τῆς μετὰ τῶν πιστῶν εἴργετο. ὁ δὲ ἔλεγεν, ὅτι ἐν ἀγνοίᾳ ἐποίησε τὸ παράνομον, καὶ ἕτοιμός ἐστιν ἀποστῆναι τοῦ γάμου, τοῦτο καὶ τῆς γυναικὸς βουλομένης· καὶ ἐζήτει ἀφιστάμενος δεχθῆναι. πρὸς ταῦτα οὖν ἔφη ὁ Θεόφιλος, ὡς ἂν ἐξετάσας εὑρήσεις, ὅτι ἐκ συμφώνου, ἀντὶ τοῦ ἐκ κοινῆς βουλῆς, ἀφίστανται τοῦ γάμου, καὶ οὐκ ἀπατῶσι, δεκαετίαν συνοικήσαντες ἀλλήλοις, δυσχερὲς ἴσως ἂν λογίζοιτο αὐτοῖς ἡ διάζευξις, καὶ μήποτε ἀπατῶσιν. εἰ σκοπεῖς, ἀντὶ τοῦ εἰ κρίνεις μετὰ τῶν κατηχουμένων αὐτοὺς ἵστασθαι τέως, ἤγουν πρὸς τὸ παρὸν, οὕτως αὐτὸν οἰκονόμησον. εἰ δὲ νοεῖς, φησιν, ὅτι κατὰ ἀπάτην λέγουσι ταῦτα, καὶ ὅτι ἔτι δέονται στύψεως, ἤτοι αὐστηροτέρων ἐπιτιμίων, ποίησον ὅπερ ἂν ὁ Θεὸς ὑποβάλῃ σοι, ἀντὶ τοῦ ἐνηχήσῃ

BALS. Maximus quidam, ut illicito matrimonio E mulieri conjunctus segregatus fuerat, & a congregatione cum fidelibus prohibebatur. Is vero dicebat se per ignorantiam fecisse contra leges, & paratum esse ab hoc matrimonio recedere, muliere etiam volente: & petebat, ut ab ea abscedens admitteretur. Ad hæc ergo dicit Theophilus, quod si inquirens inveneris eos ex consensu, hoc est, communi consilio, a matrimonio absistere, & non fallere, cum decem annis simul cohabitarint, difficilis forsan iis existimari posset a se invicem disjunctio, & ne fallant: Si consideras, hoc est, si judicas eos stare debere cum Catechumenis, nunc, id est, in præsentia, sic eos dispensa. Quod si intellexeris, inquit, quod per fraudem hæc dicunt, & quod adhuc acerbitate indigent, seu acerbioribus pœnis; fac quod Deus tibi suggesserit, hoc est, tuæ menti inspira-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

τῷ λογισμῷ σου, ὅπερ ὁ Θεὸς ἐνθυμήσει σε, πανταχοῦ πρὸς τὸ ἐπέχον ὁδηγούμενος, ἤτοι πρὸς τὸ ἐπικρατοῦν ἢ τὸ κατεπεῖγον.

A verit, quod in animum immiserit Deus; semper id quod est in usu & quod vires obtinet sequens, id est, quod magis est ratum ac validum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΜΗΝΑ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Νόμιμον πρᾶγμα πεποιήκασιν οἱ πρεσβύτεροι ἐν Γεμίνῳ τῇ κώμῃ, εἰ ἀληθεύει ἡ κομίζουσα τὸ γράμμα Εὐσταθοῦς. φάσκει γὰρ, ὅτι Κυράδιον ἀδικοῦσαν καὶ μὴ βουλομένην ἀναστεῖλαι τὴν ἀδικίαν, ἐχώρισαν τῆς συνάξεως. ἐπειδὴ τοίνυν εὗρον, ὡς τὸ ἑαυτῆς κακὸν θεραπεύουσα βούλεται συναχθῆναι, θέλησον παρασκευάσαι αὐτὴν ἀποθέσθαι πρῶτον B τὴν ἀδικίαν, καὶ πεῖσαι μετανοῆσαι, ἵν᾽ οὕτως εἰ συνίδῃς ὅτι νόμῳ Θεοῦ προσέρχεται τῆς συνάξεως ὀρεγομένη, ἐπιτρέψῃς αὐτὴν μετὰ τῶν λαῶν συνάγεσθαι.

ΒΑΛΣ. Γυναῖκά τινα Κυράδιον λεγομένην καὶ ἀδικοῦσαν οἱ ἐν Γεμίνῳ πρεσβύτεροι ἀφώρισαν τῆς ἐκκλησίας, μὴ ἀπεχομένην τῆς ἀδικίας. ἡ δὲ, διὰ τὸν ἀφορισμὸν, ὑπισχνεῖτο θεραπεῦσαι τὴν ἀδικίαν, καὶ ἤθελε δεχθῆναι. γράφει οὖν ὁ Θεόφιλος πρὸς τὸν τῆς χώρας ἐπίσκοπον, ὅτι παρασκεύασον αὐτὴν ἀποθέσθαι πρῶτον τὴν ἀδικίαν, ἤγουν ἀποδοῦναι ἃ ἀδίκως ἐκτήσατο, καὶ μετανοῆσαι, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ τῆς ἀδικίας μεταμεληθῆναι, καὶ δεηθῆναι C τοῦ Θεοῦ ἀφεθῆναι αὐτῇ τὸ ἁμάρτημα. καὶ ταῦτα ποιησάσης αὐτῆς, εἰ συνίδῃς, τουτέστι, γνῷς ὅτι νόμῳ Θεοῦ προσέρχεται, ἤγουν συνειδήσει ἀγαθῇ μὴ ἀνεχομένη κεχωρίσθαι τῆς τῶν πιστῶν συνάξεως, διὰ τὸν Θεὸν καὶ μὴ δι᾽ αἰσχύνην ἀνθρώπων, τότε ἐπίτρεψον αὐτῇ τὴν μετὰ τῶν πιστῶν λαῶν σύναξιν καὶ σύστασιν ἐν τοῖς ὕμνοις.

EJUSDEM
MENÆ EPISCOPO.

Rem justam fecerunt Presbyteri in Gemino pago, si verum dicit, quæ defert litteras Eustathii. Dicit enim, quod Cyradium facientem injuriam, nec ab eo desistere volentem, a communione separaverunt. Quia ergo inveni, quod suo malo curam adhibens vult communicare; fac ea ita se comparet, ut injuriam primum deponat, & pœnitentiam agere in animum inducat, ut si sic intellexeris, quod accedit, communionem desiderans, permittas ei ut cum populis communicet.

BALS. Mulierem quamdam, quæ Cyradium appellabatur, & injuriam ante faciebat, qui erant in Gemino Presbyteri ab Ecclesia separaverant, cum ab injuria non abstineret. Illa vero propter segregationem pollicebatur se injuriæ remedium allaturam, & ad communionem admitti volebat. Scribit ergo Theophilus ad Episcopum regionis: Fac ut ea primum deponat injuriam, hoc est, reddat ea quæ injuste acquisivit, & pœnitentiam agat, id est, se injuriam fecisse ægre ferat, & Deum oret ut sibi peccata condonentur. Et cum hæc fecerit, si intellexeris, hoc est, si cognoveris, quod lege Dei accedit, seu bona conscientia, quæ non fert se a fidelium communione esse separatam, propter Deum, & non propter hominum pudorem; tunc ei permittes cum fidelibus populis communicare & in hymnis consistere.



Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.

THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI
EPISTOLA SYNODICA*
AD EPISCOPOS PALÆSTINOS ET AD CYPRIOS.
De Origenianæ hæreſeos damnatione.

Interprete S. Hieronymo.

Nuntiat, convocatos in Alexandrina ſynodo epiſcopos contra quoſdam Nitriæ monachos impie furentes pro Origenis hæreſi: cujus errores præcipuos ſingillatim enumerans, damnatos a patribus fuiſſe uno ore ſignificat. Tum dolet factioſos homines ſibi vim feciſſe, ut Iſidorum presbyterum hæreticæ impietatis ducem, aliorumque criminum reum epiſcoporum judicio eriperent. Denique exſecratus iterum Origenis doctrinam, cunctis eccleſiis ſub anathematis nota auctor eſt, eam ejuſque aſſeclas ne recipiant.

[1] Hæc epiſtola uniformis

Ad Palæstinos, & Cyprios epiſcopos miſſa eſt.

Utriuſque principia tulimus.

Ad Palæstinos.

Dominis dilectiſſimis fratribus, & coepiſcopis.

[2] EULOGIO. [3] JOANNI. [4] ZEBIANO
AUXENTIO. [5] DIONYSIO. GENNADIO
ZENONI. THEUDOSIO. [6] DICTERIO
[7] PORPHYRIO. SATURNINO. [8] ALANI
PAULLO. [9] AMMONIO. HELIANO
Alteri PAULLO. EUSEBIO.

Et omnibus qui in Æliæ [10] Encæniis congregati ſunt, catholicis epiſcopis

Theophilus in Domino ſalutem.

Dicit ad Cyprios.

Dominis dilectiſſimis, & fratribus, & coepiſcopis,

[11] EPIPHANIO. MARCIANO. AGAPETO
BOETHIO. HELPIDIO. EUTASIO
NORBANO. MACEDONIO. ARISTONI
ZENONI. ASIATICO. HERACLIDI
Alteri ZENONI. KIRIACO
APHRODITO.

Theophilus in Domino ſalutem.

I. ARbitror quod ante noſtras litteras velox ad A vos fama pertulerit, quoſdam in monaſteriis Nitriæ [12] Origenis hæreſim ſerere, & monachorum puriſſimum cœtum potione turbida propinare.

* Scripta anno 400. menſe Septembri. Vallars.

1. Sic in ipſo archetypo Ambroſiano inſcribitur, ex quo religioſiſſime omnia repræſentamus. Id.

2. Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus, & jam inde a Nicæno concilio totius Palæſtinæ metropolita, atque adeo Joanni Hieroſolymorum præpoſitus ad hæc uſque tempora: nam aliter tulerunt ſequiora. Vid. Synodi Dioſpolitanæ fragmentum apud Auguſtinum lib. I. cap. 5. contra Julianum; eſt enim hic idem Eulogius, qui Pelagium in judicium accerſivit. Id.

3. Hieroſolymorum epiſcopus longe notiſſimus in hac ipſa Origeniana cauſſa, & præcipue Hieronymi contra eum ſcriptis. Id.

4. Aliter *Zebinnus*, & *Zebenus* ſcribitur; tum apud S. Auguſtinum libro citato contra Julianum cap. 5. num. 19. *Zoboenus*, & in Vaticanis ejus operis mſs. *Zoboemius*. Erat Eleutheropolis epiſcopus, cui tradit Sozomenus veneranda ſanctorum prophetarum Habacuc, & Micheæ lipſana divinitus revelata. Id.

5. Liddenſem ſive Dioſpolitanum epiſcopum fuiſſe, ex ejus epiſtola ſive reſponſo quod infra adnectimus huic ipſi ſynodicæ, ſemel ac primum intelligimus. Id.

6. Sic equidem ex ſemeſis mſ. litteris nomen expreſſimus: at non immerito ſuſpicamur *Eleutherium* ſubſtitui debere pro *Dicterio* iſto, aut *Decterio*, quod nomen facile corruperit Latinus amanuenſis. Erat enim Eleutherius per id temporis Hierichuntinus epiſcopus, cujus in Luciani presbyteri epiſtola de revelatione S. Stephani martyris mentio eſt. Id.

7. Videtur Gazenſis ille clariſſimus, qui *Marnam templo lugere incluſum*, ut Hieronymi verbis utamur, coegit. Duos tamen Porphyrios epiſcopos qui ſimul Palæſtinæ ſynodo interfuerunt, memorat Auguſtinus lib. citato contra Julianum; nec ſatis proinde conſtat, quinam e duobus iſte dicendus ſit. Id.

8. Archetypi ſcripturam expreſſimus; ſed fortaſſe *ALANO*, ſive aliud huic ſimile nomen epiſcopi, ſcribendum eſt. Id.


9. Idem forte, qui *Ammonianus* apud S. Auguſtinum lib. contra Julianum appellatur; nam & mſs. Vaticani B ejus operis *Ammonium* vocant.

10. Encæniorum, ſive Dedicationis Hieroſolymitani templi dies primus erat XIV. Septembris, quod a Nicephoro lib. 8. Hiſtor. cap. 10. proditum eſt. Id.

11. Salaminæ Cypri epiſcopus ſanctitate & ſcriptis etiam contra Origenis errores, nulli non cognitus. Cetera nomina tantum ad rectam ſcripturam ſubinde reducta ſunt: neque enim quas etiam obtinerent eccleſias, indicare æque fuit expeditum. Id.

12. Antiquarius ad libri oram *Origenis libros, vel ſcri-*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



Quamobrem compulsi sumus ad ipsa loca [1] pertimescentes sanctorum precibus, & maxime patrum & presbyterorum qui præsunt monasteriis, ne dum nos ire cessamus, ii qui prurientibus blandiuntur auribus, simplicium corda perverterent. [2] Quorum nobilitas in scelere est, & tam rabidus furor ad omne facinus quod imperitia superbiaque suggesserit, ut præcipites ruant, nec intelligant mensuram suam, sed apud semet ipsos sapientes, qui fons erroris est, maximos [3] putantes se quod non sunt. Denique in [4] tantam prorumpentes dementiam, ut in se verterent manus, & propria ferro membra truncarent; putantes stultæ cogitationis arbitrio, hinc religiosos & humiles se probari, si mutilata fronte & sectis auribus incederent. E quibus & unus linguæ partem [5] modicus amputavit, ut ignorantibus quoque ostenderet, quam timide Dei jura [6] servaret, & ex ipsa debilitate præpediti monstraret eloquii, quanto furore pectoris æstuaret. Quos quia reperi cum quibusdam peregrinis qui in Ægypto parumper [7] habitant, ad vestram provinciam transmigrasse, & homines pauperes, gratia & pecuniis inescatos, qui debuerant manu & labore victum quærere, ut impleatur in eis quod scriptum est, [a] *In circuitu impii* [8] *ambulabunt*, velle in similitudinem Judæorum prius igne consumi, quam Origenis videre scripta damnari: quodammodo proclamantes, [b] *Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protegamur*: ne forte & in illis partibus plebis & Monachorum turbent animos, & qui debuerant pro scelere correpti agere pœnitentiam, [9] nitantur contra nos, & mendaciorum cuniculis subvertant veritatem; justissimum duxi scribere Sanctitati vestræ, & breviter nuntiare, quod e vicino episcopis congregatis qui [10] prope implerent numerum Synodi, perrexerim Nitriam: & coram multis patribus qui de tota pæne Ægypto convolaverunt, lecti sunt libri Origenis in quibus impio labore sudavit, & consensu omnium condemnati.

II. Nam cum legeretur volumen περὶ Ἀρχῶν,
A quem nos *de Principiis* possumus dicere, in quibus scriptum est quod Filius nobis comparatus, sit veritas; Patri conlatus, mendacium: Et rursum, Quantum differt Paullus & Petrus a Salvatore, tanto Salvator minor est Patre: Et iterum, Christi regnum finietur aliquando, & [11] diabolus cunctis peccatorum sordibus liberatus, æquo honore decorabitur, & cum Christo subjicietur: Et in alio libro, qui [12] *de Oratione* inscribitur: Non debemus orare Filium, sed solum Patrem, nec Patrem cum Filio; obturavimus aures nostras, & tam Origenem quam discipulos ejus consona voce damnavimus, ne [c] modicum fermentum totam massam corrumperet. Quid loquar de resurrectione mortuo-
B rum, in qua perspicue blasphemat, & dicit, quod post multos sæculorum recursus corpora nostra paullatim redigantur in nihilum, & in auram tenuem dissolvantur; ac ne parvum hoc putaremus, adjecit: Resurgens corpus non solum corruptibile, sed mortale erit. Ut scilicet Dominus atque Salvator frustra destruxerit zabulum qui mortis habebat imperium; siquidem & post resurrectionem corruptio & mortalitas in nihilum resolutis corporibus dominatur humanis. De Angelis quoque temeraria aliqua confinxit, ut cuncta in cælo ministeria servitutis Dei non sint in cælo creata, [13] sed diversis lapsibus & ruinis varia officiorum sortiti sint nomina; caussasque veteres præcessisse, quibus creverint
C vel decreverint. Et inter hæc quasi doloris impatiens, clamante populo, [d] *Quæ sursum est Hierusalem, libera est*, nihil in ea purum, nihil a vitiis liberum & perpetua securum virtute contendit. Non stetit hæc tenus profana de Angelis disputatio, sed proficiens in scelere: Sicut dæmones, inquit, nidore hostiarum, assidentes aris gentilium, pascebantur, ita & Angeli sanguine victimarum quas spiritualium typus immolat Israel, fumo thymiamatis delectati, versabantur prope altaria, & hujuscemodi alebantur cibis. Quis non putet eum nihil ultra invenire potuisse, in quod mens vesana corrueret? Præscientiam quoque futurorum quæ so-
D li Domino nota est, stellarum motibus tribuit, ut

[a] Psal. XI. 19. [b] Isa. XXVIII. 19. juxta LXX. [c] I. Cor. V. 6. & Gal. V. 9. [d] Gal. IV. 26.

pta. Nempe cum in apographo pridem esset cum præpositione *in hæresim*, quod librarii est mendum, ille explicare conatus est, ac si diceret, *in hæresim adstruendam*. Porro qui Nitriam montem incolebant, Monachos, quique etiam ex Sceti regiuncula Scetini dicti sunt, primos Origenismi veneno fuisse imbutos notum ex Niceta Thesaur. Orthodox. fidei l. 4. Hæres. 31. e quibus præcipuos Dioscorum, Ammonium, Eusebium, Euthymium, germanos fratres, heic sub quorumdam nomine a Theophilo innui, non dubium est. VALLARS.

1. Iterum marginali antiqua nota additur, *transire vel pergere*. Sed forte *compulimus* legendum est pro *compulsi sumus*, aut certe illud *pertimescentes* loco movendum est, ac voci *monasteriis* postponendum, quo sensus perspicuus sit. IDEM.

2. Haud aliter Hieronymus ipse contra Helvidium non longe a fine: *Nobilis es factus in scelere*. Et contra Ruffin. Apolog l. c. 1. *ignotus prius temeritate factus es nobilis*. ID.

3. Malim *putent se*. Sed hujusmodi paragrammata, quæ scribarum vitio irrepsisse non dubium est, sicubi religiose a nobis repræsentantur, ipse per se Lector nullo negotio emendabit. ID.

4. Ms. *tanta . . . dementia*. ID.

5. Lege *mordicus*, quod est *dentibus amputavit*. Heic vero proprie Ammonium suggillat, qui ne episcopus fieret, aurem truncavit sibi; & cum nihilominus pro episcopo invitus postularetur, linguam sibi dentibus amputaturum fore, minatus est. ID.

6. Ms. *servarent . . . monstrarent*. ID.

7. Pro *habitant*, facile rescribendum est *habitaverant*. IDEM.

8. Vitiose erat in apographo *ambulabant*, quod emendare non dubitavimus ex Græco περιπατήσουσι, quod est veterum Interpretum, & Chrysostomus notat, immo ipse etiam Hieronymus latine vertit. Tum alteram *&* particulam quæ sensum turbabat, expunximus. ID.

9. In ms. erat *utantur* sæpe obvio lapsu, pro *nitantur*. IDEM.

10. Ex ms. notis haud facile constituitur *proprie* ne sit legendum, an *prope*. Utcumque sit, ante actis pleniorem fuisse hanc synodum notat, & quæ proprie numerum episcoporum impleret; nam, quod Sulpitius Severus narrat Dialog. I. num. 3. *Alexandriæ fœda inter episcopos atque monachos certamina gerebantur, ex ea occasione, quia congregati in unum SÆPIUS sacerdotes, FREQUENTIBUS decrevisse synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret*
E *aut haberet*. E contra hanc unam, proprie synodum, memorat Prosper in Chronico imperiali ad annum Honorii septimum, post Theodosium magnum imperantis. *Contentio ex doctrina Origenis synodum apud Alexandriam movit, cujus exstitit sententia, ut extra ecclesiam fieret, quicumque supradicti viri opera probavisset*. Paullo post *perrexerim* maluimus in textu pro eo quod in ms. videtur esse *perrexerint*. ID.

11. Compendiaria scriptione erat in ms. *abls*, ex qua *diabolus* omnino excudendum est. Sæpe autem Hieronymus, Theophilus, Epiphanius hunc de diaboli resipiscentia errorem Origeni exprobrant; quod adductis testimoniis explicare non oportet. ID.

12. Mendose erat in archetypo uno verbo *decoratione*, tum *scribitur*. Notissimus porro est περὶ εὐχῆς Adamantii liber ad Ambrosium & Tatianam. Accusationem vero istam *Non esse orandum Filium, neque cum Filio Patrem*, alibi urget Theophil. Pasch. 1. ex eoque Hieronymus, & Augustinus ad Quodvultdeum Hæres. 43.

13. Ms. *&* *div*.

ex earum cursu & varietate formarum, dæmones futura cognoscant, & vel agant aliqua vel ab his agenda demandent. Ex quo perspicuum est, eum idololatriam & astrologiam, & varias ethnicorum [1] fraudolentæ divinationis præstigias adprobare.


III. Hæc & hujuscemodi sub nomine monachorum quidam sentientes, & docentes in monasteriis versabantur. Cumque indigne ferrent, auctorem tanti mali cum suo errore damnari, quosdam inopes & servos spe gulæ solicitatos suo junxere comitatui, & facto cuneo, sedenti in Alexandria vim facere conati sunt; volentes caussam Isidori, quem nos propter verecundiam, & ecclesiæ disciplinam episcoporum judicio servabamus proferre in medium, & auribus ethnicorum [2] dictu pudenda ingerere, ut seditio & turbæ contra ecclesiam miscerentur; quorum consilia destruxit Deus, sicut Achitophel [a]. Omnis autem conatus eorum hic erat, ut sub nomine Isidori, hæresim defenderent; qui multis episcopis propter varias caussas a communione sanctorum fuerat separatus. Interim mulier & filius ejus adolescens ab his producitur in medium, & in loco urbis celeberrimo, [3] quem ni fallor genium vocant, collocantur. Clamitant quidquid in nostram invidiam esse credebant, gentilium contra nos populos concitantes, ea quæ aures infidelium libenter audirent. Inter quæ & destructionis Serapii, & aliorum idolorum, [4] eos qui in fugam admonentes, vociferantur. Non sic in jura templorum in Nitriæ monasteriis. Hæc autem universa faciebant putantes sic turbas jungi infidelium, & Isidorum episcoporum judicio eripi; ne cum [5] matre audiretur & puero, & nobis invidiam concitarent, qui volebamus eum, præsentibus clericis & fideli populo in ecclesia patienter audiri, & servari in persona ejus cum omni timore Dei & mansuetudine ecclesiasticam regulam. Neque enim inimici ejus sumus, nec in aliqua re tam illum, quam paucos servos atque fugitivos qui ejus negotii socii sunt, læsimus; sed Dei timorem & normam rigoris evangelici familiaritati pristinæ & necessitudini [6] prætulimus. Qui cum accersitus esset ad quæstionem coram episcopis & omni clero negotium [7] dicere, & crebrius vocaretur ad caussam, cœpit subterfugere, & differre diem ex die: illa videlicet spe, ut multorum sermo narrabat, quod paullatim mulieris silentium redimeret. Et hoc faciens, sanctorum fratrum animos vulnerabat. Quis enim ambigit, fiduciam bonæ esse conscientiæ; fugam autem & dissimulationem, ut parcius loquar, & aperte proferam quod sentio, apud plerosque genus confessionis judicari? Præsertim cum grave ei mulier datis libellis crimen impingeret, & hoc per populos jactaretur, illum magnopere agere, ut quolibet potius genere, A quam episcoporum judicio res finem acciperet. Quæ mulier, ignorante me, amicorum ejus studio, & in albo viduarum descripta est, ut refrigeriis eleemosynæ dolorem vulneris solaretur. Quod postquam a quodam diacono didici, qui intrepidus nuntiabat, mulierem scriptam in viduarum numero, ut taceret, quod objecerat: illico per multos Isidoro indicem prodidi, & monui, ut episcoporum se judicio præpararet, muliere dumtaxat a ceterarum consortio separata, donec caussæ videremus eventum. Neque enim fas erat, eam ecclesiæ opibus sustentari, quæ tantum crimen aut dixisset temere aut tacuisset. Iste est signifer hæreticæ factionis. Hoc utuntur duce vel locupletissimo ii, quos in B exordio epistolæ descripsimus: qui possit præbere cibos, & peregrinationis eorum incommoda sustentare. Ubi furor & cædes necessariæ sunt, nullius alterius indigent auxilio; ubi expensæ & sumtus varii, nihil largitore accommodatius.

IV. Dolent contra me atque insaniunt, quare solitudines & habitacula monachorum in quibus sancta conversatio est, non permiserim impiis Origenis dogmatibus pollui. E quibus ut cetera prætermittam [8] in libris Resurrectionis quos scripsit ad Ambrosium, dialecticum morem imitans disputandi in quo sciscitatio est atque responsio, artis magicæ prædicator his verbis est: Ars magica non C mihi videtur alicujus rei subsistentis [9] vocabulum, sed etsi sit, nequaquam est operis mali, nec quod haberi possit contemtui. Quæ dicens, perspicue Domino contradicit, qui loquitur per Propheta; [b] *Sta nunc in incantationibus tuis, in multis veneficiis tuis, quæ didicisti ab adolescentia tua, si possint tibi prodesse. Laborasti in consiliis tuis: stent astrologi cæli, & salvum te faciant;* [10] *qui contemplati sunt sidera, nuntient tibi, quid super te futurum sit.* Præterea in libris περὶ Ἀρχῶν & hoc persuadere conatur, quod vivens Dei Sermo non assumserit corpus humanum, & contra Apostoli vadens sententiam [c] scripsit, Quod qui in forma Dei æqualis erat Deo, non fuerit Verbum Dei, sed D anima de cælesti regione descendens; & se de forma æternæ majestatis evacuans, humanum corpus assumserit. Quæ dicens Joanni apertissime contradicit scribenti, [d] *Et Verbum caro factum est*. Nec potest anima credi Salvatoris, & non Deus Verbum, & formam & æqualitatem paternæ majestatis habuisse. In alias quoque impietates furibundus exsultat, volens eum qui in consummatione sæculorum & in destructione peccati semel passus est, Dominum nostrum Jesum Christum pro dæmonibus quoque & spiritalibus nequitiis crucem aliquando passurum. Nec meminit Paulli scribentis, [e] *Impossibile est, eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt*

a II. Reg. xv. *b* Isa. xlvii, 12. 13. juxta lxx. *c* Philipp. II. 7. *d* Joan. I. 14. *e* Hebr. vi. 4-6.

1. Ms. *fraudolentiæ*. Vallars.
2. Ms. *dicta*. Id.
3. Hæc interpretem sapiunt magis quam auctorem; haud enim poterat de loci nomine Theophilus dubitanter loqui. Est autem, ut videtur, *Ξένιον*, *Xenion* locus, ubi hospites convenirent. Id.
4. Heic apud auctorem nostrum turbatus est sensus verbis *qui in fugam*, quorum loco scribendum facile videretur *qui in nos furerent*, vel *qui nos fugarent*, aut *eorumque fugæ*, scilicet *Idolorum*, aut tamdem, *nosque in fugam admoventes*. Ceterum legendum omnino videtur *Idoliorum* pro *Idolorum*; etenim ethnicæ superstitionis hostis acerrimus Theophilus fuit, ejusque *Idolia* sive templa passim subvertit, præcipue vero illud Serapidis Alexandriæ. Id.
5. Reposuimus, quod in archetypo erat, *matre*, pro quo antea, *muliere* legebamus. Vide Palladium in vita Chry- E sostomi cap. vi. p. 21. ubi corrupto nummis puero ejusque *matre*, Sodomitici criminis reum Isidorum iniquissime egisse Theophilus dicitur. Id.
6. Ms. *pertulimus*. Id. 7. Ms. *diceret*. Id.
8. Intellige *de Resurrectione dialogos duos*, quorum meminit Eusebius vi. 24. & a duobus aliis de eodem argumento libris optime distinguit Hieronymus in fragmento epist. nunc 33. ad Paullam. Bene vero est quod hinc discimus. Ambrosio, celeberrimo nempe *ἐργοδιώκτῃ* suo fuisse ab Origene inscriptos, jamdiu enim interciderunt. Mox in archetypo erat *suscitatus* pro *sciscitatio*, quod ex ingenio nos, cogente orationis sensu, fecimus. Id.
9. Ms. *vocabulo*. Id.
10. Vitiose erat in ms. *contemplatus es*, minori numero, tum plurium, *nuntient*. Utrumque exegimus ad sacrum textum, & præcipue Græcum *οἱ ὁρῶντες* &c. Id.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.



& donum cæleſte, & participes ſunt facti Spiritus ſancti, guſtaverunt nihilominus bonum Dei Verbum virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, renovari iterum ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimet ipſis filium Dei, & oſtentui habentes. Si hoc ſcire [1] voluiſſet, immo ſi non ea quæ ſcit, contemneret, numquam Apoſtolo contradicens, pro dæmonibus quoque diceret Chriſtum paſſurum, & eum præberet oſtentui: clauſa, quod legimus, aure pertranſiens, [a] *Chriſtus reſurgens a mortuis, ultra non moritur: mors ei nequaquam dominabitur. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autem vivit, vivit in Domino*. Hoc enim quod dicitur *ſemel* non ſecundum recipit, nec tertium: unde Apoſtolus ſciens eum ſemel crucifigi, tota ad Hebræos affirmat audacia; [b] *Hoc enim fecit ſemel ſe ipſum offerens*.

V. Ob hæc & alia plurima de quibus ſcribere epiſtolaris ſermo non patitur, condemnati ſunt & ejecti de eccleſia; [2] ſed fatuitati juncta ſuperbia, epiſcoporum judiciis contradicunt, cohæreticum ſuum nitentes ſeditione defendere, & per alienas provincias ſuberrantes, damnati damnatum habent ducem, & hujus operis eriguntur. Obſecro itaque vos, fratres cariſſimi, ut ſi [3] iſtuc veniunt, præceptis evangelicis eos ad lacrymas provocetis. Voti noſtri eſſe, & illos & alios errores corrigere pœnitentia;
C & digne ſuo nomine converſantes, [4] ut qui vocantur monachi, ſi tamen hoc eſſe cupiunt quod dicuntur, ſilentium diligant & fidem catholicam, quibus nihil omnino eſt præferendum. Sed ut audio, imitantes zabulum, huc illucque diſcurrunt, & quærunt quos ſuis impietatibus devorent. Putant enim inſaniam, fidem; audaciam, fortitudinem; & idcirco erecti in ſuperbiam, eccleſiaſticæ prædicationi Origenis doctrinam quæ idololatriæ mixta eſt, præferunt. Sicubi ergo fratres, & plebem quæ vobis credita eſt, turbare tentaverint, cuſtodite gregem Domini, & inſanos impetus eorum reprimite. Nihil eis nocuimus, nihil [5] tulimus: una cauſſa in nos odiorum eſt, quod uſque ad mortem parati ſumus fidem defendere.

VI. Cetera prætermitto, quomodo nobis necem inferre tentaverint, & quibus inſidiis id machinati ſunt, quando & eccleſiam quæ eſt in monaſterio Nitriæ, poſtquam damnati ſunt, occupaverunt; ut & nos, & plurimi nobiſcum epiſcopi ac monachorum patres, & vita & ætate venerabiles ingreſſu ejus prohiberentur, conductis libertinis & ſervis, qui propter gulam & ventrem ad omne facinus armati ſunt. Cumque opportuniora eccleſiæ [6] quaſi in obſidione urbis, tenerent loca, palmarum ramis fuſtes & bacillos protegebant, ut ſub pacis inſignibus paratos ad cædem animos diſſimularent. Et ut firmior eſſet factio & promtior cuneus ad audaciam, multis ingenuorum pecunias diviſere, qui accepe-
A runt, non ut ſceleri conſentirent, ſed ut nobis [7] providerent conatus eorum, & paratas inſidias panderent ad cavendum. Quod cum cerneret innumerabilis frequentia monachorum, cœperunt omnes vociferari & paucorum furorem conſono clamore terrere, ut ſaltem metu Collectam fieri ſinerent, & eccleſiæ jura ſervari. Et niſi gratia Dei multitudinis impetum refrenaſſet, [8] eveniſſet aliquid, quod ſolet in ſeditionibus fieri; in tantum enim nefarii homines temeritatem immo inſaniam præruperant, ut ſanctæ quoque converſationis monachi & ſemper manſuetiſſimi, eorum furorem ſuſtinere non poſſent. Quæ nos omnia [9] Dei auribus patienter & humiliter tulimus, providentes ſaluti eorum qui
B contra nos hoſtiliter pugnabant: ita dumtaxat, ut eccleſiaſticas regulas & fidem rectam nullius amicitiis donaremus: quod potens eſt Dominus & nobis & omnibus ſervis ſuis in commune concedere, ut neceſſitudini hominum præferamus fidei unitatem. Simulque & vos petimus, ut ſinguli cum populis qui vobis crediti ſunt, oretis attentius, & Deum miſericordiam deprecemini, quo poſſimus hæreticorum inſidiis reſiſtentes, habere pacem cum his qui ſemper pro veritate pugnaverunt, omneſque ſimul coronam juſtitiæ præſtolemur. Fratres qui vobiſcum ſunt, [10] plebs quæ mecum eſt, in Domino ſalutat.

Responsum *

HIEROSOLYMITANÆ SYNODI

Ad ſuperiorem Theophili.

S. Hieronymo, ut videtur, interprete.

Reſpondent ſynodi Patres, immunem ab Origeniana quam ſubinde exſecrantur hæreſi, eſſe Palæſtinam; tamen quæcumque Theophilus in ſuperiori Synodica damnaverat, dogmata & perſonas damnare ſe profitentur.

Domno & honorabiliſſimo Epiſcopo Theophilo
D Eulogius, Joannes & ceteri epiſcopi, qui Hieroſolymis in ſancta Encæniorum die reperti ſunt.

Noſti, Domine, cuncta laudabiliter [11] peragi & ante noſtras litteras, quod omnis propemodum Palæſtina gratia Chriſti ab hæreticorum aliena ſit ſcandalo, præter paucos, qui Apollinaris erroribus adquieſcentes, noxia præceptoris ſui ſcripta meditantur. Atque utinam, [12] ſanctorum orationibus, non nos inquietarent Judaici ſerpentes, & Samaritanorum incredibilis ſtultitia, atque gentilium apertiſſimæ impietates, quorum turba quam plurima & ad veritatem prædicationis omnino auribus obturantes in ſimilitudinem luporum gregem
E Chriſti circuientes, non parvas [13] nobis excubias &

a Rom. VI. 9. 10. *b* Hebr. VII. 27.

1. Ms. *voluiſti*. Mox *contemnet* .... *dicet* ... *præbet*. Vallars.
2. Mſ. *& fat*. 3. Mſ. *illuc*.
4. Supple *eſſe*, aut verius leg. *converſari*, & vid. Paſch. II. num. 22. ſub finem, ubi eadem eſt ſententia de Monachis. Id.
5. Suppleri locum jubemus, ac legi *nihil injuriæ intulimus*. Conjecturas noſtras ipſe confirmat Theophilus in Paſchali altera num. 23. *Nihil eis intulimus injuriæ, nihil nocuimus* &c. Id.
6. Sic ex ingenio locum emendamus, legendumque omnino conſtituimus, *quaſi* pro *qui*, & *tenerent* pro *tenerentur*, quæ duo erant in archetypo librarii ſphalmata, quæ ſenſum evertebant. Id.
7. Malim ſcribi *proderent*, concinniori ſenſu. Id.
8. Mendoſe erat in mſ. duobus verbis *& veniſſet*. Id.
9. Facile ſcripſerat Hieron. *ſurdis auribus*, quemadmodum jubemus legi pro *Dei auribus*, quod mendum eſt antiquarii, tametſi in textu non immutamus. Id.
10. Jam igitur ſoluto Epiſcoporum conventu, poſt aliquod tempus epiſtola data eſt. Id.
* Scriptum paucis diebus poſt ſuperiorem ſynodicam. Idem.
11. In mſ. erat *pati*, quod compendiariæ ſcriptionis vitium arbitrati ſumus. Id.
12. Facile in Græco fuerit, *εἴθε, διὰ τῶν εὐχῶν ἁγίων utinam, ob ſanctorum preces*, ſenſu magis perſpicuo. Id.
13. Mſ. *vobis*. Id.

laborem incutiunt, dum volumus oves Domini cu- A stodire ne ab his dilacerentur. Et quia scripsit nobis sanctitas tua, repertos quosdam in Ægypto, qui [1] ex Origenis dogmatibus pestifera quædam velint introducere in ecclesiis, & simplicium corda decipere: ideo necessarium duximus significare sanctitudini tuæ, quod istiusmodi prædicatio a nostris auribus aliena sit. Neque enim audivimus umquam docentes, quod Christi regnum aliquando sit terminandum. Absit hoc a fidelium auribus, Gabriel Angelo loquente ad Mariam de eo qui nasciturus est Christus, atque dicente, [a] *Regnabit super domum Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis*. Neque, quod zabulus cunctis peccatorum vitiis liberatus dignitatem obtineat, quam habuit ante quam caderet, ita ut & ipse & Christus sub unum Dei Patris redigantur imperium. Qui enim ita credunt, ituri sunt in tenebras, quæ præparatæ sunt diabolo & angelis ejus. Quod si qui sunt, qui in suis tractatibus tradiderunt, quod Filius nobis [2] comparatus, sit veritas; Patri conlatus, mendacium: & quod est, inquiunt, Petrus & Paullus [3] ad Salvatorem, hoc est Unigenitus Filius, & Dei Verbum, comparatus Patri: & ut breviter nostram sententiam declaremus (neque necesse est eadem rursus tractare) quicumque hæc prædicat, quæ beatitudo tua damnanda significat, & quæ discordant ab ea fide quam pio sensu patres nostri in urbe Nicæna scripserunt, & ipsi & dogmata eorum sint Ecclesiæ anathema cum Apollinare; qui contra sanctas scripturas vadens, imperfectum hominem dicit a Domino Jesu Christo nostro esse susceptum, & non [4] plenam assumtionem ejus & animæ & corporis salutem datam. Nos enim insistentes Patrum vestigiis, & scripturarum vocibus eruditi, docemus & prædicamus in ecclesiis & confitemur, Trinitatem increatam, æternam, unius esse in tribus subsistentiis, & in una deitate [5] adorantes. Si [6] quis autem tua reverentia, vel propter dogmatum pravitatem, vel propter alias caussas a communione sejungit, sicuti nobis indicare dignatus es, scias in nostris ecclesiis non recipiendos, donec tu pœnitentiæ eorum, si tamen voluerint damnare perversa, veniam dederis. Saluta omnes qui tecum sunt sacerdotales gradu.

EPISTOLA*

DIONYSII AD THEOPHILUM.

A S. HIERONYMO, ut videtur, Latine reddita.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
387.

Theophilum continuo laudat, quod ejus opera damnata sit hæresis Origeniana, quam ut persequi ad finem usque non desinat, vehementer hortatur.

Domno beatissimo THEOPHILO DIONYSIUS [7] Liddensis episcopus.

B I. Bonus Deus noster, [b] *qui in conciliis sanctorum glorificatur*, & amicos sibi ac prophetas singulis temporibus præparat, si ordinem nostræ generationis aspicias, [8] te, Domine frater beatissime, æmulatorem rectæ fidei suscitavit, [9] ut & superstitionem hæreticam de gentilium fonte manantem apostolico [10] rigore contereres, & humanum genus quod multis trahitur erroribus, ac dispersum gregem Christi ad suum Pastorem reduceres; qui tempore passionis idcirco pro cunctis dedit animam suam, ut nunc possimus credentes dicere, [c] *Vere Deus in nobis est*. Quis enim ita aut stultus aut impius est, ut non confiteatur, te maximum orbi dedisse munus, [11] deletis sceleratissimis [12] blasphemis C Origenis discipulis, ne ecclesia Christi ab his polluatur, quorum cancer & insanabilis lepra sic multorum corda pervasit, ut & qui simulant pœnitentiam, hæresi jungant perjurium; & nos quos tacere cogunt, odire non desinant.

II. *Confortare igitur & viriliter age* [d], Dei famule, & usque in finem Origenis figmenta persequere, ne simplicium mentes sub umbra [13] sapientiæ blandis ejus capiantur illecebris, & fiat in corpore Christi scissuræ divisio. Omnes enim qui sapiunt quæ sursum sunt, te patrem, & spem, & coronam fidei alacres profitentur, quod Arii magistrum, & discipulum ejus Evangelico mucrone con- D foderis. Fratres cellulæ meæ oppido te salutant, & fratres qui tecum sunt.

a Luc. I. 33. *b* Psalm. LXXXVIII. 8. *c* 1. Cor. XIV. 25. *d* 1. Paral. XXII. 13.

1. Mſ. & *Orig.* VALLARS.

2. Vitiose, ut pleraque alia, erat in Ambrosiano libro, *nobis sit comparatus veritate*: quod emendavimus, ut in superiori Synodica num. 3. ex his Augustini de Hæresibus ad Quodvultdeum, *Dixit præterea Origenes, quod Filius Dei sanctis hominibus comparatus, sit veritas, Patri conlatus, mendacium*. Immo vero ex Guidone Perpiniano Carmelita sæculi decimi quarti in *Summa de Hæresibus*, ubi in *Origeniana* hunc ipsum locum exscribens emendatiori usus apographo, legit, *quod Filius nobis comparatus sit veritas: &c.* Quod boni scriptoris testimonium multi ea etiam de caussa faciendum est, quod hanc Palæstinorum antistitum decretalem de nomine appellet, eamque ante annos supra quadringentos noverit. ID.

3. Iterum ex Perpiniani Carmelitæ testimonio locum emaculavimus: in Ambrosiano enim archetypo vitiose erat *a Salvatore*. Verissime autem ille in suo legerat, *& quod est Petrus & Paullus ad Salvatorem, hoc est Unigenitus Filius, & Deus Verbum* (non *Dei Verbum*) *comparatus Patri*. ID.

4. Ut sensus constet, sitque perspicuus, *m* literam in fine vocum *plenam assumtionem*, dele, quam litteram sexto casui tam sæpe in mſs. veteri vitiosa pronuntiatione addi, ii facile norunt, qui veteres membranas aliquando consuluerunt. Nobis aliud exemplum suppeditat litteratus lapis domestici museoli nostri, qui ethnicam ex una parte, Christianam ex alia inscriptionem refert: & in antiquiori ethnica legitur:

SINE ALTERITRUM. ANIMI. LESIONEM. ID.

5. Lege sodes & meo periculo, *substantiæ*, pro eo quod reliquimus ex mſ. *adorantes*. Litterarum utramque vocem componentium similitudo, quam facilius pervidebis, si eas majusculo, ut vocant, charactere descripseris, & fortasse detritæ etiam in autographo priores litteræ, imperitum librarium omnino fefellerunt. Ceterum & sensus qui nequaquam aliter constabit, & ipsa vocula *unius*, quæ substantivum nomen ad quod referatur, non haberet, & E tandem ipsum *adorantes*, quod certum heic loci est vitium, emendationem nostram non tuentur modo, sed evincunt. ID.

6. Leg. *quos*. ID.

* Scripta eodem tempore quo superior. ID.

7. Alio nomine *Diospolitanus*. Lucianus de revelat. corpor. S. Stephani: *Ego renuntiavi*, inquit, *episcopo, cum esset in Lidda, quæ est Diospolis*. ID.

8. In archetypo erat & pro *te*, ut leviora vitia dissimulemus. ID.

9. Mſ. vitiosa metathesi *& ut*, & mox *reducens*, pro *reduceres*; quæ omnino imperitis librariis sunt imputanda. IDEM.

10. Malim equidem *vigore*. Id præteriit Vallarsium.

11. Erat *electis*, supino errore. Malim vero *ejectis*. ID.

12. Forte *blasphemi*. ID.

13. Litterarum compendio scriptum erat *ſiæ*. ID.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
387.

THEOPHILI
ALEXANDRINI EPISCOPI
EPISTOLÆ PASCHALES.
Præmittitur Prologus ejuſdem auctoris de ſancto Paſchate.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΘΕΙΟΝ ΝΟΜΟΝ
ΓΙΝΟΜΕΝΟΥ ΚΑΤ' ΕΝΙΑΥΤΟΝ ΑΓΙΟΥ, ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙΩΔΟΥΣ ΠΑΣΧΑ;
καὶ τῶν τούτου ζητημάτων συντομος μετὰ ἀποδείξεως ἀπόλυσις.

PROLOGUS
THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI
AD THEODOSIUM IMPERATOREM
DE SANCTO AC SALUTARI PASCHA,
Quod ſecundum legem divinam annis ſingulis facimus: & de ejus quæſtionibus brevis & cum dilucida expoſitione,

DISSERTIO.

ΤΟ μὲν ἅγιον καὶ μακάριον Πάσχα τοῦ Θεοῦ διαῤῥήδην ὑπογράφει ὁ νόμος, ὁμοῦ καὶ τὸν μῆνα δηλῶν καθ' ὃν δὴ τοῦτο ποιεῖν· καὶ τὴν ἡμέραν κελεύων διατηρεῖσθαι μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας· Θεοῦ γάρ ἐστιν [1] ἐν αὐτῷ φερομένη τῷ νόμῳ· φύλαξαι τὸν μῆνα τῶν νέων, καὶ ποιήσεις τὸ Πάσχα κυρίῳ τῷ Θεῷ σου τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ πρώτου μηνός. μῆνα δὲ νέον λέγει, ὃν καὶ πρῶτον καλεῖ, ἐν ᾧ τεθηλότες οἱ καρποὶ τὴν γενομένην τῶν παλαιῶν προσημαίνουσι κατάπαυσιν. ἐν δὲ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου ἐπιτηρεῖσθαι τὸ Πάσχα συνέταξεν, οὐκ ἄλλου τοῦτο χάριν, ἢ ἵνα κατὰ μίμησιν τοῦ τῆς σελήνης φωτὸς πλήρη τὸν ἴδιον κύκλον ἐχούσης, τὸν μὲν τῆς διανοίας φωστῆρα ἡμεῖς τέλειον ἔχοντες, ἐν σκότῳ ἁμαρτίας μὴ διατρίβωμεν· θάλλοντες δέ που παντοδαπέσιν ἀρεταῖς, καὶ τοῖς τούτων πετάλοις οἷα τερπνὰ φυτὰ σκεπόμενοι, ληΐων δίκην φαιδροὶ διαμείνωμεν. τεσσαρεσκαιδεκάτην δὲ τοῦ μηνὸς λέγει, οὐ κατὰ τὸν ἡλιακὸν κύκλον, ἀλλὰ κατὰ τὴν σελήνην· Ἑβραίων γὰρ παῖδες, οὐκ ἐκ τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου, ἀλλ' ἐκ τοῦ τῆς σελήνης κύκλου τὸν μῆνα ποιεῖν ἐπαιδεύθησαν· ἐπειδὴ καὶ ὁ μὴν κατὰ τὸ ὄνομα τῆς σελήνης λέγεται. μήνη γὰρ αὕτη ὀνομάζεται ἑλλάδι τῇ φωνῇ. Αἰγύπτιοι γοῦν πρῶτον διὰ τὸ τὸν τῆς σελήνης δρόμον ὀξύτατον εἶναι, καὶ ἐκ τούτου συμβαίνειν πλάνην τῶν ἡμερῶν παρά τισι γενέσθαι, ἐξ ἡλίου τὰς τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἐπενόησαν ψηφίζεσθαι, βραδύτερον τοῦ τῆς σελήνης κατὰ τὸν ἑαυτοῦ δρόμον κινουμένου, ὡς καὶ δυναμένου τοῦτον [2] ῥᾷον καταλαμβάνεσθαι.

Τούτων τοίνυν οὕτως ὄντων, πολλοὶ καὶ τὸν πρῶτον μῆνα τοῦ ἐνιαυτοῦ συντέλειαν ὄντα τῆς χειμερινῆς τροπῆς, ὡς πρῶτον δι' ὅλου τάττουσιν. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν ἀγνοοῦντες [3] ὁ τῆς ἐαρινῆς τροπῆς ἀρχομένης, ἥτις ἀπὸ τῆς πρὸ ιβ΄. καλανδῶν Ἀπριλλίου τυγχάνει· ὅ ἐστιν [4] φαμενὼθ κέ. Μαρτίου κά. (κατὰ δὲ Σύρους, Ἀντιοχέας, καὶ Μακεδόνας Μαρτίου κά. δύστρου μιᾷ καὶ εἰκάδι) κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον· ἣν ἐπιτηρεῖν προσήκει μάλιστα, μήπω ταύτης κατωτέρω πε-

A I. SAnctum quidem & beatum Paſcha apte Lex divina diſtinguit; ſimul & menſem ejus, in quo debeat fieri, ſignificans, & diem cum accuratione maxima obſervari jubens. Hæc enim Dei vox eſt, in eadem Lege propoſita: [a] *Obſerva menſem novorum;* & *facies paſcha Domino Deo tuo decimaquarta die menſis primi.* Menſem autem Novum dixit, quem & primum vocat, in quo adulti fructus * adventum ſuum prænuntiant, veterum ceſſationem. In decimaquarta autem die iſtius primi menſis obſervari Paſcha præcepit, non propter aliam cauſſam, niſi propter ſimilitudinem Lunæ, quæ tunc in fulgore plenum habet globum proprium; ut nos quoque perfectum ſplendorem fidei & ſenſus geren-
B tes, a peccati tenebris ſegregemur; & ut vegetati diverſarum varietate virtutum, earumque foliis, veluti amœnæ arboris adumbratione velati, tamquam lætæ atque fructiferæ ſegetes pullulemus. Decimumquartum autem diem menſis appellat, non ſecundum Solis curſum, ſed ſecundum Lunam. Hebræi enim non ex Solis curſu, ſed ex Lunæ cyclo menſem fieri debere dixerunt: quoniam & menſis ſecundum Lunam dicitur, nomenque Achiva lingua *Mene* vocatur. Ægyptii enim primi, propter Lunæ celeritatem, ex qua apud quoſdam dierum error naſci ſolebat, ex Solis curſu menſes ac dies ſupputandos facilius crediderunt; eo quod Sol tardius cælum quam Luna circumeat, atque ideo poſſit faci-
C lius comprehendi.

II. His igitur ita ſe habentibus, multi & primum menſem, & in eo Paſchæ decimumquartum diem neſciunt: quia frequenter ſecundum Hebræos, duodecimum anni menſem, hiberni temporis mutationi confinem atque contiguum, ut per omnia primum, ſtatuunt. Hoc autem faciunt, quia vernæ immutationis ignorant initium, quod duodecimum Kalendas Aprilis diem, juxta Solis curſum, ſemper incurrit: quod ante omnia obſervare nos

[a] Exod. XII. 13. Deut. XVI. 1.

1. Deeſt vox *φωνή*. 2. Forte *διά τοῦτο*.
3. Mutila ſunt heic Græca.
4. Quæ clauduntur parentheſi, omittit interpres.
* Vertendum erat *factam*.

πλανημένως τις, τὴν τεσσαρεσκαιδεκαταίαν κατὰ σελήνην τάξας διαμάρτῃ τοῦ Πάσχα· ὡς τοῦ πρώτου μηνὸς νομίζων εἶναι ταύτην· οὐ γὰρ ἐν τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ χειμερινῆς τροπῆς, ὡς προεῖπον, οὔσης ὁ τῶν νέων τάττεται μὴν, οὔπω τῶν καρπῶν τῶν νέων πεπονημένων, οὐδὲ δυναμένου δρεπάνου ἐν ἀμητῷ πέμπεσθαι. τοῦτο γὰρ μάλιστα σημεῖον τοῦ πρώτου μηνὸς ὁ θεῖος ἔταξε νόμος.

Ἀλλ᾽ ἐπεὶ συμβαίνει προφάσει τῆς τεσσαρεσκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην τοῦ αὐτοῦ πρώτου μηνὸς εἰς πλάνην ἐμπίπτοντάς τινας ἀπαντώσης αὐτῆς ἐν κυριακῇ, ἢ ἐν Σαββάτῳ, περιλύειν τὰς νηστείας, τρισκαιδεκάτης εὑρισκομένης τότε κατὰ σελήνην, ὡς ξένα τοῦ νόμου πράττειν· τοῦτο σκοπεῖν προσήκει, ὅτι περ εἰ συμβῇ τὴν αὐτὴν τεσσαρεσκαιδεκαταίαν τῆς σελήνης ἐν κυριακῇ εὑρίσκεσθαι, εἰς τὴν ἑξῆς ἑβδομάδα ἄμεινον ὑπερτίθεσθαι, δύο τούτων ἕνεκα. πρῶτον μὲν ἵνα μὴ τρισκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην, Σαββάτου τότε εὑρισκομένου, περιλύσωμεν τὰς νηστείας· ὅπερ οὐκ ἀκόλουθον, τοῦ νόμου τοῦτο μὴ προστάξαντος· ἀλλὰ καὶ τοῦ φωστῆρος τῆς σελήνης ἔτι περ ἀπλοῦς περὶ τὸν κύκλον τὸν ἑαυτοῦ ὄντος. ἔπειτα ἵνα μὴ καὶ κυριακῆς οὔσης, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην ὑπαρχούσης, ἀναγκασθῶμεν νηστεύειν, ἀπρεπὲς πρᾶγμα ποιοῦντες. Μανιχαίων γάρ ἐστιν ἴδιον πρᾶγμα τὸ τοιοῦτον. οὐκοῦν ἐπειδὴ οὐδὲ τῆς τεσσαρεσκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην ἐν κυριακῇ εὑρισκομένης νηστεύειν δεῖ, οὔτε ἀκόλουθον ἐν Σαββάτῳ τρισκαιδεκάτης ἀπαντώσης περιλύειν τὰς νηστείας, ἀναγκαία ἡ ὑπέρθεσις εἰς τὴν ἑξῆς ἑβδομάδα· ὡς ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηται· οὐ παραλύσεως γιγνομένης ἐν τῷ Πάσχα διὰ τῆς ὑπερθέσεως. ἀλλ᾽ ὥσπερ ὁ δέκατος ἀριθμὸς περιλαμβάνει τὸν ἐννέα, οὕτως ἡ τεσσαρεσκαιδεκαταία τῆς σελήνης ἐν κυριακῇ εὑρισκομένη, διὰ τὸ μὴ δεῖν ἐν ταύτῃ νηστεύειν, εἰς τὴν ἑξῆς ἑβδομάδα ὑπέρθεσις γίγνοιτο, οὐ τοῦ Πάσχα ἐλάττωσιν ποιοῦσα· τῶν ἓξ ἡμερῶν, περιλαμβανουσῶν καὶ τὰς ἄλλας.

Ἄλλως τε ἐπειδὴ ὁ σωτὴρ ἡμῶν τῇ μὲν τρισκαιδεκαταίᾳ παρεδόθη, τουτέστι τῇ πέμπτῃ τοῦ Σαββάτου· τῇ δὲ τεσσαρεσκαιδεκαταίᾳ ἐσταυρώθη, ἐν τριημέρῳ ἀναστὰς, τουτέστιν τῇ ἓξ καὶ δεκάτῃ κατὰ σελήνην, ἥτις ηὑρέθη τότε ἐν κυριακῇ, ὡς ἡ τῶν εὐαγγελίων ἔχει παρατήρησις· ἔχομεν παραμύθιον τοῦ καλῶς ποιεῖν τὸ Πάσχα κἂν ὑπέρθεσις γένηται, διὰ τὴν καταλαβοῦσαν ἀνάγκην. ἂν μὲν οὖν ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τοῦ ἁγίου Πάσχα ἔρχηται ἐν Σαββάτῳ, ἢ πρὸ τοῦ Σαββάτου ἐν ταῖς ἄλλαις τῆς ἑβδομάδος ἡμέραις, ἀφρόντως τοῦτο ποιεῖν προσήκει· ἐὰν δὲ ἐν κυριακῇ ἀπαντήσει ἡ τεσσαρεσκαιδεκαταία τῆς σελήνης τοῦ πρώτου μηνὸς, ὑπερθετέον πάντως εἰς τὴν ἑξῆς ἑβδομάδα. ἡ γὰρ κυριακὴ πρώτη ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος ἐστὶν, ὡς προείρηται.

A convenit, ne, si forte in hac ipsa mutatione inferius adhuc & longius constituta, per errorem quis decimamquartam computet Lunam, in Paschalis calculi ratione fallatur, quasi primi eam æstimans mensis. Neque enim in duodecimo mense, tempore adhuc hiemis exsistente, ut prius dixi, novorum fructuum ponitur mensis, nec dum fructibus novis maturescentibus: quandoquidem nec falces supponi messibus possunt, hoc enim maxime signum primi mensis Lex divina constituit.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

III. Sed quia accidere interdum solet, ut occasione decimæquartæ Lunæ primi mensis, nonnulli in errorem cadant, si decimaquarta ipsa Luna in B Dominicum diem veniat (quo facto necesse est jam jejunium solvi Sabbati die, quando decimatertia Luna invenitur, & incipimus Legi contraria facere) convenit hoc diligenter attendere; ut quoties decimaquarta Luna in Dominicum incurrit diem, in sequentem septimanam Paschalem diem potius differamus. Duplici hac caussa: Primum quidem, ne, decimatertia Luna inventa, in Sabbati die solvamus jejunium: quod consequens non est, quod nec ipsa Lex præcipit; maxime cum & lumen ipsius Lunæ imperfectum adhuc in proprio globo esse videatur. Deinde, ne, Dominica Luna decimaquarta exsistente, jejunare cogamur; indecentem rem illicitamque facientes: hoc enim Manichæorum recte C consuetudo possidet. Quoniam igitur decimaquarta Luna veniente in Dominicam diem, jejunare non debemus; neque consequens est, ut si in Sabbati die decimaquarta Luna veniat, solvamus jejunium: necessario asserimus hoc in septimanam sequentem debere differri, sicuti paullo superius dixi; non tamen ex hac dilatione, prævaricatione aliqua circa Paschalem circulum perpetrata. Quemadmodum enim decimus numerus complectitur nonum, sic & quoties decimaquarta Luna in Dominicam incurrerit diem, eo quod in ea jejunare non liceat, in proximam septimanam differri necesse est diem Paschæ: nulla enim ex hoc imminutio fieri Paschæ videtur, D quia sex sequentes dies complectuntur & reliquos.


IV. Aliter autem, quod & Salvator noster decimaquarta quidem est traditus Luna, hoc est quinta post Sabbatum; decimaquinta autem crucifixus, die tertio resurrexerit, hoc est, decimaseptima Luna, quæ tunc in Dominica die inventa est; sicut & ex Evangeliorum notatione comperimus. Habemus ergo solatium, quo recte facere Pascha possimus, etiamsi dilatio fuerit consecuta, propter incurrentem necessitatem: ut si decimaquarta primi Mensis Sabbato evenerit Luna, aut si ante Sabbatum in aliis septimanæ sequentis diebus acciderit, sine dubitatione Pascha celebremus. Si vero in Dominicum inciderit, omnimodo in septimanam se- E quentem, ut sæpius dictum est, conferamus; quia Dominica hebdomadis prima dies est, ut prius dixi.

V. His ergo demonstratis atque patefactis, hoc etiam considerandum est, quod & Lex frequenter caussa necessitatis eos, qui constrictione temporis quadam non potuerunt in primo mense Pascha celebrare, secundo idem facere præcipit. Melius est enim in necessitate positos superiora quam inferiora sectari: quoniam inferiora superioribus continentur; superiora autem ab inferiori numero non includuntur. Illud iterum, quod posuimus, declarantes, quoniam decimus numerus nonum intra se contineat, nonus autem decimum continere non possit. Quod si Lex ad secundum mensem transire nos præcipit, si non possimus sanctum Pascha primo mense celebrare propter quasdam necessitates; non intelligo, cur non, si decimaquarta Luna in Dominicum diem incurrerit, rationabiliter in septimanam sequentem dilationem Paschæ facere debeamus: manente & primo mense, & decimaquinta Luna, in qua Salvator crucifixus est; manente etiam & decimaseptima, quando post triduum resurrexit.

VI. Hac igitur mediocriter a nobis ordinatione disposita, uniuscujusque anni calculum, qui ad supputationem pertinet Paschæ, diligenter quoque posuimus: * a primo Consulatu religiosissimi Imperatoris Theodosii, centum usque annos adnectentes, simul ac manifestantes decimæquartæ Lunæ notitiam, & Dominici Paschalis diei.

* Is annus est vulgaris Christi 380.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



THEOPHILI
ALEXANDRINI EPISCOPI
EPISTOLA [1] PASCHALIS ANNI 401.
AD TOTIUS ÆGYPTI EPISCOPOS.

Interprete S. HIERONYMO,

Christi divinitas maxime contra Apollinarem adseritur: tum Origenis errores plerique sigillatim proponuntur ac refutantur: denique in proximos dilectio, ad celebrandum, ut par est, dominicum Pascha, præcipua virtus laudatur.

I. CHristum Jesum Dominum gloriæ, fratres cariſſimi, rurſum conſona voce laudemus, & alacriter adorantes, & prophetæ verba complentes, qui dicit: [a] *Cantate Domino hymnum novum*; quotquot fidei perducentis ad regna cælorum participes ſumus, ſanctæ ſolemnitatis ſuſcipiamus adventum, & [2] imminentia feſta totius nobiſcum orbis feſtivitate celebremus: clamante uno de ſapientibus: [b] *Veni, comede in lætitia panem tuum, & bibe in corde bono vinum tuum, quoniam complacuerunt Deo opera tua*. Qui enim bonorum operum ſunt, & lacte infantiæ derelicto, ſolidioris cibi alimenta ſuſcipiunt, divinos ſenſus altius intuentur; & ſaturati ſpirituali cibo, laudatorem & teſtem vitæ ſuæ habent Deum; & ad iſtiuſmodi convivas Eccleſiaſtes loquitur: [c] *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat*. Ut virtutum veſte circumdati, ſplendorem ſolis imitemur, & quotidiana lectione ſanctarum Scripturarum quiſque infundat oleum ſenſui ſuo, & paret mentis lucernam, quæ juxta præceptum Evangelii [d] *luceat omnibus qui in domo ſunt*.

II. Igitur convivas tales, & qui ſic paſſionis dominicæ feſta concelebrant, æmulantes, cum ſancto dicamus: [e] *Laudabo Dominum in vita mea, pſallam Deo meo quamdiu ſum*; feſtinemuſque ad Angelorum metropolim quæ libera eſt, & nulla malitiæ ſorde maculatur, in qua nec diſſenſiones ſunt, nec ruinæ, & de altero ad alterum tranſmigratio, omnique voluptate calcata & compreſſis luxuriæ fluctibus qui adverſum nos crebrius intumeſcunt, cæleſtibus miſceamur choris, ut jam nunc illuc mente translati, & auguſtiora videntes loca, ſimus quod futuri ſumus. Qua beatitudine indignos ſe fecere Judæi, qui ſcripturæ ſanctæ opibus derelictis, [3] & ad pauperis intelligentiæ adquieſcentes magiſtros, hodie audiunt: [f] *Semper errant corde*; & nolunt præſente Chriſto dicere: [g] *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Præſertim cum omni voce opera clariora, Deum illum eſſe teſtentur, & nequaquam dicere: *Hæc dicit Dominus*, ſed, *Ego dico vobis*: per quæ oſtendit ſe latorem legum, & Dominum Deum verum, & non eſſe unum quemlibet prophetarum,

III. Neque enim divinitatem ejus, quæ nullis locorum ſpatiis circumſcribitur, adſumtio ſervilis formæ poterat obſcurare, nec anguſtia humani corporis ineffabilem [4] majeſtatis ejus terminare virtutem, quem operum magnitudo Dei filium comprobabat. Nam cum frementis maris elatos gurgites & inſtar montium intumeſcentes, tranquillitati ſubitæ reddidiſſet, [5] Apoſtolorum navicula de naufragio liberata, & imperium præſentis Domini aquarum profunda ſenſiſſent; cumque conluctantibus ventis, & ex omni parte fluctibus excitatis, tanta diſcrimina Salvatoris juſſione ceſſaſſent: quaſi divino ſpiritu afflati, qui pariter navigabant, [h] *Vere*, inquiunt, *filius Dei es*: non ambigentes de divinitate, cujus magnitudinem opera loquebantur. De illo enim prophetale vaticinium eſt: [i] *Tu dominaris fortitudinis maris, & motum fluctuum ejus tu comprimis*. Et ipſe propheta canticum [6] ſignat, ut non ſolum in verbo, ſed & in virtute Deus verus qui viſus eſt, crederetur, excellentia operum quod latebat, oſtendente. Perfectus Deus propria voluntate quidquid humanæ fuit & naturæ & conditionis adſumens, abſque peccato dumtaxat & malitia, quæ nullam habet ſubſtantiam: infans naſcitur, EMMANUEL adoratur, Magi de oriente veniunt, Deum Dei filium genu poſito confitentur: qui & tempore paſſionis pendens in cruce, ſolis obſcurat radios, novo inauditoque miraculo divinitatis ſuæ exprimens magnitudinem. Et indiviſus & inſeparabilis, nec in duos Salvatores quorumdam

a Pſal. CXLIX. 1. *b* Eccl. IX. 7. *c* Ibid. ℣. 8. *d* Matth. V. 15. *e* Pſal. CIII. 33. *f* Pſal. XCIV. 10. *g* Pſal. CXVII. 26. *h* Matth. XIV. 33. *i* Pſal. LXXXVIII. 10.

1. In Martianæi editione falſo *liber Paſchalis ſecundus* inſcribitur, & ſecundo etiam loco ponitur, cum tamen ex ipſa chronica nota quæ in fine habetur, ad annum ſpectare 401. & ceteris præcedere compertum ſit. VALLARS.


2. Sæpe antea laudatus Ambroſian. Cod. H. 59. *ut imminentes ferias totius nobiſcum orbis feſtivitate*, &c. vitioſe enim *urbis* erat in prius vulgatis. ID.

3. Iterum ex Ambroſiano mſ. locum hunc reſarcimus, qui in antea editis legebatur *& paupertati intelligentiæ adquieſcentes magis, uſque hodie* &c. Pauperis autem intelligentiæ nomine occidentem litteram intelligi, notum. ID.

4. Deerat *ejus* vocula, quam ex Paſchalium epiſtolarum editione illa quæ in bibliotheca Patrum habetur, heic repoſuimus; cujus quidem editionis cum poſt hac teſtimonio utemur, B. P. litteris deſignabimus; nam etſi mendis innumerabilibus ſcateat, tamen multa etiam & præclara verioris lectionis veſtigia retinet, magnum ut nobis auxilium attulerit ad locos aliquot corrigendos. Mox *comprobat*, erat antea, pro *comprobabat*, quod ex Ambroſianis chartis accepimus. ID.

5. Facile luxatus hic locus videri poſſit, quem priſtinæ integritati reſtituas, ſi ordine immutato legas, *& imperium præſentis Domini aquarum profunda ſenſiſſent, Apoſtolorum navicula de naufragio liberata; cumque &c.* ID.

6. Al. *ſignificat*. ID. —— Quæ porro ſequuntur, Græce habentur apud Cyrillum Alexandrinum lib. I. *de recta fide ad religioſiſſimas reginas*: opp. tom. V. part. II. ſub fin. pag. 52. Ea vero habes infra inter *Fragmenta Græca Epiſtt. Paſch.* n. II.



errore sejunctus. Unde & ad discipulos loquebatur: [a] *Nolite vocare magistrum super terram: unus est enim magister vester Christus*. Neque enim cum hæc Apostolis diceret, a corpore quod patebat aspectui, divinitatis excellentiam separabat. Nec quando unum se Christum Dei filium testabatur, animam dividebat & carnem: non alter, & alter, sed unus atque idem utrumque subsistens, Deus & homo, dum servus videtur, & Dominus adoratur; siquidem in humani corporis vilitate ineffabilem celabat Deum, & rursum fragilitatem carnis divinis operibus excedebat: [1] & ne unus quilibet sanctorum, ut a plerisque æstimatum est, crederetur: sed ille quem & Paullus ostendere volens, scribit: [b] *Unus Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo* B *Christus Jesus*: Et iterum, [c] *Mediator autem unius non est, Deus autem unius est*; quia [2] unus Filius Patris nostrique mediator, nec æqualitatem ejus amisit, nec a nostro consortio separatus est, invisibilis Deus, & visibilis homo: forma servi absconditus est, & Dominus gloriæ confessione credentium comprobatur.

IV. Neque enim privavit eum Pater naturæ suæ nomine, postquam pro nobis homo & pauper effectus est, nec in Jordane fluvio baptizatum altero appellavit vocabulo, sed filium unigenitum: [d] *Tu es filius meus dilectus*, [3] *in quo mihi complacui*. Nec similitudo nostra in divinitatis est mutata na- C turam, nec divinitas in nostræ naturæ versa est similitudinem: sed manens quod a principio erat, Deus Verbum, & in se nos glorificans, non venit, juxta Jeremiam, ut diceret: [e] *Heu mihi mater, ut quid me genuisti? virum* [4] *qui judicer, & discernar omni terræ: non profui, neque profuit mihi quisquam*; qui libertatem donaturus advenerat: nec juxta Isaiam vociferabatur: [f] *Væ mihi, quia cum sim homo*, [5] *& immunda labia habens, & in medio populi immunda labia habentis habitem, regem Dominum sabaoth vidi oculis meis*. Ipse enim erat rex gloriæ, ut in vicesimo tertio Psalmo scriptum est [g]: in patibulo victor exsistens & hostilia bella compescens, ut hominem fictum ex humo D cælorum habitatorem faceret, & tropæi sui communione donaret.

V. Igitur quamquam hoc nolint, qui eum putant in alium commutatum, [h] *Jesus Christus heri & hodie ipse est, & in æternum*, numquam habiturus regni sui finem, juxta sceleratum Origenis errorem; ne cessante regno, etiam æternitate privetur, sed coram omnibus loquens: [i] *Ego in Patre, & Pater in me*. Et docere nos cupiens, quod & Pater in Filio, & Filius in Patre creaturis o- A mnibus imperaret, & hoc ipsum roborans, inferebat: [k] *Ego & Pater unum sumus*, ne quis unum suum, Patrisque regnum humanæ carnis occasione divideret. Quod si juxta Origenis insaniam aliquando amissurus est regnum Christus unigenitus Filius Dei, quomodo ipse Apostolis loquebatur: *Ego & Pater unum sumus*, non unum postea habiturus imperium? ut scilicet heic habeat gloriam, quam ibi depositurus est. Et ubi erit quod semper Filius in Patre, & Pater in Filio est, si regnum Filii non erit [6] certum? Verum hoc qui ita se habere contendunt, si tamen non egerint pœnitentiam, pereant, & ad hos zelo fidei pietatisque commotus loquatur Moyses: [l] *Maledictus tu in civitate, & maledictus in agro*: Psalmista pariter increpante: [m] *Deficiant peccatores de terra & iniqui, ut ultra non subsistant*.

VI. Equidem scire non possum, qua temeritate Origenes tanta confingens, & non scripturarum auctoritatem, sed suum errorem sequens, ausus sit cunctis in medium nocitura proferre, nec æstimaverit umquam ullum hominum fore, qui suis adsertionibus contrairet, [7] si philosophorum argutias propriis tractatibus miscuisset, & a malo exordio in fabulas quasdam & deliramenta procedens, Christianum dogma ludum & jocum faceret, nequaquam divinæ doctrinæ veritate [8] utens, sed humanæ mentis arbitrio, & in tantam, se ipso magistro, intumescens superbiam, ut non imitaretur humilitatem Paulli, qui plenus Spiritu sancto contulit cum prioribus Apostolis evangelium, [n] *Ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset*: [9] ignorans quod dæmoniaci spiritus esset instinctus, sophismata humanarum mentium sequi, & aliquid extra scripturarum auctoritatem putare divinum. Quiescant ergo aliquando, qui regni Christi finem somniantes, verbositatis Origenis cupiunt esse parasiti, nec cum fidelibus ambulantes, fidem quam non habent, simulent. Quin potius discant, quod [10] omnis dolus & fraudolentia, aliud sit & aliud ostendat: ut sub virtutis specie vitia celare nitatur. Etenim cum in crucis ignominia, quam pro nobis passus est, non amiserit Christus esse *Dominus gloriæ*, juxta beatum Apostolum, clamantibus contra Judæis: [o] *Qui destruis templum, & in triduo ædificas, salvum te ipsum fac: si filius Dei es, descende de cruce*; & in carne patiens pendensque in patibulo, fortitudinem propriæ majestatis ostendit, solem de cursu quiescere faciens, & signorum magnitudine plenam fidei vocem latroni extorquens: [p] *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum*. Numquam post resurrectionis gloriam, perditurus est regnum, licet innumeros contra eum Origenes blasphemia-

a Matth. XXIII. 8. 10. *b* I. Tim. II. 5. *c* Gal. III. 20. *d* Matth. III. 17. *e* Jer. XV. 10. *f* Isa. VI. 6. *g* Psal. XXIII. 7. 10. *h* Hebr. XIII. 8. *i* Joan. XIV. 10. 11. *k* Joan. X. 30. *l* Deut. XXVIII. 16. *m* Psal. CIII. 35. *n* Gal. II. 2. *o* Matth. XXVII. 40. *p* Luc. XXIII. 42.

1. Copulativa & particula, quæ in Latino vacat, ac sensum paullo turbat, ex Græcæ linguæ ingenio probatur. Eam tamen Ambrosian. cod. non habet, quin immo contrario sensu legit, *ut unus quilibet*. Vallars.

2. Extat hæc pericope in *Codice Canonum* ad opp. S. Leonis a Quesnello evulgato, tom. II. pag. 77. Id.

3. Idem Ambrosian. *in te mihi complacuit*. Quæ subsequuntur in Græco textu servavit Theodoret. Dialog. 2. -- Exstant autem infra inter *Fragmenta Græca Epist. Pasch.* n. III. Id.

4. Penes Martianæum erat, *qui judicaret omni terræ non profuit* &c. Nos integram, veramque lectionem ex Ambrosiano exemplari mutuati sumus, cui assentitur etiam Græcus τῶν LXX. *ἄνδρα δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον πάσῃ τῇ γῇ· οὐκ ὠφέλησα, οὔτε* &c. Mox alii editi *damnaturus* pro *donaturus*, satis vitiose. Id.

5. Ambrosian. *cum sim homo immundus*, sacro textu, & E Græco in primis renuente. Id.

6. Verius ex contextu, *non erit coæternum?* ut præfert idem Ambrosianus, atque infra clarius asseritur: *Nos Christi regnum credamus æternum &c.* Interim *hoc* voculam reposuimus. Id.

7. Voculam *si* quæ superiora nectit sequentibus, eratque omnino necessaria sensus perfectioni, ex Ambrosiano ms. & B. P. editione supplevimus. Id.

8. Al. *nitens*. Id.

9. Editi *sed ignorans*, quam adversativam particulam, unde sensus turbatur, expunximus mss. ope; & paullo post eorumdem auctoritate *putare* emendavimus pro *putaret*, quod vitiosum erat. Id.

10. Legimus ex Ambrosiano, mendose enim vulgati, *quod omnis fraudolentia aliud & aliud ostendat*. Infra leviora alia emendamus. Id.

rum lapides jactet. Aut cujus eſt conſequentiæ, perpetuitatem regni diſcipulis polliceri, & dicere: [a] *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi:* & ipſum carere, quod aliis tribuit? Vel quomodo ſcribente Paullo ad Corinthios, [b] *Abſque nobis regnatis, & utinam regnaretis, ut & nos regnaremus vobiſcum*, intelligi poterit regnum Chriſti poſt multa tempora terminandum? præſertim cum Joannes clamet: [c] *Et qui deſurſum venit, ſuper omnes eſt:* & Apoſtolus ſcribat, [d] *Quorum patres, & ex quibus juxta carnem Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in æternum.*

VII. Itaque nulli dubium eſt, quin qui Deus permanet in æternum, ſimul habeat & regnum, & ſuper ipſos quoque quos regni poſſeſſione donavit, rex perpetuus appelletur, congruum habens divinitatis imperium, nec quidquam in ſe rude & novum, niſi adſumtionem fragilitatis humanæ. Si enim juxta Origenis inſaniam, poſt multorum circulos ſæculorum Chriſti regnum eſt finiendum, conſequens impietati ejus eſt dicere, ut & Deus eſſe aliquando deſiſtat: & qui regni terminos ponit, cogitur idem de divinitate ſentire, quæ perpetuitatem imperii naturaliter poſſidet. Quod ſi regnat [1] Sermo Dei, utique Deus eſt: & hac ratione colligitur, quicumque tentaverit finem regno ejus imponere, ad id eum devolvi, ut Chriſtum credere compellatur & Deum eſſe deſinere. Sed hæc garriat magiſter indoctus [2] cum ſectatoribus impiis; nos Chriſti regnum credamus æternum, & in ſolenni die cantemus cum Angelo atque dicamus: [e] *Regni ejus non erit finis.* Si enim unum cum Patre eſt, numquam ex eo quod unum eſt, ceſſaturus eſt; & unio Patris & Filii numquam dividetur in partes, [3] ne quod dicitur, *unum ſunt*, aliquando unum eſſe deſiſtat.

VIII. Faceſſant igitur ſtultiſſimi mortalium, immo [f] *deſcendant in infernum viventes*, ſicut Pſalmiſta teſtatur, & præceptorem impietatis ſuæ ibi eſſe cernentes, clamitent; [g] *Et* [4] *tu captus es ſicut & nos: inter nos reputatus es: deſcendit in infernum gloria tua*, & reliqua. Talis paſtor gregis morbidi Chriſtum ubique ſugillat injuriis, & diabolum honore ſuſtollit, dum illum adſerit purgatum vitiis atque peccatis priſtinam aliquando gloriam recepturum; & hunc regnare deſiſtere, ſimulque cum diabolo ſub Patris imperio redigendum; ut magis ad Origenis blaſphemias, quam ad vociferationem Judæorum propheta mirabundus exclamet: [h] *Obſtupuit* [5] *cælum ſuper hoc, & horruit valde, dicit Dominus, eo quod duo mala fecerit* Origenes, Chriſtum adſerens regnare deſinere, & diabolum ad culmen de quo ceciderat, aſcenſurum: talem ſceleris ſui profundum lacum fodiens, qui aquas continere non poſſit; æqualem, quantum in ſe eſt, [6] diabolo facit Filium Dei, dum detrahit

A illi regni gloriam ſempiternam, & imperio Patris eum ſubjicit cum dæmonibus. Verum iſtiuſmodi vox impia proteratur, ut ſciamus, regnum Chriſti eſſe perpetuum, ipſo loquente ad diſcipulos ſuos: [i] *Vos perſeveraſtis mecum* [7] *in tentationibus meis, & ego ſtatuo vobis teſtamentum æternum, ut bibatis & comedatis ſemper ſuper menſam meam in regno meo.* Quomodo enim impleri poteſt hoc, quod diciur, *ſemper*, niſi perpetuum regnum ſit, & nullo fine claudendum? Quod & Magi intelligentes, verſi ad pœnitentiam, ſtudioſius percunctabantur, [k] *Ubi eſt qui natus eſt rex Judæorum? vidimus enim ſtellam ejus in oriente & venimus ut adoremus eum.* Magi fatentur Chriſtum regem,

B & Origenes negat, dicens eum nón perpetuo regnaturum, nec animadvertit ſe Judæorum blaſphemiis ſimilem.

IX. Legimus in evangelio: cum Dominus atque Salvator fortitudinis ſuæ & patientiæ inſigne exemplar oſtendens, crucem ſcanderet, Pilatus inſcripſit titulum, & poſuit ſuper caput ejus: [l] *Scriptum autem erat: Jeſus Nazarenus rex Judæorum.* Iſtum titulum multi legerunt Judæorum, qui erat ſcriptus Hebraice, Græce & Latine. Dicebant ergo Pilato principes ſacerdotum & Judæorum: [m] *Noli ſcribere, quod rex Judæorum ſit, ſed quod ille ſe dixerit regem Judæorum.* Reſpondit Pilatus: *Quod ſcripſi,*

C *ſcripſi.* Cum ergo Pilatus nec ſeditione, nec precibus ad hoc potuerit adduci, ut regnum Chriſti de titulo tolleret: ſciat Origenes abſque ulla neceſſitate ſe hoc facere quod fecerunt Judæi, ut regnum Chriſti æſtimet terminandum. Et illi quidem in terra poſitum regem negabant, hic regnantem in cælo, quantum in ſe eſt, detrahere nititur, ut accuſatorem ſceleris ſui habeat Pilatum, qui Judæis reſpondit: *Quod ſcripſi, ſcripſi.* Veniat & prophetalis ſermo in medium, ac regnum Chriſti tota prædicet libertate: [n] *Gaude filia Sion; prædica filia Jeruſalem, lætare & exſulta de toto corde tuo, filia Jeruſalem: abſtulit Dominus iniquitates tuas, redemit te de manu inimicorum tuorum: rex Iſrael*

D *in medio tui: non videbis ultra mala.* Neque enim quos ſemel ſalvos fecit, iterum præcipitabit e cælo, & dimittet juxta Origenis deliramenta & fabulas, ut rurſum de ſublimibus corruant. Et hoc quod dicitur, *Non videbis ultra mala*, æternæ ſecuritatis indicium eſt, quod qui ſemel fuerint liberati, & regni cælorum poſſeſſione perfruiti, nequaquam vitiis trahantur ad terram, nec Dei priventur auxilio, qui eis juxta eloquium prophetale [o], ponet murum & circum murale, ſua eos virtute circumdans. Unde & Pſalmiſta canit: [p] *Non commovebitur in æternum, qui habitat in Jeruſalem.*

E Et Dominus proteſtatur: *Non te dimittam, nec deſeram.* Fruſtraque ſomniat aſcendere animas in cælum & deſcendere, & nunc proficere nunc ad inferiora delabi, ut per ruinas innumerabiles ſæpe moriantur, & Chriſti paſſio irrita fiat. Qui enim

a Matth. xxv. 34. *b* 1. Cor. IV. 8. *c* Joan. III. 31. *d* Rom. IX. 5. *e* Luc. I. 33. *f* Pſal. LIV. 16. *g* Iſa. XIV. 10. 11. *h* Jer. II. 12. *i* Luc. XXII. 28. 29. *k* Matth. II. 22. *l* Joan. XIX. 19. *m* Ibid. ꝟꝟ. 21. 22. *n* Sophon. III. 14. 15. ex græco. *o* Iſa. XXVI. 1. *p* Pſal. CXXIV. 1.

1. Λόγος Θεοῦ, Verbum Dei. VALLARS.

2. Rurſum ex Ambroſiano lectionem adſcivimus, cum falſo excuſi habeant *peccatoribus;* neque enim peccatores in univerſum, ſed magiſtri indocti ſectatores impios damnare Theophili ſententia eſt. ID.

3. Vulgati *nec quod dicitur*, & mox *deſiſtent*. ID.

4. Ex Ezechiele hæc repeti Martianæus adnotaverat, quæ in noſtris exemplaribus haud ita invenias; ſed cum locus ex memoria recitaret Theophilus, ſententias eaſdem aliis verbis retuliſſe credibile eſt. ID. — Locus exſtat *Iſa.* XIV. 10. 1. ſec. LXX. καὶ σὺ ἑάλως, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς· ἐν ἡμῖν δὲ κατελογίσθης· κατέβη δὲ εἰς ᾅδου ἡ δόξα σου.

5. Ex Græco Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα &c. aliter enim eſt in Vulgat. *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer &c.* VALLARS.

6. Erat antea, *æqualem diabolum fecit Filio Dei*. ID.

7. Mſ. *in tribulationibus meis, & ego ſtatuam vobis &c.* Græc. πειρασμοῖς. At illud in primis *ſemper*, neque in Græcis, neque in Latinis exemplaribus invenitur. ID.

ſemel pro nobis mortuus eſt, æternam nobis victoriæ ſuæ lætitiam dedit, quæ nulla vitiorum mole extenuetur. Nec quiſquam hominum crebrius moritur, quod Origenes auſus eſt ſcribere, Stoicorum impiiſſimum dogma divinarum cupiens ſcripturarum auctoritate firmare.

X. Verum quid iſta memoramus? cum in tantam irruperit [1] vecordiam, immo dementiam, ut aliud Salvatori crimen impingat, dicens eum & pro dæmonibus ac ſpiritualibus nequitiis apud ſuperos adfigendum cruci. Nec intelligit in quam profundum impietatis corruat barathrum. Si enim Chriſtus pro hominibus paſſus, homo factus eſt, ut ſcripturarum teſtantur eloquia; conſequens erit ut dicat Origenes, Et pro dæmonibus paſſurus, dæmon futurus eſt: hoc enim neceſſitate cogetur inferre, ne ab eo quod cœpit, diſcrepare videatur; ut imitetur blaſphemias Judæorum, [2] quos ſemper imitatur; & illi enim Chriſto ſimiliter loquebantur: [a] *Dæmonium habes*: Et, [b] *In Beelzebub principe dæmoniorum ejicis dæmonia*. Sed abſit ut pro dæmonibus Chriſtus paſſurus ſit, ne & ipſe dæmon fiat. Et qui hoc credunt, [c] rurſum crucifigunt, & oſtentui habent Filium Dei, qui nequaquam ut [d] *ſemen Abraham apprehendit*, ita adſumet & [3] dæmonum, ut pro illis quoque crucifigatur. Nec dæmones pro ſe Deum in paſſione cernentes, cum propheta clamabunt: [e] *Hic peccata noſtra portavit, & pro nobis dolet*. Neque cum Iſaia dicent: [f] *Livore ejus ſanati ſumus*. Nec pro dæmonibus, ſicut pro hominum genere, [g] quaſi ovis Chriſtus ducetur ad victimam; nec pro eorum ſalute dicetur: [h] *Proprio Filio non pepercit*; quia nec dæmones clamabunt: [i] *Traditus eſt pro peccatis noſtris, & reſurrexit pro juſtificatione noſtra*. Paullus quidem ſcribit: [k] *Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quia Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas*: illas in teſtimonium vocans, & volens earum auctoritate firmare quod dubium eſt; Origenes autem abſque ullo divinæ vocis teſtimonio vim facere nititur veritati, & exſtincta lucerna, invenire eam.

XI. Fautor dæmonum & non hominum, crebris calumniis laceſſit Filium Dei, & denuo crucifigit, non intelligens in quam profundam & horribilem impietatis voraginem detrahatur. Conſequens enim eſt, ut qui priora ſuſceperit, ſuſcipiat & quæ ſequuntur: & qui [4] pro dæmonibus Chriſtum dixerit crucifigi, ad ipſos quoque dicendum eſſe ſuſcipiat: [l] *Accipite & edite: hoc eſt corpus meum*. Et: *Accipite, & bibite: hic eſt ſanguis meus*. Si enim & pro dæmonibus crucifigetur, ut novorum dogmatum adſertor affirmat; quod erit privilegium aut quæ ratio, ut ſoli homines corpori ejus ſanguinique communicent, & non dæmones quoque pro quibus in paſſione ſanguinem ſuderit? Sed nec dæmones audient: *Accipite, & edite*: Et, *Accipite, & bibite*; nec Dominus ſua præcepta diſſolvet, qui diſcipulis ait: [m] *Nolite dare ſanctum canibus, nec mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & converſi diſrumpant vos*. Nam & Apoſtolus ſcribens, [n] *Nolo vos participes dæmonum fieri. Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participari, & menſæ dæmoniorum*: per hæc impoſſibile eſſe demonſtrat, dæmones de calice Domini bibere, & de menſa ejus participari. Cibus diaboli negatores Dei ſunt, Habacuc loquente: [o] *Eſcæ ejus electæ*; cibus autem impiorum omnium exſecrabilis ipſe diabolus, prophetæ vaticinio concrepante: [p] *Dediſti eum eſcam populis Æthiopibus*. Ex quibus omnibus approbatur, Chriſtum pro dæmonibus non poſſe crucifigi, ne dæmones corporis & ſanguinis ejus participes fiant.

XII. Cum ergo & Apoſtolus de Salvatore ſignificet: [q] *Hoc enim fecit ſemel, ſe ipſum offerens*; & Origenes tanta confidentia illius ſententiæ contradicat, tempus eſt [5] illud inferre: [r] *Terra, terra audi verbum Domini, ſcribe virum iſtum abdicatum*. Quis enim infernus hæc mala ſuſcipere poteſt? quis tartarus de rebus iſtiuſmodi cogitare? quæ gigantum inſania tam rebellis exſtitit, & turrim impietatis exſtruxit? quæ libido laſciviens, & dæmonum amore deperiens, ſic univerſo [6] dogmati tranſeunti divaricavit crura mentis ſuæ? quis in tantum de Sodomitica vinea bibit, ut inebriatus vino furoris ejus, toto corde conciderit? quis Babyloniorum ita fluminum gurgitibus irrigatus, vivos Iſrael fontes reliquit? quis egrediens de Hieruſalem, & Hieroboam filii Nabath imitator exſiſtens, tot errorum fabricatus altaria eſt, & ararum profana [7] tura ſuccendit? Cur Dathan & Abiron qui minora peccarunt, non veniant ante tribunal Chriſti, & ſui eum comparatione condemnent, qui extra eccleſiam Salvatoris variarum doctrinarum turibula diabolico igne complevit? Neque enim Dominus qui loquitur per prophetam: [ſ] *Ego viſiones multiplicavi, & in manibus prophetarum adſimilatus ſum*, adulterinas eum docuit proferre doctrinas, nec [t] *qui a principio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt Verbi* Dei, nec prophetarum chorus, qui olim vocabantur *Videntes*, hæc eum inſtituit: ſed ipſe ſuæ mentis arbitrio, furori dæmonum ſerviens & blando cogitationum errore deceptus, gregem, & ut ita dicam, examen dogmatum perverſorum, per totum orbem immiſit mentibus indoctorum. Iſte eſt qui Aſſyriis Babyloniiſque fluminibus aperuit os ſuum, qui navem eccleſiæ bonarum mercium [8] ſalutaris doctrinæ plenam, fluctibus operire conatus eſt: dum

a Joan. VII. 20. *b* Luc. XI. 15. *c* Hebr. VI. 6. *d* Hebr. II. 16. *e* Iſa. LIII. 4. *f* Ibid. ℣. 5. *g* Jer. XI. 19. *h* Rom. VIII. 32. *i* Rom. IV 25. *k* 1. Cor. XV. 3. *l* Matth. XXVI. 26-28. *m* Matth. VII. 6. *n* 1. Cor. X. 20. 21. *o* Habac. I. 16. *p* Pſal. LXXIII. 14. *q* Hebr. VII. 27. *r* Jer. XXII. 29. 30. *ſ* Oſee XII. 10. juxta LXX. *t* Luc. I, 2.

1. Manifeſto errore huc uſque editi *in tantam eruperit victoriam*. VALLARS.

2. Integriorem ſententiam, & rurſus veriorem ex eodem mſ. accepimus, quam ut ſui parte mulctarent veteres alii amanuenſes, ſimilium vocum *imitetur* atque *imitatur* occurſus fecit. Prius enim erat imperfecto ſenſu, *diſcrepare videatur imitator Judæorum. Etenim illi Chriſto ſimiliter* &c. vel ut in aliis editis multo vitioſius, *imitatur, & illi ſimiliter*. ID.

3. Al. *dæmonium*. ID.

4. Vitioſe penes Martian. *præ dæmonibus*. Mox verba *accipite, & edite* ex mſ. ſuffecimus, quæ ex ſequenti contextu apertiſſime probantur. ID.


5. Al. *illico*. ID.

6. Perperam Martianæus, aliique editi *dogmatis*; emendantur a ſcriptis, ut ſtatim poſt, *toto corde*, cujus loco Benedictinus *toto orbe*. ID.

7. Vitioſe iterum Benedictin. *ararum profinatura*: pro duobus verbis *profana tura*, quod habent etiam caſtigatiores alii ex vulgatis. ID.

8. Ambroſian. *navem bonarum mercium plenam falſis doctrinæ fluctibus operire &c.* Forte olim *falſis* ſcriptum eſt, vel *falſæ*. Interim incongrua lectio ipſa quoque non eſt. IDEM.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



[1] imperitorum laude sustollitur, & scripturarum A sensum aliter quam se habet veritas edisserens, gloriatur in confusione sua. Quis enim innumerabiles adeo & garrulos, & verbositatis atque imperitiæ plenos conscripsit libros, & infatigabili studio dies noctesque conjunxit, ut errorum monimenta dimittens, mereretur audire: *Multis itineribus tuis deceptus es?* Usus est enim duce pessimo, aura populari, & plurimis falsæ scientiæ voluminibus exaratis, ac rebelli contra Deum mente pugnans, unguento cælestium doctrinarum saniem quamdam, & pedorem sui fœtoris immiscuit, ut rursum ad suam animam diceretur: *Immunda & famosa, & nimia iniquitatibus*. Neque enim prophetam audire voluit commonentem: [a] *Quare diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* B is qui pro dæmonibus Christum adfigit cruci, ut non solum Dei & hominum, sed dæmonum quoque mediator fiat. Verum absit tam immane nefas de Salvatore credere, ut templum corporis sui quod pro nobis suscitare dignatus est, amissurus, aliud sibi templum dæmoniacæ conditionis adfigat, ut illorum quoque recepta similitudine, pro ipsis patibulum subeat.

XIII. Obsecro, fratres carissimi, ut ignoscatis dolori meo, doctrinis impiis resistenti: dum enim impudentiam sectatorum ejus repercutere nitimur, compagem loricæ ipsius & venenati pectoris fraudolentias in medium protulimus, ut illud quoque C compleretur in eo: [b] *Revelabo ignominiam tuam, & ostendam eam amatoribus tuis*. Nam inter cetera etiam resurrectionem a mortuis quæ spes salutis nostræ est, ita corrumpit & violat, ut audeat dicere, corpora nostra suscitatum quidem iri, sed sic ut corruptelæ rursus ac morti subjaceant. Responde mihi, o impietatis caput, quomodo juxta Apostolum Paullum [c] *vicerit Christus eum qui mortis habebat imperium, hoc est diabolum*, si corruptibilia & mortalia iterum corpora surrectura sunt? Quid nobis profuit Christi passio, si mors atque corruptio denuo nostra corpora possessura est? Aut quid sibi vult Apostolus, scribens: [d] *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur*, D si resurgentibus mors sæva dominabitur? Vel quomodo qui ista credunt, possunt ex animo dicere: [e] *Christus Dei virtus, & Dei sapientia?* volentes illo fortiorem esse mortem, quæ suscitata ab eo corpora deletura est, nec probetur ex omni parte superata? Verum & Origenem tam impie resistentem Christus Dominus noster simul & mortem vicit, & diabolum qui habebat mortis imperium, sua virtute destruxit, parato nobis in cælo victoriarum suarum triumpho. Nec idcirco corpora suscitabit, ut rursum pereant, sed pro illorum incorruptione perpetua, mortem corruptionemque delevit.

XIV. Unde liberati a cunctis malis, passionis dominicæ festa celebremus, & juxta Evangelii parabolam [f], cernentes a Sapientia immolari tauros & altilia, vescamur fortioribus plenisque nervorum & pinguioribus doctrinarum cibis, ut lac infantiæ deferentes, solidiora capiamus alimenta, caussamque malorum omnium fugiamus, imperitiam; quæ cum multorum diversis hæresibus vinxerit pedes, Origene maxime sui fruitur amatore, qui inter cetera ausus est dicere: Non esse orandum Filium, neque cum Filio Patrem: ac post multa sæcula Pharaonis instauravit blasphemiam, dicentis: [g] *Quis est ut audiam vocem ejus? nescio Dominum, & Israel non dimittam*. Nec est aliud dicere, *nescio Dominum*, quam hoc quod dicit Origenes, Non est orandus Filius, quem certe Dominum [2] confitetur. Et quamquam ille in tam apertam proruperit blasphemiam, tamen orandus est de quo Propheta testatur, dicens: [h] *Et adorabunt te, & in te deprecabuntur, quia in te est Deus, & absque te non est Deus*. Et rursum, [i] *Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit*. Et Paullus disputans: [k] *Quomodo*, inquit, *invocabunt, in quem non crediderunt?* Oportet primum credere, quod Filius Dei sit, ut recta & consequens fiat ejus invocatio. Et quomodo orandus non est, qui non est Deus: sic e contrario, quem Deum esse constiterit, adorandus [3] & orandus. Unde & Stephanus positis genibus, & obsecrans pro his qui se lapidibus obruebant, dicebat ad Filium: [l] *Domine, ne statuas illis hoc peccatum*. [m] *In nomine quoque Jesu Christi omne genu flectetur, cælestium, terrestrium, & infernorum*. Quod autem dicitur, *Genu flectetur*, solicitæ & humillimæ orationis indicium est. Itaque nec Deum credit Origenes Filium Dei, quem non putat [4] orandum, & lacerat eum conviciis: cumque sibi in scripturarum memoria blandiatur, & putet se eas intelligere, non audit contra se loquentem Moysen: [n] *Homo qui maledixerit Deum, peccatum habebit; & qui nominaverit nomen Domini, morte morietur: lapidibus obruet eum omnis multitudo*. At quis tantis Christum adficit contumeliis, ut hic, qui ausus est dicere, Non debet orari, cassum & inane tantum ei divinitatis nomen indulgens?

XV. Verum quid necesse est in tam impiis immorari? ad alium ejus transeamus errorem. Dicit corpora quæ resurgunt, post multa sæcula in nihilum dissolvenda, nec futura aliquid, nisi cum de

a Psal. IV. 3. *b* Ezech. XVI. 36. *c* Heb. II. 14. *d* 1. Cor. XV. 22. *e* I. Cor. I. 24. *f* Matth. XXII. 4. *g* Exod. V. 2. *h* Isa. XLV. 14. *i* Rom. X. 13. *k* Ibid. *v.* 14. *l* Act. VII. 59. *m* Philipp. II. 10. *n* Lev. XXIV. 16.

1. Falso huc usque editi *imperatorum laude* pro *imperitorum*. Et Martianæus quidem Mammæam Alexandri imperatoris matrem quæ Origenem acciverat, ad libri oram comminiscitur. Neque vero nos, plurimum apud imperatores ipsos gratia & commendatione valuisse Origenem, infitiamur, aut ab eo datas ad Philippum ejusque conjugem litteras revocamus in dubium: tantum hæc ad præsentem locum nihil attinere affirmamus; falsamque lectionem quæ ex ipso contextu liquet, ex Ambrosiano codice emendari volumus. VALLARS.

2. Idem Ambros. *confitemur*, alio sensu. In sequenti Isaiæ textu verba *& in te deprecabuntur*, ex his Græcis sunt, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, nam *in* præpositionem Vulg. respuit. ID.

3. Duo verba *& orandus* deerant in editis; maxime autem faciunt ad Theophili mentem, ut seriem orationis E attendenti constabit, eaque castigatissimus Ambrosian. liber suffecit. ID.

4. Non esse orandum Dei Filium, sed solum Patrem, nec Patrem cum Filio, eo in libro quem de Oratione inscripsit, Origenem docuisse, tradit Theophilus alibi, & potissimum in Synodica quam edidimus. Atque ille quidem Filium orari concedebat, modo tamquam Mediator, & inferiori precationis genere invocaretur ac Pater, quæ ejus fuit apertissima insania. Sed hinc Alexandrinus episcopus sequi contendit, ut *nec Deum crediderit Origenes Filium Dei, quem non putat orandum*; ac proinde constat vitiose in huc usque editis legi, *quem non putat adorandum*: neque enim id Origenes senserat, sed ex ejus tantum de Christi invocatione sententia hæc veluti erroris sequela deduci poterat. Nos germanæ lectionis Ambrosian. exemplar admonuit. ID.

cælorum mansionibus animæ ad inferiora dilapsæ indiguerint [1] novis, quæ alia rursum fiant, prioribus omnino deletis. Quis ista audiens, non & mente & corpore pertremiscat? Si enim post resurrectionem corpora redigentur in nihilum, fortior erit mors secunda, quam prima: quæ delere omnino poterit substantiam corporalem. Cur Paullus scribit sic: [a] *Mors non dominabitur illius, quod enim mortuum est peccato, mortuum est semel*: si corpora delenda sunt penitus? Aut quomodo hoc quod dicitur *semel*, firmum erit, cum caro ab animæ consortio separata, redigenda sit in nihilum? Qua ratione rursus adjunxit: [b] *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur in ignobilitate, resurget in gloria: seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.* Si enim [2] incorruptio in nihilum redigit, consequens fuerat dicere, corruptioni ea in perpetuum reservari, essetque fortior incorrupto corruptio. Sed absit Paullum contraria sibi scribere, & incorruptionis [3] & corruptionis eamdem esse naturam. Quod si ut falso putat Origenes, non solum corruptibile, sed & mortale corpus est suscitandum: ergo unum atque idem corruptio & incorruptio, mors & vita dicentur, & eamdem habebunt in suscitatis corporibus potestatem, & nequaquam rebus, sed tantum nominibus corruptio & incorruptio, mors & vita separabuntur. Sin autem corruptibile & mortale corpus resurrecturum est, consequentius fuerat Apostolum dicere: Seminatur in corruptione, surget in corruptione: seminatur in infirmitate, surget in infirmitate: seminatur in ignobilitate, surget in ignobilitate: seminatur corpus animale, surget corpus animale. Quod si corruptionem & infirmitatem & ignobilitatem amovet a corporibus suscitatis, & dicit e contrario incorruptione & fortitudine & gloria corpora vestienda, & pro animali spirituale corpus esse reddendum; soluta erit mors, & in corporibus suscitatis pro morte & corruptione immortalitas incorruptioque regnabunt: quia & ipsum corpus immortale & incorruptum resurget, ut possit permanere animæ coæternum. Igitur & Salvator pignus salutis nostris corporibus in resurrectione sui corporis tribuens, non potest credi ultra moriturus, Apostolo in hanc sententiam congruente: [c] *Christus resurgens ex mortuis, ultra non moritur, mors ei nequaquam dominabitur*. Nisi illius fuerit dominata, nec dominetur nostri.

XVI. Confundatur Origenes, inter cetera flagitiorum genera, quæ confingit, magicis quoque artibus patrocinium tribuens: [4] nam in tractatibus suis, his locutus est verbis: „ Ars magica non mihi videtur alicujus rei subsistentis vocabulum sed & si „ sit, non est operis mali, [5] ne quis habere possit contemtui. Hæc dicens utique fautorem se esse demonstrat Elymæ magi, qui Apostolis repugnavit, & Jamne atque Mambre, qui Moysi magicis artibus restiterunt. Sed nullas Origenis patrocinium habebit vires, quia Christus magorum præstigias suo delevit adventu. Respondeat novæ impietatis adsertor, immo aperte audiat: Si non est malum ars magica, non erit malum & idololatria, quæ artis magicæ viribus nititur. Quod si malum est idololatria, malum erit & ars magica, ex qua subsistit idololatria. Cum autem idololatria Christi majestate deleta sit, indicat & parentem suam artem magicam secum pariter dissolutam, Propheta super hoc liquido proclamante: [d] *Sta nunc in incantationibus tuis, & multis veneficiis tuis, quæ didicisti ab adolescentia tua, si* [6] *potuerint prodesse tibi*. Cum igitur hæc prophetarum scripta [7] testentur, & nullus umquam ausus sit memoriæ prodere, magorum artes inter optima quæque numerandas, leges quoque publicæ magos & maleficos puniant: scire non possum qua ratione impulsus Origenes qui Christianum se jactat, Sedechiæ pseudoprophetæ æmulator exsistens, cornua sibi ferrea fecerit, quibus contra dogmata veritatis armatus incedat, nec sapiat quidquam de cælesti Hierusalem, neque imitetur Moysen & Daniel Petrumque & alios sanctos, qui contra magos & incantatores, quasi in acie stantes indefesso certamine dimicarunt. Cum quibus festæ diei ducamus choros, quod per media Babylonis pericula transeuntes, Origenis venena [8] vitavimus, & obedivimus prophetæ sermonibus, imperantis: [e] *Egredere de Babylone, qui fugis de terra Chaldæorum*, ut ingrederemur Hierusalem, in qua prædicatio veritatis est.

XVII. Quamquam [9] mendacio resistentes, passi sumus aliquid trium puerorum, qui in camino æstuantis incendii flammarum vicere naturam; tamen non prævaluit contra nos ignis Babylonius, nec [f] capilli nostri adusti sunt, extrema videlicet ecclesiasticæ dogmata veritatis; nec saraballa mutata, quæ in protectionem animarum testimoniis scripturæ sanctæ nobis sapientia texuit, [10] nec odor ignis in nobis est, perversæ scientiæ flamma discurrens. Non enim acquievimus doctrinæ ejus, qui propter lapsum rationabilium creaturarum, corpora fieri suspicatur: & dicit juxta Græci sermonis etymologiam [11], animas idcirco vocitatas, quod calorem mentis & in Deum ferventissimæ caritatis amiserint, ut ex frigore nomen acceperint, ne & Salvatoris animam iisdem subjacere næniis sentiremus. Solis quoque & lunæ,

a Rom. VI. 10. b 1. Cor. XV. 43. 44. c Rom. VI. 9. d Isa. XLVII. 12. e Jer. L. 8. f Dan. III. 94.

1. Falluntur editi pariter ac mss. qui *nobis* obtrudunt pro *novis*, nempe corporibus, quibus animæ ad inferiora dilapsæ indiguerint, prioribus in nihilum dissolutis. Apertissimum ac sæpe obvium errorem emendare ex ingenio non dubitavimus. Vallars.

2. Ms. *si enim corruptio corpora in nihilum redigit*, & mox *essetque fortior incorruptione corruptio*, quæ altera lectio magis probatur; alii tamen ex editis *fortior corrupto incorrupto*. Id.

3. Voces *& corruptionis*, quæ ab aliis tum vulgatis tum mss. exciderant, supplet emendatiss. Ambrosianus. Id.

4. Pro *nam* vitiose penes Martian. erat *quam*, in aliis editis *quod*. Ambrosian. admonuit. Tractatus vero quos vocat, intellige duos *de Resurrectione dialogos*, quod ad Synodicam num. 5. notatum est nobis. Id.

5. Idem Benedictinus, *ut ne quis eam habeat contemtui*: alii editi *ne quid habere possit contemtui*, nec displiceret, *ut ne quid haberi &c.* Terent. in Phorm. *Ut ne quid turpe civis in se admitteret*. Interim, quam prætulimus, lectio mss. conformior est & Synodicæ, ubi totidem verbis isthæc Origenis sententia recitatur ex libris de Resurrectione, quos ad Ambrosium scripsit. Id.

6. Al. *possint*. Id.

7. Fort. olim scriptum est verius *detestentur*. Infra leviora quædam castigamus. Id.

8. Al. *vitamus*. Id.

9. Ambrosian. *Quamquam enim, maledico resistente, passi sumus &c.* Id.

10. Idem *nec Origenis in nobis est perversæ scientiæ flamma discurrens*: haud quidem vere, sed ut deinde intelligas aliquid in impressa lectione desiderari, quo integer sensus sit; & vel legendum *discurrente*, vel præfixa negandi particula, *nec perversæ doctrinæ &c.* Confer S. Epiphanii epistolam ad Joan. Hierosolym. inter Hieronymianas edit. Veron. LI. al. LX. num. 4. Id.

11. Id est, anima a frigore appellata *ψυχὴ ἀπὸ τοῦ ψύχους*. Id. — Eadem observatio recurrit infra in *Epist. Pasch.* seq. §. XV.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



ac stellarum cursus, & totius mundi pulcherrimam A in diversitate consonantiam non adserimus ex caussis præcedentibus, variisque peccatis & animarum vitiis accidisse: nec bonitatem Dei multo tempore præstolatam; ut non ante faceret visibiles creaturas, nisi invisibiles deliquissent. Nec vanitatem appellamus substantiam corporalem, ut ille æstimat, aliis verbis in Manichæi scita [1] concidens, ne & Christi corpus subjaceat vanitati, cujus edulio saturati, ruminamus quotidie verba, dicentis: [a] *Nisi quis comederit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit partem mecum.* Nam si natura corporea vana est & futilis juxta Origenis errorem; cur Christus resurrexit a mortuis? quare nostra corpora suscitabit? quid sibi vult Paullus scribens: [b] *Si mortui non resurgent, nec Christus surrexit: si autem Christus non resurrexit, vana est fides nostra?* B

XVIII. Ex quo perspicuum est, non corporum naturam esse vanam, sed eos credere [2] vanitatem, qui non putant eam resurgere, & manere perpetuam. Honorabiles quoque contemnat nuptias negans subsistere corpora, nisi prius animæ in cælo peccaverint, ut inde præcipitatæ, quasi quibusdam ergastulis corporum vinctæ fuerint. Et ille quidem sentiat ut vult, loquatur ut [3] non timet: audiat nos cum Paullo suis auribus inclamantes: [c] *Honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatum.* Et quomodo immaculatum, si anima vitiis sordidata carne circumdatur? Et culpæ subjacebit Anna uxor Helcanæ semen virile postulans, ut propter desiderium mulierculæ, animæ in cælis periclitentur, & una earum peccato [4] gravis labatur in terram, ac pristinam beatitudinem deserat. Nec Moyses imprecans, & dicens: [d] *Dominus Deus vester multiplicet vos, & ecce estis hodie sicut stellæ cæli in multitudine. Dominus Deus patrum vestrorum addat vobis sicut estis millies, & benedicat, ut locutus est:* hoc petebat ut animarum in cælo catervæ peccantes Israelitici populi gentem conderent. Quod esse discrepans, apertissime patet, ut qui pro delicto populi precabatur: [e] *Si dimittas peccatum hoc populo, dimitte; sin autem, dele me de libro quem scripsisti,* postulet multiplicari filios Israel, [5] quos si noverat animarum ruinis crescere, non e contrario precaretur, ne propter vitia melioris substantiæ natura vilior conderetur. Cur David imprecatur in Psalmo: [f] *Benedicat te Dominus ex Sion, & videas quæ bona sunt in Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ, & videas filios filiorum tuorum:* si animarum [6] depulsione & exitio justi viri augetur genus? Et audet dicere: [g] *Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum:* cum sciat animas delinquentes corporum vinculis alligari, & in hujusmodi carcere judicio Dei pœnas luere peccatorum? Quomodo Deus loquitur per Prophetam: [h] *Si audisses præcepta mea, fuisset utique quasi fluvius pax tua, & justitia tua sicut fluctus maris, & sicut arena semen tuum, & soboles uteri tui, ut pulvis terræ?* Qui enim Dei præcepta conservant, non debent accipere præmium, animarum de cælo ruinas, quæ ligatæ corporibus, sobolis eorum incrementa multiplicent. Si autem volunt discere, quæ sint humani generis exordia, audiant dicentem Moysen: [i] *Tulit Deus de terra, & finxit hominem, & insufflavit in faciem ejus spiritum vitæ, & factus est homo in animam viventem*; id est, *immortalem.* Deus quoque benedicens Adam & Evam, ait: [k] *Crescite & multiplicamini, & replete terram.*

XIX. Si animæ post peccatum mittuntur in terras, ut nascantur in corporibus, non erat rationis benedici Adam & Eva, cum caussa peccati maledictionem potius mereretur. Denique postquam plasmavit eos, benedictionis vocibus prosequutus est: quos postea voluntate peccantes, maledictione percussit. Ex quibus colligitur nequaquam propter animarum peccata corporum [7] substitisse naturam. Audiant rursum dicentem: [l] *Ego feci terram* [8], *&* C *hominem in ea.* Et David: [m] *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum.* Et cessent ultra cogitationum suarum errores sequi, & scripturarum magis auctoritate ducantur. Sicut enim qui voluptatibus enervati sunt, & quorum in pectore libido dominatur, contemplantes corporum venustatem, non quærunt morum pulcritudinem, sed membrorum; sensusque eorum prægravatus fæce terrena, nihil altius intuetur: sic qui structa verborum compositione ducuntur & capti eloquentiæ sono, non intuentur dogmatum veritatem, erubescunt errorem pristinum confiteri, & arrogantiæ tumore cæcati, nolunt esse discipuli, ne postquam correcti fuerint, prius errasse videantur.

D

XX. Abjectis itaque Origenis malis, & scripturarum quæ vocantur [9] apocryphæ, id est abscunditæ, decipulis prætermissis: [n] *Non enim in abscondito locutus sum,* ait Dominus, iterum atque iterum obsecro vos fratres carissimi, dominicæ passionis festa celebremus, fidem conversatione decorantes, [10] misericordia in pauperes imitemur Deum, cui nul-

a Joan. IV. 54. *b* I. Cor. XV. 16. 17. *c* Heb. XIII. 4. *d* Deut. I. 10. & seq. *e* Exod. XXXII. 32. juxta Græcum. *f* Psal. CXXVII. 5. 6. *g* Ibid. ỷ. 4. *h* Isa. XLVIII. 18. 19. ex Græco. *i* Gen. II. 7. *k* Gen. IX. 1. 7. *l* Jer. XXVII. 5. *m* Psal. CXIII. 16. *n* Joan. XVIII. 20.

1. Forte *concedens*. VALLARS.

2. Juxta mſ. *credere vanitati, qui putant eam resurgere, & non manere perpetuam*. ID.

3. Minime arridet impressa lectio, nec tamen opem conferunt mss. quorum Ambrosianus, *sentiat ut loquitur, ut non timet*, e quibus idoneum nihil possis extundere, nisi si illud *non timet*, eo sensu de Origene dicitur, quod semivir cum esset, sui caussa animas e cælo delabi, non timeret. ID.

4. Editi *peccato gravi*. Maxime autem ad hunc locum, aliosque infra de animarum, cum aliquid peccassent, descensu in corpora, faciunt hæc Theophili nostri, quæ ex vetustissima catena in Genesim cod. Vat. 747. olim exscripsimus: *Οὐ γὰρ δι' ἁμαρτίας αἱ ψυχαὶ, ὡς Ὠριγένει ἔδοξε, καταβεβλημέναι σώματι συνεπλάκησαν, ἐχρησάμεθα τῷ Μωσέως ῥήματι λέγοντι* (fort. *λέγοντος*) *τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν προσθείη ὑμῖν σήμερον ὡς ἐστὲ χιλιοπλασίως, καὶ εὐλογήσαι ὑμᾶς καθότι ἐλάλησεν ὑμῖν· οὐ γὰρ εὐλογία κατὰ Ὠριγένην ἐστὶν ἡ τῶν σωμάτων ποίησις· ἀλλὰ κατάρα πλανωμέναις ψυχαῖς. Ut constet, non ob peccatum* (*quod Origeni visum est*) *dejectas animas corporibus se implicuisse, utamur Moysis verbis dicentis ad filios Israel: Dominus Deus vester addat vobis hodie sicut estis millies, & benedicat vobis, quemadmodum vobis locutus est. Neque enim benedictio* E *est, juxta Origenem, productio corporum, sed maledictio errantibus animabus*. ID.

5. Hunc locum addita ex mſ. *si* particula, nonnihil resarcimus. ID.

6. Brevius Ambrosian. *si animarum peccato justi viri augetur genus?* ID.

7. Minus congruo sensu erat, *subiisse*. Id enim hoc loco evincit, non ob animarum peccata, corporum esse productionem, eorumque in universum naturam subsistere, aut substitisse. Restituimus ex Ambrosiano. ID.

8. Juxta LXX. est 34. 5. sed non ita in Jeremia legerit, cum a Græcis quoque exemplaribus recedat; verum memoriæ confisus ad eum modum recitavit. ID.

9. Al. *apocrypha & abscondita*. ID.

10. Idem mſ. *misericordiam in pauperes impertientes, imitemur Deum*. Mox *in cunctis* ex eodem legimus; ubi editi *in cunctos*. ID.



la corporalium naturarum forma consimilis est. Ha- A beamus in cunctis imaginem bonitatis ejus, pœnitentia emendemus errores, oremus pro inimicis, pro detractoribus obsecremus, æmulantes Moysen, qui sororis contra se loquentis culpam oratione delevit. Oleo eleemosynæ peccatorum sordes lavemus: captivorum vincula nos videantur adstringere, & propitium illis imprecemur Deum. Clausos carcere humanitas diurna sustentet, & his quorum corpora morbus regius occupavit, & jugi tabe membra solvuntur, propter repositam in cælis mercedem solicito ministerio serviamus. Si quando potestas judicii nobis data fuerit, & jurgantium ad nos fratrum caussa delata, non sit personarum consideratio, sed rerum: corruentibus & in tribulatione positis, nos quoque ruamus affectu. Leges normam teneant veritatis. Caritas prona sit ad misericordiam, non insultans peccantibus, sed condolens; facilis est enim lapsus ad vitia, & fragilitas conditionis humanæ quidquid cernit in alio, in se debet pertimescere. Cumque alius fuerit pro errore correptus, illius emendatio nostra sit cautio: & super omnia quasi culmen & corona virtutum, pietas in Deum toto cordis timore servetur, exsecrantesque deorum numerum, Patris & Filii & Spiritus sancti unam confiteamur indiscretamque substantiam, in qua & baptizati vitam æternam suscepimus. Et si Dei tribuerit clementia, cum Angelis merebimur dominicum pascha celebrare, habentes quadragesimæ exordium, ab octavo die mensis, qui secundum Ægyptios vocatur [1] Phamenoth. Et ipso præbente vires, attentius jejunemus: hebdomadæ majoris, id est paschæ venerabilis, die tertiadecima mensis Pharmuthi fundamenta jacientes: ita dumtaxat, ut juxta evangelicas traditiones finiamus jejunia intempesta nocte, octavo decimo die supradicti mensis Pharmuthi. Et altero die qui dominicæ resurrectionis est symbolum, id est, nono decimo ejusdem mensis verum pascha celebremus: adjungentes his septem reliquas hebdomadas, in quibus pentecostes festivitas texitur, & præbentes nos dignos communione corporis & sanguinis Christi. Sic enim merebimur accipere regna cælorum in Christo Jesu Domino nostro: per quem & cum quo Deo Patri gloria & imperium, cum Spiritu sancto, & nunc & semper & in omnia sæcula sæculorum Amen.

XXI. [2] Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos qui mecum sunt fratres.

EPISTOLA [3] PASCHALIS ANNI 402.

AD TOTIUS ÆGYPTI EPISCOPOS.

S. HIERONYMO interprete.

Primo credentes hortatur ad dominicum pascha celebrandum: deinde Apollinarii, tertio Origenis errores impugnat ac jugulat: postremo hæreticos ad pœnitentiam cohortatur.

I. PRimum solemnitatis augustæ sermo divinus de cælorum regionibus micans, & splendore suo B jubar solis exsuperans, clarissimum animabus se desiderantium lumen infundit. Quumque pleno cordis intuitu radios ejus quiverint sustinere, ad ipsa cælestis Hierusalem interiora penetralia, atque, ut ita dicam, sancta sanctorum eas pertrahit. Unde si volumus salutis esse participes, & adhærentes studio virtutum, animarum vitia purgare, & quidquid in nobis sordium est, jugi scripturarum meditatione diluere: quasi sub sudo apertam doctrinarum scientiam contemplantes, festinemus supernæ lætitiæ festa celebrare, & jungere nos Angelorum choris, ubi coronæ & præmia & certa victoria est, & desiderata triumphantibus palma proponitur. Nec differamus, tumentibus carnis fluctibus liberati, in- C ter diversa voluptatum hinc inde naufragia, clavum tenere virtutum, & post grandia maris pericula tutissimum cælorum intrare portum.

II. Quamobrem & eos, quos cassa vitæ hujus cura solicitat, & instar frementium gurgitum, perturbationum profunda circumsonant, quasi de somno gravi excitantes, ad sapientiæ provocemus lucra: ostendamusque eis veras divinorum sensuum divitias, & inspirata sanctæ celebritatis gaudia: eoque omnis impræsentiarum adsumatur labor, ut & eos qui paullulum negligentes sunt, & nosmet ipsos æternæ gloriæ præparemus. Unde & in Proverbiis indigentes sensu ad convivium suum Sapientia provo- D cans, clamitat: [a] *Venite, comedite de panibus meis, & bibite vinum quod miscui vobis*. Non enim sic cælum hoc quod suspicimus, stellarum illustratur choris, nec in tantum sol & luna, duo mundi, ut ita dicam, clarissimi oculi, quorum cursu annus evolvitur & vicissitudine tempora commutantur, clarum terris lumen infundunt, ut nostra solemnitas virtutum choro fulget & radiat. Cujus thesauros & divitias qui expetunt, consona cum David voce decantant: [b] *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? & volabo & requiescam*. Exsultantesque & quodam tripudio gestientes, & juxta quod scriptum est, gaudio ineffabili corda perfusi, [4] rursum clamitant: [c] *Non habemus heic manentem civitatem, sed futuram inquirimus*, [d] *cu-* E *jus artifex & fabricator est Deus*. [5] Sciunt enim omnium laborum suorum quibus in hoc mundo pugnatur & curritur, hanc esse repositam spem, & hæc in futuro præmia constituta; pro quibus nulla pericula formidantes, quotidie vitæ suæ [6] cursum

a Prov. IX. 5. b Psalm. LIV. 7. c Heb. XIII. 14. d Heb. XI. 10.

1. Ms. *Farmenoth*. Porro indicatur quadragesimæ initium die quarta Martii, hebdomas major octava Aprilis, cujus decima quarta dominicum pascha celebratum est, anno scilicet 401. ut ex hisce Romanorum mensium notis plane colligitur. VALLARS.

2. Quæ heic sequuntur, ignorat Ambrosianus liber. IDEM.

3. In Benedictina recensione inscribitur *liber primus*, & primo etiam loco ponitur ex falsa codicis S. Theodorici inscriptione hujusmodi: *Incipit Epistola Paschalis Theophili Alexandrinæ urbis Episcopi prima, ad totius Ægypti episcopos de Græco in Latinum a beato Hieronymo translata*. ID.

4. Forte *sursum*. ID.

5. Ita emendavimus conjectura quidem adducti, sed quam ipsa loci sententia postulat; nam quod antea erat *sicut* in libris omnibus, sensum non turbabat modo, sed penitus evertebat. ID.

6. Al. *cursum suum*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

dirigunt, hæreticorum vel maxime impietatem & tendiculas declinantes, quibus cæci cæcos ducunt in foveam, & quasi quadam veternosa & immundissima carie deceptorum corda commaculant: nec hac [1] calce contenti, intimas scripturarum medullas bibunt, veritatem dogmatum falsi nominis scientia condemnantes.

III. Quod intelligens & patriarcha Jacob, scalam cernit in somnis, cujus caput pertingebat usque ad cælum, per quam diversis virtutum gradibus ad superna conscenditur, & homines provocantur terrarum deserentes humilia, cum [a] *Ecclesia primitivorum* dominicæ passionis festa celebrare. [b] *Non est*, inquit, *hoc nisi domus Dei, & hæc est porta cæli.* B Quam David acutius intuens, & tota cupidine mentis inquirens, rationesque hujus itineris cogitationibus tractans, & quasi pretiosa pigmenta fortius terens atque comminuens, ut suavissimi late odoris fragrantia spargerent, ad solemnitatem provocat festinantes, dicens: [c] *Aperite mihi portas justitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino: hæc est porta Domini: justi intrabunt per eam.* Non est ergo, non est hæreticorum ulla solemnitas: nec qui errore decepti sunt, illius possunt communione lætari. Scriptum est enim, [d] *Si bestia tetigerit montem, lapidabitur.* Neque cælestium possunt recipere sacramenta verborum, qui divinis ecclesiæ dogmatibus contradicunt. Totis itaque viribus animas nostras ab omni contagione pur- C gantes, dignas celebritati quæ imminet, præparemus, ut possimus cum sanctis canere: [e] *Deus Dominus, & illuxit nobis.* De qua & alius propheta conscius futurorum mystica voce testatur: [f] *Apparebit* [2] *Dominus in eis, & disperdet omnes deos Gentium.* Quando verba in opera commutata sunt, & ambigentium oculis rerum veritas demonstratur, [3] ut per efficientiam eorum quæ prædicta sunt, verborum veritas comprobaretur, victoriæ suæ nos Deo faciente participes, ut & solemnitatis possimus cum sanctis habere consortium, & illustris ejus adventus præconia frequentare. Etenim quod omnis terra variis fuerat illecebris depravata, virtutes æstimans vitia, & e contrario vitia virtutes, dum D inolescente tempore, consuetudinem legem [4] putaret esse naturæ, & tyrannica superbia iniqui præcesserant, & mendacium tempore roborarant; patres & magistri veritatis putabantur: unde acciderat, ut hominum error incresceret, & in ritum brutorum animalium utilia nescientes, despicerent verum pastorem Dominum; ac furore raptati, tyrannos & principes colerent quasi deos, imbecillitatem suam in ejusdem naturæ hominibus consecrantes. Per quæ A eveniebat, ut præsens periculum mortis effugerent, & conciliarent sibi eos, quorum clementia crudelitate sævior erat.

IV. Idcirco omnibus errore seductis, [5] vivens Sermo Dei in auxilium nostrum venit ad terras, quæ ignorabant cultum Dei & veritatis solitudinem sustinebant. [6] Cujus rei testis est ille qui loquitur: [g] *Omnes deliquerunt, simul inutiles facti.* Et prophetæ Christi auxilium deprecantes: [h] *Domine inclina tuos cælos, & descende:* Non ut mutaret loca in quo omnia sunt, sed ut propter salutem nostram, carnem humanæ fragilitatis adsumeret, Paullo eadem concinente: [i] *Cum esset dives, pro nobis* B *pauper factus est, ut nos illius paupertate divites essemus.* Venitque in terras, & de virginali utero quem sanctificavit, egressus homo, [7] interpretationem nominis sui Emmanuel, (עמנו אל) id est, *nobiscum Deus*, dispensatione confirmans, mirum in modum cœpit esse quod nos sumus, & non desivit esse quod fuerat: sic adsumens naturam humanam, ut quod erat ipse non perderet. Quamquam enim Joannes scribat: [k] *Verbum caro factum est*, id est aliis verbis, *Homo*; tamen non est versus in carnem, quia numquam Deus esse cessavit. Ad quem & sanctus loquitur David: [l] *Tu autem ipse es.* Pater de cælo contestatur, & dicit: [m] *Tu es Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Ut & homo factus nostra C confessione permanere dicatur, quod fuit prius quam homo fieret, Paullo nobiscum eadem prædicante: [n] *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in æternum.* In eo enim quod ait, *ipse*, (ὁ αὐτὸς) ostendit illum pristinam non mutasse naturam, nec divinitatis suæ imminuisse divitias, qui propter nos pauper effectus, plenam similitudinem nostræ conditionis adsumserat. Ex tantis & talibus adsumsit hominem, dumtaxat absque peccato, ex quantis & qualibus nos omnes creati sumus non ex parte, sed totus, [o] *Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus*, nulloque, quod nostræ similitudinis est, caruit, nisi solo peccato [8] quod substantiam non habet: neque enim inanimam carnem habuit, & D pro anima rationali ipse in ea Deus Verbum fuit, sicut dormitantes Apollinaris discipuli suspicantur. Nec dicens illud in Evangelio: [p] *Nunc anima mea turbata est*, divinitatem suam perturbationi subjacuisse testatur; quod consequens est eos dicere, qui pro anima divinitatem in corpore ejus fuisse contendunt: nec rursum solam animam sibi socians, susceptum implevit hominem, ne ex similitudine carnis & ex dissimilitudine animæ, mediæ adsumtionis dispensationem implesse credatur; in carne

a Heb. XII. 13. *b* Gen. XXVIII. 17. *c* Psal. CXVII. 19. 20. *d* Heb. XII. 26. *e* Psal. CXVII. 27. *f* Soph. II. 11. *g* Rom. III. 12. ex Psal. XIII. 3. *h* Psal. XLIII. 5. *i* II. Cor. VIII. 9. *k* Joan. I. 14. *l* Psal. CI. 28. *m* Matth. III. 17. *n* Heb. XIII. 8. *o* I. Tim. II. 5. *p* Matth. XXVI. 38.

1. Verosimillimum est nobis *carie* vocem heic iterum repetendam pro *calce*, sed non immutamus. VALLARS.

2. Ex Græco Ἐπιφανήσεται κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν: pro quibus Vulgata: *Horribilis Dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ.* ID.

3. In B. P. absque *ut* vocula: mox pro *comprobaretur*, forte scribendum est *comprobetur*. ID.

4. Al. *putat*. Et mox *roborarent* . . . *acciderit*. ID.

5. Græce nempe est ζῶν ὁ λόγος, qui est Christus Dei Verbum. Mox in vulgatis omnibus pro *quæ* erat *qui*, puta homines, sed ve ius refertur ad *terras*. ID.

6. Exstat hæc pericope in *Codice Canonum* a Quesnello edito ad opp. S. Leonis tom. II. pag. 77.

7. Antea erat *interpretationem sui*, absque *nominis*, quod ex B. P. supplevimus. VALLARS.

8. Excusi depravatissimo sensu, *quod substantiam non habet inanimam sine anima: neque enim inanimam carnem habuit &c.* Nos voces *inanimam sine anima*, quæ hactenus E obtinuerant, e textu amovimus, nihil dubitantes, glossema illud esse alterius, quæ statim subsequitur vocis *inanimam*, quod studiosus nonnemo ad libri oram adnotarit, ut quid sibi vellet ea vox, indicaret: sive *inanimam* perinde esse ac *sine anima*: quæ postea supina librariorum imperitia in textum irrepserunt. Ut vero eas nihil esse, & nihil ad orationis seriem pertinere evidentissime intelligas, recole ex superiori Paschali §. III. isthæc, eadem ferme cum præsentibus verba: *Perfectus Deus propria voluntate quidquid humanæ fuit & naturæ & conditionis adsumens, absque peccato dumtaxat & malitia, quæ nullam habet substantiam, infans nascitur &c.* tum etiam alia isthæc ex Paschali III. *Vivens sermo Dei, nihil de nostra relinquens similitudine, absque solo peccato, quod substantiam non habet, novo modo ad nos venire dignatus est.* Hinc autem peccatum, quod non nisi a Lege prævaricatio fit, substantiam dicit non habere, atque adeo non fuisse cum humana natura adsumtum a Verbo, quod facile omnes intelligunt. ID.

nostri similis exsistens, & in anima irrationabilium jumentorum, si tamen secundum illos, irrationabilis & absque mente ac sensu est anima Salvatoris, quod impium est credere & procul ab ecclesiastica fide, ne protinus illo percutiatur elogio, quo propheta corripit delinquentem, dicens: [a] *Ephraim sicut columba insensata, non habens cor*. Et quasi irrationalis audiat: [b] *Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis*. Nulli enim dubium, quin irrationabilis & sine sensu ac mente anima jumentis irrationabilibus comparetur: unde & Moyses scribit: [c] *Bovem triturantem non infrenabis*. Et Paullus scriptum edisserens ait: [d] *Numquid de bobus cura est Deo? an propter nos utique dicit?*

V. Propter nos igitur homo Salvator est factus, non propter bruta & irrationabilia jumenta, ut similitudinem animæ jumentorum absque sensu & ratione susciperet. [1] Sed nec illud, quod ejusdem hæreseos sectatores cavillantur & garriunt, ecclesia suscipit, ut prudentiam carnis appellari putet animam Salvatoris, cum perspicue Apostolus prudentiam carnis inimiciam Deo appellet [e] & mortem: quod de Domino dicere nefas est, ut anima ejus mors & Dei inimica credatur. Si enim nobis præcipit: [f] *Nolite timere eos qui possunt occidere corpus, & animam non valent*; cogentur stulta sua disputatione suscipere, meliores esse nostras animas anima Salvatoris; dum illa prudentia carnis adferitur, quæ mors & inimica est Dei, nostra autem mori non potest. Quod nequaquam ita intelligendum est, fratres carissimi, cum etiam prudentia animæ non possit anima nuncupari, & multo inter se differant: licet enim prudentia animæ in ea sit, cujus prudentia est: tamen alterum habet, alterum habetur: & prius anima est, sequens versatur in anima. Quod si prudentia animæ non est anima, quanto magis carnis prudentia anima non potest appellari? Tendant quantumlibet syllogismorum suorum retia, & sophismatum decipulas proponentes, se ipsos innectant laqueis, ne id quidem scientes, cujus vana scientia gloriantur: & discant a nobis quos gratis cogunt hujuscemodi disputationem adsumere, aliud esse quod sapit, aliud sapientia, aliud quoque quod sapitur. Et hæc non solum verbis inter se, sed & sensibus discrepare: quæ enim sapit, rationalis est anima: porro quæ ex ipsa est, & ipsius, & non ipsa quæ sapit, appellatur sapientia: quod autem sapitur, res est quam respicit, eaque gignitur ex sapiente sapientia, [2] & non sapiens ipse, nec ipsa sapientia. Tandemque desinant dialecticæ artis strophis simplicia ecclesiasticæ fidei decreta pervertere, ut animam Salvatoris prudentiam carnis appellent, quam Apostolus mortem & inimicam adserit Dei.

VI. Sed & hoc modo nobis contra illos differendum videtur. Scriptum est de Verbo Dei: [g] *Omnia per ipsum facta sunt*. Num credibile est, sapientiam vel prudentiam carnis, quam illi animam Sal-

A vatoris intelligunt, a Verbo Dei conditam, ut mortis & inimicitiæ contra Deum ipse operator exsisteret, sibique eas, quod dictu nefas est, [3] copulari? Quod si nefarium est credere, & anima Salvatoris cunctis virtutibus pollet: ergo prudentia carnis non erit anima ejus, ne ipse mortem & inimicitiam contra Deum [4] sibi junxisse credatur. Cessent Apollinaris discipuli ea quæ contra ecclesiasticas regulas est locutus, propter alia ejus scripta defendere: licet enim adversus Arianos & Eunomianos scripserit, & Origenem aliosque hæreticos sua disputatione subverterit; tamen qui memor est illius præcepti: [h] *Non accipies personam in judicio*: veritatem semper debet diligere, non personas; &

B scire quod in dispensatione hominis, quam pro salute nostra unigenitus Filius Dei dignatus est adsumere, non sit alienus a culpa, qui super anima illius, perversa & intellexit & scripsit. [5] Sicut enim Apostolus ait: [i] *Si expendero omnem substantiam meam, & tradidero corpus meum, ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi proderit*; ita sive iste de quo nunc sermo est, sive Origenes & alii hæretici, quamvis scripserint aliqua quæ ecclesiasticæ fidei non repugnent; tamen non erunt absque crimine, & in his quæ principalia sunt & ad salutem credentium pertinent, ecclesiasticæ fidei repugnantes. Neque enim, ut ipse cum sectatoribus suis nititur adprobare, Do-

C minus noster atque Salvator animam sine sensu adsumsit & mente, aut mediam partem ejus, [6] duasque de tribus, sive tertiam, ut imperfecte hominem [7] salvaret adsumtum: quia nec media, nec reliquæ portiones perfecti nomen accipient. Et sicut quod perfectum est, caret imperfecti vitio; sic quod imperfectum est, perfectum non potest dici. Et si imperfecte similitudinem nostram, vel ex parte susceperat, quomodo in Evangelio loquebatur: [k] *Nemo tollit animam meam a me: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo sumendi eam?* Quæ autem tollitur atque deponitur, nec irrationalis nec absque mente & intelligentia dici potest; sed e contrario rationalis & intelligibilis, & men-

D tem habens, ac sentiens.

VII. Atque ita ipse disputationis ordo convincit, nihil a Domino imperfectum esse susceptum, sed adsumtum ab eo hominem plene, perfecteque salvatum. Nulli enim dubium, [8] quin irrationabilium jumentorum animæ non ponantur & resumantur, sed cum corporibus pereant, & in pulverem dissolvantur. Porro Salvator tollens animam & separans a corpore suo tempore passionis, rursum eam in resurrectione suscepit. Et multo ante quam id faceret, loquebatur in Psalmo: [l] *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*. Nec credibile est quod ad in-

E feros caro ejus descenderit, vel prudentia carnis quæ appellata sit anima, inferis apparuerit: sed quod corpus ejus positum in sepulcro sit, & ipse nec de corpore & sapientia carnis, nec de divini-

a Osee VII. 11. *b* Psal. XLVIII. 13. 21. *c* Deut. XXV. 4. *d* 1. Cor. IX. 10. *e* Rom. VIII. 7. *f* Matth. X. 28. *g* Joan. I. 3. *h* Lev. XIX. 15. Deut. I. 7. *i* 1. Cor. XIII. 3. *k* Joan. X. 18. *l* Psal. XV. 10.

1. Legebatur antea, *Sed ne illud quod ejusdem hæreseos peccatores cavillantur*: emendavimus, *nec*, & *sectatores*. VALLARS.

2. Isthæc *& non sapiens ipse nec ipsa sapientia*, in aliquot editis desiderantur. ID.

3. Forte *copulavit* vel *copularet*. ID.


4. Uno verbo erat *subjunxisse*, pro quo ad marginem Martianæus adnotaverat *subornasse*; nos duobus verbis fecimus *sibi junxisse*: quam vere, lector ex contextu judicet. Leviora quædam supra emendavimus. ID.

5. Al. *Si*. ID.

6. Forte *duasve*. ID.

7. Ita ex B. P. reposuimus *assumtum*, in aliis enim vulg. libris erat interjacenti etiam virgula, *salvaret*, *adsumtam*. IDEM.

8. Hanc ex Græco Theophili textu pericopen recitat Theodoritus Dial. III. ID. — Eam vero vide sis infra inter *Fragmenta Græca Epist. Pasch.* n. IV.



tate sua dixerit; *Non derelinques animam meam in inferno*, sed vere de nostræ naturæ anima, ut perfectam ac rationalem, & intelligibilem atque sensibilem ad inferos animam descendisse monstraret. Hortamur eos qui talia sapiunt, [1] ut relictis hæreticorum erroribus, adquiescant ecclesiasticæ veritati, & festivitatem dominicæ passionis non faciant imperfectam, ne principalem & majorem hominis partem in Salvatore negent, absque anima & mente corpus illius adserentes. Si enim ita erat, quid de se volens intelligi, loquebatur: [a] *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus?* Et si tantum carnem hominis adsumserat, cur in passione dicebat: [b] *Spiritus promtus, caro autem infirma?*


VIII. Unde sciendum est, quod ex omni parte temperatum humanæ conditionis exhibens sacramentum, perfectam similitudinem nostræ conditionis adsumserit, nec carnem tantum, nec animam irrationalem & sine sensu, sed totum corpus totamque animam sibi socians, perfectum in se hominem [2] demonstravit, ut perfectam cunctis hominibus in se & per se largiretur salutem; habensque nostri consortium qui de terra conditi sumus, nec carnem deduxit de cælo, nec animam quæ prius substiterat & ante carnem ejus condita erat, suo corpori copulavit, sicut Origenis nituntur docere discipuli. Si enim anima Salvatoris, ante quam ille humanum corpus adsumeret, in cælorum regionibus morabatur, & nec dum erat anima illius: [3] impiissimum est dicere, ante corpus eam fuisse Domini, agentem aliquid & vigentem, & postea in animam illius commutatam. Aliud est, si possunt de scripturis docere, ante quam nasceretur ex Maria, habuisse hanc animam Deum Verbum, & ante carnis adsumtionem animam illius nuncupatam. Quod [4] si & auctoritate scripturarum, & ipsa suscipere ratione coguntur, Christum non habuisse animam ante quam de Maria nasceretur (in adsumtione enim hominis & anima ejus adsumta est) perspicue convincuntur eamdem animam & illius, & non illius, fuisse dicere. Sed cessent illi a novorum dogmatum impietate furibundi. Nos scripturarum normam sequentes, tota cordis audacia prædicemus, quod nec caro illius, nec anima fuerint priusquam de Maria nasceretur. Nec ante anima in cælis sit commorata, quam eam postea sibi junxerit: nihil enim nostræ conditionis e cælo veniens secum Dominus deportavit. Unde quidquid contrarium est veritati, evangelica falce succidens, loquitur: [c] *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur.* Verbum opere, comminationem fine consummans, & dictorum potentiam expletione rerum probans: ut quidquid sermo pollicitus est, gestorum veritas exhiberet.

IX. Sciant igitur se hujus solemnitatis alienos E
A non posse nobiscum celebrare dominicam passionem, qui Origenem, ut loquar aliquid de fabulis poetarum, hydram omnium sequuntur hæreseon, & erroris se habere magistrum & principem gloriantur. Quamvis enim innumerabiles texuerit libros, & garrulitatis suæ, quasi damnosæ possessionis mundo reliquerit hereditatem; tamen scimus lege præceptum: [d] *Non poteris constituere super te* [5] *hominem alienum, quia non est frater tuus.* Qui enim diverso tramite ab Apostolorum regulis aberravit, quasi indignus & profanus choro Christi & consortio mysteriorum ejus, de solemnitate Christi ejicitur: & a patribus majoribusque natu, qui Salvatoris ecclesiam fundaverunt, procul pellitur philosophorum
B pannos laceros ac veteres nitens novo & firmissimo ecclesiæ consuere vestimento, & veris falsa sociare, ut ex illorum vicinitate fortior probetur infirmitas, & hujus pulcritudo violetur.

X. Quæ enim illum ratio, quis disputationum ordo perduxit, ut allegoriæ umbris & cassis imaginibus scripturarum tolleret veritatem? Quis propheta sentire docuit, propter ruinam & lapsus de cælis animarum, Deum esse compulsum corpora fabricare? Quis, juxta beatum Lucam [e], eorum *qui viderunt & ministri fuerunt Sermonis Dei*, huic tradidit ad docendum, negligentia & motu & fluxu de altioribus rationabilium creaturarum, provoca-
C tum Deum mundi hujus condere diversitatem? cum creationem ejus Moyses explicans dixerit, [6] nec indicaverit propter aliquas caussas præcedentes, de rationabilibus sensibilia; de invisibilibus visibilia, de melioribus pejora prolata, quod apertissime Origenes prædicat? Dicit enim propter peccata intelligibilium creaturarum mundum esse cœpisse; nolens pascha celebrare cum sanctis, neque cum Paullo dicere: [f] *Invisibilia Dei, a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur:* Nec cum propheta vociferari, [g] *Consideravi opera tua, & obstupui.* Aliter enim mundi pulcritudo subsistere non valebat, nisi eum varius creaturarum implesset ornatus. Denique sol & luna, duo magna lu-
D minaria, & stellæ reliquæ ante quam hoc essent in quod eas creatas quotidiani cursus testatur officium, non erant absque corporibus, nec propter aliquas caussas simplicitatem pristinam relinquentes, corporibus circumdatæ sunt, ut ille somniat, contraria fidei dogmata struens. Nec animæ in cælorum regionibus aliquid peccaverunt, & idcirco in corpora relegatæ sunt. Si enim hoc ita esset, oportuerat Salvatorem nec ipsum corpus adsumere, & animas de corporibus liberare debebat eo tempore, quando in baptismate peccata dimittit; [7] statim baptizatum de corporis vinculis solvere, quæ propter peccata in condemnatione peccati facta commemorat. Sed & resurrectionem corporum frustra pollicetur, si expedit animabus absque gravitate corporum ad cæ-

a Joan. x. 11. *b* Matth. xxvi. 41. *c* Matth. xv. 13. *d* Deut. xvii. 15. *e* Luc. I. 2. *f* Rom. I. 20. *g* Hab. III. 2. sec. LXX.

1. Al. B. P. *ut errores hæreticos relinquentes, &c.* VALLARS.
2. Forte *demonstrarit*. ID.
3. Hæc ut in editis libris invenimus, ita reliquimus, neque enim absque mss. suffragio restitui possunt; ex ingenio autem mutare noluimus. Sentit enimvero Theophilus, ex Origenistarum placitis necessario sequi, ut *eamdem animam, & fuisse Domini simul & non fuisse* dicere cogerentur; siquidem *animam quæ prius substiterat, & ante carnem ejus condita erat, suo ipse corpori copulavit.* Id quippe Adamantius commentus est, animam Christi Verbo fuisse conjunctam, ante quam corpori adjungeretur: quod lib. 2. περὶ Ἀρχῶν cap. 6. latissime exponit. At heic verba quibus sensus ille exprimendus per partes erat, adeo laciniosa sunt, manca atque impedita, tum hac, tum sequenti periodo, idque librariorum culpa, (integram enim periodum excidisse facile crediderim) ut operam perdere videatur, qui ex conjecturis supplere velit atque emendare. Nihilominus paullo infra pro *Aliud est*, legendum videretur *Audendum est*, aut quid simile. ID.
4. Vitioso verborum ordine erat *Quod & si auctoritate &c.* ID.
5. Vulgat. *hominem regem*, cui Aldinum Græcum exemplar concinit ἄρχοντα ἄνθρωπον, sed vetustiora *hominem* tantum. ID.
6. Excidit procul dubio Scripturæ locus, qui forte erat: *In principio creavit Deus cælum & terram:* certe hic proposito perquam bene aptaretur. ID.
7. Forte *statimque*, & mox *condemnationem*. ID.



lum levius subvolare. Ipse quoque resurgens carnem suam suscitare non debuit, sed solam divinitati animam copulare, si melius est absque corporibus quam cum corporibus vivere.

XI. Quid sibi autem vult, crebro animas & vinciri corporibus, & ab eis dividi, prædicare: & multas nobis inferre mortes? ignorans Christum idcirco venisse, non ut post resurrectionem corporibus animas solveret, aut liberatas rursus aliis corporibus indueret, & de cælorum regionibus descendentes, sanguine & carne vestiret; sed ut semel corpora suscitata incorruptione & æternitate donaret. [1] Sicut enim [a] *Christus* mortuus, *ultra non moritur, nec mors ei dominabitur*; ita nec corpora suscitata post resurrectionem secundo, vel frequenter intereunt, nec mors eis ultra dominabitur, neque in nihilum resolventur: quia totum hominem Christi [2] salvabit adventus.

XII. Sed & illud a solemnitate Christi Origenem alienum facit, quod Principatus, Potestates, Fortitudines, Thronos, ac Dominationes, non ab initio in hoc conditas refert, sed post creationem sui aliquo honore [3] dignas factas, & aliis sui similibus propter negligentiam ad inferiora delapsis, has inclytis nominibus appellatas: ut (juxta errorem ejus) non eas condiderit Deus Principatus & Potestates, & reliqua: sed aliorum peccata illis materiem tribuerint gloriarum. Et quomodo Paullus Apostolus scribit: [b] *In Christo creata sunt omnia in cælis & in terra, visibilia & invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates: omnia per illum & in illo creata sunt, & ipse est ante omnia*: si intelligeret vim verbi [4] per quem dicitur, *creata sunt omnia*, nosset utique ab initio ita eas conditas, & non aliorum socordiam & in inferiora prolapsum, occasionem dedisse Deo, ut illas, Principatus, & Potestates, & Fortitudines reliquas nominaret: maxime cum creaturarum pulcritudo consistat in ordine dignitatum. [5] Sicut enim de sole & luna & stellis scriptum est: [c] *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare majus ut præesset diei, & luminare minus ut præesset nocti, & stellas; & posuit illas in firmamento cæli, ut lucerent super terram*, nec præmium bonorum operum reciperent, ut post conditionem sui in firmamento cæli lucerent, & diebus sive noctibus succederent; sic Principatus & Potestates, quæ in cælorum regionibus conditæ sunt, non post bona opera in hæc profecisse sentimus, sed sic ab initio conditas: neque enim Origenis & discipulorum ejus imitamur errorem, qui putant in [6] similitudine dæmonum & diaboli, qui propria voluntate talia nomina officiaque sortiti sunt, Principatus & Potestates, Virtutes, & Thronos, & Dominationes post conditionem sui, boni aliquid per-

A petrasse, ut aliis ad inferiora delapsis, ad excelsa conscenderent, & his nominibus insignirentur, habentes postea quod prius non habuerant. Quæ dicentes, non intelligunt, Paulli se sententiæ contraire, in Christo creatos Principatus & Potestates & Thronos & Dominationes, loquentis. Quod autem dicit, *creatos*, nulli dubium est, quin sic ab exordio conditi sint, & non postea istiusmodi acceperint dignitates.

XIII. Verum hæc breviter sanxisse sufficiat: ad aliam ejus veniamus impietatem, quam velut de profundissimis tenebris eructans loquitur, & blasphemiarum suarum pessimam mundo reliquit me-
B moriam. Dicit enim Spiritum sanctum non operari ea quæ [7] inanima sunt, nec ad irrationabilia pervenire. Quod asserens non recogitat, aquas in baptismate mysticas adventu sancti Spiritus consecrari: panemque dominicum, quo Salvatoris corpus ostenditur & quem frangimus in sanctificationem nostri: & sacrum calicem (quæ in mensa ecclesiæ collocantur) & utique inanima sunt, per invocationem & adventum sancti Spiritus sanctificari. Si ad irrationabilia, & ad ea quæ absque anima sunt, sancti Spiritus fortitudo non pervenit, cur David canit: [d] *Quo abibo a Spiritu tuo?* Quod dicens, ostendit sancto Spiritu omnia contineri, & illius majestate circumdari: si omnia, in omnibus utique
C & irrationabilia & inanima sunt. Et alibi legimus: [e] *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*. Quod numquam scriptura memoraret, nisi irrationabilia quæque & inanima illius numine complerentur. Verum non est contentus hoc fine blasphemiæ, sed in morem lunaticorum qui furorem suum illisione dentium & spumantium salivarum ejectione testantur, rursum eructat, & dicit Filium Dei, id est, Rationem (τὸν Λόγον) & Sermonem, ac virtutem ejus, ad ea tantum quæ rationabilia sunt, pervenire. Quod audiens, miror unde sumserit, aut quomodo legisse se nesciat: [f] *Omnia per ipsum facta sunt*: ex quo approbatur, ad cuncta Verbi Dei fortitudinem pervenire. Forsitan oblitus & illius historiæ [g], quan-
D do virtute Christi Lazarus suscitatus est, cujus utique corpus eo tempore quo de morte surgebat in vitam, ut anima, ita & ratione caruit. Ignoravit & illud [h], quod de quinque panibus quinque millia saturata sunt hominum, exceptis mulieribus & infantibus: & superfuerunt duodecim cophini fragmentorum: quod utique Christi fortitudo perfecit. Arbitror eum nec illius miraculi recordatum, quando [i] irrationabiles maris fluctus divino calcans pede, tranquillitati navigantium reddidit: quæ Christi virtus, & non alterius patravit imperium. Quomodo ergo non toto corde & animo & corpore perhorrescit, dicens fortitudinem Verbi Dei irrationabiles creaturas non posse pertingere? Et qui
E jactat se in scientia scripturarum, & putat tanta

a Rom. VI. 9. b Coloss. I. 16. 17. c Gen. I. 16. 17. d Psalm. CXXXVIII. 8. e Sap. I. 7.
f Joan. I. 3. g Joan. XI. h Matth. XIV. 21. i Ibid. ℣℣. 25. seqq.

1. Vitiose antea legebatur duobus verbis *Si ut*, quod nos conjuncte fecimus *Sicut*, ut sensus constaret. Deinde est in B. P. *Christus semel mortuus*. VALLARS.

2. Forte *salvavit*. ID.

3. Perperam in Benedictin edit. erat *dignas fecisse*: nos olim *dignas fuisse* legendum opinati sumus, nunc autem B. P. lectionem prætulimus. ID.


4. Istud *per quem* commodius referendum videtur ad Christum, cum illud ex Apostolo Theophilus urgeat *per illum & in illo* creata omnia. At si etiam malis ad *verbum*, cui statim jungitur, referre, hujusmodi constructionis apud veteres præcipue Grammaticos exempla non deerunt. ID.

5. Iterum cogente orationis serie *Sicut* legimus pro *Si* quod antea obtinebat, imperfecto sensu. ID.

6. Leg. *similitudinem*. ID.

7. Supino errore, qui tamen libros omnes pervasit, scriptum erat *in anima* duobus verbis, non heic modo, sed infra etiam, nec semel, ne typographi mendum putares. Sed ita legendum, ut emendamus, sensus clamat. Conferendus porro est Tomus secundus Origenis in Joannem non longe a fine, ubi Χριστοῦ μὲν πάντα μετέχειν τὰ λογικά, *quæ ratione quidem prædita sunt omnia Christum participare* docuit, secus alia: tum superiori tomo ubi triplex rerum ratione pollentium genus statuit, Angelorum, Hominum, & τῶν καταχθονίων, sive infernorum, inter quæ dæmones. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



legisse quanta nullus hominum legerit, sciat scriptum, quod ægrotantes in lectulis deferebant, & ponebant in triviis & plateis, ut Petri eos umbra contingeret & sanaret, quod sacra Apostolorum Acta testantur [a], arguentia Origenis stultitiam, [1] per quæ id Apostolorum umbra fecisse convincitur, quod ille Filium Dei, Verbum Dei non potuisse testatur.

XIV. Simili errore deceptus, & nesciens quid loquatur, [2] eorum qui nolunt Dei providentiam usque ad omnes creaturas & mundi inferiora descendere, sed tantum in cælorum regionibus commorari, ut scilicet id umbra fecerit Petri, quod implere Salvatoris fortitudo non quiverit. Sed & B ad illa veniamus: Apostolo enim de primogenito Filio Dei perspicue proclamante: [b] *Hoc intelligat unusquisque in nobis, quod & in Christo Jesu; qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed se ipsum exinanivit, formam servi accipiens*: ille ausus est dicere, quod anima Salvatoris se evacuaverit, & formam servi acceperit, ut Joannes mentitus esse credatur, qui ait: [c] *Verbum caro factum est*, similem nostræ conditioni ingerens Salvatorem, dum non est ipse qui se evacuavit, & formam servi accepit; sed [3] anima illius; & fidem quæ omnium confessione firmata est, sua impietate dissolvit. Si enim anima Salvatoris est, quæ fuit in forma Dei & æqualis C Deo, juxta Origenis insaniam: æqualis autem Deo filius Dei est, & quod æquale Deo est, ejusdem convincitur esse substantiæ; ipse nos disputationis ordo perducit, ut unius naturæ animam & Deum esse credamus. Quod cum dicat, sequitur, ut nostras quoque animas non alterius a Deo naturæ esse [4] contendat (nullique dubium, nostras animas & animam Salvatoris unius esse substantiæ) ut jam factor atque factura unius naturæ sint. Et quomodo in Christo creata sint omnia, si animæ hominum ejusdem cum creatore substantiæ sunt? Verum non est ita, fratres, nec anima Salvatoris, sed ipse Filius Dei cum esset in forma Dei & æqualis Deo, se exinanivit, formam servi accipiens. At Orige- D nes in profundum impietatis demersus cœnum, non intelligit se gentilium esse participem, qui idola pro Deo venerantes: [d] *dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & immutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis*: quod & iste incurrens, simili errore deceptus est: in forma enim & æqualitate Dei animam Salvatoris affirmans, sicut superior sermo memoravit, impietati ethnicæ æqualis est. Ut enim illi immutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, dicentes, deos esse qui non erant; sic iste immutavit gloriam incorruptibilis Dei, in forma illius & E A æqualitate animam Salvatoris adserens, quæ creata est; & hanc se evacuasse, & non Verbum Dei ad terrena venisse, sicut Apostoli affirmat auctoritas.

XV. Nec erubescit, ex multiloquio immemor sui, & animam hominis nolens a conditionis exordio sic vocatam, sed ex eo, quod quæ prius mens & sensus erat, frigus negligentiæ & infidelitatis adsumserit. Quæ etymologia magis Græcæ huic, quam Latinæ linguæ convenit [5]. Si autem æqualem Deo & in forma illius constitutam animam adserit Salvatoris, ergo & illa ex frigore caritatis sortita vocabulum est, & prioris nominis perdidit dignitatem. Generalis enim illius disputatio est, animas B hominum appellatas ex eo, quod calorem pristini fervoris amiserint. Igitur si omnium animæ, recepto frigore, sunt vocatæ, & confitetur animam habuisse Salvatorem, sequitur ut & ipsam de mente & sensu dicat ad hujusmodi vocabulum commigrasse. Quod [6] licet sermone taceat, apertaque impietas illius insaniam reprimat; tamen ipsa dicere necessitate compellitur, quæ prioribus dictis ordine nectit sequentia. Aut enim negare debet habuisse animam Salvatorem, ut apertissime contra Evangeliorum veniat auctoritatem: aut si non potest sibi contraria loqui, etiam hanc ex frigore caritatis de mente & sensu confitebitur animam nuncupatam; omnium quippe animas, qui recesserint a C Deo, & calorem divinæ caritatis amiserint, ex frigore æstimat appellatas. Quis non credat eum hoc sacrilegii fine contentum?

XVI. [7] Aliam rursus Filio Dei nectit calumniam, & his verbis loquitur. [8] Sicut Pater & Filius unum sunt, ita & anima quam adsumsit Filius, & ipse Filius Dei unum sunt. Nec intelligit Patrem & Filium unum esse propter communionem substantiæ & eamdem divinitatem: Filium autem Dei & animam ejus, diversæ & multum inter se distantis esse naturæ. Etenim si sicut Pater & Filius unum sunt, sic & anima Filii & ipse Filius unum sunt; unum erit Pater cum anima Salvatoris, & ipsa di- D cere poterit: [e] *Qui videt me, videt & Patrem*. Sed non est ita: absit hoc ab ecclesiastica fide. Filius enim & Pater unum sunt, quia non est inter eos diversa natura; anima autem & Filius Dei, & natura inter se discrepant & substantia; eo quod & ipsa a Filio condita, sit nostræ conditionis atque naturæ. Si enim sicut Pater & Filius unum sunt, sic anima Filii Dei & ipse Filius unum sunt; unum erit, ut jam diximus, [9] anima & Deus Pater; & anima Salvatoris, [f] splendor gloriæ & forma substantiæ ejus esse credetur. Verum hoc dicere impium est atque blasphemum. Ejusdem igitur impietatis est, Filium & animam illius unum E dicere, atque Patrem & Filium esse unum negare.

a Act. V. 15. *b* Philipp. II. 5-7. *c* Joan. I. 14. *d* Rom. I. 22. 23. *e* Joan. XIV. 9. *f* Heb. I. 3.

1. Vitiose erat *per quam*, ut referres ad *stultitiam*; quod respicit *Apostolorum acta*. Emendavimus ex B P. VALLARS.

2. Ut sensus utcumque constet, supple heic loci *factus est sectator* aut *dux*, aut quid simile, quod omnino excidit librariorum oscitantia. ID.

3. Erat alio, & contrario sensu *animam* in accusandi casu, cum liquido auctoris mens velit in recto. ID.

4. Forte *concedat* rescribendum est; hanc enim non proponi ab Origene, sed ex superiori ejus doctrina consequi debere insaniam ex l. 4. περὶ ἀρχῶν, notat Hieron. sub finem epistolæ ad Avitum: ut nempe diceret *omnes rationabiles naturas, id est Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, Angelos, Potestates, Dominationes ceterasque Virtutes, ipsum quoque hominem secundum animæ dignitatem unius esse substantiæ*. ID.

5. Id est, animam prius νοῦν, deinde ψυχὴν a frigore Græce ψύχος nuncupatam. ID. — Eadem habes in super. Epist. Pasch. §. XVII.

6. Erat antea in editis omnibus falso, & incongruo sensu, *licet sermo nec taceat* pro uno verbo, *sermone*, quemadmodum ex conjecturis emendavimus; id enim iterum consequi, non adseri ab ejus doctrina dicit. VALLARS.

7. Græca hujus loci exstant infra inter *Fragmenta Græca Epist. Pasch.* n. V.

8. Vitiose in vulgatis *Si sicut*, quod ex Græco emendamus, ex quo tamen mutata interpunctione legendum videretur, *loquitur sic: Sicut &c.* VALLARS.

9. Græca apud Theodoritum, parumper heic differunt, ubi legimus in Latino ex B. P. in aliis quippe excusis nonnihil perturbato sensu, & vitiosa in primis interpunctione erat, *anima & Pater Deus, & anima Salvatoris &c.* IDEM.

Rurſum immemor ſui, contraria ſibi loquitur, ait enim: Anima [a] quæ turbata eſt & triſtis effecta, non erat ipſa unigenitus & primogenitus omnis creaturæ, nec Verbum Dei, quod conditionem animæ ſuperans, & vere Filius Dei in evangelio loquebatur: [b] *Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi illam.* Ergo ſi melior eſt & potentior Filius Dei anima ſua, quod nulli dubium eſt; quomodo anima illius in forma Dei eſſe poterat, & æqualis Deo [1] quam cum dicat ſe evacuaſſe & ſervi adſumſiſſe formam; omnes hæreticos magnitudine blaſphemiæ ſuperat. Si enim in forma Dei & æqualis Deo Verbum Dei eſt, in forma autem Dei & æqualitate ejus anima Salvatoris eſt; quomodo poterit inter æqualia aliud eſſe majus, aliud minus? Ea enim quæ inferioris naturæ ſunt, ſublimiorem naturam atque ſubſtantiam ſui dejectione teſtantur.

XVII. Non ei ſufficit iſta blaſphemia, ſed trans flumina Æthiopiæ [2] currum ſtultitiæ ſuæ dirigens, iterum furibundus exſultat, tot dicens voluntate ſua Deum condidiſſe rationabiles creaturas, quot poterat gubernare: ut virtutem Dei imbecillitati hominum & cæteris quæ creata ſunt, comparet. Nam in humano corpore tot fortitudo ejus membra ſuſtentat & regit, quot poteſt ex eis infuſa vegetare: & eam nobis tribuit temperantiam quam valet ſua præſentia regere, tantumque virtute ſuſtentat, quantum poſſunt membra hominum ſuſtinere. Deus autem major his quæ ipſe fabricatus eſt, cum illis menſuram in creatione præſtiterit quam rerum ordo poſcebat & quo amplius ſuſtinere non poterat; plus poteſt, quam ea quæ facta ſunt, capiunt. At ille, columen veritatis, terminabilem Dei adſerit fortitudinem, & minorem artibus hominum. Cæmentarii quippe & hi qui ſtruendarum domorum callent ſcientiam, majora poſſunt ædificare quam fecerunt: ſi tamen queant fundamenta ſuſtinere, quæ ſuperædificanda ſunt; nec fabricatio cogitationis artium finis eſt. Cumque opera tanta perfecerint, quanta rerum neceſſitas flagitabat, habeantque menſuram ultra quam ſi fuiſſet aliquid exſtructum, indecens & inutile probaretur; ars ipſa plus mente continet, quam opere demonſtravit; nec fine rerum finis imponitur ſcientiæ; ſi tamen, ut dixi, quidquid mens conceperit & magnitudine operum cogitatio dilatarit, poſſint ea quæ ſubjecta ſunt, ſuſtinere. Et quomodo non impium eſt, humanæ arti finem non imponere, nec operibus ſuis artificum ſcientiam coæquare; & Deum tanta feciſſe dicere rationabilium creaturarum, quanta facere poterat? Audiat ergo & diſcat impius: [3] Non tanta eſt virtus Dei, quantas feciſſe dicitur rationabiles creaturas: ſed imponens menſuram operibus ultra quam eſſe non poterant, & rerum numerum diſpoſitionis ſuæ arte concludens, ipſe menſura & numero non tenetur. Ex quibus liquido apparet, non eum tanta feciſſe quanta poterat; ſed quantum rerum neceſſitas expetebat, tantum ejus feciſſe virtutem. Ponamus exemplum, ut quod dicimus, manifeſtius fiat. Si quis opulentus paterfamilias convivas ad cœnam voluerit invitare, & tantas offerre dapes quæ implere poſſint aviditatem cœnantium; non ſtatim quantum illi comederint & quantum eis fuerit præparatum, tantum dives dominus habere poterat; ſed præbuit eis quantum convivii dignitas expoſcebat: ſic & omnipotens Deus, vincens comparationis exemplum, non tantas fecit creaturas quantas poterat, ſed tantæ ab eo factæ ſunt quantæ debebant fieri. At [4] ille verboſitatis ſeminarium contexit, & replicat, & ait: [5] Tanta fecit Deus, quanta poterat comprehendere & ſibi habere ſubjecta, ſuaque providentia gubernare. Nec audit prophetam dicentem: [c] *Si omnes gentes, ut ſtilla de ſitula, & ſicut momentum ſtateræ computatæ ſunt, & quaſi ſaliva deputabuntur &c. cui adſimilaſtis Deum?* Et rurſum: [d] *Quis menſus eſt manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugillo?* Si ad comparationem fortitudinis Dei aqua menſuratur manu, & cælum palmo, & omnis terra pugillo: (hæc autem per metaphoram dicuntur, ut eorum quæ facta ſunt, vilitas ex factoris magnificentia comprobetur; neque enim diverſitate membrorum compoſitus eſt Deus) quo modo tanta feciſſe dicitur, quanta poterat ſua virtute comprehendere?

XVIII. Calcemus quod cœpimus, & ſenſum noſtrum plenius explicemus. *Si omnes gentes quaſi ſtilla de ſitula, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt, & quaſi ſaliva reputabuntur:* per quæ verba omnium creaturarum vilitas & parva ſubſtantia demonſtratur, ut appareat incomparabilis ſublimitas Dei; ergo & fortitudo ejus, ſicut ſtilla de ſitula & ſicut momentum ſtateræ & ſaliva hominis reputabitur, ſi juxta Origenem tanta fabricatus eſt, quanta poterat ſua virtute comprehendere: & neceſſe eſt numero menſuræque factorum, Dei fortitudinem coæquari, ſi non potuit facere majora quam fecit. Verum non puto quempiam, non dico hominum, ſed ne dæmonum quidem hæc de eo audere confingere, quæ ille & ſenſit & ſcripſit, tantam Deum feciſſe materiam, quantam ornare poterat & in rerum formas dividere. Quæ ſentiens, rurſum diſcat a nobis, non quanta fecit Deus, tanta facere poterat; ſed quantam menſuram rerum ordo poſcebat, tanta fabricatus eſt Deus, multo majorem habens & artem & fortitudinem, quam ea quæ facta ſunt, numerum atque menſuram. Et hoc ſciat prophetarum teſtimoniis comprobari, e quibus [6] ait: [e] *Operuit cælos virtus ejus:* Et alter clamitat:

[a] Marc. XIV. 34. [b] Joan. X. 18. [c] Iſa. XL. 15. 18. [d] Ibid. ℣. 12. [e] Hab. III. 3.

1. Pluribus hæc periodus vitiis in Benedictin. aliiſque editionibus laborabat, quam partim ex B. P. partim ex conjecturis priſtino nitori, ac ſenſui reddidimus: erat enim ad hunc modum, *qua dicat ſe evacuaſſe, & ſervi adſumſiſſe formam? Omnes hæreticos &c.* VALLARS.

2. In B. P. ad libri marginem notatur *curſum* pro *currum*. ID.


3. Al. *Quod non*. ID.

4. Martianæus locum ſic diſtinguit, ac notat, ut *ille verboſitatis ſeminarium*, τῆς πολυλαλίας σπορά, ipſe Origenes dicatur, quod minime placet. ID.

5. Mirum in ſuperiori Synodica hanc de circumſcripta Dei potentia doctrinam, immo inſaniam Origeni non imputari, cum cetera omnia ejus dogmata tam diligenter examinentur. Et putamus quidem non eam fuiſſe Origenis mentem, quæ illi ab ejus adverſariis tribuitur; ſed concinit tamen Theophilo noſtro Juſtinianus epiſt. ad Menam, ubi diſertum e primo περὶ ἀρχῶν libro fragmentum profert, in ejus ſententiæ teſtimonium, & Methodius quoque apud Photium cod. 235. Diſertiſſime vero omnium Rufinus, Syrus ille cujus libellum *de Fide* Sirmondus edidit: *Impie Origenes ac nefarie fatus eſt, qui ſic dixit: Non omnia quæ voluit Deus, fecit; ſed ea tantum, quæ potuit continere & comprehendere. Qui cum hoc dixit, ademit Domino cunctorum potentiam, quaſi ex parte dimidia ei faciendi poteſtas daretur. Nam ſi continendi, ac ſi ei quæ faceret, ſubjugandi non habet, ut ille æſtimat, facultatem; ne creandi quidem ſcilicet poteſtatem habebit. Nam qui creandi facultatem habet, & ſubjugandi ſibi creata ſimiliter habebit.* Cetera Origenis dogmata quæ ſubinde hiſce litteris impugnantur, diſſimulamus, quando ad ſuperiorem Synodicam expenduntur. ID.

6. Supple, *unus*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



Terram autem sicut nihili fecit : ut majorem Dei A esse virtutem his quæ facta sunt, [1] prædicarent. Porro quod dixit: *terram sicut nihili fecit*, de universis creaturis Apostolus interpretans loquitur: [a] *Qui vocat ea quæ non sunt, tamquam sint*. Ut & per hæc verba discamus, majorem esse fortitudinem Dei, quam ea quæ ab illo facta sunt. Et non erubescit contra Dei fortitudinem disputans dicere, quod tantum possit Deus, quantum ei ad operandum materia ministrarit! Nec intelligit aliam naturam esse factorum, & aliam ejus qui factor est Deus, neque posse tantum illam de qua aliquid fit, quantum is potest, qui ex ea aliquid fabricatur: diversarum enim substantiarum diversa est virtus atque conditio.

XIX. Quapropter si volunt cum ecclesia dominicum pascha celebrare, qui auctoritati scripturarum Origenis præferunt deliramenta, audiant inclamantem Deum: *Et non ostendit illa tibi, ut ambulares post ea*: Ac prophetam lacrymabiliter commonentem: [b] *O o fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus, quia a quatuor ventis congregabo vos: in Sion salvamini qui habitatis filiam Babylonis*. Ut erroris tenebras frigusque ignorantiæ relinquentes, ad ortum solis justitiæ, juncti magorum studiis convertantur, & inhabitantes calidissimam plagam cæli, quæ in scripturarum fervore sentitur, pastores ecclesiasticos, spreta Origenis amentia, sciscitentur, C & dicant: [c] *Ubi est qui natus est rex Judæorum?* Cum illum invenerint jacentem in præsepi, humili videlicet eloquio scripturarum, [2] offerant ei aurum & tus & myrrham: id est, fidem probatam & omni veritatis splendore fulgentem, conversationisque bene olentis fragrantiam & continentiam, luxum voluptatis & fluitantia carnis incentiva siccantem. Qui enim post crebras commonitiones, ecclesiasticæ fidei contradicunt, duplici languore detinentur, nequitia & imperitia; & in morem serpentum toti ad terrena conversi adhærentesque humo, bonis mala præferunt, nec noverunt quæ sit differentia vitiorum atque virtutum, & de sanctis scripturis in correptionem & sanitatem sui medica- D menta contemnunt, in morem prægnantium mulierum, veritatis fastidia sustinentes, quæ solitos cibos respuunt, & noxia quæque sectantur; nec valent contra veritatis radios clarum animæ lumen intendere: despicientes ecclesiasticam disciplinam, quasi porci volutantur in cœno, & unguenta contemnunt.

XX. Sed justum est, ut saltem de exemplis quæ inferimus recipiant sanitatem. Sicut enim oculo officit lippitudo, & totum corpus depopulatur febris, æs quoque & ferrum paullatim rubigo consumit; ita dogmatum perversorum perniciosa contagio animarum negligentium pulcritudinem violat, & deformi eas mendaciorum pallore perfundit. Obsecro, E fratres, ut ignoscatis dolori meo, sceleratas doctrinas in medium proferenti. Licet enim per Babyloniæ flumina transierimus, ut captivos ibidem commorantes ad festivitatem Hierusalem pergere suaderemus; tamen misericordia Dei ipsi captivitatem non sensimus, prosperis ventis scripturarum vela pandentes. Nec obruerunt nos doctrinæ hæreticæ gurgites intumescentes, nec mendaciorum tempestas terruit, neque torrentes iniquitatis in medio eorum pelago pertraxerunt, ubi juxta Psalmistam canentem, [d] *Reptilia quorum non est numerus*, & draco diabolus commoratur, venenatissimum animal sanctorum lusibus patens: nec, ut cuncta brevi sermone concludam, ex omni parte ventorum flabra consurgentia ecclesiasticam navem subvertere potuerunt, & studiorum nostrorum sævo turbine operire remigium. Et cum Salvatore Domino, instar discipulorum illius, navigantes transfretavimus [e], & portum quietis intrantes, pulcherrimum divinorum vo- B luminum litus amplectimur; varios carpentes flores scientiæ, & nivea membra sapientiæ pressis figentes [3] osculis, in ejus hæremus amplexibus; & si Dominus concesserit, viventes cum ea & in illius perseverantes amore, cantabimus: [f] *Amator sui pulcritudinis ejus*. Quotquot enim diligentius scripturas sanctas legunt, & per picta sermonum cælestium prata discurrunt, hac beatitudine [4] perfruuntur. Qui autem relinquentes dominicæ solemnitatis virorem, ad deserta transscendunt, in morem urbium quæ absque muro sunt, hostiles dæmonum impetus sustinent.

XXI. Quapropter imminentia festa celebrantes, intelligamus & nosmet ipsos & universa quæ nostra sunt; scientiamque & [5] rationabilem animam nostram, quasi matrem, omni studio amplexemur, habentes radicem sermonis atque rationis scientiæ notionem, sermonem autem, ut ita dicam, operis vestibulum. Porro opus sermonis & scientiæ ædificii [6] tecta perfecta, & firmissimum domus culmen impositum. Sermo enim & ratio & scientia & fides absque opere cassa sunt & instabilia. Et ut aliquid propter eos qui dialecticis artibus instituti sunt, ex illa doctrina videamur adsumere; quo modo si verbum nomini conjungamus, perfectus sensus efficitur; verbumque si solum fuerit, aut nomen sine verbo, nihil est omnino quod dicitur: sic scientia absque opere, & opus sine fide infirma sunt & caduca: & e contrario scientia operi copulata, perfectæ virtutis indicium est. Tacita quippe animi cogitatio arcanus ejus est sermo, [7] quæ per linguam forinsecus resonans, profert mentis sententiam. Cumque sermo fuerit opere consummatus, scientiæ & cogitationi nostræ finis imponitur. Atqui cogitationis & sermonis & operis reddemus rationem in judicio, [g] *accusantibus se invicem cogitationibus nostris sive defendentibus*, in die qua judicaturus est Deus abscondita hominum per Jesum Christum, sicut Paullus Apostolus scribit.

XXII. Quod cum ita sit, appropinquante festivitate Domini, dicamus istis quos Origenis error involvit & fraudulentia captivos tenet: [h] *Fugite de medio Babylonis, & resalvate unusquisque animam suam*. Quamvis enim juxta vaticinium prophetæ [i] *Babylon calix aureus* esse dicatur, & compositione ac lepore verborum, veritatis pulcritudinem præferat, & [k] *transfiguret se in Angelum lu-*

a Rom. IV. 17. *b* Zach. II. 6. 7. sec. LXX. *c* Matth. II. 2. *d* Psalm. CIII. 25. *e* Matth. IX. 1. *f* Sap. VIII. 2. *g* Rom. II. 15. *h* Jer. LI. 6. *i* Ibid. ỽ. 7. *k* II. Cor. XI. 14.

1. Al. *prædicaret*. VALLARS.
2. Al. *offerunt*. ID.
3. In textu *oculis*, in paginæ albo erat *osculis*, quod recipere, priore illo quod certissimum est mendum, amoto, non dubitavimus. Ac statim erat *in eis*, quod concinnius ac verius ex B. P. mutavimus *in ejus*. ID.
4. Al. *perfruentur*. ID.
5. In B. P. *rationalem*; & mox *cunctis studiis*. ID.
6. Emendandum innuit ad oram libri editor B. P. *perficit* pro *perfecta*, & *imponit* pro *impositum*. ID.
7. In Benedictin. *quæ*: scilicet *cogitatio*. ID.

cis: tamen ſciendum, quod quicumque bibunt de vino illius, moventur & corruunt, & contriti lamentatione ſunt digni. Nos autem mortiferis perturbationibus reſiſtentes, muro continentiæ vallemus animam, & libertatem illius quotidiana virtutum exercitatione tueamur. Sicut enim venditi ſervi, eorum qui pro eis dedere pretium, & famuli & verberones vocantur: ita qui animas ſuas variis vendidere deſideriis, horum quibus ſe tradiderint, famuli nuncupantur, & quaſi crudelibus obediunt dominis. Cumque & emendatores erroris ſui rigida fronte contemnant, temeritate ſtultitiam defendentes, ignorant, quod audacia nihil ſit aliud, ut mihi quidem videtur, niſi abſque ſenſu & cogitatione ſententia, procul a ſe fugans gubernatorem perturbationum animum. Cumque tali fuerit conſpoliata anima præſidio, præceps in profundum fertur impietatis, & quaſi quodam amariſſimo rheumate lumen mentis obſcurat, oculumque ejus, ſecundum eloquium ſcripturarum, intractabili tenebrarum nocte circumdat.

XXIII. Unde qui Origenis erroribus delectantur, feſtivitatis dominicæ non ſperent præconia: nec unguenta, aurum & margaritas quærant in luto, neque matrem ſuam eccleſiam quæ eos genuit & nutrivit, in magnis [1] urbibus lacerent, qui aliquando propter illum & diſcipulos ejus gentilium in nos odia ſuperant, & in dilectione eorum in nos maledicta congeminant, divitumque obſident fores, nec audire metuunt cum Judæis: [a] *Filios genui & exaltavi, ipſi autem me ſpreverunt.* Qui mihi videntur neſcire, omne verbum veritatis non habens fundamentum, etſi ad horam audientem illexerit, ut putet verum eſſe quod non eſt, paullatim diſſolvi & in nihilum redigi; univerſamque ſententiam quæ in morem torrentis de peſſima mente profertur, obruere auctorem ſuum: & litteras ſyllabaſque quibus erat contexta, perdentem, abſque ſenſu & ſono & ulla imagine derelinqui, & inſtar venenatiſſimi colubri percutere prolatorem ſuum, ſtatimque retrahere caput, & quaſi in foramine mentis tabeſcere atque conſumi. Nam mendaciorum finis, interitus eſt. Illi qui quondam jactabant ſe ſolitudinis amatores, ſaltem parvulam ad occultanda maledicta, ſuper labia furoris ſui ædificent cellulam, non de ſanctis Hieruſalem lapidibus, ſed informibus Babylonis ſaxis, quæ indolata & inæqualia ruituræ domus parietes fulciant. Quamquam [2] effeminatis auribus, & gentilium odiis ſe noſtri detractione commendent, carpentes eccleſiaſticam diſciplinam, & patientia noſtra quaſi quodam temeritatis fomite abutentes; tamen aliquando taceant & quieſcant, & audiant prophetam dicentem: [b] *Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum.* Deſiderentque ea ſapere quæ digna ſunt vita [3] ſancta, & eccleſiæ principem ac magiſtrum non contriſtent Deum.

XXIV. Vos autem obſecro, fratres, ut in commune oremus pro eis, & prophetali voce dicamus: [c] *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte vulneratos filiæ populi mei:* Dei miſericordiam deprecantes, ut liberet eos errore quo vincti ſunt; & odium quo adverſum nos fruſtra inſaniunt, amore commutent. Unde & nos obliti injuriarum, indulgentiſſimo eos cupimus recipere ſinu, & illorum ſanitatem & converſionem ad Deum, propriam ſanitatem & gloriam computamus. Et ſi aliter non poſſunt curari niſi noſtra humilitate, ultro eis ſatisfaciamus; [4] nihil eis intulimus injuriæ, nihil nocuimus, tametſi indignantur & ſæviunt contra eccleſiæ medicamina, quibus vulneratis ſanitas redditur. Nos quæ ſcimus, loquimur, & quæ didicimus, prædicamus: orantes, ut qui eccleſiaſticas deſpiciunt regulas, normam recipiant veritatis, nec propter hominum confuſionem per quam difficulter errantes corrigi ſolent, perdant utilitatem pœnitentiæ. Et nunc dicimus, & ante prædiximus, & idem frequenter ingerimus, vagari eos nolumus, nec per alienas errare provincias, ſed ad extorres & furibundos cum propheta clamamus, & loquimur: [d] *Salvamini de terra, & revertimini, & nolite ſtare:* [5] *recordamini qui procul eſtis a Domino, & Hieruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum.*

XXV. Forſitan hæc audientes, eccleſiaſticæ congregationis amor ſubeat, & recordentur fraternæ in commune lætitiæ & hymnorum, quibus cum ceteris Dominum concinebant, frigusque odiorum dilectionis calore commutent, & intelligant nos medicos, non inimicos, indulgentiſſimos patres, non hoſtili tumentes ſuperbia. Neque enim fieri poteſt, ut quos ſalvari volumus, perire cupiamus, & non eis eccleſiaſticam virgam converti in baculum: ſi tamen relinquentes errorem, veritatem ſequi velint, & omittere temeritatem laſcivientium puerorum. Sin autem reſpuunt eam, & contemnentes eccleſiaſticam diſciplinam, elevant cornu ſuum contra regulas ejus, & ſalutaria ſpernentes conſilia, projiciunt retrorſum, audiant Dominum comminantem: [e] *Homo qui fecerit in ſuperbia, ut non audiat ſacerdotem qui ſtat ad miniſtrandum in nomine Dei* [6] *tui, vel judicem quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, & omnis populus audiens timebit, & non impie aget ultra.* Verum ne occupati circa vulneratorum curationem, noſtri immemores ſimus, & propria negligamus, ac juxta quod ſcriptum eſt, [f] *Aliis prædicantes, ipſi reprobi inveniamur;* commonemus ſtantes, ut caveant: ne dum jacentibus manum porrigunt, ipſi corruant, & ut ſervantes eccleſiaſticam diſciplinam, futurum judicium reformident.

XXVI. Igitur dominicum paſcha celebrantes, ſanctis ſcripturarum purificemur eloquiis, & ad tropæa Salvatoris reſpicientes, cuncta offendicula qui-

a Iſa. I. 2. b Pſalm. XXXIII. 14. c Jer. IX. 1. d Jer. LI. 50. e Deut. XVII. 12. f 1. Cor. IX. 27.

1. Puta Conſtantinopolim, ad quam civitatem Origeniſtæ confugerant. Mox in B. P. legitur: *qui aliquando mihi, nunc propter illum &c.* VALLARS.

2. Forte *efferatis*. ID.

3. Facile B. P. lectio, qua *vita ſolitaria* pro *vita ſancta* dicitur, præferenda videatur, cum monachos Origeniſtas, ſui detractores, atque huc illucque oberrantes ſuggillet. In Synodica §. V. *Voti noſtri eſſe, & illos & alios errores corrigere pœnitentia, & digne ſuo nomine converſari, ut qui vocantur monachi, ſi tamen hoc eſſe cupiunt quod dicuntur, ſilentium diligant & fidem catholicam.* Sed ſtatim poſt, *magiſtrum* pro *magiſtratum*; quæ vox vitioſe in aliis editis ferebatur, primum ex conjectura, tum accedente B. P. ſuffragio ſubſtituere non dubitavimus. ID.

4. Solemnis Theophili excuſatio, quam iiſdem verbis in Synodica replicat num. 5. *Nihil eis nocuimus, nihil* (injuriæ in) *tulimus*; quemadmodum ſupplendum innuimus. Sed & B. P. heic loci, *Nihil eis tulimus, nihil nocuimus*, ut plane mirum ſit eumdem errorem diverſis locis ac libris, & a diverſa manu peccari. ID.

5. Pro his Vulgata, *Qui fugiſtis gladium, venite, nolite ſtare, recordamini procul Domini &c.* ID.

6. Erat *ſui*, ſacro textu renuente. Cetera ad Græcum exemplar exigenda ſunt, quæ a Vulgato diſcordant. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



A bus vitæ nostræ curriculum retardatur, auferamus e medio. Avaritiam quasi feneratorem pessimum declinantes, vanæ gloriæ cupiditatem ut insatiabilem jugulemus feram, & fornicationis blandum ac lubricum colubrum solicita mente vitemus. Si quando nobis prosperior rerum aura successerit, humilitate & mansuetudine tumorem animi temperemus. Si adversi venti flaverint, fortitudine pressum & jacentem animum suscitemus, ipsique nostri peccati accusatores simus: ut scientes nosmet ipsos corripiamus, & jugi meditatione virtutum libertatem animæ quæ vitiis oppressa est, recuperemus. Quapropter positi in certamine & sudore ac labore præsentium, futuram nobis solemnitatis cælestis gloriam præparantes, prius quam stemus ante tribunal B Christi, præterita peccata pœnitentia corrigamus: præsenti fletu redimamus futura gaudia, aculeoque conscientiæ in morem apium noxios peccatorum [1] fucos repellamus, plena ceris ac melle alvearia reservantes. Curemus diversa vitiorum vulnera, & rapinas divitum quibus vel maxime hoc hominum capitur genus, crebris commonitionibus reprimamus. Et sic poterimus imminentium jejuniorum iter carpere. Incipient [2] dies quadragesimæ a tricesima die mensis Mechir. Et hebdomadam salutaris paschæ celebrabimus quinta die mensis Pharmuti, finientes jejunia secundum evangelicas traditiones vespere sabbati decima die Pharmuti: & illucescente statim dominica, festa celebremus undecima C die ejusdem mensis, jungentes & septem reliquas hebdomadas sanctæ pentecostes: ut cum his qui Trinitatis unam confitentur divinitatem, in cælis præmia recipiamus, in Christo Jesu Domino nostro; per quem & cum quo Deo Patri gloria & imperium, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum, Amen.

XXVII. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes qui mecum sunt fratres. Et hoc necessario scribimus, ut sciatis pro sanctis & beatis episcopis qui in Domino dormierunt, ordinatos esse in [3] Lemnado pro Herone, Naseam: in Erythra pro Sabbatio, Paullum: in Omboes pro Silvano, D Verrem. His ergo scribite, & ab his accipite pacificas juxta ecclesiasticum morem litteras.

EPISTOLA

HIERONYMI ad THEOPHILUM.

[4] *Excusat se Theophilo, quod subnexam Paschalem ejus Epistolam serius verterit; impeditus partim obitu Paullæ, partim suo morbo.*

BEATISSIMO PAPÆ THEOPHILO

HIERONYMUS.

I. EX eo tempore quo beatitudinis tuæ accepi epistolas, juncto Paschali libro, usque in præsentem diem, ita & mærore luctus & solicitudine ac diversis super statu ecclesiæ hinc inde rumoribus exagitatus sum, ut vix volumen tuum potuerim in Latinum sermonem vertere. Optime enim nosti juxta veterem sententiam: Non esse tristem eloquentiam: maxime si ad ægritudinem animi accedat corporis ægritudo. Et hanc ipsam epistolam febre æstuans, & quintum jam diem decumbens lectulo, nimia festinatione dictavi: breviter indicans beatitudini tuæ, magnum me laborem sustinuisse in translatione ejus, ut omnes sententias pari venustate transferrem, & Græcæ eloquentiæ Latinum aliqua ex parte responderet eloquium.

II. In principio philosopharis: & generaliter agens dum omnes erudis, unum jugulas: in reliquis autem quod vel difficillimum est, rhetoricæ eloquentiæ jungis philosophos, & Demosthenem, atque Platonem nobis consocias. O quanta dicuntur in luxuriam, quantis præconiis extollitur continentia, & de intimis sapientiæ disciplinis, diei ac noctis, lunæ cursus ac solis ratio, mundi istius natura describitur; & hanc ipsam disputationem ad scripturarum refers auctoritatem, ne in Paschali libro videaris de sæcularibus quidquam fontibus mutuatus. Quid plura? In his laudare te vereor, ne assentandi crimen incurram. Optimus liber est, & in philosophis, & agens susceptam caussam absque invidia personarum. Unde obsecro te, ignoscas tarditati etiam meæ; ita enim sanctæ & venerabilis Paullæ confectus sum dormitione, ut absque translatione hujus libri, usque in præsentiarum nihil aliud divini operis scripserim. Perdidimus enim, ut ipse nosti, repente solatium, quod (ut conscientiæ nostræ testis est Dominus) non ad proprias ducimus necessitates, sed ad sanctorum refrigeria quibus illa solicite serviebat. Sancta & venerabilis te, filia tua Eustochium, quæ nullam pro matris absentia recipit consolationem, te universa fraternitas suppliciter salutat. Libros quos dudum scripsisse te nuntiasti, vel legendos nobis vel vertendos transmitte. Vale in Christo. E

1. Apis genus quod non mellificat. VALLARS.

2. B. P. *Incipientes quadragesimam a tricesimæ &c.* omisso infra *celebrabimus*. Porro tricesima dies Mechir, vicesimæ quartæ Februarii respondet; & Pharmuti quinta tricesimæ primæ Martii; undecima autem, sextæ Aprilis: ex quibus anni quadringentesimi secundi Pascha denotari, exploratum est. ID.

3. Carolus a S. Paullo *Lemando* legit, eamque urbem in provincia Libyæ Pentapoleos constituit; ex hoc tamen uno Theophilensis epistolæ testimonio: non enim apud alios geographos veteres, aut in antiquis Episcopatuum Notitiis ulla ejus est mentio; tametsi facile colligi posse videatur, non aliam ab ea esse, quam *Limniadem* vocat Antoninus, itinere a Ptolemaide Alexandriam. Quæ subsequitur *Erythra*, eidem provinciæ Libyæ Pentapoleos adscribitur in Alexandrini patriarchatus notitia. Alias *Erythrus*, & *Erythro* apud Ptolemæum, & in Actis Concilii Chalcedonensis Act. I. ἐρυθρὸς appellatur. Denique pro *Omboe* Græcæ Notitiæ, Græcique scriptores plerumque *Ὄμβοι Ombroe* vocant, ac Thebaidi secundæ verissime adjudicant. ID. — De locis sive urbibus in hoc §. XXVII. a Theophilo memoratis adire præstat Wesselingium ad *Veter. Roman. Itiner.* pag. 68. de *Limniade*, pag. 522. de *Erithra*; qui vero pag. 161. *Ombos* pro *Omboes* ex veterum auctoritate legendum statuit.

4. Lectorem monemus iterum, pertinere hanc epistolam cum subnexa Paschalis interpretatione ad anni 404. posteriorem partem; subdi vero heic loci semel intermisso temporum ordine, ob istarum elucubrationum indolem ingeniumque, atque argumenti unitatem, ob quam distrahi suumque in locum reservari, docti homines quos in consilium adhibuimus, ægre patiebantur. Accedit in veteribus mss. atque in vulgatis omnibus continuo jungi, tametsi ordine aliis de caussis vitioso atque inverso. VALLARS.

EPISTOLA

SIVE THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI

AD TOTIUS ÆGYPTI EPISCOPOS

PASCHALIS [1] ANNI 404.

D. HIERONYMO interprete.

Cessandum a peccatis, inita virtutum consuetudine, qua ad pascha celebrandum animi præparentur. Jejuniorum quadragesimalium observatio sancta, tum recta in Deum fides proponuntur. Origenis errores B *quos exsecrari oporteat ante dominicum pascha. Calcanda insuper avaritia, & amori in Deum dilectio in proximos jungenda.*

I. NUnc quoque Dei viva sapientia nos ad sanctum provocat pascha celebrandum, omnes cupiens ejus esse participes: unde propero ad illud currentes gradu, jejuniis & continentia omnique afflictione corporis pugnantes contra virtutum adversariarum industriam, voluptates redigamus ad nihilum, fulti Salvatoris auxilio: & peccata nostra Deo qui sanare potest, simpliciter confitentes, verum conscientiæ judicium formidemus, ut cum David vociferantes atque dicentes: [a] *Peccata adolescentiæ meæ* [2] *& ignorantiæ meæ ne memineris: secundum misericordiam tuam memor esto mei;* C terrore ignis æterni crescentia vitia consumemus: quorum finis est, alia ultra non facere; & exordium salutis, præteritorum oblivio. Sicut enim principium viæ bonæ, facere justa; sic exordium cessantium peccatorum est, eorum impetus cohibere, dum aut ratione frenantur, aut metu ad præcipitia non veniunt. Cumque legis fuerit in animo recordatio, illico fugiunt, & cessantes ultra procedere, in triumphantium virtutum castra [3] concedunt, paullatimque pœnitendo referentes pedem, & sapientium judicium declinantes, instar fumi resolvuntur in nihilum. Difficile sanantur mala, quæ non statim ut D crescere cœperunt, opprimuntur: facilis est eorum eradicatio, cum qui dudum peccaverunt, per pœnitentiam ad prudentiam convertuntur, & fine peccandi emolumentum invenerint pœnitendi. Neque enim possumus opprimere incentiva vitiorum, nisi virtutes facere cœperimus: aut cessabunt vetera prius quam novorum operibus excludantur. Et quomodo si contra supervenientes voluptates firmo animo resistamus, præterita peccata delentur: ita perseverans si fuerit præteritorum oblivio, futura delicta ultra crescere non valebunt. Malorum quippe operatores, quasi in ditionem suam redigentes eos, qui possunt prohibere nec prohibent, tota ad peccandum debacchantur insania, & silentium in sensum E trahentes, quidquid animo libido suggesserit, ope- A re explere nituntur. Libertas præsentium vitiorum futura germinat vitia: & si priora neglexeris, fons & seminarium futurorum est.

II. Quæ cum ita sint, qui possunt prohibere peccantes, & laboris fuga inertique silentio dissimulant, & crescere patiuntur mala, participes eorum rectissime judicabuntur, qui auctores scelerum sunt, & negligentiæ pœnas luent: dum irrationabile otium sudori ulciscentium prætulerunt, malentes quietem culpabilem, quam severitatem vitia succidentem. Si enim recedamus a vitiis, penitus interibunt, & eorum fraudulenta dulcedo siccabitur; omnisque impetus voluptatis quodam, ut ita dicam, languore B torpescit: quando mens nostra fuerit virtutis hospitium. Legis recordatio non sinit peccata generari, nec ea crescere patitur; cumque futurum tribunal & formidolosum judicii diem [4] cogitaverint, tum principii diem, medium finemque peccati prohibebit, & amaros illius fluctus atque intumescentes gurgites usque ad ipsum fontem venasque siccabit: virtus lege comitata vitiorum opprimet semina, & animum de humilibus ad excelsa sustollet. E contrario vitia nisi coerceantur, superbiunt, & obedientes sibi ad inferna detrudunt; cumque semel possederint animas, opprimunt eas illecebris voluptatum, nec sinunt juxta humani corporis statum in sublime erectumque suspicere, sed instar pecudum ad C terrena declinant. De quibus Psalmista testatur, dicens, [b] *Vocaverunt nomina sua in terris suis.*

III. Dicat aliquis, quod si tantam habent vitia fortitudinem, & plurimos usque adeo blanda persuasione supplantant: quid debent agere, qui peccare se sentientes, cupiunt mutare peccata virtutibus, & amore meliorum pejora contemnunt? Audiant hujuscemodi loquentem Moysen: [c] *Peccasti? desine*, fine peccati priora subvertens, & efficacissimo medicamine vitia emendans cessatione vitiorum: dulces malæ vitæ illecebras & blandientes corporis voluptates, quasi noxia venena declina. Nec per lubricam & mollem deliciarum ingredia- D ris semitam: quia jejuniis & continentia solemnitas apprehenditur, & vix laborantes atque sudantes mala bonis possumus immutare, & repugnantes opprimere voluptates. Pauci sunt, qui calcatis vitiis tramitem teneant veritatis, dum malitia innumeris nocendi utitur artibus, & vinci non potest, nisi sapientiæ desuper fulciamur auxilio, clamantis nobis atque dicentis: [d] *Noli timere, quia tecum sum.* Mali interitus est, mala ultra non facere: radix vitiorum, legis scita contemnere. Ut peccata [5] germinat negligentia, ita solicitudo virtutes parit. Lex custodita fugat ignominiam, neglecta parturit pœnas: & quanto si despiciatur, severi judicis [6] imitatur truculentiam, tanto si servetur, E clementissimi patris exhibet mansuetudinem. IGITUR PECCATI cessatio, virtutis principium est. Medici-

a Psalm. XXVII. 7. *b* Psalm. XLVIII. 12. *c* Gen. IV. 7. sec. LXX. *d* Gen. XXVI. 24.

1. Scripta & Latine reddita ann. 404. Nimirum superioris anni 403. Paschalem epistolam Hieronymus non est Latine interpretatus, & splendide falluntur tum qui illam arbitrantur intercidisse, tum vero maxime qui priorem anni 401. ut lacunam impleant, alteri 403. cum Baronio adscribunt. VALLARS.

2. In Græco nempe *ἀγνοίας*, & in minori numero gignendi casum, & in plurium accusandi denotat. Sic proinde cum impressa lectione, Augustinus, duo Romana, unum Germanense, atque alterum Carnutense Psalterium faciunt. ID.


3. Perinde est atque *a virtutibus captiva ducuntur*, ac *triumphantur*. Martianæus tamen negandi particulam interserit, contrario sensu, *in triumphantium virtutum castra non concedunt*. ID.

4. Mallemus quidem *cogitaverit*, quod ad mentem referendum sit. Sed deinde legendum omnino est *principium dies*, aut *principium* tantum, si mavis; quod enim *principii diem* editi præferunt, tametsi non mutamus, certissime depravatum est. ID.

5. Al. *germinant*. ID.

6. Iterum absque codicum mss. ope legendum velim *minitatur* loco *imitatur*, quod nec isocolo sequenti satis bene respondet; nec, si quid videmus, congruo sensu diceretur. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



na præteritorum ac præsentium, futurorumque vitiorum legis indefessa meditatio: quæ cum possessoris sui habuerit securitatem, cunctis perturbationibus caret. Sapientia quippe in nobis operatur bonum: postquam ei mundum cordis præbuerimus habitaculum, & cogitationes in opera verterimus. Nec ambigitur, quin in utramque partem, vel faciendi vel non faciendi bona, habeamus liberam facultatem, & oppressis pravis, recta nascantur: tuncque virtutum inter se concinit chorus, cum vitiorum in animis fuerit solitudo. Sicut enim continentia in corporibus nostris obtinens principatum, infirmitates nasci prohibet, & amatores sui nec debilitat nec occidit, præteritosque languores in pristinam restituit sanitatem, & expellens quod contra naturam est, revocat ea quæ naturæ congrua sunt, ut æquali temperamento vitæ hujus ratio conservetur: sic anima legum jussa conservans, quantum recipere potest humana natura, a malorum contagione secernitur, & ex omni parte solicita seque circumspiciens, nihil ad se introire permittit quod contrarium sit præclaris cogitationibus. Quin potius in templum versa Dei, cælesti jugiter solemnitate perfruitur, habens divitias, observantiam legis, quæ jacentes suscitat, malosque puniens, alios corrigit, & semper clamans: [a] *Numquid qui cecidit, non resurget? aut qui aversus est, non revertetur?* spem salutis largitur pœnitentibus: dum monet, ut prosit: corripit, ut emendet: pudoremque pristinorum injiciens peccatorum, facit meliora sectari: quæ appetere nemo possit, nisi prius conscientiæ vulnera condemnarit.

IV. Verum quia lex negligentes sui, & in errorem demersos consiliis optimis ad meliora revocare festinat, quasi norma pravorum operum; eos autem qui sibi obediunt, absque præmio esse non patitur, neque æternis angustiis premi; quotquot sanctum pascha celebramus, continentia atque jejuniis latorem legis amicum nobis esse faciamus, propheta his qui pascha celebrant, promittente: [b] *Eris corona decoris in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.* Opulentum virtutum convivium requiramus, ornantes nos scientia scripturarum, quasi solemnibus vestimentis. Sancta, lætantibus nobiscum Angelis in cælo, oscula præparemus, fugantes omnem negligentiam & rumpentes moram, ut alacri cum discipulis ad Salvatorem pergamus incessu, dicamusque ei, [c] *Ubi vis paremus tibi pascha?* atque in cælorum cœnaculo constituti, ac mysticum pascha facientes, possimus cantare: [d] *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum.* Ibi enim Angelorum reperiemus choros, & cum eis festa celebrantes, habebimus eos socios mysteriorum Dei, & exsultatione ineffabili gestiemus, sapientiæ cum illis sacramenta discentes: ubi nulla fraudis deceptio est: ubi qui vestem non habet nuptialem, convivium intrare prohibetur, licet in præsenti sæculo justum esse se jactet. Omnia sunt ibi senescentis ac provectæ

A plena prudentiæ: nullusque ibi, juxta prophetam, immaturæ sapientiæ reperietur: [1] *Erit enim*, inquit [e], *juvenis centum annorum:* magnitudine numeri perfectionem eruditionis ostendens. Unde, fratres, sanctæ cælestisque vocationis participes, Salvatorem per prophetam audiamus clamantem: [f] *Veniam congregare omnes gentes, & venient, & videbunt gloriam meam, & dimittam super eos signum mundi.*

V. Ad solemnitatem igitur properemus, atque dicamus: [g] *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Christi.* Dabit, dabit, inquam, laborantibus gaudium, & jejunantibus benedicens loquetur: [h] *Erunt domui Judæ in gaudium & lætitiam & in solemnitates bonas, & lætabimini: veritatem ac pacem diligite:* non est enim omnium solemnitas, sed domui Judæ, id est, ecclesiæ Christi. Igitur quia secundum Psalmistam: [i] *Tempus faciendi Domino:* & Paullus scribit: [k] *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus, non comessationibus & ebrietatibus, non cubilibus & impudicitiis, non contentione & æmulatione: sed induite Dominum Jesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.* Justum est cunctos Domini timore purgatos dignam peragere solemnitatem, continentiis quoque ac jejuniis redimere castitatem, & dormientem sensum vigili suscitare fide, imitarique sapientissimum Danielem, de quo scribitur: [l] *Est vir in regno tuo in quo est spiritus Dei, & in diebus patris tui vigilantia & sapientia inventæ sunt in eo.* Qui enim curam sui gerunt ut ad meliora proficiant, habentes legem quasi fortissimum ducem, parent imperiis ejus, & venientia contra se peccata subvertunt, splendore operum illustrantes paschæ festivitatem: & securitate conscientiæ, perturbationum jacula negligentes, spe anticipant victoriam. Qui autem horum imitatores sunt, ante quam ineant prœlium, desiderio virtutis palmam occupant triumphorum, coronamque victores lubricæ voluptatis in cælestibus possident, revelata facie, animo contemplantes, vociferabuntur & dicent: [m] *Dominus Deus, fortitudo mea: & ponet pedes meos [2] in consummationem, super excelsa statuens me, ut vincam in cantico ejus.*

VI. Nec putemus, fratres carissimi, certamen esse perpetuum, ut idcirco lassemur; sed sciamus finem hujus coronam esse justitiæ, quam nulla sæculorum corrumpit ætas. Studium vitæ istius & certaminis temporale est: qui autem inoffenso cucurrerint gradu & ad calcem venerint præmiorum, novas invenient mansiones, victoriam canticis demonstrantes. Itaque gratia Domini triumphos nobis de sceleratissimis dæmonibus pollicente, jejunia rite celebremus, ut solemnitatis quoque rite participes simus. Nequaquam diebus quadragesimæ, sicut luxuriosi divites solent, [3] vini poculum susp-

a Jer. VIII. 4. *b* Isa. LXII. 3. *c* Matth. XXVI. 17. *d* Psalm. LXXXIII. 1. *e* Isa. LXV. 20. sec. LXX. *f* Isa. LXVI. 18. 19. *g* Gal. VI. 14. *h* Zach. VIII. 19. *i* Psalm. CXVIII. 126. *k* Rom. XIII. 12-14. *l* Dan. V. 11. *m* Hab. III. 19. sec. LXX.

1. Ex Græco ἔσται γὰρ ὁ νέος ἑκατὸν ἐτῶν: Vulgatus enim alio sensu: *quoniam puer centum annorum morietur*. VALLARS.

2. Ex Græco εἰς συντέλειαν, *in consummationem*: Vulgatus ex Hebræo, *quasi cervorum*, & mox τοῦ νικῆσαι, *ut vincam*: quod Vulgatus dixit alio sensu, *victor*. ID.

3. Aliquamdiu nobis plus æquo durior visa est hujus loci sententia, maxime cum paullo infra, & n. VIII. conceptis verbis *jejuniorum tempore a vino*, ut a *carnibus abstinendum* constanter Theophilus jubeat. Nam si quis ἁπλῶς iret conclusum, fidelibus olim vini poculum in quadragesimæ jejuniis usurpare non licuisse, multa veniebant in mentem quæ opponi poterant. Atque ii quidem qui varias ecclesiarum consuetudines enarrant, Socrates lib. 5. cap. 22. & Sozomenus lib. 7. cap. 19. id minime tradunt observatum, ne dum ab ecclesia sancitum, ut si qui adeo a vino abstinerent fideles, pietati eorum potius, quam ecclesiasticæ regulæ dandum sit, quidquid aliis videatur. Tandem commode occurrit Tertulliani locus, unde hoc idem planissime doceremur. *Quidam*, inquit lib. de cultu feminarum c. 9. *ipsam Dei creaturam sibi interdicunt, absti-*

remus, neque in procinctu & prœlio, ubi labor & sudor est necessarius, carnium edulio delectemur. Crapula quippe & ebrietas & ceteræ hujus vitæ illecebræ opulentissimum animarum thesaurum exhauriunt, & sementem scientiæ doctrinæque uberrimam sui admixtione suffocant. Quamobrem Dominus atque Salvator provocans discipulos suos ad rigorem continentiæ, loquebatur: [a] *Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra crapula & ebrietate & curis hujus vitæ, & superveniat in vos repentina dies illa: tamquam laqueus enim superveniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.* [1] *Surgite* [b]: *abeamus hinc*, quos ob negligentiam sui pœnæ illico consequentur. Qui autem legum præcepta custodiunt, ignorant vinum in jejuniis, carnium esum repudiant, & insatiabilem avaritiam Dei timore compescunt. Unde ad continentes Scriptura quotidie clamitat: [c] *Vinum & siceram non bibent*. Et e contrario Judæi ob culpam audiunt. [2] *Dabatis* [d] *bibere sanctis vinum & prophetis*. Non possunt suscipere correptionem, qui luxuriæ oblectatione capiuntur, neque ventris ingluviem ratione & consiliis refrenare amore jejunii, qui desidia & peritura cito voluptate studium virtutis infamant, non erubescentes vinum clam bibere, & avidis faucibus arbitros declinantes, in cubiculis mulsa potare, ut inediam & jejunia quæ ultro appetere debebant, jejuniorum tempore luxuria & ebrietate commutent: nescientes quod, etiam si hominum conscientiam fugiant, & clausis parietibus vescantur carnibus, atque aves altiles diebus quadragesimæ, & propinquante pascha immundis manibus lacerent, tristi vultu foris jejunia promittentes, corripiat hujuscemodi Dominus, & dicat: *Iniquitates magnas faciunt isti, ut recedant a sanctis meis*. Non decet jejunantes tempore agonis & prœlii vesci carnibus, monente Scriptura: [e] *Affligetis animas vestras*. Neque phasides aves solicito labore perquirere, & garrulas volucres earumque pinguedinem hianti ingerere gulæ. Nec investigare magni pretii coquos, qui ventris rabiem, jure multiplici, & carnibus contusione mutatis, diversoque ciborum sapore demulceant: fumantibus pateris, & nidore sui furori gutturis blandientibus, [3] cum in injuriam continentiæ diversi saporis & coloris vina quærantur.

VII. Docet nos sancti Danielis historia & trium puerorum virtus, consona appetere & honorare jejunia, qui, ut longum sermonem brevi [4] explicem compendio, in servitutem libertate mutata, cum captivi debuerant desiderare delicias, contemserunt A Babylonias dapes, & simplicem cibum regali mensæ prætulerunt. Præceperat quippe rex Nabuchodonosor [f] eunuchorum principi, ut de filiis captivitatis Israel & de regio semine pueros in quibus nulla esset macula, pulcros corpore & aptos ad sapientiam perdiscendam, introduceret palatium, & essent in aula regis: discerent litteras ac linguam Chaldæorum, & de reliquiis mensæ ejus viverent, atque inde accepta vina potarent. Eliguntur itaque de tribu Juda, Daniel, Ananias, Azarias, Misael, & genere concordes & fide quorum nobilitatem dura non [5] mutaverat servitus. E quibus Daniel, sicut Scriptura testatur, [g] *Posuit in corde suo non coinquinari de mensa regis*. Tres quoque pueri non B minus religione quam propinquitate sociati, suscipiunt viri consilium & approbant sapientiam; simulque eunuchorum principem deprecantes, Dei opitulante clementia, impetrant quod desiderant, & in terra captivitatis servant generis nobilitatem: nam timentem præpositum, ne aliorum puerorum vultus hilarior capitali se pœnæ addiceret, ratione & consilio leniunt, his verbis loquentes: [h] *Tenta pueros tuos diebus decem, & detur nobis de seminibus, & comedemus, & aquam bibemus, & appareant in conspectu tuo vultus nostri, & vultus puerorum qui comedunt de mensa regis; & sicut videris, ita facies cum servis tuis*. [6] Videbat enim & virtutis desiderium Dei clementia sustentatum, C quodque continentia pulcra & fortia corpora conservaret, & omnem deformitatem fides vinceret, & nitorem pulcritudinis nulla macies commutaret.

VIII. Hæc idcirco, fratres carissimi, replicavimus, ut Paulli Apostoli de sanctorum virtutibus prædicantis, verba noscentes, in quibus ait: [i] *Quorum considerantes exitum conversationis, imitamini fidem*; [7] suadeamus eis qui tempore jejuniorum esu carnium delectantur, imitari sanctorum continentiam: qui nulla vi superari potuerunt, ut rigorem virtutis amitterent, ut Babyloniorum imperia formidantes, captivam in se ostenderent voluptatem, sed manserunt liberi, ventrisque desideria ratione D superarunt, & titillantem gulæ vicere luxuriam, nobisque suæ fortitudinis exempla reliquerunt, habitantes in Babylone corporibus, sed sensu & fide cum Angelis in cælesti Hierusalem morantes, ut omnem deinceps ætatem docerent, jejuniorum tempore a vino & carnibus abstinendum, sumere de terra semina, & potandam aquam, quibus comitibus utitur pudicitia.

a Luc. XXI. 34. 35. *b* Joan. XIV. 31. *c* Judic. XIII. 4. 7. 14. *d* Amos II. 12. *e* Lev. XVI. 29. 31. *f* Dan. I. 4. 5. *g* Ibid. ℣. 7. *h* Ibid. ℣℣. 12. 13. *i* Heb. XIII. 7.

nentes vino, & animalibus exsulantes, quorum fructus nulli periculo aut solicitudini adjacent, sed humilitatem animæ suæ in victus quoque castigatione Deo immolant. VALLARS.

1. Nonnihil resarcietur locus, & voculam si præponas; nam certe librariorum incuriam expertus est. ID.

2. Loci hujus hiatum pendula atque imperfecta Scripturæ sententia arguit, ad quam explendam aliquid nobis in veteri editione B. P. præsidii fuit, licet & ipsa cum sæpe fallacissima sit, tum heic quoque loci manca. Sic illa se habet, *Dabatis bibere sanctis vinum & prophetis, & præcipiebatis dicentes. Non possunt &c.* Itaque supplendum conjicimus *& prophetis præcipiebatis dicentes, Ne prophetetis;* sunt enim hæc Amosi c. 2. vers. 12. *& propinabitis Nazaræis vinum, & prophetis mandabitis, dicentes &c.* quæ posteriore hac parte mutilata, sensuque inverso adduci abs Theophilo neutiquam credibile est; sed facile vocum similitudo *prophetis*, & *prophetetis*, librarios fefellit, quemadmodum illis quoque, unde B. P. editio sumta est, fraudi fuere voces *Ne*, & *Non*, ut reliqua omitterent, quæ interferuntur. Nusquam autem sæpius a scribis peccatum esse, quam ubi eædem voces proximæ repetitæ sunt aut E geminatæ, jam aliquoties supra monuimus, & passim in veteribus libris exempla persuadent. Porro ex Græco ἡγιασμένους heic *sanctos* interpretatur, ubi Vulgatus interpres *Nazaræos* ex Hebraico vertit. ID.


3. Al. *cum injuria*. ID.

4. Al. *concludam*. Et mox *debuerunt*. ID.

5. Libertatem quidem servitute mutatam a tribus pueris dixerat modo, minime vero etiam generis nobilitatem, quod perperam editio Benedictina significat, penes quam erat absque negandi particula *nobilitatem dura mutaverat servitus;* nos ex B. P. castigamus, in qua item est, absque *e* præpositione, *quibus Daniel*. ID.

6. Plurium numero, & paullo aliter in B. P. *Videbant enim & quod virtutis desiderium Dei clementia sustentatum pulcra & fortia corpora conservaret &c.* ID.

7. Vitiose erat in Benedictin. *suademus*: vitiosa quoque interpunctio, quodque magis dolemus, nullibi fere adnotati e scriptura loci, aut saltem a continuo textu distincti, quorum neglecta observatio vix dictu est, quantum caliginis multis locis offuderit, nobisque laboris ac tædii pepererit. ID.



SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.


IX. Quid memorem insignes [a] Macchabæorum A victorias? qui ne illicitis carnibus vescerentur & communes tangerent cibos, corpora obtulere cruciatibus: totiusque orbis in ecclesiis Christi laudibus prædicantur fortiores pœnis, ardentiores quibus comburebantur ignibus. Victa sunt in eis omnia crudelitatis ingenia, & quidquid ira persecutoris invenerat, patientium fortitudo superavit. Inter pœnas magis paternæ legis, quam dolorum memores: lacerabantur viscera, tabo & sanie artus diffluebant; & tamen sententia perseverabat immobilis: liber erat animus, & mala præsentia futurorum spe [1] despiciebat. Lassabantur tortores, & non lassabatur fides: frangebantur ossa, & volubili rota omnis compago nervorum atque artuum solvebatur, & in B immensum spirantia mortem incendia consurgebant: plenæ erant ferventis olei sartagines, & ad frigenda sanctorum corpora terrore incredibili personabant; & tamen inter hæc omnia paradisum animo deambulantes, non sentiebant quod patiebantur, sed quod videre cupiebant. Mens enim Dei timore vallata flammas superat, varios tormentorum spernit dolores. Cumque semel virtuti se tradiderit, quidquid adversi evenerit, calcat & despicit. Qualis fuit Paullus scribens: [b] *In his omnibus superamus, per eum qui nos dilexit*. Quod enim sustinere non potest carnis fragilitas naturali infirmitate superata, vincit animus fide conloquens Deo.

C X. Ergo qui jejunia, id est, conversationem angelicam imitantur in terris, [2] meminerint illius dicti, [c] *Regnum Dei non est cibus & potus, sed justitia & gaudium & pax & lætitia*. Isti per continentiam, brevi & parvo labore magna sibi & æterna conciliant præmia; & multo plus accipiunt quam offerunt, & futuri temporis gloria præsentes angustias mitigant, quia in hoc stadio pro virtute pugnantibus, finis erit aliquando certaminis. [3] Nam qui pugnam ineunt contra vitia, & sapientiæ disciplinis suas animas dedicarunt, quantumque patitur humana conditio, scientiam appetunt futurorum, per speculum & imaginem, sensu & fide D cælorum regna cernentes, consequentur æterna præmia, & nullo temporum fine claudenda. Dies & nox certis horarum sibi succedunt spatiis, paullatimque decrescentes, quod amittunt, recipiunt, & quod recipiunt, tribuunt: ad eamdem mensuram bis in anno convenientes, nec manent in eodem statu, sed [4] brevitate & longitudine horarum momenta discriminant, ut utilem mundo faciant temporum diversitatem. Namque dies [5] ordine & circulo suo de noctis temporibus mutuatur, & rursum nox recipit quod largita est: dumque vicissim & tribuunt & accipiunt, & orbe quodam quod paullatim amiserant decrescentes, sensim crescentes recipiunt: creatoris Dei interpretantur sapien- E tiam. Atque ex hac vicissitudine spatiorum vel menstruus lunæ orbis efficitur, vel solis sua per vestigia revertentis annus impletur, dum crescunt atque decrescunt, & lapsu præteritorum futura succedunt, eadem semper atque alia tempora commutantur. Unde & luna prudentissimo Dei artificio condita, & formarum mutans varietates, ad plenitudinem tendit, & festinat ad diminutionem; ut quidquid crescens adquisierat, perdat amittatque decrescens. Nec stat in eodem statu, sed quibusdam gradibus ascendens atque descendens, de paupertate pergit ad divitias, & de divitiis redit ad paupertatem: ipsa diversitate formarum mutabilem & conditam se esse demonstrans. Quis vero possit digno sermone exprimere solis cursum, & anni circulum rationi menstruæ [6] sive lunari congruentem? Dum per quatuor volvitur tempora, & in se semper revertitur, eademque mensura conscendit atque descendit, & æterno ordine labitur: ut quod lunare spatium triginta diebus implet ac noctibus, hoc solis cursus spatiis anni vertentis reficiat. Cumque ad æqualitatem diei noctisque pervenerit, & parumper in libra justi cursus steterit, festinat ad inæqualitatem, deserens ad quod pervenerat. Quod puto Ecclesiasten, ne de alienis nostra fontibus hauriamus, in volumine suo dicere: [d] *Gyrans gyrando vadit spiritus, & in circulos suos revertitur spiritus*, annuum solis cursum significantem. Eadem enim temporum rota in semet revertitur, rediens ad ea unde profectus fuerat.

XI. Sancta vero cælestisque solemnitas radios nobis sui splendoris emittens, nullis spatiis terminatur: cumque sanctorum certamina & præsentis sæculi labor finem acceperint, succedet perpetuum gaudium & æterna festivitas. Unde perfecti viri animas suas ab omni errorum caligine separantes, jam nunc festa decantant: [e] *Introeamus portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis*, Salvatoris adventum lætis vocibus personantes. Cum enim in toto orbe regnaret malitia, & tenebras humanis oculis dæmones offudissent, neque posset eis ullus opitulari, juxta illud quod scriptum est: [f] *Respexi, & non erat qui auxiliaretur: consideravi, & nullus qui susciperet*; ut finem haberet aliquando impietas, & destrueretur idololatriæ fraudulentia, vivens Sermo Dei, nihil de nostra relinquens similitudine, absque solo peccato quod substantiam non habet, novo modo ad nos venire dignatus est, ut fieret filius hominis, [7] & permaneret Filius Dei, natus quippe ex virgine, hoc tantum stultis mentibus credebatur quod oculi demonstrabant. Ex operibus vero & signorum magnitudine Deus invisibilis a prudentibus cernebatur, quemque facies hominem demonstrabat, hunc virtutes significabant Deum, servilis formæ vilitate coopertum. Quamquam enim tradiderint eum Judæi, & crucifigendum vocibus impiis conclamarint, interfectione corporis ejus Dominum blasphemantes: immo occisione carnis dominicæ servi impietatis effecti, tamen ad mortem intrepidus accedens, ut nobis virtutis præberet exemplum, Dominus gloriæ in ipsa passione monstratus est, impassibilis divinitatis permanens majestate, & carne passibilis, juxta beati Petri repertus eloquium [g]. Et ideo pro nobis patiens, non fugit mortem, ne nos timore mortis [8] ejus proprietate bellantes, victoriam perderemus. Nam si timuisset crucem, contraria his quæ do-

a II. Macch. VII. *b* Rom. VIII. 37. *c* Rom. XIV. 17. *d* Eccle. I. 6. *e* Psal. XCV. 8. *f* Isa. LXIII. 5. *g* I. Pet. III. 16.

1. Al. *despiciebant*. VALLARS.
2. Vulgo antea legebatur *meminerunt*. ID.
3. Al. *Qui autem*. ID.
4. Breviores hieme, æstate longiores erant diurnæ horæ apud veteres, quibus unaquæque per annum dies in duodecim partes sive horas tribuebatur. ID.
5. Fortasse *ordinem, & circulum suum* rescribendum est. IDEM.
6. Illud *sive lunari* in editione B. P. desideratur. ID.
7. Hæc miserabiliter accepta erant in Benedictina editione ad hunc modum, *ut fieret filius hominis, ut permaneret filius: quippe ex virgine &c.* ex quibus nihil idoneum posses extundere. Restituimus & pro *ut*, & *Dei* vocem, & *natus* ex B. P. quæ omnino erant sensui necessaria. ID.
8. Illud *proprietate*, si modo locus sanus est, usurpatum putamus pro *singularitate*, Græc. κατ' ἰδίαν; quamquam



cuerat gerens, quis discipulorum ejus libens pro religione pugnasset? Irridetur itaque a stultis & incredulis, qui orbem terrarum suæ subjecit fidei, & nominis Christiani sanctis largitus est dignitatem. Cumque magnitudo virtutum ejus omnibus enitescat, blasphemare non cessant. Ille vero qui irridetur, Deus operibus demonstratus est, ut dæmonum templa subverteret, ut Origenistarum impietatem argueret versipellem: quorum auctor Origenes, ita aures simplicium & leviorum sua persuasione decepit, ut solent in litora ex alto venientes illidi gurgites, & in semet spumanti mole confringi.

XII. Nos ergo ad eum qui ausus est scribere, ruina rationabilium creaturarum esse corpora fabricata, zelo fidei concitati loquamur: Si tibi hujuscemodi impietas placet, quomodo Paullus Apostolus scribit: [a] *Volo adolescentulas nubere, filios procreare?* Utrum idcirco præcepit nuptias, ut ex mulieribus nascentia corpora ruentibus de cælo Angelis, & versis juxta te in animas, carceres [1] præpararent? An ut in conjunctione maritali Dei sententiæ serviens, conservet humanum genus? Si enim vult adolescentulas nubere & filios procreare, per quas nascuntur corpora humana: corporibus autem propter pœnas atque supplicia errantes animæ uniuntur, nulli dubium, quin propter pœnas animarum, & non propter generationis ordinem, nuptiarum adolescentulis vincula tribuantur. Verum absit, ut ita esse credamus, & mariti uxorisque fœdera non ob benedictionem, sed ob peccatum juncta credamus. Nec Adam & Evam plasmans Deus, propter animas de cælo ruentes & [2] lapsas rationabilium creaturarum benedictione sociavit: [b] *Crescite & multiplicamini*, dicens, *& replete terram*. Si enim propter peccata in cælis præcedentia ad terras missæ sunt animæ ut corporibus ligarentur, mentitur Paullus scribens: [c] *Honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatum*. Sed nequaquam ille mentitur. Igitur non propter ruinam animarum, corpora fabricantur: sed ut mundus successione nascentium, morientium damna compenset; & brevitatem humanæ vitæ vincat successione perpetua. Nam si ruentes junctæque corporibus benedicuntur a Deo, melioris conditionis erunt, postquam corpora [3] susceperunt: quod si idcirco [4] dicuntur, ut in ultionem peccatorum, corpora accipiant, quomodo benedicuntur in corporibus in quæ ob peccata venerunt? E duobus enim alterum erit: aut ante ruinam fuisse eas in [5] benedictione, aut post ruinam junctas corporibus nequaquam posse benedici. Si enim illam vitam benedictio sequitur, istam deserit: si ad istam transfertur, in illa non fuisse convincitur. Quod si & ante quam ruerent, necdumque humanis corporibus vestirentur, fuerunt in benedictione, & ruentes habentesque corpora, rursus benedictæ sunt; similis erit juxta benedictionis conditionem & prior vita, & posterior: quod nequaquam consequens est, quia peccatrices supplicia, non peccantes benedictionem merentur. Quidquid e duobus verum esse responderint, vitio subjacebit: [6] dum isti nolunt ecclesiasticæ doctrinæ regulam custodire. Sive enim propter peccata de cælo animæ corruentes instar carceris & catenarum corporibus illigatæ sunt, respondeant, quomodo Adam & Eva, masculus & femina, viventes in corporibus benedicti sunt? Neque enim juxta deliramenta eorum nudæ animæ vir & mulier appellantur, sed corpora quæ sexum utrumque distinguunt. [7] Sive ante corpora in cælestibus morabantur, & beata eis tunc erat dignaque benedictione absque corporibus conversatio: qua ratione aut postquam corruerunt & in pœnam ruinæ crassis corporibus copulatæ sunt, rursus benedictione donantur? Neque enim id ipsum est benedictio atque supplicium, quæ & nominibus & operibus procul distant: nec possunt ullo modo inter se sociari, quas tanta divisit repugnantia. Quomodo autem & justis multitudo liberorum pro benedictione promittitur? propheta dicente: *Qui minimus est, erit in millia: & qui novissimus, in gentem magnam*.

XIII. Ergo & qui volunt Domini festa celebrare, Origenis simulacra contemnant, & turpitudinem dogmatum illius ratione superent. Sicut enim ethnicorum impiissimi errorem & consuetudinem præferunt veritati, fabricantes in hominum similitudinem idola, & invisibilem blasphemantes Deum, dum formam & membra & organa genitalia in [8] eis esse confingunt: nunc virum, nunc feminam confitentes, & [d] *mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis*, variarumque formarum: ita Origenes facilitate & impietate credentium, quasi delubra idolorum, tractatuum suorum monimentis demisit, quæ nos auctoritate scripturarum & zelo fidei subvertentes, utamur illa similitudine: Ut enim cæmentarii quadram volentes ædificare domum, æquales ex omni parte parietes metiuntur, eosque norma & perpendiculo dirigentes, quod animo depinxerint, opere exstruunt: & ejusdem mensuræ per quadrum lateta quatuor jungunt angulis sursum ac deorsum, cœptam æqualitatem paullatimque incrementa servantes, ut materiæ diversitatem jungat operis pulcritudo, & angulares lineas artifex structura custodiat: sic ecclesiæ præceptores habentes testimonia scripturarum, firma doctrinæ faciunt fundamenta, & intrepidi permanent, offerentes opera sua Christo, atque dicentes: [e] *Confirma me in verbis tuis*. Ipse enim, de quo scriptum est: [f] *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli*, nos & eos qui sursum sunt, una solemnitate [9] consociat, ad [10] quam cursu celeri navigantes, rabiem contra nos hæreticorum fluctuum velociter dissolvendam, minime formidemus.

XIV. Sicut enim gubernatores magnarum navium, cum viderint immensum ex alto venire gurgitem, quasi venatores ferocissimam bestiam, spumantes flu-

[a] I. Tim. V. 14. [b] Gen. I. 28. [c] Heb. XIII. 4. [d] Rom. I. 23. [e] Psal. CXVIII. 28. [f] Psal. CXVII. 22.

nullo auctore. Quod si conjecturæ locus est, suspicari possis legendum duobus verbis, *pro pietate*, in quem sensum denuo subdit: *quis discipulorum ejus libens PRO RELIGIONE pugnasset?* Qui meliora proferet, magnam a nobis inibit gratiam. VALLARS.

1. Al. *præpararet*. ID.

2. Forte *lapsus*. Mox in B. P. legitur *vocavit*, pro *sociavit*. ID.

3. Al. *susceperint*. ID.

4. Ita habet Benedictina editio, & ita legitur quoque in B. P. vitiose omnino, si modo mendosam scripturam ab integra scimus seponere. Olim legendum suspicabamur *benedicuntur*, quod minime nunc probatur, immo *labuntur* rescribendum esse constituimus ex Theophili mente. IDEM.

5. Voculam *in* supplevimus ex conjectura. ID.

6. Al. *nolentes*. ID.


7. Al. *Si vero*. ID.

8. B. P. *in eo esse;* & paullo infra vocabulum *zelo* in eadem editione desideratur. ID.

9. Vulgo legebatur imperfecto sensu *consocians*. ID.

10. Al. *quem*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



ctus suscipiunt, eosque proræ objectione sustentant, flectentes in diversum gubernacula, & prout ventorum flatus & necessitas imperarit, stringentes funiculos vel laxantes; cumque unda subsederit, ex utroque navis latere laborantia clavorum vincula dimittunt, ut parumper quiescentia venturo gurgiti præparentur: qui cum rursus advenerit, stringunt clavorum capita, & palmulas dilatant, ut huc atque illuc scissis flatibus, æqualis sit utriusque lateris labor, & quod simul non poterat sustineri, divisim tolerabilius fiat: qui sui curam gerunt, imitantur exempli similitudinem, & divinorum dispensatione verborum quasi gubernaculo utentes, occurrunt hæreticorum tempestati & fluctibus, legem Dei pro arte retinentes, ut qui corruerant, suscitentur: qui stant, firmo perseverent gradu, & omnes in commune doctrinæ opitulatione serventur. Quod enim gubernatori clavus, hoc animo est lex Dei. In qua dominicum pascha facientes, caritati Dei & proximi in mundo nihil aliud præferamus, neque pro varietate humanorum casuum qui huc illucque vertuntur, sententiam commutemus, ut quibus dudum pro potentia, turpi adulatione [1] servivimus, si forte reflaverint venti, & paupertate divitiæ, humilitate sublimitas, ignominia gloria fuerint immutata, in hostes repente vertamur, resistentes eis in faciem, quos veneratione dignos ducebamus, temporibus, non fide necessitudinem ponderantes. Immo latentes inimicitias necessitatis tempore demonstrantes, & in similitudinem serpentium procedentes de foveis, ut non solum ingratissimi simus in eos quorum beneficiis sustentabamur, gaudentes si nomina clientium possederimus, sed quasi perduelles eos usque ad sanguinem persequamur: dejectos prostratosque calcantes; quos dudum propter divitias [2] suspiciebamus, pessimos omnium conclamantes, postquam opes paupertate mutaverint, laudantes potentiam, & infelicitatem calumniantes: nec pro rerum natura, sed pro varietate casuum honorantes aliquem vel contemnentes: ut quos prius dominos & patronos vocabamus, eosdem quasi verberones & servos nequissimos appellemus; atque ex omni parte appareat nostra iniquitas, [3] dum aut indignos laudamus, aut dignos laude, obtrectatione persequimur; imitantes illud quod ad beatum Job exprobrantes loquebantur, [a] *Pauca pro quibus peccasti, verberatus es.*

XV. Nequaquam igitur dubias opes, sed virtutem firmissimam diligamus: non nos duritia humiliet paupertatis, non extollant divitiæ, quæ stultissimos hominum deprimere & elevare consueverunt; sed utrumque pro rerum honestate moderemur, & tristia & læta æquali animo sustinentes. Divitiarum cura somnos interrumpit dulcissimos, innoxiis calumnias struit; & cum infinitas opes congregaverit, materiam æternis ignibus parat. Postquam vero insatiabilis furor quæsitis opibus incubuerit, non expletur avaritia, sed contemnit leges, gehennæ flammas despicit, futurum judicii tribunal habet pro nihilo. Nec tantum adversarii contra hostes suos, quantum divitiæ contra virtutes dimicant, nisi ratione & in proximos misericordia temperentur. Hæ in urbibus nobilitati præferuntur, hæ novis hominibus antiquam donant familiam. Numquam divitiarum desiderium ullis divitiis satiari potest. Eget semper, qui avarus est: nescit [4] mensuram, cui tantum deest quod habet, quantum quod non habet. Infernus mortuis non expletur: sed quanto plures susceperit, tanto plures desiderat. Imitatur ergo eum avaritia, nec satiari potest, sed quidquid habuerit, plus requiret: minus putat ab eo quod cupit, omne quod possidet, semper immensa, semper immodica, ardorem peccatoris opum magnitudine non restinguens, in conviviis non cibos [5] vorans, sed injustitiam: in judiciis jurgia miscens atque discordias, invidiam parturit, per quam ad homicidium pervenitur: non est compos mentis, sed quasi ebria fluctuat, unam habens mensuram, extra mensuram semper inquirere. Mare litoribus clauditur, & venientes ex alto fluctus & rabiem immitescentium gurgitum portus vel manufacti, vel natura firmissimi prohibent: divitiarum cupidinem, nisi ratione frenetur, nec consilium temperat, nec lex mitigare potest, nec ulla satiat abundantia. Non erubescit, non [6] futurum judicium reformidat, sed desiderio plus habendi, ut luxuriosi dediti voluptatibus solent gestire in amplexus & insanire ad libidinem, ita calumniarum & dissensionum urbes ac viculos villasque complet: insulas, maria, terras, litora, vias, transitus, studia [7] possidet avaritia, dum desiderio plus habendi, negotiatione merces huc illucque commutat, & fraudibus atque perjuriis divitiarum jacit inexplebilia fundamenta.

XVI. Itaque hujuscemodi rabiem contemnentes, divitias cultum Dei, & firmissimas possessiones [8] castitatis & sanctimoniæ, requiramus; adorantes Patris & Filii & Spiritus sancti unam divinitatem; resurrectionem mortuorum incorruptibilem, & jugiter permanentem esse credentes. Neque enim fieri potest, ut eam mors superet quæ Christi passione firmata est, suscitans incorruptum & in æternum permanens templum corporis sui. Oremus pro piissimis imperatoribus; & observatione legis Dei, jejuniorum præcepta decoremus: quia virtus absque ulla necessitate custodit sectatores suos, & sensum in cogitationes varias fluctuantem, de terrenis ad excelsa sublimat, nequaquam pulcritudinem corporum, sed [9] conversationis ac morum ordinem contemplans, ostendens ei lætantium in cælo Angelorum choros, & docens splendentium disciplinarum fulgura, ut in præsenti sæculo quasi athleta fortissimus illatas sustineat plagas, & futuram pro his gloriam præstoletur: nequaquam vitiis subjacens,

a Job. XI. 7.

1. Glossatoris ingenium sapit, quod additur in B. P. *si forte serviamus*. VALLARS.
2. Al. *suscipiebamus*. ID.
3. In B. P. *dum indignos laude, aut obtrectatione prosequimur*. ID.
4. Perperam Martianæus *nescit mens vestra, cui &c.* Vocem *mensuram*, quam olim ex ingenio substituimus, etiam in veteri editione B. P. qui liber nunc minime in promtu est, legi opinamur. Porro in eum sensum paullo infra: *unam habet MENSURAM, extra MENSURAM semper inquirere*. ID. — Editio enimvero Bibliothecæ Patrum Parisiensis ann. 1644. tom. III. pag. 110. in fin. vocem *mensuram* exhibet.
5. Al. *vorat*, & paullo post *miscet*. VALLARS.
6. Iterum vitiose Martianæus *non futurorum judicium*. IDEM.
7. Fecimus minori numero *possidet avaritia*, pro quo vulgo legebatur in editis *possident avaritiæ*. Martianæus autem impendio magis peccat, intrusa *se* vocula, *dum se desiderio &c.* quam auctoritate veteris B. P. editionis expunximus. ID.
8. In B. P. *castitatis sanctimonia*; sed neque impressa lectio satis cohæret, quare legendum fortasse erat modo *cultus Dei*; ut nihil dicamus de interpunctionis vitiis, quibus laborabat. ID.
9. Ita legimus ex B. P. In Benedictina erat, *conversationem*. ID.

ſed interiorem hominem [1] deſiderio ſui ad æterna A ſuſtollens; atque omnes impetus voluptatis ratione compeſcens, illud cogitet quod futurus eſt, & quantum poteſt ſuſtinere humana fragilitas, recedat a corporalium rerum ſolicitudine, præferens carnalibus ſpiritualia, ut etiam ipſum corpus deſpiciens, & præſentium [2] voluptatum duriorem, ſed meliorem vitam inire perſuadeat, ut qui [3] tum libidini ſerviebat, libertate bona ſerviat caſtitati, & retractus a præcipitiis, mollia jejuniorum frena ſuſcipiat. Etenim ſi abſque rectore fuerit ac magiſtro corporum infirma natura, nec imperanti animo voluerit obedire, & ſibi [4] & rectori concitat infinita naufragia, & pertrahit eum ad turpiſſimas libidines ac barathrum voluptatum, ut nequaquam honeſta conſideret, ſed fugiens bona, in cœno ac ſordibus commoretur. Virtus vero cum [5] aurigæ modo animum rexerit, & quaſi in curru ſtans, impetus ejus & varios appetitus doctrinæ habenis compoſuerit, de humilibus eum ad excelſa ſublevat, inviſibilia æternaque pro viſibilibus oſtendens, manſionem in cælis parat, & amicos illi efficit eos qui Dei miniſterio ſervientes, ſpiritualibus deliciis perfruuntur: ut quod heic cernebat in imagine, ibi in veritate perſpiciat, & majorem ſolis radiis videat claritatem, quæ nobis huc ex parte deſcendit, ut de minoribus ad majora tendamus, & quaſi per litteras ac ſyllabas ad legendum proficiamus: quia & illa his, & hæc illis [6] indigent. Ibi quum fuerimus beatorum juncti conſortio, audiemus: [a] *Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui.*

XVII. [7] Incipient ſanctæ quadrageſimæ jejunia ab undecima die menſis Phamenoth, & hebdomadæ dominicæ paſſionis ſexta decima die menſis Pharmuthi. Et finiemus jejunia veſpere ſabbati viceſima prima die ejuſdem menſis Pharmuthi, & ſequenti die dominica paſcha [8] celebrabimus, viceſima & ſecunda die ejuſdem menſis. Poſt quæ jungemus ſeptem hebdomadas ſanctæ pentecoſtes: pauperum memores, amantes Deum & proximum, orantes pro inimicis, perſecutoribus blandientes, infirmorum ruinas conſolatione & miſericordia ſublevantes: ut lingua ſemper in Dei laudibus perſonet: ut eccleſiæ juſta judicia nequaquam irrationabili clementia deſtruantur, ne legi Dei arbitria præferantur humana: [9] cujus ſi deſideraverimus amicitias, cæleſtem gloriam conſequemur in Chriſto Jeſu Domino noſtro; per quem, & cum quo Deo Patri claritas & imperium cum Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum, Amen.

XVIII. Salutate invicem in oſculo ſancto. Salutant vos fratres qui nobiſcum ſunt. Et hoc noſſe debetis: Pro defunctis epiſcopis in locis ſingulorum [10] conſtitutos. In urbe Nichium pro Theopempto, Theodoſium: In Terenuthide Arſinthium: In oppido Geras pro Eudemone Pirozum: in Achæis pro Apolline Muſæum: In Athrividi pro Iſidoro Athanaſium. In Cleopatride Offellum; In oppido Laton pro Timotheo Apellen. His ergo ſcribite, & ab eis juxta morem, Eccleſiaſticas ſuſcipite litteras.

a Matth. xxv. 21. 23.

1. Illud *ſui*, quod in Benedictina deſiderabatur, ſuffecimus ex B. P. VALLARS.

2. Aut *voluptatem* legendum eſt pro *voluptatum*, aut *illecebras*, ſive quid ſimile ſupplendum, ſententiam ut expleas. ID.

3. Al. *dudum*. ID.

4. Satis oſcitanter impreſſum erat antea *& ſibi e rectore*, quod emendare ex Theophili mente non piguit. ID.

5. Al. *in aurigæ modum*. Et mox *compeſcuerit* pro *compoſuerit*. ID.

6. Vitioſe erat in vulgatis *indigens*. ID.


7. Al. *Incipientes*. Ceterum undecima Phamenoth dies ſeptimæ Martii reſpondet; & Pharmuthi ſexta decima, & viceſima prima, Aprilis undecimæ, & decimæ ſeptimæ: quibus notis anni 404. paſcha deſignatur. Eſt autem, ut ex ſuperioribus quoque paſchalibus conſtat, unius ſupra quadraginta dierum ſumma, unde illud conficitur, inchoatum Alexandrinis jejunium quadrageſimæ feria ſecunda ſextæ hebdomadis ante paſcha, non ab antecedenti Dominica, ut quidam falſo opinati ſunt. Socrates lib. V. c. 22. οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, πρὸ ἑβδομάδων ἕξ, τὴν πρὸ τοῦ πάσχα νηστείαν νηστεύουσι, τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζοντες. *Alexandrini ſex ante paſcha hebdomadas jejunant, idque jejunium Quadrageſimam vocant*. Hanc hodiedum conſuetudinem eccleſia Mediolanenſis tenet. ID.

8. Al. *celebremus*. Mox *jungamus*. ID.

9. Al. *cujus deſideravimus*. ID.

10. Mendoſe antea erat *conſtitutis*; tum pro *Nichium*, lege *Nicium*, cujus urbis, aliud agens Stephanus meminit in Argeoneſo, ὡς τῆς Νικίου Νικιώτας, & Ægypti civitatem teſtatur eſſe. In Alexandrini Patriarchatus Notitia a Carolo a S. Paullo, & Scheleſtratio in Ægypto prima recenſetur. Pro *Theopempto* erat *Heopempto*, quod nomen nuſquam invenitur. *Terenuthidis* quoque Ægyptiæ urbis mentio eſt apud Stephanum in *Hermothide*: in Notitia ad Thebaidem ſecundam refertur. Gerrhæorum populorum idem in Chatramotite ex Strabone: unde reſcribendum videtur heic quoque loci *Gerrhas* pro *Geras*: veteres Notitiæ in Auguſtamnica prima ponunt. Sed pro *Achæis*, facile *Acchenis* eſt emendandum; nam Achæi extra Græciam, quos Plinius memorat lib. 6. cap. 11. neutiquam ad rem ſunt. Acchenos vero, Græc. Ἀχχηνοὺς populos ἐπὶ τῷ αὐχένι ἐρυθρᾶς θαλάσσης, *ad fauces rubri maris* Stephanus locat; Ptolemæus in Arabiæ deſcriptione *Achitas*, & Plinius lib. 6. cap. 28. in meo libro *Achenas* appellant. Neque enim videntur nobis *Antai* in Thebaide prima poſſe heic intelligi. In ſequenti etiam *Athrividi* mendum eſt, legendumque *Athlibide*; Græc. Ἀθλιβὶς apud Strabonem, Herodotum, Stephanum; vel *Athribide*; nam per ρ literam Ἄθριβις ſcriptum olim a Nicanore nomen Stephanus prodit, & Notitiæ paſſim legunt in Auguſtamnica ſecunda. *Cleopatris* vero, quæ pone ſequitur, *Arſinoes* frequentius veteribus appellata eſt, eoque nomine etiam a Ptolemæo accipitur lib. 4. cap. 5. Strabo autem lib. 17. πόλιν Ἀρσινόην, ἣν ἔνιοι Κλεοπατρίδα καλοῦσι. *Arſinoen civitatem, quam Cleopatridem quidam vocant*: tametſi paullo infra duas veluti urbes diverſas facit, cujus rei cauſſas expendere non eſt hujus loci. In Ægypto primam ſitam diſcimus ex Notitiis. Denique pro *Laton* in mſ. S. Theodorici *Jabon* ſcribi, Martianæus ad libri oram adnotaverat, quæ incongrua ipſa quoque lectio non eſt, ſi quidem *Jambon* in Notitiis Thebaidi ſecundæ adſcribitur, quam Carolus a S. Paullo pro *Omboe* accipit: vereor ne falſo, nam *Omboem* proprio nomine in ſuperiori Paſchali §. XXVII. Theophilus vocat, eique urbi Verrem pro Silvano, non Timotheum conſtitutum nuntiat. Volumus autem omnino retineri *Laton*, cujus oppidi meminit Strabo lib. 17. ex occaſione animalium, quæ ab Ægyptiis adorantur, atque urbibus fecere nomina: unde ex *Lato*, qui piſcis quidam in Nilo eſt, Λατοπολίτας vocatos tradit. In Notitia Thebaidi ſecundæ addicitur, & *Leto* apud Scheleſtratium appellatur, tametſi aliud ferme cognomine oppidum fuerit, quod in Ægypto prima conſtituitur. Vide tam paucis in verſibus, quam multa peccata ſint, quam multa etiam prætermiſſa, quæ explicatione indigebant. ID. — Obſervatis ab erudito viro illud addere libet, *Niciu* ſcilicet, non *Nicium* pro *Nichium* Theophilenſi reſcribendum. Sic enim appellatur in *Itinerario Antonini*. Et hanc quidem lectionem confirmat Scholiaſtes ad Thucydidis lib. I. 109. Προσωπῖτις ἐκαλεῖτο ἡ νῦν Νικίου. Vide ſis Weſſelingium, ad *Veter. Roman. Itinerar.* pag. 156.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



THEOPHILI

ALEXANDRINI EPISCOPI

EPISTOLARUM PASCHALIUM

FRAGMENTA GRÆCA.

I.

Apud COSMAM INDICOPL. *lib.* X. Topograph. Christ. *pag.* 320.

Θεοφίλου Ἀλεξανδρέως ἐκ τῆς πρώτης ἑορταστικῆς.

A

ΙΝα τῶν γηΐνων ἄνω γενόμενοι πράξεων, εἰς τὸν ὑψηλὸν τῆς ἀρετῆς οἶκον, καθάπερ οἱ μαθηταὶ, φάγωμεν ἐν τῷ ἀναγαίῳ τὸ πάσχα, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν τὸν ὑπὲρ ἡμῶν τυθέντα Χριστὸν, ὅλον αὐτὸν ὡς ζωὴν ἐσθίοντες.

THEOPHILI *Alexandrini ex prima epistola Festali.*

UT terrenis operibus superiores effecti, in sublimi virtutis domo, quemadmodum discipuli in cœnaculo, pascha comedamus, nobiscum habentes Christum qui pro nobis immolatus est, ipsumque totum, utpote vitam, comedentes.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἑορταστικῆς.

Ινα πάλιν [1] τὸ παραπέτασμα [2] τῆς λέξεως ἀναστείλαντες, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, τὴν διαβατήριον τοῦ θείου πάσχα πανήγυριν κατοπτρίσωμεν, βοῶντες τῷ Ἰησοῦ, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; ὅτε καὶ μαθόντες παρ' αὐτοῦ ἐν ἀναγαίῳ δεῖν ἐπιτελεῖν τοῦτο· [3] ἀναγαίῳ δὴ δευτέρων πραγμάτων· ἐγίνοντο εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, δρομαῖοι τῇ γνώμῃ βαδίζοντες, ἔνθα ὁ Χριστὸς αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε· καὶ τοῦ κατὰ τὸν τύπον ἀρχιερέως πέπαυκε τὴν χρείαν, ἡμῖν αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἐμφανισθεὶς τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ. τότε μὲν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς εἰσήρχετο εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἔξω τοῦ λαοῦ μένοντος, διὰ τὸ μικρὸν τῆς δυνάμεως· ὁ δὲ σωτὴρ ἐπιβὰς, ἄδειαν τοῖς βουλομένοις δέδωκεν.

EJUSDEM *ex eadem epistola Festali.*

Ut iterum dictionis velamen retrahentes, revelata facie, transitoriam divini Paschatis celebritatem intueamur, ad Jesum clamantes: [a] *Ubi vis paremus tibi comedere pascha?* Quando discipuli, cum ab eo audissent in cœnaculo celebrandum illud esse, in cœnaculo scilicet secundarum rerum, in sancta sanctorum concitato mentis animique cursu properantes se contulerunt; quo item Christus ipse pro nobis ingressus est, atque ejus qui in figura summi sacerdotis munus gerebat, usum abrogavit, æterna pro nobis redemtione inventa, ac pro nobis vultui Dei se sistens. Tunc quidem semel in anno solus summus sacerdos in sancta sanctorum ingrediebatur, populo foris manente, scilicet ob potestatis tenuitatem: Salvator autem ingressus, liberam cuique volenti intrandi facultatem dedit.

B

C

I I.

Fragmentum ex EPISTOLA PASCHALI ann. 401. §. III. *supra pag. 616.*

Apud CYRILLUM ALEX. *lib* I. de recta fide ad religiosissimas reginas: *opp. tom.* V. *part.* II. *sub fin. pag.* 52.

Θεοφίλου ἐπισκόπου, ἐκ τοῦ προσφωνητικοῦ λόγου πρὸς τοὺς φρονοῦντας τὰ Ὠριγένους.

Εφη δὲ οὕτως περὶ Χριστοῦ.

Ινα μὴ ἐν λόγῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει Θεὸς ἀληθινὸς ὁ φανεὶς εἶναι πιστεύηται τῇ τῶν δρωμένων μεγαλουργίᾳ, τὴν περὶ αὐτοῦ δηλῶν ἀσφά-

THEOPHILI episcopi, ex sermone inscripto ad eos qui cum Origene sentirent.

Sic autem dicit de Christo.

Ceterum ne is qui apparuit solo verbo, sed virtute quoque verus Deus esse crederetur, ipse operum magnificentia certissimum divinitatis suæ

a Matth. XXVI. 17.

1. Ινα πάλιν κ. τ. λ.] Hanc pericopen ex catena quadam Vat. cod. *699.* antiquissimi profert cl. Vallarsius ad opp. Hieronym. tom. I. pag. 609. quæ ἐκ τῆς ἰ. ἑορταστικῆς, sive *ex decima Paschali* dicitur expressa. Mendum in numerum forte irrepsit incuria librarii.

2. Παραπέτ.] Addit Vat. cod. καὶ κάλυμμα, *atque operimentum*. Mox ibid. κατοπτρίζωνται, minus recte ut videtur.

3. Αναγαίῳ δὴ δευτέρων πραγμ.] Id. codex Vat ἄνω τῶν γεωδεστέρων πραγμ. scilicet *supra terrena negotia*. Quod magis placet.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.

λειαν. πλήρης μὲν ὢν Θεὸς, αὐτοτελῶς δὲ ἐνανθρωπήσας, καὶ μηδὲν ἀνθρωπείας ὁμοιώσεως καταλείψας ἐκτὸς, πλὴν μόνης τῆς ἀνοσίου κακίας· καὶ βρέφος γὰρ γενόμενος, Εμμανουὴλ ὡμολογεῖτο, μάγων πρὸς αὐτὸν ἰόντων, καὶ τῷ προσκυνεῖν καὶ Θεὸν εἶναι τὸν φανέντα βοώντων· ὅτι καὶ σαρκὶ σταυρούμενος, ἡλίου συνέστελλεν ἀκτῖνας, καὶ τῷ ξένῳ θαύματι, τὴν οἰκείαν σαφηνίζων θεότητα, οὐδαμοῦ σκορπίσας ἑαυτὸν, ἢ διαλύσας εἰς σωτῆρας δύο. ἀλλὰ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε· μὴ καλέσητε διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν καθηγητὴς ὁ Χριστός. οὐ γὰρ ὅτε τοῦτο τοῖς ἀποστόλοις [1] παρήγγειλε, τοῦ φαινομένου σώματος τὴν οἰκείαν διώριζε θεότητα· οὐδὲ ὅτε Χριστὸν ἑαυτὸν διεμαρτύρετο εἶναι, ψυχῆς καὶ σαρκὸς διωρίζετο. οὕτως ἄμφω τυγχάνων, Θεός τε καὶ ἄνθρωπος, δοῦλος ὁρώμενος, καὶ κύριος γνωριζόμενος. τὸ μὲν ὑψηλὸν τῆς θεότητος, τῷ ταπεινῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑποκρυπτόμενος φρονήματι, τὸ δέ γε ταπεινὸν τοῦ ὁρωμένου σώματος, τῇ τῆς θεότητος ὑπεραίρων ἐνεργείᾳ.

A indicium fecit. Perfectus itaque Deus cum esset, factus est voluntate sua homo; neque quidquam omnino, quod humanæ naturæ cognatum esset, præter unam impiam malitiam reliquit; nam etsi infans, Emmanuel tamen esse agnoscebatur. Constat namque Magos, qui ad illum venerunt, eum ipsum qui apparuerat, ut Deum adorasse, necnon adorandum esse, opere ipso testatum fecisse. Sic quoque licet secundum carnem in crucem ageretur, solis tamen radios reprimebat, novoque miraculo divinitatem suam orbi terrarum patefaciebat: nusquam autem aut se ipsum divisisse, aut in duos Salvatores dissecuisse comperitur. Quin ejusdem potius sermone discipulos suos compellasse legitur: [a] B *Ne vocetis magistrum in terra: unus est enim magister vester Christus*. Neque enim quando Apostolis hæc imperabat, divinitatem suam a corpore quod cernebatur, sejungebat, neque rursum, cum se Christum esse testabatur, se ab animo & corpore divellebat, sed simul utrumque, hoc est, Deus & homo erat. Servus quippe erat, qui cernebatur; Dominus vero qui intelligebatur, Deitatis celsitudinem, humili incarnationis sensu occultabat; contra vero corporis, quod videbatur, humilitatem efficaci Deitatis operatione evehebat.

III.

Fragmentum ex eadem Epistola Paschali ann. 401. §. iv. *sup. pag.* 617

Apud Theodoritum Dial. II. *opp. tom.* IV. *pag.* 101.

Τοῦ μακαρίου Θεοφίλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῶν κατὰ Ὠριγένους.

Οὔτε τῆς ἡμετέρας ὁμοιώσεως, πρὸς ἣν κεκοινώνηκεν, εἰς θεότητος φύσιν μεταβαλλομένης, οὔτε τῆς θεότητος αὐτοῦ τρεπομένης εἰς τὴν ἡμετέραν ὁμοίωσιν. μένει γὰρ ὃ ἦν ἀπ᾽ ἀρχῆς, Θεός· μένει καὶ τὴν ἡμῶν ἐν ἑαυτῷ παρασκευάζων ὕπαρξιν.

C *Beati* Theophili *episcopi Alexandriæ, ex iis quæ scripsit adversus Origenem.*

Nec similitudine nostra, quam assumsit, in divinitatis naturam mutata, nec divinitate ipsius in similitudinem nostram conversa. Manet enim, quod ab initio erat, Deus, manet etiam nostram in se ipso retinens substantiam.

IV.

Fragmentum ex Epistola Paschali ann. 402. §. vii. *sup. pag.* 623.

Apud Theodoritum Dial. III. *opp. tom.* IV. *pag.* 167.

Θεοφίλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἐξ ἑορταστικοῦ τόμου.

Τῶν γὰρ ἀλόγων οὐκ αἴρονται καὶ τίθενται πάλιν αἱ ψυχαὶ, ἀλλὰ μετὰ τῶν σωμάτων συνδιαφθείρονται, καὶ εἰς χοῦν ἀναλύουσιν. ὁ δὲ σωτὴρ, ἄρας αὐτοῦ παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ οἰκείου σώματος, πάλιν αὐτὴν εἰς αὐτὸ τέθεικεν ἀναστήσας ἐκ νεκρῶν. τοῦτο δὴ πιστούμενος ἡμᾶς, προύλεγε διὰ τοῦ ψαλμῳδοῦ βοῶν· οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.

D Theophili *episcopi Alexandriæ, ex tomo Heortastico.*

Ratione carentium non tolluntur, & iterum ponuntur animæ, sed una cum corpore intereunt, & in pulverem resolvuntur. At Salvator tollens tempore passionis animam a proprio corpore, iterum eam restituit corpori a mortuis resuscitato. Hujus rei fidem nobis faciens prædixit per Psalmistam clamans, [b] *Non relinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

[a] Matth. xxiii. 8. 10. [b] Psalm. xv. 10.

1. Leg. παρήγγελλε.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

V.

Fragmentum ex eadem EPISTOLA PASCHALI ann. 402. §. XVI. *sup. pag.* 623

Apud THEODORITUM Dial. II. *opp. tom.* IV. *pag.* 101.

Τοῦ μακαρίου Θεοφίλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῶν κατὰ Ὠριγένους.

A

Ἀλλ' οὐ γὰρ οὐχ ἡσυχάζων πάλιν [1] βλασφημεῖς, συκοφαντῶν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγων αὐτοῖς ῥήμασιν οὕτως· ὥσπερ ὁ υἱὸς καὶ πατὴρ ἕν εἰσιν, οὕτω καὶ ἣν εἴληφεν ὁ υἱὸς ψυχὴν καὶ αὐτὸς, ἕν εἰσιν· ἀγνοῶν ὅτι ὁ μὲν υἱὸς καὶ ὁ πατὴρ ἕν εἰσι διὰ τὴν μίαν οὐσίαν, καὶ τὴν αὐτὴν θεότητα· ἡ δὲ ψυχὴ καὶ ὁ υἱὸς, ἑτέρα πρὸς ἑτέραν ἐστὶν οὐσία τε καὶ φύσις. εἰ γὰρ ὥσπερ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἕν εἰσιν, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ υἱοῦ καὶ ὁ υἱὸς ἕν εἰσιν, ἔσται καὶ ὁ πατὴρ καὶ ἡ ψυχὴ ἕν, καὶ λέξει ποτὲ καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ υἱοῦ, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, μὴ γένοιτο. B ὁ γὰρ υἱὸς καὶ ὁ πατὴρ ἕν, ἐπειδὴ μὴ διάφοροι ποιότητες· ἡ δὲ ψυχὴ καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τῇ φύσει, καὶ τῇ οὐσίᾳ ἕτερον, ἐπειδὴ καὶ αὐτὴ δι' αὐτοῦ γέγονεν, ὁμοούσιος ἡμῖν ὑπάρχουσα. εἰ γὰρ ᾧ τρόπῳ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός εἰσιν ἕν, τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ ἡ ψυχὴ καὶ ὁ υἱὸς ἕν εἰσι, κατὰ τὸν Ὠριγένην, ἔσται καὶ ἡ ψυχὴ, ὡς ὁ υἱὸς, ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. ἀλλὰ μὴν ἀδύνατον τοῦτο· ἀδύνατον ἄρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἓν εἶναι, καθάπερ αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ ἕν εἰσι. καὶ τί ποιήσει πάλιν ἑαυτῷ περιπίπτων; γράφει γὰρ οὕτως· οὐ δήπου γὰρ ἡ τεταραγμένη καὶ περίλυπος οὖσα ψυχὴ ὁ μονογενὴς καὶ πρωτότοκος πάσης κτίσεως ἐτύγχανεν οὖσα. ὁ γὰρ Θεὸς λόγος, ὡς κρείττων C τῆς ψυχῆς τυγχάνων, αὐτὸς ὁ υἱός φησιν, ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. εἰ τοίνυν κρείττων ἐστὶν ὁ υἱὸς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ὥσπερ οὖν καὶ κρείττων ὡμολόγηται, πῶς ἡ ψυχὴ τούτου ἴσα Θεῷ, καὶ ἐν μορφῇ αὐτοῦ; αὐτὴν γὰρ εἶναί φαμεν τὴν κενώσασαν ἑαυτὴν, καὶ μορφὴν δούλου λαβοῦσαν. ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν ἀσεβειῶν ἐπισημότερος τῶν ἄλλων αἱρετικῶν ἐγένετο, ὡς ἐπεσημηνάμεθα. εἰ γὰρ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχει ὁ λόγος, καὶ ἴσα Θεῷ ἐστιν, ἐν μορφῇ δὲ Θεοῦ ὑπάρχειν καὶ ἴσα Θεῷ τὴν ψυχὴν τοῦ σωτῆρος οἴεται, τολμήσας οὕτω γράψαι, πῶς τὸ ἴσον κρεῖττόν ἐστι; τὰ γὰρ ὑποβεβηκότα τὴν φύσιν, τῶν ὑπὲρ αὐτὰ τὸ κρεῖττον μαρτυρεῖ. D

A *Beati* THEOPHILI *episcopi Alexandriæ ex iis quæ scripsit adversus Origenem.*

At enim non desinens iterum blasphemas, filium Dei calumnians, & his verbis utens, Quemadmodum filius & pater unum sunt, sic & anima quam assumsit filius & ipse unum sunt: nesciens quod filius quidem & pater unum sint propter unam substantiam, & eamdem divinitatem: anima autem & filius diversam inter se substantiam habeant & naturam. Si enim sicut pater & filius unum sunt, erunt & pater & anima unum, & dicet aliquando etiam filii anima, [a] *Qui vidit me, vidit patrem.* B Sed non ita est, absit. Nam filius & pater unum sunt, quia non sunt diversæ qualitates: anima vero & filius, & natura & substantia differunt, quia & ipsa quoque per eum facta est, eamdem nobiscum habens substantiam. Si enim quemadmodum pater & filius unum sunt, sic anima & filius unum sunt, ut vult Origenes, erit & anima, sicut filius, splendor gloriæ Dei, & character substantiæ ipsius. Atqui hoc fieri nequit. Impossibile est igitur, ut filius & ejus anima unum sint, sicut ipse & pater unum sunt. Et quid faciet rursum sibi ipsi repugnans? Sic enim scribit. Nequaquam turbata & tristis anima Unigenitus erat, & primogenitus omnis creaturæ. Nam Deus Verbum, ut anima præstan- C tior, ipse filius ait: [b] *Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo assumendi eam.* Si igitur filius præstantior est anima sua, sicut præstantiorem esse in confesso est, quomodo ejus anima æqualis est Deo, & in forma ipsius? Ipsam enim esse dicimus, quæ se ipsam exinanivit, & servi formam accepit. Quare Origenes omnes alios hæreticos impietate superat, ut demonstravimus. Si enim in forma Dei est Verbum, & Deo est æquale, in forma vero Dei esse, & æqualem esse Deo animam Salvatoris putat, qui sic scribere ausus est, quomodo quod est æquale præstantius est? Quæ enim natura inferiora sunt, eorum quæ supra ipsa sunt præstantiam te- D stantur.

VI.

Fragmentum ex EPISTOLA PASCHALI V.

Inter acta CONCILII EPHESINI *part.* II. *act.* I. Concil. *tom.* III. *pag.* 1055. *edit. Veneto-Labb.*

Θεοφίλου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς πέμπτης ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς.

Ἔστι γὰρ καὶ νῦν τῶν τότε θαυμάτων τὰ λείψανα. μὴ ἀπιστείτωσαν, ὅτι δύναμις Θεοῦ ἰσχύει ποιεῖν παρθένον ἀποτίκτειν, ἐν ᾗ γενόμενος ὁ ζῶν τοῦ Θεοῦ λόγος διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν· ἄλλως γὰρ συνο-

THEOPHILI *sanctissimi episcopi Alexandriæ, ex quinta paschali epistola.*

Exstant & nunc quoque veterum miraculorum reliquiæ. Nemo dubitet quin Dei virtus efficere id queat, ut virgo pariat: in qua utique, nobis ut assimilaretur, vivum Dei Verbum, (alia namque

a Joan. XIV. 9. *b* Joan. X. 18.

1. Leg. βλασφημεῖ, *blasphemat*. Sic sane legebat Hieronymus.

μιλεῖν ἡμῖν αὐτὸν ἐγγύτερον οὐχ οἷόν τε ἦν· ἵνα μὴ A ἐξ ἡδονῆς καὶ ὕπνου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἔχει, δέξηται σῶμα, τὸ ἐν ὁμοιώματι τούτου λαμβάνει ἐκ παρθένου τικτόμενος· ἄνθρωπος μὲν φαινόμενος, ὡς ἡμεῖς, κατὰ τὴν τοῦ δούλου μορφήν· ἐκ δὲ τῶν ἔργων ἀποδεικνύμενος, ὅτι τῶν ἁπάντων δημιουργὸς καὶ κύριός ἐστι, πράττων ἔργα Θεοῦ.

ratione familiariter inter nos versari non poterat) ne [a] e voluptate & somno, ut in aliis hominibus contingere solet, corpus sumeret, nostra similitudine accepta, ex virgine prodiit: hominem quidem secundum servilem formam nobis haud dissimilem videndum se præbens, ex operibus tamen (opera enim divina patrabat) omnium & dominum & opificem se esse ostendens.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

V I I.

Fragmentum ex Epistola Paschali VI.

ibid.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς [1] ἑξῆς ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς. B

Οἷα γὰρ τῶν τεχνιτῶν οἱ ἄριστοι, οὐκ ἐν τιμίαις μόνον ὕλαις τὴν τέχνην ἐκφαίνουσι θαυμαζόμενοι, ἀλλ᾽ ἁπλῶς κηροῦ καὶ πηλοῦ διαλυομένου πολλάκις ἐπειλημμένοι, τῆς ἐπιστήμης ἑαυτῶν ἐπιδεικνύουσι τὴν δύναμιν, πολλῷ μᾶλλον ἐπαινούμενοι· οὕτως ὁ πάντων ἀριστοτέχνης, ὁ ζῶν καὶ ἐνεργὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, τάξεως ἁρμονίᾳ διακοσμήσας τὰ σύμπαντα, οὐχ οἷά τινος τιμίας ὕλης, οὐρανίου λαβόμενος σώματος, πρὸς ἡμᾶς ἀφῖκται· ἀλλ᾽ ἐν πηλῷ τὸ μέγα τῆς ἑαυτοῦ δείκνυσι τέχνης, τὸν ἐκ πηλοῦ πλασθέντα διορθούμενος ἄνθρωπον, αὐτὸς ἐκ παρθένου καινοπρεπῶς προϊὼν ἄνθρωπος· τῷ μὲν τρόπῳ τῆς γενέσεως διαλλάττων, τὴν δὲ κατὰ πάντα πρὸς ἡμᾶς χωρὶς ἁμαρτίας οὐκ C ἐκφυγεῖν κρίνας ὁμοίωσιν· τικτόμενος, σπαργανούμενος, τιθηνούμενος, βρέφος ἐν φάτνῃ κείμενος, τῆς φύσεως ἡμῶν τὴν ἀσθένειαν ἐκδεχόμενος διὰ τὰς προλαβούσας [2] ἁμαρτίας καὶ αἰτίας. ἀλλ᾽ ἔτι βρέφος ὤν, ὁμοῦ καὶ τὸν ἐχθρὸν, καὶ τὴν τούτου θορυβεῖ φάλαγγα, μάγους ἕλκων ἐπὶ μετάνοιαν, καὶ παρασκευάζων τοῦ ἀποστείλαντος αὐτοὺς [3] περιφρονεῖν βασιλέως.

Ejusdem, *ex sexta paschali epistola.*


Etenim ut præstantissimi quique artifices non solum in nobili quapiam materia artem suam ostendentes, magnam sui admirationem excitare solent; verum etiam vilem ceram, & lutum quod dissolvitur, sæpe sumentes, artis suæ vim in ea explicant, & cumulatiorem laudem promerentur: ita sane omnium optimus artifex, [b] vivum illud & efficax Dei Verbum, quod universam hanc rerum molem mira ordinis concinnitate exornavit, non tamquam pretiosa aliqua materia, hoc est, cælesti corpore sumto ad nos descendit, sed in luto artis suæ magnitudinem declaravit, dum ipse hominem ex limo formatum instauraturus, nova quadam ratione homo ex virgine processit. Et quamvis nativitatis modo a nobis differret, [c] similitudinem tamen nostram (peccato dumtaxat excepto) per omnia amplectendam existimavit. Nam & nascitur, & [d] fasciis involvitur, & lactatur, & infans in præsepio ponitur; & omnes denique propter jam dictas caussas naturæ nostræ infirmitates experitur. Interim tamen cum infans adhuc esset, inimicum ipsiusque cohortem exterruit, magos ad pœnitentiam adducens, & ut regem a quo missi fuerant, contemnerent, efficiens.

a Sap. VII. 3. *b* Heb. IV. 12. *c* Ibid. ℣. 15. *d* Luc. II. 7.

1. Leg. ἕκτης. 2. Leg. αἰτίας. 3. Leg. καταφρονεῖν.



SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI

EPISTOLÆ AD DIVERSOS.

I.

* Epiſtola THEOPHILI ad HIERONYMUM.

Nuntiat expulſos e Nitriæ monaſteriis Origeniſtas, hortaturque, ſi qui alii decepti ſunt, ut emendet.

Dilectiſſimo & amantiſſimo fratri HIERONYMO presbytero THEOPHILUS epiſcopus.

SAnctus epiſcopus Agatho, cum dilectiſſimo diacono Athanaſio in eccleſiaſtica directus eſt cauſſa: quam quum didiceris, non ambigo quin noſtrum ſtudium probes, & in eccleſiæ victoria glo- A rieris. Namque Origenis hæreſim in monaſteriis Nitriæ quidam nequam & furioſi homines ſerere [1] & fundare cupientes, prophetica falce ſucciſi ſunt. Quia recordati ſumus commonentis Apoſtoli: [a] *Argue eos ſevere*. Feſtina igitur & tu, partem hujus præmii recepturus, deceptos [2] quoſque congruis ſcripturarum emendare ſermonibus. Optamus, ſi fieri poteſt, in diebus noſtris catholicam fidem, & eccleſiæ regulas cum ſubjectis nobis populis cuſtodire, & omnes novas ſopire doctrinas.

** Epiſtola HIERONYMI ad THEOPHILUM.

Reſpondet ſuperiori, laudatque Theophilum, per quem non ſolum Ægyptus & Syria, ſed & Italia omnis liberata ſit ab hæreſi.

BEATISSIMO PAPÆ THEOPHILO

HIERONYMUS.

DUplicem mihi gratiam beatitudinis tuæ litteræ præſtiterunt: quod & ſanctos & venerabiles Agathonem epiſcopum, & diaconum Athanaſium habuerint portitores: & adverſum ſceleratiſſimam hæreſim, zelum fidei demonſtrarint. Vox beatitudinis tuæ in toto orbe pertonuit, [3] & cunctis Chriſti eccleſiis lætantibus, diaboli venena ſiluere. Nequaquam amplius antiquus ſerpens ſibilat; ſed contortus & eviſceratus, in cavernarum tenebris delitеſcens, ſolem clarum ferre non ſuſtinet. [4] Equidem ſuper hac re, & ante quam ſcriberes, ad occidentem epiſtolas miſeram, ex parte hæreticorum ſtrophas, meæ linguæ hominibus indicans. Ex diſpenſatione Dei factum puto, ut eodem tempore tu quoque ad [5] Anaſtaſium papam ſcriberes, & noſtram, dum ignoras, ſententiam B roborares. [6] Verum a te nunc admoniti, magis ſtudium accommodabimus, ut heic & procul ſimplices ab errore revocemus. Nec timeamus ſubire odia quorumdam; nec enim debemus hominibus placere, ſed Deo; quamquam ardentius ab illis defendatur hæreſis, quam a nobis oppugnetur. Simulque obſecro, ut ſi qua ſynodica habes, ad me dirigas: quo poſſim tanti pontificis auctoritate firmatus, liberius & confidentius pro Chriſto ora reſerare. Vincentius presbyter ante biduum quam hanc epiſtolam darem, de Urbe venit, & ſuppliciter te ſalutat, crebroque ſermone concelebrat, Romam & totam [7] pæne Italiam tuis poſt Chriſtum epiſtolis liberatam. Adnitere ergo papa amantiſſi- C me atque beatiſſime, & per omnem occaſionem ad occidentales epiſcopos ſcribe, ut mala germina, acuta, ut ipſe ſignificas, ſuccidere falce non ceſſent.

II.

*** Epiſtola THEOPHILI ad HIERONYMUM.

Monet, exploſos Origeniſtas, ut occultos, ſi qui ſunt Palæſtinæ, inſectetur.

Domino dilectiſſimo & amantiſſimo fratri HIERONYMO presbytero THEOPHILUS epiſcopus.

DIdici, quod & ſanctitas tua noverit: Theodorum monachum, ejuſque ſtudium comprobavi; quia quum a nobis Romam navigaturus exiret, noluit ante proficiſci, niſi te & ſanctos fratres qui tecum ſunt in monaſterio, quaſi ſua viſcera amplexaretur & inviſeret. Quem quum ſuſceperis, pro eccleſiæ tranquillitate lætare. Vidit enim cuncta Nitriæ monaſteria, & referre poteſt continentiam & manſuetudinem monachorum: quo- D modo exſtinctis & fugatis Origenis ſectatoribus, pax eccleſiæ reddita ſit, & diſciplina Domini conſervetur. Atque utinam apud vos quoque deponerent hypocriſim, qui occulte dicuntur ſubruere veritatem; de quibus non bene ſentientes, in iis re-

a I. Tim. V. 20. & II. Tim. IV. Tit. II. 15.

* Scripta anno 400. VALLARS.

1. Al *fundere*. ID.

2. Ex Vatic. olim Reginæ mſ. 242, voces *congruis ſcripturarum* ſupplevimus, quæ in editis deerant. Alii mſſ. probæ etiam notæ *quoque* habent pro *quoſque*. ID.

** Scripta paullo poſt ſuperiorem. ID.

3. Haud incongrue Ambroſian. *Et in cunctis Chriſti Eccleſiis lætentis diaboli venena ſiluerunt*. ID.

4. Editi, *qui equidem*: melius mſſ. *& quidem*, ſed placuit ſequi Ambroſianum. ID.

5. Hujus Rom. Pontificis epiſtolam antea ineditam, quam ille ad Simplicianum ſcripſit, *conventus Theophili litteris* quas heic Hieronymus memorat, infra ſuo loco exhibebimus. Mſſ. plerique *Athanaſium* perperam vocant. IDEM.

6. Regin. exempl. *a te commoniti*, & *accommodavimus*. ID.

7. Adverbium *pæne* plerique alii editi omittunt. Mox Ambroſianus, *papa beatiſſime*, & rurſus *ad occidentales compresbyteros ſcribe*. ID.

*** Scripta anno 400. ID.

gionibus [1] fratres, hæc me fcribere provocarunt. Quamobrem cavete, & effugite hujufcemodi homines, juxta quod fcriptum eft: [a] *Si quis non affert ad vos ecclefiafticam fidem, huic nec ave dixeritis*. Quamquam ex fuperfluo faciam, hæc tibi fcribere, A [2] qui errantes potes ab errore revocare; TAMEN NIHIL nocet, & prudentes & eruditos viros pro folicitudine fidei commoneri. Omnes fratres qui tecum funt, nomine meo falutari volo.

III.

* Epiftola THEOPHILI ad EPIPHANIUM.

Hortatur Epiphanium, ut modis omnibus adnitatur, quo convocata fynodo, Origeniftarum hærefis publica auctoritate damnetur; fimulque illi a fe fcriptam fynodicam mittit.

[3] Domino dilectiffimo fratri, & coepifcopo

EPIPHANIO

THEOPHILUS.

DOminus qui locutus eft ad Prophetam: [b] *Ecce conftitui te hodie fuper gentes & regna, eradicare & fuffodere & difperdere, & rurfum ædificare ac plantare*, fingulis temporibus eamdem ecclefiæ fuæ largitur gratiam; ut integrum [4] corpus confervetur, & in nullo hæreticorum dogmatum venena prævaleant. Quod quidem nunc videmus expletum. Nam ecclefia Chrifti, [c] *quæ non habet maculam neque rugam, aut aliquid iftiufmodi*, egredientes de cavernis fuis Origenis colubros evangelico enfe truncavit; & [5] fecundum Nitriæ monachorum agmen contagione peftifera liberavit. Pauca ergo ex his quæ gefta funt, [6] in generali epiftola quam ad omnes in commune direxi, prout patiebatur anguftia temporis, comprehendi. Dignationis tuæ eft, quæ in hujufcemodi certaminibus fæpe ante nos pugnavit, & pofitos in prœlio confolari, & congregare totius infulæ epifcopos; ac fynodicas litteras, tam ad nos, quam ad [7] Conftantinopolitanæ urbis epifcopum, & fi quos alios putaveris, mittere: ut confenfu omnium, & ipfe Origenes nominatim, & hærefis nefaria condemnetur. B Didici enim quod calumniatores veræ fidei, [8] Ammonius, Eufebius & Euthymius, novo pro hærefi furore bacchantes, Conftantinopolim navigarint, ut & novos, fi quos valuerint, decipiant: & veteribus fuæ impietatis fociis conjungantur. Curæ igitur tuæ fit, ut cunctis epifcopis per Ifauriam atque Pamphiliam, & ceterarum provinciarum quæ in vicino funt, rei ordinem pandas: & noftram, fi dignum putas, epiftolam fubjicias, ut omnes uno fpiritu congregati, [d] cum virtute Domini noftri Jefu Chrifti tradamus eos fatanæ in interitum impietatis quæ poffidet eos. Et ut celerius [9] noftra Conftantinopolim fcripta perveniant, mitte induftrium virum, & aliquem de clericis, ficut C & nos de ipfis Nitriæ monafteriis patres monachorum cum aliis fanctis & continentiffimis viris mifimus, qui poffint cunctos in præfenti docere quæ gefta funt; & fuper omnia quæfumus, ut impenfas ad Dominum fundas preces, quo poffimus etiam in ifto certamine victoriam confequi; non enim parva lætitia, & in Alexandria & per totam Ægyptum populorum corda pervafit, ex quo pauci homines ejecti funt, ut purum corpus ecclefiæ permaneret. Saluto fratres qui tecum funt. Te plebs quæ nobifcum eft, in Domino falutat.

** Epiftola EPIPHANII ad HIERONYMUM.

Nuntiat, Origeniftarum factionem opera Theophili damnatam: atque exemplar epiftolæ fynodicæ ad eum mittens, hortatur, ut quos adverfus eam hærefim fcripfiffet libros, in vulgus edat.

Domino amantiffimo filio ac fratri HIERONYMO Presbytero

EPIPHANIUS in Domino falutem.

[10] GEneralis epiftola quæ ad omnes catholicos fcripta eft, ad te proprie pertinet, qui zelum fidei adverfus cunctas hærefes habens, Origenis proprie, & Apollinarii [11] difcipulis adverfaris: D quorum venenatas radices & in altum defixam impietatem omnipotens Deus protraxit in medium, ut in Alexandria proditæ, in toto orbe arefcerent. Scito enim, fili cariffime, Amalech ufque ad ftirpem effe deletum, & in monte Raphidim erectum tropæum crucis. Etenim quomodo [e] porrectis in altum Moyfi manibus, vincebat Ifrael, fic Dominus confortavit famulum fuum Theophilum, ut fuper altare ecclefiæ Alexandrinæ, contra Origenem vexillum poneret; & impleretur in eo quod dicitur: [f] *Scribe fignum hoc, quia delebo funditus* Origenis hærefim a facie terræ cum ipfo *Amalech*. Et ne videar eadem rurfus iterare, & prolixiorem epi- E ftolam texere, [12] ipfa ad vos fcripta direxi, ut fci-

a II. Joan. ℣. 10. *b* Jer. I. 10. *c* Ephef. V. 27. *d* I. Cor. V. 5. *e* Exod. XVII. 11-13. *f* Ibid. ℣. 14.

1. Innuit quas accepit a Palæftinis epifcopis fynodicas litteras, quas publici juris paullo infra nos facimus. VALL.
2. Ambrofian. *qui potes & alios ab errore &c.* ID.

* Scripta poft med. ann. 400. ID.

3. Infcriptionem, quæ in recentioribus editis defideratur, ex antiquiori fumfimus. ID.
4. Fugientes Ambrofiani Codicis ob vetuftatem litteræ præferre nobis vifæ funt, *ut integrum cor per fcientiam confervetur*. ID.
5. Ad hunc modum editi pariter & mfs. *fecundum*; nullus tamen dubito quin *fecundum* legendum fit. ID.
6. Haud bene plerique mfs. *in tali epiftola*; quippe Generalem, five Synodicam defignat, quam a Hieronymo Latine verfam, atque antea ineditam fuperius protulimus. ID.
7. Iterum Ambrofian. *ad fanctum Conftantinopolitanæ urbis epifcopum*, qui tum erat Joannes Chryfoftomus, quem Theophilus acriter perfequutus eft. ID.
8. Vitiofe in editis antea erat *Eutinius*: tres autem iftos Origeniftas de nomine fugillat Hier. epift. ad Ctefiphont. c. 2. ID.
9. Mfs. duo *veftra* præferunt pro *noftra*: & mox *mitte aliquem induftrium de clericis tuis, ficut &c.* ID.

** Scripta fub finem anni 400. ID.

10. Theophili fynodica epiftola, quam Hieronymus Latine explicavit, nos ex Ambrofiano mf. fuperius edidimus. ID.
11. Concinnius Mediolan. *difcipulos averfaris*, & mox *omnipotens protraxit in medium*. ID.
12. Antea erat fatis obfcure atque ineleganter *ipfam ad vos fcriptam*, ut ad *epiftolam* referretur; quod ex Mediolanenf. emendamus. ID.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.

re possitis, quæ nobis scripserit; & quantum boni ultimæ ætati meæ concesserit Dominus, ut quod semper clamabam, tanti pontificis testimonio probaretur. Jam autem puto & te aliquid operis edidisse, & juxta priorem [1] epistolam qua te super hac re fueram cohortatus, elimasse librum quem tuæ linguæ homines legant. Audio enim & ad oc- A cidentem quorumdam hominum naufragia pervenisse; qui non contenti perditione sua, volunt plures mortis habere participes; QUASI MULTITUDO peccantium scelus minuat; & non numerositate lignorum, major gehennæ flamma succrescat. Sanctos fratres qui tecum sunt in monasterio Domino servientes, & tecum & per te plurimum salutamus.

I V.

* Epistola Theophili ad Hieronymum.

[2] Pars quædam sive initium.

Se bene semper optasse Joanni Chrysostomo testatur, nec temere credidisse ejus accusatoribus, donec erumpente judicio concilii, sede sua Constantinopolitana exturbatus, pulsusque est in exsilium.

[3] Dilectissimo atque amantissimo fratri Hieronymo Theophilus in Domino salutem.

I. Paucis in exordio placet judicium veritatis: dicente autem Domino per prophetam, [a] *Et* [4] *judicium meum quasi lux egreditur*, qui tenebrarum horrore circumdati sunt, nec naturam rerum clara mente perspiciunt, pudore operiuntur æterno, & cassos se habuisse conatus ipso fine cognoscunt. Unde & nos [5] Joannem qui dudum Constantinopolitanam rexit ecclesiam, Deo placere semper optavimus; & caussas perditionis ejus in B quas ferebatur improvidus, nequaquam credere voluimus. Sed ille, ut cetera ejus flagitia taceam, [6] Origenistas in suam recipiens familiaritatem, & ex his plurimos in sacerdotium provehens, atque ob hoc scelus beatæ memoriæ hominem Dei Epiphanium, qui inter episcopos clarum in orbe sidus offulsit, non parvo mærore contristans, meruit audire: [b] *Cecidit, cecidit Babylon*.

II. Scientes ergo dictum a Salvatore: [c] *Nolite judicare secundum faciem; sed justum judicium judicate*, ne quo [7]................................ C ......

** Epistola Hieronymi ad Theophilum.

Multa caussatur impedimenta, ob quæ librum contra Joannem Chrysostomum a Theophilo scriptum, serius sit interpretatus. Tum ejus libri doctrinam ac sententias laudat, ac veniam precatur, si quando Græcos sensus Latine non satis bene reddiderit.

BEATISSIMO PAPÆ THEOPHILO

HIERONYMUS.

I. Quod [8] tardius beatitudini tuæ Latino sermone translatum [9] librum tuum remitterem, multa in medio impedimenta fecerunt: Isaurorum repentina eruptio: Phœnicis Galilææque vastitas: terror Palæstinæ, præcipue Hierosolymæ: & nequaquam librorum, sed murorum exstructio. Ad hoc asperitas hiemis, fames intolerabilis, nobis præsertim quibus multorum fratrum cura imposita est. Inter quas difficultates lucrativis, & ut ita dicam, furtivis per noctem operis, crescebat interpretatio, & jam in schedulis tenebatur, quum diebus sanctæ quadragesimæ scripta ad purum, collatione tantum [10] indigerem, gravissimo languore correptus, & mortis limen ingrediens, D Domini misericordia & tuis precibus reservatus sum. Ad hoc forsitan ut implerem præceptum tuum, & volumen disertissimum quod scripturarum floribus texuisti, eadem qua a te scriptum est gratia verterem; licet imbecillitas corporis & animi mæ-

a Isa. II. 4. *b* Isa. XXI. 9. *c* Joan. VII. 24.

1. Hæc hodie Epistola non habetur. VALLARS.

* Scripta ann. 405. ID.

2. In vulgatis hactenus libris (puto etiam in mss. nullum enim videre contigit nobis) uno contextu jungitur breve istud Theophilensis epistolæ fragmentum ad Hieronymum, subnexo ipsius Hieronymi responso ad Theophilum; nec Valesius ipse, qui bene suspicatus est, duas esse diversas lucubrationes, & priorem hanc, quæ sui parte mulctata est, Alexandrino episcopo tribuendam, alteram Bethleemitæ presbytero, satis ille bene divinavit, in quæ prius fragmentum verba desineret, & quibus subsequens epistola inciperet. Nempe ad illam usque Salvatoris sententiam, *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicare*, porrigi voluit priorem partem; exinde autem integram Hieronymi epistolam auspicatur his verbis: *Ne quoquam tardius Beatitudini tuæ &c.* qua ex lectione haud videmus, qui sensus extundi possit, cum nullus omnino sit, aut certe sibi contrarius; siquidem impedimenta caussabatur Hieronymus, quod tardius Theophili librum Latine explicaverit, minime vero quod citius fecerit, ut verba *ne quoquam tardius* sonant. Nos huic errori infra occurrimus, & quei dispertienda sit lectio, demonstramus; rursus enim in hac ipsa epistola Valesius hallucinatur in adnotationibus in Socratem lib. 6. cap. 14. ubi eam abs Hieronymo paschalibus Theophili epistolis præfixam putat. Dixisset Invectivarum libro in S. Joannem Chrysostomum, quem Theophilus Græce scripserat, Hieronymus ut ei morem gereret, Latine est interpretatus. ID.

3. Antea e contrario erat, *Dilectissimo atque amantissimo Papæ Theophilo episcopo Hieronymus &c.* Scilicet ex præcepta opinione Hieronymo hanc epistolam tribuerunt hactenus Editores, quam sibi a Theophilo missam, Latine tantum est interpretatus. Id ex ipsius Hieronymi testimonio, quod ex sequenti epist. in superiori adnotatione attigimus, plane constabit. *Epistolam*, inquit, *tuam idcirco in Latinum verti, & huic volumini præposui, ut omnes qui legerint sciant, me non temeritate aut jactantia, sed præceptis beatitudinis tuæ suscepisse onus ultra vires meas*. ID.

4. Locum putavimus ex *Isa.* II. 4. recitari, ubi tamen E ex Græc. alio sensu *νόμος παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ ἡ κρίσις μου εἰς φῶς ἐθνῶν*: & Latin. *Lex a me exiet, & judicium meum in lucem populorum*. Sed alibi quoque animadvertimus, Theophilum in recitandis scripturarum verbis non usque adeo fuisse accuratum. ID.

5. S. Joannes Chrysostomus. ID.

6. Recole historiam ex Socrate l. VI. c. 9. 10. & seqq. ID.

7. Cetera desiderantur, quæ nos quoad sententiam supplere utcumque conati sumus in superiori nota. ID.

** Eodem anno 405.

8. Diximus inchoatam a Valesio epistolam his verbis, *Ne quoquam tardius*, junctis nempe duobus, in quæ superior desinit, & *quam* ex veteri errore pro *quod*, vocem retinente; cujus lectionis aut plane nullus, aut Hieronymi menti certe contrarius est sensus. ID.

9. Illum omnino, quem contra S. Joannem Chrysostomum a Theophilo Græce elucubratum, ipse Latine reddiderat. Ejus interpretationis exigua apud Facundum Hermianensem lib. VI. cap. ult. supersunt fragmenta. ID.

10. Fortasse *indigerent* rescribendum est. ID.

ror, ingenii quoque acumen obtunderit, & verba prono cursu labentia velut quibusdam obicibus retardarit.

II. Mirati sumus in opere tuo [1] utilitatem omnium ecclesiarum, ut discant qui ignorant, eruditi testimoniis scripturarum, qua debeant veneratione sancta suscipere, & altaris Christi ministerio deservire; sacrosque calices & sancta velamina, & cetera quæ ad cultum dominicæ pertinent passionis, non quasi inania & sensu carentia sanctimoniam non habere; sed ex consortio corporis & sanguinis Domini eadem qua corpus ejus & sanguis majestate veneranda.

III. Suscipe igitur librum tuum, immo meum,
A & ut verius loquar, nostrum: quumque mihi faveris, tuus fautor eris. Tibi enim meum sudavit ingenium, & facundiam Græcam Latinæ linguæ volui paupertate pensare. Neque vero ut diserti interpretes faciunt, verbum verbo reddidi; nec adnumeravi pecuniam, quam mihi per partes dederas, sed pariter appendi; ut nihil desit ex sensibus, quum aliquid desit ex verbis. Epistolam autem tuam idcirco in Latinum verti, & huic volumini præposui, ut omnes qui legerint, sciant me non temeritate & jactantia, sed præceptis beatitudinis tuæ suscepisse onus ultra vires meas. Quod an consequutus sim, tuo judicio derelinquo. Certe si imbecillitatem reprehenderis, voluntati veniam commodabis.
B

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

V.

Epistola THEOPHILI *papæ ad* AMMONIUM *episcopum.*

Apud BOLLAND. Act. SS. Maii *tom.* III. *pagg.* 71. 357.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

Θεοφίλου πάπα Ἀλεξανδρείας.

Κυρίῳ μου ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Ἀμμωνίῳ Θεόφιλος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Τὸν ἀγαθὸν ζῆλον ἐπιστάμενος τῆς σῆς εὐλαβείας, ἀποδέχομαι μέν σε τῆς μνήμης τῆς περὶ τοὺς ἁγίους· ηὔφρανας δὲ ἡμᾶς καὶ τὰ πολλάκις ἐν διηγήμασιν, ἡμῖν γνωσθέντα ἐγγράφως ἐπιστείλας. εἴη σε τοίνυν καὶ ἡμᾶς ἅπαντας, μετὰ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τὴν μερίδα καὶ κοινωνίαν ἔχειν. οὐ γὰρ ὑπεριδὼν τῆς ἡμετέρας παρακλήσεως, ἀλλὰ καὶ εἰς τοῦτο δεδωκὼς ὠφέληκας ἡμᾶς, ἀγαπητὲ καὶ ποθεινότατε. προσειπὲ τὴν σὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα. σὲ ἡ σὺν ἐμοὶ ἐν Κυρίῳ προσαγορεύει. ἐῤῥῶσθαί σε ἐν Κυρίῳ, ἀγαπητὲ καὶ ποθεινότατε ἀδελφέ.

EPISTOLA

THEOPHILI papæ Alexandrini
(ad AMMONIUM episcopum.)

C *Domino ac fratri meo multum dilecto & consacerdoti Ammonio in Domino salutem.*

Quum præclarum animi tui ardorem & pietatem minime ignorem, non possum non vehementer probare, quod de sanctorum hominum gestis memoriam feceris: nam & alias sæpe nos tuis narrationibus recreasti, scripto transmittens quæ cognoveras. Contingat igitur tibi & nobis omnibus, cum sancto Theodoro partem & communionem habere. Non enim ad nostrum solatium cunctabundus, sed in id ipsum nonnihil addens promtitudine tua, multum nobis profuisti, dilectissime & desideratissime. Fratres qui apud te sunt, saluta. Qui mecum sunt,
D in Domino te salutant. Vale in Domino, frater multum dilecte.

V I.

Epistola THEOPHILI *Alexandrini episcopi ad episcopos Palæstinæ.*

Apud PALLADIUM Dial. de Vita S. Joannis Chrys. *cap.* VII.

Οὐκ ἔδει μὲν ὑμᾶς παρὰ γνώμην μου ἐν ταῖς πόλεσιν ὑποδέξασθαι τούτους· ἐπειδὴ δὲ ἠγνοήσατε, συγγνώμην ὑμῖν νέμω. τοῦ λοιποῦ τοίνυν φροντίσατε, μήτε εἰς ἐκκλησιαστικὸν, μήτε εἰς ἰδιωτικὸν τούτους ὑποδέξασθαι τόπον.

Non oportebat, vos præter voluntatem meam in civitates vestras hos (*Isidorum aliosque monachos*) recipere: sed quoniam ignari id fecistis, vobis ignosco. In posterum igitur cavete, ne in ecclesiasticum aut in privatum aliquem locum illos
E admittatis.

V I I.

Epistola THEOPHILI *Alexandrini episcopi*

ad JOANNEM CHRYSOSTOMUM *episcopum CP.* — *Ibid. cap.* VIII.

Οἶμαι μέν σε μὴ ἀγνοεῖν τὸ διάταγμα τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων, ὅπου θεσπίζουσιν ἐπίσκοπον ὑπερόριον μὴ κρίνειν δίκην· εἰ δὲ ἀγνοεῖς, μαθὼν

Arbitror equidem non ignorare te canonum Nicænorum decretum, quo sancitur, ne episcopus litem extra fines suos judicet: si autem igno-

1. Hæc aliud operis quam quod constituimus, designare videantur: unde Tillemontius quoque Adnotat. LXX. in Hieronymi vitam, non librum adversus Chrysostomum, sed paschalem epistolam anni 405. innui arbitratur. Nos vero nihil movent. VALLARS.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.



ἀπόσχου τῶν κατ' ἐμοῦ λιβέλλων. εἰ γὰρ καὶ δέοι με κριθῆναι, παρὰ τῶν Αἰγυπτίων, καὶ οὐ παρὰ σοῦ, ἀφεστῶτος ἑβδομηκονταπέντε ἡμερῶν ὁδόν.

A ras, disce, & a libellis adversus me abstine. Nam si judicari me oporteret, ab Ægyptiis episcopis judicandus sum, non a te qui septuaginta quinque dierum itinere hinc abes.

VIII.

Epistola Joannis *episcopi Citrii*,

&

Sententia Theophili *episcopi Alexandrini*

Apud Cotelerium *ad* Constitutiones Apostol. *lib.* V. *cap.* xx.

Εν ταῖς νηστίμοις τῶν ἡμερῶν, περὶ ἐννάτην ὥραν μετὰ τὰς συνήθεις εὐχὰς, ἐν ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι καὶ λαχάνοις, [1] ἢ ἰσχάσιν, ἢ φοίνιξιν τὴν χρείαν ἀποπληροῦμεν τοῦ σώματος, εἰ μή τις ἐνοχλοίη τούτῳ ἀσθένεια. ἐπεὶ τοίνυν κἂν τῇ πρὸ τῶν ἁγίων Θεοφανίων ἡμέρᾳ προστεταγμένον νηστεύειν, μετὰ τὴν συνημμένην ταύτῃ θείαν μυσταγωγίαν, ἐπὶ τὴν σωματικὴν εἰώθαμεν ἰέναι τροφὴν, οὐ μεταληπτέον ἐλαίου ἢ ἰχθύων. εἰ γὰρ τῆς ἡμέρας ταύτης, τῆς παραμονῆς φημι τῶν ἁγίων Θεοφανίων, ἡμέρᾳ κυριακῇ συνελθούσης, ὁ Θεόφιλος Ἀλεξανδρείας ἰσχάδων μόνον ἢ φοινίκων ἐπισκήπτει μεταλαμβάνειν, ὅσον φυλάξασθαι τὸ ἐν κυριακῇ δειχθῆναι νηστεύειν· σχολῇ γ' ἂν ἑτέρᾳ συμπεσούσης ἡμέρᾳ, λιπαρωτέρας τροφῆς ἀψαίμεθα. εἰ δὲ καὶ ἡ τῶν ἁγίων Θεοφανίων ἡμέρα ἐν τετράδι ἢ παρασκευῇ ἐπισταίη, ἀρκετὸν ἡμῖν λῦσαι τὴν ἐν ταῖς τοιαύταις ἡμέραις νενομισμένην νηστείαν κατὰ τὸν ξθ'. τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα, ἐλαίῳ τε χρήσασθαι καὶ ἰχθύσι. τὸ δὲ κρέατος ἢ τυροῦ φαγεῖν, γαστριμαργίας ἀπεχνῶς εὕρημα, οὐκ ἀποστολικῆς νομοθεσίας ἐπίταγμα. οὐκ ἔστι γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, βρῶσις καὶ πόσις, καὶ τὰ ἑξῆς.

Diebus jejunii, circa horam nonam post consuetas preces, sumtione panis dumtaxat, aquæ & olerum, aut caricarum, aut dactylorum, neces- B sitatem corporis explemus; præterquam si aliquo morbo illud affligetur. Cum igitur & die ante sancta Theophania jubeamur jejunare, post vespertinum Officium illique conjunctam divini mysterii celebrationem, ad cibum corpori convenientem solemus accedere; tunc sumere non oportet oleum, aut pisces. Nam si ea dies, vigilia, inquam, sanctorum Theophaniorum, in diem Dominicum incurrisset; Theophilus Alexandriæ episcopus caricas tantum aut palmulas comedere injungit, quatenus caveatur ne Dominica videamur jejunare: temere vero, eadem vigilia in alium diem incidente, cibum pinguiorem attigerimus. Quod si sanctorum Theophaniorum dies in Tetrade aut Parasce- C ve (4. aut *6.* feria) institerit, sufficiat nobis solvere quod juxta Apostolorum Canonem *69.* hisce diebus institutum est jejunium; uti autem oleo & piscibus. At carnem vel caseum manducare, ingluviei prorsus commentum est, non Apostolicæ legislationis jussum. [a] *Neque enim regnum Dei est esca & potus*; & quæ sequuntur.

Igitur Allocutio & Lex episcopi Theophili Alex. talis habetur.

[2] Καὶ τὸ ἔθος καὶ τὸ πρέπον ἡμᾶς ἀπαιτεῖ πᾶσαν κυριακὴν τιμᾷν, καὶ ἐν ταύτῃ πανηγυρίζειν, ἐπειδήπερ ἐν ταύτῃ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἐπρυτάνευσε. διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς, καὶ πρώτη κέκληται, ὡς ἀρχὴ ζωῆς ἡμῖν ὑπάρχουσα, καὶ ὀγδόη, ἅτε δὴ ὑπεραναβεβηκυῖα τὸν τῶν Ἰουδαίων σαββατισμόν. ἐπεὶ οὖν συνέβη τὴν τῶν ἁγίων Θεοφανίων νήστιμον ἡμέραν εἶναι [3] ταύτην, οἰκονομήσωμεν, καὶ πρὸς ἑκάτερον ἐπιστημόνως χωρήσωμεν, ἵνα μεταλαμβάνοντες ὀλίγων φοινίκων, ἐκκλίνωμεν ἅμα καὶ τὰς αἱρέσεις, τὰς μὴ τιμώσας τὴν ἀναστάσιμον τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέραν, καὶ τὸ ὀφειλόμενον τῇ νηστίμῳ ἡμέρᾳ ἀποδῶμεν, περιμένοντες τὴν ἑσπερινὴν σύναξιν, ἥτις ἐνταῦθα, Θεοῦ θέλοντος, [4] τελεῖται. συναχθῶμεν τοίνυν ἀπὸ ὥρας ἐννάτης ἐνταῦθα.

Et mos & officii ratio a nobis postulat, ut omnem diem Dominicum honoremus, eumque festum habeamus; cum in eo Dominus noster Jesus Christus resurrectionem ex mortuis nobis procuraverit. Et ideo hic dies in sacris Scripturis & pri- D mus appellatus est, ut qui sit nobis vitæ initium; & octavus, ut pote qui Judæorum Sabbatismum supergrediatur. Quia igitur contigit, diem jejunii qui ad sancta Theophania pertinet, in illum Dominicum incidere; œconomia utamur, & ad utrumque prudenter accedamus: ut sumentes paucas palmulas, simul & Hæreses vitemus, quæ diem resurrectionis Domini nostri Jesu Christi non honorant; & quod debetur diei jejunii reddamus, exspectantes vespertinum conventum, qui heic, Deo volente, peragetur. Congregemur itaque heic ab hora nona.

a Rom. xiv. 17.

1. Η ἰσχ.] Al. καὶ ἰσχ. Sic item infra, καὶ φοιν. pro ἢ φοιν. Et mox δ' ἂν pro γ' ἄν.


2. Hæc videas superius relata ex *Pandect. Canon.* Beveregii tom. II. pagg. 170-175. Exstant præterea in *Conciliorum* collectione tom. II. pag. 1576. edit. Veneto-Labb.

3. Εἶναι ταύτην] In membranis Regiis ταύτην εἶναι.

4. Τελεῖται] Aut συντελεῖται.

THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
387.



FRAGMENTA

Ex aliis ejusdem operibus deperditis.

I.

In illud Psalmi XCII. Dominus regnavit, decorem induit.
Ex codice regio 211.

Apud SIRMONDUM *ad* RUFINI PALÆSTINI *librum* de Fide, *opp. tom.* I. *pag.* 313.

Ο Κύριος ἐβασίλευσεν, ἐνεδύσατο εὐπρέπειαν. ἐπειδὴ γὰρ ἔλαβε φθαρτὸν σῶμα, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο ἀναστήσας αὐτὸ, οὐ φθαρτὸν, ἀλλ' ἄφθαρτον. Ο Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. ἔλαβε γὰρ ἀναστήσας πάλιν τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, κατὰ τὴν οἰκείαν ἐπαγγέλειαν, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. ὃ ἤγειρε τοίνυν ἐνεδύσατο σῶμα. ἔλεγε γὰρ, οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. ἀναστὰς, ἐν τῷ μνήματι οὐκ ἔμεινε· καὶ μείνας ἐν τῷ μνήματι, οὐκ ἴδεν διαφθορὰν, οὐκ ἐκράτησεν αὐτοῦ ἡ διαφθορά. ὁ ἄφθαρτος Λόγος τὸ φθαρτὸν ἀνέστησε σῶμα εἰς ἀφθαρσίαν.

A [a] *Dominus regnavit, decorem induit*. Quia enim corruptibile corpus adsumsit, decorem induit suscitans illud non corruptibile, sed incorruptibile. *Dominus regnavit, decorem induit*. Adsumsit enim resurgens iterum proprium corpus, prout ipse prædixerat, [b] *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Quod excitarat ergo, induit corpus. Dicebat enim: [c] *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*: [d] *insuper autem & caro mea requiescet in spe*. Resurgens non mansit in monimento: sed & in monimento manens non vidit corruptionem; corruptio illi non est dominata. Verbum incorruptibile corruptibile corpus suscitavit ad in-
B corruptibilitatem.

II.

Ex Catena in Genesin, cod. reg. 810.

Apud SIRMONDUM *ibid. pag.* 292.

[1] Ὅτι οὐ δι' ἁμαρτίας, ὡς Ὠριγένει ἔδοξε, καταβεβλημέναι αἱ ψυχαὶ σώμασι συνεπλάκησαν, ἐχρησάμεθα τῷ Μωσέως ῥήματι, λέγοντος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ὑμῶν προσθείη ὑμῖν σήμερον ὡς ἐστὲ χιλιοπλασίως, καὶ εὐλογήσαι ὑμᾶς, καθότι ἐλάλησεν ὑμῖν. οὐ γὰρ εὐλογία κατὰ Ὠριγένην ἐστὶν ἡ τῶν σωμάτων ποίησις, ἀλλὰ κατάρα πλανωμέναις ψυχαῖς.

Quod non ob peccatum, ut Origeni visum est, dejectæ animæ corporibus implicitæ sint, ex Mosis verbis didicimus, filiis Israel dicentis: [e] *Dominus Deus patrum vestrorum adjiciat vobis sicut estis hodie, millia multa, & benedicat vobis, sicut vobis locutus est*. Neque enim benedictio secundum Origenem, est corporum productio, sed maledictio er-
C rantibus animabus.

III.

Ex eodem cod. reg. 810.

ibid. pag. 295.

Μέσος οὖν ὁ ἄνθρωπος τῶν δύο ἐγένετο· οὔτε θνητὸς ὁλοσχερὴς, οὔτε ἀθάνατος καθόλου, δεκτικὸς δὲ ἑκατέρου.

Medius igitur inter duos homo factus fuerat: neque mortalis omni ex parte, neque totus immortalis, sed capax utriusque.

IV.

Apud S. JOANNEM DAMASC. Parall. sacr. *opp. tom.* II. *pag.* 339.

Εἶτα βασιλεὺς μὲν ἐπίγειος πιστεύεται εἶναι, καίπερ μὴ πᾶσι βλεπόμενος, διὰ δὲ νόμων καὶ διατάξεων αὐτοῦ, καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων καὶ εἰκόνων νοεῖται· τὸν δὲ Θεὸν οὐ βούλει νοεῖσθαι δι' ἔργων καὶ δυνάμεων;

D Ita ne tandem rex terrenus, etsi minime videtur ab omnibus, tamen per leges & edicta, auctoritatemque & potentiam ac imagines exsistere creditur; Deum vero ex operibus & potentia intelligi non vis?

a Psalm. XCII. 1. b Joan. II. 19. c Psalm. XV. 10. d Ibid. ℣. 9. e Deut. I. 11.

1. His affinia scribit auctor in *Epist. Pasch.* ann. 401. §. XVIII. ubi & Deuteronomii locum heic laudatum excitat.

V.

IDEM *ibid. pag.* 781.

A Σφόδρα ὀλίγων τυγχάνει τῶν πάντα τὸν ἑαυτῶν βίον ἀνατεθεικότων τῇ περὶ τὰς θείας γραφὰς ἐξετάσει, τὸ δύνασθαι λογικώτερον παρακολουθεῖν τοῖς περιεχομένοις δόγμασι, καὶ τῇ βαθυτέρᾳ τῶν γραφῶν διανοίᾳ [1].

Pauci admodum sunt qui, quum omnem vitam suam divinarum scripturarum inquisitioni impendant, doctrinam quæ in eis continetur, & profundiores earum sensus, sublimiore intelligentia assequi valeant.

1. Alius exstat locus in iisdem PARALLELIS DAMASCENICIS pag. 601. *de morte* pertractans; qui tamen plenior habetur in APOPHTHEGMATIBUS, ut mox infra monebimus.

THEOPHILI EPISCOPI ALEXANDRINI

APOPHTHEGMATA.

Apud COTELERIUM Monum. eccl. Gr. *tom.* I. *pag.* 462. *seqq.*

Περὶ Θεοφίλου τοῦ ἀρχιεπισκόπου.

De THEOPHILO *Archiepiscopo*.

B Ὁ Μακάριος Θεόφιλος ὁ ἀρχιεπίσκοπος, παρέβαλέ ποτε εἰς τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας· καὶ ἦλθεν ὁ Ἀββᾶς τοῦ ὄρους πρὸς αὐτόν. καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀρχιεπίσκοπος· τί εὗρες ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ πλέον, πάτερ; λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· τὸ αἰτιᾶσθαι καὶ μέμφεσθαι ἑαυτὸν πάντοτε. λέγει αὐτῷ ὁ Ἀββᾶς Θεόφιλος· ἄλλη ὁδὸς οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ αὕτη.

I. Beatus THEOPHILUS Archiepiscopus, profectus est aliquando in montem Nitriæ; & venit ad eum montis Abbas. Dicit ei Archiepiscopus; Quid invenisti in via hac amplius majusque Pater? Respondit Senex; Culpare se & accusare semper. Tunc Abbas THEOPHILUS; Alia via non est, præter istam.

Ὁ αὐτὸς Ἀββᾶς Θεόφιλος ὁ ἀρχιεπίσκοπος, παρέβαλέ ποτε εἰς τὴν Σκῆτιν. συναχθέντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ εἶπον τῷ Ἀββᾷ Παμβῷ· εἰπὲ ἕνα λόγον τῷ Πάπᾳ, ὅπως ὠφεληθῇ. λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· εἰ οὐκ ὠφελεῖται ἐν τῇ σιωπῇ μου, οὐδὲ ἐν τῷ λόγῳ μου ὠφεληθῆναι ἔχει.

II. Idem Abbas THEOPHILUS Archiepiscopus, venit aliquando in Scetim. Congregati autem Fratres dixerunt Abbati Pambo; Aliquid sermonis habe ad papam, ut ei prosit. Ait illis Senex; Si ex silentio meo utilitatem non capit, neque ex sermone habet proficere.

C Ἦλθόν ποτε πατέρες εἰς Ἀλεξάνδρειαν, κληθέντες ὑπὸ Θεοφίλου τοῦ ἀρχιεπισκόπου, ἵνα ποιήσῃ εὐχὴν, καὶ καθέλῃ τὰ ἱερά. καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν μετ' αὐτοῦ, παρετέθη κρέας μόσχιον· καὶ ἤσθιον, μηδὲν διακρινόμενοι. καὶ λαβὼν ὁ ἐπίσκοπος ἓν κοπάδιν, ἔδωκε τῷ ἔγγιστα αὐτοῦ γέροντι, λέγων· ἰδοὺ τοῦτο καλὸν κοπάδιν ἐστὶ, φάγε Ἀββᾶ. οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον· ἡμεῖς ἕως ἄρτι λάχανα ἠσθίομεν· εἰ δὲ κρέας ἐστὶ, οὐ τρώγομεν. καὶ οὐκ ἔτι προσέθετο οὐδὲ εἷς ἐξ αὐτῶν γεύσασθαι αὐτοῦ.

III. Venerunt aliquando Patres Alexandriam, vocati a THEOPHILO Archiepiscopo, ut precem faceret, ac fana everteret. Iisque cibum cum illo sumentibus apposita est caro vitulina: & comedebant, nihil discernentes. Porro accipiens Episcopus unum copadium seu carnis frustum, dedit seni juxta se recumbenti, dicens: Ecce, hoc est bonum carnis frustum, manduca, Abba. Illi exceperunt, Nos hucusque olera edimus: si autem caro est, non manducamus. Nec amplius eorum quisquam hinc degustavit.

Ὁ αὐτὸς Ἀββᾶς Θεόφιλος ἔλεγεν· [1] οἷον φόβον καὶ τρόμον καὶ ἀνάγκην ἔχομεν ἰδεῖν, ὅτε ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος χωρίζεται; παραγίνεται γὰρ [2] πρὸς ἡμᾶς στρατιὰ καὶ δύναμις τῶν ἐναντίων δυνάμεων, οἱ D τοῦ σκότους ἄρχοντες, οἱ κοσμοκράτορες τῆς πονηρίας, καὶ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, τὰ [3] πνεύματα τῆς πονηρίας· καὶ τρόπῳ τινὶ δίκης κατέχουσι τὴν ψυχὴν, ἐπιφέροντες πάντα αὐτῆς τὰ ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ ἁμαρτήματα, ἀπὸ νεότητος ἕως τῆς ἡλικίας ἧς κατελήφθη. ἵστανται οὖν κατηγοροῦντες [4] πάντα τὰ πεπραγμένα ὑπ' αὐτῆς. λοιπὸν ὁποῖον τρόμον δοκεῖς τὴν ψυχὴν ἔχειν ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, [5] ἕως οὗ ἡ ἀπόφασις ἐξέλθῃ, καὶ ἐλευθερία γένηται αὐτῆς; τοῦτο ἔστιν ἡ ὥρα τῆς ἀνάγκης αὐτῆς, ἕως οὗ ἴδῃ τί

IV. Ejusdem Abbatis THEOPHILI sermo exstitit; Qualem timorem, tremorem ac necessitatem visuri sumus, quando anima e corpore separabitur! Tunc enim ad nos adveniunt contrariarum Virtutum exercitus & copiæ, principes tenebrarum, malitiæ imperatores, Principatus, Potestates, Spiritus nequitiæ; & aliquo justitiæ modo animam detinent, adducentes cuncta quæ prudens & insciens commisit peccata, a juventute ad ætatem qua assumta est. Adstant ergo, accusantes cuncta per eam gesta. De cetero quanto tremore putas animam in illa hora corripi, donec lata fuerit sententia, contigeritque ejusdem animæ liberatio? Hæc est hora necessitatis ejus, usquequo viderit quid ipsi sit eventurum. Rur-

1. Οἷον φόβον κ. τ. λ.] Hæc eadem exstant apud Joannem Damascenum *Parall. sacr.* opp. tom. II. pag. 601. ut paullo ante monuimus. Sic autem l. c. Ἀδελφοί, οἷον φόβον καὶ τρόμον κ. τ. λ.
2. Πρὸς ἡμᾶς] Damasc. ἐφ' ἡμᾶς.
3. Πνεύματα] Al. πνευματικά. Hæc porro verba, τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας, desunt apud Damascenum.
4. Πάντα — ὑπ' αὐτῆς] Hæc item desiderantur in Parallelis Damasc. sed legunt οἱ κατηγ. λοιπόν· ὁποῖον κ. τ. λ.
5. Ἕως οὗ — ποίῳ ἄρα φόβῳ καὶ τρόμῳ στήκει] Ista omittuntur in iisdem Parallel.

τὸ ἀποβησόμενον αὐτῇ. καὶ πάλιν αἱ θεῖαι δυνάμεις ἵστανται κατὰ πρόσωπον τῶν ἐναντίων, καὶ αὐταὶ τὰ καλὰ αὐτῆς ἐπιφέρουσαι. κατανόει οὖν ἡ ψυχὴ μέση ἱσταμένη, ποίῳ ἄρα φόβῳ καὶ τρόμῳ στήκει, ἕως οὗ ἡ κρίσις αὐτῆς ἀπόφασιν λάβῃ παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ. [1] καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἀξία, ἐκεῖνοι λαμβάνουσιν ἐπιτιμίαν, καὶ αὐτὴ ἁρπάζεται ἀπ' αὐτῶν· καὶ λοιπὸν ἀμέριμνος εἶ, μᾶλλον δὲ κατοικεῖ κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν σοί. τότε πληροῦται τὸ γεγραμμένον· Ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός. τότε ἀπαλλαγεῖσα, πορεύεται εἰς ἐκείνην τὴν ἀνεκλάλητον χαρὰν καὶ δόξαν, εἰς ἣν κατασταθήσεται. ἐὰν δὲ εὑρεθῇ ἐν ἀμελείᾳ ζήσασα, [2] ἀκούει τὴν δεινοτάτην φωνήν· Ἀρθήτω ὁ ἀσεβής, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν κυρίου. τότε αὐτὴν καταλαμβάνει ἡμέρα ὀργῆς, ἡμέρα θλίψεως [3], ἡμέρα σκότους καὶ γνόφου. παραδιδομένη εἰς τὸ ἐξώτερον σκότος, καὶ εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ κατακριθεῖσα, εἰς ἀπεράντους αἰῶνας κολασθήσεται. τότε, ποῦ ἡ καύχησις τοῦ κόσμου; ποῦ ἡ κενοδοξία; ποῦ ἡ ἀπόλαυσις; ποῦ ἡ φαντασία; ποῦ ἡ ἀνάπαυσις; ποῦ ὁ κόμπος; ποῦ τὰ χρήματα; ποῦ ἡ εὐγένεια; ποῦ πατήρ; ποῦ μήτηρ; ποῦ ἀδελφός; τίς δυνήσεται τούτων ἐξελέσθαι τὴν ὑπὸ πυρὸς φλεγομένην, καὶ ὑπὸ πικρῶν βασάνων κατεχομένην; τούτων οὕτως γινομένων, ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ἡμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις; ποταπὴν ἀγάπην ὀφείλομεν κτήσασθαι; ποταπὴν ἀγωγήν; ποταπὴν πολιτείαν; ποταπὸν δρόμον; ὁποίαν ἀκρίβειαν; ὁποίαν προσευχήν; ὁποίαν ἀσφάλειαν; ταῦτα γάρ φησι προσδοκῶντες, σπουδάσωμεν ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι εὑρεθῆναι αὐτῷ ἐν εἰρήνῃ. ἵνα καταξιωθῶμεν αὐτοῦ ἀκοῦσαι λέγοντος· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

sus divinæ Virtutes e regione contrariarum stant, ipsæ pariter bona animæ proferentes. Cogita ergo cujusmodi in timore ac tremore versetur media constituta anima, donec judicium ejus per justum judicem sententia terminetur. Et si quidem digna fuerit, dæmones increpantur atque puniuntur; ipsa vero rapitur ab angelis: tum deinceps sine solicitudine es, immo habitas juxta quod scriptum est: [a] *Sicut lætantium omnium habitatio est in te.* Tunc impletur illud Scripturæ; [b] *Fugit dolor, & tristitia, & gemitus.* Tunc liberata anima, ad illam ineffabilem lætitiam & gloriam proficiscitur, in qua constituetur. Quod si deprehensa fuerit vixisse negligenter, audit terribilem illam vocem; [c] *Tollatur impius, ut non videat gloriam Domini.* Tunc ipsam apprehendit dies iræ, dies afflictionis, dies tenebrarum & caliginis. Tradita in tenebras exteriores, & ad ignem perpetuum damnata, per infinita sæcula punietur. Tunc, ubi gloriatio mundi? Ubi vana gloria? Ubi deliciæ? Ubi voluptates? Ubi fastus? Ubi requies? Ubi jactantia? Ubi pecuniæ? Ubi nobilitas? Ubi pater? Ubi mater? Ubi frater? Quis præsentibus malis eripere poterit igne flagrantem, & in amarissimis tormentis detentam? His ita se habentibus, quales esse nos oportet in sanctis actionibus & operibus piis? Quantam caritatem debemus obtinere? quantam disciplinam? quantam conversationem? qualem cursum? cujusmodi diligentiam, orationem, cautionem? [d] *Hæc* enim, inquit, *exspectantes*, satagemus *immaculati & inviolati ei inveniri in pace.* Ut digni efficiamur audire Dominum dicentem: [e] *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*: in sæcula sæculorum. Amen.

Ὁ αὐτὸς Ἀββᾶς Θεόφιλος ὁ ἀρχιεπίσκοπος μέλλων τελευτᾶν, εἶπε· μακάριος εἶ Ἀββᾶ Ἀρσένιε, ὅτι ταύτης ἀεὶ ἐμνημόνευες τῆς ὥρας.

V. Idem Abbas THEOPHILUS Archiepiscopus, cum moriturus esset, dixit: Beatus es Abba Arseni, quia hanc horam semper in memoria habebas.

Ἠρώτησεν ἡ Ἀμμᾶς Θεοδώρα τὸν Πάπαν Θεόφιλον τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου, τό, τί ἐστι τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι; ὁ δὲ λέγει αὐτῇ· ἡ ἐπωνυμία δεικνύει τὸ κέρδος· οἷον, καιρὸς ὕβρεώς σοι πάρεστιν; ἀγόρασον τῇ ταπεινοφροσύνῃ καὶ μακροθυμίᾳ τὸν τῆς ὕβρεως καιρόν· καὶ ἕλκυσον τὸ κέρδος πρὸς ἑαυτόν. καιρὸς ἀτιμίας; τῇ ἀνεξικακίᾳ ἀγόρασον τὸν καιρόν, καὶ κέρδησον. καὶ πάντα τὰ ἐναντία, ἐὰν θέλωμεν, κέρδη γίνονται ἡμῖν.

VI. Interrogavit Amma sive mater Theodora papam THEOPHILUM de Apostoli dicto; quid sit: [f] *Tempus redimentes.* Ille vero respondit ei; Dictio lucrum ostendit: verbi gratia, tempus seu occasio contumeliæ tibi adest? humilitate & patientia eme contumeliæ tempus; & ad te lucrum trahe. Ignominiæ tempus adest? eme illud per tolerantiam, ac lucrare. Sicque cuncta contraria, si velimus, nobis in lucrum cedunt.

a Psalm. LXXXVI. 7. *b* Isa. XXVI. 10. *c* Ibid. *d* II. Pet. III. 14. *e* Matth. XXV. 34. *f* Coloss. IV. 5.

1. Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἀξία — κατασταθήσεται] Omnia isthæc desiderantur apud Damascen.
2. Ἀκούει] Damasc. ἀκούσει.
3. Θλίψεως] Al. addunt, καὶ ἀνάγκης. Ita & Damasc. Mox ibidem, παραδιδομένη εἰς πῦρ ἐξώτερον καὶ αἰώνιον πῦρ, ἐν ᾧ κατακριθεῖσα, εἰς αἰῶνας ἀπεράντους κολασθήσεται. Huc usque apud Damascenum.

INDEX OPUSCULORUM
THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI.

EPISTOLÆ AD DIVERSOS.

S. AMBROSII
MEDIOLANENSIS EPISCOPI,
HISTORIÆ
DE EXCIDIO URBIS HIEROSOLYMITANÆ
LIBRI QUINQUE,

SUB EMENTITO EGESIPPI NOMINE HACTENUS EVULGATI:

Nunc vero primum eidem ſancto Doctori reſtituti ac recenſiti.



ACCESSERUNT

HYMNI TRES

Ex ms. codice Vaticano deſcripti, atque inter opera Thomaſiana nuper editi.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
387.

S. AMBROSII
MEDIOLANENSIS EPISCOPI
HISTORIÆ
DE EXCIDIO URBIS HIEROSOLYMITANÆ,
LIBER I.
AUCTORIS PROLOGUS.

QUatuor libros Regnorum quos Scriptura complexa est sacra, & jam ipse stilo brevi prosecutus usque ad captivitatem Judæorum murique excidium & Babylonis triumphos, historiæ in morem composui, Maccabæorum quoque res gestas propheticus sermo paucis absolvit: reliquorum, usque ad incendium templi & manubias Titi Cæsaris, relator egregius historico stilo Josephus, utinam tam religioni & veritati attentus, quam rerum indagini & sermonum sobrietati. Consortem se enim perfidiæ Judæorum in ipso etiam sermone exhibuit, quem de eorum supplicio manifestavit; & quorum arma deseruit, eorum tamen sacrilegia non dereliquit. Deploravit flebiliter ærumnam, sed ipsius caussam ærumnæ non agnovit. Unde nobis curæ B fuit, non ingenii ope fretis, sed fidei intentione in historiam Judæorum ultra Scripturæ seriem sacræ paullisper introrsum pergere, ut tamquam in spinis rosam quærentes, inter sæva impiorum facinora quæ digno impietatis pretio soluta sunt, eruamus aliqua vel de reverentia sacræ legis, vel de sanctæ religionis constitutionisque miraculo; quæ magis, licet heredibus, vel in adversis ostentui fuerint, vel honore in prosperis. Simul (quod est indicium domesticæ improbitatis) liqueat universis, quod ipsi sibi propriæ cladis auctores fuere. Primum, quod alia curantes, Romanos in se converterint, & ad cognitionem regni sui invitaverint, quibus ignorari satius fuit. Rogaverunt amicitiam, fidem non servaturi. Pacem violaverunt virtute impares. Postremo C bellum intulerunt, quibus spes omnis in mœnibus, non in viribus erat, cum sit maxime omnium miserabile claudi obsidione: quæ etiam si bene procedit, sæpius augere quam minuere pericula solet. At ne quis vacuum fide & superfluum putet nos suscepisse negotium; ideo per principes ductum Hebræorum genus omne consideremus, ut liquido clareat utrum a [1] femoribus Judæ, nusquam generationis ejus successio claudicaverit: an vero offenderit in principum serie, sed manserit in eo, [a] *cui reposita manebant omnia: ipse erat spes gentium.* Hinc ergo sumam exordium.

CAPUT I.


BEllo Parthico, quod inter Maccabæos duces gentemque Medorum diuturnum ac frequens variaque victoria fuit, incentivum principium dedit sacrilegii dolor, quia rex Antiochus cui nomen Illustris, Antiochi regis filius, ubi Ægyptum quoque suo imperio adjunxit, in superbiam elatus, quod A ei incerta bellorum prosperavissent, ritus Hebræorum negligi, ministeria quoque eorum profanari jusserat: idque postulantibus plerisque Judæorum, statuere ausus. Quod factum Matathias sacerdos perpeti nequivit: nec solum ipse temperavit a sacrilegio regalique edicto non obtemperavit, verum etiam immolantem simulacris hostias de popularibus suis nactus, gladio transverberavit. Et congregata manu, atque Asidæis in societatem adscitis, ipse cum filiis suis temerantes usum patrium & justitias legis, alios necavit, plerosque expulit, bellique sabbato adoriendi auctor fuit, ne simili arte ipsi quoque deciperentur sicut jam plerique eorum dum sabbato bellum suscipere detrectant, irruentibus in se se hostibus multi occubuere. Potentiam prosperi actus dederunt, & perseverandi in viro usque ad extremum vitæ studium defensionis & pietatis vigor. Sed cum sibi supremum diem adesse intelligeret, vocatis civibus atque assistentibus liberis hortatus est, ut tuerentur patriam, templique religionem: ducemque his Judam Maccabæum curæ atque solicitudinis suæ successorem reliquit. Qui bello strenuus, consilio bonus, ac præ ceteris fide promtus, quam frequenter innumeras hostium copias parva manu fuderit, prosequi, non est præsentis negotii. Quod tamen brevi colligere datur. Sæpe prosperis usus successibus, excitavit in se magnam hostium multitudinem: qua circumfusus undique dum cedere pudori existimabat, refugientibus sociis in prœlium ruit. Cæsisque quos adversus ierat, a latere circumventus, sed tamen ultus propriam mortem, occiditur. Huic successit Jonathas, non minus virtutis similitudine par, quam naturæ germanitate. Qui post multa in bellicis rebus opera, in rebus sacris officia quæ circa templi purificationem spectata ac probata sunt, [2] prætenta per dolum amicitiæ fide intra urbem hostium clausus, nec longo post intervallo necatus est. Joannes etiam senior natu frater, & Eleazar junior ceteris pro religione mortem non recusarunt. Post hos rei summam Simon recepit, ad quam non rudis sed jam probatus fraternæ societatis triumphis appropinquavit. D Utinam & ipse tam perspicax ad fraudes cavendas, quam manu validus bellandique artibus satis spectatus. Etenim cum virtutis ope Romanorum ducibus regibusque gentium amicitiam fœderavisset, Ptolemæi dolo generi sui rogatus ad convivium, inter mensas & pocula cum duobus filiis qui aderant, circumventus atque exutus armis impie neci traditur. Sane prævenit insidias Joannes ortus ex Simone, cui nomen Hyrcanus, & properavit ad

[a] Gen. XLIX. 10.

1. *Femoribus*] Editi *senioribus*: mendose. Restituta lectio firmatur ex *Gen.* XLIX. 10.

2. *Prætenta*] Al. *prætentata*. Barr.

SAECUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



vicinæ urbis mœnia, ubi a populo propter egregia patris merita, odio quoque hostilis sceleris, exspectabatur. Vix denique urbem ingressus est, & jam Ptolemæus aderat. Sed cum per aliam portam ingredi vellet, repulsus, multitudini cedendum existimavit. Assumsit illico Jonathas paterni sacerdotii munus, & ad cultum rerum divinarum profectus, statim pietatis obsequia curamque servandæ necessitudinis exsequebatur, matrem cupiens fratresque periculo auferre. Congressuque superior factus justæ passionis affectu superabatur, quo minus castro potiretur in quo clausi detinebantur. Nam Ptolemæus ubi se urgeri videbat, matrem ejus atque germanos in muris locabat præcipitandos illico, nisi Jonathas bello quod inferebat, desisteret. Vincebatur juvenis pietatis metu qui vincebat fortitudinis assumtionem, & iracundiam excitatam in hostem revocabat suorum misericordia. Mater tamen parata ad tormenta tendebat manus, obsecrans non salutis auxilium, sed ultionis solatium. Verebatur enim ne filius plus matri metueret, quam paternæ vindictæ impenderet: sibi mortem illam loco immortalitatis futuram, qua maritus vindicaretur, & gener impius pro scelere immani pœnam exsolveret. Sed juvenis plus intra se ipsum, quam in hostem prœliabatur. Nam quoties patrem cogitabat, accendebatur. Rursum cum matre verberari atque ad necem aptari videret, moliebatur: revocabat impetum, referebat gradum, quia retrahebat passio. Inter obsidionis moras feriatus ex lege, supervenit annus qui erat septimus. Cessit pietas religioni, soluta obsidio est: sed eo magis Ptolemæi excitata immanitas, ut quorum objectu pœnam evaserat, eos jugulari juberet. Qui continuo se ultioni exemit, ad Zenonem cui nomen Cotilæ Philadelphiæ regem confugiens, ut ejus ope se se tueretur. Nec Antiochus quievit, qui Simoni patri Jonathæ ludibrio suos fuisse exercitus indignabatur: cupiensque adhuc assurgentes Jonathæ primitias extinguere, cum magna veniens manu Hierosolymam, Hyrcanum obsedit. Repulit Hyrcanus auro, quem ferro nequibat, referatoque (ut Joseph auctor est) David sepulcro, tria millia auri talenta eruit. Ex quibus trecenta annumeravit Antiocho, ut obsidionem relinqueret, ut pretio emtus abiret. Atque ut facti invidiam levaret, fertur ea pecunia Hyrcanus instituisse primus xenodochia, quibus adventum susciperet pauperum peregrinorum. Aucupatus etiam Antiochi necessitatem, qua Medis bellum inferebat, ultus dispendium est: plurimasque urbes Syriæ sibi adjunxit. Samariam quoque ubi postea Sebastia condita est, circumdedit munitionibus, cujus expugnationem Aristobulo & Antigono filiis suis mandavit. Quorum obsidio lenta usque ad diram famem & tetra alimenta humanorum cadaverum clausos coegit. Qua impulsi necessitate, opem ab Antiocho (cui nomen Aspondius) petendam arbitrati, ferentem adjumenta ærumnæ societati implicavere. Victus enim a fratribus prœlio, fuga se se eripuit nece. Samaritani autem repetita obsidione, captaque & eversa urbe, servitio dati. Quo rerum secundarum processu excitati Aristobulus atque Antigonus impetum non refrigerabant, sed adjungere sibi finitimos bello coactos haudquaquam dissimulandum arbitrabantur; donec invidia oborta, bellum immane exarsit, conspirantibus locorum incolis, & coacta valida manu. Quæ tamen victa profundam in reliquum tranquillitatem Joanni exhibuit, & sibi otium. Hyrcanus trigesimo & primo anno longæ quietis gratia functus, diem clausit extremum quinque liberis superstitibus, quod a plerisque beatitudini datur: moderator egregius, & pulcre sobrius, qui nihil umquam vel fortuitis eventibus dereliquerit, in quo actus ejus obfuscaretur: uxori summæ rei commisit negotia, ipsam consultius ratus rebuspublicis moderaturam, filios præscientia quadam animi tenens non diuturnos fore: nec eum fefellit opinio. Siquidem Aristobulus, cui inter fratres ætas provectior, mens promtior, principatum sacerdotii ad regni potentiam vertit, & diadema primus imponere sibi usurpavit: post quadringentos septuaginta quinque annos, triumque curricula mensium, ex quo de Babylone remeans Israel servitio exutus, in suam terram se se recepit. Superbe itaque nec partem ponere ceteris contentus fratribus, solum Antigonum honoris specie quem videbatur diligere, mulcebat. Matrem (quia potestatis exsortem, & judicio viri fraudatam se expostulaverat) alligavit vinculis, & usque eo processit immanitatis parricidali spiritu ferox, ut & ipsam & fratres suos simili modo vinctos arcta custodia detineret, quo prope usque ad mortem suprema fame compellerentur, ni maturius Aristobulus scelesti parricidii merita solvisset: ac primum in ipsum Antigonum ferus animus exasperatur, & de amore in odia convertitur, ut eum ante omnes necaret quem solum sibi consortem imperii pollicebatur: adeo apud improbos affectus vilis, ut cito pravis suggestionibus extorqueatur.

CAPUT II.

Dignum igitur ut crudelitatis ejus seriem non prætereamus, quo judicium Joannis etiam post mortem probetur, qui summam publicæ rei seniori committendam filio haudquaquam existimavit, quem tanto declinaturum furore a pietatis lege & norma justitiæ prævidebat. Haud scio, morum ne ejus contuitu, an insita gratia sacerdotum principibus, ut his aliqua quæ futura erant, etiam minus dignis infunderentur. Facinus miserabile fuisse, qui fratribus inviderent amorem naturæ: inde mali prima oborta est labes; invidiæ commenta consecuta hujusmodi sunt.


CAPUT III.

Composuerant primo alia, quibus fidem Aristobulus non detulit, & obtrectationem mollivit caritatis gratia, invidiæ tribuens delationis amaritudinem. Ideo falsa veris admiscuere, ut ex his quæ ad speciem veri assumserant, renitentem circumvenirent.

CAPUT IV.

Scenopegia Judæorum interim in terris ex lege celebrabatur, dies videlicet festus & plenus reverentiæ, quo sacrificium solemne deferebatur. Eo die clarus militiæ gestis Antigonus domum revertitur, & accidit, ut fratrem adveniens inæqualem offenderet: illico ad templum, ecquid enim præferret religioni? ut erat succinctus ornatu bellico, & circumfusus comitatu pari tendit: multus ibi pro fratris salute Domini precator, & inde ad fratrem sedulus properat. Hinc calumnia componitur ex acerbo felle, & acerbiore paratur exitu.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



CAPUT V.

Continuo enim regem adeunt improbissimi homines, invidiam excitant, quod pompam armatorum celebratiorem, quam privatis mos est, direxerit, ostentui vulgo futuram, ne quis conatibus ejus obviare auderet. Tanto apparatu non aliud nisi necem regis, & usurpandi imperii potentiam affectatam. Haud difficile æger animus invalido fessus corpore impulsus est, ut credibile duceret, quod pro vero afferebatur: maxime cum dies sacratus religioni, mendacii suspicionem excluderet, pompa excitaret invidiam, infirmitas metum adderet, armatorumque cohors fidem patrandi sceleris impleret. Itaque prius quam sibi probaretur tentamentum aliquod flagitii parricidalis, stipatores suos cum armis jubet in hypogeo locari obscuro, qui advenientem Antigonum [1] dolo necarent, nec exspectarent imperium regis, sed ipsi exstinguerent. Sane mandato per nuntios præmisso, ut inermis veniret, eis indicii qualitatem nupta Aristobulo in adversum mutavit, ut per illos conjuratos sibi insinuari faceret, Antigono fratrem ejus delectatum esse armorum decore, quibus proxime accinctus affuerat, sed præ ægritudine intentius non considerasse: nunc petere omnem illum ornatum bellicum quem sibi composuit, ad fratrem [2] deferat: gratum hoc regi futurum, si armatus adesset. Antigonus dolum non prævidit: dicto paruit eo studiosius, quo magis placere regi pariter & fratri desiderabat: decumbebat Aristobulus in castro, cui nomen primo Baris, postea Antonia fuit, videlicet ab Antonio triumviro donatione & appellatione cum urbis dignitate. Eo postquam Antigonus appropinquavit, atque accessit ad illum obscurum transitum, conspicientes armatum venisse regii stipatores, adorsi repente juvenem, præcepto satisfaciunt, atque imprudentem opprimunt. Is locus Stratonis turris appellabatur, quo deceptum vocabulo Judam qui erat Essenus genere, opinio est frequens: quem sive probitate vitæ suæ, sive mystica observatione, sæpe quæ futura erant annuntiasse, historia vetus prodidit.

CAPUT VI.

Is, ut accepimus, cum vidisset Antigonum prætereuntem, ut fratrem reviseret, dicit ad eos qui numero discipulorum ejus annectebantur: Papæ! nunc mihi bonum est mori, quando mihi mortua veritas est: vivit Antigonus, quem necesse est hodie interfici, locus autem ejus neci decretus Stratonis turris, qui sexcentis hinc stadiis abest: hora jam diei quarta est. Tempore itaque excluditur prædestinatæ mortis fides. Hæc ubi dixit, intentius ipse secum conferre cœpit, quomodo eum fefellisset opinio. Nec multo post indicium defertur interfectum esse Antigonum in hypogeo ad Stratonis turrim, qui locus simili vocabulo æque ut ille qui erat in maritimis Cæsareæ, nuncupari solebat. Quo facinore patrato, Aristobulus secum ipse reputans, quid sceleris admiserit, in morbum ipse incidit. Erat in oculis parricidium, perturbatio in animo, nec alibi ullum intervallum dissimulationi dabat. Defigebatur in imis visceribus dolor: invidia in miserationem versa est, quo innocentem peremisset contra jus germanitatis: tanti sceleris immanitas mentem exulcerabat: non somnus oculis, non quies A animo dabatur. Serpebat cæco vulnus dolore, coquebantur ægra præcordia, ac duræ solicitudines sauciabant invalidos artus, & crebro gemitu pulsabant alta nimis suspiria.

CAPUT VII.

Itaque immoderata mæstitudine eo prorupit morbi vis, ut [3] evulsis visceribus, sanguinem vomitu oris rejiceret: quem puer aulicus, regiis usibus præbens ministerium, foras extulit, atque imprudens facti, quod casu potius quam industria gerebatur, ad eum locum pervenit, in quo Antigonus fuerat exstinctus; illic supra rorantes adhuc B fraterni sanguinis maculas, percussoris sanguinem effudit. Clamor subito factus & gemitus intuentium, eo quod profunda quadam dispositione Domini libatus peremti scelestissimi parricidæ sanguis videretur. Sono excitus caussam quæsivit: cum sileretur, elicuit studio quærendi & metu indignationis. Cujus accepto indicio, suffusos oculos lacrymis, & quantum erat in eo virtutis, ingemiscens, Haud, inquit, rependitur meritis meis congrua vicissitudo: neque enim Dei oculum tam impii machinator sceleris præterire poteram. Matura flagitii ultio subest, & jam digno convenior parricidii mei pretio. Vale corpus: quousque animam fratri matrique condemnatam detines? Quid per partes eis libo meum sanguinem? C in me omnis (si qua est pietas) contorqueat manus spiculum, ac me omnes filii germanique ultores pietatis gladio transfigant. Mactetur hostia parricidalis, atque immoletur violatæ necessitudini: totum simul caro noxia sanguinem evomat. Non viscerum meorum cruciatibus & lenta tabe dæmonium exsaturetur, quod me in tam nefarios ausus sævi facinoris impegit. His dictis finem imperii ac vitæ dedit. Vix anno functus potestate regia, propter quam parricidium non effugerat.


CAPUT VIII.

D Solvit illico mulier, atque exuit vinculis fratres defuncti: regem constituit Alexandrum, cui & procera ætas, & moderatio suffragari æstimabatur. Qui ut regnum adeptus est, fratrem quem adverterat regni competitorem, statim interemit. Reliquum, qui supererat ex fratribus, vitæ ac saluti potius quam regno intentum, reservavit, vacuum negotiorum: continuoque (ut se habet inquietudo morum) bello pacem mutavit. Congressuque habito adversus Lathyrum Ptolemæum, plurimos quidem hostium interfecit, sed ad Lathyrum victoria defluxit. Cui tamen victoriæ fructum ademit Cleopatra mater coacta in Ægyptum concedere, ut mortem sibi imminentem evaderet. Ejus absentiam aucupatus E Alexander, dum regni ejus partes invadere cupit, etiam Theodorum in se convertit, quoniam potissima quæque de ejus possessionibus sibi associaverat. Improviso itaque impetu Theodorus regias opes occupavit, X. millia quoque Judæorum prœlio fudit, sed super plagam non fractus Alexander plura adhuc de hostium partibus suo imperio adjunxit, captarumque urbium populos servitio subegit. Hos bellandi successus domestica seditio interpolavit, & orta de conviviis usque ad bellum contentio processit. Familiari peste hujusmodi Judæorum viris, ut de epulari ludo se se in arma exci-

1. *Dolo necarent*] *Diloricarent* rectius legitur: quo verbo utitur auctor ipse hujusce libri cap. XXV. & lib. IV. BARR.

2. *Deferat*] *Conferat*. ID.
3. *Evulsis*] *Convulsis*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



citent, ac nisi peregrina auxilia regi præsto fuissent, seditio prævaluerat. Sed adventitia manu, ægre licet, compressa est tamen, octo millibus ferme Hebræorum interemtis; inde in Arabiam iter direxit, ac nonnullæ ejus urbes subactæ: tributa quoque Moabitis & Galaaditis jure victoriæ adscripta. Unde regressus in Amathunta, Theodoro tantis ejus successibus stupefacto, vacuum defensoribus castellum inveniens, sine mora expugnavit. Non usquequaque tamen otiosus Obedias rex Arabum fuit, nec inulta diu regni sui passus dispendia. Nam insidiis opportune locatis omnem exercitum ejus delevit, conclusum vallis profundo & multo camelorum agmine attritum. Evasit tamen Alexander, & fugiens de prœlio, Hierosolymitanæ urbis receptacula petit, invisus suis quoniam recruduerant odia ærumnæ ejus occasione, quia tantæ potentiæ metu premebantur. Nec silentio tegebatur animorum discordia, [1] aut verbis tantummodo exercebatur, prœlio non uno, sed plurimis decertatum. Quibus exstincta fere L. Judæorum millia quos Alexander interemit, suis, quam hostibus perniciosior, & majore victor detrimento, quoniam regni sui vires vincendo attriverat. Unde ne ipse quidem jam suis victoriis delectabatur, aversusque a prœlio, arte tractabat sibi subditos, ut jam non armis premeret, sed verbis urgeret, ac solis sermonibus offensionum genera dissolveret. Nihil proficiebat ad colligendam sibi gratiam, quoniam fictis facinora præponderabant, atque ipsa repentina conversio ad pœnitentiam morumque inæqualitas sæva, passim suspecta habebatur.

CAPUT X.

DEnique cum simulata ejus placiditate se circumveniri arbitrarentur, Demetrium regem sibi auxilio futurum adversus Alexandrum in bellum excitaverunt. Pugna in manibus, nec comperendinata, quamvis uni adversum duos exercitus numero inferiore certandum foret. Mille enim comitatus equitibus, & sex millibus peditum, quos mercede sibi associaverat. X. millia quoque Judæorum sibi conspirantium in bellum accersens juxta urbem Sichimam occurrit hostibus, quibus tria millia equitum erant, & peditum XL. millia. Tentatoque utrimque agmine, ubi neque Demetrius pecunia conductos desciscere a fide vidit, neque Alexander de Judæis aliquos quibus se Demetrius adjunxerat, deposuisse erga se odia cognovit, armis decernendum existimaverunt. Superior bello Demetrius factus, plurimo tamen suorum sanguine. Namque ab his qui e diverso mercede conducti venerant, egregie bellatum, ut ita usque ad mortem virtute ac fide decertaverint. Destitutum itaque se se Alexander videns, cæsis suorum catervis in montes concessit. Sed præter utriusque spem ad alterum eorum species victoriæ pervenit, fructus alteri partus: quia & Demetrius nudatus est discessu Hebræorum, qui eumdem ad societatem rogaverant, & Alexandro ex ipsis VI. millia se se adjunxerant, more quodam humani ingenii adstipulantibus ad misericordiam rebus adversis. Cessit itaque Demetrius ei, quem bello vicerat: videns illum affluentibus paullatim Hebræis jam pugnæ idoneum, se seque cum paucis relictum. Cujus victoria libertate assuetis [2] damnationis metum movebat. Redit Alexandro sævitia cum securitate, regnumque in suos, & usus belli reformatur. Quærenti ab his quidnam faciens, animos sibi plebis conciliaret, responsum est: si moreretur. Vix enim fore cum mortuo, tam gravia perpessi, ut in gratiam reverterentur, ut odia adversus defunctum deponerent. Quibus excitatur, rebellandique assuetudine, multis necatis reliquos coegit in urbem, cui nomen Besemelel. Cujus expugnatio acerbiorem solito pestem invexit, tam sævo crudelitatis processu, ut ex eo numero octingentos in media civitate crucifigeret. Quorum in conspectu conjuges eorum filiosque jugulari præcepit.


CAPUT XI.

HÆc spectabat accumbens in medio concubinarum lætus inter escas & pocula, sed magis sanguine quam vino inebriatus: hoc solo facto amplius populum quam bello deterruit: ita ut proxima nocte Judæorum VIII. millia ultra Judæam discederent, quibus fugæ finis mors Alexandri foret: tantique horror mali quietem regno attulit. Sed ubi a domesticis feriatum prœliis exorta est ei caussa inquietudinis, Antiochi adversum Arabes expeditio, quam sibi terribilem & periculo futuram arbitrabatur. Hic est Antiochus, qui etiam Dionysius appellatur, Demetrii frater a Seleuco ultimus, cui transitum negare cupiens Alexander, inter urbem Antipatridem & Joppes litora foveis ingentibus ductis, muroque altissimo, turribus quoque e ligno impositis, elusit operam magno suorum labore, nullo hostis impedimento. Siquidem negotio facili repletæ foveæ, turresque exustæ, ipse quoque Alexander fuga sibi consuluit, eo tutior, quia nequaquam tanti [3] existimatus, ut eum victor principis loco persequi deberet. Nam secundis partibus reservatum, ut itineris obstructi injuriam acceptam ulcisceretur. Rectum autem in Arabas iter direxit, quorum rex in loca prœlio opportuna se se contulerat. Deinde subito converso equitatu, maxima vi ac multitudine effusas, ac sine ordine ruentes hostium turmas invasere. Certatum acriter, quoad Antiochus restitit (renitebatur enim) quamvis exercitus ejus quasi more pecorum obtruncaretur. Ubi vero & ipse cecidit (nam præ ceteris se se offerre solebat periculis) adversi omnes, quorum maxima pars incerto fugæ dispersa exstinguitur, reliquis in vicum cui Annana nomen, coactis, atque alimentorum inopia consumtis; vix paucissimi ex his tantæ cladi superfuere.

CAPUT XII.

HOc successu Aretas etiam a Damascenis ad regnandum expetitus, ut Cœles, Syriæque imperitaret, quo Ptolemæum excluderent, quem maxime infestis odiis persequebantur, nec Judæam immunem reliquit incursionis, de qua victor, licet superato Alexandro, secundum utriusque tamen partis conventum discessit, ac revertitur in sua. Alexander autem Pellam evertit, & Gerassem petiit iterum de Theodori possessionibus aliquas sibi adjungere parans, eamque sibi bello vendicavit. Inde in Syriam progressus, Gaulanem & Seleuciam & Gamalam evertit ultus superioris belli contumeliam, ipsas quoque Antiochi munitiones diruit. Quibus ex locis iter in Judæam convertit, ac præter spem cum gaudio totius gentis suscipitur pro mirabili successu rerum gestarum: ubi parta bellandi quies exordium tribuit ægritudinis, atque aliquantulum quartanis febrium vicibus affectus, levato paullisper incommodo, dum negotia repetit militaria, nec mo-

1. *Aut verbis*] Al. *ante haud*. BARR.
2. *Damnationis*] *Dominationis*. ID.
3. *Existimatus*] Al. *æstimatus*. Et mox, *principe loco*. IDEM.



dum servat, animo validior quam corpore, comminuit omnem suæ vigorem salutis viresque absumsit, atque ita mortuus est. Viginti itaque & sex annis vario rerum eventu adversum innumeros bellorum tumultus regnum tenuit, & duobus liberis superstitibus, decessit, quos impares regni existimans gubernaculo, summam rem uxoris propriæ delegavit solicitudini, quoniam eam acceptiorem populo cognovit; atque ob hoc apud universos invenisse gratiam, quod etiam ipsa ab immanitate viri semper alienam se faciendam existimaverit, ut non solum refugeret flagitiorum consortia, sed etiam resistendo ejus iniquitatibus, totius in se plebis benevolentiam converteret. Nec improvida viri sententia fuit: nam regnandi jus mulier inoffense exercuit, sine ullo feminei sexus impedimento, acquisivit moderandi gratiam sacræ legis observatione. Nam dum attentior circa templum cura exerceretur, & dimissa ministeria fraudis succrevit imperii vigor, nec tamen affectu infracta materno regni cupido. Siquidem ex duobus liberis electus unus ad [1] spem regnandi non potestatem, Hyrcanus vocabulo natu senior, ingenio remissior, Aristobulum vero acriorem animo expertem potestatis, emolliebat privati humilitate. Affuerunt se Pharisæi mulieri, genus hominum secundum legis doctrinam exercitatum, secundum qualitatem affectus callidum, avidum negotiorum, pecuniæ appetens, qui captantes elatam muliérculam, secundum scientiam juris divini extollendo suam fecere, ut pleraque etiam regni negotia ipsis committeret; adhiberent quos vellent: quos vellent excluderent, atque aulico exuerent ministerio. Quid plura? ita se se insinuavere, ut commodorum omnium fructus ad eos pervenirent: sumtus & molestiæ mulierem solam afficiebant. Nec mediocris mulieri spiritus, ut maxima quæque auderet, atque supra feminei sexus conditionem prœlia disponeret. Siquidem & præstantissimam de suis manum paravit, & peregrini exercitus copias coegit ingentes, ut non solum domi tuta ad omnem regnandi securitatem foret, verum etiam exteris potentibus esset formidabilis. Ea tamen reliquis præstabat omnibus, sed Pharisæis quasi inferior obtemperabat. Erat Diogenes in regno ejus, qui de potentissimis Alexandri amicis familiaritati ejus, inhæserat: eum adorsi obtruncavere, memorantes ipsius consilio octingentos illos in medio urbis ab Alexandro cruci suffixos; in ceteros quoque facinoris auctores [2] quosque, ut pergeret ultio, mandatum. Necabantur itaque, quos Pharisæi præcipiebant, non quos societas sceleris involverat. Quo metu perterriti plerique quibus hujusmodi pericula intendebantur, & maxime præstantiores opibus aut dignitatibus, ab Aristobulo intercessionem imploravere, ut matrem ab exsecutione præcepti severioris, ad meliora inflecteret. Ille sibi gratiam parare cupiens, non detrectavit. Mulier ægre licet, oranti tamen filio concessit, ut contuitu honorum quos gesserant, qui in hujusmodi invidiam arcessebantur, supremæ necis sententia mitigaretur, atque eos tantum quos obnoxios suspectaret, & [3] patrandi flagitii incentores fuisse urbe egredi juberet. Qui accepta vitæ securitate per agros dilapsi sunt.

CAPUT XIII.


EOdem tempore caussa accidit, ut Damascum juventus dirigeretur, quoniam Ptolemæus frequentibus incursionibus incolas memoratæ urbis terrebat; cujus negotii necessitas occupavit de exercitu Alexandriæ validam manum. Cleopatram quoque Tigranes qui Armeniis imperitabat, in urbe cui nomen Ptolemais, obsidione clauserat, quem muneribus Alexandra mulcebat, ut a se averteretur. Quem Lucullus facta irruptione in terras Armeniorum infectis rebus redire coegit, consultius ducentem sua tutari, quam aliena adjungere. Tantis itaque negotiis intenta Alexandra, in morbum incidit. Quam occasionem rapuit Aristobulus ad suas artes; & congregata manu, conspirantibus secum quos fervor naturæ prærupta quæque audendum cupienti adjunxerat, thesauros occupat, eorumque copiis invitavit ad militiam voluntarios ac pretio componit, ut in omnia quæ vellet fidem præstarent, atque infulas regis induit. Turbatus animo Hyrcanus, matrem lacrymis conveniebat. At illa spirans ferocia, filios & uxorem Aristobuli in castrum reclusit, cui nomen primo Baris, postea Antonia appellatum, de quo supra memoravimus. Cœpta Alexandræ celeri ejus obitu destituuntur. In hereditatem omnem Hyrcanus successit, qui vivente adhuc matre dignitatem induerat sacerdotii. Aristobulus virtute & sapientia præstabat: res usque ad contentionem atque congressionem deducta: ubi consertum, plerique relicto Hyrcano, illum alterum bello meliorem secuti. Hyrcanus comitantibus secum qui bello reliqui fuerant, confugit in Antoniam, repertisque filiis & uxore Aristobuli, per obsides salutem invenit, quia ne quid asperum in suos fieret, Aristobulus pacto consuluit. [4] Conventum fratrum hujusmodi fuit ut regno Hyrcanus cederet, atque ad Aristobuli jus omne imperii transiret, nec tamen Hyrcanum inhonorum relinqueret, sed regni exsortem honore alio fungi fineret, quem ipse impartivisset. Transactio hujusmodi etiam religione templi sacrata, assensionem utriusque tenuit voluntariam: inde cum gratia discessum est, ac se invicem salutantes, Aristobulus in aulam regiam se se recepit, Hyrcanus æquanimiter in domum Aristobuli concessit.

CAPUT XIV.

SEd fuere, quos metus ac rerum mutatio incesserat, qui se studuisse adversus Aristobulum recordarentur, & præ ceteris Antipater, is erat Idumæus genere, [5] moribus apud suos clarus, non tenuis pecuniæ, & ideo prævalidæ potentiæ, arte mira factus ad contemnendam pecuniam propter conciliandam gratiam. Qui Hyrcanum consiliis suis perterritum, quod nullam salutis suæ spem tutam haberet, qui imperio decessisset nisi transfugio sibi consuleret, ubi ad suas artes inclinavit, insinuat Aretæ regi, fovendum auxilio virum qui circumventus foret ut regno cederet; decorum hoc fore regi, si arbiter fieret imperii restituendi; multoque pulcrius, si circumscripto, cui primitiva regni competerent, dolo sublata reformari juberet: illum versutum & callidum, & ideo suspectum vicinis: hunc mitem & quietum, qui pro summo beneficio acciperet, quidquid sibi ab externo tribueretur, cui frater etiam regnandi jus

1. *Spem*] *Speciem*, ut infra cap. XLII. BARR.
2. *Quosque*] Vacat hæc dictio in mſ. ID.
3. *Patrandi*] *Patrati*. ID.
4. *Conventum*] Vetus codex, *conventus*. ID.
5. *Moribus*] *Majoribus*. ID.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
387.



ademisset. Præparatam itaque Aretæ regis gratiam Hyrcano annuntians, fugiendi spem detulit, & viam demonstravit, ut secum peteret Petram in finibus Arabiæ sitam, quo in loco regem adirent: qui precibus Antipatri donisque inflexus, plurimam bellatorum manum Hyrcano adjunxit, ut regno restitueretur. Erant fere peditum equitumque quinquaginta millia, a quibus prima pulsus congressione, Aristobulus Hierosolymam confugit, ibique intutus adversus tantam hostium multitudinem; quæ clausum expugnavisset, nisi Scaurus ductor Romani exercitus alterius belli occasione quod adversus Tigranem gerebatur, solvisset obsidionem, missus a Pompejo, cui recepti Mithridatis ultio gravis, bellique in socerum transferendi propositum exarsit; qua caussa Syriam infestari per Scaurum præceperat, quum ipse Tigranem atque Armeniam urgeret. Scauro itaque advenienti Damascum quam Metellus & Lollius funditus everterant, occurrere fratrum legati, sibi quique Romanæ opis auxilium implorantes; & quamvis inferioribus esset viribus Aristobulus, præponderavit tamen pecuniæ oblatione. Venditur summa prœlialis certaminis talentis trecentis, & justitia postulati pretio pensatur. Qua pecunia sibi annumerata, denuntiat Scaurus Hyrcano regique Arabiæ discedere ab obsidione, aut si permanerent, scirent sibi adversum Pompejum & Romanos bello certandum. Eo terrore obsidio soluta: Aretas Philadelphiam petit, Scaurus Damascum revertitur. Aristobulus autem vix dum idoneus propulsando periculo manum colligit, hostem insequitur, & ad [1] Papationem (id vocabulum loco) sex millia hostium, simul & fratrem Antipatri fallionem prœlio fudit; Hyrcani atque Antipatri spes lapsa est, quibus fiducia omnis in Arabiæ viribus erat.

CAPUT XV.

SEd ubi Magnus Pompejus adire Syriam cœpit, & Damascum advenit, a Romanis quorum auxiliis infracti, de manibus victoriam amisere, opem postulant, Pompejumque adeunt, tamquam justi arbitrum, & minime avarum pecuniæ. Allegationibus itaque non muneribus (ut ante) niti cœpere: quoniam integer animus adversus corruptelam pecuniæ, laqueis avaritiæ non capiebatur, & gratuito odisse poterat fraterno insidiatum honori: & ideo his eum adorsi querelis, quibus & Aristobulo fieret invidia, quod indignus aliena invaserit, & Hyrcano conciliaretur, cui vel merito vitæ, vel ætatis suffragio regnandi jus competeret, adstipulante præsertim matris auctoritate, quæ & judicium eligendi habuit & jus conferendi. Nec Aristobulus diu abfuit, quamvis nihil in magno pectore, quod suis artibus conduceret, intueretur: præsumebat tamen de Scauri redemtione, se seque ejus jactabat societate. Venit itaque regio ornatu præditus, & prope majore quam solebat stipatus ambitu, ut qui de justitia diffideret adquiescendi præjudicium excluderet, spem obediendi negaret: sed diutius tolerare Romani consulis sublimitatem nequivit, cui mos erat regni exorti regibus imperitare. Itaque ubi ad urbem ventum est, cui nomen Diopolis, alio concessit, Romanæ dignitatis supercilium dedignatus regni tumore. Qua secessione Aristobuli, est non mediocris datus offensioni locus, usque adeo commoto Consule, ut statim arma Romanorum in Judæam converterentur; conjun-

A ctis Syriæ etiam plerisque auxiliaribus: quem ubi comperit Aristobulus ad urbem Scythopolim atque inde Coreas appropinquare, unde erat Judææ exordium possessionis, confugit in Alexandrium castrum munitum admodum, & in monte altissimo situm. Quo cognito, jubet eum Pompejus descendere: at ille tamquam herili præcepto obedire indecorum existimans, periculum potius subeundum, quam obtemperandum imperio animi immodicus arbitrabatur. Sed referta populis Romana castra desuper spectans simul a suis monitus, non lacessendos, quorum in nomen ac potestatem totus prope orbis terrarum concesserat, descendit, pluribusque usus quibus regnum sibi jure delatum adstruere contenderat,
B vel generis debitum necessitudine, vel exercitus judicio, qui secutus sit validiorem, deseruerit ignavum: vel eventu prœlii, vel pacti conventione ad munitionem revertitur. Rursus cum Hyrcanus consulem adiisset, vocatus ad judicium Aristobulus, se se repræsentavit. Sed cum adhuc comperendinari cognitionem videret, in castellum regressus est. Medius enim inter spem & timorem putabat, quod imperiis ejus obediendo ad sui gratiam Pompejum inflecteret. Sed ne vi adigeretur iterum imperio cedere, in Alexandriam se se recipiebat. Nec præteriit Magnum regis versutia: jubet eum discedere munitionibus: idque facturum, datis in singulos custodes munitionum litteris, se se adstringeret. Jussis
C quidem paruit, quæ non audebat refellere: protinus tamen Hierosolymitanis mœnibus se se abdidit, & bellum adversum Romanos parare cœpit. Pompejus quoque fugientem insequi, urgere clausum, neque parandis belli usibus tempus ullum dare. Direxit Magni intentionem de Mithridate nuntius, quod morte bellum finiisset. Urbs Hierico in finitimis suis Pompejum tenebat, cum rei memoratæ indicia venirent: locus prope urbem, in quo balsamum gignitur, virgultisque innascitur, quæ lapidibus incidunt pueri agricolarum, perque eas incisiones distillat humor lacrymis pulcre rorantibus. Inde vir militiæ vetus compositis ordinibus, ad vesperum castra movit, & primo diluculo Hierosolymitanis
D mœnibus adstitit, atque improvisus armatas acies infundit.

CAPUD XVI.

OBstupefactus Aristobulus dispositionis specie, virorum robore, militum alacritate, sponte occurrit, veniam precatur, pecuniam, urbem, seque offerens. Verbisque in mollibus suppliciter inflexis mitigaverat indignationem Consulis: sed irrita precatione, quia effectus deerat promissionis, non solum negatis pecuniis, sed etiam urbe excluso Gabinio qui oblatam petitum venerat, bellum incubuit. Namque Magnus adhibitis custodibus Aristo-
E bulo, urbis mœnia speculari cœpit, atque explorare diligentius, quibus in locis tentaret irruptionem. Sed quum & valida murorum circumspectaret, quod expugnari nequirent, & templum in urbe haud inferioribus circumdatum munitionibus, & ut geminum esset ingressus periculum & a defensoribus templi, & ab his qui murorum propugnacula tuerentur, [2] hæsit animo dubius, sententiæque incertus per aliquantulum temporis, cum subito intra urbem orta seditio volentibus Hyrcani sociis urbe recipere Pompejum, renitentibus Aristobuli propugnatoribus; illi portas aperire Magno, isti obse-

1. *Paparionem*] *Papyrenem*, Joseph. cap. V. lib. I. *de bell. Jud.* BARR.

2. *Hæsit — incertus*] Gronovius *Monob.* pag. 67. restituit: *Hæsit animi dubio, sententiæque incerto aliquantum temporis.*

rare, bellumque inferre, ne regem eriperent. Sed pluribus quos terror potentiæ Romanæ auxerat, cessere inferiores, atque in templum se se recepere soluto ponte qui transitu pervio urbem ac templum medius conjunxerat. Receptus itaque in urbem est exercitus Romanus, & suis manibus Judæi aperuere portas, non multo post urbis ac templi expugnatoribus futuris. Completumque est illud Davidicum: [a] *Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum*. Sponte itaque tradidere regalia sua, cessere aulicis. Pisoni claro inter suos viro & militiæ stipendiis exercitato, id negotii commissum est, ut manu valida aulam regiam ceteraque urbis tuenda existimaret: quod ab eo solicite curatum, quasi ad ea defendenda potius, quam occupanda Romanorum exercitum duxerit. Ad templi autem irruptionem, quoniam pertinaciter resistebatur, Judæos Magnus paravit socios videlicet Hyrcani, ut si fieri posset, aliena Romani mysteria non profanarent: simul ut suis manibus Judæi fossas replerent, impio ministerio & turpi obsequio [b] servierunt manus eorum in cophino, mentes in sacrilegio: sed nihil proficiebat congestio, cum reniterentur e muris Aristobuli fautores, & desuper afferrent impedimentum: irritaque Pompejo fuissent exordia, nisi [1] incurrentibus sacris religionis diebus, quibus ab omni vacare opere Judæos vetus observatio foret, imminere suos aggerendis terrarum tumulis imperavisset: sola enim conferendæ manus usurpatione in consuetudinem versa, etiam sabbato, si tamen inferatur prœlium, & salute extremum petatur periculum, decernendum sibi ferro Judæi existimant: reliqua certamina religioni ducunt. Jam vallum excreverat, jam machinæ admotæ, repugnabant regii murorum altitudine ferociores, nec intermixti prœliis propiore Magni accessu inclinabantur. Stupebat Pompejus acres virorum animos, muri decorem ac magnitudinem, & nusquam remissa officia sacerdotum in medio belli furore: tamquam profunda pax esset nihil deerat sacrificiorum solemnitati, imbellatorum inter jacula mortesque cæsorum fundebatur sanguis hostiarum. Victima altaribus imponebatur, ante aram positi feriebantur. Tertius jam mensis anceps adhuc certamen [2] tenebat. Primus Silla ortus Cornelio, Faustus & duo Centuriones, quorum uni nomen Furio, alteri erat Fabius, dejecta terra murorum, templum irrupere, singulis sequentibus se se catervis, & circumdantes undique templi interiora, quoscumque repererant, gladiis transverberabant, cædebantur fugientes, repugnantes alii obtruncabantur. Nullus parcendi modus, nec tamen ea sævitia bellantium, [3] obsequia vatum impedita. Nudatis gladiis imminebat hostis: illi tamen sine ulla perturbatione soliti vicem muneris exsequebantur. Nullum intermissum est officii genus. Quidquid ad purificationis solemnitatem, quidquid ad cultus sacri observantiam spectare poterat, impletum est. Tanta erat cura ministerii: atque utinam pro veritate devotionis & fidei fuisset! Majora quoque a suis orta pericula, [4] quam sibi ab Hebræis invicem inferebantur atque intus pugna vehementior, & a A seditiosis propius & anceps periculum: a fronte externus hostis, a tergo lateribusque domesticus.

CAPUT XVII.

Itaque conclusi undique, alii se præcipitabant, alii patriæ incendiis exurebantur. Sacerdotes tamen usque ad ultimum in suo munere perseverabant, hortantes se invicem, ne in posterioribus ponerent officium religionis quam salutis præsidium: recte secum agi, si pietati impenderent, quod deberetur necessitati, pulcherrimumque, si in patriæ sinu sepeliri liceret. Quid autem juvaret evadere, & superstitem vivere religioni? præclarum potius B opus muneri commori pio. Quod si quis periculi metu, deserat, sacrilegium est: si quis impleat, sacrificium & piæ passionis victoria. Infulati itaque sacerdotes inter suas hostias immolabantur, & amicti sacerdotalibus stolis inter cadavera cæsorum humi jacebant. Fusa illic Judæorum XII. millia, Romano rumpauci exstincti, plures vulnerati sunt. Nihil tamen gravius in illa miseria ingemuerunt Judæi, quam quod illa abscondita ante sanctificationum mysteria, retecta gentibus ac manifestata sunt. Denique Pompejus curarum istiusmodi declinans superflua dum triumpho potius ambusta ambiret, sequentibus se se suorum plurimis vidit tabernaculum, secundum quod soli principi sacerdotum solemni ac C cessu patebant, atque intus inspexit lucernam, & mensam, & [5] thymiamata, & tabulas testamenti, superque eas Cherubim, & multitudinem aromatum dispersam, & sacræ pecuniæ talenta duo millia: in quibus quum plurimum auri esset, integer tamen ab omni cupiditate, vel ipsa, vel si qua sacrorum vasorum inventa sunt, intacta servari præcepit: & sequenti post excidium die [6] Theocorus jussit mundari templi interiora, ac celebrari assueta sacrificia. Hyrcano quoque principatum sacerdotii dedit promta ejus opera usus in obsidionis necessitate: nam etsi infidus suis, Romanis tamen fidelis, ut sua patria expugnaretur. Sed puto neminem dici fidelem posse, qui suis fuerit invidus. Non perfunctorie D itaque in ipso prœlio juvit hostes suorum, vel quod extramurani populi multitudinem annitentem Aristobulo retraxit ab ejus societate: ad omnia tamen quibus vel præveniendi Aristobuli, ducendique ejus auctoritate, vel conficiendo celeriter bello Pompejus egregius imperator fuit. Præclarum hoc addidit, ut in victoria modum teneret: denique benignitate sibi magis quam terrore, quos vicerat associavit, auctores tantummodo belli securi percussit. Tributum quoque victis imposuit, statuit ducem, Judææ fines determinavit. Suis ergo finibus circumscripta Judæa est: reformavit etiam Gadaram quam Judæi everterant, rogatus a Demetrio qui patriæ suæ hujusmodi gratiam a patrono popofcerat: & in hac E caussa & in plurimis apud Magnum supra libertorum modum usque ad invidiam excellens Aristobulum autem cum filiis & socero ejus captivos statuit secum Romam deducere: sed unus ex sobole regia in itinere elapsus custodibus, domum revertitur: ei nomen Alexandro, ætas fratre provectior

[a] Psalm. LXXVIII. 1. [b] Psaml. LXXX. 7.

1. *Incurrentibus*] *Intercurrentibus*. BARR.
2. *Tenebat — terra*] *Habebat — turre murorum*. ID.
3. *Obsequia vatum*] *Vatum*, id est sacerdotum, ut ex contextu liquet. Quem quidem locum pluribus illustrat Mazochius V. C. in *comment. ad marm. Neap. eccl. Kalendar.* vol. III. pag. 771.
4. *Quam sibi*] Al. *quæ sibi*. BARR.
5. *Thymiamata*] Al. *thymiamateria*. Auctor infra lib. V. cap. IX. *Intus thymiamaterium, intus mensa, intus lucerna*. Quæ quidem lectio huc quoque revocanda videtur. Nihil enim heic facit *thymiama*, hoc est suffitus, ubi post lucernam & mensam, altare aureum suffimentorum, scilicet θυμιατήριον, memorandum supererat. Ceterum *thymiaterium* potius quam *thymiamaterium* scribi debuisset. Vid. Mazoch. l. c. pag. 794.
6. *Theocorus*] Forte *Neocorus*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

& sorores duæ. Antigonus autem ævo junior cum feminei sexus germanitate ad urbem deducitur; Pompejusque Ciliciam, deinde Romam petiit.

CAPUT XVIII.

AT in Syria Scaurus qui ducis officio præerat receptis urbibus, quas Judæi invaserant in mediterraneis, Scythopoli, Ippone, Pella, Samaria, Jamnia, Mirisa, Azoto, Arethusa: maritimis quoque, Gaza, Joppe, Dora & ea quæ Stratonis turris olim vocabatur, postea autem Cæsarea nuncupata sub imperio Herodis, qui & ornatum addidit & nomen mutavit, adversum Arabas bellum moliebatur, Judæam inter Euphratem & Ægyptum: Syriam quoque suis reformatam finibus, judicio coercens prædandique cupidine; quod potius reor, quam proferendi imperii gratia: summam regni Arabiæ Petram invadere volens, difficultate quidem locorum impeditus, irrumpere nequivit; plura tamen vel propinqua urbi vel longe posita devastavit, quibus in locis exercitum ejus morantem fames incesserat; ac pæne incidisset facinus miserabile, nisi per Antipatrum laborantibus Romanis Hyrcanus alimoniam ministrasset; idemque de consilio Scauri Aretam monuisset solvere bellum pecunia. Denique trecentis talentis Arabs hoste se exuit, Scaurum redemit: hoc regressionis ejus pretium fuit: quæ res Hyrcano fidem cum Romanis firmavit societatem & profunda pace securitatem fovebat; quod in locis hostilibus exercitui Romano, opera ejus ex indigentia gravi, frumenti satietas facta, auxiliumque præsto fuit.

CAPUT XIX.

SEd ubi Alexander e vinculis Magni elapsus, primum occulte, & per aliquantum tempus manum sibi idoneam congregans, deinde palam percursare cœpit Judæam: exagitari Hyrcanus, & rebus suis diffidere: Romanos cura urgere, ne bellum glisceret: quin etiam murum præparare Hierosolymis constituerat quem Magnus destruxerat; ac prope aggressus fuerat opus, nisi Gabinius qui Scauro successit, curatis strenue ceteris quibus terrorem sui nominis sparserat, occurrendum Alexandri tentamentis æstimavisset. Nec Alexander refugiendum arbitratus, sed decernere prœlio ausus cum decem millibus peditum, mille & quingentis equitibus etiam castella reparavit, Alexandrium, Hyrcanium, Macheruntam receptaculo sibi (si res poposcisset) futura, vel hostibus impedimento, quoniam & Arabia non satis fida Romanis proxima erat. Gabinius, quo citius occurreret, M. Antonium cum parte exercitus præmisit, ut iter hostium impediretur, donec ipse cum toto agmine adventaret. Antipater cum electis adveniens, & Malichus & Pitholaus diversis Judæorum subnixi catervis, cum Antonio vires junxere, quos ubi confertos Alexander vidit (nam jam & Gabinius aderat) flexit consilium, ut retrorsum cederet. Sed cum jam non longe essent ab Hierosolymis, coactus manum conserere, victus aufugit, necatis ferme tribus millibus suorum, ceteris captis aut dilapsis: vix Alexandro pauci superfuere, potius ad fugæ societatem, quam ad rebellandi audaciam. Denique pacem a Gabinio petens, etiam castella, ne quid suspectum haberent, Romanis tradidit. Eo bello egregie Antonii virtus emicuit, quamvis præclarum ubique documentum suæ dederit fortitudinis. Gabinius in quinque conventus Judæam divisit, ut potestatem minueret, ex qua oriebatur potior rerum insolentia. Hyrcano pro mansuetudine ingenii ejus sacerdotii honor mansit: totius autem regionis ejus conventus non uni, sed in commune Hierosolymitanis a Gabinio cura impartita: itemque ceteri conventus simili modo attributi, per Gadaram & Amathuntem & Hierico, Scfforitanosque, urbes scilicet potiores divisi quo & singulorum potentiæ nihil relinqueretur, & functio regionum non vacillaret, quæ publicam exspectaret solicitudinem. Quod & a Romanis ad revelandum rebellionis metum, & Judæis ad deponendam invidiam cum gratia susceptum: quoniam non sub rege, sed sub optimatibus degeret Hebræorum genus, ad reipublicæ Romanæ similitudinem; in qua non unus imperitaret, sed per vices optimi quique quibus sortito magistratus cesserat, administrabant: regni quidem exsortes, sed regum arbitri, consultum provide adversum inquietudinem gentis æstimabatur.

CAPUT XX.

SEd Aristobuli fuga reditusque in Judæam plerisque plurimum turbarum excitaverat, refluentibus ad eum quos veteris amicitiæ gratia solicitaverat aut res ultimæ, quibus remedium ex discordia publica quærebatur: ima summis miscere cupientibus, atque aliæ spes lapsæ forent. Regressus igitur Aristobulus munitiones ædificare, Alexandrium reparare cœperat: quo comperto, Gabinius Sisinnio & Antonio, Servilioque cum parte exercitus directis, cœptum opus impedivit: desertis enim munitionibus Aristobulus se bello paravit, & quia majore numero quam usu agmen trahebat, deoneravit armis populi multitudinem, & sola octo millia armatorum coegit, adjuncto quoque Pitholao, qui voluntarius ex Hierosolymis cum viris mille advenerat: deinde orto prœlio (imminebant Romani ejus cervicibus) aliquamdiu quidem strenue pugnatum, tamen prævaluit virtus Romana, cæsa Judæorum quinque millia. Aristobulus cum mille viris irrupit aciem, & in castelli Macheruntis munimenta se se recepit: duo millia alio dilapsa, adorsi tamen castellani Romani, per biduum ferme dilati: quoniam de ultimo periculo Aristobulus totis viribus decernebat. Sed nequaquam diutius sustinere potuit: captus cum filio Antigono, quem pariter fugiens de vinculis secum abduxerat, ad Gabinium missi, & ab eo Romam directi sunt. Senatus Aristobulo in custodiam detruso, filios ejus ad Bithyniam dimisit, quod Gabinium ferunt epistolis insinuasse: id Aristobuli conjugi promissum, remunerandæ sedulitatis ejus gratia, ob traditas sibi munitiones.

CAPUT XXI.

HIs ita in Judæa gestis, Gabinius audendum aliquid ratus, in Parthos expeditionem paravit: sed suspecta partium Ptolemæi regis revocaverunt profectum. Nam ab Euphrate in Ægyptum Gabinius iter convertit, usus necessariis ad omnia ministeriis Antipatri & Hyrcani: (Sed Hyrcani per Antipatrum) qui pecunia, frumento, armis, auxiliis quoque exercitum juvaret, ac maxime congressiones circa Pelusium, nisi gnaris locorum & totius belli generis Judæis omnia procurantibus, Gabinium facile deterruissent. Sed rursus morante exercitu, Alexander Aristobuli filius in Syriam se se alteram, velut in vacuam provinciam immergere molieba-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

tur, nisi rumoribus excitus Gabinius, reditum maturavisset, præmissoque Antipatro, revocasset plurimos Judæorum ab Alexandri societate: quorum multitudine fretus, parabat omnes quos in regione offenderat, Romanos exsilio dare: denique dilapsis licet Judæorum plerisque per Antipatri conventionem, audaciam tamen non deposuerat, prœliumque adorsus in triginta millibus virorum, verum circa Itabirium montem fusis decem millibus, aufugit; reliquorum dispersione bellum confectum. Gabinius compositis ad arbitrium Antipatri reipublicæ Hierosolymitanæ negotiis, inde profectus, Nabathæos prœlio subegit: Mitridatemque & Tigranem fugientes de Perside occulte dimisit: palam tamen militibus intimavit, fuga lapsos. Successit Gabinio Crassus, & profecturus ad Parthicum bellum, omne quod erat Hierosolymis aurum in templo, abstulit: & præterea duo millia talenta detrahi jussit, quæ Pompejus intacta reliquerat: nec longum lætatus: ubi transmisit Euphratem, exercitum amisit, & ipse exstinctus est. Eo successu Parthi lætiores, transeundum in Syriam crediderunt, quos strenue insidiis excepit Cassius, & commissæ sibi provinciæ finibus repulit, non sine gravi detrimento hostium: cum effuse venientes, quod neminem sibi obsistere ausurum arbitrarentur, locis præventos angustoribus occupavisset. Denique fusis suorum pluribus, bellum deseruere. Cassius repulso hoste securus provinciæ, in Judæam irruit, & Tarichæis deletis, triginta millia Judæorum in servitutem vendidit. Pitholaum quoque suspectum doli, quo partes Aristobuli fulciret, jugulari jussit. Neque expers consilii ejus Antipater fuit, ut æmulum potentiæ quam maxime excluderet.

CAPUT XXII.

IS Antipater cognovit uxorem cui nomen Cypris, splendidissimo inter Arabiæ feminas loco ortam, atque ex ea suscepit liberos quatuor sexus virilis & unam feminam. Viris hujusmodi vocabula: primus Phaselus, sequens Herodes vocatus, tertius Josippus, quartus Pheroras, & Salome filia. Eaque caussa vir egregie factus ad emerendam muneribus atque amicitia societatem potentium, gratiam præ ceteris sibi regis Arabum conciliaverat, quia de locis Arabiæ uxoris acceptæ prætendebat necessitudinem. Denique adversus Aristobulum decernere prœlio parans, filios suos prædicto Arabum regi quasi mutuæ caritatis pignora direxit. Quos ille quasi depositum inviolabile susceptos, eo cultu quo liberos domi habuit, & postea repetitos patri reddidit. Sed cum Aristobulus bello superatus, in vinculis haberetur; Alexander filius ejus cum secundum conventiones pacis, quibus eum Cassius ad Euphratem rediturus devinxerat, prœlio vacaret; quum confinia Persidis haud ullo suspecta Parthorum transitu infestarentur, & blandæ tranquillitatis species in Orientis partibus humanas levaret sollicitudines; Cæsar transalpinis regionibus Galliarum, Italiæ se se infundens, Pompejum Senatumque ultra Jonium mare expulit. Italia exclusus, Æmathiam Magnus petit, eoque diversis ex locis Romana jussit agmina sequi, quod ibi bellum pararet. Quibus intentus gerendis Aristobulus quem Romæ vinctum reliquerat, eum Cæsar qui inter urbem Romam atque Pompejum medius erat, quoniam de Flaminia in Appiam compendiariis tramitibus Magnum sequebatur, ut vel ipsum exciperet, vel intercipere ejus exercitum, vinculis levatum, tributis etiam militaribus numeris in Syriam direxit, ut Judæam sibi adjungeret, Pompejumque a tergo urgeret. Sed in exordio tentamentorum, ubi ad locum pervenit, veneno interemtus, imperfectum negotium reliquit. Opinio mortis ejus Pompeji fautoribus adscribebatur: ita lusæ sunt dispositiones Cæsaris, & destitutæ Aristobuli cupiditates, nova quadam mutationum varietate; ut tutior fuerit exsul inter hostes & in vinculis captivus, quam inter suos civis, dominus in cubiculo, rex in convivio. Quo comperto, Pompejus, quod Aristobulus in Judæa [1] recidiva sibi bella reparare tentaverat, etiam filium ejus Alexandrum jugulari jussit, suspectum nimis ob partes Cæsarianas. Scipio Cnei mandatis obediens pro tribunali statuit reum, ut species judicii prætenderetur, accusatoribus quoque adhibitis, atque in eum, qui Romanam rempublicam armis inquietasset, sententia prolata uti pro juris potius auctoritate quam pro exsecutione præcepti, more quo duces hostium convicti rebellionis, securi percussus existimaretur.

CAPUT XXIII.


COgnita utriusque nece, Ptolemæus qui susceperat Aristobuli germanos & uxorem Alexandri, Philippionem filium suum in urbem Ascalonem direxit, memoratos fratres accersiturum: ille adveniens suscepit Antigonum atque ejus sorores, ut ad patrem deduceret: usu & consuetudine amoris igniculus obrepsit adolescenti ignoscendo profecto, si scirent tyranni ignoscere; atque alteram de sororibus accepit sibi in conjugii societatem. Non tulit hoc Ptolemæus pater, sed occiso filio nurum propalam sibi junxit: morum egregius censor, qui inexoratam in filio damnaret conjunctionem ut ipse se parricidio & incesto contaminaret. Pompejo interfecto, qui dum arma Cæsaris fugit, spadoni Ægyptio caput suum amputandum præbuit, conversa res: præbuit tamen ea patientia caput, qua tantorum populorum aliquoties victorem decebat, ut in illa victi sorte exsulisque conditione conspiciens rerum humanarum ludibrium & varietatem, gladio cervicem offert, ab eo cui regnum dederat, pro gratia mortem recepturus. Post cujus necem mutatio facta, plerisque ex familiaribus Magni amicitiam Cæsaris expetentibus, præcipueque Antipatro incredibilem in modum prædito, ad omnes, quorum affectaret amicitiam. Omnibus enim necessariæ opes, & maxime in prœliorum apparatibus, ubi ex inimicis atque adversariis sæpenumero cariores efficiuntur. Etenim quia Ptolemæus Ægypti rex fidem læserat, ab ipso Cæsare bellis gravissimis premebatur.

CAPUT XXIV.

PErgamenus Mithridates cum omni manu quam secum deduxerat, Pelusiacis repulsus obstaculis, in urbe Ascalone resederat. Desperatoque transitu, & conatu irrito, nec jam se committere bello audebat, locis iniquioribus & impar viribus. Cui Antipater Arabas primum in auxilium adscivit, deinde tria millia Judæorum valida manu & munita armis secum perduxit. Commovit etiam Syriæ potentes in adjumentum ipsius, & Ptolemæum

1. *Recidiva bella repar.*] Ita quoque auctor infra lib. III. cap. ult. *recidiva prœlia resuscitare*: Maronem scilicet imitatus, cui *Æn.* x. 58. & alibi, *recidiva* sunt *renascentia*. Tertullianus item sic passim loqui amat, v. g. *de resurr. carnis* cap. XVIII. *Scripturæ*, inquit, *recidivatum* (id est, resurrectionem) *carnis pollicentur*. MAZOCH. l. c. pag. 1007.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



qui habitabat in Libano, & Jamblichum, & Ptolemæum alterum. Quorum freti societate, etiam alii populi ad bellum accensi sunt. Quibus adjunctis viribus fretus Mithridates, Pelusium accessit & cum transitu prohiberetur, obsidionem adortus est. Quo loci Antipater præclarum militiæ documentum dedit: siquidem resistentibus oppidanis, cum summa vi belli utrimque decerneretur, primus cum suis dirupta murorum parte in qua ipse prœliabatur, urbem irrupit, eamque cepit. Nec tamen hic finis laboris adjumentique; sed etiam, cum introrsum exercitus pergeret, & circa eam quæ appellatur Oniæ regio, Judæi-Ægyptii vellent resistere quo intercluderent iter, rursus Antipater, non solum removit prœlium, sed etiam ad exercitum juvandum, quæ necessaria forent usui humanitatis, ab ipsis qui arma contra paraverant, ministrari effecit. Unde Memphitæ quoque animos a prœlio revocaverunt, & se Mithridatis societati volentes dedidere. Qui prætergressus suspectiora, cum reliquis Ægyptiis conferendum ratus, liberioribus quidem locis, sed validioribus viris, regionis ipsius cujus incolatus Judæorum exercitus appellabatur, strenue decertavit; adeo ut prærupto se se periculo daret, ac pæne exstinctus foret, nisi Antipater videns totum in quo Mithridates erat, dextrum cornu a cohorte urgeri, ex alia quoque parte includi flumine, nec ullum effugium viris, irruisset a cornu sinistro super eos qui Mithridatem cedentem persequebantur; quos eo usque insectatus est, donec omnis hostium populus exstingueretur. Eo prœlio octoginta solos Antipater viros de suis amisit, super octingentos Mithridates, ita ut ipse præter spem evaserit: atque hæc uno momento clades secuta. Antipater multis vulneribus corpore exceptis, egregium virtutis suæ testimonium apud Cæsarem invenit: Mithridate præsertim non solum suæ absolutionis interprete, sed etiam fortitudinis prædicatore: quibus rebus egregie Cæsar delectatus, in honorem Antipatrum, ut oportebat, inter amicos recepit. Deinde, ubi ea quæ Ægypto forent constituenda disposuit, atque in Syriam processit, Romanæ eum reipublicæ honoribus affecit: talentum quoque contulit, ceteraque ut probato sibi viro gratiæ suæ pignora impertivit. Hyrcano etiam summum sacerdotium de sententia Antipatri volens firmavit.

CAPUT XXV.

Antigonus quoque in Syria Cæsari occurrit, & quem vel patris deflere ærumnam conveneraт, veneno per amicos Pompeji interfecti, vel supplicium germani quem Scipio summa crudelitate, tamquam reum securi percusserat, invidiæ magis quam doloris partes exsequebatur, ut Hyrcanum & Antipatrum incubare alienis, quæ sibi & fratribus suis per scelus erepta forent, questu gravissimo coacerbaret extorrem se factum habitationis paternæ: terram in qua sit natus, negari sibi: tamen suas injurias tolerabiliores videri; multo acerbiores illas quibus tota gens populi Judæorum ab Hyrcano & Antipatro afficeretur. Eosque de bene gestis in Ægypto rebus vendicare gratiam, cum illud Mithridatis juvandi munus, non ex insita in Cæsarem benevolentia, sedulitas ulla detulerit, sed ex Pompejanæ conscientia societatis formido extorserit, ut esset offensionis obtentus. Adversus ea Antipater, non verborum referens vicem, sed rerum assertionem, scidit vestem: & nudus vestimentorum, plenus vulnerum, diloricato amictu, offerens oculis circumstantium spectatæ indicia virtutis: En, inquit, malevolentiæ meæ in Cæsarem testimonia: defendant reum, quæ tamquam animi lumina micant. Has ego cicatrices tibi Cæsar voluntatis internæ obsides tribuo. Hæc ego fidei meæ depono pignora, & inscriptos cordi apices gero. Si civibus non creditur, hostes interrogentur, pro quo vulnera illa susceperim. Quid in me aliud, nisi fidem quam tibi deferrem, persequebantur? At objectat mihi Pompeji gratiam: fateor Cæsar, me non hominum, sed nomini Romano amicum fuisse, idque studuisse egregie, ut vestræ reipublicæ mea officia impenderentur. Militavi itaque non uni, sed omnibus: fuerit mihi carus Pompejus, sed ante mihi ille cœpit amicus esse, quam Cæsari esset inimicus. Tuus ille gener erat, & tu socer illius. Cum esset in partibus Judææ, juvi, ut imperatorem Romanum; non tamen ea pro illo quæ pro te, excepi vulnera. Tibi impendi vades mortis, & ictus telorum excepi hostilium. Quid mirum autem, si captivus vulnerum decus nescit? & fugitivus quid sit fides, ignorat? Quid autem perpetuus hostis objiciat mihi, nisi vestram amicitiam? Mirum sane videtur, quod accusatum quemquam Romanos adeat Antigonus, quos bello soleat incessere, atque apud eos exutum se imperio queratur, cujus usum ac negotium, non ad sui potentiam, nec ad insigne domesticum, sed ad lacessenda arma Romana, & ulciscenda patris germanique exitia desideraverit. Ingratus salutis tribunal Romanum non timeat, sed etiam audeat ultro incessere, cum sciat istic rebellionis suæ consortem pœnas luisse. Ubi Antipater finem dicendi fecit, Cæsar pronuntiat dignum magis sacerdotio Hyrcanum videri: Antipatro autem detulit potestatis electionem. Tum ille eumdem arbitrum honoris & moderatorem expetens, atque in eo qui honorem daret, ponens mensuram honoris, astute satis & verecunde decus tulit & incrementum potentiæ. Totius enim Judææ procurator factus est Antipater: sane poposcit, ut muros Judææ qui bello diruti fuerant, ædificaret. Tantumque negotium datæ fidei securus, & postulavit & impetravit. Eaque, ut moris erat Romanis imperatoribus, arbitrio Cæsaris in Capitolio scripta sunt, quæ insignia honoris Antipatro conferenda Cæsar æstimavisset, ut suæ justitiæ, & meritorum viri, posteritatis quoque cognitioni indicia exstarent. Prosequutus autem Cæsarem Antipater ex Syria, in Judæam flexit iter. Et primo, quem Pompejus destruxerat murum, in veterem statum reformavit. Deinde tumultus repressit, conveniens singulos affectu parentis, nunc mollioribus monitis, nunc minis; ut quæ pacis essent potius, quam belli, sequenda arbitrarentur, neve exasperarent animum regis. Qui si inoffensus maneret, civem præstaret; si commoveretur, tyrannum exhiberet; & si mitis esset natura Hyrcanus, caverent tamen ne eum contumelia exacerbarent: sibi quoque studium esse, ut in medium consuleret, pro solicitudine pia non pro potestate. Sed si navare aliqua tentarent, vindicandi animum sibi non defuturum, Romanorumque amicitiam potius, quam dominationem experirentur. Cui enim dubium foret ex amicis in arma erupturos, si eum cui regnum ipsi firmaverant, cognovissent regno exutum? Simul quia lenitudine ingenii tardiorem Hyrcanum noverat ad exsequendas publicorum munerum necessitates, filiis suis dividendam tuendæ regionis curam putavit, quod ille impar tantæ moli imperioque esset. Phaselum itaque seniorem ex liberis præsulem Hierosolymis & ducem militiæ constituit: Herodem quoque minorem natu atque admodum adolescentem pari ho-

nore Galilææ præfecit. Qui ubi poteſtatem adeptus A eſt, natura acrior ad obeunda negotia, ſtatim ingenio ſuo materiam invenit.

C A P U T XXVI.

LAborabat enim Syria Ezechiæ latronis incurſionibus. Quibus ille prædatoriæ manui princeps totam infeſtabat provinciam, atque omnibus locis infenſus erat. Quem correptum jugulari juſſit, multoſque prædonum interemit: quod ei magnam virtutis gloriam peperit, ut haberet apud Syros gratiam. Unde in urbibus ac vicis canentium vocibus celebrabatur, quaſi pacem & quietem publicam multa poſt tempora reformaviſſet. Excitabat hic B ſermo ſecundo plebis rumore æmulationem piam laudis fraternæ, ut Phaſelus juniorem natu, quem adæquaret mentis benignitate, allectis in primorum locum benevolentia præſtantioribus, qui ſevera temperarent gratia. Unde & maximus honor Antipatro, quaſi parenti publico, deferebatur: ipſe tamen nihil de benevolentia ac fide mutavit, qua obſervare Hyrcanum ſolitus erat. Sed difficile eſt in proſperis invidia carere. Denique primum tacitus Hyrcanus ad juvenum laudes vellicabatur; vehementius tamen eum, quæ præclare geſta in Herodis operibus ferebantur, exaſperabant, quem ultra leges Judæorum & privati modum progreſſum videbat, ut omnem ſibi cum fratre ac patre vindi- C caret potentiam, regemque exuerent omni honore, cui nihil præter nomen reſediſſet, quod vacuum poteſtatis inanem ſpeciem præferret. Denique inconſulto eo plurimos neci datos ſine mandatis regalibus interfectos, quos lex patrum perire non ſineret; unde oportere Herodem in cauſſam vocari plerique ajebant, ut rationem daret, qua gratia violaverit legem, quæ inauditos vetaret exitio dari: debere aſſurgere Hyrcanum, vel hinc experiri, utrum regem an privatum ſe ſe Herodes gerat. Qui vocatus in judicium niſi adeſſet, manifeſtum fore, quo tanta ejus inſolentia aſpiraviſſet. His atque hujuſmodi regiorum ſatellitum ſermonibus Hyrcanus per invidiam paullatim accendebatur, qui proprio- D rem ignaviæ pudorem increpitabant, quod regalium negotiorum jure deceſſerit, transfuſa in Antipatrum & filios ejus poteſtate, quos dominos conſtituerit licentia ſibi regnandi imminuta. Quibus excitus, ſtatuit Herodem judicio ſuo non deſore purgaturum, quæ adverſum leges uſurpata objectarentur. Herodes tametſi in judicium ſe vocatum indignaretur, tamen vel patris monitis, vel conſilio placidiore adventabat, præoccupatis Galilææ munitionibus: ſed tamen neque invidioſo agmine, ut bellum minari videretur, nec iterum in tuto præſidio, ut ſalutem proderet: fultus quoque Sexti Cæſaris erat aſpirante ſibi gratia; qui metuens ne quid juveni inſidiarum irrogaretur, præſcripſerat Hyrcano man- E datis ſeverioribus, ut a judicii gravioris periculo temperandum putaret. Unde magis abſolutionem judicii Sexto detulit quam voluntati; quamvis Hyrcanus, etſi inſimulantibus ceſſerat, ut eum in cauſſam vocaret, volens tum abſolverit, quoniam ſervare hero quam perſequi malebat. Sed ille juvenili calore injuriam dolens, abſolutionis ingratus, perrexit ad Sextum propoſito ſtudio, ut ſi iterum vocaretur, non obediret, deditque obtrectantibus inſimulandi locum: quamvis Hyrcanus non aſſurgeret ad ultionem, cum videret ſuperiorem: recordatione tamen injuriæ (quæ tractando alitur) excitus Herodes, congregato exercitu pergebat Hieroſolymam, ut ſolveret omnem Hyrcani poteſtatem, ac pæne effecerat, niſi a fratre infractus & patre, impetus ejus conſenuiſſet, rogantibus, ut inſurrexiſſe ſatis putaret, & minitatione vindictæ modum poneret; abſtineret tamen ab imperatoris exitio, ſub quo non mediocrem aſſecutus foret gratiam, ut tantam poteſtatem adipiſcerentur: læſum quidem videri, quod in judicium vocatus ſit; ſed rurſus affectum gratia, quod abſolutus: durum nimis, ſi injuriam proſequatur, & pro ſalute ingratus ſit: dubium deinde ancipitemque bellorum eventum: gravem quoque invidiæ ſarcinam, cum imperatori ſuo arma inferat, & ei qui paterno affectu eum foverit, ſæpius juverit, numquam læſerit, niſi cum malis conſiliariis uſus, umbram ei excitaverit iniquitatis, qua ſe luſum arbitraretur.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.


C A P U T XXVII.

HIs & talibus fregere juvenilem impetum, bellumque inteſtinum a Judæa remotum, ſed Romanorum interventione transfuſum atque in eos verſum. Si quidem a Cæcilio Baſſo Sextus Cæſar dolo interemtus eſt: & poſtea Julius Cæſar triennio & ſeptem menſibus poteſtate functus perpetua, quia privati habitum ſupergreſſus fuerat, in Senatu graves pœnas dedit, Caſſio Brutoque auctoribus. Unde congregatis urbibus, cum ultum iri filius Julius adoptivus patris exitium, adjuncto ſibi Antonio deſtinaviſſet, quia maximam belli partem, miſſis auxiliis Herodes juviſſe æſtimaretur, totius Syriæ eidem regendæ commiſſa eſt ſolicitudo. Quæ res Antipatro cauſſa letalis exitii fuit.

C A P U T XXVIII.

TImens enim Malachus Antipatri potentiam quæ virtute Herodis cumulabatur, corrupto uno de regalibus miniſtris, Antipatro venenum paravit. Quo potato, poſt convivium ſtatim moritur Antipater, impigro in ceteris ingenio, & maxime quærendo ſtabiliendoque Hyrcani imperio vir ſtrenuus. Tulit graviter Herodes obitum patris, commotoque exercitu, ultorem pollicebatur: ſed fraterno conſilio revocatus, ne bello inteſtino Judæa inter Herodem & Malachum vexaretur, parato ad repugnandum & maxime diſſimulante Malacho, quod necis Antipatri conſcius foret; in aliud genus ultionis facile traductus eſt, ut ſatisfactione accepta quod nulla fraude Malachi Antipater obiiſſet, Hyrcanum ac Malachum Herodes ad cœnam vocaret, & de ſententia Caſſii, qui etiam ſuis id negotii mandaverat ad obeundam ultionem directis: parati Centuriones præpoſitique Romani exercitus, venientibus Hyrcano ſimul ac Malacho occurrere in litore, atque evaginatis gladiis utrumque eorum circumſtetere. Solum tamen Malachum multis vulneribus confoſſum ac laniatum ſupremo exitio trucidaverunt. Conſternatus eo terrore Hyrcanus, ſenſum amiſit, atque omni ſolutus vigore mentis & corporis corruit. Paullisper tamen ubi ſe ſe recepit, interogato Herode, quis præcepiſſet Malachum occidi, ubi cognovit ex præpoſitis, Caſſii Romani imperatoris juſſu necatum, illico reſpondit: Caſſius ergo & mihi, & patriæ meæ ſaluti fuit, qui utriuſque inſidiatorem peremit. Sed hoc ſive præ metu dixerit, ſive ita ſenſerit Hyrcanus, haud liquido patet, neque noſtro definiri poteſt judicio. Inſurrexerat Elichus, qui fraterna neceſſitudine Malachi mortem cuperet ulciſci: ſed quia Herodem laceſſere non audebat, fratrem ipſius Phaſelum laſſendum arbitrabatur. Quo cognito, Herodes mo-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



vere se cupiens, retentus est corporis infirmitate. Elichus interea munitiones quasdam & præcipue Massadam impositis præsidiis occupaverat. Sed ubi Herodi refusus salutis vigor est, recepta omnia, ipsumque Elichum munitione Massadæ Herodes obsecrantem dimisit. Interpellaverat ejus potentiam Antigonus Aristobuli, adminiculante sibi Ptolemæo socero, quos Herodes prœlio fudit, & ejecto Antigono, Hierosolymam victor revertitur. Magna gratia etiam recentis triumphi, & præcipue novæ conjunctionis. Nam primo Dosis ei conjunx adhæserat, ex qua Antipatrum suscepit filium; postea Mariamnem Alexandro Aristobuli filio genitam, secundis sibi nuptiis copulaverat, Hyrcano proximam, atque ob ea regali præditam nobilitate. Nec B tamen invidiam evasit, quod regnum præreptum ire Hyrcano affectaverat. Nam ubi bello Macedonico Cæsar atque Antonius Cassium Brutumque oppressere, victoresque alter in Italiam regredi maturavit, alter in Syriam properandum credidit; legationibus plurimis affluentibus convenere ad Antonium Judæorum quique potiores, atque in Bithyniam processere, accusantes Herodem fratremque ejus Phaselum, eo quod ipsi violenter invasere rerum omnium potestatem, nomen solum Hyrcano ad speciem honoris dereliquissent. Sed præsentia Herodis prævaluit & gratia, qui non mediocri pecunia, sed & muneribus opimis Antonii animum sibi devinxerat. Unde ne sermone quidem ullo per- C strictus ab Antonio, evacuavit invidiam adversum se directæ legationis. Iterum centum fere viri Judæorum Antiochiam ad usque, non minore spiritu accusatum profecti, apud Daphnem offendere Antonium, jam totum Cleopatræ amoribus deditum, atque ejus libidini deservientem, ibique arguere cœperunt intolerabilem fratrum potestatem. Messala contra refellebat assistentem Hyrcano & insolentiam gentis redarguebat, quæ factione paucorum excitata suos detrectaret, alienos quæreret, Hyrcanique injuriam prætexeret; cum Hyrcanus, quod civibus esset accommodum, præoptavisset. Cognitis itaque allegationibus partium, interrogavit Hyrcanum Antonius, quos aptiores esse arbitraretur. Cujus affe- D ctu secundum Herodem ac fratrem ejus convenienter, quum voluntati suæ responsa congruerent, delectatus admodum, quod erat fratribus paternæ hospitalitatis copulatus necessitudine, quando eum cum Gabinio advenientem in Judæam gratissime satis Antipater hospitio recepit, multisque percoluit officiis; Herodem & Phaselum tetrachas ordinavit, totiusque Judææ procurationem agere præcepit. Hinc quoque multiplicatus est numerus conquerentium: nam etsi alios legatorum custodia receperat, alios affecerat contumelia; illi tamen postea legati ad Antonium in urbe Tyro degentem, facta Hierosolymis seditione pergere præcepit, voluntati civium non defuerunt. Et quamvis graviter esset in recla- E mantes vindicatum, rursus tamen perstrepere ausi sunt: missus ab Antonio Tyriorum præses, qui corriperet insolentiæ reos, cum tam ipse quam etiam Herodes atque Hyrcanus quærerent, ne ibi gravissima supplicia, patriæque perturbationes & caussas bellorum gigneret. Ubi nihil profectum, sed irrationabili contentione misceri omnia cœpere, direxit Antonius armatos: a quibus alii cæsi, alii graviter saucii; ab Hyrcano tamen ut sepulturæ mortui, aut medicinæ, qui potuerant evadere, gratiam adepti, geminæ humanitatis occasionem dedere, qua ejus in cives benevolentia manifestaretur. Ceteri quoque qui effugerant, ita urbem exagitando exa- A speraverant Antonium, ut etiam in eos quos victos tenebat, suprema supplicia mandarit.

CAPUT XXIX.

Cesserat acerbitati insolentia, sed decursu fere biennii effuderat se Syriæ Parthorum exercitus, Pacoro regis filio & Barzafarmane Persarum satrapa, barbarum agmen ductantibus. Quibus stimulator accessit Lysanias Prolemæi filius defuncto patre, cui cognomentum Menneo fuit: exutus jam potestate per memoratum satrapam, solicitavit Pacorum promissis mille argenti talentis, & quingentis mulieribus, ut Antigono regnum daret, Hyrca- B ni solveret sacerdotium. Pacorus ministro regio partem equitatus dedit, (quoniam ipse rebellionibus intra Syriam detinebatur) ut in Judæam transiret, atque Antigono rem gereret & studium ejus juvaret: sed hoc quoque parum processerat, nisi confligentibus adversum se Judæis, Herode ac Phaselo, & contra Antigono, ducibus de sententia Antigoni propositum foret, ut Pacorum conciliatorem pacis reciperent. Quod Phaselus ingenii facilitate, obnitente Herode, probatum in tempore, mox sibi perniciosum expertus, cognovit natura barbaros esse infideles: nam missus ad Barzafarmanem, quasi pacis exsecutorem & cum Hyrcano profectus occurrit satrapæ, astute satis velanti insidias specie benigni- C tatis. Denique profecturis munera dabat, & quemadmodum circumvenirentur dispositionibus suis constituebat. Prosequebantur eos custodiæ magis caussa, quam socii periculorum. Deferebantur nuntii, quod mille talentis Parthus redemtus foret ad exitium memoratorum. Ofellius quoque fugam suadebat, quod a Saramalla Syrorum dirissimo factionem eis paratam cognoverat. Sed nec sic quidem adductus est Phaselus, relicto Hyrcano sibi consulere; verum adorsus est satrapam gravioribus contumeliis, quod pretio fidem proderet, plurisque pecuniam quam æquitatem duceret; amplius pro salute se se dare, quam Antigonus pro regno annumeraret. Sed Persa fidem quam prodiderat, perjurio D conciliare sibi nixus & suspicionem omnem depellere, haud multo post dolum patravit. Nam eo profecto ad Pacorum, quibus id negotii dederant, Phaselum & Hyrcanum corripiunt exsecrationibus, quando aliud jam facere nequibant, ultum iri cupientes barbarorum perjuria & perfidiam proditionis. Nec minus [1] Nini minister missus in Judæam dolis prætenderat, ut caperet Herodem: sed illum jam dudum suspectantem insidias barbarorum gravis ad cavendum cura exercebat, seque intra munitiones tenebat. Nec simulatis a Pacoro mandatis quibus de Phaselo ejusque insolentia fratrem conveniret, muros egredi & alloquiis hostium se se committendum putavit. Cognitoque fratrem & Hyrca- E num teneri, nocte in Idumæam suos præmisit, atque ipse cum servulis insequentes barbaros fudit. Multisque cæsis, in Massadam se se properato gradu contulit: graviores tamen Parthis expertus Judæos qui fugienti incubuerant, & suos quidem intra munitiones composuit, ultus se se de insequentibus. Ipse autem relictis præsidiis quæ matri & fratribus junioribus præsidio forent, in Arabiam Petræam contendit. Infudere se Persæ Hierosolymis, irruentes in fugientium domos: versa omnia in rapinas, bellum, tumultus: eorum injuria processit, ut regnum Antigono traderetur. Phaselus quoque & Hyrcanus in potestatem ejus ad subeunda quæ libitum foret, consignarentur: Ille autem tenere se se diu-

1. *Nini*] Al. *vini*: nam Nini nomen apud Josephum non legitur. BARR.


tius nequivit, sed continuo in Hyrcanum facto impetu, aures ejus dentibus suis abscidit, ne quando ulla rerum conversione recursus ei pateret ad sacerdotium: summum enim Sacerdotem immutilatum esse oportet, nec licere per legem liquet, ut mutilato corpore quisquam summo fungatur munere sacerdotii. Phaselus adscitæ sibi mortis celeritate contumeliam prævertit, illiso capite saxis quæ forte occurrerant, dedignatus servari ad ludibria, vel jussu alieno mori qui posset vinctis licet manibus & ferro negato exitum vitæ invenire. Fuit tamen etiam alius de eo sermo hujusmodi, quod saucio Antigonus medicum adhibuerit, quo venena vulneri tamquam medicamentum infunderentur. Quilibet exitus horum, principium habuit spiritus fero- B cioris. Addidisse allegatur in ultimis suis, cum jam exhalaret spiritum, cognito quod Herodes viveret, & fuga paratas insidias evaserit, cum gratia se se obire: quia superstitem relinqueret qui sibi ultionem inferret. Herodes autem properavit in Arabiam, sperans se accepturum pecuniam, qua sola barbaricam inclinari posse crederet avaritiam, ut fratris redimeret captivitatem; ac si vel Arabem paternæ immemorem dilectionis, vel referendis muneribus tenaciorem offenderet, æs mutuum posceret pretium redemtionis, pro quo oppigneraret redimendum filium, quem ad hos usus septennem puerum secum deduxerat. Sed præventum est piæ studium germanitatis morte Phaseli, & in vacuum C Herodes tam sedulo fraterni studia muneris exsequebatur. Prius tamen quam de morte fratris cognosceret. Bocchum Arabiæ regem alienum reperit, quem amicum credebat: nam is fidem cum tempore mutavit, & jam appropinquantem Arabiæ finibus Herodem vetuit intrare: composito quod sibi Parthorum nuntiis insinuatum foret, ne profugum suum in regnum Arabiæ recipiendum putaret, bellique gravissimi caussam sibi gigneret. Quibus offensus Herodes, continuo retulit, quæ justæ commotionis dolor promserat, atque inde in Ægyptum convertit. Mox tamen Bocchum pœnituit violatæ gratiæ, missisque per quos revocaretur Herodes, prævertit. Cui ingresso regiones quas Rhinocorii D inhabitabant, & de fratris interitu, & de Hyrcani captivitate qui sub vinculis in Parthienem deductus est, veris insidiis manifestatum, tantumque mæroris assumtum, quantum depositum solicitudinum, ut pro bello fugam pararet. Denique Alexandriam summo studio contendit, atque ibi cum honore a Cleopatra susceptus, quod tanti nominis virum ducem militiæ suis expetendum partibus arbitraretur. Unde posthabitis reginæ petitionibus, Romam navigavit, minores procellas hiemis ratus perturbationesque Italiæ compertas, quam quos in Cleopatræ mobilitate graviores omnibus naufragiis fluctus perhorrescebat: denique inexspectatis ventorum flatibus profectus, circa Pamphiliam periculum incidit, sed E evasit tamen; & mutato navigio, Brundusium prius, atque inde Romam pervenit. Ibi paternæ amicitiæ prærogativa adiit Antonium, deploratisque suis & domesticarum ærumnis necessitudinum, quibus in obsidione positis Romam precatum venerat. Antonium flexit, assumta ex tanta rerum conversione misericordia, quia rex dudum potentissimus, & qui Romanæ reipublicæ sæpius tulerat opem, repente ut naufragus, & rerum omnium egens, auxiliique inops suis in periculo positis suppliciter imploraret auxilium, sedem mutaverit: in quo etsi Antonius hospitalitatis gratia quæ sibi cum patre ejus Anti- A patro fuerat, propense inclinaretur maximeque quod [1] Idumæa Tetrarchon faciens regno prædestinatum reliquerat.

CAPUT XXX.

Cæsar tamen benevolentia naturali diffusior, & toleratam in Ægypto Antipatri militiam omnibus patris sui Cæsaris prœliis, & hospitalem conjunctionem tamquam renovatis gratiæ pignoribus cariora habebat: suspectabat tamen versutum ingenium regis, non æquo & bono, sed negotiorum suorum utilitatibus prave intentum. Senatus adeundi data copia, apud quem Messala & Atratino adstruentibus paterna bene gesta, ipsius quoque Herodis officia erga Romanam rempublicam patrum auctoritate decretum est, utile Romano imperio regnum Herodis videri: quod adstipulante Antonio, bello adversus Parthos gerendo adjungi Romanis memorati Regis societatem conduceret. Dimisso senatu, Cæsar atque Antonius & Herodes pariter egressi curia, prosequentibus magistratuum officiis deducuntur. Primoque die, quo regnum Herodi senatusconsulto delatum foret, Antonius adornat convivium, regemque invitat. Eodem fere tempore Josippus frater Herodis aquæ inopia fugam in nocte composuerat: sed tanta subito vis pluviarum terram infudit, ut omnes repleret ductus aquarum. Itaque revocato transfugio quod ad gentem Arabum parabat, obsidentis Antigoni copias partim insidiis, partim congressione atque aperto prœlio fudit, sed & ipse plerumque adverso exitu se se in castrum recepit. Et jam Herodes ex Italia in urbem Syriæ Ptolemaidem improvisus aderat, propereque egressus navigio, cum ingenti manu civium & peregrinorum Antigonum petebat, occurrentibus sibi Ventidio & Silone ducibus Romanæ militiæ, quos Antonius deducendo Herodi adesse præceperat. Eos Gellius in hos usus directos ab Antonio licet abhorrens studio, quod utrumque eorum Antigonus pretio averterat, specie tamen de proximo convenire suaserat: si quidem in proximis urbibus, ob reprimendi belli Parthici tumultus, Ventidius immorabatur; Silon autem intra Judæam positus, apertam cum Antigono societatem pecunia conficiebat: nec tamen Herodes auxilio egebat, cui præter paucos Galilæorum, universi adhæserant: & quia propositum erat, ut de Massada, suos quam primum eriperet obsidioni, Joppen in medio positam pugnando cepit adversariorum manu refertam, ne ad ulteriora progressus, hostem a tergo relinqueret: & quamvis iter ejus Antigonus impedire cuperet, tamen facili negotio Massadam recepit, suosque exemit periculo. Deinde profectus Hierosolymam cum omnia fecisset, ne pugnandi haberet necessitatem, asserens se pro civibus adversus rebellionem, non adversum suos prœlium recepisse: lacessitus ab Antigoni fautoribus, sagittis & levioribus spiculis de muro sibi obstrepentes fugere coegit. Nec ulla fuisset victoriæ mora, ni dux Romani agminis Silon subornasset milites, qui de inopia querelam exprimerent, vastataque omnia circa muros, difficultatemque utensilium, & angustias alimentorum prætenderent: & jam tempus adesset quo ad hiberna eos concedere oporteret, rupturos imperium minarentur, ni sibi acquietum foret. Jamque seditio convaluerat, nisi Herodes centurionibus pariter ac militibus Romanis medium se offerens oravisset, ne desererent eum, quem Cæsar & Anto-

1. *Idumæa*] *Idumeam*. Al. *in Idum*. BARR.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



nius, senatus quoque tuendum sibi commiserant, quum præsertim nihil defuturum usibus polliceretur. Et completa oratione in regionem egressus, subito rerum omnium abundantiam exercitui suppeditari fecit, ut nulla Siloni superesset caussatio: & inde erectis universorum animis, cum duobus millibus peditum & quingentis equitibus Idumæam recepit. Quieto jam Romanorum agmine, atque in hybernis locato, dux facti Josippus leviori electus negotio, ne quid adversus Antigonum majore periculo usurpandum arbitraretur; ipse autem suos ex Massada translatos, cum in Samaria provisis quæ munimento & usui fore crederet, constitisset: glaciali hieme & repletis nive locis omnibus, præveniens adventus sui nuntio Sephorim prisco vocitatam nomine quam Diocæsaream postea nuncupaverunt, sine ullo ingressus prœlio reficiendis quos hiemales pruinæ atque asperiora gelu itinera fatigaverant, opportunam existimavit: erat enim illic & alimentorum multa copia. Ubi refectis cibo & stativa interpositione militibus, adversum latrones prœlium adoriundum putavit, qui totam percurrentes regionem, non minore quam bellica incursione locorum incolas attrivere. Itaque primo partem quamdam equitum & peditum in vicum Arbelam præmisit, & ipse cum reliqua manu post quadraginta dies adfuit. Nec tamen exercitus specie territi latrones; sed cum armis occurrendum rati, præferebant disciplinam bellicam & latronum audaciam. Conflictu habito, cessit cornu Herodis sinistrum; sed cito reparavit Herodes, & adhibitis adjumentis, suos statuit, insequentes perculit; atque infregit impetus eorum. Qui cominus pugnantem Herodem pati nequivere, declinantesque usque ad Jordanem secutus neci tradidit. Reliqui omnes supra fluvium dispersi, ut omni incursionum metu Galilæa absolveretur; residentibus tantummodo, qui se latebris recondentes, ac velut infodientes speluncis, victoriam morabantur. Erant autem in prærupto montium, concavis saxorum lateribus, inhorrentes specus, inter scrupeas rupes, invio undique & impossibili, nisi locorum incolis, accessu. Qui transversariis semitis & angustis callibus, quibus solis adiri solerent, periculi usu, ut adversus periculum deprehendendi tutiores forent. Cæci intus antrorum recessus, quorum in fronte petra, usque ad profundas congregationes aquarum, velut quodam continenti jugo prominens, spem adeundi excluderet, lubrico undique situ, de supercilio montium cadentibus aquis, & amnium cursu fragoso, ut præcipitium fluentorum ruina, & saxum imminens charraris plus terroris daret. Deinde aliquamdiu rex in incerto hæsit, non reperiens quemadmodum naturam vinceret. Postea vero hujusmodi commento usus, ut in modum arcarum machinato munimine, validissimos quosque includeret: in ipsa spelæorum ora armatos, retinaculis quibusdam deposuit, qui facile inermes cedere, & cum omnibus necessitudinibus & generatione interficere cœperunt: at si qui resistere auderent, eos injecto igni exurere. Nullus pietati locus. Quin etiam volens Herodes plerosque eripere neci, atque ad se confugiendi fiduciam dare, avertit magis: ita ut nullus voluntarius Herodi adjungeretur; & si qui adigebantur, mortem præferrent captivitati. Denique unus de senioribus cui septem filii uxorque adessent, quorum saluti consulere posset, omnes eos tali occidit modo: Singulos quosque progredi jubens, ipse in ingressu stetit, & procedentem de filiis interficiebat. Despiciens Herodes tam triste facinus ac miserabile, paterna perstrictus necessitudine, arcebat manu, &

A verbis rogabat, ut parceret liberis, impunitatem pollicens: at ille haudquaquam ullis inflexus vocibus, atque insuper regi conviciatus, supra filios etiam uxorem peremit præcipitatis ex alto cadaveribus filiorum, ad ultimum semet ipsum in profundum præcipitem dedit. Perterritus his Antigonus, quod tum facile Herodes latronum multitudinem, locorumque superavisset difficultatem, ipsius quidem præsentiam declinavit: sed convertit se ad Ptolemæum, quem Herodes parti exercitus præfecerat, & vir ad furta belli peridoneus, per eos quibus mos erat turbare Galilæam, improviso impetu Ptolemæum jugulari coegit: Josippum quoque fratrem Herodis, germano in aliis occupato partibus, impigre

B repugnantem cum militibus Romanis qui in adjumentum ejus temere collecti advenerant, delevit. Nec tanto contentus triumpho, addidit etiam victoriæ gravem in defunctum contumeliam, ut abscisso capite relinqueretur: pro quo Pherora frater peremti quinquaginta talenta obtulit, nec impetravit. Qua victoria rursus in Antigonum plurimorum intra Galilæam studia conversa renovataque belli negotia. Antiochiam Herodes contenderat, illic amœno satis loco quem Daphnen vocitant, requiescebat. Ubi accepto germani necis nuntio, paullisper ingemiscens passioni mærorem distulit, vindictam paravit. Non tulit Antigonus furentem dolore, sed intra munitiones se se recondit. Irrupit Herodes,

C ut persequeretur tanti facinoris auctores, & facile occurrentia avertit agmina. Erat multorum nex plurima, obstructæ viæ jacentium cadaveribus, ut itinera ipsa peremtorum funeribus replerentur. Peractum esset prœlium, omnibus fuga versis, si Herodes Hierosolymam protinus dirigendum iter æstimavisset. Abjecerat Antigonus hastas, ultimum supplicium pertimescens. Confusi omnes metu, adeo ut cum asperitate hiemis revocatus a persequendo esset Herodes, & armis depositis, balneum esset ingressus uno comitatus servulo, occurrerunt ei tres viri districtis mucronibus: deinde plures, qui fugissent de prœlio, latibula quærentes. Hi viso rege, turbati metu pertransire, atque ad exitum bal-

D nei festinaverunt, ut possent evadere, qui potuerant necem regis patrare bellumque absolvere. Denique nemo fuit, qui fugientes corriperet: unde conjiciens Herodes, quanta hostibus formido inesset, incubuit prœlio, & Pappum ipsum ducem adversi agminis interfecit, atque ejus abscindi caput jussit, quod ab eo frater Josippus regius interemtus foret.

CAPUT XXXI.

Antigonus interea fugam quam paraverat, distulit: quem morantem Herodes circumfuso exercitu obsedit; incubuitque ea parte quæ erat ante tem-

E plum, qua parte etiam Pompejus murum irruperat. Tanta autem jam victoriæ regi præsumtio, ut etiam obsidione cœpta ad accipiendam uxorem Alexandri filiam deflecteret, hymenæis classicum mutans, & nuptias bello intermiscens; atque ex occasione prœlii conjunctionis opportunitatem adeptus, a festis ad bellum revertitur. Occurrit & Sosius missus ab Antonio in adjumentum regium: ita conjunctis viribus, cum usu belli & disciplina militari Romani præstarent, & regi studio placendi innitentur, vix quinto mense facta irruptio, Herodianis murum ascendere ausis. Irruentibus autem Romanorum centurionibus oppidum, innumeratæ factæ cædes, vastata circa templum omnia. Alii fugientes ad templum, alii congregati intra domos obtrun-

cabantur: nulla miseratio senectutis, nulla infantiæ aut muliebris infirmitatis. Obtulit se Antigonus, & immemor loci, dejecit se ad pedes Sosii. At ille quem tanta rerum conversio admonere debuit misericordiæ, conviciatus jacentem Antigonum vocavit, nec tamen quasi mulieri pepercit, sed vinctum in carcerem detrusit. Fluctuare Herodes, quomodo Romanorum manibus eriperet patriam, quomodo templum a gentilibus incoinquinatum reservaret. Festinabant enim Romani spectare mysteria interiora, profanare sancta sanctorum. Rex vero nunc prece, nunc minis removere singulos, fuga deteriorem arbitratur victoriam, si quid sacramentorum divulgaretur. Instare ad prædam Romani, Herodes resistere, ne vacuam sibi urbem relinquerent, regnumque sibi superesse deserti. Sosius contra captæ urbis prædam militibus deberi asserebat. Sed rex de proprio spopondit militi se pecuniam daturum: atque ita reliquum patriæ quod remanserat, pecunia redemit: ut promissum impleret, humanissime milites suscepit, rationabiliter duces, ipsum quoque regia liberalitate Sosium remuneratus est: nemo ingratus recessit. Sosius coronam Deo obtulit, & profectus secum abduxit Antigonum ad Antonium, quem ille quasi degeneris animi virum, securi percussit.


CAPUT XXXII.

Herodes autem plurima etiam suis largitus, plurima Antonio amicisque ejus dona dedit; nec tamen redimere ab Antonio potuit securitatem sui. Jam enim Antonius Cleopatræ amori defœneratus inserviebat; atque addictus, ejus libidini famulabatur, sed vincere non poterat femineas aviditates, & maxime exercitatæ mulieris in cædibus propinquorum, quibus exstinctis, possessionem eorum quasi spolium suis junxerat: eadem avaritia simul & crudelitate, si quos de Syria locupletiores fama acceperat, interficiebat: atque addicto jam ad suas libidines Antonio, regnum quoque Judææ & Arabiæ exstinctis utrique genti imperitantibus, avaritiæ suæ adjungi posse arbitrabatur. Sed quamvis libidine ebrius, somno gravis, in hac tamen parte resipuit Antonius, ut tales viros & potentissimos reges, pro imperio petulantissimæ mulieris exstinguere detrectaret. Tamen ne immunes dimitteret, amicos eorum perculit; possessionis maximam partem ademit, eamque præcipue quæ balsamum gigneret: urbesque omnes intra Eleutherum amnem sitas, Tyrio tamen & Sidone exceptis, Cleopatræ cupiditati adjudicavit. Quæ tali mercede a viro delinita, usque ad Euphratem profecuta proficiscentem in Parthos Antonium, per Judæam revertit, ubi donis muneribusque maximis conciliare sibi reginæ animum Herodes non prætermisit. Cui secundæ res superbiam augebant, ut muliebris impotentia supra modum se se extolleret. Siquidem non multo post ei Parthorum rex Artabazes, Tigranis potentissimi regis filius dono est datus. Quem Antonius captivum tenens, cui omni præda & spoliis Persicis triumpho debitum, quasi vile mancipium mulieri addixit: ut quo illustrior fuerat victoria, eo turpior esset largitio, quæ regem tanto ludibrio dehonestaret. Nec tamen diutius potitus secundis, qui uti illis nesciebat, insolentia muliebri Augustum in se excitavit. Itaque bellum Actiacum magnis utrimque parabatur motibus. Promtissime rex cum Antonio gestiebat bellum subire, quia & Judæa ab hostili tumultu vacabat, & Hyrcaniam a sorore An-

A tigoni diu retentam receperat. Sed in hoc quoque Herodes beatissimus, cui invisum est periculis alienis se se miscere. Volens itaque Cleopatra alienare animum ejus a regibus atque avertere, suadet viro, ut bellum adversus Arabas gereret Herodes: quo si superior esset, Arabia reginæ cederet: si inferior, dominatus Cleopatræ in Judæam extenderetur. Uter vicisset, alterum solveret. Quod consilium non ex dispositione, sed ex usu in Herodem inclinavit: qui simul, ut prœlium adorsus est, validior equitatu avertit hostem; in exitu multitudine hostium superatur, & numero circumvenitur. Congregatis in Canatha viribus adversariorum, adversum quos densare aciem volens, elatis suorum B animis successu priorum, eaque caussa in hostem irrumpentibus destituitur, & maxime fraude Athenionis, quem Cleopatra ducem adjunxerat, non ut adjuvaret Herodem, sed ut in ipsa desereret necessitate. Denique destitutum exercitum ejus in locis saxosis atque inviis adorsi Arabes, gravi cæde sternunt funduntque, & fugatos usque ad refugia secuti exitio dedere: adfuit Herodes serius quidem quam necessitas expostulabat; sed tamen ultus ærumnam, posterioribus prœliis ita Arabas afflixit, ut unam illam victoriam suam sæpius deplorarent. Accidit etiam motu terræ gravis animorum defectio, quo pecorum plurimum, hominum quoque triginta fere millia consumta sunt. Militaris tamen omnis C manus, eo quod sub dio habitabat, incolumis perseveravit. Hinc quoque erecti animi hostium, ut arbitrarentur, quod desertam Judæam facilius invaderent, & perculsos talibus prodigiis affligerent. Unde eos Herodes ad defensionem sui erigendos putavit, & maxime quia legatos quos in Arabiam miserat, necatos dolo compertum habebat. Hoc ergo trepidantes sermone adorsus est. Cum tot secundis nostrorum prœliis, fractæ res hostium usque ad ipsorum fuerint confessionem, qui vesano dolore perciti, quasi victi legatos nostros peremerunt; mirum mihi videtur, quod metus vos irrationabilis in tantum perculerit, ut fortuita elementorum notis jam virtutum successibus præferatis: nulla con- D gressio fuit, qua non statim Arabes cesserint, atque in fugam conversi, cedendum existimaverint: & ut se habent [1] furta belli, fraude atque insidiis remedia captaverint; non ut ipsi vincerent, sed ut nostram differrent victoriam. Pro quibus cum confidere oporteret, exagitatio successit quasi formidabilis belli, quia terra tremuit, cum soli innocui fuerint qui prœlia gererent. Aut si considerare velimus quibus offecerit, Arabes potius æstimabimus, quos in bellum reduxit, ne se fugiendo subtraherent fortioribus. Video enim illos non armis aut viribus fretos, sed pecoris nostri dispendio in aciem remeasse. Fragilis autem spes, quæ non ex propriæ virtutis fiducia, sed ex aliena pendet miseria: cum E in terris nihil tam mutabile, quam vel secundæ res vel adversæ. Exiguis enim momentis status rerum humanarum novantur. Nec prosperitas diuturna, nec ærumna est pertinax. Itaque nec miserum esse nec contra, perpetuum est; sed alternæ frequenter, & in iisdem variæ vices rerum. Denique ex nobis exemplum capessere licet. Conflictu superiore potiores fuimus, sed in processu prœlii sors mutata, ut vinceremur ab his quos viceramus. Ergo & nobis sperare suppetit, quod vincantur a nobis qui nos vicerant. Incauta enim semper nimia præsumtio, & sui negligens. Timor autem prospicere futuris admonet, & diligentiam docet. In prosperis audacia obrepit, & inconsulta temeritas nescit con-

1. *Furta belli*] Malim equidem *fata belli*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



filium ducis exspectare. Denique contra sententiam meam progredientibus, vobis Athenionis nequitia nocendi locum reperit. Nunc mihi trepidatio vestra vadatur prærogativam victoriam. Erigite igitur animos, & veterem Judæorum magnanimitatem attollite. Nec vos insensibilium commotiones perterreant, nec terrarum motus alterius ærumnæ judices arbitramini. Habent suam noxam passiones elementorum: nec aliud timeatis, quam quod in ipsis offensibus est. Non enim signa periculorum sunt in terræ motu atque animantium lue, sed ipsa pericula. Nihil est quod timeamus, quasi gravia perpessuri qui pertulimus gravissima. Propitius jam potest esse, qui vindicavit: & mitior, quam si non vindicasset. Quid servatur post terræ motum ac pestilentiam, nisi misericordia? Quia solvimus duplicia peccata. Et tamen nos, quod bello utile sit, integrum habemus. Pestilentia enim extra bellum positos abstulit: nostra autem victoria id hostibus ademit, quod bello idoneum legerant. Deinde nobis pecus mortuum, illis consilium, qui legatos quos misimus, contra jus fasque jugulandos putaverunt. Prævaricati sunt legem omnium hominum, ipsorum etiam barbarorum: quoniam apud ipsos quoque qui nesciunt humanitatem, inviolabiles legati habentur: dum vindicta cælestis reformidatur, & tanti sceleris ultor Deus timetur. Hoc ergo admiserunt adversarii nostri, quod nec humanæ nec divinæ leges inultum relinquunt. Egrediamur ergo, non pro finibus aut spoliis, sed pro divina injuria prœliaturi. Incitet nos ad bellum, non conjugii aut prolis caritas, sed præsumta protectio Dei. Non arbitria nostra, sed divini juris præcepta exsequimur sacra, ut pro his vindictam reposcamus, quos inviolabiles esse oportere religio jubet. Inter arma hostilia legatio sola pacis sequestra est: exuit hostem qui legatione fungitur, quorum nunc sanguis clamat ad Deum & vindictam reposcit. Festinemus igitur ad prœlium, dum ultorem habemus Deum cæsorum vindicem. Illi pro nobis melius prœliantur, & circumfusi angelorum legionibus, in acie prætendunt. Talibus hortatus milites, in hostem ruit, omnem occasionem belli requirens. Erant Arabes præstantiores numero, sed animis infirmiores: unde congressione habita, ceciderunt fere eorum quinque millia. Reliqui se se in munitionem recipientes, aquæ inopia fatigabantur, ut legatione missa pacem pretio deposcerent. Sed cum se protrahi viderent, & sitis amplius aquis deficientibus accenderetur, egredientes plerique se se offerebant hostibus, voluntario ferro quam siti præoptantes perire. Quos vinctos servabat Herodes, ne quid esset insidiarum. Itaque quinque diebus quatuor ferme millia recepta sunt: aliis ad bellum prodeuntibus, iterum ad septem millia virorum cæsa. Qua plaga humiliati Arabes a rege, quanto virtute inferiores, tanto consilio præstantiores: quem adversarium habebant, quasi defensorem, & auxiliatorem sibi ipsum expetiverunt.

CAPUT XXXIII.

SEd major victorem solicitudo perculit, ut qui sibi alios subjecerat, non jam de finibus, sed de toto regno periculum imminens perhorresceret, victo Antonio quem fida sibi amicitia copularat. Denique Augustus Cæsar Actiaci triumphator certaminis, necdum superatum Antonium arbitrabatur, cum Herodes superesset victoriæ. Anxius itaque rex, cum Rhodum accessisse Cæsarem vero indicio comperisset, navigavit ad eum, ne fama terrenum iter A ejus præverteret. Adveniensque deposito diademate, se se obtulit privato habitu, sed mente regia. Denique nihil veritati subtrahens, constantiam tenuit, auctoritatem reservavit. Ego, inquit, Auguste fateor, me fidelem fuisse Antonio socium, ut pote qui ab eo regnum acceperim, cui me debitorem adhuc non abnuo; idque armis probassem, si Cleopatra non invidisset, & Arabes non impedissent. Ea necessitate arma adversum te non tuli: non quasi amici desertor, aut prœlii pavidus, sed quasi domi rebus gerendis occupatus. Ingratum me tamen sibi non sensit Antonius, quod & adjumenta exercitus & frumenti innumerabiles copias absens miserim. Sed & tu Cæsar me non ingratum beneficiis ejus B judicavisses, si Actiaco bello interfuissem. Vide quam nihil subtraham. Plus metuo apud te ingratus in hostem tuum, quam in te hostis videri. Judicium mihi tuum gravius quam bellum est, apud quem non virtutum merita, sed vitia periclitantur. Unde & ego malo apud te de fide, quam de perfidia caussas dicere. Vide Cæsar, quam integrum Antonium non deseruerim, victum non refugi. Vicisti Cæsar Antonium legionibus tuis maximis, vicisti consiliis tuis, vicisti imperii Romani viribus, quod dereliquit & quod negavit: & vere victus est virtutibus tuis, sed magis moribus suis. Vicit eum Cleopatra uxor, vicit eum Ægyptius amor, vicit eum Conopœa luxuries. Victus est, quia maluit C cum Cleopatra vinci, quam sine ea vincere: vicit eum mulier infestior suis, quam adversariis. Suaseram mortem mulieris, si vellet sibi consulere: promiseram auxilia, quibus repararem afflictum: promiseram vires, quibus fugacem tuerer, me ipsum belli consortem obtuleram: sed mentem ejus obstrinxerant Cleopatræ cupiditates: victus est, quia audire me noluit: victus sum & ego cum Antonio, minore tamen flagitio: quia illum Cleopatra vicit, me Antonius. Ille barbaram, ego amicum non dereliqui. Cum illo posui diadema, sed ad te venire timens amici fidelis gratia, sequestravi regni insignia, sed non abjeci virtutis conscientiam: ut voles judica. Ego tamen quavis sorte judicii tui D feram mecum, quod cujusmodi fuerim amicus æstimabitur.

CAPUT XXXIV.

REspondit ad ea Cæsar: Salve, inquit, & nunc magis regno tuo utere, quia non invidemus virtutibus, sed delectamur. Dignus enim es pluribus imperare, qui sic tueris amicitiam: & ut in adversis positum non abneges, & amicum tibi confiteri non erubescas. Sed adorere felicioribus adhærere & conservare fidem in prosperis: jam in adversis, satis probasti. Vicerit te Antonius, sed non ego victum putabam, quem amicitia parem fecit E victoribus. Propterea expeteris a nobis, quia nullus te belli eventus mutavit: quandoquidem non tu Antonium deseruisti, sed te Antonius, qui Cleopatræ magis quam tibi credidit. Insipientia illius te nobis acquisivit: quia perniciosissimam sibi elegit, fidelem repudiavit. Nec mirum, si Cleopatræ Antonius victus adhæreat, a qua victor captus est. Quid miraris, si te desistere fecit Cleopatra Antonium, cum a me dissociaverit atque ex consorte imperii hostem fecerit? Ergo & quia tu nobiscum repudiatus es, & ideo nobiscum regna. Nec hoc quidem beneficio vacat, quod dum nos bellis occupamur civilibus, tu indomitam Arabum gentem subjecisti, quia Judæorum hostes pro nostris ducimus. Nobis enim arma inferunt, qui vos lacessunt.

Nobis ergo militasti, cum tibi vinceres: & ideo te remunerabimus, ut regnum tuum confirmetur nostro munere. Interim nihil imminuisse non parva gratia est: adoriemur in reliquum, ut non requiras Antonium. Neque enim dignum est, ut quem bello vicimus, non vincamus benevolentia. Cum hæc dixisset Cæsar imposuit diadema capiti ejus, sedulitatem adjungens muneri. Qua dignatione Cæsaris invitatus Alexander, ex amicis Antonii virum cui Cæsar maxime indignaretur, volens abducere offensioni, multa deplorabat prece: sed indignatio nimia nullum veniæ locum reliquit. Proficiscentibus inde in Ægyptum, prosecutus Cæsaris iter suppeditatis omnibus, quæ vel ipsi vel exercitui usui forent, maxima sui gratia imperatoris sibi studia conciliavit Herodes: præcipue quia in locis aridioribus usque Pelusium, regali provisione aquarum affluentia subministrata: quibus officiis tantum sui amorem infundit omnibus, ut plus videretur meruisse quam accepisse. Minor quoque regni potestas, quam humanitatis largitas æstimaretur. Unde Cæsar ex sententia rebus intra Ægyptum gestis, Antonio & Cleopatra defunctis, non solum quæ ademta erant, Herodi reddidit; verum etiam præter illa quæ Cleopatra averterat, Gadarum, Joppen, Samariam quoque ei concessit. Maritimas quoque urbes, Gazam, Arithedanam, Joppen, turrim Stratonis simul donavit: quadringentos quoque stipatores ex Gallia quibus septa incedebat Cleopatra, ad custodiam corporis regi concessit multaque alia. Sed his omnibus rex pluris habebat, quia a Cæsare super omnes, infra Agrippam tamen, diligebatur; ab Agrippa, infra Cæsarem.

CAPUT XXXV.


Quintodecimo itaque sui regni anno, ut beatitudini suæ responderet & gratiæ, tanto rerum secundarum successu levatus, ad pietatem intendit; & ut se gratum cælestibus in se supra modum fluentibus beneficiis demonstraret, templum ornavit: omnemque illum circa templum loci ambitum circumvallavit muro, geminatisque spatiis inclusit immenso ædificandi sumtu & exquisito decore. Indicio erant magnæ circa sacrarium porticus, quas extruxit ex fundamentis: nec minor tuendi quam ornandi intentio. Siquidem castrum Aquiloni subjacens communivit, quod appellavit [1] Antonii gratiam, nullo inferius superiorum palatiorum. Addidit etiam in ipsa arce regiæ domus gemina habitacula, maximi ambitus & mirabilis pulcritudinis, quorum gratiæ nihil conferendum arbitreris. Unum eorum Cæsarium, alterum Agrippium nuncupabatur, ut in suis ædibus tantorum amicorum diuturna memoria celebraretur. Urbem quoque Sebasten non solum rex ædificavit, sed etiam replevit inhabitantibus. Ac ne singula persequar, haud ullum facile præteriit locum vetustarum urbium, quem non renovaret labentem, aut additis quæ deesse videbantur, ædificiis ornaret. Liberalitates quoque suas usque ad quinquennalia diffundens certamina: unde illud hominum genus effusis divitiis locupletavit. Templum etiam Cæsari de marmore albo condidit ad fontes Jordanis, adeo immemor factus religionis, ut homini templum sacraret, usumque gentium in Judæam induceret. Loco nomen Panium est: ubi mons altitudinis excelsæ vertice summo in sublime porrigitur, cujus in latere umbrosum aperitur antrum, per quod graveolentis præcipitii profundum sævam exhalat mephitim. Intus aquarum congregatio, & sine ullo motu multa vis inerat, ut æstimatio profundæ altitudinis non comprehenderetur. Foris autem circa ipsius antri radices fontes scaturiunt: unde ortum illic Jordanis plerique æstimavere: nobis tamen, quid veritas habeat, in posterioribus aperiendum videtur. Erat in maritimis civitas, quæ Stratonis turris appellabatur, jam fessa bellis frequentibus, & vetustate ipsa inclinata in ruinam: opportunitate tamen & gratia loci præeminens, quam renovavit lapide albo, & variis ornavit ædificiis, atque in ea magnanimitatis suæ virtutem & elegantiam operis expressit. Inter duas enim maritimas urbes, Doram atque Joppen sita in medio: utraque ex parte pestringitur importuoso litore, ut omnes quicumque ex Ægypto Phœnicen prætermeare desiderant, in salo fluctuent, quia frequenter illic mare ventis excitatur, & maxime Lybico spiramine, cujus etiam moderatiore flatu fluctus attollitur: denique illisus præcurrentibus saxis, & fracto repercussus impetu, efferum mare cadendo exasperat. Itaque rex nullum impensis statuens modum, magnanimitate vicit naturam, portumque majorem Pyreo constituit; atque in eo penetrata rupium vastitate, stationes tutas composuit. Mensus quoque spatium quod magnitudini portus conveniret, saxa ingentia in mare jecit, quibus inesset plerisque alitudo pedum quinquaginta, aliis etiam excelsior. Distinxit ipsum maximis turribus portum, quarum unam Drusion vocavit, ut Drusi nomen, qui de Cæsaris majoribus fuit, insignibus sui operis intexeret. Gradus etiam breviores locis interposuit frequentioribus, per quos sine gravi labore navigia subducerentur. Tribus etiam colossis ingentibus totam portus illius gratiam venustavit. Iterum templum Cæsaris editiori fundavit loco, & templi medio colossum constituit Augusti nomine, velut simulacrum ipsius, quod non minoris magnitudinis foret simulacro Olympii Jovis aut Junonis Argivæ. Nescias pulcritudinem in tantis difficultatibus, an validitatem operis; ac munimentum in tanto decore præstare amplius putes, quandoquidem insolubile maneat opus, & mari & vetustati. Accessit itaque in eo opere multiplex gratia. Nam & urbs maxima accrevit provinciæ, & portus navigantibus, & honor Cæsari, cujus ex nomine Cæsarea in hoc tempore vocatur.

CAPUT XXXVI.

Hanc regis potentiam prosperis affluentem successibus unius mulieris expetita societas inclinavit; mæstisque infregit doloribus, ex quo adversum jus fasque conjugium dignitate potius generis quam caritate, usu quodam regio metiendum existimavit. Habebat autem in consortium, Dosidem nomine, Hierosolymitanam feminam privato sibi ante sociatam, quæ gratior eo esse debuerat, quo fuerat felix marito, cum qua regale fuerat adeptus fastigium. Verum immemor gratiæ projicit Dosidem, sociat Mariamnem Aristobuli neptem, Alexandri filiam. Itaque dum sequitur nobilitatem, in perturbationem incidit, qua sibi domus propria non conveniret, cui diversarum provinciarum multiplex obtemperaret populus: ac ne oculi novæ nuptæ odio novercali domi posito, eo quem Dosis generaverat, offenderentur, ejectus non solum paternis ædibus, sed tota quoque urbe Antipater (id enim juveni nomen) infaustis nuptiis locum fecit, quas pater

1. *Antonii gratiam*] Legendum videtur, *Antonii castrum*: vel si mavis, *Antonium* sive *Antoninum castrum Antonii gratia*. Barr.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



unici filii exfilio concelebravit, vixque festorum dierum solemnitatibus arcessebatur. Videns mulier morigerari sibi maritum, etiam pietatis convicio in superbiam conversa, addita est etiam caussa, qua jure ejus animus inflammaretur: quia Hyrcanum avum suum, viri sui insidiis noverat exstinctum, falso suspectum propter regni cupitatem: ipse est, de quo supra memoravimus, quem Barzafarmanes qui Persis imperitabat, cum occupasset Syriam, captivum abduxerat, atque in Parthia primo retentum, postea Judæis postulantibus qui supra Euphratem inhabitabant, miseratus sortem inclinatam permiserat: atque utinam ut concessus fuerat deprecantibus, ita etiam credidisset monentibus, ne mora ingenii humani propinquorum cum potentia solicitaret, ut ad Herodem transitum faceret, eam illi periculo futuram, quod nullos magis regni cupido servandi, quam proximos exagitaret, atque a propinquis caveret. Verum ille tædio peregrinationis & suorum desiderio transivit Euphratem, in Judæam revertitur. Quod altius in pectus Herodis, quam quisquam ratus erat, descendit, non quo ille regnum affectaverit, sed quia viro regii generis, & diu exercitati privilegio potestatis, incertum, an ab eo abstinere se posset, æstimabatur. Laqueus igitur mortis Hyrcano, conjugium neptis fuit, cujus gratia properavit ad Herodem: nescius, tutius ne apud hostem captivos degere, quam apud regem propinquos. Nulla itaque vel levi regnandi suspicione, hoc solo interemtus est, quod ei competere regnum videbatur. Diligebat interea Mariamnem impenso amore, nec offensam volebat: cumulaverat mulier gratiam numerosiori partu. Nam quinque ei generaverat filios, sed ex tribus maribus junior Romæ obierat, dum litteris imbuitur liberalibus. Reliqui duo ultra privatorum modum regio cultu celebrabantur. Suffragio erat juvenibus matris nobilitas, & suus ortus in regno, quod imperante jam patre geniti forent, sed amor maxime Mariamnes, quo rex magis magisque quotidie accendebatur: ut cum ipsi nulla vicissitudo amoris a conjuge rependeretur, caveret tamen, ne in aliquo mulieris animum mæstificaret. Æqua lance odium mulieris, & amor viri adversum se certabant. Justius tamen Mariamnem amantem se virum oderat, quam Herodes Mariamnem amabat non amantem. Suppetebat mulieri odium de flagitio, fiducia de amore: quia altero dolore nepotis adversabatur, altero per obsequium amantis extollebatur. Et ideo ne a convicio quidem objiciendorum criminum temperavit, quod avum sibi Hyrcanum & fratrem Jonatham per scelus eripuisset, cum alter prosocer, alter affinis: ille [1] propter senectutis infirmitatem servari debuerit, hic saltem propter ætatem adolescentulam: facinus indignum, cui septem & decem annorum adolescenti summum commiserat sacerdotium, huic continuo honorem contulit, & mortem intulit; nulla alia caussa, ut accepimus, nisi quod sacerdotali amictu indutus, ubi accessit primum ad altaria sacrato & celebri die, subito populus illacrymavit: quod suspectum adeo Herodi fuit, ut præ gaudio crederet populum illacrymasse, atque adeo erga ephebum prodidisse affectum suum, lacrymas illas voti indices, studium populi sui periculosum, qui intimis visceribus significaverit, quod studium erga cultum adolescentis haberet, & nobilem illum regium nepotem impotentis mulieris filium fratrem reginæ protervioris quæ regem virum dedignaretur, proruptorum ad imperandum, nisi maturius sublatus e A medio foret, cui forma, cui decoris gratia suppeteret, ut jure præferendus omnibus æstimaretur. Proposuit itaque adolescentem occidere: exagitabat eum mater adolescentis, quæ & ad investigandum acrior, & ad ulciscendum vehementior, nihil occultum, nihilque inultum patiebatur, eoque revocare se se ac reprimere deliberabat. Rursus exagitabat eum cumulatior in dies erga adolescentem amor universorum & regni periculum. Unde prærupto furore excitatus, statuit quovis modo sibi consulere.

CAPUT XXXVII.

B Mittitur adolescens nocturnis temporibus ad urbem Hierico, atque ibi solitus delectari studio natandi; a plurimis quasi in ludum coeuntibus dum sine modo mergitur, in piscina necatur. Id tacitum soror non tulit, sed affectu germanitatis per convicium prodidit, atque objectavit marito, jussu ejus sibi fratrem ereptum. Destitutam se omnibus, funestam sibi domum conjugis, qui primo sibi avum ademerit, postea germanum interemerit, miseram se exitio suis fuisse: imprecari dira viro, socrui & regis sorori; commune omnium flagitium: ultorem Deum poscere, ne tantum facinus impunitum relinqueretur. Ferebat ista Herodes quasi amore captus, & nutibus deditus: sed furebat ira C muliebris, & ferre non poterat maledicta exsecrantis, & indignantis arrogantiam maxime, quia victus vernaculo ejus Herodes insurgere adversus neglectam nequibat, & ideo quo magis excitari quasi amans posset, scena adulterii contexitur, atque in mulierem istiusmodi crimen componitur, quod imaginem suam Antonio in Ægyptum destinavisset. Quantæ istud intemperantiæ fuisset, ut absenti & promto in libidines viro, tum præterea potenti qui potestate pro jure uteretur, formam venalem offerret ut pulcritudine illiceretur, novæ auctionis commercio se mulierem potuisse, vi ne amoris an odio mariti, cujus periculum pro mercede adulterii postulavisset? Hoc itaque commento mulierum, D apud Herodem Mariamne quo magis amabatur, eo gravius appetebatur, nec tamen insimulatio ipsa, quamvis indignantium feminarum, aliena veri penitus fuit: matrem enim Alexandram furentem, quod alius filio suo Aristobulo in sacerdotio præferebatur (hoc enim nomine Jonatham filium suum quod avum sibi regem fuisse in memoriam reduceret, appellari malebat) ab Antonio per Musurgam quemdam litterarum sequestrum petiisse filio suo sacerdotium, fides vero propior erat. Deinde adveniente in Judæam Gellio Antonii amico, cognitum adolescentem miraculo fuisse propter excellentissimi decoris gratiam. Non minus etiam Mariamnem, cujus quo dignitas clarior, eo fama illustrior, & E forte compertam more quodam ingenii humani, quo viri quoque eo se interioribus amicis cariores cupiant declarare, si præsentibus quoque necessitudinibus suis in se hospitalitatis societatem indulgeant: ibi quoque Alexandræ datam cum Sosio colloquendi copiam licet liberiori viduæ, alia quoque cognoscendi hospitis deesse copia non potuerit, cum præsertim hujusmodi & caussas & personas requireret. Deinde collato utrimque consilio id se dedisse sententiæ, ut utriusque imagines Antonio dirigerentur. Perstrictum illum splendore imaginum, & Sosii præcipue testimonio (qui nihil tale se umquam vidisse in terris affeveraret, & gratiam illis

1. *Propter senectutis infirmitatem*] In editione prima Ascensiana legimus *propter senectutis infirmum*, pro quo male postea *infirmitatem* substituerunt. MAZOCH. l. c. pag. 816.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.


non hominum, sed divinam inesse lenocinantem: ut excitaret viri minime sobrias cupiditates) scripsisse Herodi, ut Aristobulum ad se sine mora mitteret; de Mariamne quod [1] sibi conjuncta foret, prætermisisse. Non quo cooperire libidines suas, vel in his quæ neptæ essent apud maritos soleret, cui sine periculo usus foret, flagitium sine pudore; sed quo Cleopatræ caveret indignationem, quæ utriusque quidem sexus rivali offenderetur, sed amplius si sociatam viro mulierem deprehendisset; quia se decore super omnes excellere mulieres arbitrabatur. Perlectis itaque litteris, Herodem excusavisse, quod sine seditione populi & perturbatione totius gentis avellere a suis nobilem non posset adolescentem, atque ut satisfaceret Alexandræ, spopondisse Aristobulo sacerdotium: sed cum moras fieri promissis vidisset, & arte se ludi putaret; Alexandram paravisse navigium, ac ipso apparatu fugæ cognito per Sabionem consilio revocatam esse cum filio. His motum Herodem dissimulasse ad tempus injuriam, & accelerasse Aristobulo sacerdotii collationem, ut honoris specie paratæ necis invidiam velaret: qua peracta, ut diximus, quasi fulmine ictus, exagitatus est, simul & affectati adulterii afficto a suis crimine, quod sciret Antonium promtum ad libidines, & invelatas, ex eo quod plurimum poterat inflammantem in omne genus amatorium cupiditates. Cleopatræ quoque inexpiabilem rivalitatis præcipue dolorem atque immanitatem, quæ plurimos virorum, quos seniores circa uxorum reprimendam intemperantiam compererat, interemisset, imminere sibi periculum non solum amittendæ conjugis, sed etiam subeundæ mortis perhorrescebat. Proposuit itaque ipse contendere in Ægyptum, ut Antonium vel Cleopatram quam maxime metuebat, deflecteret. Evocatum alii ferunt M. Antonii litteris eo tetendisse, ut necati adolescentis caussas præstaret. Profecturus tamen affini suo Josippo cui Salome germana regis in conjugium convenerat, secreto aperit, suspectam sibi necem propter conjugalis formæ appetentiam, quam missa sui decoris specie prodidisse mulier argueretur; idque quasi affini negotii committere, ut si ipse ab Antonio exstinctus foret, Mariamnem necaret, ne merces flagitii superesset. Josippus haudquaquam, ut arbitror, studio proditionis, sed quo mulieris erga virum sopiret querelas, quibus se afflictam diceret ardere odiis viri, mandatum exprimit, atque ad affectum amantis interpretatur quod ne mortuus quidem pateretur Herodes sejungi se ab uxoris societate. Sed mulier longe aliter quam Josippus æstimaverat, ad argumentum traxit implicatæ adhuc in se crudelitatis, cujus exercendæ post mortem quoque suam exsecutionem affini proprio mandavisset; infestum illum sibi injuria, qui suspiciones suas non argumento aliquo veritatis examinaret, sed præruptæ mortis exitio urgeret; nullum odiis finem fore, quæ ultra ipsum vitæ ac salutis defectum extenderentur. Sed Josippus domestici mali immemor, dum alienam conjugem ultro reconciliare expetit, suæ conjugis adversum se inflammavit suspiciones: quæ & colloquia viri proprii cum Mariamne, morasque in aula regia haud perfunctorie ferendas arbitrabatur. Denique ubi frater revertitur, insimulationes non distulit, injuriam addens suam regalibus contumeliis, quod sibi quoque Mariamne ademisset maritum: sed Herodes præstrictus licet, tamen haudquaquam gravius primo commotus est, nec infensum se uxori præbuit, cum etiam vi amoris infractus, quodam die mulieri jurare cœpit, quod tanto eam diligeret affectu, ut numquam alterius mulieris flagraverit cupiditate: ita omnes ex animo abjecerit, ut uxori fidem servaret. At illa: Satis, inquit, amorem erga me tuum mandatis quæ Josippo dederas, declarasti præcipiens ut me occideret. Quomodo potest amare, qui occidere potest? Amens illico rex ubi audivit secretum suum proditum, cogitare cœpit numquam prodidurum fuisse Josippum, nisi captus amore mulieris mercedem proditionis stupro quæsisset, manifestatum quod diu latebat, in aperto crimen indubia corruptione: non frustra excitatam sororem, quæ domesticam injuriam præ ceteris deprehendisset. Itaque indignatione nimia furens animique impos exsilivit de lectulo, fugiens corruptelæ turpis contagia, nec furentem capiebat aula: audivit soror vociferantem, continuoque rapiens tempus ad argumentum insimulandi & occasionem nocendi, confirmavit indignantis suspiciones: impulsus itaque dolore injuriæ insimulatione germanæ, jubet occidi utrumque; nec multo post secuta est factorum pœnitentia: & ubi ira cecidit, amor successit, & passio resuscitata est, tantusque incanduit fervor cupiditatis, ut defunctam non crederet, atque in excessu mentis positus, quasi viventem alloqueretur. Et sicut ad eam quæ viveret pueros dirigebat, rogans, ut depositis simultatibus, ad se se veniret, & redderet se conjugali gratiæ. Vix denique multo edoctus intervallo temporis obiisse credidit, quam pro amore tamquam immortalis feminam decoris mori non potuisse arbitrabatur. Tantus erat affectus erga defunctam. Denique efferus, postea atque in multorum necem præsentium odio fertur exasperatus, nec solum morbo animi laborasse, sed etiam gravi corporis ægritudine, quam ex pestilentia quoque aeris contractam ajebant. Nam tractus cæli corruptior plurimis pestem creavit. Unde consultis medicinæ peritis, silvarum secretis se se abdit, & refuso paullatim vigore, venatibus salubritatem corporis pariter ac mentis [2] salubritatem recepit.

CAPUT XXXVIII.

Hoc quoque addebat miraculis suis quibus defunctæ suspiciebat gratiam, luisse se injusti pœnas flagitii, & elementorum ægritudine expiatum interitum tanti decoris; excidio mundi, populorum lue unius mortem, forte tamen impari vindicatam, cum fructus terra abnueret, fames augeret pestilentiam. Hunc Mariamne exitum tulit, sobrie viro pudica, sed insolens formæ conscientia. Cui magnanimitas superfluebat, sedulitas deerat, ut blanditias dedignaretur mariti, secura quod nihil ab eo qui supra modum diligeret, exitii perpeti posset: nec solum ad præsens ultionem reperit, sed etiam in reliquum hereditaria odia transmisit. Cui successere filii materni doloris exsecutores pio erga matrem quidem affectu, sed erga patrem impio: cum utrique parentum pari munere jus naturæ solvendum foret. Nec inexercitatos dolor reperit: nam diu Romæ eruditi Latinis juxta & Græcis litteris, astutiam non mediocrem assumserant, & absentes [3] compererant necem matris, plerisque in odium patris impulsoribus asperabantur. Regressis quoque

1. *Sibi con.*] Herodi scilicet. BARR.
2. *Salubritatem*] Ms. *sobrietatem*. ID.
3. *Compererant* cet.] Ms. *comperta nece matris, plerosque in odium patris se impulsuros arbitrabantur: regressis quoque ne conspectus quidem paterni reverentiam sedulitatemque infuderant*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



ne conspectus quidem paterni reverentia sedulitatem insuderat; crescebat cum ætate malitia. Accessit etiam ex conjugii societate præsumtio, quod alteri Salome filia neptis Herodis, alteri Archelao genita qui Cappadociæ regnum tenebat, in jus copulæ nuptialis convenerant, & nobilitas conjunctionis odiorum dederat auctoritatem. Offendebatur igitur Herodes, vel tacito filiorum ingenio excitatiore, quam paterna pietas pati posset, quæ etiam vultu frequenter læditur. Addebantur & stimuli ab his qui ab insidiis filiorum cavendum, quasi soliciti crebro denuntiabant, afferentes, quod ultrices materni exitii armarent manus. Quibus perterritus Herodes Antipatrum Dosidis filium præferre fratribus, atque ad sui gratiam uberiore [1] effectu cœpit lacessere. Ardere majoribus odiis aula regia, & certamine fratrum concuti: dum illi indignantur, quod privatæ mulieris filius sibi in regno ortis præferebatur: ille versutus adulandi, quo se inferiorem materno latere cernebat, eo studiosius commendare se se patri, appetere germanos compositis insimulationibus non quiescebat, donec ipse per se ac per alios quos sibi adjunxerat, excluderet ipsos ab affectu paterno. Denique regnandi his spem omnem ademit, ita ut publice condito testamento, solus imperii successor designaretur, missusque ad Cæsarem Romam præter insigne diadematis omni ornatu cultuque regio fulciebatur. Inde in Judæam regressus, aucta erga se Cæsaris plurimorumque illustrium virorum gratia, exigui prope temporis intervallo tantum prævaluit, ut etiam matrem conjugio patris [2] adderet: geminisque armis, adulandi arte & simulandi versutia, ita germanos urgere apud patrem cœpit, ut patri filius necem pararet. Denique furens animi Romam petit attracto secum Alexandro, quem reum magici adversum se criminis ante Cæsarem statuit. Ille data sibi copia deplorandæ calamitatis, ærumnarumque omnium, cum videret sibi suppetere tanti judicis auctoritatem, qui nec ab Herode traduci per gratiam posset, nec ab Antipatro circumveniri, nihil prætereundum ratus, flagitia patris quadam perstrinxit modestia, ut nec urgere tamquam accusator videretur, nec occulta esse sineret, cum plurimum caussam juvaret, si se ob necis maternæ dolorem paternis peti odiis demonstravisset. In talibus enim judiciis nihil magis liberos gravat, quam naturæ pietas & pietatis auctoritas: quæ si aliquanto traducuntur flagitio, præjudicium minuitur, prærogativa excluditur. Ubi vero ad objecta patris ventum, validis refellens assertionibus, alienum sceleris primo fratrem demonstravit, qui suorum esset consors periculorum, quem innoxium in crimen vocari ingemiscebat. Adstipulabatur puræ conscientiæ agendi jus & dicendi peritia, nihil sibi ac fratri relictum honoris, sublata omnia per scelus germani, patrisque facilitatem. Amarissime deplorabat necem sibi irrogari, quam pater eo usque expetit, ut crimen adjiciat, flagitium adjungat. Quibus dictis coegit in lacrymas universos, atque eo sortem deduxit judicii, ut Cæsari accusatio non probaretur, pater reconciliationem amplecteretur. Id gratum admodum & præcellentissimum Romano principi, non solum regi inclyto regnum donasse, sed etiam liberos reddidisse. Itaque justo definitum examine, ut sic paterni juris reverentia inviolata maneret, & tuta filiorum innocentia; patri, ut decebat, obtemperarent liberi. Ipse inoffensum naturæ affectum [3] cohiberet filiis; cui vellet tamen, regnum relinqueret. Redit ex urbe Roma cum patre Alexander, judicio magis, quam suspicione absolutus. Vacare enim mentem Herodis ab odio filiorum Antipater non patiebatur: ipse enim erat odiorum materia: premebat tamen studium suum contuitu reconciliationis, ne appetitæ germanitatis scenam proderet, insidias manifestaret. Ubi ventum est in Ciliciam, & navigantes in [4] Eleusiam applicaverunt, suscepit eos Archelaus opimo convivio, gratias agens Alexandri generi sui caussa, quod exemtum periculo reconciliatione etiam dignum æstimasset. Ipse etiam litteris per suos directis, amicos rogaverat, ut genero defensionis adjumento forent, & discedenti obtulit xxx. talenta hospitalitatis munere, ac Zephyrium adusque regem perduxit. Regressus domum rex continuo populum advocat, apud quem hoc modo disseruit.

CAPUT XXXIX.

Modo caussa mihi Hebræi cives & utilis & fructuosa fuit Romam petendi, profecto ut de filiis meis Cæsar judicaret: ne solus ego qui irascebar, cognoscerem, perrexi ad Cæsarem: ut qui regnum reddiderat, de successore meo pronuntiaret. Adjecit beneficiis suis, ut quod difficile erat, prope amissos filios patri repræsentaret; fratribus quod supra regnum est, concordiam redderet. Redeo igitur ditior quam profectus sum: didici esse melior pater, quia didicerunt filij mei esse meliores liberi, Cæsaris beneficio. Statuit enim, ut ex meo arbitrio penderet filiorum successio, ne prærogativa successionis superbiam gigneret. Ipse mihi successorem darem, quem elegissem: eum scilicet qui meruisset: eum, qui patrem amplius honoravisset. Imitabor Cæsarem; ipse enim absolvendo juniores filios meos, seniori filio pares fecit. Itaque simul tres liberos hodie reges constituo: illi ætas, istis nobilitas adstipulatur: nec numerus moveat: magnitudo regni & pluribus abundat. Arbiter primo sententiæ meæ Deus: deinde etiam vos accedite: quos Cæsar conjunxit, constituit pater, vos honore congruo prosequimini, ut neque immoderatus neque infimus honor sit: Aliud inflat, aliud exasperat. Quod cuique portionis suæ meritis suppetit, impartiatur. Non enim tantum quis delectat eum quem supra mensuram honorat, quantum lædit eum cui debitum negat. Et plerumque uterque eorum offenditur, ubi prælationis adulatio est. Sum certe omnibus pater. Honor filiorum haud dubie patris [5] gloria est. Si tamen supra modum quis liberos meos excolat, reus est mihi etiam pro liberis meis, quibus auctor prolapsionis est: Nimius enim cultus audaciæ sumtus est. Numquid invideo liberis meis? Absit: sed malo eos minus cum gratia posse, quam plurimum cum seditione. Quod enim superbiæ vel rapinæ est, cito labitur: quod gratiæ, diu tenetur. Unde curæ erit mihi, ut sponsores concordiæ adjungam liberis meis parentes amicosque, quorum hortatu mutuæ dilectionis affectum induant. Nam cum omnis sermo malus facile mentem audientis inficiat, tum maxime assidua colloquia, & diuturnus usus pestem animis infundere solent, quo contagio quodammodo in mores cohabitantium cito transeat: etsi tranquillitas morum

1. *Effectu*] *Affectu*. Barr.
2. *Adderet*] *Redderet*. Id.
3. *Cohiberet*] Id est, simul, communiter exhiberet, ut equidem existimo.
4. *Eleusiam*] Rufinus Josephi interpres, *Eleusam*. Barr.
5. *Gloria*] Vet. cod. *gratia*: hoc est, patris permissione, ut filii tantum honorentur, quantum pater permittat. Gual.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.


ſit, tamen ut ſtagnum mite licet, ventis exagitantibus aſſurgere in æſtus valet: ita bona natura improbis monitoribus fluctuat. Arbitror itaque quod in me unuſquiſque ſpem ſui potiſſimam debet recondere; non enim quod accedit liberis meis, mihi deperit. Plus unuſquiſque tribunorum vel militum revereri debet patrem imperatorum. Ego, ego ſum, qui mercedem univerſis rependam, pro his etiam quæ filiis meis detuleritis. Si recta advertero ſtudia, factis remunerabor; malevolentia pretium referet ſuum, ut apud eum quoque quem putaverit adulandum, fructu excidat. Vos autem boni filii, conſiderate primum naturæ religionem, cujus gratia & beſtias ligat, quæ etiam feras cogit in amorem neceſſitudinis: manet inter indomitas pecudes mutuus amor, & periculis propriis redimunt ſuos belluæ. Reveremini etiam Cæſarem, qui vos ex inimicis amicos fecerit. Tertio me ipſum, qui rogare malo, cum poſſim jubere: manete fratres, nolite [1] exurere quod generati eſtis. Do vobis veſtem & cultum imperialem: ſed pretioſius eſt, quod ſuadeo, veſtri amoris intemeratum ſignaculum. Si pietas maneat, regnum delectat: ſi deſit gratia, vile imperium eſt & plerumque noxium. Ergo dum vos experiar, habebitis interim non regnum, ſed regni honorem. Si patrem dilexeritis, jus ſequetur: mei tamen amorem in vobis probate: omnibus quibus delectare regnum ſolet, ut principes potiemini. Onera imperii & moles negotiorum me ſolum, etſi nolim manebunt. Et ideo vobis prodeſt mea velle: quia ego quæ veſtra ſunt, & volo & mea arbitror. His dictis oſculatus eſt filios, ut eos uno oſculo caritatis invicem ſibi necteret. Quo facto conventum dimiſit.

CAPUT XL.

Diſceſſere plerique læti, quibus placebat concordia germanitatis: ſed cum fratribus revertit diſſenſio eoque gravior, quod dignitas potior, cui amplius invideretur, & nocendi ſuppeteret major poteſtas. Dolebant filii Mariamnes æquatum ſibi privatæ filium mulieris qui regni neſciret proſapiam. Contra Antipater diſtinctam ſibi [2] a fratribus regni ſpem dedignabatur; & invidebat germanis, quibus poſteriora pro primis vix reſervarentur. Sed hic ſe ſe tegebat & velabat, odio prætendens gratiam, illis conſilium omne in ſermone obvium, etiam non quærentibus. Promtior lingua & ſecretorum prodiga, quidquid locuti forent apud Alexandrum, continuo apud Antipatrum erat: multa etiam quæ non dixerant, ſimulabantur. Pleraque internuntius cum incremento adjiciebat. Architectus omnium quibus appeterentur fratres, Antipater erat, cujus vita nihil aliud erat, niſi quoddam verſutiarum conciliabulum, ſcena improbitatis, argumentum ſcelerum, flagitiorum [3] miniſterium. Subjiciebat judices, ſubornabat teſtes, ſimulabat defenſionem, quaſi in theatro perſonam fratris circumferens, ut leviora excuteret objecta, gravioribus cederet, quo magis patrem falleret, & vehementius in fratres moveret; maximeque acerbabat arte invidiam paternæ necis paratæ, ut regnum eriperetur, quia regibus metus periculi ſuſpectior: ſed ne ſine repulſore minus veriſimilia regi viderentur, ipſe primo tentabat refellere, deinde conſtringi ſe manifeſtis rerum indiciis volebat videri, ut perorata utrimque cauſſa, quaſi nihil judicio defuiſſet amplius, pater tamquam in convictos filios excitaretur: nulla enim res majorem fidem aſſertis dabat, quam quod Antipater fratrum defenſor æſtimabatur. Hac fraude plurimorum captabat gratiam, ipſius quoque patris in ſe mentem inclinabat. Quidquid quotidie fratribus minuebatur, de affectu paterno in ipſum transfundebatur. Abducebat amicos regios, parentoſque & præcipue fratrem regis germanum Pheroram, & Salomen ejus ſororem alienos a nepotibus fecerat, ut non modo eos non defenderent, ſed etiam appeterent atque odiſſent. Accedebat odiorum materia uxor Alexandri Glaphyra, quæ muliebriter ſatis præſentium inſolens extollere ſe ſe [4] occeperat faſtu ſuperbo: eo quod omnibus præemineret proſapiæ claritudine. Itaque quaſi dominam ſe omnibus qui in aula erant regia, præferebat, patrem avumque [5] regem ſibi, & præcipue Darium Hydaſpen materni generis apicem ſolita jactare contumeliiſque ignobilitatis afficere Salomen regis ſororem, vel Doſidem conjugem: quod illis dolori, ſibi odio foret. Ceteras quoque feminas ſimiliter exaſperare, quæ regi propter decorem magis quam propter nobilitatem generis copulabantur. Plurimis enim Herodes præter regium morem, etiam Judæorum uſu quaſi quadam erroris licentia delectabatur, qui figuras majorum vitiis ſuis obtentui ducunt. Gravabatur ergo Alexander uxoris inſolentia: Ariſtobulus quoque iiſdem quibus Glaphyra ſermonibus uxorem inceſſebat: dejecti illam ſtatus, nec conferendam regiæ proli: imparem Glaphyræ ſibique eſſe opprobrio, quod frater regalis generis conjugio potiretur, ipſe privatæ uxoris contubernio degeneraſſet, demens, qui conturbaret convicio proprias [6] neceſſitates. Quibus perſtricta contumeliis uxor Ariſtobuli, ad matrem cum lacrymis omnia perferebat. Salome autem comperta per filiam regi Herodi annuntiabat: at ille monere filios quam perdere commodius ratus, vocatos partim imperatorie terruit, partim affectu paterno hortatus eſt, ut fratrem amarent, neve ut hoſtes diffiderent, veniam tribuens ſuperioribus, denuntians correctionem futuris. At illi compoſitis ſe ſe inſimulationibus peti pluribus deplorantes, orare ſimul & polliceri operibus ipſis, in reliquum propriæ fidem defenſioni daturos: tantummodo factum pater exſpectaret, ne temere auditis crederet: non enim defuturos delatores improbos, quamdiu auditor credulus ſuppeditaret. His & talibus emollito patre, quamvis eo tempore imminentem depulerint metum, mæſtitiam tamen coacervarunt, quod urgeri ſe ſe a Pherora & Salome videbant: quorum alter patruus, altera ſoror patris, quibus defenſioni eſſe debuerant, inſidiabantur: accedebat enim formido gravis, quod plurimum poterant apud patrem. Nam accepto diademate, prope univerſam regni potentiam cum fratre ſuo Herodes participaverat, nec mediocres utrique contulerat opes, & maxime Pheroræ. Denique his annua talenta centum recondebat, præter eam regionem, quæ ultra Euphratem ſita, redituum copias multiplicabat. Tetrarches quoque petitu Herodis a Cæſare fuerat conſtitutus, donatus etiam regalis conjugis neceſſitudine, quia ſororem regiæ conjugis in connubii ſui ſortem adſciverat. Poſt cujus obitum deſponſata ſibi ſeniore regis filia in gratiam ſucceſſerat generi, niſi amore captus ancillulæ, regalis puellæ copulam

1. *Exurere*] Forte *exuere*: id eſt, oblivisci.
2. *A fratribus*] *Ac fratribus*. Barr.
3. *Miniſterium*] *Myſterium*. Id.
4. *Occeperat*] *Cæperat*. Id.
5. *Regem*] Cod. vet. *regis*. Id.
6. *Neceſſitates*] *Neceſſitudines*. Id.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.



declinaviſſet. Qua exaſperatus Herodes contumelia, ei [1] filium tradidit, qui poſtea Parthico bello occidit: Inſimulatum tamen apud ſe Pheroram, quod venenis appetiviſſet fratris ſalutem. Qua ſuſpicione ne vivente quidem caruerat uxore: plurimorum primo, & ad poſtremum amicorum ejus quæſtione exercita, vacuum ejus cujus arguebatur facinoris inventum volens abſolvit: dans etiam fugæ veniam, quod rapta quam diligebat ancilla, [2] depoſitionis initæ, ut ad Parthos confugeret, ſimiliarium ſuorum confeſſionibus modum detegebat. Reſpiraverat aliquantulum Alexander, dum Pheroras accuſatus inceſſitur, & ipſe inceſſit Salomen, [3] quod ſpopondiſſet nuptias ſuas Obodæ Sylæo, qui erat regis Arabiæ procurator, Herodi inimiciſſimus. Sed remiſſo utrimque crimine tempeſtas domus in Alexandrum incubuit, atque ipſum gravi periculo involvit: furebat enim ſæva peſtis, & procella totius aulæ Antipater. Omnibuſque modis & [4] conventu etiam propinquorum ingravans fratrem, ita ut turbato mentis ſobriæ ſtatu, inſtare ſibi Alexandrum cum gladio pater magnis vocibus proteſtaretur. Venerat in medium ſcena hujuſmodi, quod eunuchos tres, quorum unus pocula regi miniſtrare ſolitus foret, alius fercula cœnæ inferre, tertius torum obſervare regium, nec umquam diſcedere, cum ſe Herodes lectulo compoſuiſſet, donis uberioribus illexiſſet Alexander ad ſui gratiam & turpis flagitii ſocietatem. Quo prodito, ſuppliciis adacti ſpadones, obſcenæ ludibria libidinis manifeſtarunt, promiſſa etiam amatoria tegere nequeuntes, quibus ſermonibus ſolicitati hujuſmodi forent, & qua ſtupri mercede retexuerunt, ut involutum dedecore parricidium crederetur, ineſſe ſibi juventæ gratiam, formæ decorem, robur ætatis: contra invalidum Herodem, & jam ſenecta gravem, qui capillum inficeret ne ætatem proderet, a quo cum vellet regnandi jus in ſe transfunderet, præmiaque polliceri ingentia: & ideo eos in juvene ſpem ſuam conſtituere oportere, non in decrepito ſene cui ipſa natura finem acceleraret. Quæ graviter quidem Herodem movebant: ſed illud præ ceteris, quod conſpirare ei militarem manum duceſque exercitus, & centuriones ſpadonum indicio compertum haberet: denique ita exagitatus eſt, ut nullum ſævitiæ genus prætermittendum putaret, nulli crederet, omnes ſuſpectos haberet. Velociores erant pœnæ quam interrogationes flagitiorum, & judicium præveniebat eorum exitus. Rapiebantur paſſim ad ſupplicium, quos aliqua inceſſebat ſuſpicio. Fervebant calumniæ; multi volentes regi placere, deferebant reos: ſed illico etiam ipſi qui alios detulerant, deferebantur, & cum reis ſuis ducebantur ad locum pœnæ. Ita efferaverat Herodes in univerſos, [5] ubi ſi aliquis eorum ſupereſſet, ſuſpectus foret. Aliter rex non putans ſe eſſe ſecurum, niſi deficeret genus humanum. Inſimulatis irreconciliabilis, amicis incredulus, familiaribus ſuperbus, immitis reis, pavidus ad omnia, ut crebo ſedes mutaret, noctes ſine ſomno duceret. Qui omnibus exaſperatus repente Alexandrum alligatum vinculis ſepſit cuſtodiis, & amicos ejus in quæſtiones vocavit. Qui negabant, inter ſupplicia moriebantur. Rurſus tacentes, quia nihil quod eſſet ſuſpicionibus conſentaneum confitebantur, uſque ad mortem ſupremam exulcerati. [6] Tamen aliqui vi tormentorum & pœnarum

A victi acerbitate, propoſitum adoleſcentibus aſſerebant, ut venationi intentum occiderent patrem, & ad urbem Romam ſine mora pergerent ut effugii pœna eluderetur. Quod etſi nullo argumento fulciebatur, tamen ad ſolatium ſtudii ferocis derivabat pater, volens vinculorum filii cauſſas juſtas habere. Conſiderans itaque Alexander obſeratas aures patris ad omnem ſui defenſionem, nec ullo modo rem poſſe deduci, ut de innocentia ſua præſumeret, qui tantis calumniarum molibus appeteretur; ſimili arte nequiſſimis delatoribus occurrendum putavit, ut fraudulentos & calumniæ machinatores dolis circumveniret, atque in calumniam reos vocaret, quorum ſe calumniis urgeri credidit. Scripſit igitur quatuor libellos, **B** quibus commentum ſceleris quo paternam ſalutem appetierit, confiteretur, atque inſidiarum hujuſmodi conſcios pleroſque eorum a quibus ipſe appeteretur, expoſuit: atque iiſdem inſcripſit libris, præcipue Pheroram & Salomen: quod ea quoque intempeſta nocte [7] rupto adoleſcentis in quo habitaret, cubiculo, illexerit invitum, & reluctanti extorſerit ut inceſtum patraret. Tranſmiſit ad regem libellos, velut indices flagitiorum ſuorum, quibus potentiſſimos quoſque involverat regis comites atque amicos. In tempore illo Archelaus in Judæam properato advenit: ut ſi quid poſſet, genero ac filiæ opis auxiliique ferret. Sed prævidens apud infeſtiſſimum patrem obſtructos ſibi aditus, **C** legitimæ defenſionis arte commotionem ejus repreſſit. Nam ſimul ut aulam ingreſſus regiam eſt, magna voce cum jam audiretur & videretur ab Herode, velut furens animi vociferari cœpit: Vivitne adhuc ille veneficus gener meus, & carpit hanc lucem? Ubi quæſo eſt? Ubi parricidale illud reperiam caput, ut manibus [8] excerpam meis? Parricidio perire debet, qui parricidium voluit implere. Quid facturus eſt ſocero, qui non pepercit patri? Quis demonſtrabit eum? Eviſcerabo primo ſceleſtum, adjiciam filiam bono ſponſo: etſi ſceleris non fuit conſcia, non eſt tamen aliena contagii quæ parricidæ conjugio potiebatur. Non agnoſco filiam meam, quæ artes non deprehendit mariti, **D** quæ ſe non talem exhibuit ſocero nurum, ut ſubjectum filium patri redderet. Ego illam non ad ſceleris miniſterium junxi, ſed ad conſortium matrimonii; ut coheredem gratiæ præſtarem, non criminis adjutricem. Te miror, Herodes, ſi adhuc vivit Alexander ille inſidiator patris. Putabam juſtas illum jam pœnas dediſſe, quem deferri non oportebat. Quid enim diutius ſervaretur confeſſor, aut parricida talis? Sed fortaſſe hoc quoque divinæ fuerit providentiæ, ut amborum parentum judicio condemnaretur, qui in te læſit utriuſque pietatem. Non me negabo ultorem, qui me ultionis exactæ prædicatorem parabam; ſed ne filiam excipio, quam infauſtis nuptiis ipſe deſpondi, te ſponſorem **E** ſecutus: non enim ego illam mariti moribus, ſed fidei tuæ tradidi. Reddat cauſſas, quod vadem ſuum diſſimulavit, maritum ſuum dilexit. De utroque nunc vobis judicium eſt: ſi firmus exſecutor tanti doloris es, accingere pater, ſequeſtra pietatem: non optandum quidem officium patribus, ſed non diſſimulandum. Si te pietas mollit, inflectit natura, mutemus vices, ut ego in tuo filio, tu in meo pignore miniſterii mutui ſimus exſecutores. Hujuſmodi orationem circumfremens traduxit Herodem,

1. *Filium*] *Filiam*. Joſeph. *de Bell.* lib. I. cap. XVII. *Antiq.* lib. XVI. cap. XI. Barr.
2. *Depoſitionis*] *Diſpoſitionis*. Id.
3. *Quod ſpop.* cet.] Reſtituo ex Joſepho: *quod ſpopondiſſet nuptias ſuas Sylæo, qui erat Obodæ regis Arabiæ procuratori.* Id.
4. *Conventu*] Mſ. *concentu*. Id.
5. *Ubi ſi*] Leg. *ut ſi*. Id.
6. *Tamen*] *Tandem* reſcribendum exiſtimarim.
7. *Rupto*] *Irrupto*. Barr.
8. *Excerpam*] *Diſcerpam*. Id.


atque a furore animi paullatim intentionem ejus emollivit, ut quasi compatienti atque unanimo se crederet, & daret ei libellos legendos, quos Alexander composuerat. At ille singula, quæque advertens, ubi intellexit magis dolore congesta, quam fide suffulta, profundo consilio minuere paullatim invidiam tentamenti parricidalis, atque objectorum caussas in eos qui descripti fuerant, & maxime in Pheroram cœpit transfundere. Itaque ubi advertit regem a sua sententia non abhorrere: Considerandum, inquit, ne forte adolescens magis tantorum improborum insidiis appetitus apud te sit, quam tu ab adolescente. Quid enim caussæ erat, ut tuam appeteret vitam, cui regni honorem concesseras, regnandi jus reservabas & spem successionis? Quid enim appeteret, quod habebat? aut quemadmodum tantis muneribus ingratus foret? Quidve aliud ageret in tua nece, nisi ut suum affectaret periculum? quod te vivo metuere non posset, defuncto timeret, ab his utique a quibus etiam sub patre positus, propriæ salutis excidium perhorresceret. Paret ista ætas fallaciæ, facile decipitur, & fraudulentorum insidiis circumvenitur, vix resistit dolis ætas senilis: plerumque tamen & senum prudentia circumscribentium versutis insidiis irretitur. Ergo si maturior usus sæpe labefactatus est; quid mirum, si ætas immaturior adesse non potuit sibi, cum insidiantium catervis perurgeretur? Illos igitur perturbatores regiæ domus esse, illos incitatores adolescentium, seminatores discordiarum, qui in desperationem salutis deduxerint adolescentem, ut stomacho magis indulserit, & ultioni potius quam absolutioni intenderit, aliquid etiam impartierit commotioni. Quibus paullatim inflecti Herodes cœperat, & mollire indignationem circa Alexandrum. At vero in Pheroram commoveri vehementius, quod illis quatuor libellis ipse omnium flagitiorum minister, & totius scenæ architector exponebatur. Qui videns regem Archelao mentem inclinavisse suam, atque in eum præ ceteris præponderare gratiam interioris amicitiæ, ad ipsum se contulit, obsecrans ut animum sibi regis conciliatum redderet. Verum ille innexum plurimis scelerum vinculis, quibus evidenter regi paraſſe insidias convinceretur, atque appetiſſe adolescentem, nullam habere veniæ spem ajebat, nisi deposita inficiandi versutia, quæ objecta sibi fuerant, confiteri germano sui amanti, atque ab eodem poscere sibi indulgentiam non dubitaviſſet: hujusmodi se se actioni, quibus poſſet studiis, non defuturum. Mutata itaque veste, suffusis lacrymis, specie miserabili fratris inhærens vestigiis, orare veniam, improbitatem fateri, omnia de quibus argueretur, non abnuere, sed recognoscere dementiam sibi caussam fuisse tantæ prolapsionis, quo nimius in eo furor amore sibi dilectæ mulieris exæstuaſſet. Statuo itaque Pherora suorum flagitiorum accersitore pariter ac teste, tamquam pro mercede compositi, quod in usus suos caderet argumenti: Herodem Archelaus deprecabatur, ut naturæ contemplatione molliret iram, fratrique ignosceret, supra vindictam constituens jus naturæ. Nec mirum, si in maximis regnis, tamquam in magnis corporibus [1] sæpe aliqua membra ferveant, quæ non incidenda, sed mollioribus sint curanda medicamentis. Sibi quoque multo graviores compositas a germano insidias, sed remisiſſe se neceſſitudini quod debebatur dolori; ut quo magis pœnam levaret ingrati, eo amplius caussam gravaret. Cum hæc atque hujusmodi alia subtexeret, mitigavit quidem Herodem, ut germano remitteret, sed ipse tamquam inexorabilis genero manebat. Denique minitabatur, quod divelleret ab eo filiam, tantisque fremebat indignationis suæ motibus, ut ipse Herodes satis expiatum filij adversum se facinus arbitraretur, ultoremque suarum injuriarum rogaret, atque ipse pro reo suo, apud socerum interveniret, quo de integro renovaret nuptias. Perseverabat Archelaus, cui vellet Herodes alii nurum suam jungeret, præter Alexandrum: cujus etiam caussa uxor traduceretur, atque ea arte multo amplius impellebat Herodem, ut ille sibi filium redditum putaret, si conjugium ejus non solveretur: Quod ille uxorem impense diligeret, ex qua etiam filios suscepiſſet, dulces avo, gratos parentibus; hoc munus restituti sibi filii fore, quia non mediocri ex parte bona uxor viri sui reprimeret errores, aut compensaret officiis invidiam flagitiorum. Quæ si ab eo divelleretur, nullum remedium viro futurum, quin præceps in omne rueret nefas. Molliores enim fieri solere scelerum præsumtiones, quæ domesticis affectibus revocarentur. Vix tandem Archelaus inflexus, reconciliatur ipsi genero, atque eidem reconciliat patrem. Hoc consilio eripuit generum neci, ut pro mercede acciperet ejus absolutionem, dum condemnare se potius simulat, quam intervenire. Pro quo si intercedendum putaſſet, haud dubie nihil impetraſſet. Addidit oportere eum Romam pergere purgatum ab his, quæ pater in eo suspectaverat, quoniam omnia ipse scripsiſſet Cæsari. Quod æque compositum reor, ut hoc genere Alexander cum se purgaſſet, Cæsari commendaretur, atque Antipatri paratæ fratribus insidiæ patescerent.

CAPUT XLI.

Hoc consilio soluta factio & conversio facta in lætitiam: instauratur convivium in indicium initæ reconciliationis, cujus [2] auctores Archelaus septuaginta talenta, & sedile aureum gemmis insignitum: electi quoque eunuchi regali conferuntur magnificentia, & concubina (cui [3] Panichis nomen erat) dono datur, atque accipitur. Similiter & propinqui monitu regis, clarissimis donis Archelaum munerabantur, nec quisquam familiarium ejus exsors muneris fuit: quibus omnibus Herodes pro uniuscujusque meritis plurima impartiebat. Prosecutus est etiam cum potentibus suis usque ad urbem Syriæ splendidiſſimam, Antiochiam nomine, in regnum suum regredientem. Evaserat Alexander, nisi se immersiſſet in Judæam vir Archelai artibus longe exercitatior, Lacon genere, Eurycles nomine, nimie cupidus opum, earumque pro negotio contemtor, ubi majora potiundi spes refulgebat. Denique non contentus Laconicis facultatibus, in effusiones regias animum intenderat, venandique artifex Herodem [4] antiquis opimis adorsus muneribus, remunerationi ampliſſimæ locum paravit; longeque uberiora quam obtulerat, adeptus, tamen non satiabatur, nisi cruentis atque impiis factionibus gratiam sibi regis emercaretur. Itaque more quodam usuque Græcis familiari regem adulando, prædicandisque omnibus ejus, non solum quæ laudis aliena, sed etiam involuta vitiis forent, in intimam ejus

1. *Sæpe aliqua membra ferveant*] In vet. cod. *sæpe aliqua pars ferveat*. BARR.
2. *Auctores Archelaus*] Vet. cod. *auctori Archelao*. ID.
3. *Panichis*] Cod. vet. *Pannchis*. Josephus *Pannichis*; & per *y* scribi debet, quum veniat a dictione Græca quæ pernoctationem significat. ID.
4. *Antiquis*] Deest hæc dictio in mſ. In quibusdam paſſim legitur *Archelaus* pro *Antipater*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



amicitiam brevi pervenit, ut inter primos secretorum arbitros eligeretur: adstipulante etiam patriæ prærogativa, quod Spartiatas Judæi cognato sibi genere copulatos, pro fratribus habent. Is ubi regiæ domus vitia cognovit, suspectum animum patris, fratrumque inter se odia, novis artibus carum se omnibus simulans, quasi fidus singulis habebatur: sed pro ingenio regis aut munerum merito sua studia formabat, ut adjunctior esset Antipatro; Alexandrum dolis atque insidiis circumveniret, familiari specie utrumque exasperans: illum prærogativa ætatis regno debitum, istum materni generis præditum nobilitate, jure superiorem: neque cum vilissimæ corruptelæ pignore æquale illi consortium. Quibus captus Alexander, ut pote adolescentior, qui delectaretur his quæ dicerentur sibi, non perpenderet illa, quæ rursus de se apud Antipatrum componerentur, effudit se se mercenario Antipatri & proditori suo, aperuitque mentem lubrico ingenio affectuque incauto, patrem sibi auctorem malorum conquerens, qui matrem sibi eripuerit, regnum decoloraverit, quod sibi ab avo, veterisque prosapiæ infulis debitum cupiat avertere; fraudari legitimos jure successionis, præferri spurium stupri mercede: sed non diu quietura judicia Dei, ut qui uxorem innocentem necaverat, non etiam ipse propere parato per conjugem imperio defraudaretur. Quæ sine mora Lacon ad Antipatrum deferebat, circumvento etiam Aristobulo, ut ejusdem querimoniæ laqueis innecteretur, & pretio coacervata regi insinuabat, dicens; silentio se premere nequivisse tam immane facinus, & pro hospitii munere gratiam se lucis repræsentare, quam ereptum ire filii pergerent, quos nisi ipse simulatione consilii fidelioris revocavisset, jam dudum Alexandri gladio interfectum patrem, regnumque indignis heredibus vacuefactum. Neque Alexandro religioni esse parricidalem atrocitatem, qui maximi sceleris loco duceret, quod adhuc avi matrisque necem inultam haberet. Conveniri se ac perurgeri peremtorum querelis, ut tam atrox flagitium ulcisceretur. Deberi sibi inferias interfectorum exigi, successionemque eorum non oportere contaminari, ut ab eo qui majores eorum occiderat, regnum adipisceretur; renovaturum se judicia Cæsaris non simili ut ante, reverentia, sed ut Cæsar ipse cognosceret omnia secreta regis, quæsitas sanguine opes, provinciam labefactatam; [1] repertur um se ab inferis avum, matrisque acerbissimam necem demonstraturum, ut successor alienus in regnum regium subrogaretur. Excitaverat regem Eurycles: Antipater tamen parvi æstimans unius suggestionem, alios quoque accusatores fratribus subornabat, qui dicerent cum ducibus quondam equestris exercitus Jocundo & Tyranno sermonem initum, compositas regi insidias dolore [2] decessionis; in cervicibus periculum, nisi mature caveret. Denique non distulit Herodes, illicoque raptos severe interrogat; sed nihil illi, de quibus arguebantur, confessi reperiuntur. Et quia impune tam gravia simulabantur apud eum, qui criminum se vindicem profiteretur & negligentem calumniarum; non deerant, qui hujusmodi insidias machinarentur, quas acceptiores fore patri crederent. Nam & epistola prolata est, quasi ad castelli præpositum ab Alexandro & Aristobulo data, ut occiso rege, confugiendi sibi potestatem faceret, donec armis adversum se infestantes munirent, ceterisque subsidiis defensionem pararent. Excrucia-

A tur castelli præpositus, & nihil fatetur. Nihilominus tamen haud ullis affectati sceleris indiciis exstantibus, quasi rei Alexander & Aristobulus dantur custodiæ. Eurycles quinquaginta donatus talentis auctor salutis ac vitæ habetur. Dignum est, nec eum silere, qui Euryclis tempore in Judæam transmissus erat fidissimus amicorum Alexandri, quem rex quasi conscium tentamentorum illius interrogandum putavit: utrum ne congruerent, quæ Spartiates de adolescentibus nuntiavisset. Verum ille nihil se de illis quidquam ejusmodi cognovisse, sacramento interposito fidem fecit: sed adolescentibus nihil profuit. A se quæstionem depulit, ne minueret delationis invidiam, & evacuaret Eury- B clis fraudulentiam, si severius interrogatus negaret. Quasi indignus igitur cui crederetur, ab Herode excluditur. Bonus enim pater accusari filios libenter audiebat, non sinebat defendi: delectabatur, cum appeterentur; offendebatur, si purgarentur. Denique [3] Spartes ditatus regalibus præmiis, ubi tamen Achaiam attigit, calumniarum pretium luit. Salome cum purgare se se nequiret, quod Sylæo Arabi pepegisset nuptias, ubi generi secretum prodidit, monentis ut consuleret sibi quo fratris commotionem evaderet, eo quod spe futuræ conjunctionis consilia regis Arabis annuntiare suspecta accerseretur, delicti gratiam meruit, & omnem sævitiæ regalis in adolescentes procellam intorsit, quo ul- C timo atque inevitabili naufragio demersi pœnas dederunt. Vinciuntur itaque, & quod ipsis erat durius vinculis, a se fratres separantur: missisque Volumnio militiæ magistro, atque Olympio ex amicis regiis viro arguuntur apud Cæsarem: at ille offensus licet, quia filiorum supplicia pater poscebat, negandum tamen patri non arbitratus potestatem, in liberos suos dedit licentiam, sed consilium adjunxit: afferens melius consulturum, si proximorum regis eorumque qui præessent provinciis, concilium congregaretur, & judicio communi procederet interrogatio: utrum ne aliquæ patri insidiæ paratæ a filiis forent: & si convincerentur intentati parricidii, ferirentur: sin vero fugæ aut levio- D ris culpæ arguerentur, esset vindicta moderatior. Hac permissa sibi Herodes parricidii potestate, sed judicii conditione etiam moderationis admonitus, ad urbem illico Berithon properat, quam judicio celebrando Cæsar præscripserat. Conveniunt præsules provinciarum secundum scripta ad se data a principe Romano Cæsare. Saturninus legatique considunt, inter quos & procurator Volumnius: deinde cognati amicique regis, Salome etiam & Pheroras, & Syriæ primores. Archelaus solus excipitur [4] ex Cappadocia, suspectæ in generum arcessitus gratiæ, cum accusatores adolescentium insidiatoresque judicium repræsentarent. Sed quæ judicii species, ubi rei adesse sibi non permittebantur, & E absentes accusabantur? Advertebat enim Herodes, quoniam si tantummodo viderentur, prona hominum conditione ad misericordiam illico absolverentur: maxime ubi naturalis esset gratiæ prærogativa. Deinde si ulla copia defensionis Alexandro permitteretur, quod objecta facile dissolveret. Itaque relegatis illis in vicum Sidoniorum, quasi in præsentes accusatio dirigebatur. Objiciebantur a patre insidiæ sibi paratæ; nulla probatio deferebatur, nulla indicia tentamentorum: hærebat accusator, quem nullus redarguebat. [5] Destitutos undique congregabat invidiam contumeliarum, injuriarum genera, quæ

1. *Reperturum*] *Repetiturum*. BARK.
2. *Decessionis*] Cod. vet. adscriptum habuit *successionis*. ID.
3. *Spartes*] *Spartiates*, ID.
4. *Ex Cappadocia*] *Rex Cappadociæ*. ID.
5. *Destitutos*] Al. *destitutis*: aut si mavis *in destitutos*, minus offensionis habeict oratio. ID.

graviora morte ab his qui considerant æstimarentur. Sed nemo discutiebat, nemo examinare audebat, quod a patre arguebatur, a rege imperabatur. Præjudicabat pietatis species, terrebat jus potestatis, interrogabat sententias securus victoriæ, nescius quod in ejusmodi judicio ærumnosior esset qui vinceret, quam illi qui tam acerbe addicerentur. Saturninus condemnat adolescentes, quia aliud non licebat. Sed moderatur sententiam, cavendum asserens, ne peremtis duobus ex tribus fratribus, tertio fratri adscriberetur mors duorum. Timide quidem: sed caussam locutus est, quod ille esset fratribus auctor periculi. Secuti sunt eum pauci ex pluribus. Volumnius autem funesta immurmurat, & post eum omnes [1] volente rege, tali auctore pensantes mortis sententiam, diverso quidem affectu, sed pari sorte expromunt, quibus hoc aut adulatio extorserat aut odium infuderat, ut aut regis affectaretur gratia, aut parricidæ crudelitas graviore pœna afficeretur, qui in victoria sua, tam amarum de se triumphum reportavisset. Nemo tamen quasi factum horruit, & quasi commotus pronuntiavit. Scenæ enim species erat, non judicii disciplina condemnare absentes, condemnare sine teste, sine indice, solo naturæ privilegio, quod ad salutem magis quam ad periculum derivari soleret. Stupebat omnis Syria atque omnis Judæa, & attonitis mentibus tantæ tragœdiæ finis exspectabatur. Quamvis etiam nota esset Herodis crudelitas, nemo tamen credere poterat, quod usque ad parricidium perseveraret. At in illo effera vis animi nec mari, nec terra cohibebatur. Itaque tamquam usu triumphantium, ut per diversa filios traheret, Tyrum urbem inclytam petit, inde in Cæsaream transmittit, navigio spectaculum miserum parricidii circumferens, donec color ullus acerbissimæ necis filiis inveniretur. Movebatur omnis exercitus, sed metu indignationem premebat. Erat in exercitu regio veteris militiæ vir Tyro nomine, filium habens conjunctum Alexandro, indulgentissimus pater, atque ob ea pignori carus, quoniam popularis quædam pietatis est gratia, & maxime in suos illex dilectionis. Circa adolescentes quoque filios regis studio propensior, quod ab his suus filius diligeretur. Qui supra modum concepta indignatione, turbatus animi vociferari cœpit: opprimi justitiam, veritatem excludi, aboleri religionem, confundi jura necessitudinum, naturæ gratiam, superfluere iniquitates. Ad postremum in os ipsius regis progrediens, ingerebat miserum esse illum, qui adversum filios suos credendum improbissimis arbitraretur: Pheroram & Salomen consilii arbitros regis. Quam fidem ab his referri posse, qui se condemnatos capitis a rege frequentissime recognoscebant, aut quid eos aliud agere, nisi consulere vindictæ ut destitutus idoneis successoribus ad unum inclinaret ceteris infirmiorem? Qui facile subduceretur, quod ipse regius exercitus odio persecuturus esset eum, cui mors soluta esset fratrum duorum. Neminem esse quem non innoxiæ ætatis tangeret misericordia. Plerosque autem ducum indignationem suam non jam premere, sed divulgare. Quorum vocabula locutus, finem dicendi fecit. Quibus illico cum Tyrone correptis, Tryphon ex ministris aulæ regiæ, cui tondendi ars atque usus suppeditaret, subito quadam animi vanitate indicium sui facit compositum a Tyrone asserens, sibique persuasum, ut cum ex more barbam Herodi raderet, novaculam gutturi ejus imprimeret, quo perageret necem: idque ei maximo emolumento fore, quod de muneribus Alexandri polliceretur. Statuitur Tyro cum filio; exercetur deinde simul quæstio. Negantibus illis, isto nihil amplius deferente, cum deesset manifesta rerum fides, nullum suppeteret argumentum, nullum indicium documentorum, Tyro jubetur vehementioribus tormentis excruciari. Tunc miseratus filius supplicia patris, spondet aperturum se omnia, si patris salus sibi condonaretur; atque a rege promissa venia suggerit, quod impulsus ab Alexandro, pater necem regi parasset. Idque plerique ad tempus compositum rati, ut tali pignoris indicio Tyroni consuleretur: alii pro vero edictum loquebantur. Sed Herodes dubia pro certis adjudicavit, tamquam metuens, ne parricidii sibi facultas periret. Convocato itaque populo, & congregatis ducibus, de insidiis deprehensis motu gravissimo promit querelam, atque in mortem eorum plebem excitat: ibique Tyro cum filio pariter atque tonsore, saxis ac fustibus interficiuntur.

CAPUT XLII.

Alexander quoque & Aristobulus missi ad urbem Sebasten quæ non longe aberat ab urbe Cæsarea, strangulantur imperio patris. Hunc finem habuere filii Mariamnes, quorum interitu non longum lætatus, successionem sibi remotis illis Antipater haud dubie blandiebatur: sed in eum totius gentis mox non leve odium exarsit, quia apud omnes patebat ejus factione fratres occubuisse. Successit etiam non mediocris timor consideranti, quam multiplex in dies adolesceret interfectorum prosapia, cum Alexander ex Glaphyra genitos sibi Tigranem & Alexandrum filios dereliquisset, Aristobulo ex Beronice Salomes filia, Herodes & Agrippa atque Aristobulus superstites manerent: Herodias quoque & Mariamne, filiæ, quas sexus non impediret, & regni cupido exagitaret. Queis rebus perterritus Antipater, in fraude ac versutia spem constituere, & donis & muneribus singulos sibi magis magisque oppignerare, etiam amicos & domesticos Cæsaris illicere ad sui gratiam pretio tentabat. Sed contra illi etiam, quæ domi erant, in adversum sedebant. Nam rex paullatim processu temporis erga nepotes suos Alexandro & Aristobulo genitos molliebatur, & facti pœnitentiam prætendebat, cum eorum quorum parentes occiderat, misereretur. Denique congregatis amicis & proximis suis, quadam die lacrymis suffusus ora, dixit ad eos: Video mihi ætatem procedere, & sine lacrymis aspicere non possum parvulos hos infelicium germina patrum, quibus ego sum auctor doloris, ne pejore eos derelinquam conditione, quam parentes abstuli: sed illos mihi quædam eripuit ærumna; hos mihi magis magisque commendat natura & misericordia: altera, quia nepotes; altera, quia destituti parentibus sunt. Erraverunt in patrem filii, quid fecerunt avo nepotes? Satis infelix pater fui; avus esse debeo solicitior. Tentabo post me consulere nepotibus, utinam & in filiis mihi consuluissem: verum in illos communis hostis atque inimici obrepserit

1. *Volente rege*] Ms. *volentiam regis*. Id. — Gronovius *Monobib.* pag. 115. ex membranis suis optime restituit *volentia regi*. Iterum infra cap. XLIV. *Credidit itaque magis volentia*. Nimirum *Excidii* auctor Ambrosius eadem phrasi utitur in epist. XXIV. ad Valentinianum n. 1. *Satis enim*, inquit, *claruit eo ipso quod aliquot dies retentus sum intra Gallias, me* VOLENTIA MAXIMO *non recepisse* cet. Quod quidem & Sallustio & Tacito debet Ambrosius: quorum ille *Volentia plebi facere* dixit: alter *Plebi volentia fuere*; & alibi, *Muciano volentia rescripsere*. MAZOCH. l. c. pag. 807.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

fraudulentia. Cavendum est quoque, ne hos illorum involvant pericula, atque uno vulnere simul filios amiserim, & nepotes [1] perdiderim. Provideamus his defensores, quibus ademimus: desponsabo itaque seniori ex filiis Alexandri tuam mi Pherora filiam, & te ei constituam patrem: tuo autem, Antipater, filio Aristobuli filiam, ut hoc modo fias pupillæ pater. Germanam quoque ejus accipiet Herodes meus, ex Mariamne Hyrcani susceptus, filiam: hæc, inquit, est mea sententia, ut invicem sibi coeunte copula jungantur posteritatis meæ successiones; quo nemo suspectus alteri sit, & ipse tranquillioribus oculis videam nepotes meos, quam vidi eorum parentes. Quibus dictis, junxit memoratorum dexteras, & osculatus singulos, illacrymavit. Quod Antipater, lætantibus aliis, ita graviter accepit, ut statim dolorem suum etiam vultu proderet, haud mediocri constrictus solicitudine, quod Alexandri filiis Archelai regis & Pheroræ qui tetrarchiam tenebat, suffragia suppetere cerneret ceteris validiora. Advertebat odia sui crescere, nepotibus autem adstipulari misericordiam. Nec poterat Aristobuli filiam recipere domo, ne sceleris indicium diuturnis ejus aspectibus offenderetur. Adire non audebat patrem, ne ad omnes mobilem suspiciones exagitaret, si complacitarum fœdera nuptiarum solvenda existimaret. Subtiliter tamen præsumsit orare, ut consuleret ei pater, ne adversus duorum potentium opes regis & tetrarchæ nudo regni nomine invalidus exponeretur. Foveret certe honorem, quem confœderandum filio judicaret, ne species regni ad eum, potestas ad illos perveniret. Neque vero solos Alexandri atque Aristobuli filios suspectos habebat, sed omnes obstare sibi arbitrabatur: quicumque ex diversis Herodis conjugibus competere vel taciti videbantur regni successionem, quorum frequens numerus erat. Novem etenim mulieres regali conjugio potiebantur: ex his duæ tantum sine liberis erant; ceteris soboles suppetebant. Antipater Dosidem attollebat parentem, Herodes Mariamnem, Antipas & Archelaus Mathatis erant filii Samaritanæ, & filia Olympias, quæ Josippo jure connubii sociabatur. Cleopatra quoque Hierosolymitana Herodem & Philippum genuerat Herodi: Pallas Phaselum. Erant quoque etiam aliæ regi filiæ, Roxane & Salome; quarum uni Phædra erat mater, Helphis alteri. Supererant etiam Alexandri & Aristobuli germanæ sorores, quas Mariamne ex Herode susceperat, sicut supra memoravimus. Multiplicem itaque generationem Herodis metuens Antipater, ægre licet atque in primis tentamentis multum rege commoto, quod destitutis paterno auxilio nepotibus invideret dispositas copularum societates: ad postremum [2] tantum effecit, ut sibi Aristobuli filia, atque ex ipso genitus Pheroræ parentis sui filiæ conjungeretur: tantum adulatione prævaluit, ut pactas nuptias solveret. Contra autem Salome, cum vellet Sylæo nubere, ne suffragio quidem [3] Lybiæ quæ uxor erat Cæsaris, potuit de fratre impetrare: sed invita Alexandro cuidam ex amicis regis in nuptias convenit. Subversis itaque dispositionibus regis, Antipater quasi is qui ut voluerat sibi consuluisset, exsultabat animo, & superabat omnes versutia. Odium tamen nullo modo comprimere poterat, sed accendebat, quoniam affectabat terrore sibi munimentum parare. Conjunxerat autem sibi cooperarium factionum suarum Pheroram patris germanum, quem Herodes non multo post recusantem, ab uxore propria divellit; cui ob injurias quas ea mulier Dosidi conjugi ejus intulerat, infestior habebatur, domoque expulit. Pheroras autem amplexatus injuriam, in partes suas concessit, quibus ut tetrarcha præsidebat: ea sane mentis intentione, ut ad Herodem viventem numquam reverteretur. Denique nec tunc quidem, cum eum ægritudine gravi affectum comperisset, & frequenter orantem, ut ad se se veniret, quod ei quædam quasi moriturus committenda arbitraretur, visitandum existimaverit. Qua perculsus licet injuria, rex ubi præter spem incommodum depulit, tamen fraterno affectu venit ad eum, ubi ægrum comperit, & sedulo compatiebatur, & defunctum Hierosolymam transtulit, & magno fletu celebrique pompa funus curavit. Nec tamen his indiciis sedulæ caritatis conceptam exclusit opinionem, quod eum frater veneno appetisset: Ita erat etiam in suos crudelis; nec difficilis fides rerum, quod potuerit fratrem occidere, qui filios interemisset.

CAPUT XLIII.

HUnc itaque unus de interfectoribus Alexandri & Aristobuli improbitatis suæ finem invenit, a quo exordium sumens, in Antipatrum pœna transivit sceleris auctorem. Namque libertorum querelis qui patronum suum veneno interfectum afferrent, stimulatus Herodes, dum solicitius quærit, cognito quia ab uxore de succis Arabiæ accepisset Pheroras poculum quod amatorium putaretur, idque venenum fuisse, quod Sylæi studio traditum, & illico in pestem conversum, in plurimorum quæstionem tetendit. Unde quædam inter tormenta de ancillulis exclamavit, ut Deus omnipotens in matrem Antipatri omnia supplicia transferret, universorum arbitram flagitiorum; per ipsam occultos conventus Antipatri ac Pheroræ diu noctuque exercitas potationes usque ad temulentiam, ut a convivio regis recipientibus se se, totis noctibus biberetur. Quod non otiosum nec conjurationis vacuum tentamentorum, remotis præsertim servulis & ministris jure suspectabatur, magnumque vinculum connexionis & conspirationis indicium tam diuturnæ moræ, quæ regibus suspectior in solitudinis secreto & noctis silentio: Ibi compositum, ut Antipater Romam peteret, Pheroras [4] in Petram pergeret: Quod frequenter inter se conferre soliti prodebantur, eo quod post Alexandrum & Aristobulum, in ipsorum necem se se Herodes conversurus foret; miseros se qui putassent, quod Herodes in illis parricidales cogitationes odisset, qui regni heredes persequebatur: Sublatos esse non potestatis æmulos, sed consortes miseriarum, in se periculum [5] omnium & odia transisse, ne mulierum quidem parciturum sexui, qui dilectæ sibi Mariamnæ, atque ex ea [6] genitæ non pepercisset. Nullum sibi aliud remedium, nisi ut longius aliquo secederent: quo tantæ bestiæ furori vel fuga eximerentur. Adjiciebantur crebræ apud matrem Antipatri conquestiones deplorantis, ardere se invidia regalis successionis, cum sævitia regni super ipsum præcipue incubuerit: ut jam sustinere non queat, ultimis [7] deditus obsequiis, & postremis urgeri periculis. Nec solum regnandi jus sibi periisse, sed vivendi quoque curricula convoluta temporum. Ætatem sibi matu-

1. *Perdiderim*] *Perculerim*. BARR.
2. *Tantum*] *Tamen*. ID. 3. *Lybiæ*] *Liviæ*. ID.
4. *In Petram*] Vet. cod. *in Peræam*, rectius. Nam Josephus trans flumen Peræam describit lib. III. *de Bell.* cap. II. & ipsemet auctor infra lib. II. cap. IX. ID.
5. *Peric. omnium*] *Peric. omne*. ID.
6. *Genitæ*] *Genitis*. ID.
7. *Deditus*] *Debitum*. Et mox, *curricula evoluta*. ID.

riorem, incanuiſſe jam verticem; contra autem juveneſcere patrem, fruſtra ſperari ejus hereditatem, qui fortaſſe etiam ſuperſtes heredi tamdiu reſervaretur. Quod autem emolumentum ſucceſſionis ſibi futurum longævo heredi, cui tam multiplex Alexandri atque Ariſtobuli ſoboles, velut quædam hydra renatis quæ amputata fuerant, capitibus regerminaret? Ex teſtamento patris etiam jam jus commune ereptum, ut data ſpe regnandi, cujus ad tempus vicarius foret, non aliquem ex ſuis filiis in ſuum imperium [1] ſuſtinere: ſed Herodi Mariamnes filio neceſſe haberet regnum refundere. Itaque non ad fructum ſibi regni ſpem datam, ſed ad periculum, ut eſſet deceſſori ſuſpectus, ſucceſſori gravis. Poſtremo ipſum regem longa ſenectute vividum & intentum cædibus ſuorum, ſui eſſe teſtamenti exſecutorem: ut nemo ſupereſſet qui poſſet ſuccedere, ferri odio gravi in filios, nec in fratrem minore, qui ſibi [2] dederat centum talenta, nec cum patruo ſuo ſermonem haberet. Et reſpondente Pherora: In quo enim eum læſimus? Num etiam ipſe ſucceſſor ſum? retuliſſe Antipatrum, nonnullas habere eum cauſſas offenſionis. Utinam amiſſis omnibus, liceret offenſioni ſe ipſum componere: feram eſſe beſtiam, quæ ne mortibus quidem ſatiaretur, nec poſſet perpeti ullam inter propinquos caritatem manere. Atque utinam amiſſis omnibus liceret, ut nudi eum tantummodo viventes evaderemus, ſed impoſſibile. Ideoque ſibi occulta ad tempus colloquia. Neceſſarium autem fore tempus, quo uterentur virili mentis vigore, & conſilii vivacitate, dexteræ quoque vindicis miniſterio. Hæc a mancipiis in ſupplicio poſitis reſpondebantur, & mancipio credebat Herodes, maxime quia de centum talentis ſoli Antipatro dixerat, nec ullus ſermonis ejus adfuerat interpres. Succenſus itaque indignatione, rapit ad ſupplicium pleroſque & innoxios, ne quis de obnoxiis relinqueretur. Acceſſitur ad ſupplicia Antipater Samaritanus, eo quod eſſet Antipatri procurator, & diverſis excruciatur modis. Prodit quæſtio, miſſum ex Ægypto venenum per Antiphili quemdam conturbernalem, idque ab illo datum Theudioni amico Antipatri, per ipſum Pheroræ redditum, cui regis filius Antipater exſecutionem commiſerat, ut dum ipſe in urbe Roma degeret, pater ejus Herodes exſtingueretur. Quo tempore nulla de abſente [3] paratæ necis ſuſpicio foret: ſed Pheroras cum in tempore venenum acceptum uxori propriæ commendaviſſet, recurrit altera in uxorem Pheroræ veneni invidia: jubet illico rex Pheroræ uxorem venenum deferre. Egreditur mulier quaſi perlatura quod petebatur, & ſe ſe de faſtigio præcipitat ædificiorum, quo gemini pondus criminis evitaret, atque obitu præveniret indicium rei & quæſtionis acerbitatem. Sed quia maturabatur Antipatro feralis ultio parricidii, non ſupra verticem capitis ruit, quo caſu facile exſtingueretur, ſed in aliam partem corporis decidit, ut mors protelaretur: conſopita erat tamen atque attonita mulier, quia ex alto deciderat loco. Jubet eam paullisper recreari Herodes donec ad ſe rediret: ſpondet veniam, ſi ſimpliciter aperiret geſtorum ordinem: Non de nihilo eſſe, quod ſe ſe præcipitaverit; ſed magni criminis conſciam, compendium ſup-

A plicii quæſiſſe: Impunita ſibi omnia flagitia confitenti fore: at infitianti acervanda ſupplicia, ipſam quoque ſepulturam negandam. At illa ubi ſe reſumſit paullulum: Et cui, inquit, adhuc ego ſecretorum ſervabo [4] ſilentia, Pherora mortuo? Illi enim debui fidem tacendi, pro quo ſupplicia non recuſarem, ſi neceſſaria forent: Sed ille nunc liber a cruciatibus, & ſi [5] veniabilis erroris correctio eſt, liber a culpa. Quid igitur involvere veritatem mendaciis [6] cogitem, ut Antipatro morem geram? Parcam ergo illi, non parcam mihi? Egregiam ergo mercedem debemus viro, qui nos omnes ſceleribus ſuis in hæc ſupplicia deduxit. Audi rex, Deo præſule, qui ſolus mihi veritatis arbiter eſt: propoſui enim B nihil fallere: audi inquam, ſed prius repete, quemadmodum aſſederis lacrymans germano periclitanti, ut impleveris omnia circa Pheroram munia [7] pia germanitatis: quibus ille inflexus, ubi diſceſſiſti, continuo me ad ſe ſe vocavit, & ait: Non exiguum ego mulier a fratris affectu & ſtudio deerravi, qui ſic oderam amantem mei, & volebam occidere tam impatientem doloris in periculis meis: ferre ille non poteſt fortuitum, quod ego urgebam indebitum: circumventus ſum fateor Antipatri dolis, ſed [8] cogitationis ejus ego pretium fero: tu quod habes ab eo venenum relictum, mihi cito perfer, & ſub meis oculis effunde, ut vel ad inferos non feram animum parricidalem: pœnituiſſe, C correctionis ſit, quod criminoſum eſt præparaviſſe: Cito, inquam, mulier; ut vel mortem præveniam, quoniam culpam nequivi. Tum ego detuli venenum, & in conſpectu ejus exinanivi, parum tamen ex eo reſervavi mihi, quæ te metuerem, ut eſſet remedium ſi proderetur paratum ad hos uſus venenum. His dictis pyxidem cum eo quod reſederat veneni, protulit: ſubjicitur quæſtioni mater Antiphili & [9] fratres ipſius. Confitentur ex Ægypto Antiphilum detuliſſe pyxidem plenam veneno, quod ille accepiſſet a fratre qui Alexandriæ commoraretur ſub medicinæ profeſſore. Deprehenditur etiam Mariamnes filia pontificis inſidiarum conſcia, quæ pararentur marito, idque fratribus ejus D inter ſupplicia confitentibus manifeſtatur. Unde Herodes junior maternæ audaciæ pretium luit, quem in regni ſucceſſionem Antipatro ſubſtitutum idem [10] quem ſubrogaverat pater, de teſtamento delendum putavit. Et hic quidem non mediocris error Herodis ſenioris, ut ulterius flagitio deprehenſo, alter mulctaretur. Sed etiam Herodis junioris non injuſta mulctatio: nam divinitus præcautum videtur, ut licet nondum facti ſui merito, tamen ob pretium futuræ improbitatis regno abdicaretur. Nam quis eum regem perpeti potuiſſet, qui tetrarcha tam inſolens fuit, ut tolerari nequiret? Adjicitur etiam aliud veneficii genus, quod Bathillus Antipatri libertus Pheroræ & ejus uxori detulit, E compoſitum ex ſuccis ſerpentum, & veneno aſpidum, ut ſi primum non convaluiſſet ad mortem Herodis, ſecundo uterentur.

1. *Suſtinere*] *Subſtitueret*. Barr.
2. *Dederat*] *Dederit*. Id.
3. *Paratæ*] *Patratæ*. Id.
4. *Silentia*] *Silentium*. Id.
5. *Veniabilis*] Pro *venia digni*: ut *venialis* apud Macrobium. Id.
6. *Cogitem, ut Antip.*] Cogit? *an ut Antipatro morem geram?* Id.
7. *Pia germ.*] *Piæ germ.* Id.
8. *Cogitationis*] Vet. cod. *contagionis*. Mox vero, *pretium feram*. Id.
9. *Fratres*] *Frater* rectius ex vet. codice, & Joſepho lib. I. *de Bell.* cap. XIX. Id.
10. *Quem*] *Qui*. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

CAPUT XLIV.

Reperiuntur etiam litteræ adversus Archelaum & Philippum fratres compositæ: hi regis erant filii, qui Romæ instituebantur, quos Antipater ea vel maxime caussa appetebat, quod videbat non mediocri præditos sapientia, super quos rex patrium animum reclinabat. Denique evocaverat eos litteris, ut maturius domum regrederentur. Obstare itaque eos suis utilitatibus Antipater arbitrabatur, atque incumbere suis artibus, ut spe adolescentium simulata, omnia factionis suæ studia obumbrarentur. Componit itaque epistolas nomine virorum potentium, quos Romæ [1] positos in suam amicitiam illexerat: aliis quoque pretio extortum, ut scriberent, quod adolescentes infestis patrem odiis urgerent, & nimio quæstu mortem Alexandri & Aristobuli deplorarent. Et cum hujusmodi epistolas clandestinis artibus per aulicos sceleris sui ministros, patri ingereret, eadem versutia, qua supra simulabat fratrum intercessorem, ut prætento pietatis patrocinio, impietatis subtexeret parricidium. Quibus omnibus in medium deductis cum quæstionibus, patris vita, epistolis, mors fratrum appetita evidentissime panderetur: [2] consilium diffinitur, de auctore supplicium sumendum, qui posteriora prodidisset calumnia, quod germanos suos non quasi parricidas, sed quasi legitimæ successionis æmulos persequeretur: non quo patrem defenderet, sed ne consortem regni haberet. Interea cum septem mensium curricula inter documenta flagitiorum, & reditum Antipatri concluderentur, nulla innotuere Antipatro indicia rerum gestarum tanta circa eum universorum odia fervebant. Incertus igitur omnium, scribit ex urbe Roma continuo se adfore, summoque se honore dimissum a Cæsare: quibus litteris lectis, rescribit Herodes maturato eum contendere oportere, securum affectus paterni, cui non solum nihil imminutum per absentiam foret, verum etiam tanta accederet gratia, ut ejus contuitu matris offensa minueretur. Nam iterum domo eam deprehensam in artes filii consentire, consortio exutam regiæ liberalitatis compendiis eliminaverat, cui se remissurum indignationem scriptorum specie manifestaret, metuens ne comperta matris expulsione, suspiciones suas Antipater ad cavendum exsuscitaret. Adveniens itaque, Tarenti primum de Pheroræ obitu cognovit, ibique luctum magnum exercuit, quod a quibusdam pietatis affectui datum, eo quod patrui mortem impatienter doleret. Ille autem ministrum ausi parricidalis sibi sublatum ingemiscebat, nec solum non processisse sceleris apparatum, verum etiam venenum se dedisse terrori erat, ne [3] quomodo ad cognitionem Regis perveniret, & ille scenam criminis publicaret. Transit itaque in portum Cæsareæ haudquaquam vacuus gravioris curæ ac sollicitudinis, cum [4] ei etiam mater non mediocre præjudicium condemnatæ sobolis daret. Sed urgentibus amicis, qui patriæ cupiditate postponenda omnia quæ Antipatro conducerent, arbitrarentur: [5] denique exspectato ejus ingenio, quo vel aversum patrem a sui gratia facile consiliis suis flectere solitus erat, hortantibus ut se se patri & prædestinato sibi regno ocius repræsentaret, quod nemo auderet eo præsente contra niti: sed occasio absentiæ

A ejus sola arserit, ut averti posse ab eo regis animus æstimaretur. Et ideo præveniendum mature, ne demorando magis aut desiderantem offenderet, aut suspectum exacerbaret, cum diffidentiam sui proderet. Credidit itaque magis [6] volentia quam necessaria suadentibus. Verum ubi portum ingressus est, neque quemquam sibi obvium circumspectavit, & quasi pestem aliquam sensit suam præsentiam declinari, in summa locorum frequentia maximam solitudinem, cum occurrere nemo auderet: metuentibus aliis, aliis adversantibus, etenim id temporis & odia quo minus se tegerent, auctoritatem acceperant, reputare secum scelera sua cœpit, & conscientiæ stimulis exagitari, nullum fugæ locum neque evadendi subsidium sibi relictum: circumventum se velut quibusdam retibus & captum teneri: B fiduciam omnem assumsit ex impudentia, ut dissimulatis omnibus improvisum se patri offerret, in amplexum rueret, pietatis officia prætenderet. Verum ille extensis manibus ingerentem se se repellens & reclinans caput ne parricidæ osculo contingeretur, exclamavit & hoc esse amentiæ parricidalis, ut amplexum petas, cui invisum te recognoscis, ut horrore tui afficias patrem, & contactu noxii corporis vivendi suavitatem extorqueas. Ne igitur contigeris, ne attaminaveris, quem scelere petisti. Purga certe prius si potes, deprehensa dilue: judicium non refugiam, nec audientiam tibi negari patiar, C nec mihi ipse assumam cognitionem, nec argumentandi tibi occasionem relinquam. Opportune adest Varus, apud quem defensionem tui prepara. Nec differendi locus: crastina die, quamvis dolis & fraudibus præditus, habes purgandi tui copiam. At ille obstupefactus tantæ commotionis pavore, nil est ausus referre, nec potuit: sed egressus foras fluctuabat animo, quod nihil omnino ex his quæ gesta erant & prodita, apud patrem compererat. Advenientes autem ad eum postea mater & uxor aperuerunt omnia. Quibus cognitis, se se colligere ac præparare animo cœpit, quibus modis criminationi occurreret, confessionem extenuaret. Sequenti die congregantur omnes regis propinqui & amici Antipatri: D interfunt examini universi: qui diversa de Antipatro prodiderant induci præcipiuntur. Leguntur etiam epistolæ matris Antipatri, in quibus illa ad filium scripserat, ut cognosceret proditam patri suorum scenam flagitiorum: nequaquam eum debere adesse, nisi a Cæsare aliqua manus accerseretur, cujus se præsidio circumvallaret, neque se judicio committeret, qui tantorum confessionibus appetebatur, sed armis muniret. His ad superiora additis, ingressus Antipater, & se se ad vestigia dejiciens patris obsecrat, ne se prædamnatum haberet; confidere se, si deferatur audientia, vacuum criminis fore, si pater vellet: jubet pater silere, atque eum istiusmodi sermone prævenit: Quod nulli justo veniabilis E nequitia Antipatri possit videri satis certum est, sed eo magis gravari me apud te Vare arbitror. Vereor enim, ne etiam me oderis, qui parricidas generavi filios, quibus non posset etiam parcere pater: licet hoc quoque miserandus magis sim ita, quod & tales amavi. Sed de illis taceo quos ipse exasperavi, & justas adversus hunc allegationes eorum respui. Nullas enim hi adversum me habuerunt caussas doloris, nisi quod his Antipater præferebatur, & consortii regalis prærogati-

1. *Positos*] *Positus*. BARR.
2. *Consilium*] *Concilio*. Et mox *posteriore*, ID.
3. *Quomodo*] *Quoque modo*. ID.
4. *Ei et.*] *Ejecta &c.* ID.
5. *Denique exspectato*] *Deinde experto*. Et paullo post *arviserit* pro *arserit*. ID.

6. *Volentia*] Sic rectissime Gronovii membranæ. At editio prima cum sequentibus *volenda*, quod margo editionum mutat in *violentia*, ut sit a recto *violens*. Sed nullus heic violentiæ locus. MAZOCH. l. c. pag. 807. Vid. in hanc vocem superius adnotata ad caput XLI.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



vam acceperat, qui natus [1] regno non erat: putabam tamen quod majorem natu minoribus ad tutelam adsciscerem. Sed hostem induxi qui invideret nobilioribus, excitaret puerulos, infirmos circumveniret, incautos proderet. Lapsos non nego, sed eos excusari potius, quam urgeri oportuit. Antipater hic mihi & illos abstulit, hic mihi & illos fieri insidiatores compulit. Dolui fateor, quod ii quibus regni spem dederam, quibus successionem reservaveram, adversum me improba machinarentur: sed nunc non patrem, sed Antipatrum oderant. Perierunt itaque ad dolorem patri, Antipatro ad fructum. Quæris Vare, quis eos occiderit? Cognosce cui mors eorum profecerit. [2] Vacua est domus novercæ filio, patuit aula uni ad succedendum, quæ multos successores habebat. Nec expletus est morte fratrum cruentus animus & mens impia. Postquam non habuit fratres quos odisset, patrem persequebatur. Reputo mecum, qui huic munimentum hereditatis paravi: visus sum & [3] ipse diu vivere decessionem fastidienti: docui quid vellet, cui successionis competitores ademeram: morantem non passus est: nec exspectavit regnum, nisi ut parricidio adipisceretur. Reddidit mihi vicem, quia projectum collegeram, & prætuleram nobilioribus. Cui enim tantum ex illis, quantum huic contuli? cui ipse vivens potestate cesseram, testamento aperto heredem designaveram, quod solet esse periculosum regibus, ut aliquis se successurum noverit. Quinquaginta in fructibus talenta concessi, trecenta Romam proficiscenti dedi: commendavi Cæsari quasi solum filium: nihil mihi reservavi, quod deberem parricidam timere: sed hoc eum magis ad parricidium armavit, quod se meis beneficiis superiorem videret. Quid tantum sceleris commiserunt fratres ejus, quos ad mortem coegit? Aut quæ istiusmodi adversum illos indicia detecta, qualia istius deprehenduntur? Sed interrumpere atque obstrepere audet parricida & dolis tentat veritatem involvere? Caveas Vare, admoneo, caveas simulatas ejus lacrymas, & gemitus arte compositos, nec ullo expressos dolore. Hic est qui mihi pietatis affectum abstulit, cum a ficto metu cavendum admoneret Alexandrum, cum illo mentes plurimorum convenire, afferens non temere committendam universis præsentiam meam. Simulabat se circumspectare omnia, usque ad lectum deducere, discutere atque examinare singulos. Hic erat somni dispensator & minister securitatis, in quo ego solatium constituebam, atque ejus officiis levabam de interfectis dolorem: arbitrabar quod & illos mihi redderet, mærorem auferret, pietatem obtenderet. Hic erat protector meus, cui credebam corporis senilis custodiam. Quomodo vivam nescio, quomodo tantum insidiatorem evaserim, quibus me circumvenerat delinimentis, quibus fraudibus vinctum tenebat, ut soli huic me crederem, quem solum caveri oportuit. Incredibile mihi est quod evasi, nec vivere mihi videor, sed somnium puto. Quis enim crederet, aut illum tam ingratum futurum, cui in me potestatem omnem commiseram, aut me posse evadere, si Antipater nollet? Tutiorem tamen gratia me factum putabam. Sed quæ (malum!) infelicitas, me, aut adversum me eos faciat insurgere, quos plus dilexerim? Deploro ærumnam domus meæ Vare, defleo solitudinem, ingemisco vim tanti doloris. Sed tamen tanta est acerbitas sceleris parricidalis, ut neminem mihi patiar evadere, quicumque sitierit sanguinem

A meum, etiam si in omnes filios meos affectati parricidii indicia promantur. Cum hæc diceret, indignatione pariter ac dolore intercepta vox est loquentis. Continuo Antipater elevans caput, velut ictus enim & saucius vulnere jacebat ante pedes patris, nec assurgere audebat, exclamans, ait: Tu quidem pater ut iratus accusas, sed mihi nulla major defensio, quam testimonium accusationis tuæ, quia semper fui custos tuæ salutis. Defensionem igitur pro me voto accusantis adhibuisti. Quomodo enim parricida ego, quem ipse tuum protectorem fateris? Aut quomodo circumspectus atque astutus, quem commentatorem arguis parricidii? cum extremæ insipientiæ sit cogitasse, quod & apud homines exse-
B crabile sit, & apud Deum inultum esse non possit. Vel fratrum exemplo doceri potui, nullum tanti sceleris effugium fore, quod scelus istiusmodi nec latebram inveniat nec pœnam evadat, quandoquidem & illi pro tanta in te malevolentia pœnas dederunt: at illos invidia quædam (ut dicis) impulerit ad parricidium, quod me sibi præferri videbant, quibus materni generis nobilitas animos dabat, ut regnum quasi ex materna successione sibi debitum vendicarent, & quibus a te ereptum reposcerent. Quid tale ego, qui nescivi regnum nisi de te sperare, tuum judicium quærere, tibi soli placere? Quid autem erat, quod me adversum tuam salutem audere aliquid impelleret? An regni cupido? sed re-
C gnabam: an odii suspicio? sed diligebar: an injuriæ dolor? sed præferebar. Si illos sola formido prælationis meæ armaverit ad parricidium, ego absolvar: quia nesciunt prælati parricidium cogitare, [4] sed odisse. Nisi forte aliquis ex te me metus compulit. Verum ego, ut mihi vox tua testis est, nihil sciebam nisi pro te timere. Quid enim mihi timerem, qui minister eram tuæ securitatis, & dispensator quietis? An vero inopia pecuniæ & egestas coegit, quæ solet indigentibus suadere latrocinium? Sed dederas, quod non solum in præsens, sed etiam in omne tempus abundaret, & divitem Romam miseras, ut regum reges pronuntiarent imperii apud se principatum esse, non divitiarum. Denique Fa-
D batum illum Romanæ rei moderatorem, & intimum Cæsaris tibi cepi, & a Sylæo ingenti [5] impulsus pecunia, ut te impugnaret, ita commutavi, ut fieret tuus defensor, & solicitatoris sui proditor. Per quem pater alii insidiatores tuæ salutis detecti sunt? Quomodo ergo parricida ego, qui custodem tui corporis Corinthum latentem deprehendi? insidiantem removi? ad confessiones negantes deduxi? Potui parricidium non cogitare, & parricidii fructum habere, si tacuissem. Sed mihi si bestiarum immanitas, si atrocium ferarum inesset furor, tamen tantis beneficiis tuis mansuescere potui, ut nullam opem nisi in tuæ salutis subsidio constituerem, ut pro omnibus tibi vel solam caritatem re-
E ferrem, te meo corpore protegerem, te intimis, si fieri posset, visceribus includerem: prætuleras nobilioribus filiis materna stirpe minus nobilem, matrem quoque regni exsulem in regnum vocaveras, nec jam successorem me imperii, sed quasi consortem habebas. O miser ego, cui tantum liberalitas tua bonorum effuderat, ut invidia succederet! O stultissimus ego, qui te pater reliqui! si datus est invidiæ locus, & potestas insidiantibus. Namque dum ego pro tua salute diu demoror, meam prodidi: & tamen nihil habeo, quod mihi adscribam. Tu me pater abire jussisti, tibi ego peregrinabar

1. *Regno*] *In regno*. BARR.
2. *Vacua*] *Vacuata*. ID.
3. *Ipse — decessionem*] *Ipsi — decessorem*. ID.
4. *Sed od.*] *Nec od.* ID.
5. *Impulsus*] *Ambitum*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.


pater, ne tuam senectutem Sylæus circumveniret, A ne te viventem regno exueret, nec apud Cæsarem tuam salutem appeteret. Testis est mihi Roma pietatis, Cæsar quoque præsul orbis terrarum, & censor universorum atque arbiter mei pectoris, qui me amantem patris appellare solitus erat. Testificare Cæsar, quid ego de patre apud te loquebar, apud quem solum nocere potuissem. Testificare, inquam, mihi, qui de aliis pronuntiaveras. Nec dissimulandum parricidium, sed inquirendum putasti. O si mihi aspiraret præsentia tua! sed absens es, & longe positus, & ego sine te a patre dijudicor. Ades tamen, & in litteris tuis præsens es: tua scripta offero, quæ solent parricidæ timere. Tuam epistolam porto, quam solent promere, qui cupiunt B parricidium non latere. Suscipe pater litteras Cæsaris, ipse te instruat; qui dudum vindicavit. Suscipe Cæsaris scripta, argumentis omnibus validiora. Quibus usus es dudum ad ultionem, utere nunc ad salutem. Hos ergo apices defero innocentiæ meæ testes: illa dextera numquam te fefellit; illa dextera Cæsaris diadema tibi imposuit, non ademit: illa manus Cæsaris regnum tibi, quod abjeceras, repræsentavit. Potuit me prius Cæsar odisse, si [1] fratrem similem deprehendisset: sed cognovit & pronuntiavit interpretem, qui nisi Romæ fuissem, Sylæus vicerat. Illi ego hodie adjudicor, illi pœnas miser pendo. Memento pater, quia non voluntarius navigavi. Videbam mihi jam parari foveas in- C sidiatorum: malui tamen me potius, pater, quam te periclitari. Nec tamen exhorresco salutis periculum, sed apud te pater doleo, me quasi tuum hostem periclitari. Periclitor tamen, si apud te & Cæsaris testimonia periclitantur. His ergo utor indiciis meæ defensionis: Cæsarem non appello quasi audiendus, sed imploro, quasi absolvendus. Quod si judicium exercendum existimas, ecce mi pater, ad te veni post Cæsarem, ad te festinavi a Cæsare. Utinam quidem nusquam a te abiissem. Sed tu me pater nesciens periculis objecisti jubens pergere. Præsto sum pater, nec perfunctorie de levioribus testibus requirendam pro salute tua veritatem æstimo. Non præjudicent, qui possunt timere tormen- D ta, nec qui possunt contemnere. *Omnis homo mendax*, dixit scriptura [a]. Ego defero incorruptibilia elementorum testimonia. Venio ad te per maria & per terras nusquam aliquid passus. Parricida debui non evadere, si reus essem. Absolvat me, pater, apud te cælum quod non fulminavit, mare quod non demersit, terra quæ non absorbuit: per hæc ad te tutus venio, pater: quæ non solent evadere, etiam qui non sunt patrum genitalium parricidæ. Dathám & Abirom hiatus voravit terræ, nec tamen genitalem appetierant patrem. Absalon fugientem arboris suæ ramis terra suspendit, ne ad patrem perveniret, ad quem si pervenisset, evaserat. Ego ad te veni, & adhuc periclitor. David E parricidam suum, quia servare non potuit, vindicavit: ego de inimicis & calumniatoribus vindicari non expeto, ut eos ad tormenta vocem: lucrentur illi pœnam calumniæ. Unum rogo pater ne alienis credas tormentis: de memet ipso adversum me require supplicia. Suspende reum tuum, in viscera mea pergat interrogatio veritatis, in corpus meum atque in interiora penetralia descendant fidiculæ quæstionum, profluat sanguis, qui solet parricidium clamare, ferantur ignes in artus noxios. Quid dubitas pater? si parcis, innocentem pronuntias: si a cruciatu temperas, absolvis crimine. Non est parricida, qui simplici morte dignus putatur. Aut si ut filio parcis, & ex te genitis membris compateris; non sunt membra tua, quæ sunt ministeria crudelitatis. Hæc ubi locutus est, magno fletu & gemitu lamentabili finem dicendi fecit, ululatuque maximo Varum & omnes ad miserationem inflexit: solus Herodes nullis movebatur lacrymis, atque ipse a fletu temperavit intractabilis ad veniam, quæstioni imminens, vindictam expetens.

CAPUT XLV.

Successit orationi Antipatri Nicolaus regis mandato, qui astute ejus responderet versutiis & inflexos a miseratione abduceret, referendo in Antipatrum fraternæ invidiam necis, allegando quod si quos moveret misericordia, illorum misereri deceret, qui ejus peremti fraudibus, ultionem requirerent. Si unum absolverent, omnis domus regia in periculum deduceretur, germani, affines, parentes, ipse rex; cujus saluti non pepercisset. Itaque conversus ad oratorum versutias, velut [2] (narratione miserationis) epilogo quodam excitabat ab inferis peremtorum animas, qui miserabili quæstu replerent subsellia, insontes se oppetisse, subornatis [3] gravibus testibus, compositis epistolis, fraudulentis sermonibus circumventum patrem, credidisse filio, quem non putaret de fratribus posse mentiri. [4] Offert nunc supplicia sua qui fratrum tormentis non credidisset, quos onustos vinculis obligaverit, ne cognitioni interessent, in absentes latam sententiam, cum longe positi essent necatos, ne eorum pater misereretur. Nullum itaque reliquum futurum si iste evaderet, doctus venena parricidalia suorum visceribus infundere, mutare mentes hominum, qui etiam Pheroram semper amantissimum fratris, Herodis in necem ejus parricidio funesto exsuscitaverit. Ad hæc, cum plurima alia excitandæ commotionis gratia Nicolaus addidisset, ubi sermonem absolvit, interrogatus a Varo est Antipater, si respondere vellet. Nihil aliud retulit, nisi (Deus mihi testis est) quia nihil læsi. Tum Varus venenum proferri, atque id dari jussit uni de his, qui jam rei mortis adjudicati essent. Quo eporato, statim mortuus est. De quo relatum ad Cæsarem est, & in vincula Antipater imperio patris inducitur: nec tamen ab insidiis vacuus erat. Nam tum maxime Salomes periculum dolis tentabat directis epistolis, quas Salomes nomine Antipater composuerat, plenis in regem contumeliarum atque ad Acmen ancillam Juliæ quæ uxor Cæsaris erat, per Antiphili servulum perferri jusserat, quas Acmes sibi redditas regi transmitteret: ac pæne in mulieris perniciem fraus convaluerat, ni reperta esset epistola Acmes ad Antipatrum, quæ dolum prodidit, scripta in hunc modum: Sicut voluisti, patri tuo scripsi, & epistolas illas direxi: nec dubito regem in periculum sororis insurrecturum. Tu vicem restitue optato effectu potitus. His litteris deprehensis, rex in suspicionem deductus, quod etiam Alexander pari arte compositis a fratre esset appetitus epistolis, & nimia commotione exasperatus, ægritudinem gravem contraxit. Quo se videns

a Psalm. cxv. 11.


1. *Fratrem*] *Fratrum*. Bamb.
2. *Narratione miserationis*] Hæ parenthesi inclusæ dictiones abundant. Id.
3. *Gravibus*] *Gravatos*. Id.
4. *Offert* cet.] *Offerre nunc eum supplicia sua*. Id.



urgeri periculo; Antipam unum ex filiis heredem A Imperii [1] scripsit, prælatum Archelao & Philippo senioribus liberis, quoniam ipsos quoque Antipater dolis atque fallaciis suspectos patri fecerat. Cæsari legavit mille talenta, donis muneribusque additis. In uxorem & filios, libertos atque amicos quinquaginta contulit: nec Salomen sororem munerum suorum expertem reliquit. Procedebat in deterius ægritudo atque accessu temporis [2] exasperabatur, quam imbecilla senectus suis incommoditatibus acerbabat quotidie. Si quidem non minus septuagenario gravatum annis corpus, crebro quoque mærore animi afflictum gerebat, tot parricidiis [3] convulneratus, quæ aut deprehendisse in filiis extremæ miseriæ erat, aut intulisse. Immedicabilis tamen B ægritudinis fervor, quod superstes Antipater metuebatur. Contemtus quoque in dies vilior, quod imagines Cæsaris atque animalium similitudines contra legem templo appositæ detrahebantur, auctoribus maxime Juda atque Matthia juventutis doctoribus, qui [4] cognitis & conspirantibus sibi venisse tempus ajebant, quo violatæ legis injuria vindicaretur: Dare pœnas sacrilegum, qui putaret fas esse quidquid potestati liceret: nec religione inclinatum, sed elatum superbia in penetralibus templi faciendi quod vellet, libidinem pro jure exercuisset. Et quamvis divina ultio mortem ei acceleraret: tamen pulcrum videri, si etiam [5] templi sacrati libertatem suam, in defendendis paterni ritus C observationibus approbarent: nec periculi metu quemquam revocari oportere, cum etiam mori pro lege patria insigne immortalitatis sit: primique adorsi auream aquilam supra fastigium portæ affixam detrahere comprehensi, atque ad regem perducti: cum interrogarentur, cui obedire cupientes, tantum facinus adorsi forent, responderunt legi paternæ. Iterum quærenti, quo freti lætiores adessent, cum ad mortis vocarentur periculum, responderunt: Pietatis & devotionis præmiis, quorum remuneratio pro ritu patrio mortem expetentibus persolveretur. Nec diutius ferre potuit responsionis costantiam, sed indignatione super ægritudinem facta, ut infirmitatem vinceret, D in conventum populi processit, ibique tamquam sacrilegii reos ad plebem deferens accusare cœpit, quod majora de factis talibus suspectarentur. Quæ etiam si non probarentur, tamen cuncti sibi quisque metuentes, auctorum qui comprehensi forent, luenda supplicia deprecabantur. Nec pergendum in ceteros, ne quæstio plures atque alienos & innoxios perturbaret: rogatus itaque in præsentes sententiam tulit, ut vivi exurerentur: unde incommoditas aucta, & gravioris ægritudinis vis, diversis totum corpus ejus passionibus depascebatur. Febris erat vehemens, prurigo intolerabilis, continui ac sine ulla intermissione interiorum dolores viscerum, colo medius vexabatur, hydrope gravaban- E tur vestigia, abscondita corporis scatebant vermibus, [6] sparsim totius corporis, anhelitus gravis & suspiria perniciosa: res indicio erat, quod injusti parricidii, & sacrilegæ damnationis pœna reposceretur. Non cedebat tamen animo, & vivendi cupiditate passionibus reluctabatur. Petit trans Jordanem calores aquæ calidæ, sed nihil profuerunt. Asphaltites lacus, plerisque medicabilis, sine ullo profectu ægrum tenebat. Ubi dum oleo plurimo foveretur, laxato resolutus corpore, morientium specie oculos invertit, & vox defecerat, nec sensus manebat: sed [7] exercitatus strepitu conclamantium resumsit, & ad sua regredi cupiens, ubi ad regionem loci qui appellabatur Hiericho, advenit, atro felle exagitatus, & ipsi quodammodo morti minitans immane facinus excogitavit, quo velut inferiæ sibi populi mitterentur. Namque ex omni Judæa congregari jamdudum præcipiens quosque nobiliores, ut ex singulis vicis in unum convenirent: ubi imperio obtemperatum est, claudi eos intra hippodromum jussit, & accersita Salome atque ejus [8] Alexa viro, legatum sanguinis mandavit, afferens lætitiæ populis gentis Judææ suam mortem futuram; & ideo commentum se, quo præclarissime suum epitaphium celebraretur, deposcere a suis, ut cum ultimum exhalasset spiritum, eos statim omnes qui clausi tenebantur, necari juberent: ita neminem futurum in universa Judæa atque in omni domo, cui mors ejus esset illacrymabilis, cum universis [9] domesticis luctus hereditatem dereliquisset; qui dum suorum deplorant necem, justa regi viderentur persolvere, atque ita publicorum lætitia votum domesticis doloribus impediretur. Ac ne forte scelesta imperia mandata exsecutio destitueret, quinquagenas drachmas jussit militibus dari, ut tali sceleris imposita mercede, ferale ministerium milites non recusarent: compensaturi exsecutionis horrorem remunerationis emolumento. Cedebat prope jam tantæ incommoditatis gratia suppliciis, sed exspectabat funesta responsa legationis, quæ retulit de Acme supplicium sumtum ad Herodis querelam: Antipatrum quoque convictum parricidii morti adjudicatum, tamen repulso patria & regno, pater fugæ potestatem tribuere, si vellet, Cæsar juberet, sententiam sceleri ferens, consilium pietati relinquens. Solverat natura parricidii necessitatem: nam recreatus paulisper, permissa sibi puniendi, ut vellet potestate, dum de genere necis tractat, distentus doloribus [10] propere diem mortis pervenire desideraverat. Poposcit itaque malum, pariterque gladium, ut eo pomum solitus incidere refectionis aliquid assumeret, & paullisper se se attollens cubitoque adnixus, levavit dexteram, cupiens se se ferire, sed occurrit Achiabus, & impedivit ictum, luctuque tota concrepuit domus, ut obiisse Herodes foris æstimaretur. Exsultavit Antipater ad sonum planctus, & a custodibus adhibitis postulavit, ut vinculis resolveretur: sed præpositus ei muneri non solum abnuit quod rogabatur, sed etiam regi annuntiavit. Exclamans ille insultari adhuc sibi viventi, percussores direxit, qui Antipatrum interficerent, cæsumque sepelire jussit in Hyrcania, atque iterum mutavit testamentum, regemque Archelaum instituit seniorem ex fratribus: Antipæ tetrarchiam reliquit. Quinque itaque diebus Antipatro superstes defecit: triginta & septem annis ex quo a Romanis imperitare jussus est, regno potitus: ex quo autem Antigonum sustulit regni æmulum, annos triginta quatuor imperio exegit: utinam tam domestico usu, quam publicis lætus successibus. Namque ita foris secundæ ei res adspiraverunt, ut privatus in regnum adscisceretur, eoque per multa usus annorum curricula, quod dif-

1. *Scripsit*] Vet. cod. *testamento scripsit*. Barr.
2. *Exasperabatur*] *Asperabatur*. Id.
3. *Convulneratus*] Sic princeps editio. Al. *convulceratus*. Al. *vulneratus*. Idem auctor Ambrosius epist. XLIII. ad Horont. n. 5. *Omnes spiritales nequitias . . . . convulnerabat*. Mazoch. l. c. pagg. 796. 798.
4. *Cognitis*] *Cognatis*. Barr.
5. *Templi sacrati*] Leg. *templo sacrati*. Id.
6. *Sparsim*] *Spasmi*. Id.
7. *Exercitatus*] An *excitatus*?
8. *Alexa*] *Alexandro*. Barr.
9. *Domesticis*] *Domestici*. Id.
10. *Propere*] Al. *propriæ*. Et mox *prævenire*. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.




ficile salvo potestatis usu decederet, relinquens liberis imperii successionem, quam ipse a suis non acceperat. Sed intra domum infelicissimus, quam acerbo suorum sanguine & luctu replevit; nec tamen exsecutionem invenit ultimæ crudelitatis, hoc uno Salome obliterante criminum suorum ludibria superiora, quod eos quos percuti rex jusserat omnes dimisit, dicens regem præcepti feralis postea pœnituisse: revocatisque mandatis superioribus, præcepisse, ut ad sua omnes dimitterentur.

CAPUT XLVI.

DEin postea facta in amphitheatro militum & reliqui populi congregatione, de obitu regis judicium factum: processit Ptolemæus, qui regis amicitiæ inter fidelissimos quosque usque in extremum adhæserat, & annulum deferens quem defuncti digito detraxit, collaudat regem, & populum admonet tranquillitatis, aperitque ei epistolam, qua precatus fidelissimos sibi milites hortabatur, ut successori suo benevolentiam exhiberent & gratiam. Et apertis etiam tabulis testamentum recitatur: Philippus Thraconitidis regionis & finitimorum locorum heres nuncupatus: tetrarches, Antipas; rex, Archelaus, ita tamen ut ad Cæsarem deferri annulum suum, atque ei arbitrium & firmamentum omnium dispositionum suarum reservarent. Ac tum demum ratum esset testamentum suum, si Cæsar A probasset: reliqua secundum priora sua testamenta custodiri præcipit. Continuo acclamatio facta militum Archelao plaudentium: circumvallabatur illico stipatorum ambitu; promittunt benevolentiam, spondent fidem. Post hæc competenter atque magnifice funus curatum, omni ambitu regalium divitiarum præmisso ad pompæ funebris celebritatem: lectus erat auro totus & gemmis insignitus, stratum refulgens murice, corpus adopertum purpurea diploide, quam internectebat fibula lapidibus pretiosis coruscans, diadema adhærebat vertici, supraque corona aurea, sceptrum in dextra, ut viventem putares. Præibat agmen Thracicum; Germanique & Galli stipatores regii militarem servabant B ordinem, pari modo succincti armis, ac si in bellum prodirent, [1] sed ora mæstitia plena, & dolentibus similes prosequebantur. Reliqua manus prosequebatur ornatu solito, & cultu assueto comitantibus pariter ducibus & centurionibus. Quingenti etiam servorum & libertorum regiæ domus aspergebant aromata, ut suavi odore tota fragraret via; lectum filii regis, & propinquorum vis maxima circumfundebat. Sepultus est in Herodio (ut ipse mandavit) quod aberat ducentis stadiis ab eo loco, in quo finem vitæ invenit: magno obsequio per tantum spatii deductus universorum, sed non omnium pari affectu: metus enim officium, non votum extorserat; dolor intra se saltem liberam habebat sententiam. C Hunc finem habuit Herodes.

1. *Sed ora* cet.] *Sed ora mæsti ac dolentibus similes*. BARR.




S. AMBROSII
MEDIOLANENSIS EPISCOPI
HISTORIÆ
DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ URBIS,
LIBER II.

CAPUT I.

SEpulto Herode libera, ut in defunctos solent, judicia populi depromebantur: gravem fuisse illum & intolerabilem, injusta imperia in cives exercuisse, tyrannum non regem suorum, parricidam domesticum, expilatorem publicum, nemini quidquam dereliquisse, tributis exhausta omnia, locupletatos alienigenas, Judæos exinanitos, quia templo hostem induxerit, [1] sacrata omnia sacrilegio contaminarit: beatos illos qui defecissent, cum tormenta viventibus non deessent: plura malorum Judæam post depulsam captivitatem in paucis annis sub Herodis imperio pertulisse, quam in ipsa captivitate sub hoste barbaro sustinuerit: cum sibi Babyloniorum reges imperitarent; sub illis tolerabiliora exsilia, quam sub Herode domesticum domicilium: ab illis ad sua remissos, ab hoc fugatos: immitiorem Dario, Artaxerxe superbiorem, Medis rapaciorem. Sperasse finem malorum, ut sibi exire liceret exsilio, si diem clauderet: sed acces- D sisse ad servitutis miseriam Archelaum spontaneum successorem, qui & Herodem referret, & nova adderet: miserum hoc in regnis esse, quod dominus eligeretur: miserius quod invitis imponeretur. Solatium servitutis videri, si ipsi sibi dominum eligant, eo quod fiat benignior, si deferatur imperium: superbior, si usurpetur. Longe itaque Archelaum Herode intolerabiliorem futurum, cum iste assumserit regnum, ille acceperit. Ea non solum crebro in Judæa conferebantur, verum etiam Romæ: [2] assistente Archelao, perorantibus accusatoribus, in os objecta apud Cæsarem Senatumque, ubi de regno Archelai confirmando abrogandoque diu decertatum. Denique cum in templo Apollinis, quod Cæsar condiderat multisque ornatibus venustarat, locus esset cognitioni datus, Salomes filius Antipater, illa quæ supra diximus, & multa alia dicendi validus prosequebatur: mirari se, quod Archelaus quasi petendum a Cæsare regnum prætenderet, cnm usurpatione temeraria jam dudum intra Judæam inconsulto Cæsare regem exercuisset.

1. *Sacrata*] *Sancta*, sive *sacra*. BARR.

2. *Assistente Arch.*] *Assistenti Arch.* ID.



Quid enim sella aurea, allatumque diadema, nisi regni forent insignia? Quo spiritu præsumserit sedere super thronum regium: de sublimi solio salutare plebem circumfusam, stipantibus [1] armis militaribus, more quodam & usu imperatorum promi diadema, quod Cæsaris judicio reservari oportuerat, non solum pro potestate Romani Imperii, sed etiam pro jure testamenti? Herodem enim nec præripere potuisse Cæsari vel Senatui, quod ipse vel a Senatu accepisset, & superiore testamento expressisse satis propriæ judicium voluntatis, quo [2] Antipam succedere sibi in regnum sensu integro ac perpenso consilio declaraverit, & postremo omnia Cæsaris judicio reservasse: quamvis soluto jam corpore, anxius supremo periculo, nec ullius jam sensus aut consilii capax, dictaverit, non quod arbitrabatur, sed quod ingerebatur. Præceptorem igitur imperii de se ipso pronuntiasse, quod non mereretur tuo Cæsar judicio in regnum substitui. Nam si meritorum suorum conscius foret, petere potius quam [3] usurpare maturavisset. Non petendo autem, sed usurpando, quæ in petitione consisterent etiam in pecuniariis negotiis (nedum divitiarum. Denique Fabatum illum Romanæ rei moderatorem & intimum Cæsaris tibi cepi, & a Sylæo ingenti ambitus pecunia, ut impugnarent) præjudicare solere, ut præposteri litigatores cadant caussa: heic vero non pecuniarum quæstum in crimen vocari, sed imperii Romani violatum jus, reverentiam despectam, spretam potestatem, indignum æstimantem Romanæ curiæ Senatum, qui soleret regnum dare atque eripere, & cum Cæsare vetustam conferendi imperii servare prærogativam. Quid facturum esse, cum legitime regnare cœpisset, qui ante regnum insolentissimus necasset plurimos, qui opem fessis rebus & tributorum allevamentum poposcerant: remedium postulantibus bellum irrogatum, interfecta IX. millia Judæorum in ipsa venerabili apud suos Paschæ celebritate, pro pecudibus homines immolatos, sacratorum qui ad templi festa convenerant, sanguinem fusum, spectaculum miserabile: si quis cæsorum stragem recenseat, Babylonicos revertisse arbitraretur? quanto crudelius a cive commissa, quæ in hoste barbaro plena immanis sævitiæ atque impietatis æstimarentur? Hanc sportulam civibus datam, hoc sacrificium Archelaum regni sui primordia commendavisse. Deberi misereri Cæsarem Senatumque reliquiarum Judææ, quæ quondam liberis fulta populis servitutem optaret, si modo tolerabilem liceret perpeti sub rege [4] justo, longe illum abesse a jure imperitandi. Si quidem apud Judæos nulli regnum competere, nisi ei qui esset ex generatione Judæ, sicut lex diceret. At vero istum Idumæum genere, quem nulla prosapiæ regalis origo contingeret, irrepsisse in honorem indebitum. Si quidem cum Antipater sibi atque Archelao fuerit avus, præstans divitiis, ceterisque artibus potens, & maxime Romanorum amicitia, Cæsarique seniori bello probatus, cum posset sibi regnum adsciscere, numquam tamen affectaverit; quin etiam defendere aliis maluerit quam sibi parare, meritoque illum habitum ut parentem optimum, qui Judæam in libertatem vindicaverit vulneribus suis, nec in servitutem deduxerit. Herodem Antonii testimonio qui paternus sibi hospes fuisset, in regnum aspiravisse: ex illo Judæorum

A res imminutas, egisse ut hostem, non ut rectorem. Cum igitur ipse etiam adulter regni fuerit, quomodo potuisse ab eo legitimum regem creari? non deprecari tamen, quo minus sub regno sint, sed poscere sub Romano agere, cujus sibi gratiam jam inde a Machabæis partam [5] tantum per usurpationem regni postea degeneraverunt, ut multo inferiores sint his, adversum quos Romanam petierunt societatem. Denique orare se se, ut eadem conditione Judæa qua Syria præsidiale judicium a vobis adipiscatur, quo devotionis nostræ detur experimentum, utrum qui seditiosi ac rebelles vocamur, possimus moderatis judicibus obtemperare. Adversus ea Nicolaus pro Archelao respondens, inquietissimam B nationem insolentiæ suæ asseruit pœnas dedisse: ne hinc potissimum Archelaus invidia inexcusabilis criminis accerseretur, si per seditionem pacem turbarent, atque a Romanorum societate animis atque armis discederent: de testamenti autem prælatione quis dubitaret, cum & posterius præferri soleat superioribus, & hoc multo validius ceteris videri debeat, in quo Cæsari confirmandi regalis judicii servata sit prærogativa, quo cumulata potius quam imminuta Romani nominis reverentia fit, si & a vobis Cæsar non præripiatur regibus, quod privatis licet, ut eorum valeant testamenta, & quem potissimum sibi cupiant succedere, ultimo scribant stilo, atque ab illis iterum ea vobis honorificentia C [6] reservetur, ut confirmatio judicii a vobis petatur, & is succedat quem pater elegerit, vos probaveritis. Quando igitur magis sapuit Herodes, cum tibi Cæsar servaverit prærogativam, an quando præteriit? Ubi Antipas substituitur, Cæsar præteritur. Ubi Archelaus subrogatur, Cæsar adsciscitur: sine firmamento nulla res stabilis. Divino itaque judicio ubi justitia deerat, vel simulationi, vel voluntati firmamentum defuit. Ubi autem æquitas examini suppetebat, robur quæsitum, ut judicium confirmaretur. Considera igitur, utrum fecerit injuriam qui te elegit, aut si rescindi debeat, quod te arbitro sanciendum reliquit rerum omnium domino: cui jure etiam reges cedunt potestate. Qui D enim scivit, quem eligeret ad confirmandum, scivit utique quem eligeret ad imperandum, nec in successore falli potuit, qui non est falsus in confirmatore. Nam qui arbitrum constituit te, cognovit itaque talem successorem sibi constituendum, qui tibi quem constitueres non displiceret. Auditis partibus Cæsar sententiam distulit: deinde collato cum Senatu consilio Archelaum genti præposuit, ut fungeretur rectoris munere, non regni honore. Spopondit tamen & regnum daturum, si se ita gereret, ut probaretur. Jam enim tentamenta dissensionis Israelitici populi nuntiabantur. Tetrarchas duos constituit Herodis filios, Philippum & Antipam, qui cum Archelao de regno certaverat: He- E rodis sorori cui nomen Salome, [7] delegatum servavit, etiam alia ipse adjunxit. Duabus quoque filiabus Herodis mille talenta quæ sibi relicta erant, dispertienda arbitratus: addidit etiam alia sexcenta millia, & ea Pheroræ liberis sociari censuit.

1. *Armis . . . promi*] *Numeris . . . poni*. BARR.
2. *Antipam*] Alii codd. *Antipatrum*. ID.
3. *Usurpare*] *Eripere*. Quæ vero parenthesi mox interclusa vides, non habentur in ms. ID.
4. *Justo*] *Injusto*. ID.
5. *Tantum*] Al. *tamen*. ID.
6. *Reservetur*] *Servetur*. Et paullo post *servavit* pro *servaverit*. ID.
7. *Delegatum*] *Legatum*. ID.

CAPUT II.

INterea quidam ex juvenibus ſimulans ſe Alexandrum, & propter miſericordiam ab his quibus necandi munus ab Herode patre mandatum foret, ſubrogatis aliis in locum ſuum, cum fratre ſuo Ariſtobulo dimiſſum, Miletum petiit, & inde Romam, quo difficilius apud incognitos cognoſceretur. Ubi facile Judæos ad rerum novitatem promtiſſimos excitaverat: niſi comperto eo, Cæſar ad ſe eum perduci ocius per Celadum quemdam, qui Alexandrum plene noverat, præcepiſſet. Celadus ubi juvenem vidit, ſimilitudine deceptus hæſitavit. Sed reliqua perſpiciens indicia non convenire, quæſivit ubi eſſet Ariſtobulus: at ille in Cypro inſula degere aſſeruit, caventem inſidias, eo quod conjuncti inter ſe fratres facilius exſtinguerentur. Deinde ad Cæſarem deductus, aperuit illico impunitate promiſſa, fretum ſe ſpecie ſimilitudinis, quod eſſet Alexander ſimulaſſe, ut innumerabilia munera ibi quaſi regis filius a Judæis conſequeretur. Cæſar dolum riſit, ſed & ipſum immunem dimitti jubet, & eos qui ultra privatum modum quaſi regis filio detulerant, ſatis mulctatos eſſe pronuntiavit, quod ſuperfluis ſumtibus infinita diſpendia toleraviſſent. Archelaus autem profectus in Judæam propter obſcenitatem morum & inſolentiam accuſatus apud Cæſarem, cognita inter partes cauſſa, Viennam relegatur, opeſque ejus theſauris Cæſaris aſſociatæ: hoc merito pretium luit, qui nec a fratris ſui germani conjuge ſuas compreſſerat cupiditates. Nam ubi Alexander obiit, patris imperio neci traditus, Glaphyra uxor ejus Archelao rege Cappadocum genita, quemadmodum ſupra memoravimus, Lybies regi [1] Tibæ ſecundis eſt copulata nuptiis. Quo defuncto, revertitur ad patrem: illic eam contemplatus Archelaus, quod fratrem mariti, filiorum patruum, haud quaquam pie refugiendum arbitraretur, ita deperire cœpit, ut uxorem dejiceret Mariamnem, & Glaphyram in locum illius ſubſtitueret. Non multo poſt ubi mulier in Judæam rediit, vidit in ſomniis Alexandrum, & complecti deſideravit. At ille indignanti ſimilis, a complexu refugus, viſus eſt dicere: Hæc eſt, Glaphyra, promiſſi fides? Ita amores erga te ſervaſti meos, quorum memorem te eſſe oportuit? Sed eſto, adoleſcentula ſecundas nuptias non refugeras, etiam ne tertias, etiam ne fratrem mariti appetere debueras? Ita te mea delectavit injuria ut in meam domum tertio nupta conjugi remeare non erubeſceres? Sed mihi curæ, ne diutius maneat contumelia mea, contagioque tua: nec longum lætabitur fraterni inceſtus matrimonii. Exſurrexit mulier, & familiaribus narravit ſomnium, atque ipſa biduo poſt defuncta, fidem fecit, quod hujuſmodi conjugia, nec vivorum legibus [2] punita ſunt, nec mortuorum voluntatibus.

CAPUT III.

IPſe quoque Archelaus vidit in ſomniis ſpicas novem, plenas & magnas a bobus vorari. Cui quærenti, reſpondit interpres: Novem ſpicis; novem annos ſignari, quibus poteſtate uſus ſit maxima & ampliſſima. Nono itaque anno imperii ſui mutationem eidem fore, eo quod boves qui arva aratro ſoleant intervertere, mutationem ſignent la-

A boriosam, quæ devoret atque abſorbeat merita ſuperiora. His itaque cognitis, quinto die venit a Cæſare, qui eum ad judicium Romam deduceret. In quo condemnatus & actus in exſilium, etiam morte implevit ſomnium ſuum. Principatus gentis qui ad Archelaum pertinebat, converſus eſt in nomen provinciæ; quo nomine Romani, cum in jus ſuum vincendo redigerent procul poſitas regiones, provincias appellaverunt. Manſerunt tamen tetrarchæ, ut erant Philippus & Herodes mutato vocabulo, quia Antipas prius nuncupabatur. Nam Salome moriens, loca quæ tenuerat, & poteſtatem ſuæ gentis [3] Lybiæ uxori Cæſaris dereliquerat. Is ſtatus erat Judææ, quando Cæſar defunctus eſt: relin- B quens Tiberium privignum ſuum Lybiæ uxoris filium ex ſuperiore genitum conjuge ſucceſſorem Romani imperii: cujus in honorem Tiberiadem Herodes condidit. Philippus quoque Lybiam urbem matris ejus vocabulo nuncupandam putavit. Et quia propoſitum nobis eſt aperire cauſſas, quibus populus Judæorum a Romano imperio deſciverit, ſibique exitium acceleraverit, Pilatum provinciæ præſidem initium ruinæ dediſſe res indicat: quandoquidem Cæſaris imagines Hieroſolymitanis ædibus inferri primus omnium non dubitaverit. Quo motus populus cum reſiſteret, atque ille recipiendas imagines cenſeret, plurimos in mortem coegit. Dum hæc in Judæa geruntur, Agrippa Ariſtobuli filius C Romam advenit, cupiens adverſus Herodem tetrarcham apud Tiberium judicio contendere: ſed deſpectus a Tiberio cum Romæ degeret, plurimos ſibi adſcivit ad amicitiam: & maxime Germanici filium Cajum, quem ſive paterni nominis gratia amabilem populo, ſeu regii generis propinquitate proximum imperio ratus, an quodam præſagio ſtudioſius excolebat, quam vel ætatis, vel honoris ejus ratio patiebatur; ita ut quodam die manus elevans deprecaretur, ut maturius Tiberio mortuo, Cajum videret imperatorem. Quo prodito per Eutychum libertum ſuum, Agrippa juſſu Tiberii in vincula ducitur, & gravibus modis excruciatur, non ante dimiſſus, quam Tiberius diem clauderet. Cujus D tempora fœda ludibriis [4] caprarumque ſeceſſus, ignavia intolerabilis: nullum tamen efficacis virum operis in necem ejus excitaverunt, recentis ut arbitror, Romani imperii reverentia, ſive terrore ſæviſſimæ crudelitatis, quia plerumque aſperitas quo gravior, eo tutior eſt.

CAPUT IV.


EO imperitante, famoſum ludibrium Paullinæ ſpectatiſſimi generis feminæ Romæ percelebratum eſt. Quæ cum egregiam caſtitatis famam apud omnes haberet, eſſet etiam præſtantiſſimi decoris & eminentis gratiæ, tentata Mundi equeſtris militiæ E ducis interpellationibus, nec inflexa, vitio nimiæ ſuperſtitionis patuit errori: Mundus namque ſubornatis Iſidis ſacerdotibus, qui velut Anubis ad eam mandato perferrent, quod eam ad templum invitaret, delectatum ſe ejus ſedulitate & pudicitia: noctem poſceret, habere ſe, quod eidem ſecreto vellet committere. Quod illa accipiens læta ad maritum detulit, deum ſuis adeſſe votis, ab eo ſuam poſci præſentiam, negare ſe non poſſe obedientiam. Itaque & ex ſua & ex mariti ſententia pergit ad templum Iſidis, noctem exigit, remotiſque procul

1. *Tibæ*] Vet. cod. *Tobæ*. Joſephus lib. II. *de bell.* cap. VI. *Jubæ regi Lybiæ*. Et lib. XVII. *Antiq.* cap. XVIII. *Jubæ regi Mauritaniæ*. ID.

2. *Punita*] *Impunita*. ID.

3. *Lybiæ*] Intelligit matrem Tiberii, *Liviam*. ID.

4. *Caprarumque ſeceſſus*] Ita editi. At *Capuanoque ſeceſſu* legendum videtur.



arbitris, quasi sacri cognitionem mysterii perceptura, se se stratis composuit suis, æstimans, quod ad eam deus suus in somniis veniret, & per visionem se se ei demonstraret. Verum ubi aliquid noctis processit, quo facilius mulier plena [1] somnii deciperetur: Mundus assumto vultu Anubis habituque advenit, vestimenta allevat, in oscula ruit. Expergefactæ mulieri Anubem se esse dicit, vultum Anubis prætendit: illa deum credidit, beatam se esse asserit, quod eam dignatus sit visitare deus suus. Amplexum petenti non negat: refert tamen, utrum deus possit homini misceri. Ille promit exempla, quod & Jovem summum deorum Alcmena susceperit, & Leda ejusdem concubitu potita, & plurimæ aliæ quæ ediderint deos partu, de se quoque ex il- B la deum esse generandum persuadet: mulieri concubitu miscetur, redit ad maritum lætior dicens, quod mixta deo sit mulier, & ejus promisso deum esset generatura. Fit ingens in stupro mulieris & mariti gaudium. Postea occurrit Mundus, & ait mulieri: Beata Paullina concubinatu dei: magnus deus Anubis, cujus tu accepisti mysteria. Sed disce te sicut diis, ita & hominibus non negare, quibus dii tribuunt, quod tu negaveras, quia nec formas suas dare nobis, nec nomina dedignantur. Ecce ad sacra sua deus Anubis vocavit & Mundum, ut tibi jungeret. Quid tibi profuit duritia tua, nisi ut te viginti millium quæ obtuleram, defraudares compendio? Imitare deos indulgentiores, qui nobis si- C ne pretio tribuunt, quod ab te magno pretio impetrari nequitum est. Quod si te humana offendunt vocabula, Anubem me vocari placuit, & nominis hujus gratia affectum juvit. Hoc perstricta sermone mulier, illusam se intellexit, & dolens injuriam pudicitiæ confessa est fraudem marito. Ille nihil habens quod uxori indignaretur, cui ipse cubandi in templo potestatem permiserat, & conscius conjugalis castimoniæ, principi querelam detulit. Qui motus potentis viri contumelia, atque atrocis flagitii commento, sacerdotes e templo rapit, quæstioni subjicit, confessos necat, simulacrum Isidis Tiberi demergit, Mundo fugiendi potestas concessa, eo quod vi amoris & formæ superatus gratia, levioribus com- D missorum suorum pretiis multatus æstimaretur.

CAPUT V.

Quod igitur ludibrium imperitante Tiberio acciderit, non putavi prætereundum, ut ex eo deformitas colligatur imperatoris. Sicut enim boni principis vita, probitatis quædam præscriptio, & per universos vivendi forma est: ita imperatoris colluvio, lex flagitiorum est. Ab eo missus Pilatus est in Judæam vir improbus; atque in exiguo ponens mendacium, circumvenit Samaritanos, ut montem cui nomen Gadir, peterent: erat enim illis sacratus, eo quod vellet eorum mysteria cognosce- E re. Et ascendens, populum prævenit equitatu, pedestrique exercitu stravit, affictoque crimine, quod a Romanis discedere, & conciliabulum sibi quærere præparassent. Quid enim non auderet, qui etiam Christum Dominum ad salutem humani generis advenientem, multis & divinis operibus profundentem in homines misericordiæ suæ gratiam, nihilque aliud docentem, nisi quo primum Deo, deinde imperatoribus faceret populos obedientes, cruci suffixerit? Demensque, qui minister esset sacrilegi furoris, ut interficeret auctorem salutis. Ex illo itaque Judæorum res proditæ, ex illo exitium genti, A temploque maturatum excidium. Nam si Herodes qui Joannem neci tradidit, perfidiæ & crudelitatis suæ pretium luit, dejectus regno atque exsilio datus: quanto magis præcipitibus furiis actum intelligi datur eum, qui Christum occiderit? Quæ caussa autem fuerit mortis Joannis, breviter expediam. Philippum & Herodem qui prius Antipas dictus est germanos fuisse supra ostendimus. Uxorem Philippi Herodiadem, quam Herodes illicito ac nefando sibi sociavit jure matrimonii. Non tulit hoc Joannes, & ait illi: [a] *Non tibi licet uxorem habere fratris tui*. Tum ille commotus, in carcerem detrusit Joannem. Nec multo post necavit virum justum, & constantem divinæ Legis exsecutorem. Non solum B enim quasi prædicator Evangelii, fraterni cubilis incestum reprehendebat, verum etiam quasi Legis exsecutor, prævaricatorem Legis condemnavit, qui fratris uxorem viventis eripuerat, præsertim habentem semen de germano ipsius. Hinc excitata Judæorum fere omnium in Herodem odia & pœna accelerata: cujus auctor Herodias videns Agrippam plurimum prævaluisse apud Cæsarem, compulit eum Romam pergere, quo sibi imperatoris gratiam conciliaret, objectans desidiæ contumeliam, quod fugitans labores, dum moratur domi, indignos sibi pateretur anteferri. Nam cum Agrippa ex privato rex factus sit; quanto magis ipsi jamdudum tetrarchæ, C quo regnum conferat, Cæsarem non dubitaturum? Itaque mulieris opprobria nequaquam sustinens, Romam profectus, dum Caji amicitiam petit, ab Agrippa accusatus, etiam tetrarchiam amisit, quam a Julio Augusto acceperat; & fugitans in Hispaniam una cum uxore Herodiade mærore animi consumtus est. Mortuo quoque Tiberio, Cajus successit, qui dominum se & deum videri atque appellari volens, caussas dedit Judæis gravissimæ seditionis, ac nisi properato fine imperium clausisset, Judæorum genti finem fecerat maturiorem. Non solum enim ab illicitis non revocabat suos, verum etiam missis in Judæam, ultima supplicia minitabatur, nisi omnia adversum jus & fas religionis armis patrarent. Plu- D rimum enim potuit imperio Agrippa: sed dum vellet muro ambire maximo Hierosolymam, ut Romanis fieret inexpugnabilis (prævidebat enim imminentem ruinam) morte præventus, opus imperfectum reliquit. Nec minorem potentiam exercuit imperitante Claudio: quia ipsius quoque primitiis interfuit, cum Cajo peremto, ipse a militibus assumtus, in imperium resistente sibi Senatu, regni tædio Agrippam legatum direxit: quo interprete promissa moderatoris imperii fines, diffinita gratia, pax convenit: in locum Agrippæ patris Agrippa filius ejus a Claudio Cæsare rex subrogatus est.


CAPUT VI.

Ipse quoque Claudius exactis tribus & decem annis cum deficeret, Neronem Romano imperio principem dedit: captatus uxoris Agrippinæ persuasionibus, quæ tantum fraudibus valuit, ut filium imperatoris Britannicum designatum successorem ipso jure naturæ, principatus exsortem redderet. Cujus artis mox pœnituit eam: quia dum ex se genito consuluit principi, suum negavit, ignara, quod elatus imperio, nec matrem agnosceret, atque in exitium ejus beneficii mercedem inverteret: idem tamen Octaviam Claudii filiam conjugii loco tene-

[a] Matth. VI. 18.

[1] Somnii] Somni. BARR.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



bat: præpostero ordine gener filio prælatus; quia A mala reipublicæ præponderabant, cui debebatur parricida, sacrilegus, incestus: ut in eo crimina, non ulla bonæ artis merita regnarent. Tali imperatore seu morum ejus intuitu atque ignaviæ contemtu, sive quia Judæis ob gravia sacrilegia, averso præsidio Dei summi ultimum excidium præparabatur, erupit in seditiones graves, latrocinia, [1] dissensiones, eorum insolentia, quos per viginti annos Eleazarus princeps latronum gravissime depopulatus; aliquando tamen captus a Felice qui Judææ præerat, & Romam directus, graves pœnas dedit. Nec sic quidem gravi cæsorum numero infractus est populus Judæam inhabitantium; sed in ipsis Hierosolymis aliud latronum pullulavit genus, qui vocaban- B tur sicarii, non jam secretis abditi, nec tenebris nocturnis insidiantes, sine aliquo præsidio commeantibus, sed luce diei atque in medio urbis & turbæ stipamine percutiebant quoscumque propius accesserant: breves manu gladios gerentes, conferto populo permixti, ubi adhærentem fixerant, cadebat imprudens cæco vulnere, ut querelam mors præveniret: funus in promtu, sed percussor latebat: & si quis commotus fuisset alieno vulnere, propior suo factus erat cæsorum portio. Ita vel periculi metu, vel dissimulatione facinoris, sicarius non deprehendebatur. Tanta erat insidiantium velocitas, & celandi ars. Occiditur sacerdos Jonathas: addebantur multi quotidie, graviorque metus viventium, quam C ærumna interfectorum. Quasi ad pugnam, sic quotidie unusquisque progrediebatur: graviore tamen conditione, quia hostis prævidetur, sicarius delitescebat, mors in oculis, in animis timor. Nemo se regressurum credebat, nec amicis fides deferebatur, dum sicarius metueretur. Quo plerique perterriti insontes quidem a flagitio latrocinandi, vel sicariorum contubernio, etsi manu innoxii, consilio tamen infirmiores desertum petiere. Sed dum sibi consulunt, terrorem fecerunt discessiones: ex quo belli adversus Romanos suspicio primo, deinde invidia exarsit: quo metu provinciæ rector misso equitatu & pedestri agmine, maximam multitudinis stragem edidit.

CAPUT VII.

ÆGyptius quoque pseudo-propheta adveniens, & magicis imbutus artibus dum jactat se prophetico spiritu cælestia annuntiare oracula, triginta fere millia Judæorum associavit sibi, eosque ad montem Oliveti congregans, frequenti irruptione penetrabat Hierosolymam; ita ut etiam Romanas incursaret custodias, quæ ne quid a populo moveretur, Hierosolymas prætendebant. Ubi etiam hæc compressa est insolentia, quasi in ægro corpore alia pars gravius inflammabatur. Plurimi enim palam discedendum a Romanis, libertatem servitio præfe- E rendam vociferabantur, progressisque in agros quibus alimonia deerat, vi expetebatur.

CAPUT VIII.

POstremo in urbe Cæsarea gravis inter Judæos & gentiles seditio incessit, vendicantibus sibi Judæis urbis totius quasi ab Herode Judæo conditæ possessionem, renitentibus gentilibus, quod conditor quidem Judæus fuerit, sed Cæsaris eam nomine declaraverit. Denique & templum intra eam struxerit, & statuas apposuerit, eoque videri gentilibus usibus magis eam mancipatam. Harum contentionum seditio in manus vertitur: quia neque primi Judæorum suos seditioni deditos comprimere poterant, & gentiles opprobrio ducebant, si Judæis sibi cedendum arbitrarentur: itaque excitaverunt Felicem, ut dum utriusque partis gestit comprimere multitudinem non acquiescentem, præsertim armis, quando aliter nequibat, consuleretur. Cui successit Festus, qui latronibus plurimis comprehensis, haud exiguos ultimo exitio dedit. Albinus quoque eadem a Romanis potestate sibi credita, nullum nequitiæ genus prætermisit, rapinarum improbus prædo, ut qui non dedisset pecuniam, in vincula raperetur, quamvis innoxius: qui dedisset, etiam reus absolveretur: avaritia gignebat superbiam, ut pauperioribus se tyrannum præberet, mancipium ditioribus: [2] idem tamen etsi prætergressus nequitiam superiorum; ita a successore Floro, quasi deses ac lentus in flagitiis, longo sed proximo intervallo præteritus ac derelictus, ut comparatione deterioris integer æstimaretur. Et qui primo quæsti fuerunt ut afflicti, postea Festum quasi bonum judicem desiderabant. Hic enim singulos exuerat, Florus urbes diripiebat, inquinatissimus in obscenitatibus; in sævitia crudelissimus, armis omnia conturbans, & prœlia de prœliis serens, qui nec obsecratus ignosceret, nec exsaturatus parceret: in conspectu Berenices, quæ soror Agrippæ regis, ad templum religionis caussa venerat, acerbissima cæde in populum desæviebat: nec obsecranti deferendum arbitratus, cum inservientem religioni nudis pedibus adstantem cerneret, & orantem fastidio haberet: unde ad Agrippam regem & ipsa scripsit, & populus Judæorum direxit precatum auxilia libertati. Cui egredienti ex Ægypto occurrerunt plerique ultra sexaginta stadia Hierosolymitanæ urbis obviam progredientes & circumducto per urbem, cum fidem querelarum probaret, insistere cœperunt, ut legatos ad Neronem mitterent. Verum ille dolorem, ut civium, & ipse miseratus, tentamenta tamen belli adversum Romanos alta prudentia cernens moveri, ne & sibi invidia, populoque ultimum gigneretur D periculum, coacto in unum populo, in loco qui templo proximus & ponte divisus, Xystus appellabatur, hujusmodi orationem habuit.


CAPUT IX.

ETsi plerisque improvidus consulendi moderandique impatiens, dolor gravibus aliquos faciat inæstuare querimoniis: tamen ubi consilium sumitur, sequestratur affectus doloris. Nam si promtos ad ulciscendas injurias & ad inferendum Romano bellum imperio, universos ex hoc populo comperissem, ac non melioris partis & tranquillioris sententiæ, quod pacis est præoptare & quod quietis præferre, nec ad vos venire ausus forem, nec consilium dare. Superfluum est enim suadere quid fieri oporteat, cum audientium assensus in deteriora sit. Sed quia aliis inexpertus bellicorum usus malorum, aliis perfunctoria spes libertatis prædulcis ad expetendum, sed plerumque gravis ad adipiscendum: multis enim dum libertas petitur, servitus accumulatur, & frequenter totum eripitur, quibus vel nomen libertatis remanserat; alios quibus præsentia utilitate sui displicent, rerum novitas invitat, ac si turbentur negotia, lucrum putatur: ideo vobiscum consilium conferendum putavi, ne aut prudentiorum sobrietas præripiatur insolentiorum audacia:

1. *Dissensiones*] Vet. cod. *Discessiones*. BARR.

2. *Idem tamen etsi prætergressus*] *Ita tamen ut supergressus*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



aut qui recte sapere nesciunt, nostro saltem admoniti sermone cognoscant, acquiescendum esse consultioribus. Silentium igitur deferendum censeo, ut & nos quæ conducere vobis arbitramur aperiamus, & vestrum nemo perturbetur, si aliqua præter suam voluntatem audiat. Nemo enim poterit æstimare, quale sit quod dicitur, nisi audierit prius, cujus ipse futurus arbiter sit: probet ne an respuat, frustra conturbatur, ne audiat: licet enim & post consolationem unicuique sentire, quod sentit: & si discessio placet etiam post sobrios monitus, servare inconsultæ voluntatis sententiam. Sed dicet aliquis: Cur frustra audiri velint, si non acquiescant qui audiunt? Quia si nolint acquiescere cum audierint portio mihi concionis, non omnis populus periclitabitur: si autem audire nolint, etiam cum pars audiri conturbat universo populo [1] eripiatur audiendi profectus. Itaque apud eos mihi orietur sermo, qui audire voluerint, si vel ex parte aliqua mihi silentium deferatur: intercipietur enim sermo omnis & quasi totus desidet, si concionalis fragoris, & inquieti strepitus examinetur impedimento. Duo sunt itaque, quibus primo respondendum arbitror: quæ in maximo sunt querelarum pondere: quod plerique vociferantur de injuriis præsidum: & quod plerique periisse sibi libertatem gemunt. Quarum propositionum separanda mihi complexio videtur. Si enim præsides improbi, quid opus est libertatem attollere? ne videamini non eorum merito, sed servitutis fastidio accusare præsides, quasi dominationis ministros. Aut si intolerabilis servitus, superflua ergo de præsidibus querimonia. Nam etsi in illis moderatior sit, nihilominus tamen turpis servitus est. Consideremus ergo, ne in utroque eorum non perfunctoria bellorum materia sit: quid enim ineptius, quam de injuriis queri, & bellum subtexere, ac periculis mutare contumelias? Dum judicem refugias, hostem inducas: cum judex iniquus plerumque juris interpres sit, hostis autem etiam justus semper sit appetitor salutis. Temperari ergo, non exasperari judicem decet; hostem caveri, ne alterum acerbes, alterum arcessas: cum & ille delinimento mitior fiat, & iste declinari debeat, ne possit nocere. Cavendum igitur de judicibus, ne major querela quam injuria sit. Gravior quoque objectionum invidia, quam commissorum pretia. Sæpe etenim qui primo verecundius deliquerint, accusati insolentiores sunt, & qui occulte ante furati sunt, postea palam latrocinantur. Nihil itaque tam exasperat fervorem vulneris, quam ferendi impatientia. Denique impensius in ipsis agrestibus feris arctissima vincula, si se excitent, imprimuntur: si quiescant, relaxantur: gravis quoque febrium vis tolerando minuitur, inquietudine augetur. Quod si norint sibi consulere agrestia, ut naturæ obliviscantur, quo dolorem allevent: quanto magis in hominibus frequens id docuit usus, quod eorum qui læsi sunt [2] toleranda, lædentibus fuerit verecunda, ut sine accusatore correxerint, quod accusati non emendassent. Sed esto, fuerit intolerabilis Romanorum judicum insolentia; quid igitur tolerabilius, universos, an unum perpeti? Quæ autem justitia, cum unus læserit, bellum inferre omnibus? Numquid omnes Romani injuriæ auctores? Numquid ipse Cæsar? aut studiose electus est improbus, qui ad vos mitteretur: sed neque speculari possunt [3] transmarina, oculosque ad orientem & occidentem intendere, ut illic videant, quæ heic geruntur: neque audire facile quod etsi solicitudo exigat, longinquitas negat probationum difficultatem. Unius igitur culpa diffidium pariet orbis Romani, cum etiam sine querelis vestris propera correctio sit, nulla accusationis invidia, itineris nullo labore. Annuis enim vicibus Romani magistratus mutantur. Quo fit, ut nec insolens diu maneat, & moderatior cito succedat. Nihil igitur oberit quievisse, cum remedium deferatur etiam quiescentibus. Caussas belli autem intexere perniciosum, quia dura belli adversum omnes conditio, adversum Romanos ultima. Quos si fugere velis, cum superare nequeas, orbis terrarum tibi derelinquendus est. Sed libertatis cupiditatem prætenditis? Sera ista deliberatio: prius certandum fuit, ne amitteretis libertatem quam ut amissam reposceretis. Durus servitutis usus, & ideo a principio non fuit subeunda, aut suscepta æquanimiter ferenda. Tunc decuit restitisse, cum ad servitium vocaremini. Illa justior pugna: qui autem semel se dederit in servitutem, etsi postea subtrahere se velit, non ille tamquam amator libertatis asseritur, sed tamquam servus contumax adjudicatur. Ubi erat ista libertatis defensio, cum Pompejus vestris ingrueret regionibus: urbem dominus intraret, ubi erant arma pro libertate? Cur deposita sunt a patribus nostris? Et certe illi fortiores nobis fuere, vigebant animis, abundabant subsidiis, cupiebant repugnare: sed exiguam Romani exercitus non sustinuere portionem: victi sunt, sed reservati agnoverunt jugum servitutis, ne tolerarent pœnam captivitatis. Quid recusatis heredes, quod debetis jure successionis? Adstringunt vos negotia patrum: quomodo obedientiam refugitis, tanto inferiores obedientibus? aut quid vobis reliqui erit, qui in vos Cæsarem & omnem virtutem Romanam movetis? Quomodo potestis sustinere eos, qui de omnibus triumpharunt, atque ab omnibus sibi militantibus nunc adjuvantur? Et Athenienses quidem pro libertate totius Græciæ incendio patriam tradiderunt, exsilio mutantes domos, ne sibi Xerxes dominaretur, quem in terris navigantem, in fluctibus gradientem, cum eum nec maria caperent, nec terra sustineret, quod Europæ totius spatia transitus ejus itineris includeret, angustioribus terrarum finibus, quam exercitus commeatu: ita persecuti sunt fugientem, ut vix una nave fugitans, auxiliique indigens, se subtraheret captivitati: verum ipsi illi viri qui totam fregerunt Asiam, propter exiguam Salaminam & imperitantem fluctibus Xerxem subigentem maria, in eo ipso quod sibi subjectum putabat, elemento, gloriosissime debellatum fugarunt: nunc Romanis serviunt, & principes totius Græciæ Italorum imperiis obtemperant: atque illæ Athenæ, quæ leges aliis dabant, nunc alienis legibus famulantur. Lacedæmonii quoque post Thermopylas & Leonidæ defuncti triumphos, post Agesilaum servatorem Asiæ, nunc amant dominos suos. Macedonia quoque atque Africa, quæ per [4] suos validissimos duces totius Orbis imperium in sua jura & possessiones transfuderant, translatam a se potentiam non indignantur, tantaque rerum mutatione contentæ, optant propitios dominos, quos ad servitutem petebant. Nec Philippi divitiis Macedones, nec Alexandri excitantur triumphis, quos duces omnium prudentissimos, non immerito invictos arbitrabantur, quia alter se [5] contra Græciam tenuit, alter

1. *Eripiatur*] *Eripitur*: & mox *noluerint*. BARR.
2. *Toleranda* — *verecunda*] *Tolerantia* — *verecundia*. IDEM.
3. *Transmarina*] *Trans maria*. ID.
4. *Suos*] *Duos*. Paullo post in vet. cod. deest vox *dominos*. ID.
5. *Contra Gr.*] *Intra Gr.* ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

fugiens arma Romana, usque ad regna Caspia & extrema subactæ Persidis atque Indorum secreta victor pervenit: magni nomen obtinuit, quia maximos omnium non lacessivit. Quem licet immatura mors triumpho Romanorum subtraxerit, servit tamen & ipse in posteris suis, quibus orientis spolia, non ad fulcrum dominationis quæsita, sed ad pretium servitutis, ut nobilitas famulantium ad victoris opes perveniret. Magna virtus Alexandro. Quid tamen mirum? Ille usque ad oceanum victoriam extendit, Romani ultra oceanum. Testis est [1] Britannia extra orbem posita, sed Romanorum virtute in orbem redacta. Quos ætas superior ignorat, didicit Romanorum victoria. Serviunt & ipsi, qui, quid esset servitus, ignorabant: soli sibi nati, & semper sibi liberi [2] quia a superiorum potentia, interfuso oceano secreti metuere non poterant, quos nesciebant. Plus itaque fuit transisse ad Britannos, quam triumphasse de Britannis. Quid enim facerent, elementis jam Romanorum imperio subjectis? Docuit illos oceanus servitutis patientiam, postquam transfretantibus & [3] ipsi Romanorum navigiis, insuetam sibi servitutem agnoverant. Nam de Annibale quid retexam, qui tot regionum victor Romanis & ipse militavit triumphis, quibus Alpes aperuit, viam stravit, urbes subegit, quæ victoribus acquirerentur? Et qui frequenter superiorem, spem tamen victoriæ victis numquam interclusit, semel victus reparare se nequivit. Cessit sponte victoribus, quos [4] victor non sustinebat; abjectisque armis victricibus, ad Prusiam se se contulit regem: ex duce mercenarius, ex triumphatore fugitivus. Veniamus ad Galliarum incolas, populos natura feroces, & naturalibus muris ferociores, quos non cæmenta parietum, sed juga Alpium ab ortu solis tuentur, ab occasu oceanus includit, a meridie prærupta Pyrenæi, a septemtrione Rheni fluenta, immanesque Germani insuperabiles, & inaccessibiles reddidisse se claustrorum beneficiis æstimabantur: Romanis tamen supra nubes viantibus, & ultra columnas Herculis imperium propagantibus, nihil invium fuit: tanta [5] felicitate hostis, & qui latebat repertus, & qui resistebat, victus est: quorum improviso adventu consedisse montes Germania credidit, Rhenum exaruisse, qui magnitudine corporum & contemtu mortis ceteris validiores, qui retinaculum ante suum Rhenum putabant, nunc salutis defensionem. Itaque jam non [6] copiis Germanorum replentur, sed Romanorum liburnis, quæ pererrantes tot usque ad mare bicornis amnis fluenta quondam liberas gentes servitio premunt, ut quæ sibi ante totius orbis imperium præsumserant, nunc servitutis propriæ mercedem exsolvant. Quid Illyriis erutum venis terrarum suarum aurum profuit, quibus non abundavit ad liberatis præmium? Quanto pretiosius Romanorum ferrum, cui servit aurum Pannoniorum? Dat itaque Pannonias auri tributum, & opes suas ad Romanum ærarium volens transfert, ut sit tutior in servitute. Nec incolam suum auro turbida Pactoli unda extulit in superbiam: servit libenter, quibus servire imperia videt: nec miratur Indus gemmam suam, aut Seres lanam suam. Ad usum dominorum exercentur illa, non [7] pretio mercium, sed functionum munia. Persarum superba [8] audimus imperia: sed eorum quoque obsides vidimus, & cum ipsi imperent pluribus nationibus, tamen offerunt liberos suos, & nobilitatem suam. Servire Romanis gaudent pro fide pacis, simul ut serviendo discant suis imperare: offerunt vestes, monilia, elephantos quoque Romanis, unum tributum reges imponere. Attexamus Ægyptum abundantem opibus suis, nec indigentem pluviæ cælestis, quæ sibi ipsa imbres generat, & pluviarum ubertates creat. Denique cum sit ferventior omnibus regionibus, sola non queritur de siccitate, & quod nulli alii loco suppetit, alit irriguo suas messes. Navigatur in arenis, navigatur per sata, ubi pluvia nescitur. Cujus tamen nova gratia & naturalis fecunditas Romanis militat, ut quatuor mensibus dominos alat. Quid ipsam urbem loquar cognomine regis fortissimi, quæ septa fluminis muro, nescit obsidionem? quod universorum amnium maximus, diffuso per spatia terrarum alveo, & obsidionis submoveat impedimenta, & in vehendis quæ necessaria sunt ad usum [9] rerum ministret? Quæ magis poterat ad rebellandum quam Ægyptus excitari, quæ decies septingenta & quinquaginta millia hominum, præter Alexandriæ incolas populos Romanis fascibus numerat adscriptos? Et cum habeat tantam multitudinem, mavult tamen Romani imperii tributis se exercere, quam suis militare stipendiis. Non transsiliam Cyrenenses Lacedæmoniorum genus, qui quondam cum Carthaginiensibus de finibus atque imperio certarunt, finem certaminis mortem offerentes. Qua oblatione victi, sed ulti tamen injuriam fratribus [10] Philineis victoriam concessere: nec Syrtes præteribo terribiles, etiam solo auditu, quod omnia ad se trahant, & appropinquantia vadoso mari hæreant, tertiam partem orbis totius ab Atlantico mari & columnis Herculis usque ad mare rubrum, atque Æthiopas definiri rerum periti asserere. Quis tot gentium populos numero recenseat, quibus fulta Carthago Scipionis dextram non tulit, maluitque Romam duabus anni partibus adversum se pascere, quam aliorum opibus nixa adversum Romanos rebellare? Creta quoque centum urbibus nobilis, uberrima præferens regna, circumfusa undique mari & fluctibus tamquam mœnibus solita hostem repellere, unum consularem veretur, & plurimi populi sex fascium virgulis metu inclinantur. Asia, Pontus, Eniochi, Scythæ Nomades, Taurici Scythæ, Mæotiaque regna, Bosphoranique omnes Romano imperio subjiciuntur, & illud ante innavigabile pelagus, XL. naves ad pacem exercent. Nam de Armenia quid dicam, quæ non solum limitis sui servat quietem, verum etiam portarum intenta custodiæ diligenter explorat, ne pacem turbaturus aliquis irrepat. Omnes ergo Romanis servire gestiunt: vos soli dedignamini his esse subjecti, quibus subjiciuntur universi? Quibus freti ar-

1. *Britannia extra orbem posita*] Huic geminus locus exstat infra lib. V. cap. XV. *Quid adtexam Britannias interfuso mari a toto orbe divisas, & a Romanis in orbem terrarum redactas?* Nimirum Virgilium imitatur auctor, cujus illud est:

— Toto divisos orbe Britannos.

MAZOCH. l. c. p. 850.

2. *Quia*] *Qui*. BARR.

3. *Ipsi — agnoverant*]. *Ipse* (oceanus) *— agnoverat*. IDEM.

4. *Victor*] *Victos*. ID.

5. *Felicitate*] *Facilitate*. ID.

6. *Copiis*] Cor. Gualt. legendum putat *caupulis*: quod genus navigii excavatum fuisse Germanis in usu, scribunt Tacitus & Marcellinus. ID.


7. *Pretio mercium — functionum munia*] Malo utrumque auferendi casu ab auctore scriptum, *Non pretio mercium, sed functionum munio*. Vox *functionum* passim in utroque Codice pensitationes tributorum notat. Porro *munio* dictum, ut *altario* & ejusmodi plura, quibus ætas sequior delectabatur. Et certe singulare *munium* ab vet. Glossis agnoscitur, tamquam *functionis* synonymum: utrumque enim redditur λειτουργία, vox ad tributorum illationes pertinens. MAZOCH. l. c. p. 850.

8. *Audimus*] *Audivimus*. BARR.

9. *Rerum*] *Remedia*. ID.

10. *Philineis*] *Phileniis*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



mis? quo superbi milite? ubi est stolus navium vestrarum, qui obsideat freta, percurrat maria Romanorum? In ipsorum enim nomen elementa etiam transierunt, in quos etiam transivit orbis terrarum, qui Romano imperio clauditur & definitur: denique a plerisque orbis Romanus appellatur. Nam si verum quæramus, ut supra diximus, terra ipsa infra Romanum imperium est, supra quam progressa Romana virtus ultra oceanum, alterum sibi orbem quæsivit, & in Britannia sibi remota a confinio terrarum novam invenit possessionem. Denique quibus jus non solum civitatis Romanæ, sed etiam ipsius prope humanæ conversationis negatur, illo diriguntur, ut illic habitent, quasi mundi exsules. Cessit oceanus finibus suis, novit Romanus interiora ejus petere secreta: cum ipsis vobis erit bellum, adversum quos nec natura suum jus possidet. Euphrates ille inaccessibilis ante, nisi suis incolis, ex utraque jam ripa Romanus est, & sub imperio Romano totum significat esse orientem. Ister in septemtrionalibus partibus inter sævas & innumeras profluens gentes, obsides suscipit, hostes coercet. Meridiana plaga quousque habitabilis esse potest, afat Romanis, atque ipsis messem suam colligit in occasu quodam ultima terrarum Gaditana ora, novos suscipit hospites, qui Romano imperio tributa sua deferant. Habet & ipsa, quo dirigat merces suas: ubi ante solum naufragium putabat, ibi nunc mutuatur commercium. Cum igitur Romanorum omnia sint, unde vobis adversum Romanos præsidia quæretis? Ex qua vobis inhabitabili parte socios postulabitis? Quicumque enim in orbe terrarum sunt, Romani omnes sunt. An ultra Euphratem ad Adiabenos dirigetis legationem? sed nec ipsis vacat sua relinquere, nec Parthus sinit petitam sibi pacem interpellari, ne ipse in finitimis reus sit rebellionis. Ne [1] illud bellum simile puteris, ac si adversum Arabas & Ægyptios vobis gerenda prœlia sint; alia Romana arma, aliæ opes ex toto quæsitæ orbe: nec Hierosolymitana vobis blandiantur præsidia murorum; validiorem Romani murum oceani ruperunt: sed de religionis auxilio præsumitis, cum orbem jam Romanum Jesu discipuli repleverint? Aut sine nutu Dei putamus illam crescere religionem, urbemque Romam supra omnes religiones proferre imperium suum. [2] Hæc nostra nos jam dudum religio deseruit, quia nos deseruimus fidem, & frequenter interdicta mandatis cælestibus repetivimus. Unde in nos venit Ægyptius? quemadmodum captivi facti sumus Assyriorum? Nonne scriptura dixit hæc eventura? Nonne scriptum est profananda omnia templi sacramenta? quæ jam sæpius profanata vim suam atque omnem divinorum mysteriorum gratiam non repræsentant: Contaminatum est templum humano sanguine, repleta sunt pulvinaria cadaveribus, perfusæ aræ Romano cruore, pugnatum est sabbato: prævaricatio facta est, dum templum non sua observatione & feriarum solemnitate, sed cruento defenditur prœlio. Et hoc utique iterum fiet. Ergo quomodo possumus tamquam adversum hostes & religioni adversarios divinum auxilium mereri, cum ipsi prævaricationem inferamus nostræ religioni? Quod igitur remedium, cum & humanæ opes non suffragentur, nec divina opituletur gratia? Alterum horum aliquos invitare solet ad bellum; vobis utrumque deest. Quid ergo superest, nisi manifestum excidium? quod non declinatis dum cavere licet, nihil aliud nisi vos ipsi vestram patriam concremabitis, templumque exuretis, conjuges quoque & liberos dabitis neci, quibus auctores eritis supremæ amissionis: cum malorum omnium incrementum inconsolabile sit, nostræ culpæ adscribi quæ sustinemus. Accedit huc quod aliarum urbium bella, suorum incolarum excidiis determinantur: vestra rebellio totius erit excidium [3] religionis, quæ toto diffusa orbe, populos ubique disseminabit, & in omnibus urbibus nostri portio est. Vestro igitur prœlio Judæi omnes implicabuntur, nec erit ulla regio nostri expers cruoris. Aut si tales sunt Romani, ut Judæos non persequantur, nec bello lacessiti: quam injustum est bellum his inferri, quorum humanitatem speratis. Bonum est carissimi, bonum est, dum adhuc in portu navis est, prævidere tempestatem futuram, nec imminentibus quemquam se se objectare periculis, ne cum in altum processeris, jam naufragium non possis cavere. Et plerumque quidem repentina exsurgit procella, & bellum excipitur, etiamsi non inferatur: sed interest lacessere hostem an excipere? magis parcit non lacessitus, & necessitas excusat insolentiam: ubi vero in præruptum quisquam se se immergit periculum, oneratur etiam opprobrio. Non is hostis est, quem fuga possitis vitare. Quocumque ibitis, sequitur periculum: immo ubique hostem reperietis. Omnes enim amici Romanorum sunt; & quicumque præter Romanorum amicitiam est, hostis universorum est. Subeat vos patriæ amor: si non pignorum vestrorum, non conjugum vos contemplatio revocat, revocet templi contuitus sacratissimi: parcite saltem religioni: parcite sacratissimis sacerdotibus, quibus jam non parcunt Romani, neque ipsi templo, quos pepercisse pœnitet: quoniam jam dudum volunt omnes gentes nostram exstinguere religionem, cui Pompejus tamen cum exstinguere posset, pepercit. Ego nihil prætermisi, omnia monui, quæ ad vestram spectant salutem: hoc vobis suadeo, quod mihi eligo: vos considerate, quid vobis & mihi utile sit: opto vobis & mihi pacem esse cum populo Romano: si recusatis, ipsi meam vobis eripitis societatem: aut communis erit gratia, aut sine me periculum. Hæc dicens, illacrymavit, Berenice quoque soror ejus: nam & ipsa erat in Xysti superioribus, & multum eos Agrippa suis lacrymis inflexerat, ita ut dicerent Judæi: Non Romanis [4] bellamus; sed Floro qui bello digna commisit, bellum inferendum arbitramur. Respondit Agrippa: sed hoc est Romanum bellum inferre: facta vestra Romanorum injuriam petunt. Non Floro, sed Romanis: non Floro, sed Cæsari tributum negatur: non Flori, sed Romanorum miles in castro est, quod appellatur Antonia, a quo dirutis divisisque porticibus templum separastis, ut custodia sequestraretur. Restituite statutum [5] superiorum: tributum quod Cæsari debetur, Cæsari solvatur; ne Florus hoc referat, non se a vobis, sed Cæsaris imperium repudiatum. Acquieverat populus his dictis, ita ut cum Agrippa in templum ascenderent, porticus ut fuerant inciperent ædificare, tributum cogerent. Denique brevi missis in hujusmodi [6] muniis industriis exsecutoribus, congregata sunt talenta XL. quæ deerant tributariæ solutioni. Compressus fuerat omnis belli tumultus: sed adjungere his Agrippa volens, ut Floro obtemperarent, donec ei a Cæsare successor veniret, ita plebem exasperavit, ut ne ab ejus quidem contumelia temperaretur, sed extrusum urbe nonnullis jactis lapidi-

1. *Illud*] *Istud*. BARR. 2. *Hæc*] *Ne*. ID.
3. *Religionis*] Al. *regionis*. ID.
4. *Bellamus*] *Rebellamus*. ID.
5. *Superiorum*] *Superiorem*. ID.
6. *Muniis*] *Munus*. ID. — Recole sis quæ superius pag. 692. ad *functionum munia* ex Mazochio adnotavimus.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

bus, incertum an percusserint. Qua motus injuria rex, auctores eorum comprehensos ad Florum direxit. Ipse autem in regnum suum concessit.

CAPUT X.

EO discedente concitatores belli compositis insidiis, Massada castellum occupaverunt, necatisque Romanorum custodibus suos constituere. Eleazarus quoque principis sacerdotum filius præruptæ vir audaciæ suasit, ne cujus alienigenæ donum vel sacrificium reciperetur: quæ turba belli adversum Romanos fuit, universosque in tumultum excitavit. Videntes itaque potissimi quique, quod ea res [1] præsumtæ caussa foret dissensionis, agebant cum populo, non solum Cæsari bellum irrogari, sed violari etiam instituta religionis, templique imminui reverentiam: argui & condemnari patrum traditiones, qui ex muneribus alienigenarum templum ornaverint, cui multo amplius accesserit divitiarum ex collatione gentium, donisque diversarum & innumerabilium nationum: obliterari sancta majorum, sacros ritus [2] novari. Quid futurum de his quæ ante collata sunt, si simili modo conferri in posterum dona gentium prohibeantur? Aut si solis Romanis sit interdictum quod omnibus liceat, quod incentivum belli futurum? Postremum, impium, si apud Judæos tantum nec sacrificare, nec inferre munera alienis permitteretur. Considerare eos oportere, quia Cæsaris pax solveretur; quem hujusmodi motum offensione, haud dubie facturum, ut eriperet Judæis omnem usum sacrificiorum; [3] ut nec pro se sacrificarent, qui sacrificium Cæsaris refutavissent, præveniendum mature. Nam talia consulta si ad Florum, atque inde haud dubie ad Cæsarem pervenirent, Judæorum genti pestem [4] factura: simul hæc adstruere sacerdotum testimoniis desiderantes, interrogabant, si umquam a majoribus esset sacrificiis gentilium renuntiatum: id quo minus liqueret, obstrepebant ad seditionem parati: nec ministri quidem altaris audebant se se tantæ discordantium inserere contentioni: unum remedium superesse visum est, ut Florus atque Agrippa rex cum militari manu adessent, ut saltem metu desisterent, qui consilio nequaquam revocarentur. Sed Florus, qui augeri vellet seditionem, ne ullus Judæis esset veniæ locus ([5] qui nisi involuti bello forent, urgendi rapinas ejus, & graviora commissa facultas omnis exstingueretur) passus est crescere belli furorem, nihilque legatis responsi reddidit. Agrippa vero [6] quam maxime ambiebat Scyli & Antipæ Custobarique propinquorum suorum legationem, in commune bonum, ut & Judæos Romanis servaret, & Judæis religionem, patriæ templum, urbem civibus, sibique imperii decus, regni tranquillitatem, misit tria millia equitum Dario & Philippo turmarum ducibus, ut auxilio freti, bonarum consultores partium promtius adniterentur. Hinc fiducia bonis orta, improbis indignatio, bellum adolevit. Cum hos caussa justior, quæ nihil tamen armorum conflictus juvaret; illos furor & multitudinis numerus accenderet, divisæ acies prœliatorum. Principes sacerdotum & vulgi portio quæ pacem optabant, cum regiis equitibus partem civitatis superiorem occupavere: illi alii in inferioribus siti, templum & propinqua loca sacris sibi vendicabant. Primo lapidi- A bus & saxis & jactu telorum utrimque bellum lacessunt, decernunt sagittis. Postea ut se se forte obtulit prœliandi necessitas, confertæ manus: peritia usuque regii præstabant, volentes arcere accessu belli excitatores, ne templum intaminarent: contra Eleazaro cum suis, etiam superiorem urbem quæ vocabatur Sion, invadere studium erat: septem diebus sine intermissione aliqua bellatum est. Octavus solemnitatis dies, quo ligna omnes altaribus solebant imponere, ne quando ignis deficeret, quem oportebat inexstinguibilem perseverare, furorem addidit, ut omnes a templo ministri excluderentur. Audacius solito sicariis se se proripientibus cessere regii, nec in superioribus partibus consistere ausi: B incensæ ædes Agrippæ & Berenices, direptum omne instrumentum regium: ignis circumferebatur, ut chirographa debitorum, quæ recondita in tabulariis erant [7] publicis exurerentur. Quo feneratoribus suis inopes insolentius insurgerent, omni nexu se se absolutos arbitrati, incendebant urbem manibus suis, exurebantur nervi civitatis, exspugnatum est castrum cui nomen Antonia, cæsi omnes custodes reperti, incensum postea. Massadam quoque proripiens se se Manaimus, Judæ Galilæi filius, acer & peritus sophista, & turbandis rebus exercitatus, armorum invasit officinas, & induit armis inermes. Regressusque in Hierosolymam, stipatoribus tamquam regio more comitantibus, immane C quantum insoleverat, ut supergrediens usum privatum, nec ab illicitis quidem quæ liberi populi ferre non possent, temperandum arbitraretur: insurgentibus in eum pluribus, qui fultum regali indumento, tyrannum & dominum incubuisse libertati civium increpitarent, graves pœnas dedit, ut afflictus prius cruciatibus immoreretur, nec tamen dissidium remotum. Nam multo gravior motus insurrexit. Denique Metilius cum Romanis militibus oravit, ut discedere liceret: dataque fide & interpositis sacramentis, ubi juxta pactum arma deposuere, cum sine metu abirent, ab Eleazaro & sociis factionis multi obtruncantur: non resistendum adversus vim, nec precandum rati, sed tantummodo vio- D latam fidem & perjurium perfidorum vociferantes. Omnes itaque interfecti: Metilius ipse præfectus militum rogando & obsecrando, simul pollicens usque ad circumcisionem quoque se Judæum futurum, solus reservatur.

CAPUT XI.

ARdebat omnis Judæa: Syria quoque provincia omnis in bellum [8] excitata. Denique Cæsarienses quoscumque habebant Judæos interfecerunt: quo dolore excitati, plurimas Syriæ urbes Judæi adorsi debellaverunt: nusquam jus, nusquam religio: nobilior erat, qui plura diripuerat, quasi præ- E mia congerens fortitudinis. Erat spectaculum miserabile, cum inhumata corpora passim jacerent in urbibus: pueris commixti senes, mulieres quoque nec propter verecundiam spectantium munimentis quibus pudenda tegerentur, relictis: omnia fœda & plena specie miserabili, quæ cum tetrum horrorem excederent gravis ac nefariæ crudelitatis, graviora tamen adhuc sibi invicem minitabantur. Erat immane latrocinium inter Judæos ac Syros, cum spes nulla salutis esset, nisi ut invicem se præveni-

1. *Præsumtæ*] *Præruptæ*. BARR.
2. *Novari*] Cod. vet. *negari*. ID.
3. *Ut nec pro se sacrificarent* cet.] Ita ex editione Ascensiana supplevit hunc locum Mazochius l. c. pag. 819. Al. edit. *ut nec pro se sacrificium Cæsaris refutavissent*.
4. *Factura*] *Futuram*. BARR.
5. *Qui nisi invol.*] Vet. cod. *quibus si involuti bello forent, arguendi rapinas* cet. ID.
6. *Agrippa vero quam max.*] Aliquid deesse videtur, legendum fortasse: *Agrippa vero* QUI *quam maxime amb.* — *misit* cet.
7. *Publicis*] *Publice*. BARR.
8. *Excitata*] *Excita*. ID.

rent. Quæ enim civitas, quæ non Judæos simul & Syros permixtos haberet? Dies in sanguine, noctes in formidine transigebantur: nec odiis, nec avaritiæ modus ullus. Nam præter sectarum & cultus diversitatem, quæ in malum publicum eruperat, ut e diverso se perditos vellent; avaritia habendi & rapiendi cupido ita animum invaserat, ut nulli, quem prædæ studio deputassent neci, parcendum æstimarent. Quid de minore numero cæsorum loquar? Nam præter Antiochenos, & Sidonios & Apamenos, difficile quisquam populus, inhabitantes secum Judæos non persecutus est. [1] Cerassem autem & volentes egredi, usque ad fines proprios prosecuti sunt, ut sine ulla fraude abirent. Alexandriæ vero orta inter gentiles & Judæos contentione, dum Hebræi vindictam reposcerent, ac raptis fascibus congregatum in amphiteatro populum gentilium minitarentur exurere, alia curantem Alexandrum Tiberium præfectum loci in se convertere, ac primo quidem concordiam publicam reformare pacificis tentabat sermonibus. Ubi vero irrideri ab his quæ sedulo moneret, advertit, nec ullo alio modo tolli posse tantam seditionem, invadendi eos militibus potestatem dedit; qui circumfusos adorsi, maximam per totam urbem stragem fecere: cum alios resistentes, fugientes alios, alios in domibus suis latitantes necarent, neque ulla subjaceret, vel parvulorum misericordia, vel reverentia senum, vel mulierum verecundia. Cæsa itaque Judæorum quinquaginta fere millia: natabant plateæ sanguine, repleta erant omnia cadaveribus, crepitabant flammæ sævo per urbem incendio, quæ Judæorum domibus [2] invectæ, vicina simul depascebant. Inflexus tamen Alexander, tandem milites abstinere, & receptui canere jubet: vulgi tamen ira semel progressa in potestatem necandi, nequaquam mitigabatur.

CAPUT XII.


Luebant enim scelerum suorum supplicia, qui postquam Dominum Jesum crucifixerunt divinorum arbitrum, postea etiam discipulos ejus persequebantur. Plerique tamen Judæorum, & Gentilium plurimi crediderunt in eum, cum præceptis moralibus operibusque ultra humanam potestatem profluentibus invitarentur: Quibus ne mors quidem ejus vel fidei, vel gratiæ finem imposuit, immo etiam cumulavit devotionem. Intulerunt itaque parricidales manus, atque auctorem vitæ interficiendum ad Pilatum deduxere: reluctantem cœperunt perurgere judicem: in quo tamen non excusabatur Pilatus, sed Judæorum amentia coacervabatur; quia nec ille adjudicare debuit, quem reum minime deprehenderat; nec isti sacrilegium parricidio geminare, ut ab his, qui ad redimendos & sanandos eos se se obtulerat, obtruncaretur: de quo ipsi Judæi quoque testantur, dicente [3] Josepho historiarum scriptore, quod *fuerit illo in tempore vir sapiens, si tamen oportet*, inquit, *virum dici, mirabilium patratorem operum: qui apparuerit discipulis suis post triduum mortis suæ vivens iterum, secundum prophetarum scripta: qui & hæc & alia innumerabilia [4] de eo plena miraculis prophetaverunt; ex quo cœpit congregatio Christianorum*: & in omne hominum penetravit genus; nec ulla natio Romani orbis remansit, quæ cultus ejus expers relinqueretur.

A Si nobis non credunt Judæi, vel suis credant: hoc dixit Josephus, quem ipsi maximum putant: & tamen ita in eo ipso quod verum locutus est, ita mente devius fuit, ut nec sermonibus suis crederet, sed locutus est propter historiæ suæ fidem, quia fallere nefas putabat: non credidit propter duritiam cordis & perfidiæ intentionem: non tamen veritati [5] præjudicabat, quod non credidit, sed plus addidit testimonio, quod nec incredulus & invitus negavit. In quo Christi Jesu claruit potentia æterna, quod eum etiam principes synagogæ quem ad mortem comprehenderant, Deum fatebantur. Et vere quasi Deus sine exceptione personarum, aut ulla mortis formidine locutus, excidium B quoque templi futurum annuntiavit: sed non eos templi injuria commovit, sed quia in flagitiis ab eo & sacrilegiis corripiebantur, hinc ira exarsit, ut interficerent eum, quem nulla habuissent tempora. Nam cum alii precando meruerint facere, quæ fecerunt; hic in potestate habebat, ut omnia quæ fieri vellet, imperaret. Occisus erat ante mortem Jesu, Baptista Joannes vir sanctus, qui nunquam in [6] sæculis salutis veritatem posuerat. Denique ad omnia quæ plena justitiæ docebat, quibus ad cultum Dei invitabat Judæos, etiam baptismum propter purificationem animæ & corporis instituerat. Cujus caussa necis, libertas, quod perpeti nequivit ab Herode fraterni violata connubii jura, [7] germanoque abductam conjugem. C Nam cum idem Herodes Romam pergeret hospitii caussa fratris ingressus domum cui erat uxor Herodias, Aristobuli filia, regis Agrippæ soror, ausus est eam naturæ immemor solicitare, ut relicto fratre, sibi nuberet: cum de urbe Roma revertisset ex consensu mulieris inita incesti pactio est. Cujus indicium rei, pervenit ad Aretæ regis filiam, in conjugio adhuc Herodis manentem. Ea rivalem indignata redeunti marito insinuavit, ut ad Macherunta oppidum dirigeretur: quod erat in confinio Petræi regis & Herodis: ille qui nihil suspicaretur, simul quia omnem jam circa eamdem imminuerat affectum, quo facilius Herodiadi pactionis fidem præ- D staret, si ablegaret conjugem, acquievit ejus suggestioni. At illa, ubi patrio regno appropinquavit, cognita patri Aretæ prodidit, (qui per insidias omnem exercitum Herodis bello lacessitum delevit, proditione facta per eos qui ex Philippi tetrarchæ populo, Herodi se se associaverant. Unde Herodes Cæsari querelam detulit: sed vindictam imperatam a Cæsare indignatio Dei sustulit. Nam in ipso apparatu belli, Cæsaris mors nuntiata, idque a Judæis æstimatum comperimus & creditum (auctore Josepho adversum se idoneo) quod non fraude hominum, sed Dei commotione Herodes exercitum amiserit, & juste quidem propter vindictam Joannis Baptistæ viri justi qui dixerat ei: [a] *Non licet* E *tibi fratris uxorem habere*. Sed ita hæc conteximus, quasi vel in suis Judæi legitima custodierint, apud quos interierat summi jus sacerdotii, aut avaritia interceptum, aut potiorum insolentia, qui licere quod vellent, jus putabant. Namque a principio Aaron summus sacerdotos fuit, qui ad filios suos ex voluntate Dei unctione legitima transmisit sacerdotii prærogativam, a quibus per ordinem successionis constituti sunt, principatum sacerdotii gerentes. Unde patrio more convaluit neminem fieri

a Matth. XIV. 4. Marc. VI. 18.

1. *Cerassem*] *Gerasseni*. BARR.
2. *Invectæ*] *Injecta*. ID.
3. *Dicente Josepho hist.*] *Antiquitt.* lib. XVIII. cap. III. num. 3. ID.
4. *De eo plena miraculis*] Cod. vet. *Deo pleni miracula prophet.* ID.
5. *Præjudicabat*] *Præjudicat*. ID.
6. *Sæculis*] *Secundis*. ID.
7. *Germanoque*] *Germanique*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



principem sacerdotum, nisi qui esset ex sanguine Aaron: cui primo jus istiusmodi delatum est sacerdotii. Alterius autem generis viro, nec regi quidem, liceret succedere. Denique Ozias, quia usurpavit sacerdotii munus, perfusus lepra, a temploque ejectus, reliquam ætatem sine imperio exegit: & certe rex optimus fuit, sed usurpare ei non licuit officium religionis.

CAPUT XIII.

Fuerunt itaque ex quo egressi sunt ex Ægypto patres, usque ad ædificationem templi quod Salomon condidit, principes sacerdotum XIII. qui fiunt anni [1] ducenti XII. quoniam primo qui erat princeps sacerdotum usque ad mortem perseverabat, nec quisquam in locum viventium substituebatur. Postea etiam a viventibus subrogabantur. Ergo isti tredecim per successionem adepti sunt sacerdotium; quibus temporibus & aristocratia fuit & monarchia, Judicum & Regum potestas. Rursus a Salomone usque ad tempora captivitatis, quando in Syriam populus demigravit, urbe capta temploque exusto, fuerunt sacerdotum principes XVIII. per annos quadringentos LX. & menses VI. & dies X. LXX. autem annis [2] post in captivitate fuit populus. Postea Cyrus cum dimitteret populum patrum de regione Assyriorum, & templi ædificandi potestatem daret, etiam sacerdotum principem Josedech qui simul abductus erat, redire permisit, ut ritus veteris solemnitatis per assueti sacerdotis scientiam reformaretur. Ipse igitur & posteri ejus quindecim numero viri, a reditu populi usque ad Antiochum Eupatorem officio functi sunt per ordinem successionis, & principatum sacerdotii repræsentarunt annis CCCCXIV. Primus Antiochus quem supra memoravimus, & dux ejus Lysias, occiso Onia sacerdotum principe, in locum ejus substituerunt Alchimum in sacerdotium. Qui licet fuerit de Aaron genere, non tamen fuit de ipsa domo. Unde Ananias frater Oniæ pergens in Ægyptum, petiit a Ptolemæo Philometore, & Cleopatra conjuge Philometoris, qui ritus observationis ad Hierosolymitanæ solemnitatis similitudinem, in Alexandrinæ urbis cultibus inseruerat, ut illic princeps sacerdotum subrogaretur, eo quod Alchimus legitimam non haberet sacerdotii successionem; atque idem tamen exacto triennio defunctus, nec successorem habere meruit, qui abrogaverat legitimæ successionis solemnitatem. Fuit itaque septem annis civitas sine principe sacerdotii. Usque ad hoc tempus [3] regressio patrum de terris Assyriorum democratiam tenuit, eo quod per regum iniquitates in captivitatem se esse deductum Judæorum populus recognosceret. Asamonæi postea nacti potestatem populo præsidendi, Jonatham sacerdotum principem constituere, qui per septem annos functus suscepto munere, per insidias Triphonis finem vitæ invenit, in cujus locum Simon frater germanus tamquam jure hereditario, per electionem tamen successit, quem generi insidiis inter epulas exstinctum accepimus; a quo ad filium ejus Hyrcanum, quem fuga periculo exemerat, prærogativa sacerdotii demigravit. Hyrcano autem Aristobulus, qui etiam regnum memorato adjunxit muneri, ut utriusque esset particeps, & Aristobulo Alexander substitutus est: Penes Alexandrum & regnum & sacerdotium, usque ad diem vitæ ejus mansit supremum, per septem scilicet & XX. annos, sed plerumque dubio statu: nam & anceps inter ipsum & Demetrium victoria fuit, & odium immane a civibus. Idem moriens Alexander, qui periculosam filiis suis cerneret odiorum suorum hereditatem, Alexandram conjugem suam exercitam usu imperii, & communium assuetudine consiliorum, gratiorem tamen populo quod & adversum viri sævitiam periclitantibus frequenter præsidio fuerit, & conjugi temperamento, regali præesse voluit gubernaculo: arbitram simul statuens, cuinam potissimum filiorum summum sacerdotium committeretur. Illa Hyrcanum patri substituit in sacerdotium, vel propter majoris ætatis prærogativam, vel quod leniore quam frater ingenio, nullas super regni negotiis matri videretur molestias excitaturus. Aristobulo nihil publicorum commisit officiorum. Sed ille etiam vivente matre, ægritudinis tamen ejus occasione in remotis & munitioribus locis regem agebat: quo offensa mater, & Hyrcani querelis anxia, vim morbi aluit, nec ultra [4] novem annos imperii progressa, omnium heredem Hyrcanum reliquit: non quod servaturum præsumeret, sed ne indignum juvaret, aut usurpatoris insolentiam judicio prosperiore accenderet: verum Alexandræ mors etiam Hyrcano sacerdotium regnumque ademit. Nam bello victus, ad munitiora se se contulit, retentisque conjuge & filiis Aristobuli quos in castro invenerat, amplexatus est mutare conditionem, ut ad Aristobulum potestas omnis transiret, & sacerdotium: ipse privatus in domum Aristobuli concederet. Nec tamen diu contentus fuit aulam regiam privatis mutasse ædibus. Nam excitatus ab Antipatro, primo in Arabiam contendit, velut [5] contestatus pacti iniquitatem. Deinde ubi infirmum sibi adversum Romanos quos in sui societatem per Scaurum Aristobulus illexerat, Arabi Regis auxilium advertit, Pompejo venienti querimoniam detulit, qui eludentem Aristobulum, anno jam tertio imperitantem bello perculit, auctoritate cepit, atque ante victoriam custodiæ dedit; superatoque ejus populo & capta urbe, captivum ipsum cum filiis Romam dirigi præcipiens, Hyrcano sacerdotii dignitatem refudit, atque eum [6] præsidem civibus, absque diademate tamen regnique infulis, statuit. Largus quidem honoris, sed consultor quietis, ne fraternæ insolentiæ spiritu pax turbaretur. Ita Aristobulus captus licet, Hyrcanum tamen regno exuit; qui quatuor & viginti annos postea majore usu quam nomine in potestate exegit: nec tamen is finis vitæ Hyrcano, qui potestatis fuit. Nam reliquum tempus dedecori cessit, ut supra memoravimus: si quidem superatus prœlio, Parthis Euphratem transgredientibus, captus, & Antigono & Aristobuli filio in potestatem datus, truncatisque auribus, nec sic quidem ærumnæ miserabilis implevit acerbitatem. Nam post illam in Parthiam quoque abductus exsul, debilis, senex, ludibrium de se barbaris præbuit; & cognito postea, quod Herodes imperitaret, cujus conjugio Mariamne neptis sua potiebatur, in Judæam revertitur. Ubi primo summa honoris specie susceptus, quod insidiarum velamen obtenderetur, haud multo post affictо crimine quod potestatem vellet repetere, interemtus est. Nactus igitur Herodes regnum, quod a Romanis pro oppugnatæ vel proditæ patriæ mercede

1. *Ducenti* XII.] Ms. *sexcenti* XII. ut & Eusebius in Chron. BARR.
2. *Post*] Deest hæc particula in ms. ID.
3. *Regressio*] *Regressionis*. ID.
4. *Novem*] *Quatuordecim*. ID.
5. *Contestatus*] *Contestaturus*. ID.
6. *Præsidem*] *Præsidere*. ID.

acceperat, in locum Antigoni qui triennio & tribus mensibus tenuerat imperium, substituit successores in sacerdotium, non Asamonæi generis quos clarioris fuisse prosapiæ accepimus, sed ignobiles quosque, quos aut libido aut casus dedisset: tamen fatigatis Alexandræ precibus socrus, vel insimulationibus territus, Jonathan conjugis suæ fratrem septem decemque annos agentem sacerdotem creavit, quem mox ipse exitio dedit, suspectum imperii, quod circa eum ingentem populi totius gratiam in dies videret adolescere. Posthabito itaque Ananelo, quem jam ex ignobilibus ante Jonatham in sacerdotium subrogaverat, reliquos per ordinem hujusmodi elegit, de quibus nihil suspectum haberet. Nam quod in affine perpeti non potuerat, B quemadmodum non caveret in alienis similia? In hujusmodi ordinationibus Archelaus secutus paternæ speciem consuetudinis, angustioris animi tenuit sententiam: more quodam insito mortalibus, ut apud eos minus suspecta sit ignavia hebetiorum, quam gratia bonorum; cum infirmus animus insolentior sit in rebus secundis, prudentior autem noverit vicem referre beneficiis. Igitur a regno Herodis, usque ad [1] Romanum imperium, quod Archelao dejecto, Judæam reliquis provinciis associaverat, atque inde usque ad templi excidium & triumphum Titi fuerunt sacerdotum principes viginti & octo, per annos centum & septuaginta. Sane apud plerosque eorum dignitatis sola functio, penes paucos C etiam jus potestatis fuit. Liquet igitur in sacerdotium principibus non perseverasse legitimi generis successionem: quia non omnes ex Aaron neque filiis ejus, qui in ejus subrogati locum, formam præscriptæ successionis ceteris dereliquere. Itaque cum avaritia aut perfidia suorum corrupta essent majorum instituta, violata jura religionis, convulsa æquitatis præsidia; non immerito eos divina deseruit opitulatio, eoque tamquam in vacuum populum omni injuriarum genere processum, ut seditionibus domesticis in seipsos manus verterent: latrociniis gravibus afflictarentur, & teterrimos sortirentur judices, ut improbis nequiores succederent: denique Albinus deterrimus habebatur superiorum; sed Flo- D ro successore, is inter bonos relatus, qui facem belli extulit, prœliumque inter Judæos & Romanos accendit; quæ caussa supremo templi & urbis excidio fuit.

CAPUT XIV.

Namque Cestius, ubi ardere Judæos comperit belli furore, qui summam militiæ regendam in partibus Syriæ a Romanis susceperat, duodecimo anno imperii Neronis movit arma, ut militum Romanorum quibus erat custodia commissa coercendæ insolentiæ & pacis tuendæ, necem ulcisceretur. Congregatisque etiam sociorum auxiliis, Judæam in- E gressus, urbem cui nomen Zabulon, dilapsis metu incolis, plenam divitiarum quas ad superiora montium confugientes domini secum auferre nequiverant, diripi ab exercitu passus. Admiratus quoque publicorum operum pulcritudinem, incendi jussit: & quasi hoc parum ad vindictam foret, Joppen præmisso exercitu, ne quis fuga se se exitio subduceret, terra marique irrumpentibus qui destinati fuerant, occupavit, necatisque octo millibus virorum, & quadringentis ferme amplius, ubi præda rapinæ cessit, exusta civitas est. Vicina quoque

A Cæsareæ depopulatus, diripuit inventa, vicos incendit. Cujus fregit impetum Sephoris, egredientibus cunctis obviam Cestio, civium favore & gratia delinitus, immunem cladis urbem reliquit. Fervebat in his locis congregatio latronum, sed adveniente exercitu, in montes concesserant. Qui conferentem signa Gallum præpositum duodecimi ordinis adorsi fortiter exagitaverunt, ut ducentos ferme Romanorum occiderent. Verum ubi superiora locorum occupavere, neque peditem cominus potuerunt latrones pati, & fugientes ab equitibus facile circumventi necantur. Cæsi itaque supra duo millia, pauci fugati, qui in arduis montium potuerunt latere. Et omni a latrocinio regione purgata, Gallus in Cæsaream revertitur: Cestius cum omni manu Antipatridem perrexit, quibus non mediocrem Judæi coacervarunt multitudinem. Sed prius quam consererent manum, per diversa dilapsi, regionem & vicos direptioni & igni dereliquerunt. Lidda quoque vacua incolarum reperta, & incensa Gabaon quæ ab Hierosolymis quinquaginta stadiis aberat, ubi Romanum exercitum accepit in conspectu posita, armavit Judæos: Qui posthabita sabbati celebritate (quod veteri cultu & solemni observatione initiabant) tanto impetu in Romanos prosiluere, ut omnem exercitum averterent, nisi equites subvenissent peditibus laborantibus. Cæsi Romanorum quingenti, & quindecim viri, sed omnes graviter periclitati: de Judæis autem duo & viginti bello amissi. Quo loco emicuit virtus Monobazi & Cedei; qui cognito, quod a Judæis in Romanas acies insurgeretur, a fronte aggressi, repulere plerosque, & coegerunt in urbem redire.

CAPUT XV.

Simon quoque ascendentes Romanos propinquæ urbis impedimentis exuit. Unde & Cestius in regione se se triduo tenuit. Qua mora circumfusi hostes, & in superioribus siti, ingressus speculabatur universos, ne quis impune irrumperet. Quod considerans, [2] non sine multa clade utriusque partis tentari nequire, misit suos rex Agrippa Lorcyum & Phœbam, qui dicerent populo, veniabile, quidquid ab eis esset adversum Romanos flagitii commissum, si modo in reliquum positis armis, sibi consulerent: æstimans, quod vel universis suadendum crederet ut prœlio renuntiarent, vel partem ceteris avellendam. At contra seditiosi, metu ne eorum alterum procederet, legatos adorsi Phœbam interfecere: Lorcyus autem excepto vulnere, vix evadere potuit. Videns Cestius hujusmodi in urbe contentiones, quibus alii in legatos insurgerent, alii Romanos urbe suscipiendos suaderent, irrumpere conatus, usque Hierosolymam resistentes repulit: & ipse ad tertium stadium memoratæ urbis cum exercitu appropinquavit, atque illic exegit triduum. Quarto die impetu facto, ingressus Bethesdam illico incendit, & Cenopolim. Qui [3] conscendens ad superiora urbis, refugientibus in interiora seditiosis, si irrumpendum in urbem putasset, haud dubie omne bellum esset solutum. Denique plerosque Ananus Jonathæ filius collocaverat, ut invitarent Romanos vocibus suis, quasi portas reseraturi. Sed dum Cestius vel revocatur a Prisco, vel plerisque centurionibus qui corrupti a Floro, bellum adolescere cupiebant, vel parum credit, Ananus cum suis muro dejicitur. Quibus ad sua refugientibus, locum

1. *Romanum*] *Romanorum*. BARR.
2. *Non*] Hæc vox non habetur in ms. ID.
3. *Conscendens*] *Contendens*. ID.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
387.




A eorum seditiosi occupavere: Romanique quinque diebus tentantes diversos aditus, cum impossibilem sibi cernerent irruptionem, electis validioribus quibusque & sagittariis, a septemtrionali latere templum petebant: Judæi quoque non feriabantur prœliantes fortiter, & repulsis crebro hostibus elatiores. Ad postremum [1] tamen multitudine sagittarum vulnerati alii, alii percussi & territi, cessere: Romanis murum suffodere, & portam incendere templi adorsis. Magna seditiosos formido incesserat, & quædam mentium consternatio: denique plurimi quasi continuo perituræ urbis excidio se subtrahebant fuga nec consistere ausi, dederant populo confidentiam, ut discedentibus eis quorum circumvallatus fuerat multitudine, tamquam jam liber, & quadam exutus improborum B obsidione, circa portas se se infunderet; quibus apertis Cestium reciperet, quasi non oppugnatum urbem, sed defensum venisset: sed ipsum quoque Cestium subito quidem invasit stupor, ut nec desperationem improborum, nec studium plebis intueretur. Qui si paullisper cœptis incubuisset, bellum depulerat, urbem ceperat. Sed adversa (quantum intelligi datur) Judæis voluntas Dei, imminentem belli exitum comperendinavit, donec complures ac pæne universos Judaicæ gentis ruina involveret. Exspectabatur (ut reor) ut omne nefas scelerum enormitasque cresceret, & impietatis incremento supremorum adæquaret mensuram flagitiorum. Quid fuit illud, quod cum perurgere debuerat Cestius, subito C exercitum revocavit, solvitque obsidionem? Quia repentina contra exspectatum commutatione rerum, fracti animi bonorum, & erecti latronum sumsere fiduciam; atque a fuga ad insequendum regressi, invadunt posteriora agminis, multosque illic confuse ruentes equitum & peditum obtruncavere. Et jam inclinaverat dies: unde metuens Cestius noctis propinquitatem & tenebrarum caliginem, quibus amplius fiderent gnari locorum, quo incertos regionis undique urgerent, vallum ante urbem constituit, sequentique die cum hostem relinqueret, in se se armavit, ut discessionis ejus caussam metum arbitrarentur. Circumfusi itaque [2] latrones a lateribus, a tergo, postremos cædere, incedentem jaculis D exercitum infestare, in confertos missa telorum vis haud facile frustrari. Si quis referire audebat, patere vulneri; si quis convertere se se ad infestantem, a suis relinqui, ab hoste claudi. Munitior enim semper est, qui sequitur, quam qui præcedit: quia hic pectus tegit, ille hosti terga sua detegit. Vehementer igitur Romani urgebantur, tamquam obsessi qui obsessum venerant: nec jam sustinere, aut perpeti poterant, armorum pondere ipsi graves, hostibus velocioribus, quos neque consequi facile erat, & metus summus, ne acies interrumperetur: iniqua ergo certaminis conditione nocere hosti nequibant, cum ipsi graviter afficerentur. Hærebat Cestius consilii incertus, cum per totum E iter suos conteri videret: etiam plerisque afflictis militiæ primoribus, substitit biduo, quasi fessos reparaturus. Sed cum magis, ac magis augeri numerum hostium cerneret, & omnia in circuitu referta adversariis, sibique officere quod moraretur, eo quod plures congregarentur; tertio die compendium quærens transitus facilioris, impedimenta agminis [3] admoveri præcepit: cæsa jumenta, pleraque vehicula comminuta, aliaque hujusmodi quæ oneri magis quam usui in periculis erant, consumta aut præcipitata, ut obsidionum instrumenta aut genera telorum, quibus rebus amplius conterrebantur, ne adversum se hostem suis subsidiis armarent. Quod ubi animadvertere Judæi, fugam potius a Romanis quam bellum parari, occupavere itineris angustiora, diffusioribus locis minus instare, prohibere a fronte, a lateribus coarctare, urgere a tergo, cogere in præcipitium, in quod undique conclusi aut lapsi dejiciebantur: plerique obtexere cælum jaculis, operire agmen sagittis, numquam remisso officio, sed sola adversariorum pernicie. Jam nec ipsi pedites subsistere poterant: equitibus vero majus periculum, qui per prærupta saxorum ac lubrica labentibus equis devolvebantur, nec ordinem servare poterant angusto impediti tramite. Ex altera parte rupes, ex altera præcipitia & fugæ locum & defensionis negabant. Judæi contra spe victoriæ amplius accendebantur, imminebant fessis, instabant hærentibus, insultabant desperantibus, & prope omnes Romani exercitus delessent copias, nisi nox subvenisset: cujus tenebris bellum impeditum, quam Romani in proximo loco (cui Bethoron nomen) egerunt: ita ut Judæi circumfusi undique specularentur locorum exitus, ne Romani dilaberentur. Cestius aperto itinere diffidens, dolo fugam tentavit. Quadraginta itaque elegit viros, quibus evadendi desperatio contemtum mortis infuderat: eos constituit in munitionibus præcepto, ut tota nocte cum strepitu maximo officia prætendentium vallo circumsonarent, ne Judæis proficiscentis exercitus apparatus, aliquibus solitis indiciis manifestaretur: quibus se ipsi quicumque turbantur, prodere solent: silentio autem egrederentur universi, nihil suspectantibus Judæis; qui solemnes custodiarum strepitus audirent, ex quibus omnes in loco manere Romanos arbitrarentur: hac fraude eduxit exercitum Cestius: & jam confecerat stadia triginta, usus paucorum in rebus dubiis fide, qui perituri gratias præstare sociis pericula sua, quam perdere malebant. Et quidem nox dolum texerat, sed dies prodidit. Nam ubi luce diffusa res apertæ sunt, & omnis locus in quo habitaverant Romani, vacuus apparuit; impetu facto Judæi in eos primum quorum simulatis officiis decepti fuerant, irruunt, levique negotio deletis quadraginta viris, exercitum sequuntur, qui & nocte plurimum spatii confecerant, & per diem properantius iter urgebant, ne noctis jam periculis involverentur. Plena erat via impedimentorum, quæ fugientes Romani derelinquebant, ne injusto quisquam sub fasce remoraretur: passim jacebant vasa utensilia, vel etiam bello necessaria, arcubalistæ, arietes, ceteraque instrumenta in excisionem urbis adducta, quæ sequentes Judæi præteribant, ne essent moræ: revertentes colligebant, ut his adversum eos uterentur, [4] quorum socii dimisissent. Secuti enim usque ad urbem Antipatridem, postea quam prætergressum omnem offendere exercitum Romanum, & comprehendendi spes lapsa; retorquent vestigium, captantesque spolia cæsorum, cum triumpho & hymnis Hierosolymam regrediuntur. Quibus tantum lætitiæ cesserat, ut paucis suorum amissis, quinque millia peditum de exercitu Romano & trecenti equites exstinguerentur. Quod gestum est XII. anno Imperii Neronis, ut supra memoravimus.

CAPUT XVI.

SEd non omnium Judæorum illa exsultatio erat. Nam fuere, qui se post illam non pugnam Cestii, sed ærumnam quasi de supremo periculo navi-

1. *Tamen*] Hanc vocem non agnoscit ms. BARB.
2. *Latrones*] Hæc item vox desideratur in ms. ID.
3. *Admoveri*] *Moveri*. ID.
4. *Quorum socii dimis.*] *Qui ea divisissent*. ID.



gii mergentis eripere gestirent, atque enatare de civitatis naufragio, ac præ ceteris Custobarus & Saulus frater cum Philippo principe militiæ regis Agrippæ: hi fugientes ad Cestium se se contulere, petentes ut ad Neronem in Achajam dirigerentur. Quod Cestius volens accepit, nec postulata abnuit, ut per ipsos Cæsar edoceretur, caussam belli Florum fuisse; sibi vim maxime necessitatis bello incubuisse, ut inopinata conspirantium multitudine exercitus circumveniretur: quem magis consilio ducis ereptum periculo, quam implicatum linqueret. Tentasse Cestium excitata in Florum odia sedare, sed nequivisse. Itaque incidisse bellum, non intulisse. Hæc enim mandata erant, ut commotione omni Cæsaris in Florum excitata, minui circa se speraret Cæsaris offensionem, quam male gestæ rei conscientia pertimescebat. Ita autem plerique perterriti sunt Romani clade exercitus, ut Damasceni metuentes suspectæ societatis contagia, propter habitationis consortium interficerent Judæos in gymnasio congregatos qui secum urbem incolebant: quod illi vel suspicione, vel dolo jam dudum procuraverant, ut a gentilibus cœtibus segregarentur, ne quid per noctem novarent, vel ut exsilio soli paterent. Summo sane mysterio silentii, ut ne ad uxores quidem suas conatus istiusmodi tractus mearet. Quoniam ipsæ quoque ex parte maxima Judæorum cultibus admiscebantur.

CAPUT XVII.


Angusto itaque in loco omnes adorsi, peremerunt Judæorum decem millia. Quod facile fuit, ut præventi ab armatis inermes perirent. Et quidem ejus immanitatis exemplum recens, Scythopoli etiam in majus processerat, quo incitatos Damascenos reor. Nam cum Judæi finitima quæque popularentur, venerunt Scythopolim, atque illic inhabitantes Judæos tentare adorsi, adversarios experti sunt, quos sibi fidos arbitrabantur, quoniam more ingenii humani [1] præponderatur apud eos salutis cura, necessitudini: secundis igitur constituentes tribule collegium, præferunt inhabitantium societatem, tribulibus cladem minantur. Quod suspectum gentilibus, quia promtioribus studiis odiorum in suos exsecutio prætendebatur: ne simulationis specie dolus adornaretur, atque urbem incautioribus accolis noctu adorirentur, prostratisque omnibus gentibus, apud Judæos sibi gratiam reconciliarent: ac per hoc si vellent fidem suam etiam circa gentiles probare, cum omni generatione sua urbe excederent, vicinumque peterent nemus. Quo facto, per biduum quieverunt Scythopolitæ, ut portio Judæorum suspicionem deponeret, indueret securitatem. Tertia nocte cum jam præsumta [2] fides gentilibus removisset solicitudinem, incautis & dormientibus vis illata, decemque & tribus millibus hominum necatis: quæcumque etiam habuerunt, direpta sunt.

CAPUT XVIII.

Expositionem exigit Simonis acerba passio, visu & auditu miseranda: sed novitate rei memorabilis. Is erat in populo Judæorum, Saule haud ignobili genitus patre, animi audacia præditus, & corporis fortitudine. Quarum utramque in exitium tribulium suorum exercuit, qui plurimos ex populo adventitio Judæorum crebro incursu peremit: ac si forte conspirati adessent, solus sustentaret aciem, & conglobatus solitus avertere, totius erat nodus ac mora belli: & plerumque desperatis rebus conversio. [3] Exhibuerant jam civibus adversum suos Scythopolitani incolatus militiam: sed non diutius cognato debita sanguini defuit vindicta. Namque ubi fracta fides, & Scythopolitæ circumventi, qui ex composito se ad nemus contulerant, instare bello atque ingruere cœperunt. Etiam filios ac parentes Simonis deleta multitudine ceterorum, eminus licet missilibus ac telis petebant. Videns Simon innumerabilem multitudinem facili negotio superiorem, ut diutius tolerari nequiret, gladium extraxit, atque in hostem conversus clamabat dicens: Digna Scythopolitæ factis recipio meis, qui cognatorum [4] necem, quam vobis impenderem benevolentia testificatus sum, & fratrum sanguinem vobis obsidem dedi gratiæ, quibus justius perfidia tribueretur. Nunc dum alienigenis fidem defero, in domesticos amisi: prodidi etiam liberos, parentesque, quos a vobis tamen [5] necari oportebat, si mercedem sceleris æstimaretis. Moriar igitur, si iratus omnibus, nulli amicus, qui circumvenerim meos & propriis manibus ultionem de me prius expetam: peremi socios religionis, & fidei consortes: recognosco sceleris mei debita. Solvam tanto dignum sacrilegio parricidium, ut ea sit & pro flagitio pœna, & ad virtutem gloria: ne quis se jactet alius [6] meo vulnere, in me ipsum postea convertetur dextra mea: ut videatur furoris esse quod morior, non imbecillitatis: ne quis insultet cadenti, [7] sit vindex parricidii clementia, parricidium sacrilegii. Hæc locutus, convertit obtutum in liberos parentesque; & indignantibus oculis, cum jam misericordia mixta iræ succederet, abreptum e medio patrem gladio transverberat: post eum mater attrahitur, ne esset qui pro nepotibus interveniret. Offert se per ordinem volens uxor, ne tanto dejecta conjuge superviveret. Occurrunt filii, ne degeneres tanto patre in ipsa morte judicarentur. Festinabat ipse ictu celeri hostem prævenire. Omni itaque peremta familia, stetit in medio funerum suorum. Et tamquam [8] triumphans domesticis passionibus, quod neminem suorum alieno gladio vidit perire, elevavit dexteram, ut omnes viderent, ac formidabilem cunctis subjiciens sibi mortem, proprio victor se se transfixit mucrone. Memorabilis juvenis ob egregiam fortitudinem corporis, & animi magnitudinem: sed quia fidem alienigenis potius, quam suis detulit, tali dignus exitu fuit.

1. *Præponderatur*] *Præponderat*. BARR.
2. *Fides gentilibus removisset solic.*] Al. *fides gratiæ removisset custodiæ solic.* ID.
3. *Exhibuerant*] *Exhibebat*. ID.
4. *Necem — benevolentia*] *Nece — benevolentiam*. Et mox *fraternum sang.* ID.
5. *Necari oportebat*] *Necari non oportebat*. ID.
6. *Meo vuln.*] *Meorum vuln.* ID.
7. *Sit vindex parricidii clementia*] Al. *sit index parricidii dementia*. ID.
8. *Triumphans*] *Triumphatis*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI HISTORIÆ DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ URBIS, LIBER III.

CAPUT I.


EA postquam Neroni nuntiata sunt in Achajæ partibus sito, qui tragicorum carminum meditatione contenderat, ut de pluribus scenicam coronam referret: nescias, quo magis turpis, utrum quod in scenam imperator prodiret, an quod scenam suis flagitiis impleret, qui turparet Orestem canendo, & parricidio repræsentaret, gravis eum invasit metus. Non illa ludorum similia, sed bellorum suprema pertimescentem, ut aliquando a theatralium voluptatum obscenitate, & parricidalis amentiæ furore resipisceret, atque ad curas reipublicæ conversus, intra se fremeret & desæviret, quod incuria ducis potius, quam virtute adversa- B riorum tantam cladem respublica Romana acceperit. Tentabat quidem simulare audaciam, sed redarguebat timor, & quasi speciem magnanimitatis prætexere, ut supra ærumnam negotiorum mentem haberet. Sed distringebatur animi solicitudine, quem demendæ ignominiæ belloque conficiendo legeret ducem. Urgebant Judæam ultimæ labis futura excidia, ut Nero regalem personam indueret, & providi consultoris voce, salubrem exprimeret sententiam. Vespasianum solum esse cui summa militiæ orientis in partibus jure committeretur, virum ab adolescentia militiæ triumphalis inveteratum stipendiis, qui impacatas Gallias Germanorum tumultu, & ferocia genuinæ temeritatis in bellum relapsas, C pace diuturna composuerat. Britanniam quoque inter undas [1] adhuc latentem Romano imperio armis acquisiverat: cujus triumphatæ opibus Roma ditior, Claudius consultior, Nero fortior æstimabatur. Itaque quarum gentium bella non viderant, subjugatarum tropæa celebraverant. Sub hoc duce (iterum dico) Nero terribilis erat, Nero metuendus, potens foris, tutus domi: æquatis inter se Vespasiani fide ac fortitudine. Quantus iste vir, cujus armis vitia Neronis apud exteras gentes abscondebantur, ut ludibrium rerum humanarum, & ejuratæ impuritatis opprobrium, triumphis quoque illustraretur. Cum prœliandum itaque in ultimis Romani orbis esset confiniis, Vespasianus ex omni- D bus eligebatur. Cum bellum depositum foret, Vespasianus præ ceteris sociabatur, ne vel publicus superesset hostis, vel domesticus obreperet insidiator. Dignus qui stipendiis militis regnum præveniret. Docebat fidem, præferebat virtutem. Invitus misit hunc Nero, qui sibi auferebat præsidium: sed artabatur futuris scelerum suorum pœnis, ut se tanto dissociatum comitatu ducis, inermem relin- A queret. Numquam profecto Galba adspirandi ad imperium studia usurpasset, nisi Vespasianum absentem comperisset. Sed procuravit hoc Deus, ut in Syriam dirigeretur vir, qui & Judæorum insolentiam supremo gentis excidio captivitatisque dedecore labefactaret, & Neronem auxilio destitueret: licet nullius virtus statutis afferre possit cælestibus impedimentum. Demens [2] tamen Nero cum Judæorum bello afflictam Romani exercitus validam manum cognovisset, adversus Christianos insurrexit, ut ei debitus finis appropinquaret.

CAPUT II.

ERant tunc temporis Romæ Petrus & Paullus, doctores Christianorum, sublimes operibus, clari magisterio, qui virtute suorum operum Neronem [3] adversum fecerant, captum Magi Simonis delinimentis, qui sibi animum ejus conciliaverat. Cui adjumentum victoriæ, subjectiones gentium, vitæ longævitatem, salutis custodiam feralibus artibus pollicebatur, atque ille credebat, qui vim rerum nesciret examinare. Denique summum apud eum tenebat amicitiæ locum: quandoquidem etiam præsulem suæ salutis vitæque custodem arbitrabatur. Sed ubi Petrus ejus vanitates & flagitia detexit, & species illum rerum mentiri, non solidum aliquid aut verum efficere demonstravit; ludibrio habitus, & digno est consumtus mærore. Et quamvis in aliis terrarum partibus Petri esset expertus potentiam: tamen præveniens Romam, ausus est jactare, quod mortuos resuscitaret. Defunctus erat id temporis Romæ adolescens nobilis, propinquus Cæsaris, cum universorum dolore. Admonuere plerique experiendum, utrum posset resuscitari. Celeberrimus in his operibus habebatur Petrus: sed apud gentiles nulla [4] facti hujusmodi deferebatur fides. Dolor exegit remedium: perrectum est ad Petrum. Fuere, qui etiam Simonem accersendum putarent: uterque adfuerunt. Ait Petrus: Simoni qui se de sua iactaret potentia, priores se partes dare: ut si posset, mortuum resuscitaret. Si ille non resuscitaret, se non defuturum, ut Christus opem ferret defuncto, quo posset resurgere. Simon, qui putaret apud urbem gentilium plurimum suas valituras artes, conditionem proposuit: ut si ipse resuscitasset mortuum, Petrus occideretur, qui MAGNAM POTENTIAM (sic enim appellabatur) lacessendo injurias irrogavisset; sin vero prævaluisset Petrus in Simonem, pari genere vindicaretur. Acquievit Petrus: adorsus est Simon acces-

1. *Adhuc*] Hanc vocem non habet ms. ID.
2. *Demens tamen Nero* cet.] Hæc & sequentia pluribus edisserit Mazochius V. C. in comment. ad *marmor. Neapol. Kalendar.* vol. III. pag. 854.
3. *Adversum*] Scribendum *aversum*: quod & elegantius & magis Ambrosianum est. Nihil tamen muto, maxime quum Abdias *aaversum* in suo Exjosippi exemplari legisse videatur, ut qui in sua *Historia* cap. XVI. sic immutaverit: *Nero per Magum Simonem adversari cœpit Apostolis*. ID. l. c. pag. 855.
4. *Facti*] Puto excidisse ex hoc vocabulo sibilum, & FACTIS, non *facti* ab Ambrosio scriptum fuisse. is enim casus cum ea locutione jungitur. ID. l. c. pag. 859.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



ſit ad leƈtulum defunƈti: incantare atque immurmurare dira carmina ut cœpit, viſus eſt caput agitare, qui mortuus erat. Clamor ingens gentilium, quod jam viveret, quod loqueretur cum Simone. Ira & indignatio in Petrum, quod auſus eſſet conferre ſe ſe tantæ poteſtati. Sanƈtus Apoſtolus popoſcit ſilentium, & dixit: Si vivit defunƈtus, loquatur: ſi reſuſcitatus eſt, ſurgat, ambulet, fabuletur: phantaſma illud eſſe, non veritatem, quod videatur caput moviſſe. Denique ſeparetur, inquit, Simon a leƈtulo; & tunc ne id quidem oſtentui futurum. Abducitur Simon a leƈtulo: manet ſine ſpecie motus alicujus, qui mortuus erat. Adſtitit Petrus longius, & intra ſe paulliſper orationi intentus, cum magna voce ait: Adoleſcens, ſurge: ſanet [1] te Dominus Jeſus. Et ſtatim ſurrexit adoleſcens, & locutus eſt, & ambulavit, & cibum ſumſit, & dedit eum Petrus matri ſuæ. Qui cum rogaretur, ut ab eo non diſcederet, ait: Non derelinquetur ab eo qui eum fecit reſurgere, cujus nos ſervi ſumus. Secura eſto mater de filio, non verearis, habet cuſtodem ſuum. Et cum populus in Simonem inſurgeret, ut lapidaretur, ait Petrus: Satis eſt ad pœnam ejus, quod cognoſcit ſuas artes nihil valere: vivat, & Chriſti regnum creſcere videat vel invitus. Torquebatur Magus Apoſtoli gloria. Collegit ſe ſe, atque omnem excitans carminum ſuorum potentiam, congregat populum, offenſumque ſe dicit a Galilæis: relicturum ſe urbem, quam tueri ſoleret. Diem ſtatuit: pollicetur volatum, quo ſupernis ſedibus inveheretur: cui, quando vellet, cælum pateret. Conſcendit ſtatuto die montem Capitolinum, ac ſe de rupe dejiciens, volare cœpit. Mirari populus & venerari: plerique dicentes Dei eſſe potentiam, [2] non hominis, qui cum corpore volitaret, nihil tale feciſſe Chriſtum. Tunc Petrus in medio ſtans, ait: Jeſu Domine, oſtende ei vanas artes ſuas eſſe, ne hac ſpecie populus iſte qui crediturus eſt, decipiatur. Decidat Domine; ſic tamen, ut nihil ſe potuiſſe vivens recognoſcat. Et ſtatim in voce Petri, implicatis remigiis alarum quas ſumſerat, corruit, nec exanimatus eſt; ſed fracto debilitatoque crure, Aritiam conceſſit, atque ibi mortuus eſt. [3] Quo comperto: deceptum ſe Nero & deſtitutum: dolens tanti caſum amici, ſublatumque ſibi virum utilem & neceſſarium reipublicæ indignatus, quærere cœpit cauſſas quibus Petrum occide-

A ret. Et jam tempus aderat, quo ſanƈti vocarentur Apoſtoli Petrus & Paullus. Denique dato, ut comprehenderentur præcepto, rogabatur Petrus ut ſe ſe alio conferret. Reſiſtebat ille dicens, nequaquam ſe facturum, ut tamquam metu mortis territus cederet: bonum eſſe pro Chriſto pati, qui pro omnibus ſe morti obtuliſſet: non mortem illam, ſed immortalitatem futuram: tamquam indignum, ut ipſe fugeret paſſionem ſui corporis, qui multos doƈtrina ſua compulerit ſe hoſtias pro Chriſto offerre: deberi ſibi ſecundum Domini vocem, ut & ipſe in paſſione ſua Chriſto gloriam atque honorem daret. Hæc & alia Petrus obtexere: ſed plebs lacrymis querens, ne ſe relinqueret, & fluƈtuantem in-

B ter procellas gentilium deſtitueret: viƈtus fletibus Petrus, ceſſit: promiſit ſe urbem egreſſurum. Proxima noƈte ſalutatis fratribus, & [4] celebrata oratione proficiſci ſolus cœpit. Ubi ventum eſt ad portam, videt ſibi Chriſtum occurrere, & adorans eum, dixit: Domine quo vadis? Dicit ei Chriſtus: Iterum venio crucifigi. Intellexit Petrus de ſua diƈtum paſſione, quod in ea Chriſtus paſſurus videretur, qui patitur in ſingulis: non utique corporis dolore, ſed quadam miſericordiæ compaſſione, aut [5] gloriæ celebritate. Et converſus, in urbem redit; captuſque a perſecutoribus, cruci adjudicatus, popoſcit, ut inverſis veſtigiis cruci affigeretur, quod indignus eſſet, qui ſimili modo cru-

C cifigeretur, ut paſſus eſt Dei filius. Quo impetrato, vel quia ita debebatur, ut Chriſtus prædixerat, vel quia perſecutor non invitus indulget pœnarum incrementa; & ipſe & Paullus, alter cruce, alter gladio necati ſunt.

CAPUT III.

SEd ut ad propoſitum redeamus: turbatus gravi nuntio Nero, rebus in Judæa minus proſpere geſtis, Veſpaſianum expertum belli virum, omni militiæ quæ in Syria erat, præfecit. Ille propere, neque differendi tempus dabatur, miſſo Alexan-

D driam filio Tito, ut inde militum qui prætendebant partem aliquam duceret, ipſe tranſmiſſo Helleſpontiaco freto pedes in Syriam contendit. Interea Judæi rebus elati ſecundis, principes militiæ bello legunt. Diſtribuunt loca, quibus quiſque præeſſet, quæ munia ſinguli, quos ordines, quid mu-

1. *Sanet te* cet.] Formula eſt eadem, atque illa qua idem Petrus utitur *Aƈt.* IX. 34. *Ænea, ſanat* (ἰᾶται) *te Dominus Jeſus Chriſtus: ſurge & ſterne tibi*. Ex quo Aƈtorum loco videtur heic quoque Ambroſius SANAT ſcripſiſſe, non deprecativo modo *ſanet*. Accedit, quod niſi jam Chriſtus ſanitatem repræſentaſſet, non erat cur Petrus imperaret SURGE. Sed & Abdias quum diſerte indicativo modo SANAT ſcripſerit, id certo argumento eſt, ab eo non aliter in ſuo Exjoſippi codice fuiſſe repertum. MAZOCH. l. c. pag. 861.

2. *Non hominis*] Sic editi vulgo. Tamen Gualtherus in adnotatis reperiſſe alicubi ſe teſtatur, *Non hominem*: quæ meo judicio præſtantiſſima leƈtio eſt uniceque vera. Nam quum Simon hoc credulis perſuaderet ſe *Dei potentiam* ſeu virtutem eſſe, ut conſtat ex *Aƈt.* VIII. 10. hinc merito populus volantem videns, *Dei eſſe potentiam*, NON HOMINEM acclamabat. Ergo tota hæc periodus ſic caſtigari ac diſtingui debet, niſi me ratio fugit: *Mirari populus & venerari: plerique dicentes* (eum) *Dei eſſe potentiam, non hominem, qui cum corpore volitaret*. ID. l. c. pag. 863.


3. *Quo comperto* cet.] Hunc locum ſic interpungit Mazochius l. c. pag. 865. ejuſque interpunƈtionem confirmat Abdias, qui ſic textum Exjoſippi interdum immutat, ut tamen quid in ſuo codice invenerit, ſatis præ ſe ferat. Aliter vulgo editi. Ceterum idem vir eruditus ex Gualthero, qui legebat in vetere codice, *tanti* CASU *amici*, locum integrum ita reſtituendum exiſtimat: *Quo comperto: deceptum ſe Nero & deſtitutum dolens tanti caſu amici: ſublatumque . . . . indignatus: quærere cœpit* cet.

4. *Celebrata oratione*] Prorſus non eſt dubitandum, quin apud Ambroſium heic *celebrare orationem* ſit Miſſæ ſacrificium peragere. In Aƈtis S. Pionii martyris apud Ruinartium ſeƈt. V. *Faƈta ergo* ORATIONE *ſolemni, quum die ſabbato* SANCTUM PANEM *& aquam deguſtaviſſent*, Pionius cum ſociis captus narratur. In ſynodi Laodicenæ can. XIII. ex interpretatione Dionyſii: *Presbyteri ruris, epiſcopo præſente, vel presbyteri urbis ipſius, offerre non poſſunt, neque panem ſanƈtificatum dare* (hoc ultimum, Græce eſt, ὅτε μὴν ἄρτον διδόναι ἐν ΕΥΧΗ, *nec panem dare* in ORATIONE) *calicemque porrigere. Si vero abſentes hi fuerint, &* (εἰς εὐχὴν) *ad dandam orationem vocentur, ſoli dare debebunt*. Zonaras ad hunc canonem illud ἐν εὐχῇ interpretatur ἐν ἱερουργίας καιρῷ, *tempore ſacrificii*. Hinc in libris Græcorum liturgicis Μυστικὴ εὐχὴ, *Myſtica oratio*, eſt quod nos *Miſſam* dicimus. Balſamon ad Nyſſeni epiſtolam ad Letojum, illud μυστικῆς ἐπιτελουμένης εὐχῆς de panis & calicis conſecratione explicat, cui ſecreta oratio a ſacerdote præmittitur, ut panis & calix ſanƈtificetur. MAZOCH. l. c. pag. 993.

5. *Gloriæ celebritate*] Quid *gloriæ celebritatem* heic vocet Ambroſius, plane non intelligerem, niſi primi martyris Stephani (cui Filius hominis ſtans a dextris virtutis Dei, hoc eſt in gloria ſanƈtorum, ſe conſpiciendum ultimo in agone præbuit) & aliorum pugilum quibus aliquid ὁμοιωμάτων haud raro contigit, exemplis id quidnam eſſet, docerer. ID. l. c. pag. 867.

E

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



neris exsequerentur: Josephum [1] Curione genitum, & Ananum principem sacerdotum, Hierosolymitanæ urbis negotiis, & præcipue instaurandis muris præficiunt. Ardebat Eleazarus Simonis aliquid sibi publicorum committi munerum. Et licet omnem prædam, quam de Romano exercitu ceperant, sub potestatem suam redegisset, ditem præsertim atque opimam avaritia Cestii, atque immodicis rapinis coacervatam: tamen parandæ magis sibi potentiæ intentum, quam communi usui pronum arbitrati, declinandum æstimavere. Sed paullatim ambiendo singulos, dando & largiendo effecit, ut rerum omnium summa ejus arbitrio committeretur. Idumæam quoque Jesus unus de sacerdotibus & Eleazarus sacerdotis filius militiæ præpositi, tuendam receperunt. Principi tamen totius Idumææ Nigro de summis rebus prærogativam omnem reservantes, Josepho Simonis Hiericho obvenit, Manasse [2] Petræa regio commissa, trans Euphratem sita; cui ab eo indi nomen, quod Euphrates ad eam partem pergentibus transmittitur. Joannes Essæus, alius quoque Joannes Ananiæ filius, ceterique adversis attributi partibus, quas sua tuerentur solicitudine. Itaque singuli commissa sibi munia non deserere, instruere muros, manum legere bellatoriam: ex quibus Josephus in Galilæam descendens, munire castella, instaurare propugnacula, validissimos quosque & bello promtissimos adsciscere sibi impigre curabat: prohibere latrocinia, prætendere quotidie in castris, militem Romanæ militiæ more exercitare, dividere, ordines distribuere, centuriones plurimos præficere, quo facilius disciplina ab omnibus exigeretur: ne quisquam lateret, quicumque propria munia dereliquisset. Instituebat etiam, ut agnoscerent institutiones tubarum & repressiones, sequerentur ordinem, aciem dirigerent, clypeos intexerent, ut murali vice, si forte magna hostium vis ingrueret, se se adversum incursantes defensarent, subvenire laborantibus, fessis compati, pericula aliorum in se transfundere: nec solum belli artes ad instar Romanæ docere militiæ, sed etiam ante bellum, qui amplius bellantes juvarent denuntiare, ut miles cibum sibi & arma portaret, vallo & fossa se se muniret, castrisque ponendis præveniret hostem, obtemperaret præceptis, furto ac rapinis abstinere assuesceret, lucrum proprium putaret, si nihil dispendii ruralibus cultoribus irrogaretur. Quid enim distet ab hostibus, si ipse hostili modo auferat? nisi quod gravius est, sua quam aliena incessere, & socios, quam adversarios spoliare. Plurimum valere in bello bonam conscientiam, eo quod amplius de divino auxilio præsumeret, qui se nulli affinem crimini recognosceret. Sed his rebus citius sibi apud improbos expertus est nocuisse invidiam, quam apud bonos profuisse gratiam. Nam cum ad LX. millia peditum, paucissimos equitum congregavisset: eos vero qui bella mercede tractarent ad quatuor millia viros, sexcentos quoque electos custodes sui corporis, tanta a Judæis pertulit ut plus ante bellum a suis, quam in ipso bello a Romanis pericula perhorresceret. Omitto quid seditionis excitatum: quia latrocinio erepta reddere his qui amiserant, suspectabatur: ac maxime Agrippæ & Berenicæ, quibus redhibenda juste forent, ne regem facerent inferiorem. Et tamen ille, quo populi molliret impetum, ad constructionem potius murorum, quam ad dominorum indemnitatem servatam pecuniam: omniaque, ille ajebat, quæ erepta Ptolemæo ferent, qui regium aurum, vestes, ceteraque munera portavisset, æstimare debere Taricheatas: apud eos enim res gerebatur, utrum id instaurationi suorum murorum servandum putarent, an diripiendum latronibus depromeretur. Indignum certe videri, ut eo pœnam exciperet, quia melius consuluisset. Itaque conversus illis in sui gratiam invidiam simul & periculum evasit. Iterum cum gratiam regis Agrippæ Tiberias societatemque deposceret, proripiens se Josephus de memorata urbe, Taricheatarum clausit portas, ne quis nuntius ad urbem Tiberiadem pergeret, & deesse Josepho auxilia militaria significaret. Ipse autem congregavit de lacu navigia piscatoria quæ in tempore potuit investigare, & Tiberiadem remigiis petiit. Sed ubi ad eum locum venit, in quo conspicua quidem in urbe positis foret species navigiorum, deprehendi tamen nequiret utrum essent vacua prœliatorum: jussit ea dispergi per totum spatium lacus, ut major numerus æstimaretur: ne quisquam vacua potius, quam referta bellatoribus æstimaret. Quo territi, quod adversus tantam multitudinem infirmos se se arbitrarentur, projecerunt arma, portisque reseratis, effuderunt se supplices Josepho, qui veluti dux agminis militaris propius accesserat. Quæsitum, qua tandem vesania discessionem animis induissent, quibus auctoribus impulsi se se adversariis tradituri forent; & simul occurrentes sibi jubebat gubernatoribus ut Taricheas deducerent, atque illic [3] trecentos ferme curiales, plerosque in vincula de plebe rapit. Clytum quoque ejus facinoris accersitum principem, manibus amputatis pœnas luere jubet; atque illo rogante, ut una saltem sibi manus relinqueretur, præcepit Josephus, ut ipse sibi quam vellet, demeret. Tum ille arripiens dextra gladium, lævam abscidit. Ita recepta Tiberias est. Sed etiam Sephoris tentata discessione, Josephi tamen vivacitate inter Judæorum urbes socias attinebatur. Tranquillioribus enim consiliis sua defendere, quam aliena incursare malebat.

CAPUT IV.


AT vero Petates Niger, & Babylonius Syllas, & Joannes Essæus omne quod erat in Judæa pubis validæ congregantes, Ascalonem petunt, amplam quidem & muris subnixam validis urbem, sed opis subsidiique indigam, quæ septingentis viginti stadiis ab Hierosolymitana urbe discernebatur, & odiis ingentibus. Propterea Judæi inimicam sibi urbem diruere cupientes, collecta manu involavere. Præerat urbi Antonius minore numero Romani exercitus, quam quo resisti posse Judæis æstimaretur. Sed vir acrioris ingenii, & ex æquo prudens bellator, diffusos & numero magis quam virtute fidentes, eductis equitibus, transire ad urbem sinit: deinde in cursu progressos, fatigat sequentes, confertos dissipat, turbatos fugat, totoque campo insectatur palantes; alii versa vice urgentur ad muros, interclusa fugæ copia, alii diversa petunt, sed circumventi ab equitibus obtruncantur. Multi supra se ruunt, & se invicem impetu suo sternunt; itaque usque ad vesperum cæsi, amisere ex suis decem millia virorum, Joanne & Sylla ducibus pariter exstinctis. Pauci autem Romanorum eo vulnerati prœlio: nec tamen repressa est Judæorum temeritas, sed incanduit: nam dolor audaciam accendit, & labes ulciscendi cupidinem. Armantur itaque majore longe furore, nec dum sauciorum sa-

1. *Curione*] Vet. cod. *Gurione*. Josephus, *Gorionis filius*. BARR.

2. *Petræa*] Cod. vet. *Peræa*. ID.

3. *Trecentos*] Cod. vet. *sexcentos*. ID.

Sæcul.IV. circa Ann.Chr. 387.



natis vulneribus, & congregatis pluribus quam vice priore, irruunt: sed eos dispositis insidiis exceptos, prius quam in manus venirent, clausit circumfuso equitatu Antonius, & circumventos præcepit sterni: cæsa iterum novem millia, reliqui fugati. Niger ipse elapsus in munimentum se contulit. Turris erat septa undique valido saxo, quam Romani, quia excidere non poterant, appositis ignibus circumdedere. Ea incensa in spelæum quodam de turre transgressus, hostem latuit, ignem evasit: Romanisque securis, quod ipse simul incendio consumtus foret, post tertium diem quærentibus suis corpus ejus ad sepulturam, vivens & vigens redditur. Atque ita cum magno gaudio Judæis servatus, ab hoste repræsentatur.

CAPUT V.

Vespasianus interea superato Hellesponto, Bithyniam Ciliciamque transmittens, ubi Syriam attigit, legiones ceterasque militares copias quas in ea reperit, Antiochiam deduxit. Urbs ea Syriæ sine retractatione prima: ideoque metropolis habetur: condita ab his qui Alexandro Magno bellanti adhæsere, conditoris sui nuncupata vocabulo. Situs urbis porrectus in immensam longitudinem: in alto angustior, quia prærupto montis a læva arctatur, ut extendi ulterius metandæ urbis spatia nequiverint. Necessitas locum signavit, quia per C occulta & devia irrumpentibus Parthis, mons celsior latibulum daret, ex quo se inopinato adventu & promtiore impetu in imparatam Syriam effunderent: nisi civitas monti velut claustrum objaceret, exitusque obstrueret advenientibus: ut si quis barbarorum ascenderet, statim e medio urbis sinu prospectaretur. Denique cum ludi scenici in ea celebrarentur urbe, ferunt quemdam auctorem mimorum elevatis oculis in montem, Persas vidisse advenientes, & dixisse continuo: Aut somnium video, aut magnum periculum: Ecce Persæ. Ita mons ubi præeminet, ut nec theatri altitudo ad prospiciendum montem impedimento sit. Fluvius eam medius intersecat, qui a solis ortu oriens, non longe ab urbe in mare conditur: quem de originis suæ tractu orientem veteres appellavere, ut vulgo putetur locis nomen dedisse, cum inde acceperit. Cujus fluentis ipso impetu frigidioribus, & zephyris assiduo per ea locorum spirantibus, tota civitas momentis prope omnibus refrigeratur, ut orientis in partibus orientem abscondat. Intus dulces aquæ, foris finitimum nemus intextum cupressis crebris, fontes aquis uberes, Daphnem vocant, quod numquam deponat viriditatem: frequens & lætior populus, ut pleraque orientis, facetiorque prope omnibus, sed propitior lasciviæ. Urbs tertio loco ante ex omnibus quæ in orbe Romano sunt civitatibus æstimata, nunc quarto postquam Constantinopolis E excrevit civitas Byzantiorum, Persarum quondam caput, nunc repulsorum: prima enim Roma, secunda Alexandria, tertia Antiochia, quarta Constantinopolis. De situ urbis satis dictum puto. Neque enim in describendis ejus ædificiis immorandum videtur, cujus a tergo cum orientem dixerim, satis liquet a læva ad meridiem jacere, a fronte Europam occurrere, in dextra septemtrionales gentes degere, Caspiaque regna haberi, quæ ante promtissima ad incursandam Syriam erant. Sed postquam Alexander Magnus Caspiam portam Tauri montis prærupto imposuit, atque omne interioribus gentibus interclusit iter, memoratam urbem quietam

A reddidit, nisi forte motus Persicos suspectantem. In ea urbe Agrippa rex cum omni virtute sua exspectabat Vespasianum advenientem, nec diutius eo morante, comitatui adhæsit: conjuncto itinere Ptolemaidem petere cœperunt. Ad eam urbem occurrere inhabitantes Sephorim, pacem cum Cesentio Gallo jam dudum initam, firmari a Vespasiano petentes. Quorum laudata prudentia, quod saluti propriæ consuluerint non lacessendo Romanos, atque accepta fide, & in amicitiam recepit eos, & additis peditum equestribusque auxiliis, fovit securitate, ne forte destitutionis commoti dolore, insurgerent in eos belli excitatores: cum velut claustrum quoddam Judææ, Sephoritanis se se Romano B imperio offerentibus resolveretur, ut in eam pervium iter hosti pateret, quæ ad custodiam totius gentis opportuno quodam in hostem objectu occurreret. Erat enim præter opinionem loci munitioris urbs Galilææ maxima: quæ res admonuit, ut cum duæ sint Galilææ, una superior, altera inferior, connexæ & conjunctæ sibi, alteram ab altera distinguamus. Sed prius de utraque dicendum.

CAPUT VI.

Utrique Galilææ Syria & Phœnice adhærent, disterminantque eam a solis occasu Ptolemais C territorii sui finibus, & mons Carmelus, qui erat ante Galilæis, nunc vero Tyriorum finibus associatus, cui connectitur Gabaa civitas quæ quondam Judæis caussa gravis exitii fuit: ab oriente eam Hyppenæ & Gadara suis finibus resecant. Eadem autem & Gaulanitidi regioni & regno Agrippæ confinia, præscripta veteri ævo fuere: a meridiano latere Scythopolis & Samaria suis utraque excipiuntur regionibus, nec ultra fluenta Jordanis patiuntur extendi. Septemtrionalia ejus a dextro latere Tyrus claudit, omnisque regio Tyriorum, cujus objectu Galilææ spatia definiuntur. Ipsæ autem inter se se hoc distinguuntur modo, ut quæ inferior Galilæa dicitur, ab urbe Tiberiade usque ad urbem D cui nomen Zabulon, supra maritima Ptolemaidis extenta longitudine diffundatur; latitudo autem ejus a vico Zaloth qui est in campo maximo, usque ad Bersabem haud dubie deducitur. Unde etiam superiori Galilææ aperitur exordium, quoad vici Bathatæ fines attingat. Ipso autem vico etiam Tyriæ terræ fines determinantur: longitudinis quoque ejus initium vicus est Thalla, finis est Rothala Jordani finitimus. Hinc intelligi datur, quantum se porrigant spatia Galilææ superioris, cujus initium Jordanis est vel ejus confinia. Hac igitur suæ magnitudinis æstimatione utraque Galilæa distinguitur. Terra autem pinguis, herbosa, diverso culturæ genere nitens, distincta arboribus, ut quemvis alliciat ad sui gratiam, & fugitantem labores ad studia culturæ invitet atque excitet. Denique nulla illic vel exigua terræ portio vacat: frequentatur plerisque inhabitantibus; crebræ urbes, vici frequentes, multitudo hominum innumerabilis, ut exiguus vicus in suo tractu habeat [1] viginti millia inhabitantium. Circumfusis quoque nationibus alienigenis utraque Galilæa circumdatur, & ideo genus hominum bellicosum, a prima ætate exercitum prœliaribus tentamentis, abundans numero, audacia promtum, atque ad omnes belli artes paratum. Præstat tamen magnitudine Peræa regio, quæ unde vocabulum acceperit, supra diximus. Major hæc, sed utilior Galilæa, quia tota exercetur, nec ulla pars

1. *Viginti*] Cod. vet. *quindecim*. Sic & Josephus lib. I. cap. II. Barr.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



ejus fructibus infecunda est: sed universa terra ejus opima & ferax. Peræa autem diffusior, sed ex majore parte deserta ac rigida, quæ mansuescere arando nesciat, nec asperiores facilis succos domare. Sed rursus portio ejus mollis ad cultum, fertilis ad usum, grata ad aspectum, mitis ad exercitium, insitivis utilis pomis, omnia ferens, ut campos ejus distinctæ in fronte prætexant arbores, in medio venustent: & plerumque a nimio sole vel frigore defendant sata: maximeque olea vestitus ager, aut vitibus intextus, aut palmis insignitus. Inenarrabile quanto decori sit, cum vento impulsi palmarum ordines concrepant, & suaviores solito funduntur dactilorum odores. Nec mirum si omnis illic gratia viriditatis est, ubi amœnis fluviorum meatibus, ex superiore decurrentium jugo montium, superfusus ager rigatur, & niveis fontibus scatens possideatur cum invidia, desideretur cum gratia. Longitudo ejus a Macherunte usque ad Pellam, id est, a latere meridiano usque in septemtrionem. Latitudo autem a Philadelphia usque ad flumen Jordanem, hoc est [1] ab ortu solis usque Arabiæ protexitur. In occasum autem urbe ad Jordanem [2] flumine extendi manifestatur: Samaritana quoque regio inter Judæam atque Galilæam media jacet, incipiens a vico cui nomen Elas, deficiens in terra Acrabathenorum natura consimili, nec [3] ullo modo differens a Judæa. Utraque enim montosa atque campestris est, pro locorum diversitate; neque tota campis diffunditur, neque in locis omnibus montium rupibus scinditur; sed utriusque qualitatis habet gratiam, ad exercitium culturæ solubilis terra & mollior, eoque frumentis utilis, & prope circa fertilitatem soli nulli secunda, maturitate certe fructuum prior omnibus. Nam cum adhuc alibi seruntur frumenta, isthic metuntur. Species quoque atque ipsa frumenti natura, haud usquam præstantior habetur. Aqua dulcis, decora ad speciem, suavis ad potum, ut secundum elementorum gratiam æstimaverint Judæi eam promissam patribus terram fluentem lac & mel, cum spoponderit illis resurrectionis prærogativam. Et utrumque quidem divina pietas contulerat, si fidem servassent: sed infidelibus animis utrumque ereptum: heic jugo captivitatis; illic vinculo peccati. Nemorosa regio, & ideo dives pecoris, & abundans lactis. Denique nusquam sic lacte distenta pecus ubera gerit. Poma silvestria vel insitiva super omnium regionum copias. Referta autem utraque vel Judæa vel Samaria hominum multitudine, ut mihi videantur hinc illud interpretati Judæi quod scriptum est, quia nulla erit in his locis sterilis & infecunda, cum hoc lex de meritorum fecunditate præscripserit, & virtutum fertilitate. Principium Samariæ de Arabiæ finibus a vico cui nomen Jordani, finis ad aquilonem vico Borceo; latitudo autem Judææ a fluvio Jordane usque Joppen. Incipit enim a fontibus Jordanis, & a monte Libano, & usque ad Tiberiadis lacum dilatatur. A vico quoque Artha initium longitudinis ejus, quæ usque ad vicum extenditur Juliadem, in quo Judæorum pariter & Tyriorum communis habitatio. In medio autem Judææ civitas Hierosolyma, quasi umbilicus regionis totius, ut prudentibus placuit, nuncupatur: abundans regio mediterraneis copiis, nec fraudata maritimis, quia prætendit usque ad Ptolemaidem, & totum illud mare prætexit litoribus suis. Multæ urbes, sed inter omnes Hierosolyma eminet: ita ut quasi caput in corpore non obumbret sua membra, sed regat, atque eis tuitioni sit & pulcritudini. De Judæa itaque & finitimis regionibus, opportuno licet compendio, ea quæ significanda fuerant, non prætermisimus.

CAPUT VII.

Sephoritani [4] quoque & tributa & subsidia militaria, regiones finitimas incursabant, auctoritatem latrocinandi liberam, sibi belli specie vendicantes, quod imperio Romano a Judæis inferebatur. Unde Josephus acceptæ acerbitatis injuriam ulcisci gestiens, irruere in urbem Sephorim, sociato sibi plurimorum numero contendit, ut eos aut revocaret in societatem Judææ, aut resistentes supremo (si posset) excidio labefactaret. Sed utriusque conatus effectu excidit: quia nec dissuadere potuit Romanæ conjunctionis electionem, nec urbem evertere, quam ipse talibus munimentis firmaverat, ut a Romanis quoque longe præstantioribus expugnari nequiret. Cecinit itaque classicum, tentata irruptione sine ullo profectu, atque in totam regionem bellum excitavit. Vastabant omnia, die noctuque exurentes ædificia, diripientes patrimonia, perimentes, quoscumque bello habiles comprehendissent, infirmos servituti subjicientes. Repleta erat Galilæa omnis incendio, sanguine, latrocinio, nullius immunis miseriæ, & [5] deformi rerum omnium specie, cum si quid igni aut neci superfuisset, captivitati reservaretur. Cujus [6] mali illa quæ paullo ante acerbiora æstimata sunt, præferebantur.

CAPUT VIII.

Hæc prælusio quædam belli facta, ante quam Titus veniret: qui simul atque ex Achaja Alexandriam transmisit, perductis militibus secundum mandatum patris, ad urbem occurrit Ptolemaidem, ibique connexis ordinibus quinto & decimo, addito etiam quinto decimo, qui erant præcellentissimi, congregatoque vel Romano, vel sociorum exercitu, atrox & memorabile bellum cœperunt. Nam ubi primis initiis placido duci prospere gestis, secunda in adversum cessere, profectus infensior Vespasianus cum filio de Ptolemaidis finibus, in Galilæam se se immersit: Cognitoque quod pacem abnuerent, quibus obtulerat condemnandæ [7] dissensionis copiam, si sibi consulendum putarent, Gadaram funditus evertit, vacuam bellatoribus offendens, quod omnes validiores, diffidentes infirmioribus munimentis, ad munitiora se se contulerant. Repertis itaque non pepercit, sed omnes necari jussit, nulla ætatis contemplatione, nulla infirmitatis misericordia, quod non tam jure belli, quam Cestianæ pugnæ dolore, & effusis in Judæos odiis exsequebatur. Denique non solum urbem, sed etiam vicos & municipia exuri præcepit. Nec injusta erat commotio: quia post tantam insolentiam emendandi erroris facultatem dederat, nec obtemperatum. Transierat ex ea urbe Josephus in Tiberiadem, prius quam Romanus exercitus appropinquaret: sed plus formidinis ex fuga, quam fiduciæ dederat ex præsentia: hoc ipso enim territi sunt, quod bello adversus Romanos gerendo

1. *Ab ortu solis* cet.] Cod. vet. *ab ortu solis usque Arabiam prætexitur*. BARR.
2. *Flumine*] An *flumen?* Sed nihil muto.
3. *Ullo modo*] Barrensis editio non habet *modo*: fortasse rectius.
4. *Sephoritani* cet.] Cod. vet. *Sephoritanis contributa subsidia militaria regionis finitimæ incursabant*. BARR.
5. *Deformi*] *Deformis*. ID.
6. *Mali*] *Malis*. ID.
7. *Dissensionis*] *Discessionis*. ID.

imparem se Josephus arbitrabatur. Neque vero aliunde præsumsit, nisi forte Judæi studia belli deponerent. Ea erat illi [1] prior sententia: Si bellum eligerent, malle se subeundo periculo fidem civibus, quam declinando præstare proditorem. Nihil enim magis cavere, quam ne commissum ipsum sibi honorem militiæ turparet. Itaque scripsit ad urbem Hierosolymam bellum incubuisse, propereque rescriberent pacem an prœlium mallent: consulendum mature. Hæc strictim significavit, nihil propense in alteram partem, ne aut bellator meticulosus, aut pertinax rebellio judicaretur.

CAPUT IX.

Rursus de urbe Tiberiade Jotapatam petit, sive quod munitior ceteris esset, & propterea in eamdem plurimi se contulissent bello promtiores: sive quod eo Vespasianus plerosque ex suis direxerat qui munirent iter, quod per montes difficile saxosumque, asperum peditibus, equitibus autem invium atque insuperabile foret. Denique diebus quatuor, ne angustiæ officerent, reserata sunt viarum strata: compositum iter, quo facilius omnis exercitus transmitteretur. Quinto die transivit eo Josephus, dejectosque Judæorum animos erexit. Vespasiano quoque ubi factum indicium eo Josephum commeasse, incentivum celerandi itineris accessit, quod conficiendi belli compendium putaret, si dux & populus bello promtior interciperetur. Advenit itaque cum exercitu: & primo die curandis cibo militibus, ne ex itinere fatigatos cura belli incesseret, tempus dedit. Sequenti die duplici acie vallavit urbem, & tertio equestri ordine. Quod videntes Judæi inclusos se, & obsessos undique, nec ullum [2] refugii locum, ipsa desperatione audaciam sumsere. Nulla enim res promtiorem bello militem reddit, quam necessitas prœliandi, & præruptum periculum. Urgebat Vespasianus jaculis, urgebat sagittis, missilibus quoque plurimi Judæorum ultra muros progressi, destinata feriendi arte vulnerabantur: manebant tamen impavidi. Tentabat omnia virtus Romana; & maxime ubi infirmiora adverterat murorum subsidia, illic majore incumbebat manu: Pudor hos, illos armabat spes ultima, ferro sibi aperire viam salutis desiderantes. Gravia tolerabant Judæi, nec minora referebant tentamenta audaciæ. Peritia a Romanis cum virtute, furor a Judæis cum temeritate certabat. Fessis itaque tota die illis pro salute, istis pro triumpho dimicantibus, nox prœlium solvit. Sequenti quoque die, & tertio quartoque consimiliter, & quinto prœliatum acriter: sed ut solet fieri in talibus prœliis, plura vulnera quam neces inferebantur, licet sæpe & excursus a Judæis & a Romanis tentarentur eruptiones: quos in iram accendebat pudor, eo quod victores Annibalis & Antiochi omniumque gentium, Judaicis prœliis immorabantur. Tanta erat Romanæ virtutis [3] constantia, ut non cito vincere pars victi æstimaretur: sed adversus naturam magis erant illis, quam in hostem certamina. Nam civitas præruptis undique prope erat interclusa rupibus, non vallo & fossa, ut aliæ urbes, sed profundis erat circumvallata præcipitiis, quæ nec visus hominum comprehenderet, nec usus investigaret, & horror [4] solicitius intuentem magis magisque involveret: tantum ab aquilone in montis defectu unus ad urbem accessus, arduo tamen ascensu patebat. Quem Josephus muro interclusit, propugnatoribus sepsit, ut inter murum inferiorem, & urbem superiorem periculosa [5] eruptio fieret obsidentibus, & intuenti esset inæstimabilis cognitio superiorum. Civitas enim ipsa in montis supercilio sita, in circuitu finitimorum montium velut quodam naturali vallo circumdabatur septo genitali abscondita, ut nemo prius illic urbem esse intelligat, quam in urbem ipsam fuerit ingressus.

CAPUT X.

Vespasianus cum vincere naturam nequiret, eam sibi ipse in adjumentum accersivit, ut obsidione diuturna per inopiam cibi & potus cogeret obsessos ad deditionem: sed frumenti copia, multo ante congesta, propulsabat periculum famis. Aquæ erat difficultas maxima, quia neque ullus in urbe fons, & solemnis siccitas raris per ea locorum imbribus bibendi subsidium attenuaverat. Ductus omnes aquarum obstruxerat, ne in urbem mearent. Augebat inopia aviditatem, repugnabat natura. Commentum Josephus detulit, ut infusæ vestes muro suspenderentur, quo paullatim rotantibus aquis, crederetur illis non deesse ad potum, quod abundaret ad lavacrum vestimentorum.

CAPUT XI.

Dejectus eo Vespasianus, rursus ad expugnandam urbem accenditur, atque omnem exercitum circa congregat: machinis murum quatit, pulsat aries. Nomen hoc species dedit, eo quod validæ ac nodosæ arboris caput ferro vestitur, & quod ut frons arietis prætenditur, quæ obductis laminis turgescit, & prominet: e medio ejus quasi cornu procedit ferri solidioris. Magnitudo arboris in modum mali navalis, quam non ventorum procella, non velorum sinus flectant. Ea suspensa funibus ad superiora atque robusta arborum nexis, multorum manu valide in murum impellebatur. Deinde retrorsum ducta, atque in stateræ modum sustentata retinaculis, majore impetu destinabatur, ut crebris ictibus fatigatum muri latus cederet, cavatumque vi [6] rupturis fenestram daret, qua Romanis hostibus via in interiora urbis pateret. Primo igitur ictu murus concussus est, contremuitque omnis. Clamor illico universorum, quasi expugnata urbe trepidantium, ne repercussus murus fatisceret. Sed Josephus saccos paleis repletos, in eum dimitti locum præcepit, in quem aries a Romanis intorquebatur, ut laxo saccorum sinu lusa plaga omnis arietis emolliretur. Illisa enim solidis solida nocent, solutioribus evacuantur. Denique facilius solidiora mollioribus cedunt, quam molliora solidioribus. Nam & aquæ alluvione scopuli solvuntur, nec ruina rupis ullum est damnum aquarum; & jactis in freta molibus, aqua suos usus reservat; sed petra inter undas reservare suos nescit. Arenam quoque marmoris ruina non frangit, & marmor arenæ ruina comminuitur. Retulerunt tamen etiam Romani, quo commenta refellerent Judæorum contra falces ligantes, quibus demissos inciderent saccos, quod vacuatis paleis evitare arietis ictum nequirent. Reparato itaque impulsu machinæ, cum se Judæi urgeri viderent, unus ex his Eleazarus ingentis magnitudinis saxum elevans, de muro super arietem elisit tanta vi, ut comminue-

1. *Prior*] *Potior*. Mox *videri* pro *præstare*. BARR.
2. *Refugii*] *Effugii*. ID.
3. *Constantia*] *Conscientia*. ID.
4. *Solicitius*] *Solicitus*. ID.
5. *Eruptio*] *Irruptio*. ID.
6. *Rupturis*] *Irrupturis*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

ret caput machinamenti. Exsiliens quoque in medium hostium, rapuit illud, atque in murum ferebat intrepidus in conspectu adversariorum, & patens vulneri. Denique jaculis quinque figitur, sed nequaquam conversus ad vulnera, quomodo ipse saxi ruina hostem involveret, intendebat. Ascendit itaque murum, & victor doloris stetit conspicuus tantæ præsumtionis, ac super arietem se saxumque dejecit, & cum eo corruit. Victus quidem morte, sed victor machinamenti, cum [1] in se solus discesserit patriæ; in machinamenti autem comminutione, totam urbem ab excidio servaverit. Netyras quoque & Philippus in medium se jecere agmen, ut averterent, quos [2] petierant. Josephus autem ignibus actis, ut machinamenta omnia exureret, brevi consumsit plurima, sed consumta reparabantur.

CAPUT XII.

INstabat Vespasianus, urgebat ita, ut in talo feriretur jaculo sagittæ. Turbati sunt Romani, cum sanguinem ducis fluere cernerent. Exagitatus filius, cucurrit ad patrem. Sed ille supra vim vulneris virtutem gerens animi, prohibet trepidare filium, magisque in prœlium accendit milites, ut injuriam ducis ulciscerentur. Ipse signifer revocabat exercitum, & ad muros cogebat. Ipse in bellum ceteros adhortabatur, alii sagittis, alii telis, alii balistis hostem urgebant. Tanta autem erat hujus tormenti vis, quo saxa in hostem jaciebantur, ut percussus unus ex sociis Joseph qui prope adstaret, comminuto capite rueret, & occipitium ejus usque [3] ad tertium stadium excuteretur: mulier quoque alvo gravis percussa uterum, supra dimidium stadii de intima sede secreti genitalis, excuteret infantem. Ad postremum cum victor jam muro Romanus miles succederet, & in ipso aditu utrimque valida manu decertaretur: sicut erant conferti, oleo ferventi Josephus perfundi Romanos jubet, quod facile a vertice ad ima defluebat vestigia. Nec minor incendio flammæ candentis, olei fervor omnes artus depascebatur. Succedebant tamen alii, plerisque etiam sudor profluus olei vim refrigerabat. Et quamvis hujusmodi olei natura sit, ut cito calescat, & serius conceptum deponat calorem; tamen victoriæ studio abscondebant injuriam. Ardebant animis, ut nullum corporis sentirent incendium, nec tanti æstimabant pœnæ ferventis dolorem, quanti dispendium gloriæ, si tamquam exsortes triumphorum desisterent bello, qui duces fuerant periculorum. Vel sanguine itaque suo restinguere incendium olei certabant.

CAPUT XIII.

HAc mora obsidionis, etiam Japhæ urbis quæ vicina erat, populus insoleverat, quod diu decernebatur. Unde motus Vespasianus, Trajanum qui præerat ordini quintodecimo, ductoris officio, direxit cum mille equitibus, & duobus millibus virorum militiæ pedestris. Qui sine retractatione profectus, vir acer & bellandi artibus præditus, convenientem studiis suis eventum belli reperit. Nam cum esset civitas, & natura loci septa, & gemino muro circumvallata, non contentus tegere se populus ejus munitionibus, occurendum Romanis putavit: sed paullisper resistere ausi, intra murum exteriorem recipere se se volentes hostem pariter recepere. Nam cum ipsis festinantibus etiam Romani subintraverunt: confugientibus quoque ad murum interiorem, clausæ portæ, ne rursus Romani pariter irrumperent. Ita averso a se Dei auxilio, Judæi prœliabantur, quo ante vincere solebant; sed offenderant scelestis flagitiis, & ideo ab his pœna debita reposcebatur, ut donarentur eorum supplicia nationibus. Denique plures prope suis inter se bellis, quam ab hostibus, obterebantur. Exemplo est Japhæ populus, qui Romanis portas aperuit, & sibi clausit. Nam ut primum murum Romani irrumperent, ipsi patefecerunt: ut secundum murum Judæi non penetrarent, Judæi clauserunt. Receptus itaque hostis est, socius exclusus. Receptus ille, ne percussor deesset: exclusus iste, ne [4] penitus evaderet. Intra duos itaque muros cædebantur Judæi, manu cominus, de muro eminus. Plerique enim Romanæ militiæ viri constricti angustiis, murum ascendebant, atque inde in subjectos tela jaculabantur. Itaque Galilæi suis, quam hostibus infestiores, rogabant, ut in interioris muri vestibulo reciperentur, sed resistebant sui. Dimicabatur in portæ limine, Judæis inter se pugnantibus: isti irruentem cuneum gladiis excipiebant: illi resistentes moriebantur. Sæva imprecantes sibi invicem, & minora se meritis suis perpeti supremis vocibus attestabantur. Itaque exstincta sunt [5] duo millia virorum omnium præliatorum. Ratusque Trajanus vel nullum jam sibi repugnaturum, vel facilem urbis expugnationem, veteris vir disciplinæ summam victoriam Vespasiano reservavit, misitque ad eum, postulans ut filium suum dirigeret Titum, qui finem prœlio daret. Quo adventante, facta irruptio, cæsique multi mortales, nec sine labore ac periculo victoria cessit Romanis. Quibus ingressis murum interiorem, [6] objecerant se, quicumque erant bello idonei & in angustiis positi; anceps bellum victoribus effecere, pugnantibus desuper virili ac muliebri sexu, ac sæpe etiam in suos saxa atque omnia quæ forte repererant telorum genera jaculantibus. Denique sex horis in ipso fine quasi ab exordio pugnatum. Ad postremum cæsis, qui constiterant pugnaturi, tum in ceteros sine ordine, sine modo, sine misericordia, senes cum adolescentibus jugulabantur, mulieres cum parvulis reservatæ, non ad veniam, sed ad servitutem: masculi omnes interfecti, nisi quos pueritia, aut infantia defendit, in prædam ducta sunt duo millia, CXXX. mancipia, domini cum servulis [7] æqua jam sorte conditionis, quos captivitas pares fecerat.

CAPUT XIV.

NEc Samaritæ immunes miseriarum fuere. Nam cum secundum consuetudinem suam [8] ascendissent montem Garizim, qui erat illis consecratus, ubi adorare solebant: unde & in Evangelio dicit Samaritana: [a] *Patres nostri adoraverunt in hoc monte*. Et responsum est ei: *Veniet hora, quando neque in hoc monte, neque Hierosolymis adorabitis pa-*

[a] Joan. IV. 20. 21.

1. *In se solus discesserit*] Forte legendum, *ipse solus decesserit*. BARR.
2. *Petierant*] *Poterant*. ID.
3. *Usque ad*] *Ultra*. Mox *utero*. ID.
4. *Penitus*] *Periturus*. ID.
5. *Duo millia*] *Duodecim millia*, Josephus lib. III. c. XI. IDEM.
6. *Objecerant*] *Objecere*. ID.
7. *Æqua*] *Æquata*. ID.
8. *Ascendissent*] *Congregati ascendissent*. ID.

trem. Debebatur enim, ut cessaret superstitio, & vera religio succederet: evacuaretur umbra, veniret veritas: ut jam non in monte, sicut Samaritani, non in Hierosolymis ter in anno, sicut Judæi: sed in spiritu in omni loco elevans puras manus homo omnis adoraret Deum, & in nomine Jesu genu flecteret. Cum igitur, ut supra diximus, in monte collecti, secundum suos ritus manerent, belli autem minas prætenderet ipsa congregationis species, vel sensus eorum, qui nec malis finitimis resipiscebat; multo autem amplius prosperioribus Romanorum successibus per invidiam commoverentur, ac prope tumultum res essent; consultius æstimatum est, eos præveniri, ne in majorem pestem erumperent. Vocatoque præfecto ordinis quinti cum tribus millibus utriusque militiæ viris, eo [1] eum Vespasianus direxit. At ille, ascendere montem primo exordio periculosum ratus (erat enim simul juncta terrori multitudo populi, & præruptum naturæ) circumdedit exercitu montis confinia: & toto die deferri fecit custodiam, ne quis aquatum descenderet. Cum igitur tantam hominum [2] multitudinem vexaret sitis, quæ magis ac magis æstu exardescebat, & plerique servituti se vel etiam neci mallent offerre, ne vel fame vel siti perirent; Cerealis (hoc enim nomen præfecto) ex descendentibus universos esse defatigatos æstimans, cinxit montem, ac more militari pollicens salutem si arma deponerent, recusantesque jussit feriri. Itaque exstincta sunt illic millia XI. sexcenti viri.

C A P U T XV.

JOtapatæ quoque quadragesimo & octavo die facta irruptione primo diluculo, cum adhuc multo superioris diei fessi labore requiescerent, primus omnium Titus cum Sabino ingressus, ceteris viam præbuit. Comprehensisque superioribus locis, in angustiis platearum passim, & ignari adhuc factæ irruptionis feriebantur. Alii in suis stratis, alii expergefacti, alii vigilantes, sed inedia ac somno soluti pœnas dabant. Adhuc tamen totam urbem vis latebat malorum. Sed ubi exercitus ingressus militari infremuit ululatu, ad solum fere subeundæ mortis affectum insurrexerunt. Et si qui superiora petere tentaverant, repulsi cædebantur; & quibus ulciscendi vis suppetere poterat, ipsa coarctatio vindictam ademerat: & si qui resistere parabant irruentibus supra se aliis, bello abscondebantur. Alii multo fessi certamine, demissis manibus se se offerebant vulneri, ut vel morte tam feralibus malorum suorum spectaculis eriperentur. Hac deceptus securitate pereuntium centurio Antonius, rogatus a quodam, qui in spelæa confugerat, ut ei dexteram daret, obsidem veniæ & salutis sequestram: porrexit illico, doli negligens, & væ miser! nimium securus triumphi: sed ille incautum spiculo ferit, & statim transfigit, ne impleta esset incruenta Romanis victoria. Illo ipso die interfecti omnes, quicumque inventi. Sequentibus autem diebus etiam de hypogeis & ceteris defossis specubus producebantur, vel ibidem exstinguebantur, exceptis parvulis ac mulieribus. Cæsa per omnes dies XL. millia, quæ numero comprehensa sunt: in captivitatem deducti MCC. eversa & igni exusta est civitas, & castella ejus omnia, anno imperii Neronis XIII. Josephus interea inter favillas urbis in quodam lacu delitescebat, haud inscius, quod quasi dux adversi agminis studiosius requireretur. Egressus die secundo, ubi septa advertit omnia, revertitur in lacum. Tertio die mulier quædam reperta, cognitas sibi Josephi latebras, quærentibus demonstravit, (sed in lacu [3] XL. viri, qui eo confugerant, se se tegebant.) Qui ubi advertebant Josephum, primo per Paullinum & Gallicanum a Vespasiano ad spem salutis vocari, postea per Nicanorem, qui Josepho veteris amicitiæ gratia copulabatur, & ideo missus, ut dexteram daret, promtius officium mandati muneris exsequebatur: circumfusi Josephum talibus adoriebantur sermonibus.

C A P U T XVI.

NUnc major Judæi nominis tentatur ruina, nunc favilla tetrior, quæ sepeliat & abscondat splendidissimæ disciplinam prosapiæ, atque omne decus subruat, quando Josephus ad triumphum captivuus reservari jubetur. Quid sibi volunt tam sedula subito invitamenta hostium? Quid dona salutis spontanea? Rogantibus vitam aliis non pepercerunt. Josephus accersitur, Josephus rogatur ut vivat. Metuunt videlicet, ne pompam amittant triumphi, ne desit, quem spectet Roma captivum, quem catenatum Vespasianus ante currum suum dirigat. Ad hæc igitur ludibria vis reservari? Et unde triumphabunt, si dux eorum defuerit de quibus triumphatur? Aut qui triumphus, si amicitia datur victis? Ne credas Josephe: vita tibi promittitur, sed parantur graviora morte. Vicerunt te Romana arma, non capiat fraudulentia. Atrociora sunt dona eorum, quam vulnera. Illa enim captivitatem minantur, hæc libertatem reservant. Inflecteris Josephe, & animi quadam fractus mollitia, vis esse patriæ superstes? Ubi est doctrina Moysis, qui se de libro cælesti deleri petebat, ne plebi Domini superviveret? Ubi est Aaron, qui inter vivos ac mortuos medius stetit, ne mors viventem populum sævo contagio [4] depasceret? Ubi est regis Saulis & Jonathæ devotus patriæ animus, & mors illa pro civibus suscepta, & fortiter glorioseque experita? filius patrem exemplo invitavit, pater filium mortis proposito non dereliquit. Qui cum posset vivere, maluit se interfici, quam ab hoste triumphari. Hortabatur armigerum suum dicens: [a] *Percute me, ne veniant incircumcisi isti, & percutiant me, & illudant me*: quia armiger timuit, ipse se gladio transverberavit. Dignus quem David spiritu prophetico vendicaret: quia se degener Amalekita de ejus morte falso jactaverat, & gloriam viri qui se ipsum hosti exemerat, imminuendam putavit, ut a se interfectum mentiretur. Dignus etiam, quem tantus laudaret propheta dicens: [b] *Saul & Jonathas speciosi & carissimi inseparabiles in vita sua, & in morte non sunt separati: super aquilas leviores, super leones potentiores*. Ipse quoque David cum populum percuti ab Angelo videret, in se voluit cælestem derivari vindictam, ne pereunte populo reservaretur. Postremo ubi lex divina cujus interpres semper fuisti, quæ pro hac brevi vita perpetuam justis promisit immortalitatem? Ubi Deus Hebræorum, qui docet justos mor-

a I. Reg. XXXI. 4. b II. Reg. I. 23.

1. *Eum*] Pronomen istud codex ms. non habet. BARR.
2. *Multitudinem*] *Constipationem*. ID.
3. *XL. viri*] *XLII. viri*. ID.
4. *Depasceret*] *Depasceretur*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

tis contemtum habere? Refugere etiam debere terrenum habitaculum, [1] anhelare ad superna, ad regionem paradisi, ubi Deus ipse pias animas conservavit. Nunc demum cupis Josephe vivere, quando non oportet, immo nec licet: immo, quod majus est, non decet: & [2] carpere desideras lumen illud (ausim dicere) servitutis, quod in aliena potestate est, ut id quando voluerit Romanus eripiat: quando velit, carceris tenebris obducat, ut optes hinc fugere, nec liceat mori: & quo pudore ad eos ibis, quibus persuasisti pro patria mori? quam excusationem habebis, quod tam diu resederis? Exspectant quid agas: [3] dicent profecto: Quid moratur Josephus, qui prævenire debuit? cur tam sero sequitur? cur discipulos suos quibus pro libertate moriendum suasit, imitari recusat? Perferemus certe nos, quod servire elegeris assertor legis & libertatis, quod mancipium te Romanis addixeris, quod captivitatem libertati præposueris. Sed esto, velis vivere; quomodo hoc impetrabis ab his, adversum quos toties prœliatus es? Quomodo te intuebuntur? quibus oculis? quibus animis? Quomodo iratis dominis, etsi liceat, vivere voles? Aut qui proditorem patriæ non credet fuisse, cui mercedem solutam proditionis videbit? Utrum mavis elige: horum alterum fit necesse est: Vita tua aut præmium proditionis erit, aut servitutis supplicium. His dictis intentarunt gladios, addentes: Si acquiescis mori, quasi amici ministerium præbemus: Si recusas, quasi proditi ultionem exigimus.

CAPUT XVII.

Ad hæc Josephus refert: Et quis velit esse tantæ mortis superstes? Quis eligat fieri heres doloris? Quis animam suam nolit ex ipso corpore mortis, si liceat, absolvi? sed non licet solvere, nisi ei qui ligaverit. Naturæ vinculo conjuncta est anima corpori. Quis auctor naturæ nisi omnipotens Deus? Quis hoc animæ & corporis nostri Deo placitum contubernium interrumpere ac dissociare audeat? Si quis imposita manibus suis præcepto herili vincula, sine arbitrio domini sui detrahat, nonne is gravi pulsasse injuria suum dominum condemnabitur? Dei possessio sumus, Deo servitium debemus; quasi servi exspectemus imperia, quasi vincti reservemus vincula, quasi fideles bonum depositum custodiamus. Non recusemus vitæ istius munus quod dedit nobis, non refugiamus donum cæleste. Si hominis data rejicias, contumeliosus es: quanto magis servare debemus, quod a Deo nostro accepimus? Ab ipso itaque accepimus, quod sumus; ipsius quoque debet esse, ut quamdiu velit, simus. Utrumque enim ingrati est, & citius discedere quam velit, & diutius vivere quam voluerit ipse qui vitam donavit. Numquid ante festinavit exire Abraham? Numquid ante ascendit Abarim Moses, quam diceretur ei, [a] *Ascende in montem Abarim?* Sed dictum est, *Ascende*: & ascendit, & mortuus est: quasi bonus servulus, exspectavit Domini præceptum. Ipse Job qui dixit: [b] *Pereat dies illa in qua natus sum*: tamen in vulneribus & doloribus positus, vitæ hujus vincula non disrumpebat, sed ut liberaretur rogabat, dicens: [c] *Ut quid datum*

A *est in amaritudine lumen, vita autem in doloribus animæ?* Laudabat itaque mortem, cum diceret: [d] *Mors* [4] *vero requies*: tamen non præripiebat, sed postulabat, ut scriptum est: *Concutior omnibus membris: & quia sum impius, quare non sum mortuus?* [e] *Cur de ventre matris non in sepulcrum decidi? Aut* [5] *numquid breve tempus vitæ meæ? Dimitte me requiescere paullulum.* Alius quoque sanctus dicit: [f] *Educ de custodia animam meam.* Petit evadere: petit ex hoc corpore quasi de quodam liberari carcere: nullus tamen sanctorum necem sibi ipse usurpat, nullus præripit. Si lucrum est mori, furtum est usurpare ante exspectatum: Si bonum est vivere, [6] sacrilegium est repudiare ante quam reposcatur. B Sed gloriosum putatis in bello mori? Nec ego abnuo bonum esse pro patria, bonum pro civibus in bello mori. Sed belli lege offero jugulum, si hostis petat: si mucronem demergant Romani, quibus de nobis Deus victoriam dedit, quibus propter peccata nostra nos adjudicavit. Nec mihi blandior, quod parcendum spondeant. Utinam fallant! Vel hoc lucrum feram, quod me sic timuerunt ut fallerent; vel hanc ultionem referam, quia frangunt fidem. Malo illorum latrocinio perire quam meo. Latrocinium meum est, si mihi ipse intulero manum: si hostes, beneficium. Ergo illud cum beneficium dare possent interimendo, servandum putaverunt quod in potestate habebant: ut captum C occiderent, latrocinati sunt. Sed pollicemini mihi manus vestræ ministerium: re vera percussor nobis defuit, ut nostro scelere pereamus. Nolo meo, nolo vestro scelere perire, quod plus est quam meo, nolo mutuo. Hoc est enim unumquemque nostrum sibi manus inferre, vicariæ necis mercedem solvere: ut jam non solum pro suo quisque, sed etiam pro alterius sanguine scelus debeat. Verum regis Saul exemplum promitur, ejus certe qui adversus voluntatem divinam rex postulatus est, & offensam meruit Dei. Unde etiam cum viveret, successorem accepit. Egregium exemplum viri, cui defuit Dei gratia, & tamen voluit mori, quia jam non poterat vivere. Voluit tamen & ipse ut eum D socius occideret: sed & ille scelus putavit, recusavit ministerium. Non igitur usus consilio, sed destitutus ministerio fecit, ut ipse gladium in se converteret. Si timens fecit, ne sibi illuderetur, quid laudas quod timoris est? Si non timuit, cur primo aliud elegit? Ego nec illudentes Romanos timeo, nec mentientes. Saul tantum se solus peremit; non Jonathas, non quisquam alius in nostris scripturis. Quid mirum, si potuit se perimere, qui potuit etiam filium occidere? Aaron inter vivos ac mortuos stetit: & hoc virtutis est, non temeritatis: non enim mortem sibi intulit, sed mortem non timuit: qui eam corpore suo repulit, & serpenti [7] in omni obstaculo fuit. Non ego qui- E dem Aaron, sed tamen non degener ab eo, offero manus; feriant ut volunt. Si possum eorum manus timere, dignus sum qui manibus peream meis. Si [8] pereunt illi adversario, cur ego non peream mihi? Si quæritis cur parcere velint; & in hoste virtutem mirantur. Tanta est enim virtutis gratia, ut frequenter etiam hostem delectet. Nostis etiam ipsi, quanta intulerim exitia Romanis, quomodo victores omnium gentium, Jotapatæ ignobilis urbis

a Deut. XXXII, 49. b Job III. 3. c Ibid. ℣. 20. d Job XVII. 16. e Job X. 18-20. f Psal. CXLI. 8.

1. *Anhelare*] *Revolare*. Et paullo post *sacravit* pro *conservavit*. BARR.
2. *Carpere*] *Capere*. ID.
3. *Dicent*] *Dicunt jam*. ID.
4. *Vero*] *Viro*. ID.
5. *Numquid breve*] *Numquid non breve*. ID.
6. *Sacrilegium*] *Sacrilegum*. ID.
7. *In omni*] *In omnes*. ID.
8. *Pereunt — peream*] Leg. *parcunt — parcam*. ID.


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

diuturna obsidione, ab Hierosolymitanæ urbis excidio averterim. Brevi damno totius belli aleam lusi. Dixerunt ceteri meo periculo pacem optare. Fortassis ad hoc reservamur, ut non deterreantur ceteri, sed provocentur. Sed suave asseritis mori pro libertate. Quis negat & illud? tamen dulce vivere pro libertate. Nam qui amicitiam offert, libertatem promittit. Quod si servitutem inferat, tunc erit certe opportunior moriendi voluntas, si oportuerit mori: Nunc autem vitam offerunt; nolunt occidere. Timidus autem est, & qui non vult mori quando oportet; & qui vult, quando non oportet. Quis enim ignorat femineæ timiditatis esse, & muliebris [1] fortitudinis, ne moriare, mori velle? Denique pavidæ mulieres, ubi aliquod imminere sibi periculum cognoverint, solent se præcipitio dare. Angusti enim animi molem formidinis, & metum mortis sustinere nequeunt. Vir autem patiens, qui præsentia non timet & futura cogitat, nescit trepidare, ubi non est timor. Denique scriptum est, quia [a] *animæ effeminatorum esurient*, quæ cibum utique virtutis non habentes esuriunt: ideoque ad mortem ante tempus festinant. Neque enim repletus cibo gratiæ spiritalis, sibi ipsi manus irrogat, cum scriptum sit: *Quia os imprudentis mortem invocat*. Et iterum dicit Scriptura: [b] *Et qui non curat se ipsum in operibus suis*, [2] *frater est ejus qui se ipsum exterminat*. Condemnatur ergo qui se ipsum percusserit. Quid enim tam contra legem naturæ? Quid etiam tam contra naturam omnium animantium? Quibuslibet feris licet atque agrestibus, insitum est se amare. Naturæ enim lex valida est velle vivere, nec sibi mortem adsciscere. Denique ferro in se armari omnia genera animantium, nec si velint, possunt. Informem leti laqueum homines invenerunt, feræ nesciunt. Sed morsus ferarum arma sunt, dentes eorum gladii. Quando tamen quisquam audivit, quod sibi aliqua fera proprio morsu membrum ademerit? adversum alios faucium suarum armis utuntur, adversum se osculis. Nobis quoque quid tam dulce quam vita? Quid tam inimicum quam mors? Denique qui vitam protexerit, patronus est: qui mortem appetere tentaverit, insidiator est. Quod ergo in aliis exsecramur, si nos appetamus, ipsi nobis volumus inferre: & quod ab aliis pro pœna exigimus, hoc ipsi nobis irrogamus pro gratia: & gubernatorem si commissam sibi navem saxo illidat, persequimur: nos commissum nobis nostri corporis gubernaculum ferro exstinguimus, & voluntario naufragio addicimus? Sed objicitis mihi mortem maturam, cum in potestatem hostium fuero deductus. Quid ergo lucrifaciam si quod ab hoste metuo, hoc ipse mihi inferam: cum possit accidere, ut quod suadetis mihi facere, non faciat inimicus? Hujusmodi istud est, ac si videns gubernator tempestatem futuram, tempestatis gratia declinandæ navem fluctibus immergat. An quia graviora supplicia exacturus est adversarius, ideo præveniendum putatis? vel quia strenuum arbitramini, ut in nos ipsi ferro utamur? Sed id imbecillitatis suffugium est, non virtutis tropæum, captare lucrum suppliciorum. In hoc igitur inhæremus, quod nec insignia habeat fortitudinis, nec profectum utilitatis. Quid autem attexam [3] violati depositi religionem? Deus omnipotens thesaurum nobis optimum dedit, atque inclusum in hoc vase fictili & consignatum, commisit nobis custodiendum, quoad ipsi placeat reposcere. Nonne in utroque crimen est, vel rejicere depositum, non reposcente qui dederit: vel reposcenti negare? Si hominis depositum violare, pœna infamiæ est: quanto magis violare depositum Dei? Depositum Dei [4] in anima est in hoc corpore, anima quæ mortis istius capax non sit. Non enim ullo mortis vinculo adstringitur atque alligatur, sed videtur mortem opperiri, cum solvitur corpore, atque de commisso sibi contubernio sejungitur. Cur igitur ante repetitum depositum mortem irrogamus, & animam quasi inutilem nobis remittimus, atque e domo nostra excludimus, & corpus sine decore & gratia sui in terram resolvimus? cur exeundi hinc præceptum non exspectamus? Miles tesseram exspectat, servus imperium. Si quis horum sine præcepto exierit: alter desertor, alter fugitivus est. Qui hominem fugit, pœnæ est obnoxius, quamvis improbum fugerit dominum: nos optimum omnium fugientes possumus non adstringi impietatis flagitio? Num etiam istud præterit nostram opinionem, quod [c] *apposuit Deus Angelum in circuitu timentium eum*? Est ergo qui prohibeat, nisi præceptum acceperit? si nullum præceptum, nullum viaticum. Et quomodo perveniemus sine viatico? Quis nos recipiet in illum purum & secretum locum? Quis nos admittet ad illa sanctarum animarum consortia? Adam latebat, quia præceptum Dei prævaricatus est: exclusus est de paradiso, quia non servavit mandatum. Dicitur ei: [d] *Adam ubi es*? Quasi ei qui fugerit, quasi ei cujus apud Deum non est præsentia. Nonne & mihi dicetur, Ubi es? qui præter præceptum venisti, quem ego naturalibus vinculis non relaxavi? [e] *Tollite eum in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium & dolor*. Hæc non solum moribus hominum, sed etiam legibus interdicta accepimus: namque alii insepultos projici jubent eos, qui se in ferrum dejecerunt. Dignum est enim, ut qui patris imperium non exspectaverunt, priventur quasi quodam matris gremio, terræ sepulcro. Alii dexteram manum abscindunt defunctis, ut separetur a membris sui corporis, [5] quod adversus corpus suum vesano militavit furore. Sed hunc exitum sacrilegi ferunt, aut proditores, vel percussores parentum, qui verum patrem non agnoverunt, nec se se cognoscunt. Ideo aut penitus sepeliri prohibentur, aut non toti sepeliuntur. Animas quoque eorum non paradisus recipit, sed inferorum tenebræ, sævaque supplicia. Hæc mihi reputanti, quamquam omnia erepta sint, sola tamen terrori ac formidini sunt: [6] nec mihi ipsi inferam, quæ nec hostis poterit inferre: & illa paradisi eripiam, quæ Romanus adhuc non potuit eripere. Certe accelerare potuit, non poterit auferre, quæ sola impatienter desidero. Non enim vitæ hujus ulla me cupiditas tenet, in qua nec apud cives nec apud hostes cepi, quod delectaret. Isti mihi pacem negarunt, illi patriam eripuerunt. Inter tot mala quid potest suavitatis in hae vita superesse? Tu modo omnipotens Pater qui naturæ auctor atque arbiter es, honestum largire exitum, tu rumpe naturale hoc vinculum: redde animam meam secretis suis. Exstinctus sit po-

a Prov. XVIII. 8. *b* Ibid. ℣. 9. *c* Psalm. XXXIII. 8. *d* Gen. III. 9. *e* Matth. XXII. 13.

1. *Fortitudinis*] *Formidinis*. Barr.
2. *Frater est cet.*] Vet. cod. *frater est sua opera dissipantis*. Id.
3. *Violati*] *Violari*. Id.
4. *In anima*] Forte delenda præpositio, legendumque: *Depositum Dei, anima est in hoc corpore*.
5. *Quod*] *Qua*. Barr.
6. *Nec mihi*] *Ne mihi*. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



pulus, ereptum jus, libertas infracta: non prævaricabor tamen legem tuam, ut moriar injussus. Exspecto, ut jubeas, exspecto, ut volentem liberes. Multos habes tui imperii exsecutores: a te exspecto imperium, ab exsecutore ministerium. Bonum est mori: sed moriar, ut Hebræus, non ut latro, non ut carnifex, non ut hostis. Victus sim licet bello, manebo tamen, quod natus sum, ut Abrahæ patris hereditatem non deseram. Non transibo in numerum hostium, ut ipse meus percussor sim. Offerre me hosti percutiendum sine pietatis possum dispendio: manus meas mihi [1] in hostem convertere sine scelere non possum. An vero metus est, ne non liceat nobis secundum legem vivere? Re vera nunc magna libertas est, quibus nunc licet secundum legem mori.

CAPUT XVIII.

HÆc Josephus allegabat, quo evacuaret voluntariæ mortis [2] affectionem. Sed illi, qui semel se se morti devoverant, quia verbis resistere non poterant, gladiis quasi ferituri illico, virum circumstetere, nisi acquiescendum putaret. At ille circumdatus, alium ducis revocabat auctoritate & virtutis constantia, alium severo obtutu conveniebat. Hujus revocabat dexteram, illius inflectebat iram, mulcebat consilii salubritate. Diversis modis unicuique irrationabilem extorquebat furorem. Etenim quamvis ultima sors victi dignitatem extorserat, non penitus tamen aboleverat reverentiam. Paullatim itaque deponebantur manus, recondebantur gladii; tamen intentio perseverabat. Cum videret unum a pluribus se obsessum teneri, sive casu quodam, sive consilio [3] commentatus est, ut minueret numerum repugnantium. Committamus, inquit, sorti moriendi ordinem, ut se nemo subtrahat, cum sors conveniat universos. Istiusmodi conditio fit sortis, ut is qui forte exierit, ab eo qui sequitur, interimatur. Itaque fore ut sors unumquemque, non propria voluntas morti adjudicet. Stet igitur unusquisque sub sorte judice, & exsors sceleris & liber captivitatis, ut non alieno arbitrio acceleret, aut declinet suo, mortem futuram. Nemo recusare poterit eventum, quem vel casus intulerit, vel voluntas Dei signaverit. Fidem fecit oblatio, & universorum assensus sorti acquievit. Quisque sorte est designatus, paratam sequenti necem præbuit. Itaque accidit, ut interemtis reliquis, Josephus cum altero superesset neci. Manebat necessario, ut aut sorte condemnaretur, aut certe si exitio superesset, sanguine socii contaminandus foret. Suadet ut sorti renuntiaret. Sic domesticum evasit prœlium, & per Nicanorem ad Vespasianum deducitur. Fit concursus ad ejus advenientis spectaculum, Romanis fere omnibus confluentibus; alii videre dejectum desiderabant, quem paullo ante in amplissimo honore positum, summæ rei præesse intuebantur: alii certabant capto illudere, alii vices rerum humanarum tam varias atque flexibiles mirabantur. Plerique consultius ingemiscebant, qui in alienis casibus sibi posse eadem accidere reputabant. Titus præ ceteris movebatur, ingenita animi mansuetudine: illum dudum bellatorem superbum subito potestati addictum hostium alieni [4] motus sortem opperiri vitæ naufragium, exsulem spei, incertum salutis. Tantum valere momenta in prœliis, ut brevi casu dispares sui reddant, cum aut potentes dejiciuntur, aut afflicti levantur. Itaque pars melior, eorum scilicet qui honore potiebantur, mitiora consilia dabant: maxima tamen portio salutis apud patrem Josepho Titus fuit. Vespasianus eum asservari præcepit, ne forte elaberetur.

CAPUT XIX.

INde paucis post diebus Ptolemaïdem repetit, atque inde Cæsaream contendit, urbem Judææ maximam, sed magis gentilibus refertam inhabitantibus: unde cum plausu & lætitia suscepere exercitum Romanum, non solum Romanæ societatis exoptata sibi gratia, sed insito quoque odio plebis Judææ: cujus principem Josephum oportere puniri maximis clamoribus vociferabantur. Quam Vespasianus, ut vulgi iram sine judicio conceptam, silentio dissolvit. Et quia ad hiemandum, & tempus opportunum, & civitas erat, duos ordines in Cæsarea constituit, decimum quoque & quintum ordinem in urbe Scythopoli, ne Cæsarea totius onere exercitus attereretur. Ideoque urbs memorata Dianæ Scythicæ consecrata, tamquam a Scythis condita, & appellata civitas Scytharum, ut Massilia Græcorum: situs loci declarat ingenitam duritiam conditoris, patientia magis camporum, quam conducibilia habitationis usui delegisse. [5] Namque aperto & aspero hiemis, & ferventi tempore æstatis plus laboris habent, quam delectationis: quoniam & hieme plus frigori patent, & gravior in his locis æstatis flagrantia est, in quibus solem totum recipiunt sine ulla arvi virentis amœnitate. Itaque campestris & maritima regio memoratæ urbis, etiam æstu maris amplius vaporabatur.

CAPUT XX.

NEc tamen a negotiis bellicis Vespasianus vacuus erat: Cognito etenim diversis ex locis ad urbem Joppen se se contulisse plurimos; eamque sibi opportunam ad excursus piraticos, reparatis ædificiis quæ a Cestio destructa fuerant, instauravisse: quoniam vastata regione, subsidium alimoniæ mari quærebatur, diligenter exploravit omnia. At illi statuentes hujusmodi navigia quæ usui prædonum accommoda forent, speculati commeantium transitus, universa prope Phœnicis atque Ægypti commercia populabantur; adeo ut crebræ prædationis terroribus, omne illud mare clauderent, atque indubii periculi metu navigandi usus interciperetur. Quo comperto pedestris militiæ manum & equitum plerosque pergere jubet, & nocte Joppen ingredi. Quod facile factu fuit, cum custodia nulla civitati prætenderetur: quoniam eversa urbis fama, nullas excitatura Romani curas ducis æstimabatur. Præsentes tamen erant: sed non ausi resistere atque ingressum negare Romanis advenientibus, navigiis ascensis, ultra jactum progressi sagittæ, in mari pernoctaverunt. Res postulare videtur, situm litoris ejus quo prætexitur Joppe, breviter exponere; ut quemadmodum sine ullo prælio prædictæ urbi secunda clades fuerit, liquido manifestetur. [6] In portu est natura civitas, cujus ab ora maris litus asperum directumque, sed cornibus utrimque leviter inflexum: in quibus profundæ rupes saxaque ingen-

1. *Mihi in hostem*] *Mihi* pro *in me*. Al. *ut in hostem*. BARR.
2. *Affectionem*] *Assertionem*. ID.
3. *Commentatus*] *Commentus*. ID.
4. *Alieni motus sortem*] *Alieni nutus sorte*. ID.
5. *Namque aperto* cet.] *Namque aperta & aspera hiems, & fervens tempus æstatis*. ID.
6. *In portu est*] *Importuosa est*. ID.

tia, quæ mari prominent, Et cum de imo maris A ſurgant, in mare excurrunt tamen: unde etiam Andromedam illic fuiſſe cum ceto objectaretur, formæ locorum atque ipſæ rerum ſpecies prodere videntur, non mediocrem vetuſtis fabulis fidem accomodantes. Cædentibus itaque litus adverſis Boreæ flatibus, immane quantum undæ attolluntur: quæ ſcopulis illiſæ fragorem ingentem excitant, atque in fluctus relapſæ inquietum illum maris ſinum reddunt, ut plus periculi in portu quam in deſerto ſit. In eo igitur fluctuantibus ſcaphis, quas ex Joppe urbe productas ſupra diximus, ad matutinum flatus vehemens ingruit, quem Melamborium per ea locorum navigantes vocant, ſtatimque inter ſe undis impellentibus ſcaphas miſcuit atque involvit. B Alias ruptis anchoralibus egit in petram: aliis cum in adverſum mare violenter ſubrigerentur, ſaxoſi litoris periculum, vel a Romanis qui ſe circumfuderant litori, nautis fugientibus, clades occurrit, undaque præcelſa more ſupereminens oppreſſos demerſit. Nec confugiendi ullus erat locus, nec manendi ſpes, cum ventus de mari expelleret, Romani urbe excluderent. Gravis erat navigiorum ſonus, cum inter ſe colliderentur: intolerabilis hominum gemitus, cum frangerentur. Qui ubi vacillantibus alveis videbant mare irrumpere, alii ſe præcipitabant natandi peritia: alii dum in appropinquantes exſiliunt ſcaphas, in mare lapſi, concurſu alveorum proterebantur. Plerique cum C ipſis in profundo ſidebant myoparonibus, quos enatandi fiducia deſtituerat, minore tamen cruciatu, quibus ars deerat, vel ſpes ulla tentamentorum mors transfigebat. Ceterum natare adorſos, convulſa navium fragmenta crebris quatiebant ictibus, lateribuſque illiſa miſeros artus fœde mulctabant, aut ſcopulis impulſos inter ipſa amplectendi litoris vota, mors ſequebatur; qualecumque tamen habentes ſolatium in terris periiſſe. Miſeranda itaque facies erat, cum excuſſo infelicium cerebro cautes aſpergerentur, ſanguine maderent litora. Cerneres infectum cruoribus mare, repleta omnia cadaveribus. Et ſi qui forte evaſerant, appropinquantes litori interficiebantur: æſtimantibus Romanis quod non D ex locorum aſperitate uſuque ventorum in illis locis deſæviret procella, ſed divina indignatione præter ſolitum conſpirantibus ventis mare involveretur, ne Judæi evaderent: & ideo metuentibus eis parcere, quibus Deus non pepercisset. Fuere qui ſe ferro interficerent, tolerabilius rati ferro, quam naufragio perire: [1] alii qui contis protrudere volentes, navigia perforarent: nonnulli, qui lapſos in mare, ſi forte orarent ut a navigantibus elevarentur, remis repellerent aut telo ferirent. Quod ideo non prætermiſi, quo clareat ab ipſis ſibi Judæorum populis, quam ab hoſte periculum majus fuiſſe, qui ſe ipſos interimebant: quaſi exigua eſſent ad eorum exitum, infeſta ſimul omnia, cæ- E lum, hoſtis, mare, rupes. Quatuor itaque millia quingentaque defunctorum numerara corpora quæ deſpuerat mare; ſine bello capta urbs, & exciſa a fundamentis. Sic in brevi tempore, ſecundo Joppen Romana manus diruit. Quod jure Veſpaſianus præcipiendum putavit, ne iterum illic piratica conderentur habitacula. Unde & equitatum eo loci, illinc cum peditibus paucioribus licet proficiſcens, reliquit, ut pedites in loco manerent, ne quid auderet prædonum manus aſſueta latrociniis: equites autem percurſarent finitima regionis vicoſque & oppida, quo penitus omnia (ne conſpirarent in aliquos auſus) diruerentur.

CAPUT XXI.

DUm hæc in Joppe geruntur, quamvis procul Hieroſolymitani degerent, nec ſic quidem a conſortio cladis feriabantur. Auditis enim, quæ geſta a Romanis fuerant in Judæa; & maxime, quia Joſephum interfectum compererant, primo, quia de locis ad eos index nullus advenerat, non credebant: deinde ducem tantum non temere in manus hoſtium incidiſſe arbitrabantur. Et revera nullus nuntius tantæ cladis ſuperfuerat, [2] & hoc ipſum ſupremi excidii fama, quia nullus index ſupererat, adſtruebat petiiſſe omnia, nihilque reſediſſe vel ad indicium rerum geſtarum. Manebat opinio quovis major relatu, quod ipſa incertos dum [3] tenent ſilentia, credebantur omnia quæ timebantur; tantumque aberat, quo verius aliquid nuntiaretur, ut etiam quæ geſta non fuerant, adjicerentur. Nam Joſephum quoque interfectum fama aſſeverabat, idque dolori maximo fuit univerſis. Sed ubi eum apud Romanos degere compertum, tanto odio proſequebantur, ut cujus primo mortem dolebant, ejuſdem vitam vel ignaviæ vel proditionis indicem deteſtarentur. Hinc major in Romanos commotio, ut ſe de Joſepho ulciſcerentur. Et quo magis eorum res inclinabatur, eo amplius in bellum accendebantur. Ubi finis eſſe debuerat, inde exordium malorum capeſſebatur. Nam ſapientibus adverſi exitus rerum, ad cavendum magis documento ſunt, ne rurſus eadem accidant quæ jam male ceſſerunt: imprudentibus autem incentivum miſeriarum. Debuerat ergo Hieroſolymitanis cauſſa ſobrietatis eſſe ſociorum periculum: ſed quia [a] noluerunt intelligere ut bene agerent, in exitium vertit.


CAPUT XXII.

VEſpaſianus tamen, ut & ipſa mora in melius conſuleret ſibi, & a labore exercitus paullisper requieſceret, roganti ceſſit Agrippæ, ut in urbe regni ejus Cæſarea Philippi viginti fere interponeret dies, ſimul ut ægra partium ejus a commotionis & diſcordiæ furore reſipiſcerent, qui ſe interventu regis ſuſcipi poſſe, ſi converterentur, agnoſcere deberent, cum tam ſedula officiorum fœdera inter regem & Romanos intervenirent. Denique Tiberias proxima Cæſareæ remedium non abnuit, ſanitatem invenit. Nam & ipſa gravi morbo diffidentis inter ſe plebis exæſtuabat. Unde Veſpaſianus tres ordines validiores acciri, & Scythopolim petere, directo in negotium filio decernit. Ea erat decem urbium maxima, vicina Tiberiadis. Inde appropinquare muris Valerianum cum quinquaginta equitibus jubet, qui pacifica ſuaderet, & ad fidem ſocietatis clauſos vocaret, ut congregati exercitus terror, averſos percelleret, nuntius pacis volentes invitaret. Valerianus prope muros equo deſiliit: eadem fecere etiam ii, qui ſimul propius acceſſerant. Quos pro numero ſpernendos arbitrati, Jeſus prædatoriæ manus princeps, cum ſuis qui pariter inceſſere auſi, repentina eruptione deturbant loco, cædenteſque ſimul quos deduxerant equos involavere: dementes qui non adverterent, conſultius Va-

a Pſalm. xxxv. 4.

1. *Alii qui*] *Aliqui*. BARR.
2. *Et hoc ipſum*] *Et hoc ipſo*. Paullo ante, *cladi*. Mox vero *manabat* pro *manebat*. ID.
3. *Tenent*] *Terrent*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



lerianum cessisse insolentiæ, quam spolia de his qui pacem offerebant, usurpavisse. Denique seniores offensi facinoris acerbitate, urbem relinquentes, ad Vespasianum precatum venere, ne paucorum insolentia universæ plebi adscriberetur. Vespasianus illico ad urbem Trajanum direxit, ut exploraret, si populus insidiatorum temeritatem adversaretur. At ille convenientia populi studia, seniorum precibus annuntians, fidem legationi accumulavit. Ita petentibus venia data: maxime quia solicitum regem pro totius urbis statu Vespasianus intuebatur. Cujus fide interposita, nihil tale ausuros postea, delicti gratiam volens cessit.

CAPUT XXIII.

INde Taricheas solicito atque instructo agmine petit, eo quod plurimum ad ipsam urbem propter munitionem loci confluxerat multitudinis: & quia muro eam vallaverat Josephus, nisi qua pedestribus invia Generasi lacus fluctibus alluebatur, ideo navigiis congregatis, anceps bellum fremebat. Si terrenum inclinaret adversum se prœlium, ad naves confugerent; si navali certamine [1] cederent, urbem reviserent, murisque se ambientibus defensarent. Consimilia utrobique præsidia, vel in urbe Tiberiade, vel Taricheis. Sed Taricheis [2] perniciora ingenia: muris validior Tiberiadis. Sed & Taricheorum furor promtior, ut si necesse esset, miscerent omnia, navalia terrenis certamina, terrena classicis. Denique circumvallati adversa acie, cum majora auderent viribus, nec adversus dispositionis Romanæ moderamina, veterani quoque exercitus virtutem quidquam temeritas promoveret; prius quam aliquid exitii subirent, versi in fugam, ad naves convolavere. Quibus confertis, tamquam densata acie prœliabatur, ac si in terris manu res gereretur. In campo etiam multitudo innumerabilis hostem præstolabatur. Eo cognito filium cum delectis equitibus Vespasianus direxit. Qui ubi se ingentibus circumfusum copiis vidit, ad patrem quidem retulit majorem esse hostium multitudinem, quam opinio comprehenderat: sed convocatis quos secum deduxerat, bellandi incentivum hujusmodi alloquio infudit.

CAPUT XXIV.

VIri, inquit, Romani, meminisse enim vestri vos nominis & generis prœliaturos decet, quorum manus nemo effugit qui in orbe Romano est. Unde enim hoc nomen universis terris nisi vincendo dedistis? Meminisse etiam loci oportet, in quo nunc sitis, & adversum quos Romanum bellum geratis. In extrema enim parte orbis terrarum consistimus. Tanta ergo terrarum spatia transeuntes, nihil alienum vidistis. Quid enim vobis alienum, quorum in possessione orbis terrarum est? Quidquid ubique est, jus vestrum est: quidquid incolatus universorum tenet, possessio vestra est. [3] Currebat is bene, qui statuit vestros orbe toto currentes triumphos, quos non Hasdrubal Pœnus, non Pyrrhus Aeacides, non Brennus Capitolinis vestibulis incumbens, non Persarum catervæ, non Ægyptiæ phalanges statuere potuerunt. Hos statuit rebellis Judæa, ineruditam præferens bellandi temeritatem, rixæ quam pugnæ aptior. Neque enim est quod vereor, sed plenum verecundiæ arbitror, quod vos vincendo defatigamini. Illi autem quoties vincuntur, audaciam sumsere: [4] lassati vos, rebus secundis, cum illi adversis duriores sint. Attollite igitur animos Romani viri, & adversus catervas hostium, freti patria virtute, exsurgite. Neque vos numerus moveat plebis Judææ, cum illos tot vestræ virtutis insignia non deterreant, quæ longe numero validiora sunt. Neque enim ulla in Hebræis vel rei militaris scientia, vel prœliandi peritia, vel moderandi gratia, nullus disciplinæ usus, nulla tolerandi patientia. Solum in prœlium deferunt mortis contemtum: sed nemo umquam moriendo vicit hostem, sed perimendo. Illi nesciunt arma nisi in bello, nos in pace armis exercemur, ut in bello casus belli dubios non sentiamus. Insuetis enim eventus dubii: veteranis solemnis triumphus. Quid enim aliud agimus quotidie, nisi ut nobis vana numquam prœlia sint? Unusquisque domi quasi in prœlio exercetur, ut in prœlio meditatio quædam certaminis sit. Denique non erraverit quisquam asserens, quod meditationes nostræ, bella sine sanguine sint, bella nostra meditationes sint. Progredimur in bellum muniti, undique tegitur galea caput, lorica pectus, totumque clypeo corpus: ubi feriat hostis Romanum militem, reperire non potest, quem ferro septum circumspicit. Aliis talia arma oneri sunt, nobis integumento, quia usu levantur. Adversum inermes igitur ac nudos prœlium nobis est. An vero metuimus, ne numero circumveniamur? Primum liber in prœliis equitatus est, cedendo atque insequendo [5] bellum proludit. Et quamvis maximas acies circumcursat, & quibus libitum fuerit spatiis excedit. Deinde in ipso pedestri certamine, non tam numerus plurium conficit pugnam, quam virtus paucorum. Multitudo disciplinæ insolens, ipsa sibi est impedimento: in prosperis ad victoriam, in adversis ad fugam. Virtus vero patiens & secundis valescit, nec usque ad finem labitur in adversis. Accedit illud, quod assuetudo victoriarum, incentivum nobis sit prœliandi. Nam etsi illi pro patria, pro liberis dimicant; non ideo promtiores eos esse quam nos oportet. Neque enim minus est, immo haud scio, an etiam amplius [6] nobis quam pro nostris decernere. Pro nobis prœliamur & cum prœliamur pro gloria, ne minores simus eo quod sumus. Quis ergo dubitet, plus esse pro gloria decernere, quam pro salute? Nobis autem bellum hoc pro existimationis est periculo, ne jus partum intercidat. Periclitamur etiam victores gentium & principes orbis terrarum: Judæis pares videri, quos ex æquo nobis [7] in adversarium constituimus, si non aliter nisi pari numero congrediamur. Majores nostri magnas hostium copias parva manu frequenter fuderunt. Et quid nobis conferunt quotidiana exercitia? quid diuturnus labor, si pares ad prœlium venimus? Nuntiavimus quidem de numero patri, quia non licebat aliud: sed advertat, nos non de periculo metuisse, sed reverentiam belli arbitro reservavisse. Licet prælibare bellum, tenere hostem, rapere victoriam, dum adjumenta veniunt: ne non tam superatos adversarios communi robore, quam protectos nos virtute sua jactent, qui venerint. Quo igitur ore in conspectum patris veniemus, si bellum incipere timuerimus? Quo pudore degener filius subibo oculos tanti viri, qui nesciat militem suum nisi victorem

1. *Cederent*] Forte *caderent*.
2. *Perniciora* —— *muris*] *Peritiora* —— *murus*. BARR.
3. *Currebat is bene, qui statuit*] *Currebatis bene: quis statuit vestros orbe toto currentes triumphos? Quos non statuit Hasdrubal Pœnus* —— *hos statuit rebellis Judæa*. Ita equidem legendum atque interpungendum existimaverim.
4. *Lassati*] *Lassari*. BARR.
5. *Bellum*] *Prœlium*. ID.
6. *Nobis*] *Pro nobis*. ID.
7. *In adversarium*] *In adversarios*. ID.

videre? Quomodo ejus me militem probabo & filium, cum ille semper triumphator, ego etiam meo, quod gravius est, victus judicio, qui hosti Judæo cesserim? quid vobis fiet condemnato duce, quem vobis pater securus commiserit? Sed malo de virtute ducis vos, quam de ignavia caussas dicere. Proruamus igitur in adversarios, properemus, [1] proteramus hostem. Primus in periculum excurram, vos sequimini, ut depositum patris custodiatis, & commissum patris reservetis. Ego autem non periculi socios exigo, sed consortes victoriæ. Vos tamen cavete, ne oblatam vobis palmam triumphi, aliis reservasse videamini, vobis eripuisse. Certe si secus cesserit, malo me filium pater in vulneribus meis recognoscat: si in militibus suis non recognoverit. Ponamus tamen offendi patrem prœlii aggressione. Quid igitur tolerabilius, præripuisse victoriam, an deseruisse? In præripiendo properatio fortitudinis est, in deserendo culpa ignaviæ. Condemnet certe victores pater, reatum hujusmodi non reformido: malo reus esse triumphante republica, quam læsa innoxius. Utinam Manlii Torquati filium, vel in solo mihi liceat imitari periculo; quem securi pater jussit feriri, quod contra imperium patris exercitum in hostem produxerat. Stabat hostibus cæsis adolescens, amictus adoreis triumphalibus, sub carnifice mortis securus, quoniam beatissimum putabat in victoria mori. Quid enim illustrius, quam vitam triumpho claudere, nec ad incerta rerum servari post certam victoriam? O expetendum prudentibus crimen victoriæ! Utinam & nobis hoc objiciatur, quod vicerimus. Certe illo exemplo solus ego periclitabor, vos triumphabitis. Et tamen non prohibuit nos pater pugnare, sed jussit, quos ad pugnam direxit. Unde magis indignaturum arbitror, cessisse nos Judæis, cum possemus vincere, quam pugnavisse.

CAPUT XXV.

HÆc dicens, primus equum in hostem egit, & clamore magno sequuti ceteri: toto campo extendebantur, quo etiam plures æstimabantur. Trajanus quoque cum trecentis equitibus missus a Vespasiano, jam progrediente Tito supervenit. Nec diutius resistere potuerunt Judæi, cum virorum contis & fremitu equorum perturbarentur. Conversi itaque in diversa alii, plerique urbem petebant. Emicat Titus, & alios a tergo fugientes opprimit, alios cædit, palantes universos præverso itinere a muris repellit, & obvius recurrentibus fugam intercludit. Rursus tamen tum alii sternuntur, elapsi alii quibus urbs refugio erat: sed [2] illis quoque acrius prœlium. Nam qui de locis finitimis affluxerant, a principio pacem præferebant, sed populus superveniens [3] invictis bellandi studia extorserat. Inde intra urbem dissensio & tumultus gravis: quo strepitu excitus, se convertit ad milites Titus: Hoc, inquit, est tempus sanctissimi commilitones, quod [4] expetebam. Inter se hostes intra urbem tumultum serunt, foris cæduntur, intus digladiantur. Festinemus itaque, dum adhuc diffident, ne forte periculi metu in gratiam redeant. Itaque ascendit equum quo desilierat, muris proximus; & conversus ad lacum, per fluctus aquarum urbem petebat; primusque in urbem irruit, & [5] postea ceteri. Statimque omnes qui interius erant, dispersi in fugam, alii prosternebantur, alii ascendentes navigia, in

A la-cum demergebantur, cæsi intus multi mortales. Sane qui de agris erant, offerebant se se Romanis alienos culpæ asserentes, quibus pio moderamine Titus parcendum putabat, solos urgens rebellionis auctores. Misit itaque ad patrem equitem, qui nuntiaret eventum victoriæ. Quo delectatus Vespasianus, & maxime filii triumpho, qui maximam portionem totius belli confecerat quod adversus Judæam gerebatur, eo contendit, & jussit observari urbem diligentius, ne quis elaberetur, eo quod universi pœnæ deberentur. Alio tamen die propter eos qui in scaphas se se contulerant, rates fieri jussit: quæ sine mora factæ; quoniam & silvæ finitimæ, & operarii plerique accelerandi muneris facul-

B tatem dedere.

CAPUT XXVI.

NAmque lacus ipsius, velut quodam maris ambitu sinus amplissimus, in longitudinem centum quadraginta extenditur stadia, latitudine quadraginta diffunditur, crispantibus aquis auram de se ipso sibi excitans. Unde & Genesar dicitur Græco vocabulo, quasi generans sibi auram: aqua dulcis, & ad potandum habilis: siquidem nec palustris uliginis crassum aliquid aut turbidum recipit, quia arenoso undique litore circumvenitur, & temperatior est fluviali aut fontis rigore. Frigidior tamen

C placidæ paludis æquore, eo ipso quod non in stagni morem sternitur aqua, sed per diffusiora spatia lacus frequentius auris spirantibus agitatur: unde & purior haustus ejus, ac mollior est ad usum bibendi; & si quis naturali gratiæ studium adjungere velit, ut æstivis suspensam, ad auras noctibus more incolarum potui patet, haudquaquam a nivis ritu distare arbitretur. Genera quoque piscium gustu & specie, quam in alio præstantiora. Res exigere videtur, ut Jordanis ortum quem alibi promisimus [6], aperiamus: nam superioris ævi dubio, utrum de lacu Genesar, flumen cui nomen Jordanis, exoriretur: Philippus tetrarches Trachonitidis regionis falsam opinionem redarguit, erroremque

D absolvit, mittens paleas in Phialam, quas in Pannio fluvius ebullivit. Unde liquet non exordium esse Jordanis in Pannio, sed fluentum. Non enim ibi fons ejus est, ut ab eo, usu ceterorum fluminum cœperit: sed de Phiala in Tracho eodem subterraneis derivatus meatibus, ibi iterum quasi fons scaturit, atque emergens proditur. Est autem Phiala in Trachonitide terra, centum viginti interjacentibus stadiis, usque ad urbem Cæsaream. Phialæ autem nomen [7] spes dedit, quasi rotæ qualitatem exprimens, quod ita jugiter plena est aquarum, ut neque superfluant, nec rursus aliqua derivari minutione intelligantur. Inferius itaque mensura quadam labitur aqua & ubi Pannium est, rursus ebullit, ut paleis

E resurgentibus manifestatum est. Ita ibi Jordanis resurrexisse proditus est, ubi nasci a superioribus temporis viris æstimabatur. Nec tamen a principio eadem Pannii, nisi sola naturalis gratia: sed regalis Agrippæ munificentia ornatus loco uberior splendidiorque aditus, quo spelæum decore admirabili, per quod se se attollit Jordanis, exstructum venustatumque accepimus. Unde non latenti jam neque abdito per cavos terræ meatus, sed visibili per terras atque aperto flumine incipiens, superfundere se Semechonitidem lacum, paludesque ejus intersecat. Inde quoque cursus suos dirigens, centum viginti

1. *Proteramus*] *Præveniamus*. Barr. 2. *Illis*] *illic*. Id.
3. *Invictis*] Legendum videtur *invitis*.
4. *Expetebam*] *Exspectabam*. Barr.
5. *Et postea ceteri*] *Et post eum ceteri*. Id.
6. *Promisimus*] Nimirum lib. I. cap. xxxv. Id.
7. *Spes*] *Species*. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

stadia sine ulla interfusione progreditur usque ad urbem, cui Julias nomen: postea lacum istum qui Genesar dicitur, medio transit fluento: quibus ex locis plurima circumvagatus deserta, Asphaltite suscipitur lacu, atque in eum conditur. Itaque duos lacus victor egressus, in tertio hæret. Prætendit autem regio Genesar, ejusdem nominis lacum, de quo & ipsa vocabulum assumsit, mirabili naturæ gratia & specie pulcritudinis. Nam & spontaneos fructus soli ubertas ministrat, & nemorum ferax in universa genera sponte se subrigit: arborum pomiferarum & culturæ sollertia imitata naturam, in quos voluit usus, opimæ fecunditatis deflexit gratiam; ut nihil sit illic quod natura negaverit, nihil quod cultura præterierit: ita aptus omnibus, nec ullis umquam alienus fructibus. Cujus tanta temperies, ut omnium nascentium conveniat diversitati. Illic & quæ frigore aluntur, se se multipliciter effundunt, & quæ æstu foventur. Illic æstiva hibernis mixta simul aspicias, arctoas nuces, & dactylos nisi locis ferventioribus generari nescios. Quid ficus aut auleas loquar, quas cæli mollior alit tractus? nec tamen æquantur illis superioribus: illi enim principales Palæstinæ, & quidem domestici fructus, eoque uberiores: hi suppares, & licet longo intervallo, sed tamen [1] proximis, dicas naturæ & temporum jucundam contentionem. Illa quasi mater fecunda omnia creat: horum temperies quasi bona nutrix, molli fetu universa educat. Itaque non solum affatim generantur pomorum diversitates, sed etiam conservantur; ut aliqua genera maxima parte anni non deficiant: reliqua omnia tota anni ætate usque ad finem supersint. Nam & uvæ & ficus quæ sunt in insitivis, regalis cujusdam gratiæ, decem mensibus sine ullo defectu redundant, & reliqui fructus ramorum, quos vel violentia rura sponte propria præcaverint, vel ingeneraverint industria humana, ministerium suum, nisi novis succedentibus, usu quodam administrantium deferere non norunt. Ad hanc naturæ fertilitatem & aeris temperiem, accedit & fontis gratia, qui memoratam regionem genitali quadam irrigat infusione, Capernaum nomen ei, quam Nili fluminis venam, haud superfluo quidam æstimaverunt: non solum quia irriguis arva opima, verum etiam quia hujusmodi creat piscem, ut coracinum putes, qui in Alexandrino lacu ex Nili infusione reperitur. Locus quoque de nomine lacus dictus. Prætenditur in longitudine triginta stadiis, in latitudine viginti. Quoniam de natura loci diximus, ad consummationem prœlii regrediamur. Præparatis itaque ratibus, secundum præceptum suum, manum militarem imposuit Vespasianus, qui insectaretur eos qui navigiorum effugio pestem evaserant. Quid igitur facerent, non reperiebant. Nullus in terris salutis locus; circumfusa hoste omnia: nulla in aquis fugiendi potestas: ut pote lacu clauso, & undique Romanis circumdato. Nulla etiam in exiguis myoparonibus resistendi fiducia. Quid enim pauci adversus plurimos facerent, ratibus appropinquantibus? Tardior quidem harum appulsus, & efficacior excursus navigiorum, sed sine ullo sui vulnere soli clypeorum, repercussis spiculis, crepitus audiebantur. Appropinquare non audebant Judæi; nec impune quisquam scapha propius accesserat, cum de proximo facile vel telorum figeretur ictibus, vel ratibus demergeretur. Et si quis enatare vel emergere tentavisset, sagittæ jaculo insertus miserabilem in fluctibus vitam deponebat. Nec diutius resistere potuerunt, cum diverso genere minuerentur. Namque paullatim concurrentibus plurimis ratibus, ad litora cogebant Romani maximum numerum navigiorum. Illi vero coarctati aut in terram [2] resiliebant, ibique a Romanis interficiebantur, aut cædebantur ab iis qui de ratibus urgebant, aut concursu ratium proterebantur, aut ipsi se in lacum dejiciebant, cum in scaphas eorum hostis insiliret. Cerneres mixtas sanguine aquas, plenum cadaveribus lacum. Nulli enim parcebatur, quicumque occurrerat. Gravis odor, teterrimus fœtor locorum. Sex millia Judæorum (cum superioribus tamen) & [3] septingenti eo interemti prœlio. Victor Vespasianus Taricheas revertitur: illic regionis populum ab urbano discernere parabat; ut qui non fuerant auctores seditionis, reservarentur. Sed plurimorum consilio, qui tantam superesse multitudinem, quæ posset [4] recidiva prœlia resuscitare, paci adversam, & inutilem locis arbitrarentur (ubi enim consisterent patria [5] excussi? quibus se alimoniis sustentarent exsortes omnium, nisi rapto viverent?) sententiam flexit, & sperata venia mortis præcepit, ut egrederentur ea porta quæ esset e regione Tiberiadis, atque ad eam urbem contenderent. Facile crediderunt, quod exoptabant. Cœperunt egredi, sed præoccupato itinere, commeantia Judæorum omnia clausere agmina, atque in urbis stadium introduxere. Ingressus itaque Vespasianus, spectata ætate vel robore omnium, quos sibi statui præceperat, elegit sex millia juvenum validiorum, quos Neroni in Isthmon direxit: senes autem & invalidos mille ducentos jussit necari reliquorum triginta millia, quadringentos vendidit: universos autem quicumque de partibus regni Agrippæ reperti sunt, regi donavit, quos æque rex accepto pretio, in servitutis obsequia transmisit. Præterea populus alius Trachonitidis regionis & Gaulanitidis, Joppeni & Gadaritæ, tamquam belli excitatores & perturbatores concordiæ, deferentes propria, incursantes aliena, qui sumtis armis pacem violassent, justas & debitas pro flagitiorum meritis pœnas dedere.

1. *Proximis*] *Proximi* legendum videtur. BARR.
2. *Resiliebant*] *Desiliebant*. ID.
3. *Septingenti*] *Quingenti*, Joseph. lib. III. cap. XIX.
4. *Recidiva prælia*] Vide sis ad hunc locum, quæ superius adnotabamus lib. I. cap. XXII.
5. *Excussi*] *Exclusi*? BARR.

S. AMBROSII
MEDIOLANENSIS EPISCOPI
HISTORIÆ
DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ URBIS,
LIBER IV.

CAPUT I.

EXstinctis Taricheis maxima ex parte, Romani Galilæis urbibus & finibus potiebantur, nisi quod Gaulanitidis regionis urbs Gamala contumacis populi alebat spiritus, locis nixa asperioribus: namque ea in monte est sita, dextra lævaque præruptis circumcisa rupibus, ad summum arctatur, a fronte abscinditur profundo hiatu, in posteriora aliquantum diffunditur. Ab ea quoque parte angustoque difficilique accessu, ut caudæ simile iter judices, ad urbem meantibus: a summo vertice collum in immensum extendens, ut arcem tamquam caput præferat, atque in sublimem erigat altitudinem: exilis a principio, & tamquam sinuato clivosis anfractibus solo, atque in profundum demerso: dein quasi montem quemdam cervicis medio attollens; cetera prærupta atque invia. Unde plerique a superioribus Camalam vocitatam putant, quod formam cameli præferat, sed corrupto incolarum usu Gamalæ nomen urbi inhæsisse. Jam si contexta ædificia spectes, suspensam urbem arbitrere, & maxime septemtrionalem ejus partem pendere existimes, reflexa paullisper meridiana. Addiderat quoque huic urbi munitiones Josephus, quibus freti, & confluentis eo multitudinis numero, regis Agrippæ per septem menses obsidionem luserant. Nam & ipsa & Sotanis & Seleucia regni ejus portiones erant. Seleucia juxta amœnissimum illud & celebre per Syriam Daphnes nemus, cyparissis arboribus intextum, scatens fontibus, quibus prætermeanti fluvio loci quem minorem Jordanem vocant, nutrimenta quædam lacteis uberibus infundit. Ea tamen civitas, & Sotanis superior, Gaulanitidis portio inferior Gamalis. Unde & studiis dissonantibus illæ societatem Romanam elegerant. Hæc rebellabat adeo pertinaciter, ut cum rex propior muris eos alloqui vellet, fundæ jaculo sauciaretur. Cujus injuria Romani accensi, vehementius incumbere obsidioni cœperunt: conflictumque promtissime a parte utraque, quoniam a Judæis quoque, qui regem proprium violavissent utilia suadentem, sine ulla venia se futuros, existimantibus, si vincerent, totis viribus decernebatur. Agrippa itaque saxo dextrum percussus cubitum, bello excessit, Romani urbem irrupere. Cessit enim hostis missilibus, murus arietibus. Nam & illi qui machinas impediebant, nequaquam diutius resistere potuerunt: & murus trino ariete convulsus, pervium obsidentibus in obsessos iter præbuit. Sed ea res festinationis impatientia non mediocrem victoribus cladem invexit. Namque ubi se se infudere domiciliis dum perscrutantur vel [1] præceptum ire spolia contendunt, cedentia domorum angusta ponderi, nutantibus fundamentis ruinam traxere: & proxima quæque proximis illisa excidio erant. Multi Romanorum illis involuti casibus, in victoria pestem incidere. Plerique præjacentes se lapsis ædibus occupabantur, alii lacero corpore, vix semineces servabantur. Plerosque pulvis necabat, cædebantur angustiis arctati, desuper quoque mulieres & invalidi senes, & qui de junioribus refugerant, saxa in subditos dejiciebant, vel quæcumque genera telorum occurrerant. Caligo infuderat omnia, prospectum eripuerat, mentem confuderat, ignorantia quoque exitum non reperiebat. Vix itaque subtrahentes se periculis urbis excessere. Vespasianus interea, dum urget hostem, in interiora urbis concesserat, mediusque inter agmina circumfusa hostium, bellum accendebat. Neque enim hosti terga dare tantum conveniebat virum, neque tutum putabat. In Syriam direxerat filium suum Titum: excitavit notæ virtutis constantiam, & se se in arma colligens, consertis clypeis, cum paucis quos præsentes habebat, imperterritus stetit, quasi in quos se se excuteret considerans: cujus impetum formidantes Judæi, minore vi insistere cœperunt, & metuentes sibi quisque, laxavere aciem. Ita Vespasianus hosti adversus, paullatim gradum retulit, prœliantibus sibi magis similis quam cedentibus. Illic cum decem primis excidit [2] Brutius, multis ante bellis probatus, & [3] apud Judæos notæ vir experientiæ & validæ fortitudinis. Centurio quoque cum decem aliis Syris rem egregiam fecit ac memorabilem. Nam in ipso tumultu cum Romanos urgeri cerneret, in abdita cujusdam domus se se contulit, atque ibi inter cœnandum, cum Judæi colloquerentur quæ Romanis machinati forent, nocte intempesta omnes eos interfecit, & cum militibus Romano se se exercitui repræsentavit.

CAPUT II.

VEspasianus autem ubi mæstum exercitum animadvertit, plurimorum amissione, & maxime deserti ducis pudore, quod eum solum intra urbem hostium reliquissent, cum summa eos gratia consolabatur, dicens: Si mei sors periculi verecundiæ vobis est, nec ego sic ad bellum processeram, ut declinarem pericula, sed [4] superarem: sin vero, quia & de nostris plerique interfecti, nequaquam mirandum: quando enim victoria ulla sine sanguine est? Habent prœlia suos eventus. Etsi spectata virtus præeminere soleat in bello, solet tamen aliquid licere casibus. Sed prudentis est in adversis lapsum corrigere, in prosperis moderationem tenere. Contra autem rudis cujusdam atque ineruditi

1. *Præceptum ire*] Sic editi. Sed forte *præreptum ire* legendum.
2. *Brutius*] *Ebutius* Josepho dictus lib. IV. cap. I. BARR.
3. *Apud Judæos*] Cod. vet. *adversus Judæos*. ID.
4. *Superarem*] *Usurparem*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



ingenii, secundos semper successus præsumere, quasi A non adversum viros certamen sit: infirmi autem, lapsu aliquo summæ rei diffidere, cum exiguis momentis subito inclinentur omnia quæ in bello geruntur. Itaque ille præstantissimus, qui inter adversa sobriis colluctatur casibus, & supplantat superiorem: seque reparare, & corrigere proprias quærit prolapsiones. At vero incuriosior suis sæpe motibus cadit, & dum irruit incautus, impetu suo fusus procumbit. Quod si hoc sæpe accidit, ubi nuda virtus; quanto magis in bello, ubi diversi generis conserta decernunt agmina, nec unum consilium, nec consors sententia est? Locus adversus, difficiles asperitates, iniqua in angusto decernendi conditio plurimis adversum paucos: cum & ipsa B multitudo sibi oneri sit, & pauci in pluribus minus frustrentur. Sed hæc ad momentum sæpe obrepunt, quæ non ex virtute veniunt, sed casu accidunt. Unde nihil est, angere quod vos debeat commilitones: quia non per infirmitatem aliquam manus vestræ, neque per fortitudinem Judæorum versæ res, sed difficultas locorum nobis ad victoriam impedimento fuit, illis ad differendum moræ. Neque quidquam est, quod argui possit, nisi inconsultus impetus atque [1] increditus. Etenim dum ad superiora urbis illos secuti fuistis, atque irruistis in domos eorum, ipsi vos periculis implicavistis. Quorum successistis hospitia, suscepistis pericula. Tenebatis urbem, quis vos coegit introrsus perge- C re? Descendere ad vos hostis debuit, non vos intemperantes ad victoriam, immemores vitæ ac salutis contendere. Reparate ergo animos, & de virtutibus vestris non solum ad consolationem, sed etiam, quod est amplius, vindictam præsumite: me certe habebitis prævium pugnæ. Estote parati armis, animis: pericula vos fortiores fecerint, non timidiores: facile est injuriam solvere, si virtus se recognoscat.

CAPUT III.

His dictis accendit militum fortitudinem, quibus reparantibus vallum, plerique per præ- D rupta subtraxere se obsidioni. Nam jam & alimoniæ inopia incessebat, & infracta muri cessura machinis arbitrabantur. Unus deinde fons intra urbem, & ipse muris proximus erat, quæ res eos in summo timore posuit, ut frequentissimi dilaberentur. Qui vero permanendum putarunt, pertinaciter prœliabantur. Interea Romani turrem altissimam suffodientes, vi maxima subruerunt. Quo casu concussa civitas, perturbati omnes totius urbis paventes ruinas. Unde & Chares æger corpore, tanti terrore sonitus exanimatus, mortem implevit. Romani tamen patefacta urbe, ingressu abstinuere, donec Titus ingressus est, qui dolore paterni periculi excitus, cum paucis in urbem ir- E ruit, & maximam Judæis cladem invexit. Tantum qui in superioribus erant, saxa volventes accessu prohibebant Romanos: spicula torquebant, sagittas jaculabantur. A Judæis impulsa facile in pronum saxa devolvebantur, missilia perveniebant, descendebant sagittæ non sine eorum periculo quos offenderant. Romanis adversum editiora montis jactus inefficax, conatus irritus, atque ipsis periculosus; cum subito orta venti procella, Judæorum retorquebat sagittas, repellebat spicula. Quæ vero Romanus exercitus jaculabatur, in hostem [2] referebat: ita elementorum ipsorum repagulis & ventorum turbinibus oppressi, supremo excidio captæ urbis universi, quicumque illic reperti sunt, interiere. Quatuor tantum millia a Romanis interfecta: quinque millia præcipitio periisse accepimus: nulli ætati venia data.

CAPUT IV.

Giscala adhuc sola de partibus Galilææ in se hostem non converterat, quoniam incolarum ejus quietiora ingenia, ut pote plebs agrestis, contenta suis fructibus, nihil belli conferebant; sed multorum coalitu qui latrocinio vitam exercerent, suam etiam mitiorum studia pravis moribus corrumpebantur. Erat præterea vir levis Joannes nomine indigena, populi lues, dolis nulli versutorum secundus, improbitate parem nesciens, cui numquam defuerat nocendi affectus, aliquamdiu tamen fuerat inopia exercendæ iniquitatis impedimentum. Quid tamen definiam, haud liquido scio, utrum eum indigentia texerit, an represserit: doli callidus, fallendi artifex, doctus mendaciis, fidem quærere & crudelitatem compositis adsciscere, qui fallaciam virtutem putaret & elegantiæ duceret, & carissimos circumvenire: promtus ad conspirandum, vehemens ad audendum, acer ad efficiendum, conturbator in otio, desertor in periculo, assuetus latrociniis, bello insolens, qui cum persequi nequiret, fereret tamen parandæ caussas dominationis. Huic igitur animus inquietus, promta audacia, quam processus alebant opesque ad consociandam perditorum manum. Unde cum ejus factione, memoratæ urbis populum excitari ad bellum Vespasianus comperisset, ne totum exercitum defatigaret, filium Titum cum mille equitibus direxit, quibus comitatus ad urbem appropinquavit. Sed ubi muros populo vidit refertos, mirari se ait, quod eorum exemplum sequerentur ad rebellandum, quorum excidio resipiscere debuissent. Esto tamen, ut primo tentamenta habuerint aliquid præsumtionis, quid universorum exitia spei ferrent? Veniabilis certe fuerit in principio spes libertatis: inexorabilis tamen est in ultimis & desperatis rebus perseverantia. Nam qui non exemplo humanitatis non sedulo verborum monitu flectuntur; adversum eos non verba, sed arma necessaria sunt. Muris fiditis quasi adversum Romanorum virtutes illos protexerint. Quid aliud possunt clausi præferre, circumsepti prætendere, nisi quod in captivitate audaces sint? Nemini erat loquendi potestas: occupaverat enim omnem murorum ambitum prædatoria manus: cavebat Joannes, ne quis colloquio familiari Romanos invitaret. Itaque ipse præripuit sermonis relationem, dicens: libenter se tractatum suscipere de rebus communibus, nec experiendi usum declinare, si forte ipsi utilia suadeat, aut his quæ referuntur acquiescendum sit: sed prohiberi se lege patria, cum superfit hebdomadæ sacræ dies, tractare de pacis conditionibus. Siquidem ut movere arma interdictum, ita etiam illicitum consulere de pace feriatis diebus. Etenim de negotio verbis faltem decernere, & illis sacrilegium qui cogerentur, nec illis inultum qui cogerent. Veniam se unius diei poscere, dilationem tam exiguam nequaquam impedimento futuram. Neque enim circumfuso hoste, effugium clausis liberum: offerri sibi arbitrium pacis, tam æquali optione formidinem obesse: urgeri se interim non oportere ad pacis consulta, quibus religioni esset contra legem patriam non prævaricari: convenire autem tam liberali pacis oblationi, ut qui præter spem sponte offerat pacem,

1. *Increditus*] *Inconditus*. BARR.

2. *Referebat*] *Ferebantur*. ID.

ne quis periclitetur, evasuris etiam leges suas reservet. Hæc sine dolo Titus allegata arbitratus, receptui cecinit, & revocavit a muris quos secum deduxerat. Ita Joannes fugiendi adeptus copiam, nocte intempesta cum plerisque abscessit: sequebantur etiam mulieres proficiscentem. Sed quo ulterius progrediebantur viri, eo plures mulieres vel parvuli relinquebantur, desertæque a suis spectabant pavidæ viam feminæ. Et cum jam viros proprios e conspectu amitterent, hostem adesse arbitrabantur, ad omnem trementes sonum. Si quis concurreret, misere convertebantur, se se peti, sibi catenas injici trepidantes, quasi jam præsentes essent qui timebantur. Titus ita juxta conventum jam sole infuso, ad urbem cum exercitu contendit: aperiuntur portæ: egreditur populus cum exsultatione, & Romanos cum lætitia suscipit & alacritate: abesse gaudens pestilentem virum, fugisse per noctem, sibi liberam facultatem datam: orare se veniam, ne fraudi sibi esset ejus fuga, quem tenere sine suo exitio non possent. Ille dilatione vindictæ consolatus, consummati negotii celeritate, ad comprehendendum Joannem e vestigio plurimos misit, si forte eum consequerentur. Ipse urbem ingressus, minis magis quam supplicio affecisse contentus pacis perturbatores, remisit omnibus, ne quis vel odio, vel domesticis excitatus negotiis, innoxios in invidiam deduceret, & gravissimi criminis pulsaret atrocitate: cum multo tolerabilius sit id, quod incertum est, formidini participis conscientiæ derelinquere, quam condemnare innoxium. Sæpe enim reum corrigit metus: pœna autem innocentis sine ullo remedio correctionis est. Joannes itaque non est repertus ab his quos direxerat Titus: sed reperti qui sequebantur eum, parvuli vel mulieres, ad duo millia fere interfecti: tria millia autem infirmæ ætatis & sexus, ubi satietas necandi facta, captivitati adjudicati sunt. Custodiam militarem civitati impartivit. Itaque Galilæa omnis in potestatem Romanam deducta. Nam & Thabirius mons, cujus altitudo triginta stadiorum, vertex autem ipse campestris viginti & tribus stadiis jacet, penuria aquæ ab aliis desertus, ab aliis orata venia Romanis traditus: licet virtute quoque & industria Placidi cui id negotii a Vespasiano commissum fuerat, omnis convenarum turba, dum cedentem sequitur, & arte revocantem gradum perurgeret, campi medio circumfusa, refugium amiserit, pestem invenerit.

CAPUT V.

HActenus circumvagari licuerit, dum templi sancti a majoribus conditi, & sacræ legis contagia refugientes, circa alias urbes stilum occupamus: sed tempus est jam, ut quæ Hierosolymis gesta sunt, adoriamur, non ingenio freti, sed ne patriæ legi veterique cultui, nostri doloris videamur negasse ministerium: fuerit in illis licet umbra, non veritas, sed tamen umbra designat veritatis vestigia. Habet enim picturæ lineamenta umbra, fulgorem non habet, nec ad summam perfecta est manum, sed diligenter intuentibus futura exprimit: & ideo minus delectat figura, plus illicit gratia. Unde placuit rerum arbitro abolere vetera, nova condere; ut veritatem sequerentur, qui per angustias infidelitatis imagines non sequebantur.

A

CAPUT VI.


Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.

FUgiens, ut supra diximus, de Galilææ partibus Joannes ad Hierosolymitanam urbem se contulit; & quasi quædam pestis infecit animos plurium, qui ex diversis regionibus principes flagitiorum eo quasi in sentinam confluxerunt. Hoc enim illi urbi majoris caussa excidii fuit, quia quod sceleribus suis deferebant perditi, ut eo convenirent plerique, ubi vel tutiores se fore crederent, vel insolentiores ad flagitia coacervanda, fidei deferre æstimabantur. Recipiebantur itaque passim, quasi pio templi amore defensum venirent. Hæc prima B labes malorum. Hinc oppressa est paucorum mansuetudo per plurimorum insolentiam: hinc itum in cædes, cum minus parceret alienus: hinc conspiratum, ut legis solemnia negligerentur, sacerdotia a bonis ad improbos derivarentur, quod hominibus non solum a pio cultu, sed ab ipsa legis cognitione peregrinis, quod sanctum esset, ignorabatur. Vincti sunt primo regali genere viri qui resistebant, quo ceteri metu cederent: deinde necati; & ut flagitium velaretur, quos sine judicio peremerant, missis in carcerem sicariis, eosque afficto crimine proditionis interemtos, ementiebantur. Pertracti itaque universi metu, quod homines potentes atque innoxii Antipas, Lebias & Phoras tam facile op- C pressi forent, quod nec jam audebant resistere. Hinc eo processum, ut ignobiles atque indignos substituerent sacerdotum principes: ut quibus nulla emerendi honoris gratia suffragabatur, ii contra meritum suum adepti sacerdotia, ad omne nefas conferentium arbitrio subjicerentur: sed cum obviarent sacerdotales viri, & maxime Ananus ceteris senior, ne per gratiam donaretur summi nominis prærogativa, sortito creari principem sacerdotem expetunt, in quo nihil gratiæ, sed divino judicio committi sortis eventus æstimaretur. Et revera prætendebant veterem consuetudinem, qua substituendos in sacerdotii principatum mos erat ad sortem vocari: evidenter autem solutionem legis operaban- D tur. Cum enim lex sacerdotalis successionis viros ad sortem legeret, illi ad speciem de sacerdotalibus tribubus unum, [1] Enachum nomine, præsentem statuunt, & ad sortem agi præcipiunt. Tunc Phanis quidam sorte exiit, filius Samuelis incanus vir, cui non modo per principes sacerdotum ducta successio nulla suppeditaret, sed ne ulla quidem scientia muneris sacerdotalis, eo quod ruri vacaret: & ideo, quod esset princeps sacerdotum, incognitum habebat. Denique attracto ex agris, & reluctanti quasi in scena [2] alia persona imponitur, induitur quoque sacrarum veteri more amictum vestium. Docetur in tempore, quid eum facere oporteret. Ita sortis eventu exposita est nequitia seditiosorum, E ut ad imperitum agrestem tanti sacerdotii functio deduceretur. Sed illis ludibrio erat circumscriptio veteris solemnitatis, sacerdotibus dolori: qui irrideri legem a perditis flentes ingemiscebant. Ipsi tamen freti pietatis auctoritate & bonorum indignatione congregant se se, & super perturbatores irruunt. At illi cum & caussæ & numero diffiderent, ad templum quasi in arcem confugientes, velut castrum quoddam sibi constituerunt, ad repellendam irruentis populi multitudinem. Ac primo ante fores templi atque in ipso vestibulo siti, adversum populum prœliabantur: si quis vulneratus fuerat, interiora templi petebat, illic sanguinem suum fundens interno limini, & cruenta pavimen-

1. *Enachum*] *Eniachium*. Barr.

2. *Alia*] *Aliena*. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



tis sauciosiora detergens ulcera fibræque patentis vulneris, vestibus his, quas non liceret illis contingere, fovebantur. Bellum erat intra urbem, bellum inter cives, bellum ante templum: ne hoc quidem reveriti latrones, cum a populo instantius perurgerentur, intra ipsum templum se se receperunt, & clausere illico fores. Quo objectu revocatus est Ananus: ne videretur bellum templo inferre, & sacratas religione majorum perrumpere fores templi, reflexit impetum plebis, & sex millia virorum in porticibus constituit, qui muniti armis prætenderent, solicitam adhibentes custodiam. Paullatim tamen mollivit animum, ut paci consuleretur, eo studio maxime, ne templum sanguis civium contaminaret: suaderet quoque mittendam legationem, pacis sequestram, ut bellum intestinum deponeretur. Adsciscitur Joannes ad exsequendam legationem, suspectæ fidei vir, & affectandæ potentiæ succensus cupiditate: sacramentum petitur: non abnuit ne damnum perjurii pateretur, si negasset. Simulabat se plebi favere, ut circumscriberet. Quid plura? Pergit, de pace pauca præmittit, plura subtexit ad belli incentivum: dicens nomine pacis [1] bellum involutum, latere insidias, Ananum Romanis urbem tradere, quo solemnitas veterum dissolveretur, legis abrogarentur præcepta, componens e diverso omnia; atque invidiam in principem sacerdotum referens eorum, quæ ipse meditaretur. Callide etiam, quos sciebat illorum qui conclusi erant, esse præsules & factionis principes, incitabat, parere mortis formidine afferens, quod ipsis specialiter Ananus exitium composuisset: venisse se, ut fraudem manifestaret. Mature subsidia quærenda, prius quam ab eis pœna reposceretur. Quid plura? pacis medius bellum accendit. Eliguntur qui Idumæos ad prœlium rogent: genus mobile, inquietum, insolens, promtum ad discordias, rerum immutationibus lætum, periculi improvidum, præceps ad prœlium. Itaque sine mora flexi veniunt, congregantur viginti millia virorum, ut pote nullis intenta terrarum cultibus, sed parata latrocinis. Nec latere potuit Ananum adventus Idumæorum. Denique portam claudi jubet, ne cum tumultu ingrederentur: sed si fieri posset veritatem cognoscerent, bello renuntiarent.

CAPUT VII.

Ascendentes itaque principes sacerdotum murum, Idumæos de turri alloquebantur: maximo esse miraculo sibi, quod tam cito irretiti mendaciis, caussas quas nondum cognoverant, armis prosequerentur: cum oportuerit eos prius disceptatores esse negotiorum, quam bellorum prœliatores: & præ ceteris merita cognoscere, quam arma sumere: & arma adversum viros sui generis, sui cultus, suæ solemnitatis nullis amplius irrogatum injuriæ quam Idumæis, qui ad societatem flagitiorum tam gravium concitarentur. Quid enim aliud ab his, nisi parricidium adversum cives, sacrilegium adversus templum deposceretur? non solere diversa inter se studia, diversosque mores convenire. Similitudo enim morum facit voluntatum societatem, & cognata studia sibi nectit. Nequissimos homines qui latrocinio sumtum exercerent suum, arrogasse sibi ut Idumæos sibi socios accerserent: tantum abhorrentes ab eorum proposito, a quibus rogarentur, ut illi patriæ suæ bellum intulerint; vos vero obsecraverint, quasi alienam

A urbem defensum venire. Nihil vobis commune innoxiis cum prædonibus: nihil commune sobriis cum se inebriantibus: utinamque vini esset illa ebrietas, & non furoris. Qui ubi se flagitiis ingurgitarunt, dissipando proprias successiones, diripiunt aliena; & male parta nequius dissipant, deterius effundunt. Nullus rapiendi finis, quia nullus abliguriendi modus. Ubi se vino infuderint & impleverint ebrietate, publicorum eructant crapulam negotiorum, ut nostro rursus sanguine inebrientur, & sacræ illudant religioni, quæ vobis semper venerationi atque reverentiæ adfuit. Fugite igitur cœtus parricidales, & ausus sacrilegos destituite, deserite latronum conciliabula. Vocati estis ad consortium sceleris, venitis ad remedium patriæ. B Videmus ornatissimum populum, quem venire decuit publico rogatum consilio, ut urbi Judæorum præstantissimæ (quæ totius gentis metropolis habeatur) adversum hostes auxilio foret. Sed etsi nos defuimus petitioni, dum pacem speravimus, & fatigare vos [2] propere voluimus, qui excitatoribus belli pacem offerebamus: tamen vos quasi divino arbitrio veneritis, consulite in medium, & exhibete partis utriusque arbitros. Quærite unde cœperunt exordia tumultus, qui cecinerint quietæ urbi classicum, qui effuderint præstantissimorum civium sanguinem, quibus auctoribus pœna exacta de indemnatis sit: qui nobis ante Romanos exitio fuerint, adversum C illos bellum parabamus, & hos jam hostes patiebamur: quorum igitur cum Romanis suspecta gratia? eorum qui Romanos vindicant, an eorum qui Romanos repellunt? Graviora hæc certe nobis, quam Romanorum prœlia: ab illis enim pro libertate morimur, ab istis quasi pro scelere jugulamur. Simulantur innoxii criminum proditionis, & post mortem calumnia componitur: cum cognitio pœnam prævenire soleat, non pœna cognitionem. Quid enim prodest defuncto absolvi, cum judicio jam nihil debeat? Suscepimus tamen etiam sortem hujusmodi, ut post necem de innocentia quæratur: & libenter apud vos quoque caussam agimus nostræ defunctorumque integritatis, qui statis armati D pro adversariis: ita nulla argumenta calumniantibus suppetunt, ut apud vos quoque graviorem caussam habeant, qui tam cito credidistis: bonus enim judex circumseptum se esse mendaciis dolet, & eo est fallenti infestior, quam appetitior: [3] quod temere se impulsum, ut falsis crederet, ulciscendum arbitratur. Igitur nobis integrum examen servate, & colligite veritatem, non ex contexione verborum, sed ex serie negotiorum. Primo omnium, cur Romanis proderemus patriam, quos potuimus & non lacessere, & forte oportuit fieri, ut non excitaremus universarum victores gentium: sed hoc non est jam præsentium partium deliberare. Superioris fuit temporis eligere, quid sequeremur: nunc E oportet pro libertate occumbere: præstat enim pro patria mori. Commodius fuit ante bellum pacem morti præferre: sed quia bellum in cervicibus, multi jam fratribus capti, alii necati, aliis dolor ex mortuis, gemitus ex revinctis: eligenda magis libera mors, quam vita captivitatis. Suppetit tamen morituris, falsi criminis abolere infamiam proditionis. Apud vos Idumæi caussam agimus: prodantur conscii, deducantur in medium nuntiorum interpretes: Si tenent, vindices prodant: si non tenent qui accusant, & vanis insimulant suspicionibus quas ipsi sibi composuerint, non debent arguere, quod non possunt probare. Sed quia ac-

1. *Bellum involutum*, cet.] Al. *bellum involutum latere, insidias paravisse Ananum, Romanis* cet. BARR.

2. *Propere voluimus*] *Præpropere noluimus*. ID.

3. *Quod*] Gualther. legit *quo*.

cusare non audent, dissipare per vulgus desiderant: & ideo ad bellum prosiliunt, ne in judicium vocentur. In bello enim contentus furor est, in pace veritatis examinatio. Adsumus: en primis suppliciis nos spontanei offerimus, si tamen aliquis accusator prodeat; aut si in populum invidia torquetur, quærite diligentius quid consilii fuerit in cœtu publico. Nonne ut bello instructa pararentur agmina, aut pro libertate unusquisque patriam juvaret? Adversus ipsos certe latrones quid deliberatum fuerat, nisi ut pax conveniret? Exasperaverat publicam indignationem dolor singulorum, innocentum sanguis, mulierum gemitus, paternorum statutorum prævaricatio: increpuit gemitus universorum, quia unusquisque sibi similia pertimescebat. B Ad indignissimos sacerdotia deferebantur, peti cœperunt vocibus; illi lapidibus plebem cædere, telis necare; exarsit publicus dolor: illi in templo latronum receptacula constituerunt. Itaque pacis locus reverendus etiam gentibus, & domicilium sanctitatis factum est prædonum conciliabulum; & quo ex omnibus terrarum partibus confluebatur ad cultum festæ celebritatis, ibi nunc stabula quædam ferarum sunt, humano cruore madentia: licet nobis hæc quærere, vel armatis sine lege belli. Tamen fuit plerumque inter arma judicium, & justitia deposuit belli instrumenta, compescuit turbas æquitatis sententia. Potestis hæc arma ad defensionem urbis convertere, quæ sumsistis ad eversionem: Li- C cet etiam introire sine armis, audire & percontari omnia: si quod remissum adversus hostem reperitis, proditionem putare. Quod si neque vindices vos, neque arbitros exhibere vultis, quid miramini, si portæ armatis non aperiuntur? Non istæ adversum cognatos, sed adversus arma clausæ sunt. Bellum deponite, & portæ patebunt.

CAPUT VIII.


HÆc ubi sacerdotes locuti sunt, & maxime Jesus ceteris senior, post Ananum tamen qui secundo loco fungebatur, indignantibus Idumæis, D quod non continuo urbe recepti forent: Simon unus de ducibus Idumæorum: Minime, inquit, mirum, si cives sæviunt, & clausos tenent qui nationi sociæ portas clausere, & non patiuntur consortes & participes suos ingredi: nobis de muro loquuntur, & quasi adversarios muris repellunt quos amicos habebant. Quis dubitet quod parent suscipere Romanos & forte coronare portas, quando illi ingredientur? quæ major injuria? Patere nempe omnibus hominibus ista civitas solet caussa cultus & observantiæ: nobis solis intercluditur, quasi hostibus, soli abdicamur, soli repellimur. Simulant se nostrum petere judicium, quos ne limine quidem dignos urbis putarunt. Lateant quæ adversum illos E gesserunt: nostræ injuriæ testes & judices sumus. Advertimus quid clausi patiantur, quando nos arma jubemur deponere: & credibile esse potest, quod eorum exspectetur sententia, quorum suspecta est fides? Festinemus itaque eripere clausos, quibus templum carcer est factum, ne serventur usque ad adventum exercitus Romani, & captivi tradantur Vespasiano. Auferamus a templo obsidionem, custodes deterrimos removeamus, qui neminem vel ad purgandam alvum egredi sinunt. Si quis introferre cibum clausis desiderat, prohibetur: A si quis exire, ad mortem rapitur: crimen factum est cultus religionis.

CAPUT IX.

HÆc audiens cessit [1] Joannes, considerans adversa Dei voluntate frustra se se obniti: quandoquidem domi forisque hostilia streperent agmina, & gemina ex parte civitas oppugnaretur. Fremebant Idumæi quod excluderentur. Machinabantur in templo siti, quomodo jungerentur Idumæis: hos angebat metus, ne Idumæi ante effectum abirent: illis extorquebat pudor propositum regrediendi. Et jam pæne obrepserat diffidentia, B cum subito nocte oritur procella intolerabilis, tempestas atra, fremunt venti, cælum inhorrescit, vis imbrium multa [2] infunditur, terribiles corruscationes, tonitrua immania, terrarum mugitus, ut solvi mundus æstimaretur. Quis crederet plus nocuisse istud intra urbem positis, quam extra urbem degentibus? cum utique hi tectis muniti forent, illi objecti ad imbres: sed amplius terruit injuriæ metus, quam ipsa injuria. Denique illi qui nulla habebant refugia tectorum, clypeis se se tegebant manentes in officio, nec dilabentes: isti circa domos suas quisque dispersi, locum dederunt, ut ab his qui intra templum erant, portæ aperirentur. Anceps tamen & diversa populi sententia. Alii C Deum summum indignantem Idumæis, tempestates movisse arbitrabantur, quod adversum participes suos armati venerant. Ananus & profundiora seniorum ingenia, conjectabant Idumæos injuria sui amplius excitari in sociorum perniciem. Denique solicitior ceteris noctibus, Ananus illa nocte non fatigatione corporis, sed animi magis desperatione [3] solutus, cessit rebus adversum se fluctuantibus, & militantibus in excidium suum mundi procellis: nec revisendas putavit custodias, quasi daret auctoritatem dilabendi, quo cuique esset sententia. Quam occasionem nacti qui in templum refugerant, surgentes secuerunt vectes portarum. Cooperatus est illis fragor cæli, ut ferarum sonus non audiretur, D & tumultus egredientium. Deinde venientes ad murum, portam quæ vicina erat Idumæorum cœtibus, referavere. Ultimus ille dies universo populo fuisset; si non ad templum prius quam urbis [4] signum dirigendum putassent. Sed quia metuentes sibi, qui intra templum clausi tenebantur, ne cognito ingressu Idumæorum, in ipsos circumfusæ plebis impetus fieret, ut vindictam morituri exposceret, rogaverunt, ut ipsi primitus [5] cladi eximerentur: tunc postea liberatis ipsis, & conjunctis viribus, in populum effunderentur. Deflexere ad eos qui legatos miserant oratum auxilia saluti, simul ut insperatæ merces irruptionis, auctoribus ejus hoc munere potissimum rependerent. Quod ubi processit E ex sententia, simul omnes a templo quasi quodam castro effusi, extenta acie quoscumque repererant dormientes alios, perterritos alios, totis cædebant viis. Nihil proderant preces, nihil lacrymæ, nil insignia honoris, nullorum meritorum gratia, omnes passim jugulabantur. Denique videntes bestialem in persequentibus immanitatem, quod nulli parceretur, ipsi se se illaquebant miserabiliore (ut mihi videtur) exitu, quam si ab hoste perimerentur: quia voluntaria mors immanitati adscribitur, informis laqueis nodus etiam probro datur. Sed quis consilio locus, ubi tantus erat metus suppliciorum, cum

1. *Joannes*] Cod. vet. *Jesus*, ut cap. præced. & Josephus lib. IV. cap. VII. BARR.
2. *Infunditur*] *Effunditur*. ID.
3. *Solutus*] *Resolutus*. ID.
4. *Signum*] *Sinum*. Al. *si non ad templum prius quam in urbem signum* cet. ID.
5. *Cladi*] *Clausi*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



metueret unusquisque non mortem, sed cruciatus ante mortem, quibus mors remedio foret? Redundabat [1] undique sanguis, & maxime circa templum: quia ibi congregati erant, qui clausos custodiebant. Reperta itaque illo die cæsorum octo millia quingenti viri. Inde conversi ad urbem, sicut gregem quemdam pecorum, ita homines, quoscumque obvios habuere, interimebant. Erat miserabile spectaculum, intra urbem omnibus ante reverendam, bellum geri, perniciem injustam pauperibus ac debilibus inferri. Sane juvenes ac validiores in carcerem retrudebantur, quos factioni idoneos arbitrabantur; sed magna virtute plerique omnia supplicia malebant subire, quam ut perditis sociarentur. Nec modus erat ullus, nec pudor: ita furebat rabies immanitatis. Post ubi defuere visi processu temporis, caussas sibi simulare cœperunt perimendorum, quo ad judicia reos ducerent, non ut requireretur justitia, sed ut crudelitas excitaretur.

CAPUT X.

ERat in civitate Zacharias, qui odisset improbos nec se misceret flagitiosis, dives opum, quarum illi abundantiam, vel ad dissolvendam factionem suam efficacem opinabantur, vel ad prædam sibi uberem: hunc proditionis crimine [2] accersendum putarunt. At ille ab hujusmodi integer conscientia, adesse sibi cœpit cum libertate, ut non solum dilueret objecta, verum etiam reos ipsos maximorum adstrueret flagitiorum: apud septuaginta viros dicebatur negotium. Absolvunt omnes, quia nihil, quod affine esset sceleri, proferebatur. Verum illi irruentes, & ipsum præcipitant in profundum, & perturbant judices, non solum cum injuria, sed etiam cum periculo: ut eorum exemplo ceteri in reliquum caverent, constantiam in judicando adversa eorum voluntate assumere. Rursus tamen ne quis absolveretur, ipsi irarum suarum exsecutores, quos libitum erat, sine judicio necabant. Cæsus Gorgon vir gratus & amabilis: Niger Pereites, qui inter propugnatores Judææ ad tuendam rei summam fuerat electus bellator vir, ut etiam vulnerum cicatricibus virtutis insignia præferret, rapitur ad mortem: & cum se extra urbem duci videret; non jam pro vita, sed pro sepultura cœpit rogare. Ac ne hujus quidem tam miserabilis petitionis responsum accepit conveniens misericordiæ. Fingebantur calumniæ: si quis se redimebat, innocens erat: qui non offerebat pecuniam, tamquam reus feriebatur.

CAPUT XI.

DUm hæc Hierosolymis aguntur, Vespasianus interea partes alias gentis Judææ debellabat: Pervenit ad eum, quæ seditio esset Hierosolymis, quas domesticis prœliis neces sibi ipsi irrogavissent, quæ supplicia civium exacta a civibus: hortari plerique, ut eo pergeret, ne quid triumpho Romano & suæ gloriæ decerperetur. At ille moderatus & providus vir, qui non id quod ex usu vulgi accomodum [3] existimaret, sed quod altiore consilio rei summæ conducere arbitraretur, referre illa suadentibus cœpit: Non semper prœliis juvari rempublicam, sed plerumque etiam armis depositis laudem parari, & debitum patriæ solvi. Quid interest, quomodo vincatur hostis, nostro ne an suo ferro? nisi quod suo fine Romana invidia prosternitur. Non enim possunt de nobis queri, cum se ipsi consauciaverint: simul quam justa nobis bella moverint, significant, quando nec ipsi sibi parcunt: vindictam hanc de cælo videri, ut furore insaniant qui Romanos lacessiverint. Sed si quis derogari aliquid gloriæ nostræ asserit, cognoscat præponderare sæpe remedium cum silentio, quam prœlium cum periculo. Denique noster Maximus cunctando magis fregit Annibalem, quam prœliando. Etsi Scipiones subegerunt Africam, tamen communis bellorum cum multis victoria: Maximo soli datum, quod cunctando restituerit rempublicam. Plus itaque est servasse Romanum imperium quam propagasse. Æquemus tamen merita virtutum. Non minora utique in ipso bello sapientiæ commenta sunt, quam insignia fortitudinis. Pereant ergo suis armis: nihil [4] laudis diminuit, & plurimum victoriæ nostræ adjungitur. Nesciunt suos servare, quibus nos parcimus. Quid, quod si imminere cœperimus; fortasse inter se resipiscant, atque in gratiam redeant? quod non vereor, sed adversus vestram sententiam profero: aut si permaneat seditio, videantur ipsi se se expugnasse, nihil Romanum egisse exercitum, manus nostras otiosas fuisse, victoriam non virtute nostra sed hostili internecione inter se paratam. Iraque hoc prudentius consilium, ut absentibus nobis sæviant in exitium sui, ne quis putet eos nostris magis, quam suis exercitos factionibus. Tunc melius appropinquabimus, ubi victor superfuerit, qui nostro accedat triumpho. Certe veniant ad nos, qui fugiunt suos; inveniant apud nos salutem sibi, quos suorum pestis exagitaverit.

CAPUT XII.

NEc fefellit opinio Vespasianum: nam qui poterant pretio se redimere, ut dimitterentur, ad Romanos confugiebant. Repleta erant dilabantium strata viarum omnia, omnes semitæ: relaxabantur divites, pauperes interficiebantur, quibus pecunia deerat ad redemtionem. Multi etiam extra urbem insidias & latrocinia pertimescebant, & maxime inopes quibus comitatus deerat. Pari itaque foris & domi proposito sibi periculo, utrobique perniciosо. Plerisque tamen patrii spe sepulcri, mors apud suos tolerabilior æstimabatur.

CAPUT XIII.

UBi strage maxima populorum, metus in omnes sparsus, subditos factioni fecit universos. Non contentus communem cum principibus factionis exercere Joannes potentiam, tyrannidem affectare cœpit & parem indignabatur. Destruere itaque aliorum statuta: nihil nisi quod libitum foret, ratum habere: paullatimque sibi adsciscere stipatores: artifex dolo, quos vellet, & fraude circumvenire, obligare pecunia, terrere potentia, quibus artibus plurimos sibi associaverat. Rursus non deerant, qui vel periculoso studio servitium detrectarent, cum præsertim dominationi assueti, tolerare servitutem nequirent. Decernebant itaque in una urbe tria genera exitialium calamitatum: tyrannides, bellum, seditio: quarum unaquæque non unam, sed plurimas urbes deleret. Ex tribus tamen levius bellum erat; & justus hostis tyranno aut factione tolerabilior videbatur. Accessit his quartum genus sicariorum, qui occupatam tyrannicis

1. *Undique*] *Ubique*. Et mox *denique* pro *itaque*. BARR.
2. *Accersendum*] *Arcessendum*. ID.
3. *Existimaret*] *Æstimaret*. ID.
4. *Laudis dimin.*] *Laudi dimin.* ID.

motibus aut seditionis tumultibus urbem videntes, vicina omnia populabantur, & asportabant omnia. Mulieres & parvulos qui laborem itineris, vel sexus vel ætatis infirmitate perpeti non poterant, neci dabant. Septingenti itaque numero peremti: convectatum in castella frumentum: irruebant agris, urbibus, templis, prædas agebant: necandorum occasio non prætermittebatur: agminis specie latrocinium [1] excitabant, plures quam usus habebat latrocinandi. Latrocinii sævitia bellum acervabant, sine venia deditionis aut susceptionis indulgentia.

CAPUT XIV.

Rogatur itaque Vespasianus, ut ad remedium veniat, a quo excidium metuebatur. Contendit Gadaram, ubi opulenti plurimi, qui patrimonii sui caussa, magis magisque latronum insidias & incursus pertimescebant; & ideo ad Vespasianum occulte miserant, ut ad se appropinquaret, quo civitas a latronibus erueretur. Adfuit exercitus Romanus, quem videntes Gadarenses, confugiendi votum habebant: sed qua via inexitiabile id sibi afforet, non reperiebant, ne in discedentes insurgeret factio, atque universos deleret. Non præteriit tamen legatione Gadarensium invitatum Vespasianum, ejus legationis conscium, ut pote urbis primorem, nomine Dolesum, quem capientes interemerunt; atque ulti injuriam, egressique urbem, in abdita & munitiora se se contulerunt: Gadara Romanis tradita: cum ingenti plausu susceptus est Vespasianus. Is continuo ad persequendos qui refugerant, Placidum direxit: ipse revertitur in Cæsaream.

CAPUT XV.

Placidus præmissis quingentis equitibus, fugientes insecutus, coegit eos in vicum qui proximus erat, concedere: in quo electorum pube juvenum reperta, audaciam sumsere, ut insurgerent in Romanos. Quæ res illis cladi fuit. Nam circumfusis equitibus, a vico exclusi, sine ullo cædebantur impedimento. Et dum alii conferti se se reciperent, ante limina portarum trucidabantur. Cæsorum cadaveribus [2] aggregata moles adæquaverat murorum altitudinem. Romani alios sagittis figebant, alios sauciabant diversis missilibus: ad postremum castellum expugnavere, ibique omnes, nisi quibus elabendi facultas fuit, interfecti. Alii fugientes, ingentem famam Romanæ virtutis suis sermonibus exaggerabant, majora sibi quam hominum visa corpora, nullam resistendi cuiquam adversum invictos fiduciam. Unde perterriti omnes, fugere illico; nec solum vicina & finitima, sed etiam Hierico urbs, quæ propter incolæ multitudinis agmina spem ceterorum fovebat, relinquebatur. Placidus rebus ex sententia fluentibus, eos quoque per equites insectatus, alios confertos, alios palantes sternit usque ad flumen Jordanem: maximum quoque numerum ad ripam fluminis reperit impeditum transitu, quod tunc forte prædictus amnis imbribus auctus, aut resolutis nivibus intumuerat. At illi ubi Romanos adesse viderunt, parant se se, & ad fluminis oram stipant. Necessitas intercluso fugæ subsidio, remedium in manus vertit, & impetu facto, multi supra pauciores equites arietantur: illi arte nota & veteri militiæ more interequitantes dissecare hostium cuneum, dissolvere globos, fessos urgere, cedentes sequi cœpere: hinc alii ferro hostium, alii suo, quod conferti in unum atque in se relisi incurrerant, interficiebantur. Alii in flumen ruebant, qui ipsa sui ruina, & alius alio implicit demergebantur. Plerique etiam æstimantes, quod possent prætergredi, se se fluvio dabant. Quos paullulum progressos sorbebat gurgitum vis aut fluminum ictus abripiebat. Et si qui natandi usu super aquas processerant, aut fluentis subterlabentibus se suspenderant, aut arborum ramis impediti, qui fluvio deducebantur, aut ipsis caudicibus oppressi, animam ponebant in flumine. Sæpe etiam nandi indoctus, ubi natantem apprehendisset, tenebat, ut ipse pariter evaderet, & adstrictum brachiis defatigabat, donec uterque mersus, alteri exitio foret. At si qui forte secundo amne decurrens evasurus æstimaretur, [3] irruebatur sagittis, ac subito resupinus, cessantibus brachiorum remigiis, interibat. Fuere etiam, qui natare nescii, dum expertem doloris mortem requirunt, edito riparum toro, in fluvium se excuterent voluntarii. Alii arenoso ingressi litore, merso vestigio deprimebantur: plerique etiam saxorum teretium lubrico aut vadosis offensi locis, instabili fluctuantes gradu, fluentis sequentibus obruebantur. Cæsa ferro tredecim millia: innumerabilis autem multitudo fluvio consumta, præda ingens de ovium gregibus, & camelorum atque asinorum & boum parta: quæ licet strages hominum maxima fuerit, [4] tum vero major æstimabatur, quia non solum regio omnis repleta erat cadaveribus humanis, (cum dispersi ac palantes quibuscumque in locis comprehensi fuerant, interimerentur) verum etiam ut Jordanis ipse defunctorum corporibus obstructus, cursus proprios dirigere non posset. Asphaltites quoque lacus cruore & visceribus defunctorum mutaret naturæ suæ speciem, in quem omnia, quæcumque Jordanis attraxerat, invehebantur. Denique nonaginta duo millia & ducenti illa die Judæorum periisse æstimati, a quingentis tantummodo equitibus, & tribus millibus exercitus pedestris. Progressus quoque ad ulteriora Placidus, Abilam & Juliadem & Betesmon, & omnes vicos loci ipsius usque ad Asphaltitem lacum Romano imperio restituit. Scaphis quoque imposuit milites, a quibus universi qui in lacum memoratum confugerant, exstinguerentur.

CAPUT XVI.

Itaque & hæc omnia usque ad Macheruntem recepta: Vespasianus tamen tempus prælii opperiebatur, quo metropolim totius Judææ exercitu Romano adoriretur: inter quæ, occupato rebus sibi creditis, motus novi ex Gallicanis partibus insinuantur, quod a Nerone potentes quidam Romanæ militiæ viri descivissent. Quo comperto, cupiens intestina bella ac summæ rei totiusque Romani imperii periculum, confecto in oriente bellorum tumultu, levare: ut rerum secundarum nuntiis, motus omnes Italiæ vel comprimeret, vel præveniret: ubi primum sæva hiems temperata veris principio, cum majore parte exercitus de Cæsarea iter movit. Excepit eum Antipatris nomine civitas appellata. Inde procedens, exurebat vicos, necabat eos quos reperiebat alienos: ac maxime Idumæis vicina, quæcumque offenderat, depopula-

1. *Excitabant*] *Exercebant*. Mox vero *acerbabant*. BARR.
2. *Aggregata*] *Aggerata*. ID.
3. *Irruebatur*] *Obruebatur*. ID.
4. *Tum*] *Tamen*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

batur: quod inquietum genus hominum potius bellis quam otio vel quieti amicum foret. Duos quoque Idumææ vicos [1] Ligarum & Capartorem, eorumque incolas comprehendens maxima ſtrage labefactavit. Siquidem ſupra 10000. virorum peremit, mille captivos abduxit, reliquum vulgus expulit, ut ibi conſtitueret manum ſuorum: quia montana locorum regionis ejus latrociniis infeſtabantur. Ipſe cum exercitu Amathunta repetit, quæ de aquis calidis vocabulum ſumſit, quod aquarum vapor Syro ſermone Amathus appellari fertur. Thermæ ergo Græce dicitur, eo quod calidum fontem habeat intra muros. Deinde per Samariam juxta Neapolim in Hiericho contendit, ubi occurrit ei Trajanus multam manum agens, ex his qui ultra Jordanem ſiti Peræz regionis populi, in ditionem Romanam victi reverterant. Nuntio itaque advenientis Romani exercitus, plerique ex urbe Hiericho, quod eam intutam viderent, in montana Hieroſolymitanæ regionis ſe ſe contulerant. Reſidentium turba omnis conſumitur. Neque enim difficile fuit urbem properato capi, quæ nec naturali fulta eſſet munimine, & a ſuis eſſet dilabentibus deſerta ac deſtituta. Urbs condita in campo, cui ſupereminet mons diffuſior & nudus gignentium. Namque ſecundum ſeptemtrionalem plagam, uſque ad Schythopolis urbis terram extenditur, ex parte meridiana uſque ad regionem Sodomitanam & Aſphaltitis fines diffuſus habetur. Ægrum autem & jejunum ſolum, & ideo deſertum ab incolis, quod ſine ullo uſu eſſet cultoribus naturali ſterilitate. Adverſus huic mons ſupra Jordanem, cujus exordium a Juliade & plaga ſeptemtrionali aſſurgit: ipſe autem prætendit in meridianum uſque ad Sobaros, Arabiæ Petrææ conterminos, ubi etiam mons eſt, uſu veterum ferreus nuncupatus. Inter hos duos montes campus jacet, quem propter magnitudinem, quod in multa ſpatia [2] dirigatur, (veteri uſu) incolæ Magnum appellaverunt, cujus longitudo triginta & ducentorum ſtadiorum, latitudo centum viginti. Exordium a vico Gennabar, finis uſque ad Aſphaltitem lacum. Jordanis eum [3] medium interſecat campum non ſolum inoffenſa, ſed etiam adjuncta gratia viridantibus ripis fluminis alluvione, & ſuccedentibus Aſphaltite & Tiberiade unius fontis, & utroque diverſæ qualitatis lacu. Namque alterius aquæ ſapor ſalſus, & ſterilis uſus; Tiberiadis autem dulcis atque genitalis. Sane in diebus æſtatis immodicus per ſpatia campi exæſtuat vapor, unde coaleſcente vitio nimiæ ſiccitatis, atque humo arida corruptior aer, miſerandas accolis conficit ægritudines. Arida ſunt enim omnia præter oras fluminis. Denique in remotioribus ægreſcit & fructus arborum; ſiquidem & copia uberior, & fructus palmarum opimior eſt, qui ſupra ripas Jordanis fluminis gignitur, alius longe exilior.

CAPUT XVII.

Est etiam juxta Hiericho urbem fons abundans, atque idem uberior ad potum, pinguior ad irrigandum, quem Jeſus Nave natione Hebræus, manu validus, primum genti eripuit Chananæorum. Is in principio corruptior habitus ac ſterilis ad generandum, potantibus & uſui parum ſalubris. Unde rogatus ab incolis Eliſæus propheta, idemque

A Eliæ diſcipulus, & tanto ſucceſſor nequaquam indignus magiſtro, ut hoſpitalitatis ſuæ mercedem relinqueret, quos viſitaverat, locis, & corruptelam aquatum levaret, remedium dedit, ſicut Regnorum vetus ſcriptura edocet, præcipiens vas fictile cum ſale deferri ſibi: quod accipiens, dejecit in fontem ſal, & dixit: [a] *Sanavi aquas iſtas, & non erit in his moriens, neque ſterilis ab eis: & ſanatæ ſunt aquæ, ſecundum verbum*, inquit, *Eliſæi prophetæ*. Ex illa itaque benedicti ſalis infuſione temperatæ aquæ, reſerataque ora fontis, ſanctificati ſunt aquarum meatus, ut dulciores potus venarum ſcaturigo effunderet, & omnis illa dulceſceret aquarum amaritudo; uberiores fructus terra
B daret. Generandæ quoque ſobolis optima ſucceſſio, largam poſteritatis copiam ſubminiſtraret, nec deficeret genitalis aqua: [4] cum divina gratia pro juſtorum fidelibus ſtudiis tanti prophetæ benedictionibus aſpiraviſſet. Convertit itaque naturam aquarum ad preces prophetæ cæleſtis oraculi reſultatio, continuoque ſterilitatem depulit, fecunditatem infudit. Cœpere illic crebreſcere generationes hominum, fructus terrarum, ſuccuſque [5] aquarum, ante jejunus & amarus internecare ſolitus fata, triſtiaque bibentium ora torquere, fertilitatem ſolo, potantibus ſuavitatem infundere, ut ſi breviter culta contingat plus proſit, quam ubi diutius irrigaverit. Eſt enim nova gratia, ut profectus redun-
C dantior ſit, ubi uſus minor; & ubi amplius quiſquam uſus fuerit, ibi minor fructus ſit: eoque plus ceteris fontibus rigat, quia vel exiguum ejus abundat ad ubertatem. Denique campus eum circumjacet ſeptuaginta ſtadiorum in longitudinem, viginti in latitudinem patens. In eo mirabilem hortorum gratiam cernas, varia palmarum genera, tantamque dactylorum dulcedinem, ut mella defluere putes haud ceteris inferiora. Sunt etiam illic præſtantiſſimi apum fetus: nec mirum, ubi tam diverſis inhalantes floribus, paradiſi ſuaves fundunt odores. Illic opobalſamum gignitur. Quod ideo cum adjectione ſignificamus, quia agricolæ cortice tenus virgulas incidunt, eas in quibus balſama [6] gignantur,
D ut per illas cavernas paullatim diſtillans humor ſe colligat. Caverna autem Græco nomine ὀπὴ dicitur. Illic cypreum, illic mirabolanum naſci ferunt, & alia iſtiuſmodi, quæ in aliis locis haudquaquam reperiuntur. Aqua ut cetera fontium, illic tamen præſtantior, æſtate frigida, hieme tepens. Aer mollior, ut ſumma hieme lineis incolæ exuviis utantur indumentorum.

CAPUT XVIII.

Nunc Aſphaltitis lacus qualitatem ſpectemus. Melius eſt enim in locorum veterum deſcriptionibus, vel ceterorum elementorum miraculo,
E quam in Judæorum ſeditionibus ſtilum occupare. Siquidem iſta flagitia mentem exaſperant; illa demulcent animum, dum recenſentur, & ad veteris hiſtoriæ revocant cognitionem. Nobis autem quibus incultius ingenium eſt, cordi eſt, patrum ex Ægypto [7] regredientium, uſque in terram repromiſſionis repetere veſtigia, ut ſi, cui forte noſtra in manus veniant, non noſtra legat, ſed patrum relegat. Dulce eſt enim inter majorum verſari habitacula, & veterum dicta factaque recenſere memo-

a IV. Reg. II. 21. 22.

1. *Ligarum & Capartorem*] Apud Joſephum lib. V. cap. IV. *Begabri Caphartophram* legitur. Vetus cod. *Ligarim & Coparcorem*. BARR.
2. *Dirigatur*] *Porrigatur*. ID.
3. *Medium*] *Medius*. ID. 4. *Cum*] *Cui*. ID.
5. *Aquarum*] Hanc vocem non agnoſcit ms. ID.
6. *Gignantur*] *Generantur*. ID.
7. *Regredientium*] *Egredientium*. ID.

ria, atque eorum inhærere gratiæ. Sed jam sive A naturam, sive qualitatem aquarum exprimamus, ne noster quoque in eo lacu [1] projiciatur stilus, ex quo omnia quæcumque mergenda putaveris, viventia tamen resilire opinio est: & quamvis vevehementer [2] allisa, statim excuti. Aqua ipsa amara & sterilis, nihil recipiens generum viventium. Denique neque pisces, neque assuetas aquis & lætas mergendi usu patitur aves. Lucernam accensam ferunt aquis supernatare, sine ulla conversatione exstincto demergi lumine: & quamvis demersum arte, quod vivat, difficile in profundo hærere. Denique Vespasianum ferunt præcepisse natandi ignaros revinctis manibus in profundum dejici, eosque omnes illico supernatasse, quasi spiritu quodam venti le- B vatos, & ad superiora vi magna repulsos resiliisse. Multa fabulosa de hoc lacu plerique æstimaverunt, quæ nobis inexpertis veritate rei, promere numquam consilium fuit. Mutare etiam ter in die colorem aquæ, & ad radios solis varie refulgere non placuit pro vero locare, cum sit ipsius [3] aquæ lacus obscurior ceteris aquis, & quasi adustæ præferens similitudinem. Certe si ad radium solis & ipsa resplendeat, nihil novum, & quasi pro miraculo promendum: cum hoc commune sit aquis omnibus. Vagari super aquas bituminis glebas certum est atro liquore, quas scaphis appropinquantes colligunt, quibus id muneris est: hærere sibi fertur bitumen, ut ferro haudquaquam, vel alia præacuta metal- C li specie recidatur. Sanguini sane cedit muliorum, quo mestrua solventes levari feruntur. Cujus attactu vel urina (ut allegant, quibus experiendi usus fuit) interrumpi proditur: utilis autem ad compagem navium fertur, & corporibus hominum salubris admixta medicamentis. Longitudo lacus ejus usque ad Zoaras Arabiæ dirigitur stadiis quingentis octoginta: latitudo stadiis centum quinquaginta, usque ad vicina Sodomorum, qui quondam uberrimam regionem inhabitabant: abundantem fructibus, distinctam quoque urbibus splendidissimis. Nunc autem ea locorum deserta, atque exusta sunt incendio. Nam cum omnia illis Deus suo contulisset munere, arva frugum feracia, & vi- D neis ceterisque fructuosis arboribus rus consitum; ingrati, nec præ oculis habentes potentiam Dei summi, quasi non omnia cerneret, omnia prospectaret flagitia, nihilque esset quod illum latere aut præterire posset: ita intemperantiæ suæ probris miscere universa ac polluere cœpere, quibus divinam traxere offensam, & pro scelerum pretio de cælo descendit ignis, qui regionem illam exureret. Quinque itaque urbes incensæ, quarum umbra quædam & species in favillis videtur. Arsere terræ, ardent aquæ, in quibus cælestis ignis reliquiæ recognoscuntur, atque adhuc manent. Spectes illic ad speciem poma viridantia, formatos uvarum racemos, ut edendi generent spectantibus cupiditatem: si car- E pas, fatiscunt ac resolvuntur in cinerem, fumumque excitant, quasi adhuc ardeant. Hæc propter supplicia impiorum de Sodomitano territorio comperta, silentio obducere non oportuit. His enim decursis, remunerationem piis fore dubitari non potest.

CAPUT XIX.

Vespasianus itaque proxima quæque Hierosolymitanæ urbis castella vel urbium munimenta, distributo exercitus Romani vel sociorum subsidio replebat, ut adversa sibi omnia cognoscerent, quæ ante conspiratura secum ad bellum contra Romanos gerendum arbitrabantur. Nihilominus Lucio Annio Geresam destinato, insidiis urbem cepit: mille etiam juvenes interfecit, quibus præventis exemta est fuga. Captivi abducti plurimi, atque universa eorum patrimonia a militibus invasa. Præcepto ducis possessiones quæ repertæ fuerant, exurebantur, rapinæ exercebantur licentia. Vastabant Romani montana atque campestria, quibus Hierosolymitana civitas circumfusa bello undique ardebat. Nec feriati erant Hierosolymitani a suorum sensu periculorum, quibus omnes interclusi erant exitus, ne quis fuga periculo eximeretur. Intus malum intestinum, foris clausa omnia, neque manendi voluntas, neque fugiendi erat copia. Et si qui a Romanis veniam transfugio speraverant, a suis egredi prohibebantur.

CAPUT XX.

Regressus erat Vespasianus in urbem Cæsaream, ut inde collectis omnibus viribus adoriretur Hierosolymitanæ urbis obsidionem. Nuntiusque advenit cæsum Neronem tertio decimo exacto imperii sui anno, cum jam de anno sequenti octavum diem degeret. Dignus ea pœna, qui non solum fidem sacrilegio, pietatem parricidio, pudicitiam incesto violaverat, sed ipsam quoque potestatem Romani imperii, cujus vel officia vel negotia improbissimis libertorum commiserat. Cum enim ipse nulli fidem servaret, omnes suspectos habebat: & ideo nequissimis Nymphidio, & Gemellino præcipue credendum putavit, quos vilis conditio obnoxios fecerat. Sed & ipsi exemplum crudelitatis ejus aliquando exhorruere. Et quia carissimos sibi quosque interemerat, cavendum in se rati, prævenire voluerunt quod metuebant. Itaque facta cum ceteris conspiratione, parricidam deserunt. Cui enim parciturus æstimabatur, qui matri non pepercisset? Desertus ergo ab omnibus suis, fugit ex urbe cum quatuor libertis suis. Et cum se urgeri imminentibus conjuratis atque agmine adverso videret, in suburbanum rus clanculo concessit: discissus & dilaceratus sentibus, dum formidat a quoquam videri, ne proderetur: deinde cum se circumseptum intelligeret, ne graves pœnæ exigerentur, maganum quoddam sibi de ligno paravit, & manibus composuit suis, quo se necaret. Et ad libertos conversus, Qualis, inquit, artifex moritur? [4] Itaque acerbissimus parricida dignum meritis suis vitæ exitum tulit, ut qui matrem ac suos occiderat, nec sibi parceret. Vere bonus necis suæ artifex, qui commentus est, ut sic periret, ne vel mors suo scelere vacaret.

CAPUT XXI.

Fama itaque interfecti Neronis prævenerat more ingenii humani: cui satis est, ubi cupita acceperit, cetera non requirere, sed statim dissipare, atque inexploratum in vulgus mittere quod

1. *Projiciatur*] *Excutiatur*. BARR. 2. *Allisa*] *Illisa*. ID.
3. *Aquæ*] *Aqua*. ID.

4. *Itaque*] *Ita*. ID. — Nihil equidem mutaverim. Scripserit enim *itaque* auctor pro *&* *ita*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

delectaverit. Nec multo poſt tamen Galbam Romano imperio præeſſe innotuit. Unde ſententia novi principis de bello Judæorum ſciſcitari, Veſpaſiano conſilium fuit, miſitque Titum filium & regem Agrippam. Titus de Achaja revertitur, comperto, quod etiam Galba ſeptimo menſe ac die aſſumtæ poteſtatis exutus inſignibus, pœnas luiſſet in medio urbis ſinu, id eſt, Romano foro, & Otho potiretur rebus ſecundis ac ſucceſſu imperiali. Agrippa Romam contendit, ut apud novum principem locaret gratiam. Tito pluris viſa eſt paternæ pietatis reverentia, quam principalis poteſtatis, quod inconſulto patre ſi [1] prætenderet, ne ipſi quidem placiturum putaret. Certe exitus docuit: opportune eum rediiſſe ad patrem, rebus novis, & incertum quo vergerent. Denique etiam Veſpaſianus anxius de totius imperii Romani ac patriæ ſtatu, bellum ſuſpendit, atque [2] imperium tenuit ſuum, poſthabitis quæ in Judæa gerebantur, præ totius ſummæ cura & pia erga patriam ſolicitudine.

CAPUT XXII.

SEd Judæa non feriabatur, quæ gravius bellum inter ſuos, quam adverſum externos gerebat. Nam cum Joannis factio eſſet intolerabilis, inſurrexit præterea Simon, inferior quidem morum improbitate, ſed forma corporis magis fretus ad omne audendum nefas, & latrociniis aſſuefactus ad uſum & tentamentum flagitiorum. Civis erat Geraſenus, robuſtus [3] juvenis, quem princeps ſacerdotum Ananus perculerat propter nequitiæ commenta, pulſumque eo quem inhabitabat loco, in alias regiones concedere coegit. At ille, cui nullus inter quietos & modeſtos locus, contulit ſe ſe ad conſortia latronum, ipſis quoque in principio ſuſpectus, ne eos factione circumveniret; facile poſtea morum ſe infudit ſocietate. Populabatur cum his ea quæ eſſent finitima munitionibus, quod illi ulteriora petere non præſumebant; ſed quaſi in foveis latitantes, inſidiabantur prætermeantibus, ſine ullo excurſu, quaſi domeſtico latrocinio contenti. Id Simon animi immodicus tolerare diu nequivit, brevique ſibi multorum quæſivit manum, pollicens ſervis libertatem, liberis præmia, perditis remunerationem. Ita confluentibus plurimis ad deprædandi licentiam, expugnare munitiones, occupare urbium populos auſus, terribilis omnibus erat; receptaculum ſibi in vico, cui nomen [4] Ajacis murus, paravit. Jamque viginti millibus armatorum ſtipatus incedebat, cum ſubito metuentes Hieroſolymitani quotidianos ejus proceſſus, & adverſum ſe futuros rati, ſi diutius adoleviſſent, ſuccidendos putarunt, repentinoque excurſu armati Simonem adoriuntur. Nec ille incautus atque imparatus inſidiis patuit, ſed excepit advenientes, & pleroſque fudit, alios coegit in urbem ſe ſe recipere bello fugatos.

CAPUT XXIII.

IDumæis quoque congreſſus æqualis receſſit, & quaſi victus, quia non vicerat angebatur. Rurſus cum congrediendum foret, commodius arbitratus dolo experiri, reperit ſpontaneum fraudis miniſtrum. Nam ubi intellectum eſt, quid iſte affectaret, Jacobus unus ex principibus Idumæorum,
A vafer & callidus ad hujuſmodi negotia, venit ad Simonem clanculo, & obtulit patriæ ſuæ proditionem. Ut fidem daret, quod univerſos Idumæos circumveniret, poſtulataque mercede futuræ ſocietatis quo potiſſimus & apud eum fidiſſimus foret, pollicetur univerſorum proditionem: convivio fœderata gratia promiſſiſque ingentibus Simonis firmata inter utrumque eſt pactio. Ubi ad ſuos revertitur Jacobus, jactare primo paucioribus cœpit, exploratum proceſſiſſe vires adverſariorum, vidiſſe validam manum, expertos belli viros, multitudinem maximam, & bello inſuperabilem: [5] Inferre paullatim ſermonem iſtiuſmodi principibus: poſtremo infundere [6] per numeros ipſum Simonem admodum ſtre-
B nuum, qui regio more exercitum inſtituiſſet, ordines ſervaret, numeros diſtributos haberet, ductores idoneos præfeciſſet: conſulere ſibi Idumæos oportere, ut talem virum amicum potius quam hoſtem experirentur. Certe in congreſſu ſuperiorem viderent, cederent ſine periculo, caverent prœlium. Ubi plurimorum inclinata in ſententiam ſuam ſtudia cognovit, edocto Simone ut in aciem prodiret, ſecurus futuræ diſperſionis Idumæorum: ille non diſtulit: hic velut anteſignanus cum ſuis, & quaſi ad prœliandum promtior: ubi ferentariis tentatum prœlium vidit, prius quam in manus veniretur, converſo equo fugæ dedit ſe: idem ſui fecere. Ita convertit, diſperſitque acies univerſas,
C & victoriam Simoni ſine certamine belli tradidit. Simon vero potitus tantæ gentis triumpho, inſolentior in ceteros factus, Chebron vetuſtam urbem, celebrem populis, opum divitem, ante exſpectatum cepit, multamque in ea prædam reperit, dirupit fructus uberrimos. Fertur enim antiquiſſima, non ſolum Palæſtinæ urbium civitas, ſed etiam omnium quæ ſunt in Ægypto a vetuſtis condita: ut etiam Memphim, quæ antiquiſſima habetur, poſteriorem plerique exiſtiment. Fuere etiam, qui habitaſſe in ea patrem Abraham dixerunt, poſtea quam de Meſopotamia Syriæ profectus, Ægyptum petiit filioſque ejus illic ſepulcrum habere pulcherrimo exſtructum marmore & opere elegantiſſimo,
D ſeptimo a civitate ſtadio. Terebinthus illic magna arbor a conſtitutione mundi fuiſſe aſſeveratur. Nunc tamen, utrum adhuc maneat, incertum nobis eſt. Inde progrediens, vaſtabat territoria, expugnabat urbes, congregabat populos, quadraginta millibus armatorum ſtipatus, exinanibat omnia quocumque vel quaſi amicus & ſocius acceſſerat. Quis enim locus tantorum ſuppeteret alimentis? Solo pedum veſtigio in modum pavimenti proterebantur univerſa, in quibus tantus conſtiterat numerus prœliatorum. Nec ſolum quicumque erat fructus auferebatur, quaſi quibuſdam exeſus locuſtis, ſed etiam in poſterum protrita humus fructus negabat. Terrebat Joannem, quod Simonis augebatur potentia, & to-
E tius factionis ſocii quatiebantur. Volebant perditum, ſed bello non audebant laceſſere. Iterum inſidias parant, & obſidentes itinera, uxorem ejus cum omni comitatu muliebri, & paucis virorum proſecutoribus rapiunt: jactabant ſe, quaſi omnem confeciſſent victoriam, ac velut ipſum Simonem captum tenerent, ſupplicaturum ſibi arbitrabantur. At ille durus, immitis, qui nullius affectu commoveretur, nihil ſanctum carumve haberet, inflammatur quaſi accepta injuria potius, quam erepta gratia; multoque ſævior graviorque gravibus excru-

1. *Prætenderet*] *Pertenderet*. BARR.
2. *Imperium*] *Impetum*. ID.
3. *Juvenis*] *Juventa*. ID.
4. *Ajacis*] Joſephus lib. V. *de bell. Jud.* cap. VII. hunc vicum *Aim* appellat. ID.
5. *Inferre*] *Inſerere*. ID.
6. *Per numeros*] *Per univerſos*. ID. — Legendum forte *per innumeros*.

ciabat, quos reperiebat, tormentis. Pleriisque manus incidebat, quos ad hostem truncato corpore remittebat ut ejus annuntiarent crudelitatem, insinuarent minari, quod muros subverteret, urbem excideret, nisi sibi ocius uxor propria restitueretur. Similiter manus & viscera truncaturum omnibus, qui intra urbem degerent, nisi mature consuluissent. Ita perterrefacti, uxorem ejus ad eum dirigunt: quo mitigatus furor ejus, aliquantum requiescendi copiam clausis dedit, ut non urgeret obsidionem civilem.

CAPUT XXIV.

B Nec solum Galba interfecto, sed etiam Othone exstincto, Vitellii ducibus congredientibus, quem Gallicanus exercitus creaverat Imperatorem. Et primo quidem certamine superior Otho visus est: repetito post diem prœlio, cum comperisset Otho Valenti & Cæcinnæ Vitellii comitibus victoriam cessisse, plurimos quoque suorum interfectos, Brixiæ positus, voluntaria nece eripuit se ludibrio, duobus diebus & tribus tantum mensibus rerum potitus. Victor itaque Vitellius, cum eo qui utrimque superfuerat exercitu, Romam contendit.

CAPUT XXV.

C Vespasianus tunc temporis profectus ex urbe Cæsarea, vastabat Judæam, montana omnia finitima & munitiones debellabat. Interficiebat resistentes: precantibus impertiebat veniam salutis: fugabat adversarios, constituebat suos. Cerealis quoque dux Romani exercitus cum equitatu percurrebat omnia, exstinguebat alios, alios subjiciebat: captivorum cogebat agmina: omnia circa Hierosolymam exurebantur, ne ullum Judæis esset perfugium. Sic interclusi ante obsidionem universi Judæis exitus. At illi non solum non consulebant sibi, sed etiam domestico inter se decernebant certamine. Joannes interior tyrannus; Simon extramuranus hostis: qui recepta uxore, paullisper excurrens, Idumæam depopulatus, validior redit, & Hierosolymitanæ D muros urbis armis circumsonabat. Joannes intus positus, suos ab bellum vitiis exercebat, data criminum auctoritate. Fervebant studia rapinarum, probrorum cupiditates, luxuriæ effusiones, unguentorum odores, & calamistris crispabant capillos, stibio oculos depingebant, muliebrem amictum [1] induebant. Nec solum ornatus feminarum, sed etiam muliebris mollitia affectabatur, & illicitarum libidinum passiones, viri muliebria exercere, effeminare vocem, & fluxu corporis sexum dissolvere, pascere comam, vultum dealbare, pumicare genas, vellicare barbulam, & in hac dissolutione sævitiam crudelitatis exercere intolerabilem. Deniquem fracto gressu incedebant, & subito momentanei E bellatores reconditos sub conchyliatis chlamydibus gladios occultantes, cum repente nudassent, quæcumque repererant, diloricabant. Qui Simonem evaserat, a Joanne interficiebatur, si se intra urbem recepisset: qui Joannem fugerat, captus a Simone ante muros immolabatur. Erat dissentio gravis. Idumæi quærebant tyrannidem Joannis exstinguere: invidebant ejus potentiæ, & oderant ejus crudelitatem. Congrediuntur adversum satellites tyranni-

A dis, avertunt eos, insectantur eos usque ad aulam regiam, quam condiderat genere proxima regis Adiabeni: irruunt exclusis propugnatoribus, templumque occupant, diripientes spolia tyrannidis, quoniam illic Joannes opum suarum condiderat receptaculum. Gravis incesserat metus, ne per noctem Idumæi de templo urbem ingressi, ferro plebem interimerent, incendio urbem delerent. Quo metu territi, de consilii sententia, dum unum tyrannum ferre nequeunt, alterum introduxere. Et Joannes fraude irrepserat in tyrannidem. Hic Simon rogatus, quasi remedium salutis daret, dominatum invexit civibus, urbi tyrannum. Missus est Matthias princeps sacerdotum, ut ejus ingressum obsecraret. At ille superbe satis dominari abnuit, & quasi gravaretur, concessit ambitus, ut se in urbem cum omni sua virtute infunderet. Aperuere portas manibus suis, ut pernicisiorem introducerent, cum infirmiorem exsecrarentur. Itaque Simon ex sententia ingressus, æque se hostem exhibebat universis: ut & illos qui vocaverant, & illos adversum quos ejus auxilium postulatum fuerat, communi omnes odio persequeretur. [2] Urgebat Joannes fraudibus suis, fluctuabat civitas. Certamen erat inter Joannem & Simonem, quis amplius suis noceret.


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

CAPUT XXVI

Sub ea tempestate convaluit rumor civilium bellorum in exercitu Romano, de Galbæ & Othonis nece manifestatus & imperio Vitellii, qui nequior superioribus, quasi fæx resedisset. Conferre secum veteris militiæ viri cœpere, & indigne ferre, tantum usurpare Prætorianas Romæ legiones, ut cum jam bellorum desuevissent experiri pericula, nomina ignorarent gentium quæ bellum moverent, ipsæ tamen statuerunt belli imperatorem: & in sua manu rerum Romanarum legendum arbitrum [3] constituerunt. Deinde hujusmodi exemplo in Gallia positos milites aspiravisse, ut Vitellio imperium darent, inconsulto Senatu & populo Romano; se interea quasi mercenarios haberi, qui aliena arbitria sequerentur: primos ad periculum, ad honorem ultimos, tanto tempore bellum gerere, triumphis quotidie crescentibus & ab inferioribus dominos accipere; & ne eos quidem utiles, sed vel ignavissimos quosque, vel ventri deditos & turpitudini: pergendum obviam & removendam injuriam: Esse sibi virum strenuum Vespasianum, quem legi decuerit ab omnibus imperatorem, ævi maturum ad consulendum, validiorem junioribus ad prœliandum: properandum maturius, ne prius ab aliis eligeretur: & his, cum quibus in militia consenuerit, triumphando esset despectui. Quando opportunius tempus, quo digna merces laboribus ejus rependeretur? [4] Vitellianum voraginem, privatorum dedecus (non dicam imperatorem) non diutius hoc toleraturum Senatum, non populum Romanum, ut opprobrium vinolentorum diutius in culmine maneat imperii [5] cujus res Romana ad sumtum non suppetat. Quis enim ferat tyrannum regnare, cum habeat in exercitu dignum Romani imperii gubernatorem? Quæ vero gentes luxui se subjiciant & vitiis dedant, cum belli incentivum sit ignavia imperatoris, & contra firmitudo pacis, in hostem virtus, sobrietas in reipublicæ moderatore? Quis non suspiciat in Ve-

1. *Induebant*] *Induebantur*. Barr.
2. *Urgebat*] *Urgebatur*. Id.
3. *Constituerunt*] *Constituunt*. Id.
4. *Vitellianum*] Aut *Vitellianam vorag.* aut *Vitellium, voraginem* legendum videtur: eo scilicet sensu, quo Cicero *pro Sext.* cap. LII. *Tu meo periculo, gurges & VORAGO patrimonii, helluabere?* Contextus restitutionem confirmat.
5. *Cujus*] Cui. Barr. — Sed ferri potest lectio vulgata, si referatur non ad *suppetat*, sed *ad sumtum*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



spasiano adhuc privato regni decus & Romani imperii auctoritatem, cui tot militares numeri præsto sunt, & omnis Romani exercitus validior manus? Quid exspectamus? An ut nostris fultus virtutibus, aliis debeat quod imperator est, & nos aliis cedamus quod in jure nostræ potestatis est? Certe si honorare nolumus, non derogemus. Nec faciamus hanc injuriam, ut nostro judicio repudietur quasi indignus imperio, quo dignus habetur Vitellius. Postremo cum in Italia sint frater ejus & filius Domitianus, verendum profecto est, ne qui suis ornamento esse jamdudum debuit, sit periculo: aut si illi, ut arbitramur, tyrannum urgere cœperint, huic fraudi sit, quod & frater & filius rebellaverint, & incipiamus reum spectare, quem videre noluimus imperatorem. His secum milites vociferantes, adoriuntur Vespasianum, rogant ut Romani imperii suscipiat gubernaculum. Ille autem abnuere ac se indignum dicere: esse jam constitutum imperatorem, refugiendum civile bellum. Illi instare promtius, ille resistere perseverantius. Postremo reluctantem armati circumsistunt gladiis mortem minantes, qui adverterent sibi crimen manere, & grave periculum si refugisset: ita cessit potius imprimentibus, quam recepit voluntarius, quod ambire alii solent. Urgebant milites, suadebant duces: curam prius quam honorem induit, festinavit in Ægyptum, sciebat enim maximas vires illic esse Romanæ reibublicæ, unde alimonia ministraretur: subsidium sibi quærendum, si vinceret: aut [1] refragium Vitellio, si trahendum diutius bellum putaret. Esse etiam illic duos ordines militarium virorum, quos sibi adjungere properavit, ut urbs maxima, & plurimis naturæ munimentis circumdata, in suo potius jure, quam in alieno maneret, ad utrumque belli eventum satis utilis. Ideoque de locorum situ, ac potissimum de ipsa urbe metropolitana, vel paucis dicendum rati.

CAPUT XXVII.

Urbem Alexandriam condidit Alexander, cui ob virtutem inditum magni ducis cognomentum. Ea inter Ægyptum & mare quasi claustrum interjacet, civitas importuosa, ut fere pleræque Ægypti, & ab externo difficilis accessu, cum sit in remotioribus Asiæ partibus jacens. In Europa, quia ipsa [2] Ægypti aridis Lybiæ conterminat; meridiana autem ejus superiora, quæ disterminant ab Æthiopibus Sienem, & innavigabiles Nili fluminis cataractas. Ab oriente refunditur mare rubrum, Clitro tenus, qui locus extremis ultimus terris, pervium ad Indos aperit iter navigaturis. Septa igitur ex una parte ferventibus incendiis solis, Indico inde atque hinc Ægyptio mari uno tantum muro septemtrionali innititur terræ, quod ducit in Syriam. Cetera interclusa undique, & naturæ subsidio vallata: dividuum tamen septemtrionalis plagæ eidem munimentum, & gemino quodam limite patens, quo vel peregrinæ ad eam per maria [3] Ægyptum devehuntur copiæ, vel liberior ad terras usus diffunditur. Terra jacet in infinitum modum. Nam inter Sienem & Pelusium longitudo [4] universa stadiorum duum millium, si fides assertis adest; & ab Plinthine usque Pelusium, stadiorum item trium millium sexcentorum: inassueta imbribus regio, nec tamen pluviarum indiga, cui Nili irrigua spontaneos imbres ministrant. Utrimque ei Nilus est, cæli ubertas, terræ fecunditas: arva temperat, solum opimat, nautis & agricolis juxta usui: hi navigant, illi serunt: isti circumvehuntur per sua rura navigiis, illi excolunt aratro serentes, viantes sine carpento. Distinctam cernas fluentis & quasi quibusdam excelsam mœnibus navigiorum, totis domicilia terris vagantur, quæ Nilo circumfluunt. Est enim navigabilis usque ad urbem (ut appellant) [5] Elephantinorum: ulterius navem procedere cataractæ quas diximus, non sinunt: non defectu gurgitis, sed totius fluminis præcipitiis, & ob quamdam aquarum ruinam. Portus urbis, ut plerique maritimorum locorum aditus, difficilis accessu, & longe difficilior ceteris, quasi ad formam corporis humani in capite ipso & in statione capacior, in faucibus angustior, qua meatum maris & navium suscipit, quibus quædam spirandi subsidia portui subministrantur: ubi quis angustias atque ora portus evaserit, tamquam reliqua corporis forma: Ita diffusio maris longe lateque distenditur. In dextra vero portus insula est brevis, & in ea turris maxima, quam Pharum in commune Græci ac Latini ex ipsius rei usu appellaverunt, eo quod longe videatur a navigantibus, ut prius quam in portum appropinquent, nocturno maxime tempore, terram finitimam sibi esse flammarum [6] incendio cognoscant: ne decepti tenebris, in scopulos incidant, aut vestibuli limitem non queant comprehendere. Sunt itaque illic ministri, per quos subjectis facibus ceterisque lignorum struibus, adoletur ignis quasi terræ prænuntius, & index faucium portuensium, demonstrans ingrediendi angustias, undarum sinus, vestibuli anfractus, ne perstringat tenuis carina cautes, & in ipso ingressu offendat inter opertos fluctibus scopulos. Itaque directum cursum paullatim inflecti oportet, ne cæcis illisa saxis ibi incurrat navis periculum, ubi speratur effugium periculorum. Angustior enim aditus in portum, quia a dextera parte latere arctatur, a læva rupibus, quibus obstructum est sinistrum latus portus. Circa insulam quoque instructæ ingentis magnitudinis moles dejiciuntur, ne assiduo assurgentis impetu maris, cadant fundamenta insulæ, atque vi nimia solvantur. Unde fit, ut illidentibus se se in partem insulæ fluctibus, & currentibus in adversum inter scrupeas rupes, molesque constructas, canalis ille medius semper fit inquietus, atque exasperato transitu periculosus fiat navigiis incessus: amplitudo portus stadiorum XXX. statio tuta, placiditas maxima quavis tempestate: quia memorati oris angustiis atque objectu insulæ repellit a se undas maris, & fit intus tutissimus portus compensatione quadam ingressus periculosi: quia per easdem portuensis oris angustias totius portus defenditur sinus, & summovetur a tempestatibus, placidatur a [7] frigoribus per quos ingressus exasperantur. Nec immerito vel tutamen, vel magnitudo portus hujusmodi est, cum in eum quæ ad usum totius orbis proficiant, convectari necessarium sit. Nam & populi innumerabiles eorumdem locorum, ad usum sui expetunt totius orbis commercia, & frugum regio ferax, ceterorumque terræ munerum vel negotiorum abundans, totum frumento alit atque instruit necessariis mercibus orbem terrarum.

1. *Refragium*] Nova plane vox, suffragio opponitur. Vid. Gronov. *Monobib.* cap. XXI. pag. 236.
2. *Ægypti*] *Ægyptus*. Barr.
3. *Ægyptum*] *Ægyptium*. Id.
4. *Universa*] *Immensa*. Id.
5. *Elephantinorum*] *Elephantorum*. Id.
6. *Incendio*] *Indicio*. Id.
7. *Frigoribus*] *Fragoribus*. Id.

CAPUT XXVIII.

Compositis itaque erga se rebus in Alexandria Vespasianus, & studiis omnium qui rem militarem gerebant, circa suum imperium conspirantibus, securus absentiæ, reditum in Syriam maturat: convento mandatis tamen Tiberio Alexandro qui tunc Ægypto præsidebat, ut ejus exercitus qui tum in superioribus partibus erat, gratiam sibi consociaret, ipse quoque necessitatem imperii Romani, quibus posset adjuvaret viribus. Quæ sibi imposita forent, Tiberius per epistolam provincialibus & militibus insinuavit, idque ab omnibus cum lætitia susceptum, fides promissa, effusus favor. Vespasianum Cæsarea suscipit: inde Beritos, legationibus urbium cum summo gaudio confluentibus. Illic etiam Josephus solvi præceptus vinculis jussu imperatoris, adjuvit Titus ut frangerentur potius, quam solverentur catenæ. Quod si frangerentur, ita esset quasi non fuisset ligatus. Placuit patri securim deferri, jussit frangi catenas, ut adverterent Judæi sibi quoque veniam non negandam, si converterentur & pacem rogarent: simul quia non alieno eum arbitrio jam reservabat, cum ad se rerum omnium delata arbitria forent

CAPUT XXIX.

Ventum Antiochiam: ibi tractatu habito, unde oporteret ad Italiam transmittere: quia tuta in Ægypto vel Alexandria omnia consideraverat. Consultum celeritati. Dimittit itaque Mutianum cum parte multa equitum & exercitus pedestris, ut præveniret in Italiam adventum imperatoris. Is prolixæ navigationis revocatus formidine, per Cappadociam & Phrygiam iter direxit. Antonium quoque præcepit præfectum tertio ordini militari qui erat in Mysia, in imperatam se Italiam effundere, prius quam Vitelliani se se moverent. Nam Vitellius quasi crapulatus & somno demersus, convivii rem geri existimans, non imperii, in tantis positus negotiis dormiebat. Denique vix tandem excitatus nuntio advenientis Antonii, dirigit Cecinnam cum exercitus parte, & periculi sui summam alieno arbitrio committit fretus. Cecinnæ viribus, quod Othonis manum fuderat. Ille circa urbem Cremonensium Antonio occurrit advenienti: explorat omnia, cognoscit prævalidam manum [1] e diversis affore, strenuam bellis, exercitatam triumphis: se contra nec viribus æquis, nec numero pares posse decernere adversum validiores: convocatis centurionibus suadet bello desistere, quod essent numero inferiores, & gloria imperatoris præponderaret: satis in bello valere famam ducis rem summam gerentis: Vespasianum in Gallicanis partibus, & Britanniarum victoriis emicuisse: Vespasianum orientalibus succinctum adoreis, magno uti sui nominis præjudicio: Vitellium autem nihil aliud nisi vino solutum, & inter convivia pridiana semper ructantem epulas, nihil aliud exspectare, nisi ut cum hostis [2] adveniret, ebrius pereat sine sensu doloris. Ex illo augeri militum animos tanti gloria imperatoris: ex isto dejici per opprobria ejus, & turpitudines: consulendum, ne prioris belli famam [3] omitteret: licet vicerint Othonem Vitellio parem, adversus eum nunc esse negotium, qui totum orbem triumphis suis cinxerit: præveniendam gratia necessitatem, ut civem potius Vespasianum eligant, quam hostem experiantur. Miserum esse bello civili vincere, quanto miserius vinci, ut videaris hostis tuorum? Victori patria manet, victo perit: aut si manet, ad sceleris invidiam manebit, ut videamur civibus intulisse bellum pro tyranno. Qui enim vincitur non jam civis, sed tyrannus est. Quid conferimus noxias manus? Semel satis sit sceleri vicisse, ut pudeat cui vicerimus. Putavimus [4] vel imperium sobrium fore, vel rerum molibus expergefactum, somno perpetuo renuntiare. Quid exspectamus diutius? Pericula nostra ingrata sunt omnibus commilitonibus: omnibus populis judicia nostra reprehensa & condemnata propter electi flagitia. Qualis sit considerate, qui etiam victor repudiatus est. Consultandum certe prius de belli eventu, & sic prœliandum. Si pericula prævenerint, frustra consules; ubi consilium placuerit, recte incipies. Quod soliciti ducis esset: explorata sibi omnia, patuisse Vespasiani exercitum esse validiorem, fidem suam pro Vitellio jam dudum probatam, quando præsumsit de belli eventu, victoriam secutam quando diffidit: in promtu esse, quid sit futurum. Neque vero mortem suam sibi esse formidini, sed exercitus Romani periculum: & quod plus dolet viris, partæ jam dispendium laudis, ut videantur victi, qui solent vincere. Sibi certe cavendum, ne judicetur: & illud non fortitudinis, sed eventus fuisse, quod vicerit bello superiore, & istud ignaviæ, quod victus postea sit.

CAPUT XXX.

His atque hujusmodi sermonibus abduxit in sententiam suam milites, ut secum ad Antonium pergerent voluntarii, atque ei se traderent: sed ut se habet vulgi maxime militaris mobilitas, compuncti sunt plerique per noctem in cubilibus suis, deserti ut Vitellii pœnitentia: ne si superior fieret, nullus sibi veniæ locus superesset, qui imperatorem proprium dereliquissent. Et surgentes primo cum obviis quibusque, deinde cum omnibus conferre cœperunt, quomodo erratum emendarent; evaginatisque gladiis, insiluerunt super Cecinnam volentes ultum ire injuriam suæ prolapsionis; sed intervenientibus centurionibus & chiliarchis, a nece quidem ejus temperandum rati, [5] victum tamen Vitellio dirigere parabant. Quo cognito, Antonius movit eos quos secum deduxerat, & armis super defectores irruit: at illi viso agmine partis adversæ, paraverunt se ad prœlium: sed paullisper ausi resistere, ubi se convertere ut Cremonam confugerent, cum equitibus Antonius occurrit, atque omnes prævenit aditus: ne confugientes reciperentur, clausosque ante urbem interfecit. Cæsa illic multitudo maxima, reliquos in ipsam urbem persecutus peremit. Direpta omnia, plurimi incolæ prædæ caussa necati, dum sua vendicant. Exstincta triginta millia & ducenti viri, qui aderant de exercitu Vitellii. Primusque (id enim Antonio cognomentum erat) quatuor millia quingentos de Mysiacis militibus amisit: quoniam desperatione salutis ulcisci se volentes Vitelliani, ubi circumventos se videre, haud incruentam & ipsis Antonianis victoriam cessere. Solutus vinculis Cecinna, dirigitur ad Vespasianum ab Antonio; ibique non solum salutis securitate, sed etiam præmiorum solutione consolatus est maculam proditionis.

1. *E diversis*] *E diverso*. BARR.
2. *Adveniret*] *Advenerit*. ID.
3. *Omitteret*] *Amitteret*. ID.
4. *Vel imperium*] *Vel in imperio*. ID.
5. *Victum*] *Vinctum*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

A

CAPUT XXXI.

CUjus victoriæ nuntio elatus Sabinus, volens & ipſe commendationem ſibi apud imperatorem parare, ſi præveniret advenientem Antonium Vitellii vel exitio, vel expulſione: aut ſi reſiſteret Vitellius, ſuperveniret Antonius, qui jam jamque affuturus audiebatur, congregat ſibi militarem manum ex his ordinibus qui Romæ poſiti curabant munia vigiliarum, occupat nocte & Capitolium: plurimi ad eum nobilium per diem confluxere, inter quos etiam Domitianus Veſpaſiani germano editus, qui metuens, ne in ſe quaſi in Veſpaſiani nepotem, Vitelliana ultio derivaretur; inter duos poſitus Vitellios, propiorem adoritur, minus ſolicitus de remotiore: (plus enim propiora terrent pericula.) Indignatuſque immittit Germanos in Capitolium, qui præferoces immanitate gentis, ſimul numero validiores, circumvenerunt rebellatricem Sabini catervam: interfecti prope omnes. Domitianus tamen cum pleriſque nobilium, dum Germani ad ſuperiora Capitolii nituntur, & a Sabino ejuſque ſociis loci pelluntur, ſuffragio fugiendi locum reperit, aut forte, quia & ipſe malo publico reſervabatur tyrannus futurus: Sabinum Vitellius excruciatum necat, diripiuntur omnia munera oblata Capitolio, templumque incenditur.

CAPUT XXXII.

POſt diem Antonius adeſt: e diverſo occurritur, trino circa urbis mœnia congreſſu habito: fuſi cæſique omnes Vitelliani: interea Vitellius epulabatur, ne amitteret moriturus prandium, & redundantioribus (ut in extremis ſolet) menſæ ſibi ultimæ dapibus refertiebatur. Obruebat ſe vini poculis frequentioribus, ut ſenſum amitteret futuri vel opprobrii, vel periculi: rapitur e convivio, trahitur per multitudinem, inſultatur morituro, inferuntur injuriæ, quas ebrius non ſentiebat. In media perimitur urbe, vina ſimul & ſanguinem fundens, eructans crapulam; qui ſi diutius vixiſſet, luxuriæ ſumtibus & pretio menſarum Romani imperii opes abliguriſſet. Denique octo menſibus & quinque diebus imperitavit. Et jam Roma edacitate ejus defecerat: Numerata ſunt alia cæſorum ſupra [1] quingenta millia.

CAPUT XXXIII.

SEquenti autem die Mutianus & Antonius cum exercitu pariter ingreſſi, vix finem necandi furentibus militibus impoſuere, eo quod præſumtores conſtituendi imperii Vitellianos perſequebantur, & explorabant privatorum domos, tanta perciti indignatione, ut cum de populo aliquos metu latentes inveſtigaſſent, prius quaſi Vitellianos ferirent, quam cognitio veritatem manifeſtaret, ut ſæpius vincentium furor interrogationem præveniret. Et quia abſens erat Veſpaſianus, quaſi ad interregni vicem Domitianum publicis Mutianus præfecit negotiis,
B [2] ne quid ejus deeſſet rebus ſecundis. Nondum tamen Domitiano ſe penitus infuderat libido flagitiorum: rudis adhuc vitiis, & tiro criminibus ut poteſtatibus. Veſpaſianus hieme retentus, atque interclusto ventis mari, cum filio Alexandriam rediit: illic victoriæ nuntio plebiſque Romanæ comperto in ſe favore, profectionem maturandam conſtituit, ne quid abſente ſe novaretur: nec tamen incuratum Judææ bellum reliquit, quod filio, quaſi conſorti ſuorum operum ac ſucceſſori committendum putavit: ut neque Romanis ipſe deeſſet, neque Judæis Veſpaſianus, quem filius repræſentaret. Exſecutor igitur paterni electus triumphi, cum electa manu dirigitur Titus, pedes egreditur, Nicopolim
C petit. Abeſt ea civitas ab Alexandria viginti quatuor ſtadiis: inde militibus claſſi navium majorum impoſitis, Nilo decurrit uſque ad urbem [3] Thoni. Unde progreſſus habitavit in civitate cui nomen [4] Thamna. Secunda manſio viantibus civitas Heraclea, tertia Peluſium: duobus diebus ſtativorum gratia Peluſii tranſactis, per deſertum agens iter, pervenit uſque ad Caſii Jovis templum: ſuccedit ei Oſtracine manſio aqua locus indigens; tamen diligentia incolæ ſibi ſubſidium paraverant, ut inſtituerent ductus aquarum. Exceperunt [5] Rhinocoluri exercitum progredientem, non ſine grata refectione. Occurrit urbs [6] Raphæa, quæ civitas Syriæ principium eſt, ex Ægypto commeantibus. Ventum eſt
D Gazam, ea erat quinta civitas advenientibus. Inde in Aſcalonem, deinde [7] Jamniam ex qua tranſitum in Joppen, perventum in Cæſaream: ubi neceſſe erat paulliſper morari, congregare quoque militum manum, quæ adhuc in hibernis agebat, & jam hiemis aſperitas deficiebat.

1. *Quingenta millia*] *Quinquaginta millia*, rectius ex Joſepho. BARR.
2. *Ne quid ejus*] *Ne quis nævus*. ID.
3. *Thoni*] Ex Joſepho ſcribendum *Thmuin*. ID.
4. *Thamna*] Vet. codex *Tanis*, quod conſentit cum Joſepho. ID.
5. *Rhinocoluri*] *Rinochori*. ID.
6. *Raphæa*] Joſephus *Raphia*. ID.
7. *Jamniam*] Ita reſcripſimus. Editi perperam *Gamniam*.

S. AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

HISTORIÆ

DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ URBIS,

LIBER V.

CAPUT I.

ANno primo delati imperii Vespasiano, bellis asperis Judæa & seditionibus domesticis lacerabatur, nec per hiemem inducias malorum egerat, quando solent bellorum sæva requiescere: quin etiam tertius ei tyrannus Eleazarus accesserat, quasi emendaturus vitia superiorum; qui conjurantibus secum Juda, & Zenonis Simone, & Ezechia non ignobili juvene, quos plurimi alii comitabantur, & occupatis templi interioribus & circuitu omni, supra fores in vestibuli ipsius fronte, arma constituere. Joannes tamen conspirantium numero præstabat & factionis multitudine, sed loco inferior: quamvis nequaquam feriaretur, sed repugnaret superioribus, gravabatur tamen, quod supra verticem haberet hostes. Simon vero quem sibi tyrannum populus introduxerat, superiora urbis tenebat: inferiora quoque populo ipsius replebantur. Trino prœlio laborabat intra se civitas: nulla intermissio, nulla requies, nullæ induciæ: momentis omnibus dimicabatur. Multi ruebant, innumeri jugulabantur, manabat sanguis, fœdabat universa, ipsa replebat templi limina, passim ruebant cadavera: sagittis alii, alii missilibus feriebantur. Inter tres medius erat Joannes, inferior Eleazaro, superior Simone: quo superabatur ab Eleazaro, eo ipso superabat Simonem: medius enim inter utrumque eum locum tenebat, [1] ut quo plus gravaretur ab altero, & ipse plus noceret alteri, instructior tamen ceteris subsidiis machinarum, & genere telorum bellum æquabat: ita tamen, ut præter eos qui bellum moverent, plerique etiam sacerdotum interficerentur, atque inter ipsas quas mactaverant hostias, immolarentur: quamvis enim frequens super universos rueret telorum seges, & ubique ferverent prœlia; tamen sacerdotes sacrificandi ministerium solemniter obibant: nec feriabantur commisso sibi munere, & quo in interioribus erant templi, eo gravius perimebantur: quia tormento acti vehementiores ictus habebant. Plerique etiam qui de ultimo orbe precatum venerant, sperantes remedia salutis, quo magis templo inhæserant, eo majoribus periculis involvebantur. Cerneres externos cum civibus, sacerdotes simul & profanos jacere, graves cum turpibus, luxuriosos cum abstinentibus, confusoque omnium promiscue sanguine, & quasi profluvio decurrente, interiores ipsos stagnare secessus templi: in circuitu omnia cruore tumescere, ut plerique, dum invicem propugnatores partium petunt, lubrico offensi, [2] quassati furore, in sanguine demergerentur: nec sic tamen periculis territi abstinebant a prœlio tyrannorum satellites: & quo majus periculum, eo amplius desæviebat tempestas furoris. Si iis gravius incubuerat exitium, alii quasi ad victoriam vehementius invitabantur, ut turbatos deferrent. Et Eleazaro quidem vel Simoni cedendi potestas erat, ut quasi quibusdam vel horarum se repararent induciis: Joannes vero semper in procinctu, momentis omnibus in certamine: si superiores quieverant, urgebant inferiores ex parte Simonis: si hos perturbaverant, Eleazarus infestabat: nec ipse tamen illos quietos esse patiebatur: ubi alios depulerat, in alios prosiliebat, pervigil in certamine, & ipsa impiger crudelitate: ubi parcebant telis, ignes jaculabantur, qui comprehensis tectorum fastigiis depascebantur domos, quæ refertæ frugibus ceterisque subsidiis alimentorum, ad belli tolerantiam prolixioris, pariter exurebantur: majorique pabula incendio dabantur, ruebant ambusta materiarum, devolvebantur sublimium ædificiorum culmina. Ita sanguine, incendio, ruina, fame, totius urbis nervi succidebantur. Nullus locus periculo vacabat, nullum consilio tempus reperiebatur, nulla spes conversionis, nulla fugiendi copia erat. Mœsta omnia, plena horroris, plena immanitatis, ubique luctus, ubique pavor, ubique clamor mulierum, ejulatus senum, morientium gemitus, viventium desperatio, ut miserabiles eos diceres, qui remanserant; beatos qui obierant.


CAPUT II.

QUomodo decepta civitas populis tuis, quibus quondam videbaris beata? Quomodo expugnata es tuis armis, atque in te conversæ manus tuæ sunt, quæ solebas sine armis vincere, & sine ullo prœlio hostem ferire, cum pro te Angeli dimicarent, & militarent tibi fluctus maris, terræ hiatus, cæli fragores? Exsurge nunc Moses, & vide gentem tuam & hereditatem populi tibi crediti perire manibus suis. Aspice populum illum Dei, cui pervium gradienti mare patebat, cui esurienti escas cælum subministrabat, sine mari clausum, sine Pharaone obsessum, sine terrarum sterilitate jejunum. Exsurge Aaron, qui aliquando, cum propter offensam Dei omnipotentis mors plurimos populi depasceretur, stetisti inter viventes ac mortuos, & mors stetit, atque objectu corporis tui hæsit lues, nec transire potuit ad contagionem viventium. Suscitare & tu Jesu Nave, qui muros inexpugnabiles Hiericho sacerdotibus tuba canentibus complanasti; & vide populum cui exteros subjecisti, nunc eumdem subjectum opprimi. Suscitare David, exasperantem spiritum citharæ suavitate solitus excludere; & vide, quemadmodum dominetur furor, atque omnem suavitatem psalmorum tuorum ex perditorum sensibus obsoluerit, & unusquisque de principibus populum universum ad mortem offerat, ut libertatem extorqueat, pro quo te ipsum morti offerebas. Suscitare Elisæe, qui hostem introduxisti

1. *Ut quo*] *In quo*. BARR.

2. *Quassati*] *Quasi satiati*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



in Samariam, & amicum fecisti: per te in castris Syriæ quadrigarum increpuit fragor & vox equitum & vox virtutis: fugit hostis, evasit obsidionem Judæus. Ubi nunc ista merita, ubi nunc istæ operationes sanctorum? Nec mirum, si amiserunt prophetarum opera, qui negaverunt prophetarum arbitrum: ideoque in te Judæa arma vertuntur tua, & orationes tuæ nihil tibi prosunt, quia fides tua nihil operatur: ideo adversum te factus est populus tuus, quia in te conversa est perfidia tua. Quod remedium quæritur, ubi auctor remedii non reconciliatur? Quid putabas futurum, cum tuis manibus Salvatorem tuum crucifigeres? cum tuis manibus vitam tuam exstingueres? cum tuis vocibus advocatum tuum exterminares? tuis B infestationibus auxiliatorem tuum interficeres? Nisi ut in te quoque tuas injiceres manus. Habes quod petisti: eripuisti tibi præsulem pacis, petisti necari vitæ arbitrum, concedi tibi Barrabam, [a] *qui propter seditionem factam in civitate & homicidium, missus fuerat in carcerem.* Ideo salus abs te recessit, pax abiit, quies destitit, data est tibi seditio, datum excidium; agnosce tibi hodie Barrabam vivere, Jesum mortuum. Ideo in te regnat seditio, pax sepulta est, ut crudelius a tuis pereas, quam si ab alienis perires. Quid tantum tibi miserabilis civitas, Romanus suis armis, quantum populus tuus malorum invexit? Ut cum Romanis impugnares, tui fecerunt: pacem volebant Romani, tu bellum indixisti. Quid C caussæ erat, ut fortiores lacesseres? Durum sane, quod contra legem sacram templum gentilis intravit: sed jam non eras Dei templum, non eras Dei civitas, nec esse poteras, quia eras mortuorum sepulcrum, & præsertim tuorum quos ipsa occideras, non quos ab hoste amiseras. Quomodo enim vitæ esse domicilium poteras, quæ eras mortis habitaculum, diversorium scelerum, latronum spelæum? Jacuerunt in te Ananus & Jesus insepulti sacerdotum principes; & illi dudum sacerdotalibus amicti stolis, qui venerationi etiam exteris fuerant, deformi jacuerunt cadavere, escæ volatilium, & devoratio canum, membra laceri tota [1] dispersa urbe, ut deplorare veteris sanctitatis species videretur, D tantam sacri nominis contumeliam, & speciosi quondam muneris deformitatem: sed ipsa tibi hujus indignitatis exordium fecisti, quæ in medio sinu tuo occidebas prophetas, quæ lapidabas sanctos Domini. Ante templum jacuit Zacharias exanimis; jacuit inhumatus: hic ergo sanguis illum lavat. Quæ caussa autem mortis Anano, nisi quod increpavit populum tuum, quod non insurgeret pro templi defensione, quia expostulabat libertatem proditam, virtutem desertam, calcatas veterum sacrorum reliquias, commaculata altaria: relinquendum afferebat populum usu simulacrorum insensibilium & statuarum de marmore, nihil jam sentientem. [2] Multa enim animalia referre solent vel vindictæ vicissitu- E dinem, sentire injuriam, incitari aculeo, declinare verbera: qui ergo nec excitatur, nec declinare novit quod noceat, similis est non sentientibus. Et re vera ubi est libertas illa tua, cujus studio quondam non Ægyptiis, non Palæstinis, non Assyriis, postea non Medis cedendum æstimavisti? Ubi est illa Maccabæorum fides, quæ quondam in paucis fudit Babylonios, Persas fugavit, Demetrium perculit: ad postremum in parvulis & mulieribus Antiochi arma, gladios incendiaque superavit, & pro observatione

A [3] patriæ legis mori maluit, quam regis imperiis obtemperare? Ubi est illa devotio patrum pulcherrima passionum omnium, qua se non pro liberis, non pro conjugibus magis, quam pro templo Dei morti offerebant? Ante & virga [4] Aaron sacerdotalis floruit, recisa de silvestri radice: nunc & fides aret, & sepulta est pietas, & abiit omnis virtutis æmulatio. Nec mirum, si populus a Deo recessit, & improbum contradictionis spiritum sequitur, in se ipsum divisus est. Quomodo enim pacem suam tenere poterat, qui pacem Dei repudiavit? [b] *Pax Dei Christus est, qui fecit utraque unum.* Merito ergo ex uno populo plures adversus se facti sunt, quia noluerunt sequi divisi consociantem Jesum, sed secuti sunt conjuncti dividentem furoris spiritum. Solvebas igitur Hierusalem mercedem perfidiæ tuæ, cum ipsa tuis manibus destrueres munimina tua, cum tuis mucronibus foderes viscera tua: ita ut hostis misereretur, & tu occideres: ut ille parceret, & tu sævires. Videbas enim, quod Deus adversum te pugnaret, & Romanorum partibus fungeretur, ut ipsa tibi inferres voluntariam proditionem. Et ideo spectatores malebant esse Romani, quam percussores, ne [5] ferventibus tuis inter se visceribus, manum admovere contagionis magis quam fortitudinis æstimarentur. Ad hæc nefandæ cædis supplicia accedebat impiæ immanitas crudelitatis, ut sepulturam omnibus qui vel in templo necati fuerant vel circa urbis plateas, negarent: nec humare cuiquam vacabat, dum bello inter se occuparentur, feriendique magis quam humandi cura universos tenebat. Ita quodam furore occiderant pietatis officia, crudescebant impietatis ministeria, nihilque magis in tantis calamitatibus perierat, quam misericordia, quæ sola solet allevare miserias, solari ærumnas. Nam & hi qui amiserant suos, non audebant humare propter formidinem, cum gravis terror ingrueret a diversæ factionis principibus: & hi qui necaverant alienos, cavebant ne quis illos præriperet ad sepulturam. Itaque necesse erat omnes timere, ne quod alteri donare vellent, id sibi sumerent: vel quod pejus est, quem paraverant aliis usum sepulcri, eum ipsi non impetrarent. In templo igitur ipso pro unguentis bene olentibus, pro thymiamatis bene spirantibus, pro diversorum florum odoribus, gravis erat insepultorum cadaverum fœtor, quos pluvia dissolverat, quos flamma combusserat, quos sol calefecerat: omnes artus cæsorum civium diro odore fœtebant: hinc resolutorum putredo viscerum, inde exustorum nidor, sensus omnes atque ora complebant viventium, ut ipsi non multo post graviore morbo consumerentur, ac se superstites ingemiscerent, quo duriore pœna perirent: eoque servatos, ut viderent cum patria simul, solvi etiam leges naturæ, negari jus viventibus, pacem civibus, sepulturam defunctis, humana pariter atque divina maculari ac pollui, permixta omnia, criminosam esse misericordiam, religionis loco haberi crudelitatem. Castrum in templo, bellum in limine, fumus in altaribus: ea se spectare oculis, quæ prophetis denuntiantibus non credidissent futura. Nonne de ipsis dixerat David: [c] *Polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt morticina servorum tuorum escam volatilibus cæli: Effuderunt sanguinem eorum velut aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret?* Simul enim tunc & gentes venerunt in hereditatem Dei quæ auferrent

a Luc. XXIII. 19. 25. *b* Ephes. II. 14. *c* Psalm. LXXVIII. 1-3.

1. *Dispersa*] *Dispersi*. BARR.
2. *Multa*] *Muta*. ID.
3. *Patriæ legis*] Suppleta heic vox *legis*, quæ deest in editis.
4. *Aaron*] Deest hæc vox in ms. BARR.
5. *Ferventibus*] *Furentibus*. ID.

omnia, & templum pollutum est suorum funeribus, & insepulta jacuerunt cadavera interfectorum ad escam avium bestiarumque voracitatem: effusus sanguis, ut stagnaret in templo, deesset qui sepeliret: quia a viventibus in mortuos, a mortuis in eos qui adhuc viverent, furor transferebatur. Volebat aliquis defunctum humare? ipse exstinguebatur: & qui defunctum occiderat, in sepultorem transferebat iracundiam; ut illi sepulturam negaret, hunc exstinguebat: rursus qui sepultorem occiderat, majorem crudelitatem circa defunctum exercebat, ut jam nihil debentem odio, non sentientem supplicia, spoliaret supremo naturæ debito. Quid illis aliud accidere poterat, qui divina non recipiebant oracula? Irridebant prophetarum annuntiationes, fas omne B calcabant: non credebant futura, quæ ut fierent, ipsi acceleraverunt. Erat enim sermo vetus & frequens, tunc perituram urbem Hierosolymam, & sancta ejus exurenda, cum seditio belli legem incesseret, & domesticæ manus templum Dei contaminarent: sed ne hoc quidem intellexerunt. Quoties enim excisa domus Dei, quoties seditio, quoties obsidio, quoties bellum? & numquam illa urbs periit, nisi quando verum templum Dei domesticis manibus crucifixerunt. Et quod illud templum? Audiant: [a] *Solvite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud*. Quid enim aliud, nisi sacrilegium fuit, cum impias manus extenderent in auctorem salutis, cum lapidarent, cum verberarent, cum corriperent, C cum occiderent? Tunc vere sancta eorum absumsit ignis divinus: nam & exusta a Babyloniis, reparata postea: destructa a Pompejo, reformata iterum: sed penitus exusta, ubi Jesus venit, & Spiritus divini calore soluta evanuerunt. Oportuit uberiore quadam deploratione præire nos funus quoddam paternæ solemnitatis, & velut exsequias quasdam prosequi, ac solvere juxta majorum instituta: sed veniamus ad exordium obsidionis Hierusalem.

CAPUT III.

Reverterat in Judæam Titus, & paucis diebus interpositis, ut replerentur ordines militarium D numerorum de quibus lecta manus missa fuerat in Italiam, bellum adolebat festinans comitari patrem, ne in pericula solum dimitteret, adversus Vitelliana arma conflicturum. Movit itaque iter magno decore exercitus: solitudo ubique, & parato agmine suspectans insidias, quia virtute se superiorem videbat. Venit per Samariæ loca, suscepit eum [1] Gosna, quæ ad Romanos jam dudum concesserat: ventum in Aulanam, unde aberat Hierosolyma stadiis xxx. nihil amplius. Inde assumtis equitibus numero sexcentis perrexit equitatum ante urbem: exploratum quoque loci situm, munimentorum qualitatem, murorum altitudinem, studia plebis, quæ ferebatur latronum armis premi, E & factionum stipamine circumveniri: ut invita acquiesceret obsidioni, quominus voluntatem erga Romanos proderet, si libertas daretur. Speciose igitur cum paucis equitabat in aggere publico, qui ad muros urbis dirigebatur, nec quisquam est visus progredi. Verum ubi ad obeundum murorum circuitum flexit equum in latus, cum cetera [2] turba ducem sequeretur, erupere subito plerique de loco qui appellabatur contra Helenæ sepulcrum, & exsilientes occupaverunt iter, ut includerent majorem equitum partem quæ Titum sequebatur: ipse cum paucis prætererat consulto insidiantium, ut destitutus a ceteris facilius opprimeretur: quia neque ad suos regredi facile erat, propter instantem hostium multitudinem; neque progredi ulterius fossa aut vallum sinebant, ceteraque locorum impedimenta, quibus anceps periculum inferebatur.

CAPUT IV.

Videns itaque Titus in virtute [3] sua positum sibi remedium salutis, nec aliter nisi ferro iter aperiendum: jam enim alii reflexis equis discesserant, dum & ipsi imperatoris filium secuturum sperarent, convertit equum hortatusque clamore ceteros ut sequerentur, supra hostem irruit: impossibile hoc videretur, quomodo potuit evadere, nisi notum esset, in bello plurimum audaciam posse, quæ vel sola sibi murus est: deinde quia aliis pone sequentibus, vile vulgus sibi magis in periculo consulendum putabat, quam hostem persequendum: [4] at si qui manum extenderat, ut equum teneret, feriebatur. Denique duo tantum ex Titi sociis interfecti: cum reliquis imperatoris filius ad suos revertit. Neque sane dubitandum videtur, quod intecto capite, nudus cetera: utpote qui in excursu processerat, non ad bellum paratus, nec galeam nec loricam induerat, eo nihil exceperit vulneris, cum maxime in ipsum tela jacerentur, quod ad excidium urbis illius vir tantus reservaretur. Est, [b] *est* profecto *cor regis in manu Dei*. Itaque ne cresceret audacia Judæis eventu fraudis & doli, profectus ad urbem cum exercitu, post noctem redit; & de specula quadam unde civitas prospectaretur & templi magnitudo amplissima, demonstrat suis, cum qua urbe sibi bellum foret; impigros & cautiores esse oportere: quod innumerabilis sibi populus expugnandus foret, & fraudi paratus. Ordinat qui muris ordines appropinquarent: quos adhuc fessos nocturno itinere cognoverat, quasi succenturiatos eminus locat. Paullatim proceditur. Ubi ventum ad montem Oliveti, vallis sub ipso media inter eum atque urbem interjacebat, cui nomen Cedron: ubi constitutum exercitum de muris aspicientes (nam sex stadiis aberat) seditionis ad tempus studia deposuere, & externis hostibus advenientibus, domestico fœdere sequestrata civilium bellorum certamina. Plerumque enim etiam acerba odia metus comprimit. Denique cohortati se se invicem factionum viri, ut in unum conspirantibus studiis patriam defensarent, ne eorum discordia incruentam Romanis victoriam daret, freti numero hostem subito adoriendum putarunt, & improvisa eruptione primos turbavere. Sed ubi se Romani ipso usu veteri, & diversorum generum prœliis exercitati, confirmavere animis ordine suo [5] nexi, cædere incursantes cœperunt, scutis repellere, proturbare jactu telorum, haudquaquam tamen sine communi exitio. Et prope jam incubuerant Judæi, & nutabat acies Romana, nisi cognitis rebus advenisset Titus & occurrens adversariis, confirmans suos reparasset prœlium, & erexisset animos militum, increpans Romanas acies, confusæ multitudini, non sine maximæ ignaviæ probro victoriam cedere. Repulsisque Judæis, qui etiam valle divisos insectabantur, ad

a Joan. II. 19. b Prov. xxi. 1.

1. *Gosna*] Josephus, *Gophna*. Barr.
2. *Turba*] *Turma*. Id.
3. *Sua*] *Sola*. Id.
4. *At si qui*] *Ac si quis*. Id.
5. *Nexi*] *Nixi*. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

suos se victor recepit; securusque suffragii, quod loci superioris adversum inferiores, si tentarent congredi, subsidia dabat, ad aliam partem se Romanus exercitus convertit. [1] Discedente Cæsare infundunt se de muris Judæi, & ingenti agmine super hostem irruunt: ita ut innumeræ concursu multitudinis, milites fugerent, ac se se ad montium conferrent superiora: nudato latere, etiam ceteri qui prœlium mallent, fugere. Interea Cæsar in medio [2] populi situs, orantibus plerisque ne se periculis daret, atque exercitu disperso summam periculi solus subiret, cum dominus esset orbis terrarum (non enim ut ante, vice militis pugnaret, sed imperatoris, in cujus periculo pernicies esset universorum) non acquievit; sed militiæ decus præponens saluti, apud quem gloriosa mors vitæ opprobrio præponderaret, adversum pectus hostibus refert, territisque quos adversum ierat, in alios se se retorquet. Sola enim [3] spe sui & nimis notæ atque alacris fortitudinis gloria perturbabat hostem. Cedebant itaque quos accesserat, sed ex aliis partibus Judæi magis magisque infundebantur: ac pæne concluserant Titum, nisi quia plerique militum videntes in medio belli versari Cæsarem, conclamaverunt ceteris significantes, imperatoris filium periculis non relinquendum. Sic universos revocavit pudor atque armavit metus, ne deserti Cæsaris ignominia inurerentur. Conversique in Judæos, nisu omni ac virtute inconditam multitudinem in vallem urgebant, nec difficile fuit ascendentes relabi. Sic Titus fugientem numerum militarem bis revocavit a fuga, periculoque pariter exuit & opprobrio, virtute pari usus, & ad postremum pudore. Qui dum ignaviam declinat, virtutem invexit: primum ne Cæsar relinqueretur; post etiam, ut hostis repelleretur.

CAPUT V.

POst hæc ubi forense prœlium paullisper quievit, internum successit. Namque paschalis interventu celebritatis, subornatis plerisque Joannes, qui quasi observationis gratia templum adirent, & tamquam sociis data ingrediendi copia, dolum patravit. Ingressi enim specie civili, sed interius armati, rejectis exuviis gladios attollunt loricato pectore, & prœliari accincti munimine. Quo terrore perculsi, qui intra templum inermes celebrati vacabant, exsilierunt, templumque vacuum dereliquerunt. Eos illis secutis, & quos potuerunt comprehendere, jugulantibus, alios ultra templi circuitum persequentibus, irrumpendi Joanni sociisque ejus occasio data. Cæsi illic multi mortales; ita ut etiam qui non restiterant, affictis caussis aliquibus jugularentur: nec tranquillitas quietis proderat, nec silentium tacitis, nec cedentibus patientia. Comprehensisque interioribus templi, etiam Simonem inquietabat Joannes in secundarium locum, Eleazaro ceterisque principibus factionis tertiæ sibi subrogatis.

CAPUT VI.

TErtio quoque Titus progreditur in hostem, atque exercitum producit. Adveniensque offendit stipatam Judæorum ante urbem multitudinem, specie volentium se Romanis tradere, sed quasi reformidantium. Suspicatus dolum, & maxime, quoniam proxime conspiratos inter se & pertinaces viderat: non arbitratus credibile subito mutatos, admonuit milites fraudem cavendam, nec temere nisi secundum præceptum suum, conferto agmine muris appropinquandum: ne a tergo illi qui urbem egressi fuerant, circumfunderentur. Subito de civitate increpuit sonus, & quædam seditio dementer resultavit: aliorum egressionem voluntariam simulantium, aliorum etiam resistentium, quod illi aperiri sibi portas poscerent, hi clausas servari juberent: alii bellum, alii pacem optarent. Militum vulgus ad subveniendum his qui subveniri sibi de muris postulavissent, proripit se se: egrediuntur plerique præruptim, sine ordine, sine ullo modo tamquam occursuri advenientibus atque auxilium laturi, ut propiore remedio pluribus erumpendi confidentia tribueretur, vel resistentibus metus, aut inter reluctantes erumpendi sibi copia. Quibus a se tergo circumfundere cœperunt qui foris stabant, urgere circumventos: illi quasi ad murum confugere, nihil suspectantes ab his, qui pacem prætenderent. Inde quoque saxa, & tela [4] injici, & subito ficta pax in prœlium versa est. Unde conciti in hostes recurrunt, qui etsi circumvenire tentaverant progressus militum Romanorum; tamen metuebant & ipsi, ne ab omni exercitu circumvenirentur. Itaque dum universos cavent, hos plurimis licet vulneribus impressis, & ipsi majore ex parte saucii, prope de manibus amisere, quos jam captos putabant. Secuti tamen usque ad Helenæ sepulcrum, sicut moris est insultantibus clypeis concrepabant, illudentes Romanis quod eos jam secundo insidiis circumvenissent.

CAPUT VII.

CÆsar commotior regredientes misceri ceteris vetat, & concionem advocat, dicens: Magna cum sit virtus Romana, præstans universarum gentium populis; maxime tamen ea præcedit dispositionis ordine & præceptorum obedientia: ea est enim disciplinæ militaris custodia. Nec mirum si Judæi dolos intexant, fraudes struant: qui se judicent impares fortitudine. Sed ut inferiorum est niti insidiis, sic fortiorum cavere ne virtuti illudat dolus. Mirari itaque se, quod illi in desperatione sibi congruant: Romanis non conveniat in meliorum processu: eoque fieri, ut illis effectus fraudis in vado sit, nobis virtutis conatus in ambiguo. Quod si validior esset fortitudo hostium quam fraus, superari minus flagitiosum. A paribus enim aut fortioribus vinci opprobrio vacat. Cum vero nihil in nobis offendat, nisi sola pugnandi immoderatio, & [5] propria quædam manuum intemperantia, quid nequius potest esse, quam præsente Cæsare disciplinam repudiari militiæ? Multum arbitror ipsas ingemiscere militiæ leges, tantæ dissolutionis flagitio: multum imperatorem, cum hæc compererit, qui semper audiri se a milite suo, quam timeri ab hoste maluit. Obedientia enim militis effectum properat; metus hostium differt victoriam. Quid judicaturum de filio patrem putatis, cujus tam vile imperium sit apud exercitum? Pronuntiatur enim de duce, cujus præceptum dissolvitur: nec dubium quod sæpius vindicatum sit in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverint, quam in eos qui secundum imperium progressi, virtuti cesserint. Nam legibus egredienti ordinem præscripta mors est. Quid igitur futurum, ubi non unus, sed passim exercitus relinquit ordinem suum, & statutum ducis negligit? Cognoscite vos milites esse Romani imperii, ple-

1. *Discedente*] *Descendente*. BARR.
2. *Populi*] Al. deest vox ista. ID.
3. *Spe*] *Specie*. ID.
4. *Injici*] *Dejici*. ID.
5. *Propria*] *Propera*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



bis, senatus, apud quos sine præcepti auctoritate A vicisse crimen est. Hujusmodi oratione perterruit non solum præpositos militum, sed etiam universum exercitum. Nam cum ipsos principes ordinum acrius peteret, videbatur omnes vindicaturus. Circumfusi itaque omnes rogabant, ut paucorum culpa qui primi deftiterant, universis concederetur. Etsi non fuit properus ad delicti gratiam Cæsar, fuit tamen exorabilis ad indulgentiam. Concessit cum summo pondere dicens: donare se omnibus, satisque in universos vindicatum invectionis auctoritate, eo quod animadversio in singulos usque ad factum procedere debeat, in multitudinem verbo tenus, illam usque ad pœnam, istam usque ad correptionem. Sæpe enim bonis exercitibus præliares B lapsus futuræ [1] virtutis caussas dedidisse.

CAPUT VIII.

POst hæc Titus in hostem iram convertit, & considerans inter tot præcipitia, tot prærupta periculosam obsidionem: cum repentinis irruptionibus præventi, non haberent milites, quo referrent gradum, unde se in hostem proriperent, ubi machinas constituerent; jubet repleri ante urbem præcipitia: quæ cum fierent, nec sic quidem Judæi exsortes erant præsentium periculorum. Afflictabantur domestico prœlio, cum Romani in replendis præcipitiis occuparentur. Nec exigua manus partis C utriusque decem millia cum Simone erant, & quinquaginta eorum duces: Idumæi quoque ad quinque millia, Simonis partibus adstipulabantur, quibus præerat Jacobus & Simon junior. Joannes autem interioribus templi (ea fraude qua supra diximus) occupatis, sex millibus armatorum stipatus, bellum accendebat. Adjuncta sunt ei etiam duo millia, cum aliis quadringentis viris postea quam coire cœpere, studiis concinentibus ad urbis defensionem, Eleazaro & Simone Arim, quibus & ante utebantur, rectoribus. Quibus certantibus inter se, præda erat in medio populus eorum qui vicerant, & quasi præmium certaminis, huc atque illuc pro evento vario transferebatur. Paullisper inter se con- D venerant more induciarum, & ad primum Romanorum impetum expergefacti, in veterem morbum febris internæ ægris visceribus recidebant: ubi remissior erat exteriorum morborum accessio. Foris erat plerumque bellum, intus seditio, eo jam gravior, quia & ipsa seditio bello alebatur, & bellum alebat. Duo de potentia certabant: populus inter utrumque, non de servitute anxius erat, sed ne ad dominum deteriorem perveniret.

CAPUT IX.

URbem Hierosolymam Chananæorum quidam potens condidit, qui patrio sermone vocaretur E Rex justus, quam primo Solymam nuncupavit: postea templum addidit, unde Hierosolyma dicta civitas est. Ea a principio suos incolas habuit de gente Chananæorum. David primus vir Hebræus Chananæos expulit, constituit suos, qui in ea domum sibi regiam fecit. Voluit & templum Deo condere; sed prohibitus oraculo, Salomonem heredem reliquit, qui templum quod ipse voluerat, ædificaret. Salomon itaque templum fundavit: reliqui quoque reges ad ornatum urbis addidere plurima. Invidia ex magnificentia orta: inter omnia tamen opera templum præcellebat amplissimo opere, & fulgenti marmore: in quo erat [2] deambulatorium, peripetasma pretiosum & maximum, cocco & hyacintho byssoque intextum & purpura. Non otiosa materia tantæ diversitatis, sed cujus species [3] materiam rerum latentium significaret: eo quod ejus esset templum, qui cælo & aeri, terræ & mari, quasi creator elementorum dominaretur, atque omnia solus regeret & gubernaret. Cocco enim igneum cælorum figuratur, hyacintho aer, bysso terra, quod in ea nascitur: purpura mare, quæ conchyliis maritimis inficitur, ut duo ex colore, duo ex generatione colligas. Denique princeps sacerdotum hæc quatuor indumento suo exprimere consueverat, quando maxima celebritas erat festorum dierum, quasi totum mundum indueret, pro populo supplicaturus, in ejus figuram qui venturus erat princeps sacerdotum JESUS, qui tolleret peccatum mundi. Femora princeps sacerdotum linteo interius operimento tegebat, eo quod præ ceteris in sacerdote fides mentis quæritur, & corporis castimonia quæ succingere debeat carnis intemperantiam. Duo erant tabernacula sacra, unum interius, alterum exterius: in hoc semper introibant sacerdotes: in illud interius quod secundum appellabatur, semel introibat tantummodo princeps sacerdotum, non sine sanguine, quem offerret pro se & pro populi delicto. Hoc significante Spiritu sancto, venturum JESUM, qui vere solus intraret interiora divinorum penetralia sacramentorum, & arcana substantiæ cælestis qui nosset omnia. Solus quoque Patri sanguine suo totum mundum reconciliaret, ut & cælestium & terrestrium misereretur. Denique postea quam venit, [a] *pacificavit omnia per sanguinem crucis suæ, quæ vel in cælo vel in terra sunt*. Intus thymiamaterium, intus mensa, intus lucerna: Thymiamaterium, quod ita ad Deum Patrem [b] *sicut incensum dirigatur* maximi sacerdotis *oratio*: Mensa, quod in ea passio Christi sit, & mysteria sacramentorum, unde & David dicit: [c] *Parasti in conspectu meo mensam*: cujus vel ut duodecim panes, duodecim Apostoli sint testes passionis ejus ac resurrectionis ejus. Lucerna quæ supra candelabrum ponitur, ante sub modio erat, id est, sub legis mensura; nunc est sub gratiæ plenitudine, heptamycho frequens lumen effundens, eo quod Spiritus sanctus septem maximarum gratiarum virtutibus Dei templum [4] illuminaret. Trinitatis igitur cognitio in interioribus erat templi, quæ dicebantur Sancta sanctorum, ubi reposita quondam virga Aaron floruit, quod sacerdotalis gratia in Christo amplius esset operatura post mortem, qua mundum redemit. Ante templum erant quatuordecim gradus, per quos Ezechiæ regis tempore umbra ascenderat, significans ei vitæ finem futurum. Sed oraculo monitus, oravit, & meruit mortis dilationem hoc indicio, quod iisdem gradibus sol refunderetur, qui significaret tot numero annorum commeatum ei vitæ refusum.

CAPUT X.

CUm igitur munita esset undique civitas plurimorum regum operibus, & maxime Herodis, qui castrum cui nomen Antoniæ ad summi operis magnificentiam communivit, & amplissimo ornavit decore, circumibat Cæsar requirens, qua ex parte

a Coloss. I. 20. *b* Psalm. CXL. 2. *c* Psalm. XXII. 5.

1. *Virtutis*] *Virtuti*. BARR.
2. *Deambulatorium*] Deest hæc vox in ms. ID.
3. *Materiam*] *Mysterium*. ID.
4. *Illuminaret*] *Illuminet*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



ſe poſſet facilius urbi infundere, inſpectoque per totum circuitum muri ambitu, æſtimavit in finitimo tumuli quo ſepultus jacebat princeps ſacerdotum Joannes, adoriendam obſidionem. Cui diligentius exploranti, adhærens unus ex amicis Nicanor ſtudioſius intendens muneri, ſagitta percuſſus cadit. Propius quippe acceſſerat, dum putat aliquem profectum fore pacis futuræ, ſi ſibi conferendi ſermonis daretur copia, qui potens ac validus ad tentandos audientium animos æſtimabatur. Commotus Cæſar, quod ei qui ſalutaria commoneret, improviſo vulnere mortem irrogaviſſent, in prœlium cogit agmina, bellumque accenditur jactu telorum diverſo, miſſilibuſque maxime: admoventur arietes, queis feriuntur valida murorum. Quo perturbati omnes qui ante de dominationis inter ſe ſtudio certabant, in concordiam coeunt, dataque impunitate ſuperiorum, unum corpus fecere, & conſpirati cogente periculo, urbem tuentur. Progreſſi quoque tumulos, ignem ſuper machinas jaculabantur, ut deſtruerent aggeres, exurerent vineas, arietes incenderent: ac pæne omnia machinarum genera exuſſerant, niſi electi plerique militum & ſociorum, maxime ex partibus Alexandrinæ urbis, ſtrenue repugnaviſſent. Quibus tamen valide reſiſtentibus, addidit Cæſar adjumentum equitum potentiorum. Ipſe quoque acriter pugnans ſternit duodecim adverſi agminis propugnatores. Ita vis multitudinis reliquæ exitium declinans in urbem revertit, & ab incendio Romana opera defenſa. Cecidit eo prœlio Joannes ductor Idumæorum: dum ante muros, cognito ſibi Romano militi ſermonem conferit, ictus terga ſagittæ vulnere, continuo labitur. Arabum ferunt peritiſſimum de jaculatoribus ejus obitus auctorem: gravique mærore affectos Idumæos, quod virum & manu promtum amiſerant, & bonum conſilio.

CAPUT XI.

SEquenti nocte accidit ut tres turres quas Titus attolli juſſerat ſupra aggerem, quo Judæos vel ex æquo vel ex ſuperiore ſpiculis figeret; ſubito nulla vi hoſtium ruerent. Quo ſonitu Romanorum exercitus omnis turbatur, ea opinione quod ab hoſte deſtructos aggeres, ſucciſas turres arbitrarentur, quæ ruentes ingentem late ſtragem dediſſent. Ac pæne admiſſum erat facinus miſerabile ut victores incertis per noctem hoſtibus fuga cederent, niſi quod tenebræ ruinaque ipſa, excito pulvere proſpectum adimerent, ut quo fugerent incertum haberent: Quærebat unuſquiſque de proximo quid accidiſſet, nec cognoſcere veri poterat fidem, quia ſimiliter ab omnibus ejuſmodi caſus ignorabatur, donec Cæſar rebus compertis, inſinuare præciperet id quod acciderat, caſus repentini, non ullius hoſtilis fuiſſe irruptionis. Sic ſedatus pavor, expugnandæ urbis ſubſidium omne in viribus locatum. Nam cum altiſſima murorum eſſent, & pleraque ferro aut ære operta, atque ipſa altitudine hoſtes a jaculis defenderentur, Romani admovere arietum machinas, quorum ictu frequenti muri [1] valida laxabantur: inniti levioribus ſpiculis cœpere & ſagittis, ut propugnantes averterent, impedimenta prohibentium detorquerent. Sic paullatim quatientibus murus cedebat: unde majorem ipſum arietem, exciſorem urbium Judæi appellaverunt. Soluta itaque murorum parte, dereliquere Judæi muri ipſius propugnacula, ſecuri, quod duos alios muros interiores haberent, & conceſſere ad murum ſecundum. Illis fugientibus, Romani ingredientes per cava muri, portas

A aperuere: ſic intromiſſus omnis exercitus, pene diruit murum exteriorem, ne bellantibus eſſet impedimento: aut ſi res adverſæ forent, clauſtrum refugientibus.

CAPUT XII.

DIviſerunt ſibi loca Joannes & Simon conjurati circa murum ſecundum. Joannes cum ſuis in caſtro cui nomen Antonia, prœliabatur: ei propinqua erat porticus templi, quæ vergebat ad partem ſeptemtrionis. Nam & ipſe locus (in quo caſtrum poſtea Antonii vocabulo conditum) inter duas jacens porticus ſeptemtrionalis, hoc eſt, Brios

B nuncupabatur; Simon vero ad Joannis ſepulcrum vicem tuendæ urbis ſuſceperat: his pro ſalute, Romanis pro victoria certamen erat. Quibus etſi virtus potentior ad congrediendum, locus tamen inferior ad obſidionem: cum eos de muro gravaret prœlium, temeritas Judæis inſolentior, fortitudo Romanis acrior erat: imminebant partibus duces; eoque major oriebatur contentio, dum quiſque ſuis ductoribus pericula ſua geſtit probare. Simon ſuos urgebat terrore & formidine: Romanos Titus pudore ſui quam maxime conveniebat, quod morte gravius arbitrantur, non exhibere pericula ſua Cæſari, cum ipſe toties

C pro exercitu periculis offerre ſe non dubitaviſſet. Armabat eos vincendi conſuetudo, & cedendi ignorantia: præcipueque præſens uniuſcujuſque virtutis arbiter Titus, a quo non remuneratio fortitudinis exſpectabatur, ſed ſupra omnia, fructus ampliſſimi erat præmii, illo ſpectante quidquam ſtrenue geſſiſſe, quod ei non diſpliceret. Eo incentivo Longinus equeſtris militiæ vir excitus, adverſas pro muris videns Judæorum catervas, tamquam indignatus quod Romanos bello laceſſerent, & ex æquo prodire auderent, deſiluit equo, atque in medios ſe injecit hoſtes. Et unum [2] more ipſo parantem occurrere, telo percuſſit, ſimulque ejus vocem & animam rapit. Alteri ereptum de corpore proſtrato

D telum infigit, & ad ſuos victor ſe ſe recepit. De præeminentibus loquimur: ceterum multi imitatores utraque ex parte, ſed diverſo genere: Judæis deſperatio audaciam dabat, Romanis gloriæ cupiditas virtutem addebat. Par tamen imparibus animis mortis contemtus: Judæis ſolatium putabatur, cum hoſte commori. Titus feſtinabat conficere bellum, ſed ſine ſuorum diſpendio, qui etiam ipſos hoſtes ſervare ſi poſſet, quam perdere malebat. Nec aliud monebat militem, niſi conſulto bellandum: eam ſolam eſſe veram virtutem, cui ſit comes providentia: nam ſine conſilio fortitudinem temeritatem videri, nec uſquam magis cavendum quam in victoria. Perire enim cum inferiore ſuperiorem, vi-

E cti triumphus eſt. Conſulendum itaque ne videatur eventus fuiſſe, quod vicerit; ignaviæ, quod conſortium periculi non evaſerit. Jubet itaque arietem admoveri ad medium muri ſeptemtrionalis.

CAPUT XIII.

ERat ibi Caſtor callidus & ad fraudem paratus, qui fugatis ceteris per jacula ſagittariorum, cum aliis [3] novæ fraudis ſociis prætendebat. Is ubi appulſu arietis turrim everti, murum labere, ac facile ruiturum, ſi tormenti ictus repeteretur, animadvertit, manus tendens rogabat Cæſarem voce miſerabili, ut perituræ urbi jam parceret, nec ſupremo excidio labefactandam putaret. Cæſar æſtimavit quod ſedulo veniam deprecaretur: manus daturus

1. *Valida*] *Valide*. BARR. 2. *More*] *In ore*. ID. 3. *Novæ*] *Novem*. Joſephus *decem*. ID.

ut deditio præcederet, jubet tormentorum ictus cessare, jaculatores temperare a prœlio. Castori dat loquendi copiam. Ille descensum simulare, dein quasi suadere suis: alii velle, alii reniti, subitoque velut indignantes qui cogerentur, supra loricam se percutientes cecidere. Miraculum ingens, cum fraus lateret, sic tempus [1] duxere. Inter quæ unus e militibus Romanis jaculo sagittæ narem Castoris percussit. Ille deplorare & conqueri apud Cæsarem, poscere ut juberet aliquem sibi dextram dare, ita se perfugio usurum. Cæsar Josepho mandat negotium: verum ille qui caveret Judæorum insidias, nihil sincerum in eo intelligere se respondit. Æneas tamen propius murum successit, & ut advenientem susciperet, occurrit. Cui Castor vociferans, ut sinum aperiret, aurum exciperet, saxum dimisit. Ille oculis vigilantibus lapidem prævidit, celerique corporis saltu lapsum evadit: alium tamen prope adstantem saxi involvit immanis ruina. Hoc Cæsar intuens acrius incubuit ad murorum dejectionem, præcipiens majore vi tormentorum impelli. Contra ad exurendas machinas ignes jaciebantur. Sed ubi murus solutus est, Castor cum suis quasi in ignem se dejecit, dolo prætexens animi magnitudinem in contemtu mortis, cum dolo turpi vitæ effugia captaret.

CAPUT XIV.


Unus jam murus, hoc est tertius supererat, subversis duobus: adhuc tamen Cæsar reservabat patientiam, qui adverterat jam sibi perire, quidquid periisset. Dum parcit, & provocat ad deditionem non exspectato agmine, cum paucis irruens supra murum secundum, congregata manu Judæi in angustiis plurimos sauciaverunt: plerique etiam utrimque mortui. Tunc Cæsar eminus sagittis figebat resistentes: inter confertos jacula nusquam eludebantur, nullus ictus sine vulnere. Sic removere se se Judæi cœpere: & Titus suos recepit. Et fames jam urbem graviter incesserat. Judæi tamen pro victoribus, quia se intra secundum murum receperant, quasi expulsis Romanis gloriabantur: sed neque lapsa reparare, nec lapsura defensare poterant. Restiterunt tamen aliquantulum. Pugnatum triduo ad murum secundum. Quarto die virtutem Romanam non sustinentes, refugere intra tertium murum. Cæsar ab irruptione interim temperari jubet, subverti tamen præcepit secundum murum. Et quia superaret maxima belli portio, statuit ut miles sibi conveheret alimenta, ne victores inopia urgeret, afficeret indigentia. Quatuor diebus sibi miles frumenta convexit: simulque idoneum visum est tempus quod Judæi, si sibi consulerent, converterentur. Et populus quidem malebat, sed principes seditionis reputantes quæ in plebem gravibus flagitiis perpetraverunt; dum nullum veniæ locum [2] sperarent, perire cum omnibus levius arbitrabantur, quam si soli auctores perirent. Quinto itaque die, quia nihil a Judæis pacificum deferebatur, gemino agmine Cæsar mœnia aggreditur: & duos aggeres attolli imperat, unum contra Antoniam, alterum contra murum qui erat contra Joannis sepulcrum. Eo enim superioris urbis excidia [3] petebat: illo autem altero, si castrum expugnavisset, etiam templo facile potiretur. Quod nisi in suam potestatem deduceret, etiam urbem tenere non poterat sine periculo. Diviserat Titus exercitum in duos ordines. E diverso quoque distribuerant sibi Joannes & Simon officia defensionis. Antoniam defensabat Joannes, Simon cum armatis suis & populo Idumæorum ad sepulcrum Joannis speculabatur; atque omnes obsidentium conatus de superiori loco, quibus poterat generibus eludebat. Et jam exercitatiores erant, malis edocti occurrere machinis obsidionis; pluraque genera sibi tormentorum & ipsi adsciverant, quibus Romanorum opera destruerent, cœpta impedirent. Quorum Cæsar advertens præcipitem pertinaciam, admiscere operibus sermonem voluit, ne forte desperatione veniæ pervicacius obniterentur, ac spe promissorum possent desistere. Suadere itaque cœpit, ne se captæ urbis excidiis involverent, permitterentque eam suæ potestati, quæ armis jam teneretur, & circumvallata obsidione premeretur ad excidium supremum, cedentibus se veniam daturum: si modo vel sibi vel patriæ consulerent, ne tota civitas dirueretur. Mandat quoque Josepho, ut ipse patrio sermone cives alloqueretur, [4] ut forte contribules suos vel ipse inflecteret, ut furori proprio renuntiarent. Qui licet effusa Judæorum in se odia novisset, tamen quantum a jactu sagittæ longius poterat, remotus a muris, ita vero ut posset audiri profutura civibus noto sibi alloquio prosequebatur.

CAPUT XV.

Fuerat, Hebræi, humani ingenii contendere pertinaciter ante quam res ad supremum veniret, dum putatis vos loco & notæ regionis subsidiis fore superiores: licet convenerit Romanos, bello insuperabiles, armis non provocari, a quibus sæpe victi sunt, qui vos vicerant: sed tamen habet hunc lapsum improvida mens hominum in rebus secundis, simul quia plerumque belli dubius eventus: & ideo se unusquisque [5] forti committit virtute inferior. Postremo de muris superatis, non putatis etiam usque ad templi progrediendum eversionem. Parcite aris, parcite altaribus, parcite domicilio quondam cælesti. Jam enim vos & Deus ipse deseruit, quia vos pietatis cultum deseruistis. In medio templi bellum pertulimus, circumfusi ignes templum oberrant: sed non quales solebant, circumsistunt armati. Adhuc tamen puras a sacrilegio manus habentes, volunt Romani parcere, nec sacros contaminare postes, nec veteres abolere ritus, si vos sinatis: quid exspectatur ulterius? duo muri eversi, tertius superest, & ipse infirmior lapsis duobus. An præsidium speratur divinum, atque auxilium de penetralibus? Sed qui nos defendebat, ad hostem migravit: quoniam quem nos colebamus, Romani venerantur, nos offendimus. Quis autem ignorat cum illis esse Deum, qui sibi omnia subjecerunt, nisi quæ nimio æstu aut gelu invia sunt? Et ideo extra Romanum imperium, [6] qui eadem extra usum humanum diversis populis Deum per vices dedisse potentiam: Primo Ægyptiis, post Judæis, Assyriis quoque & Persis auxiliatorem fuisse nullus negat: postea conversum ad Romanos, cum his perseverare: denique cessisse illis universa regna, omnem terram in possessionem datam. Quid vobis cum victoribus universæ terræ, quibus secreta oceani, & extrema Indiæ parent? Quid attexam Britannias, interfuso mari a toto orbe divisas, & a Romanis in orbem terrarum redactas? Tremit hos Scotia, quæ terris nihil debet: tremit Saxonia inaccessa pa-

1. *Duxere*] *Ducere*. Barr.
2. *Sperarent*] *Sperant*. Id.
3. *Petebat*] *Patebant*. Id.
4. *Ut forte*] *Si forte*. Id.
5. *Forti*] *Sorti*. Id.
6. *Qui eadem* cet.] *Quia adversis populis Deus per vices potentiam dedit*. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



ludibus, & inviis fepta regionibus. Quæ licet belli curam videatur augere, & ipfa frequenter captiva Romanis acceffit triumphis: validiffimum genus hominum perhibetur, præftans ceteris: piraticis tamen myoparonibus non viribus nititur, fugæ potius quam bello parata. Sed refertis, mori præftare, quam libertatem amittere. Quando vobis ifta Judæi fucceffit fententia? aut quando apud Hebræos utilis fuit fervitus, libertati inutili non prælata? Jacob ipfe patriarcha in Ægyptum deduxit Hebræos ne perirent fame. Defcenderunt patriarchæ, fimul duodecim filii ejus, præclara illa generis noftri exordia. Ibi Judas ille nobilis Judæorum profapia, qui nomen populo dedit. Ibi Jofeph curru fublimis & equis, fubjicere fe in poteftatem maluit, ut aleret fuos, quam ad originis propriæ libertatem redire. Ibi Beniamin pia fraude germani retentus, confenfit dolo: quia non erat crimen fervire potentioribus. Ibi hereditas eorum, cum vocaretur a Mofe, tamen hærere defiderabat. Sic patribus veftris etiam dura fervitus non difplicebat, ut periculis anteferretur. Serviftis ergo Ægyptiis, atque utinam femel! Sed non folum tunc ferviftis, quando cæleftis efcæ pluviis alimoniam fervitutis extremæ præferebatis: fed etiam poftea victi atque captivi defcendiftis in Ægyptum, cum Affyrios refugeretis. Serviftis etiam Affyriis per multa annorum curricula, & dulcis illa fervitus erat. Serviftis Macedonibus, Perfis, [1] Seleucenfibus, Palæftinis: folos Romanos vobis graves putatis, quibus & illi ferviunt, quibus vos ferviebatis? Utrum igitur odium his debetis an gratiam, qui vos dominis veftris pares fecerunt? Ultionem veftri hanc, non contumeliam puto; quia vos de his vindicaverunt, quibus fubjecti eratis. Servitio premitur Affyrius, qui Afiæ toti imperitabat. Arat Ægyptius Romanis, ferit de fuo quod [2] ille metat. Macedonia quæ ufque ad Indos devicta Perfide imperium diffuderat, agnofcit dominos quos ignorabat, & fruftra fe regibus fuis Æacidarum nomen impofuiffe reminifcitur. Certe non alias ceffiffe, nifi ad Romanorum triumphum, quibus & ipfe Pyrrhus Achilleæ fobolis, & profapiam & vocabulum præferens, victus armis, ita fe promerendæ pacis ftudio fubjecit, ut veniam rogaret. Nam de Palæftinis quid loquar, quos unius præfidis poteftas coercet? Ingrati, numquid non veftra nobilitas eft cum Perfis fervire? hoc eft enim fervire vobifcum reges, regnumque maximum habere focium fubjectionis. Sed quæro, quando fueritis liberi, qui nunc fervitutem recufatis? Quando ergo liberi fuiftis? vel cum aliis dominaremini, qui fub rege eratis? Habebatis regem Deum, repudiaftis regnum ipfius, fub quo folo eratis liberi, voluiftis fervire hominibus. Cur patrum revellitis teftamenta? hereditas & in patres contumax. Elegiftis regem cui nomen Saul. Occifo illo, Palæftinus vobis populus imperitavit: fucceffit poft tempora David in totius populi regnum, mitior quidem domino, fed dominus tamen, prius quam requiefceret David, genti tamen & ipfe regem impofuit. A Salomone rurfus fciffum in duo regnum, & divifa per longam feriem dominationis hereditas. Ut transfiliam captivitates, Cyrus plerofque terris fuis Judæos & facris fuis reddidit. Sed patres veftri cum Perfarum prœliis gravibus attererentur, quamvis nobiles Maccabæorum triumphis, elegerunt fibi Romanam focie-

A tatem. Tenet [3] fcriptura divina multarum pacta legationum. Facti eftis Romanorum amici, qui Perfarum fervi fuiftis. Sed rurfus maluiftis regem habere, quam [4] facerdotum principem, cui populus obtemperaret, cum fævitia veftrorum regum effet intolerabilis: defuncto Herode, pulfo Archelao, fub Cæfare effe Romano poftulaviftis. Tradidiftis vos Cæfari cui ferviftis omnes ad mutandum in melius fervitium. In communi enim conditione univerforum fervire, quædam libertas eft: quoniam dignitate dominantium honeftantur obfequia fervorum: Quamquam Romani fervitutem non exigant auctores libertatis, quia non folum immitem regem necarunt, fed etiam fuperbum non paffi funt; & id- B eo auguftum apud eos nomen eft imperii, quod augeat fuos, non quod alienos opprimat. Sed efto, fit utile vobis, non obedire imperio Romano: videamus fi liberum, fi non exitiale. Urgent vos Romanæ acies, urgent patriæ ruinæ, urget templi excidium; non quod utile fit, fed quod poffibile, perpendite. Non enim votorum fpecies, fed poffibilitatis ratio penfanda. Lex nempe naturæ eadem omnibus hominibus, volatilibus, feris, beftiis infufa, ut unufquifque cedat potentiori: taurus, leoni: cervus, urfo: leopardo, caprea: aquilæ, accipiter: accipitri, columba: ipfi tauro, juvenci inferiores: arieti, ovium greges: hirco, caper: ne diverfi generis effe videatur aliqua diftantia, vos potentioribus. C Romani tamen neminem expellunt, vos expuliftis: immo illi agunt, ne quis etiam victus de terris fuis exeat: Antiocho partem regni fervaverunt. Et nunc Cæfar quid aliud laborat nifi ut terra veftra non deferatur, regio veftra non evacuetur, civitas non evertatur, templum non concremetur? Non omnibus victoria datur. Paucis præeffe natura dedit, pluribus obtemperare. Tauri armentis eminent, arietes gregibus. Penes paucos eminentia, penes plurimos manfuetudo. Et vos induite manfuetudinem, fufcipite fubjectionem, quam etiam feræ induunt. Hæc cum diceret Jofephus, conviciabantur de muro. Maledicebant utilia fuadenti. Plerique etiam jaculabantur fagittas, fi poffent eum morte affligere. D At ille, qui oratione non flectebat indomitos, fcripturarum quoque teftimoniis conveniendos arbitrabatur: maxime quia dicebant Deum templi fui præfidio non defuturum.

CAPUT XVI.

Temerarii, nunccine demum vobis divinum auxilium affuturum fperatis, quando permifcuiftis omnia bello, altaria violaftis, diruiftis totius urbis munimenta? Temerarii inquam, & veftrorum immemores auxiliorum, fcuta & gladios paraftis, & hoc adverfum Romanos. Non talibus armis vincere folebatis. Quando enim in hafta & gladio fuit E Hebræorum victoria? Recordamini unde orti, & a quibus fitis profecti, quomodo patres veftri hoftes fuos vicerint. Temerarii, quem vobis adjutorem eripuiftis, dum aliena fubfidia depofcitis? Non in multitudine populi, fed in timore Dei [5] pater Abraham penetravit Ægyptum; & cum abductæ conjugis captivam videret pudicitiam, bello tamen abftinuit, affumfit piæ orationis arma, defenforem adhibuit, qui dormiente eo vinceret, & expugnato hofte intaminatam fibi conjugem repræfentaret. Re-

1. *Seleucenfibus*] Hoc eft, Seleucidis. At heic dubitari poteft, utrum uno fpiritu *Perfis Seleucenfibus* legendum fit, tamquam fi prior vox genus fummum, altera τὸ διαιρετικόν feu differentiam contineat; an vero eæ voces diftinctione media fint fecernendæ. MAZOCH. l. c. pag. 788.


2. *Ille*] *Illis*. BARR.

3. *Scriptura div.*] Vides ut Maccabaicos libros, in quibus ea fœdera exponuntur, Nofter appellet *Scripturam divinam*. Sic & fuperius in hujufce operis prologo Maccabaicos libros θεοπνεύστους. MAZOCH. l. c. pagg. 788. 852.

4. *Sacerdotum*] *Sacerdotem*. BARR.

5. *Pater*] Codex vet. *presbyter*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



dit Sara fine armis, referens viro triumphalem victoriam. Dormiebat Abraham, & torquebatur Pharao. Metuebat Sara, & Pharao crimen negabat. Ejiciebat alienam, & damnato crimine honorabat castimoniam, quam spoliare desideraverat. Additur aurum & argentum ad Saræ pudorem, ut condemnaret voluntatem facinoris expertem. Rogabat patrem Abraham, ut pro sua ad Dominum familia deprecaretur. Erat enim infecunda domus ejus. Remeat Sara ditior salvo pudore: revertit Abraham sanctior, qui conjugalis pudicitiæ remunerationem sterilitatis remedio compensavisset. Quid de filio ejus Isaac loquar? Is quoque patrio fretus munimine, adversus finitimi potentis insolentiam, non armatas produxit acies: & certe habebat CCCXVIII. vernaculorum validam manum, quæ reges quinque bello superaverat, spoliis exuerat, captivum Lot Abrahæ patruo restituerat. Non gladium vagina exuit, sed solam adversum invidentes patientiam induit, simplicitatem retulit: venerunt rogantes, qui exterminandum denuntiaverant: poposcerunt amicitiam, qui finitimum non ferebant. Contremisco tanta patrum recensere mirabilia: Jacob sanctus, Esau fratre parricidium minitante patriam reliquit, parentes deseruit, solius secum orationis ferens viaticum; meritoque in peregrinis locis cum fratris metueret insidias, & hominum comitatu atque auxilio egeret, invenit Angelorum [1] consilium: perductus (ut ait) ad castra Dei, colluctatus est Domino: & sicut dicit scriptura [a]: Prævaluit Deo, qui imparem se hominibus arbitrabatur. Quid aliud Moses adversum regem Ægyptiorum exercitumque & dracones ejus, nisi solam virgam levavit? O potens virga, quæ cælum tenebris obduxerit, terram imbribus inundaverit, siccaverit maris fluctus! Cinxerant Hebræos Ægyptii, orabat Moses & non dimicabat: divisum est mare, & populus intravit, sequebatur Pharao. Moses inter fluctus positus orabat: demersus est cum suis Pharao, cantabat Moses [b]. Quis hæc & talia considerans non admiretur, & non intelligat in oratione nobis meliora esse arma quam in virtute? Illa enim sibi divinum auxilium adhibet, hæc corporis. Didicit hæc arma quæ non carnalia sunt, sed fortia Deo Mosis discipulus atque idem successor Jesus Nave, qui imitator & suppar magistri, Jordanis aquas convertit retrorsum: idemque cum inexpugnabiles Hiericho urbis muros videret, sacerdotes tuba canere jussit, jubilare populum: quo facto repente cecidere muri atque exusta civitas est, & omnes necati sunt, nisi quos Rahabbonæ meretricis fides a memoratæ urbis excidio defendit. Gedeon quoque trecentos viros ad bellum elegit, eosdemque non arma præferre, sed mysteria præcepit: In manu læva hydrias aqua plenas tenere, in dextera faces: qua specie perculsi hostes fugere illico, atque ad Hebræos victoria pervenit. Intermissa erat sacræ cura religionis Heli sacerdotis negligentia, divina imperia [2] deferebantur: irrogatum ab allophylis prœlium, victi Hebræi, capta etiam arca Dei est, & sine armis reddita illis: quo indicio claruit, quod & sine religione arma non vincant, & religionem sine armis vincere. Ezechias rex, infuso Assyriorum populo genti Judææ, cum voce Rabsacis imperio Sennacherib regis, quæ in Deum jacerentur convi-

A cia, quæ populo, quam suprema exitia denuntiarentur, satis comperisset: insinuantibus, non verba verbis, nec arma armis referenda credidit: sed exsurgens, cilicio se ut scuto induit: pro galea cinere caput texit: pro jaculis orationem intorsit. Adscendit oratio, descendit Angelus, cæsa per noctem Assyriorum CLXXXV. millia cadavera numeravimus; percussorem non vidimus. Prætereiram de quinque regibus, quos inconsulto Domino bellum adorsos, per desertum meantes, aquæ inopia vehementer affligare cœperat, ipsosque & equos eorum sitis vexare. Necessitas prætermissum officium reparari coegit. Erat enim rex Israel negligens circa Dei cultum: admonitus tamen ab aliis, ut Domi-
B ni prophetam requireret: cognovit Elisæum, ab iisdem in quibus degerent locis, non longe abesse: misere oratum auxilium orationis, & remedia necessitati. Licet offensus erat regi Israel, quia perfidus non credebat, promisit tamen & ubertatem aquarum, & victoriæ celeritatem. Manare cœpit aqua per desertum, & sponte se sine ullis imbribus infundere terris fluenta. Surgentes adversarii, quos securos victoriæ somnus uberior laxata presserat solicitudine, subito videre sole fuso rutilare aquas: fuerunt qui inter regum populos bellatum putarent, quorum sanguine terra maderet. Itaque in prædam festinantes passim sine ordine, sine modo currere, alius alium prævenire, sic præcipites in medium
C progressi hostium vallati, interfectique ingentem suis stragem dedere: ita [3] hortatus propheta a patribus nostris sitim pariter & metum depulit, idemque adversus famem auxilium tulit. Nam cum obsideretur Samaria, atque in ea clausus maneret rex Israel, gravis eos urgebat fames, ut ne a nefandis quidem alimentis abstineretur: conventus propheta tantæ miseriæ deformitate, simulque regis nuntio qui putaret prophetæ dissimulatione famem adolevisse, respondit: [c] Sequenti die, & ubertatem frumenti, & [4] utilitatem videbis. Non credenti nuntio, dixit: ipsum quidem, quia non crederet non visurum, promissorum tamen fidem non defuturam: subitoque per noctem in castris Syriæ hinnitus equo-
D rum, curruum fragor, quadrigarum currentium fremitus, armorum sonitus [5] auditu metum incussere victoribus, quod in auxilium Hebræis multæ ac validæ gentes commeavissent, ac se se imminenti, ut arbitrabantur, periculo fuga eximere properaverunt. Nox consilium maturavit, terrorem auxit. Fugientibus itaque Assyriis, omnes quas invaserant copiæ, in castris die sequenti repertæ. Abundantia utilitatem creavit, utilitas fidem implevit: mors incredulo ipsi quidem fructum eripuit, publicum tamen remedium non impedivit. Liquet igitur plurimos patrum duces, cum minime prœliarentur, victoriam adeptos: alios quoque bello superiores fuisse; quibus consulentibus, bellandi jus oraculo permis-
E sum foret. Denique victus Amalech; sed cum Moses manus elevaret: vicit Jesus Nave, cum solem statueret: vicit & Gedeon, cum in aqua dimicaturos probasset: Samson etiam, cum adhuc intaminatum crinem servaret: vicit & Samuel, sed cum adjutorem lapidem figere proposuisset. Triumphavit David, cum Bethsabeam (hoc est, filiam sabbati) suo conjugio propheticis [6] ministeriis copulavisset: vicit etiam bello civili, quod refugiebat il-

a Gen. XXXII. 28. *b* Exod. XV. 4. *c* IV. Reg. VII. 1. seq.

1. *Consilium*] Mallem *concilium*, id est cœtum, agmen, tum ex sacra historia, tum ex auctoris contextu.
2. *Deferebantur*] *Differebantur*. BARR.
3. *Hortatus*] *Sanctus*. ID.
4. *Utilitatem*] *Vilitatem*. Sic & paullo post leg. *Abundantia vilitatem creavit, vilitas fidem implevit*. ID.
5. *Auditu*] *Audiri*. ID.
6. *Ministeriis*] *Mysteriis*. ID. — Gemina sunt quæ ha-


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

latum: non inferebat (nil enim bello civili fœdius) solus qui potuit inferre: vicit & [1] Asaph prœlio, sed postea quam desperantibus suis, quod numero essent inferiores dixit [a], nihil interesse, pauci an plures sint, cum Deus paucos timentes se pluribus faciat validiores. Bonus profecto fide, si usque ad finem perseverasset. Vicit & mulier armis quæ fidem Deo reservavit. At vero Saul victus est, quia Dei præceptum non custodivit. Vulneratus Josias, quia contra imperium in hostem processit: sanctus ceterum, & ideo raptus, ne captivitatem nostris debitam peccatis videret. Clamavit Nachao: Non sum ad te missus, ferens ejus fidei testimonium; sed involvit eum, sicut ante Amasiam, consortium degeneris societatis. Denique & ab homine Dei monitus erat, ut illos quos ad belli societatem centum argenti talentis conduxerat, dimitteret, si vellet vincere. Cui dubitanti, quod tantum pretii amissurus foret, respondit propheta quod haberet Dominus plura, unde etiam argentum eidem restitueret: quo fretum conductis renuntiasse auxiliis, vicisse cum paucioribus; [2] ne ipsum quidem Deo tantæ victoriæ mercedem solvisse: sed illico ipsis simulacris quæ victor cœperat, detulisse sacrificia, quasi eorum beneficio vicerit, quæ in prædam captivitatis redegerat. Sedechias ipse incumbentibus jam patriæ ruinis, per Hieremiam conventus prophetam, cum hostili obsidione premeretur, ut urbem egredi non metueret, victorem futurum, si cælestibus imperiis obtemperaret: aut captivum si defendendum putasset, infidelitate semet ipsum & suos decepit. Abductus erat ab Assyriis populus Judæorum in Babyloniam: reliqui ad Ægyptios transferre se, qui resederant, deliberabant. Mandavit Dominus per Hieremiam prophetam & ceteros, ut unius gentis essent imperio contenti, ne geminata captivitas ærumnam augeret. Verum illi posthabentes oracula Dei, facti sunt duarum captivi gentium, qui unius gentis jugo exire impatienter desideraverant. Itaque in Ægypto exsules perseveraverunt. At vero illi qui in Assyrios ducti sunt, expleto tempore captivitatis, quod pro peccatis populi Dominus constituerat, postea Cyro imperante, remeandi facultatem adepti, reverterunt cum gratia. Renovatum Dei templum est, regum opibus Cyri & Darii ceterorumque Persarum muneribus: ipsi itaque qui everterant, reparandi sumtum dederunt, restituerunt etiam jus sacerdotum, cultumque juverunt religionis. At vero nostri dum sacerdotium inter se competunt, & apud Parthos ambiunt, conferri sibi memoratum honorem, de religione mercaturam fecerunt. Quid de Babyloniis querimur? Nostros experti sumus deteriores. Illi nobis reddiderunt [3] omne jus religionis, illi sacerdotum creationem restituerunt, & nostri eam Persis refudere. Illi sacerdotales infulas permiserunt nostræ potestati, nostri eas Babyloniis vectigales fecerunt. Quid adjiciam cruentatum sacrarium sanguine, madere sacra limina, semiruta adhuc stare templi fastigia? Minor est circa nos ira Dei, quam nostra contentio: illa nos captivos fecit, ista sacrilegos: illa disseminavit Judæos, hæc sustulit. Conferte, si videtur, quid interfit inter captivitatem nostram & seditionem nostram. Captivitas nostra gentibus infudit nostræ religionis consortium: Seditio nostra etiam Judæis ademit religionis gratiam. Quis autem Romanos in Judæam introduxit, nisi Hyrcani & Aristobuli contentio? Quis Sosium, nisi Herodes? Quis Antonium, nisi Sosius? Quis Cæsarem imploravit sibi regem, nisi vos? Quis alius præter vos Antipatrum regno expulit, & libertatem in Antipatro? Et tamen non reprehendo, neque abnuo Florum in vos crudeliter consuluisse. Sed querela Romanis deferenda fuit, non arma inferenda. Sprevistis Neronem, sed Vespasianus successerat: qui benignus natura, benignior tamen etiam studio esse potuit, quia in Judæa imperium assumserat: aut si non movebat pietas, virtus certe ejus vos debuit adigere, ut vobis consuleretis. Sed quomodo vobis non parceret, qui pepercit Joseph? Cui enim infestior, quam mihi esse debuit? Quis majora adversum Romanos munimenta exstruxit? Quis studiosius pro patria [4] decernendum putavit? Postquam vobis [5] bellando complacita conditio est, bellorum quidem initia non probabam, sed suscepta non deserebam: testantur hoc Jotapatæ urbis, quæ bellantem adhuc texerunt, favillæ, me bello non destitisse, nisi post ejus civitatis ruinas: delituisse, quoad potui in illo eversæ urbis sepulcro, pertulisse famem, ne Romanis me traderem: quæsisse veniendi ad vos effugia: sed deprehensum, non sponte egressum, maluisse perire cum meis, sed pepercisse Cæsarem: optasse vobiscum potius periclitari, non quod probarem consilium, sed quod eligerem periculi vobiscum consortium. Gratias tamen Deo, quod [6] tanti sceleris non incidi societatem, ne seditionum incentor existimarer: aut quia his misceri nequibam, parricidium quod manu declinare poteram, vel mortem implerem. Certe ne sanctissimam matrem pro me dilacerari cernerem, meorumque dispergi viscera; quæ miseranda quidem, sed tamen tolerabilius est ea pati, quam fecisse. Quid igitur adhuc exspectatis? An signa majorum? Non ea nobis merita, non ea circa Dei cultum officia. Non ea Romanorum, quæ Assyriorum infidelitas, qui accepto pretio discessionis fidem fregere: nec recedendum, sed acrius ingruendum putarunt. Quin etiam ut ex accidentibus colligamus divinæ motum sententiæ, Deum Judæis adversari certum est. Denique Syloa quæ ante bellum sicca fuerat, & omnes extra urbem fontium venæ quæ diu fluere cessarunt, ut aqua nostro deesset usui, nisi pretio quæsita: nunc in usus redeunt suos, & Tito se advenienti refundunt. Scaturiunt uberes venæ, atque ita aquarum redundantium omnia replentur, ut non solum exercitui large ad potum exuberent, sed etiam equis, bellatoribus ac jumentis, pecoribusque universis, hortorum quoque irriguis non desit aquarum abundantia; ut tamquam adnitentibus elementis victoriæ Romanæ largiores credas fundi meatus. Recognoscimus prodigia superiora, quæ etiam tunc nostræ urbis prævenerunt captivitatem: cessavit aqua Judæis, refudit se hostibus, ne siti obsidio impediretur. Nec mirum est, si recessit a Judæis divina gra-

[a] 1. Reg. xiv. 6.

bet sanctus Pater in Apologia David altera cap. x. num. 51. *Denique*, inquit, *ut scias esse mysterium, interpretare vocabula*, „ BETHSABEE FILIA SABBATI cet. MAZOCH. l. c. pag. 851.

1. *Asaph*] Ex contextu legendum videtur *Jonathas*.
2. *Ne ipsum*] Forte, *nec ipsum*.
3. *Omne*] Al. deest vox ista. BARR.
4. *Decernendum*] An *decertandum*? Sed nihil muto. Siquidem apud veteres sumitur interdum *decerno* absolute pro *decertare*. Nepos *Annib.* cap. IV. *Cum hoc eodem de Clastidio apud Padum decernit*.
5. *Bellando*] *Bellandi*. BARR.
6. *Tanti sceleris non incidi societatem*] Nihil addendum aut mutandum existimes. LIVIUS lib. IV. cap. XLI. *Huic timendo hosti, utrum cum declinarem, CERTAMEN improvisus videor INCIDISSE, an occurrere*.



tia, quos tanta flagitia circumvallarunt. An vero bonus vir plenum horroris non refugit diversorium? & domum suam deserit, si quid in ea commissum sceleris agnoverit? declinat indignæ habitationis consortia, exsecratur conversantium iniquitates: & dubitamus de summo & immaculato Deo, quod abhorreat tantorum contagia flagitiorum: & funestorum scelerum aversetur atrocitatem, nec demoretur in parricidarum conciliabulis, qui Dathan & Abirom, quia Mosem & Aaron præripiendo sacerdotii munere lacessiverant, separari ab innoxiis præcepit, ne pios aut macula contaminaret de consortio noxiorum, aut pœna involveret? Sed quid ego diutius sermonibus immoror, cum plena horroris & gemitus omnia circumfundantur, templique excidium properetur? qui istud oculi spectare, qui sensus perpeti, quis tolerare potest animus? O saxis duriores, ferro rigidiores, qui in tantis rerum humanarum prodigiis adhuc inter vos tamquam ad virtutis æmulationem de scelere certatis; & quod est gravius, vos ipsi patriam destruitis, atque ejus augetis ruinam! Convertimini aliquando, aliquando resipiscite, judicate, & videte pulcritudinem patriæ quam prodidistis: quæ urbs, quod templum, quæ sanctorum domicilia, sacrorumque penetralia, quæ prophetarum opera vestris manibus eviscerantur? In hæc quisquam flammas ducit, & spargit ignes & incendia ministrat, nec ullo affectu movetur? rupium, si sentiret, rigor resolveretur. Certe & insensibilia plerumque in maximis rerum acerbitatibus sensus speciem [1] metiuntur, ut scopuli tremant, & madentes sanguine guttæ fluant: vos autem immobiles perseveratis, [2] ut quid melius post hæc supersit, quid dignius quod reservetis. Postremo si ista non movent, quia apud pios præstantiora sunt, vestrarum saltem miseremini necessitudinum: ponite ante oculos filiorum vestrorum neces, aut ferro aut fame: & his acerbiorem, uxorum & filiarum servitutem, quibus tuta libertas erit, pacto deditionis, aut captiva [3] servitutis urbis eversione. Consulite dum licet, ne graviora post mortem relinquatis, quam ante mortem fecistis. Nec ego liber ab hujusmodi periculo sum. Novi & ipse, quia cum vestris simul periclitatur sanctissima mihi mater, & cara uxor, haud ignobile genus, & quondam domus clara. Ac fortasse propter meos hæc me suadere arbitramini: occidite eos, & accipite insuper mercedem meum sanguinem: libenter hanc solvam mercedem vestræ salutis, si post me sapere potestis.

CAPUT XVII.


Ea Josephus cum lacrymis vociferatus, plerosque de populo inflexit: ut ad Romanos confugerent, venditis quæ possidebant. Quos Titus quo quisque cupiebat, direxit: ut etiam ceteri provocarentur Romanis se sine metu tradere. Confluebant itaque reperta egrediendi copia, securi salutis, si ad Romanos convenirent: nec soliciti de servitute, quibus libertas reservaretur. Hi vero qui sequebantur Joannem ac Simonem arbitros & incentores seditionis, magis scelerum pœnas, quam adversa belli reformidabant: ideoque intuta sibi refugia opinabantur. Nec solum ipsi non audebant egredi, sed etiam insidias prætendebant, ne cui liceret e populo urbem exire. Majorque cura erat egressionem suorum, quam Romanorum ingressus cavere. Tenebantur itaque inviti; & si quis deprehensus foret, graves pœnas dabat. Suspicio tenuis, gravissimæ caussa mortis. Non argumentis veritas, sed suppliciis quærebatur. Si qui pecuniosi erant, affícto crimine [4] seditionis rapiebantur ad necem: si qui inopes, quia non habebant, quo se redimerent, morti patebant.

CAPUT XVIII.

Et jam gravis fames sævire, atque amplius seditio grassari cœperat furore ac vesania: frumentum non reperiebatur, nullus panis in publico usu. Sicubi esse compertum fuerat, illico domus expugnabatur. Jugulabatur ædium dominus, ut frumenti conditor, quod occultavisset. Rursus non repertis frugibus, quasi diligentius absconditæ forent, tormenta exercebantur. Optabant plerique mortis compendium, cum eos aut fames afficeret, aut crudelitas excruciaret. Denique qui seniores erant occidere dedignabantur, invidentes beneficium mortis, quibus jam vehementior carnifex fames, miserabili macie visceribus exesis nuda ossa [5] tenuitate texerat. Spirabant semineces solo adhuc spiritu, atque ægra trahebant cadavera. Sicubi purgamenta olerum vel casu lapsa, vel quasi arida projecta adspexerant, [6] reliqua invalidi corpore, ore lambebant jacentia humi. Aut sicubi internata parietibus visa fuerat herba, rapientes succo infelici miseram solabantur famem. Qui ditiores erant, mensuram tritici toto censu emebant. Quid enim servarent non profuturum? Qui pauperiores, vel hordei: ita ut nemo vendentem vel ementem videret. Hoc enim omni gravius scelere puniebatur. Neque vero coquendi panis usus exspectabatur, ne mors præveniret, aut mora proditorem arcesseret. In occultis abditi, incoctum mandebant triticum, quibus ulla vel exigua frumenti copia erat. Nulla mensa, nullum sedile, nulla lux: ne quis interveniret, atque [7] improvisos deprehenderet. Si sonus ullus, abscondebantur cibi: suspectæ solitudines, frequentiæ parricidales: inter suos triste certamen. Omnem enim affectum excludit fames, & maxime verecundiam; esurientibus enim pudor dispendium vitæ, & detrimentum salutis est. Si quis vir cui mulier esset aut filii aut nepotes, aliquid escæ haberet, vix fatebatur: similiter & mulieres. At cui mitior animus, ubi apposuisset alimoniam, de manibus ejus extorquebatur. Miserabilis erat cibus, esca lacrymabilis: rapiebant parentibus filii, parentes filiis, & de ipsis faucibus proferebatur. Plerisque aliorum vomitus esca fuit. Nec marcentia sumere ullus horror: aut verecundia, adimere suis vitæ ultimæ stillicidia. Et hæc tam infelicis species calamitatis metus erat, ne deprehenderetur. Clausis itaque foribus exercebatur, ne quis superveniret, qui de ore alieno cibum quæreret, & canum more vomitus alienos lingua sua lamberet. Sed ne hoc quidem impune: nam ubicumque fores obseratæ, suspecta fraus alimenti absconditi. Prosiliebant ministri seditionum, clausa expugnabant, intolerabilia & novæ crudelitatis exigebant supplicia. Nec ab ipsis quidem pudendis corporis abstinebatur. Per ipsa quoque pœna transibat, quod in his gravior sensus pœnarum fit. Multi cum jam percussores irrumpentes viderent, paratos rapiebant cibos; ne vel ipsi defraudarentur; hæc autem *urbis eversione*.

1. *Metiuntur*] *Mentiuntur*. Barr.
2. *Ut quid*] *Ac si quid*. Id.
3. *Servitutis*] Forte *servitus*. Scilicet, *aut tuta libertas — aut captiva servitus*: & illa quidem *pacto deditionis*; hæc autem *urbis eversione*.
4. *Seditionis*] *Proditionis*. Barr.
5. *Tenuitate*] *Tenui cute*. Id.
6. *Reliqua*] *Reliqui*. Id.
7. *Improvisos*] *Improvisus*. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



darentur ſupremo viatico, vel certe futuram mortem ulciſcerentur: & quo gravior videbatur crudelitas, non eſuriebant ipſi, qui rapiebant cibos eſurientibus. Rapinis enim ſibi aliorum opes coacervarant, & alienis conditis paſcebantur: cum ipſi qui congeſſerant, eſurirent, jejunioque contabeſcerent. Si qua materno affectu percita, miſerans vagitus infantiæ, ſuccum ciborum ore proprio vellet infundere, pii operis pœnas luebat, ſuſpenſoque ad cervicem, vel hærente ad mamillas pignore ſimul transfigebantur. Plerique etiam beneficium putantes mori, egrediebantur urbem, ut herbas vellerent, vel radices depaſcerentur, aut cortices arborum detraherent, ſi quid in his viriditas ad cibi ſolamina ſubminiſtraret, quos invenientes Romani necabant. At qui hoſtem evaſerat, in ipſo portæ ruebat limine, fame tabidus & ore invalidus, quem jam & ipſa mandendi officia deſtituiſſent. Regreſſos quoque excipiebat feralior manus, quæ de gremiis miſerorum ſummo quæſita periculo, per acerbiſſimum extorqueret nefas, nec partem reſervaret pro mercede ſaltem periculi. Moriebantur itaque majore ſuorum quam hoſtium impreſſione. Ea enim quæ etiam hoſtis indulſerat, civis eripiebat: nec rapuiſſe tamen iſtiuſmodi cibum proderat, quippe non multo poſt [1] virenti corpore turgeſcentibus mediis, intimorum dolore viſcerum quatiebantur: aut alvo ſoluti deficiebant exhauſtis viribus, ut voti pœniteret, quod ad tempus ſolatio erat, poſt ſupplicio: dein lacertis viridibus, ceteriſque [2] ſerpentum generibus coctis exuviis, peſtem addebant. Nam equorum cadavera ſi forte reperiſſent, inter ſe trahentes, prœlio gravi decernebant: nec ab hoſte quidem, quæ coacervarentur exitia feriabantur. Nam cum ſe de urbe plurimi, cum filiis ac mulieribus egredientes in eam partem, quæ præruptorum profundo præcipitiorum ſinuaverat contuliſſent, Romani veluti captiva [3] ducerent mancipia, minoris præſertim ætatis velut validiorem ferirent, ne quis forte bellantibus obrepere auderet. Speculabantur, ut ſi quis cibi quærendi diligentia, dum rimatur radices agreſtium, ad ulteriora ſpatia prodiret, interciperetur. Nec tamen circumfuſo licet hoſte, cohibere ſe poterant, quibus fames audaciam dabat: cum parvos liberos macie conſumi, & aperta fame ora fruſtra extendi, ferre non poſſet affectus parentum, quos ſocios ſibi adſciverant ad periculum, ne pro ſe quaſi fugæ ſuæ obſides, a ſeditionis auctoribus occiderentur. Cogebat fames egredi, quibus beneficium erat ferro perire jejunii comparatione. Contra Romani, quia contemtores mortis eos arbitrabantur, [4] urgebant genera ſuppliciorum, verberantes prius, affligentes quoque patibulo crucis, quemcumque offenderant, quo vel ceterorum temeritas cruciatuum ſpecie a laceſſendi inſolentia revocaretur. Miſeranda itaque paſſio Tito videbatur, tantarum acerbitas calamitatum. Capiebantur innumeri, quingenti ferme ad diem cruciabantur, campoſque ante urbem miſerabilis pompæ ordine prætexebant, ut de muris aſpicerentur. Miſerabantur Romani, non movebantur Judæi: compatiebantur hoſtes, ſocii non flectebantur: facilius apud adverſarios pietas, quam apud ſocios reperiebatur. Tamen accendebantur plerique indignatione, quod in tantis malis deteriores fiebant, diverſis modis afflictos cerneres: variaſque pœnarum ſpecies, formas ſuppliciorum tam innumerabili multitudine, ut jam locus

A patibulis deeſſet, patibula corporibus. Furebat intus Simon, fremebat Joannes, inſidiabantur ſingulis per miniſtros ſuos: ſi quis fugere tentaret, tractus per humum diſcerpebatur. Eorum quoque qui abierant proximi [5] cruciabantur, aut cruci affixa plerorumque cadavera ſuis qui elapſi fuerant, oſtentabantur. E diverſo etiam ipſi murum quadam patibulorum ſegete prætexuerant, quaſi de adverſariis triumphantes, ſi quos de ſuis ad Romanos velle confugere deprehendiſſent, ut ceteros transgrediendi metus inceſſeret. Nullus locus immunis acerbitatis, foris captivitas, intus fames, formido utrobique; minus tamen timebantur arma, quam tormenta, leviusque erat confici tumultu potius hoſtico, quam par- B ricidio. Nec intermittebat tamen Cæſar invitare factionum principes ad ſpem deditionis. Namque ſtructis aggeribus denuntiabat, non longe abfuturum operis effectum: imminere urbi excidia; conſulerent ſibi, ut & ſalutem lucrarentur, & templum incendiis eriperetur. Id quo facilius crederent, amputatis plerique Judæorum manibus dirigebantur, ne voluntario transfugio tranſiſſe ad Romanos æſtimarentur, & quaſi perfidis non deferrent fidem, vel eos ipſi necarent. At vero illi pro admonitione ſedula gravia retorquebant convicia: funeſtiorem ſibi humanitatem Cæſaris, quam crudelitatem videri; quod altera libertatem eriperet, altera vitam auferret: malle ſe liberos mori quam ſervos vive- C re: devoviſſe animam ſuam in templo. Immortalitatem futuram, ſi cum templo exuſti, aris ac focis patriis immorerentur. Nihil egiſſe Titum, eripuiſſe parva, dediſſe plura: pro templo ſibi paradiſum ſuccedere, [6] illoſque ſe qui pro templo Dei pugnaverint, transferendos: tantum, ne oculis ſuis triumphos Romanos viderent, & captiva jugo colla ſubjicerent. Conſecrari parvulos ſuos non interfici, quorum parentes cæleſtium propugnatores fuerint ſacramentorum. Quo commotior Titus, eos ſaltem eriperet qui inviti attinebantur, admoveri juſſit machinas.

CAPUT XIX.

D Erat in exercitu Antiochi Comageni filius, qui venerat ad belli ſocietatem, impiger ſane juvenis & manu promtus, ſed conſilio parum providus, qui moderationem Romani exercitus lentiorem ratus, nec conſiderans muneris difficultatem, inſinuavit Cæſari, mirari ſe, quod cunctarentur Romani murum ſuccidere. Riſit Titus, & ait: Commune eſt opus. Eo ſermone juvenis ſe ſe proripuit cum his, quos armatos Macedonicum in morem promtiores habebat ad bellandum: namque & aliis ſubnixus advenerat. Cohors tamen quæ appellabatur Macedonum, & viribus corporis, & proceritate ipſa præſtare æſtimabatur. Quibus appropinquantibus E bellum adolevit. Contra de muro promtius decernentibus, quos extrema urgebant pericula, & ſucceſſus præſentis certaminis animabat: cum inferiores a ſuperioribus frequentius transfigerentur, ad ſuperiores non omnia pervenirent ſpicula; filius tamen regis juventa alacris, armis munitior, comitatu ſuccinctior, alios eludebat ictus, repellebat alios, quos etiam ut caveret ſuggerentibus ſociis, inſtruebatur: & ideo integer a vulneribus perſeveravit: ſed de Macedonum cohorte plerique (quoniam pudori putabant, etiam naturæ aut munimentis cede-

1. *Virenti*] *Urente*. Et mox *inediis* pro *mediis*. BARR.
2. *Serpentum generibus*] *Serpentini generis*. ID.
3. *Ducerent*] *Abducerent*. ID.
4. *Urgebant*] *Augebant*. Mox vero *affigentes*. ID.
5. *Cruciabantur*] *Trucidabantur*. ID.
6. *Illoſque*] Legendum videtur, *illoque* id eſt, in paradiſum, ſe — transferendos.

re) pertinacius prœliantes, [1] vulnerantur. Itaque conatu irrito cessere superioribus: docti etiam viris Macedonibus si vellent vincere, & alacritatem Alexandri ad prœliandum esse necessariam, & vincendi eventum. Namque ille cum obsideret urbem morantibus ceteris, & circa solemnes machinas immorante exercitu, appositis impiger scalis murum ascendit: fugatisque præsentibus qui de muro repugnabant, solus se in urbem dejecit. Nec erat temporis, ut ipse sibi sine comite portas aperiret, cum urgerent pericula: sed immodicus animus ac victoriæ avidus, in hostem prosiluit. Cessere agmina, sed quantos poterat solus prosternere? Deinde per diversas urbis plateas circumfundebantur hostes: si in unam partem Alexander incumberet, aliis post se circumvallandi copiam daret. Retorquebat itaque victor [2] ingressum suum, ne a populo circumdaretur. At illi conferti inter se urgere cœperunt, inhorrescere super eum telorum vis maxima, resultabat galea tinnitu, clypeus fragore saxorum. Ac ni metuentes duci irrupissent Macedones, victor innumerabilium gentium intra urbem exiguam fuerat oppressus. Fuit igitur alacritatis, quod murum insilivit, hostem dejecit, in urbem solus triumphali saltu se se proripuit, impetu suo fugavit populos: fuit tamen etiam eventus qui maxime duci, necessarius est, quod tantis ingruentibus populis, tot sagittarum jaculis, tot ruentibus spiculis, nullus fuit letali vulneri locus. Periculum itaque virtus attulerat, mortem quoque alacritas invexerat, si eventus bellantem deseruisset. Ingressi sunt Macedones prorupta porta; sic temeritas victoriam invenit, & eventus periculum in gloriam vertit. Noster quoque David cum pugnaret adversum gigantes, [3] invectus in hostem a tergo percussorem habebat; sed librantem ictus suos comes regis Abisai prævenit. Verum Alexandrum eventus servavit, prophetam gratia.

CAPUT XX.

CEdente itaque Antiochi regis Comageni filio, & cognoscente non quod formidinis, sed cautionis esset Romani exercitus perpensa moderatio, ut aggeribus & vineis, arietibus quoque & ceteris machinamentis murum adorirentur exstruebantur aggeres per numeros opere diviso: præcipui quatuor insurrexerant, ex quibus unus e regione munitionis (cui nomen Antonia) per mediam ductus erat piscinam, quam Struthiam vocabant. Hunc aggerem quintus numerus triginta cubitorum in altitudinem fecerat, juxta Joannis sepulcrum. Quibus e diverso Joannes princeps seditionum cuniculum suffodit, & Romanorum opera suspendit: ignorantibus his, [4] qui latenti cuniculo Judæi machinati forent, quia fulturis tabularum materia æque subjecta, superiora cuniculorum suspenderant, fraus omnis latebat. Itaque ubi opportunitas visa, ignem apposuere, qui adultus sulphure & pice, quibus illita erat materies quæ fulturam cuniculo dabat, ligna omnia facile consumsit incendium, subjectorum ruina secuta est. Itaque Romanorum opera subito lapsa, sonitum ingentem dedere. Pulvere itaque & fumo repleta omnia, plurimum tenebrarum obduxerant, majoremque terrorem induxerat latens caussa. Deinde ubi consumtis alimentis ceteris quibus primo opertus erat, liber postea ignis erupit, dolum prodidit, & Romanis ad præsens quidem formido periculi diminuta, sed evacuati laboris grave successit tædium; simul quod insultabant Judæi, non mediocris angebat pudor: & in reliquum parandæ expugnationis spes refrixit. At in parte alia biduo post, cum jam murus ariete quateretur, Teptheus de Galilæa, Magassalus, & Jabenus, & Agyras direptis facibus in machinamenta muralia prosiluerunt. Nihil his viris audacius, nihil terribilius eo bello ex urbe in hostem processit. In medium namque hostium proruentes non trepidaverunt, non retractaverunt, sed tamquam familiarium suorum consortiis immorati, non ante remeandum putarunt, cum undique in eos pila, sagittæ, spicula jacerentur, quam subjectis ignibus adolerent obsidialium instrumenta machinarum. Concursus ingens Romani exercitus, ut incendium restingueretur: Judæorum quoque clamor & studium quo subtexerent impedimenta, Romanis ne subveniretur. Illi arietes properabant flammis subducere: isti adhuc spargebant incendia. Unde comprehensis omnibus quæ uri poterant, Romanos flammæ circumvallaverant, nisi mature consuluissent. Instabant enim acriter Judæi, atque hoc ipso quod in ea parte conatus irritos non habuerant, successus audaciam alebat. Denique non contenti jam munimentis muralibus, ultra progrediebantur, atque ipsas Romanorum incessebant custodias, & ad castellum in quo prætendebant Romani ultro eversum, perrexerant. Et nisi Romani nominis gloria & militiæ vetus disciplina, quæ munia hujusmodi deserere gravioris pœnæ arceret formidine, furentibus repugnavisset, expugnatores urbium ipsi propriis cesserant munitionibus. Versa itaque species belli, & usus obsidionis: catapultis, & velocioris generis jaculis se se defensabant Romani, ut Judæos repellerent, quo ipsis ante genere resistebatur. Inter quæ Titus advenit, clamore excitus, & accersitus ad remedium; Romanis continuo vires additæ præsente Cæsare, & pudor aluit audaciam: Clamante Tito grave Romani nominis opprobrium, si versa vice suos amitterent, quibus jam hostium muri qui diruerentur, defecerant: diffidentes Judæos munitionibus, sola niti temeritate: starent tantummodo Romani, victoriam non defuturam. Itaque hortando pariter ac prœliando Titus statuit suos, avertit Judæos, qui non solum animis ad mortem parati, sed ipso nisu corporis ingruebant, ut Romanos gradu moverent. Nec mediocre fuit periculum Cæsaris inter confusa omnia, cum ab hoste socius non discerneretur: inter quæ Titus in medio versabatur: audax juventa, & gloriæ cupiditate ad prœliandum acrior, quo celerius victoria consummaretur, in secundis triumphi ponens curam salutis.

CAPUT XXI.

DEpulsis tamen hostibus anceps consilium: alii reformandos aggeres, reparanda machinamenta muralia opinabantur: alii absistendum obsidionis periculis suggerebant: deesse reparandi materiam: commune cum [5] multis periculum: muro claudendam urbem consultius arbitrabantur, ut conficeret fames, defectis subsidiis alimentorum. Præponderavit hujusmodi sententia, ut clauderentur, ne liberos excursus haberent, quo amplius & desperatione fugiendi, & indigentia cibi conficerentur. Divisis itaque [6] per numerum portionibus, propere murus surrexit, quo per circuitum omnem inclusa est civitas. Distribuit

1. *Vulnerantur*] *Vulnerabantur*. BARR. Mox *viri Macedonici*. ID.
2. *Ingressum*] *Gressum*, ID.
3. *Invectus*] *Intentus*. ID. 4. *Qui*] *Quid*. ID.
5. *Multis*] *Victis*. Mox *devictis*. ID.
6 *Per numerum*] *Per num...*, ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



officia suis Cæsar, ut noctibus quoque custodiendi vices non omitterent. Prima vigilia ipse obeundi singulos custodiarum ordines munia curabat: secundam vigiliam Alexandro deputavit: denique per ordinem tribunis (prout cujusque erat sollertia comperta) vices mandatæ. Castellis erat murus per intervalla intextus, in his manus militum prætendebat: vigiles ex æquo sibi somnos & tempora vigiliarum sortiebantur. Circumibant momentis omnibus murum, per spatia quisque præscripta suo muneri, de castello in castellum: per ordinem, & munerum vices nox frequentabatur. Præcisa undique spes Judæorum, clausisque se infuderat fames, atque in ipsas populi medullas descenderat. Personabant omnia gemitibus deplorantium miserabilis mortis supplicia. [1] Repleta erant universa cum semine cadaverum: & si paullulum exspectares, intra momentum deficiebant, quos viventes repereras. Ipsi quoque qui adhuc spirabant, macie confecti imaginem mortis gerebant. Exhausti fame & tabe luridi, nec oculos quidem faciles attollere; quia nullum vigorem naturalis motus, consumta jejunio substantia, dabat. Figura sola hominis remanserat, usus interciderat. Simulacra cerneres, officia desiderares. Arida cutis siccis hærebat ossibus. Si levis motus viventem proderet, fœtor redarguebat: exiles artus & color ita niger, ut umbram putares. Nec humandi miseris officia suppeditabant, exhaustis primo omnibus & continuo morituris. Et si cui vires aliquas recentior cibus dabat, congestio cadaverum spem ademerat, impossibilitatem incusserat. Plerique etiam condendis suorum funeribus immoriebantur, & inexpleta supremi muneris officia, suo quoque obitu derelinquebant. Ruebant super defunctos, quos susceperant muniendos, ut ipse quoque oneri accederet, cui levando advenerat, indigens ejus ministerio quod alii deferebat. Nec erat ullus dolori locus in communi omnium calamitate, nisi quod auctores tantæ miseriæ superviverent, nec tempus querelæ liberis quidem jam vocibus, si loqui possent. Quid enim sibi jam morientes timerent, sed tamen mutis jam sensibus aspicientes templum, quasi inde ultio tam diri exitus deposceretur? Aruerant supremorum [2] numerum lacrymæ, quia omnem affectum vis mali clauserat. Obriguerat animus, omnis sensus hærebat, plus quam lacrymanda tolerantibus: deerat jam terra tumulis, defossis omnibus intra urbem locis, quæ potuerunt dare usum sepulcri. Tentabant aliqui inter duos muros, novum ostium, veteremque urbis procedere nocturno silentio: periculosa licet, pia tamen furta persuaserant. Itaque pro uno plures insepulti jacebant, & eo quod uni deferre gestierant pro [3] bonorum munere defraudabantur: sed etiam ubi hostis deerat, fames operabatur. Sepultor plerumque præveniebat sepeliendum, & tumulo eo quem alii paraverat, includebatur subito exanimis: & lapsus cum defodit, velut quodam studio operis sui, jus vindicabat. Et ubi terra deerat, tabulata innectebantur, ut defunctorum cadavera loculis includerentur. Plerique eos sibi ipsi parabant manibus suis, ne deficeret hujusmodi ministerium; atque in his se se sæpe sponte condebant, suspecti ne mors præveniret, & sepultor deesset. Silebant omnia metu, inedia vocem ademerat, civitas plena mortis, & nullus ejulatus in exsequiis totius urbis: & cum sensus quidem doloris interierat, injuria non desi-A stebat. Non deerant etiam in tantis malis, deteriores omnibus, violatores etiam sepultorum. Quid dicam non horruisse cum illuderent mortuis, & gladiorum suorum aciem in defunctorum cadaveribus prætentarent? Nonnulli etiam viventium adhuc [4] urgendis corporibus experirentur, si tela sibi acuta forent: & hic tamen usus plerisque rogantibus denegabatur, ut miseros ad graviora supplicia fames depasceretur. Nequaquam tamen ultio morituris deerat: nam quod vivi non potuerant, vindicabant se mortui, ultorem sui fœtorem creantes, quo se de latronibus ulciscerentur. Qui graviter sævientes quærentesque remedium, speciem quamdam pietatis induerant, etiam ipsi qui latrocinaban- B tur, ut eos de publico ærario sepeliri juberent. Sed ubi nequitum occurrere, de muro defunctorum reliquias in profunda præcipitia dejiciebant. Itaque aspiciens Titus præruptos specus plenos cadaverum, saniem [5] de laceratis visceribus innatantem, alte ingemuit; & manus ad cælum elevans testabatur, haudquaquam illud sibi adscribendum, qui voluisset veniam dare, si deditio procederet: exspectasse se ut pacem rogarent: paratum se ut incolumes servaret, si bellum deposuissent: jubet itaque aggeres rursus jacere, etiam non propinquantibus silvis, quia succisa erant omnia suburbana nemora silvarum. Vehebant materiam milites, spe victoriæ solantes laborem. Nec tamen frangebantur animis C principes seditionum. Furebat Simon, nec tantorum mortibus exsaturatus cedebat; & quia inimici deesse cœperant, in socios convertebatur.

CAPUT XXII.

Denique nec Matthiam quidem, quo auctore in urbem receptus est [6] excruciatum necavit, nullius apud se convictum flagitii, sed insimulatum proditionis, & suspectum consilii, quod in usum plebis sedulo & sine ulla fraude, tamquam familiari crediderat insinuandum. Id alte impressum aliquamdiu tenuit, nec jam se ut amico credidit, sed aluit indignationem, indicio dissimulato. Ergo in- D simulatum apud se, quod cum Romanis studio congrueret & conveniret, rapi cum filiis jubet. [7] Accersitur, nec defensionis ulla copia datur: ante examen adjudicatur supplicio, nec ejus soboles excipitur, sed pœnæ adjungitur. Orabat non vitæ usuram, sed mortis celeritatem, naturæ ordinem; ut prior occideretur, ne filiorum neces spectaret, nec superstes esset funeribus liberorum suorum, ipse continuo funus futurus: non impetravit, quod ipsa pietas exigebat, etiamsi non rogaret. Hoc rogabat sibi reddi pro munere, quod ei urbem aperuisset: reus quidem patriæ, sed conciliator Simonis. Debuerit ille hanc pœnam civibus, debebat tamen ei Simon gratiam. Quo crudelior, qui nec amico pe- E percit, nec patrono receptionis suæ pœnam relaxavit. Ducitur ad supplicium pater cum tribus liberis: nam quartus fuga se exemerat. Statuitur in conspectu Romani exercitus insultationis specie, ut supplicium ejus viderent, ad quos egredi desiderasset. Liberent te itaque si possunt amici tui. Deducuntur & filii, nec suprema liberis oscula dare, nec ultimo complexu filios suscipere permissus: non fraudatus tamen vocis [8] paternæ libertate, miserabili filios alloquio prosequebatur. Ego filii vobis hostem induxi, ego carnifices adhibui, quando Simonem in-

1. *Repleta erant cum semine*] *Repletæ erant universæ semitæ*. Barr.
2. *Numerum*] *Munerum*. Id.
3. *Bonorum munere*] *Bonorum operum munere*. Id.
4. *Urgendis*] *Figendis*. Al. *vivis*. Id.
5. *De laceratis*] *Dilaceratis*. Id.
6. *Excruciatum*] Codex vet. *inexcruciatum*. Id.
7. *Accersitur*] *Arcessitur*. Id. 8. *Paternæ*] *Patriæ*. Id.

gredi in urbem rogavi. Ille dies nobis mortis hujus, ille parricidalis cauſſa ſpectaculi. Merui, fateor, nec culpam excuſo: dum unum reprimere geſtio, accerſivi deteriorem. Ad auxilium Simon petitus, & ad parricidium patriæ converſus: ſedula conſilia in crimen deduxit. Rei [1] fuimus patriæ, qui defenſorem quæſivimus. Et recte quidem ſolvimus pœnam imprudentiæ, non tamen perfidiæ. Abſolvit nos Simon ipſe, dum perimit: qui pronuntiat non ſibi a me donatum, ſed patriæ contuitu petitum, ut contra Joannis ſævitiam auxilio futurus, quam primum adeſſet, & Idumæos induceret. Putabamus, duobus inter ſe [2] conferentibus, liberam plebem futuram. Quis mihi crederet, non tibi id meo ſtudio detuliſſe, ſed de malis, hoc tolerabilius æſtimaviſſe, niſi tu occideres? Sed quid ego ſic loquor, quaſi crimen excuſem? Nihil ſane mea ſententia gravius facere potui, quam quod te in cervicibus noſtris locavi. Sed in eo patriæ reus, non tibi fuerim. Debuerim ego civibus mortem, ſed tu mihi gratiam. Debuerim patriæ pœnam proditionis, quod te induxerim. Tibi quando proditor eſſe cœpi? Si fugiendum putaſſem, conſulueram mihi, non violaveram patriæ neceſſitudinem. Quis enim hoſtem non defugit, & hoſtem internum? At te civem putavimus, ſed hoſtem invenimus. Ad auxilium petitus, quid rependiſti? Quid ante pollicitus? & quo poſtea converſus? Ingreſſus eras, ut hoſtem expelleres, non ut hoſtem exerceres: ut ferocem ipſius impetum reprimeres, non ut ad bellum provocares: ut prohiberes civium neces, non ut ipſe adjungeres: ut latrocinium repelleres, non ut ipſe latrocinareris, ſed ut ſubvenires innocenti populo. Cur in ipſum tua arma vertiſti? Ante latrocinio [3] appetebantur, tu bellum intuliſti. Ante pauciores ad mortem rapiebantur, tu ſtragem populorum feciſti. Quis proditor patriæ, quis Romana arma plus juvit, niſi qui exſtinxit patriæ propugnatores? Niſi qui eripuit tantorum civium defenſionem? Niſi qui ab hoſte in ſocios detorſit mucronem? Hoſtis extra muros pacem offerebat, tu intra muros prœliabare: ille obſidionem volebat ſolvere, tu expugnationem approperabas: ille prohibebat incendia noſtræ urbis, tu flammas in ipſa templi jaciebas faſtigia: ille noſtrorum contuitu ſacramentorum inducias dabat, tu per ipſos ſacrorum dies altaria Dei ſupremo urbis excidio, ſacerdotum quoque ſanguine reſtinguebas: ille muros, tu templum obſederas. [4] Coacerbabo crimina mea. Ego patriæ manus intuli, ego tuum furorem armavi, ego hæc univerſa deliramento quodam ſenectutis [5] initia impreſſi. Agnoſco dementis ætatis imprudentiam. Confeſſione levemus pudorem, quoniam negando peccatum exuere non poſſumus. Duo præ ceteris excidium patriæ acceleravimus: ego errore conſilii, tu propoſito parricidii. Pendo igitur, patria tibi [6] deditas pœnas: & hoc ipſo Simoni gratias ago, quod cineribus tuis ſuperſtes non ero. Atque utinam non liberis eſſem ſuperſtes. Sed ad ſceleris tui Simon acerbitatem, filiorum necis ſpectator adſiſto. Merui, fateor, [7] quia Joannem pictum videre non potui, & te armatum elegi. O

A præcipitem ſenectutem! imaginem timuimus, tyrannum expetivimus. Ego fidejuſſor tuus, ego deprecator tuus legationem pertuli. Ego te dominum rogavi, percuſſorem introduxi. Spectemus ergo quæ fecimus: Joannis nos cera terruit, Simonis latrocinia delectaverunt. Acceleretur itaque pompa funebris, veniat carnifex, filios ante ora patris, patremque obtruncet ſuper filiorum cadavera. Hauriam miſerabilis ſenex ictum carnificis, ſuper colla pignorum [8] vibrantis ſecurim. Quo ſpectaculo nihil funeſtius, niſi ille qui jubet. Crudelis, ſcelefte, facio quod præcipis, facio, ſed invitus. Habeo tamen conſolationem tantæ calamitatis. Patior quidquid miſerrimum eſt dum tu juſſeris: quid-

B quid eſt immaniſſimum ſubeo libenter, te arbitro. Impleſti menſuram ſcelerum ſæviſſimorum: liceat ſaltem affari liberos, extremum pignoribus valedicere. [9] Sit ultimus locus oſculis, quæ nobis etiam cum feris communia ſunt. Non prohibeatur miſerabilis amplexus naturæ, quem etiam defunctis poteſt caſus donare. Quod igitur ad pœnam præcepiſti, proficiet ad pietatem mihi. Cadam ſuper funera mea, & inſepulta adhuc velut quodam corporis mei ceſpite, tegam, ne diſcerpant volucres, aut feræ devorent. Lambam lingua patria ſanguinem meorum pignorum, & meum diluam, ne lambant beſtiæ: & fortaſſe addet hoc pietas, & miſeratio naturæ ipſius, ut arctiſſimo amplexu mo-

C riens, liberos meos ſtringam: ne tu ſeparare poſſis, cum velis. Certe ſi ſeparabis corpora, animas tamen non ſeparabis. Sed ſatis jam lacrymarum viaticum ſumſimus: Præite filii, & ſecuturo patri viam parate. Si potuero conſequi, comitabor ſimul, & erit illic impedimento ſenectus, quo viventes juvenes minus conſequar. Ad manſionem præcedite, ut feſſum patrem ſuſcipiatis diuturno hoſpitio. Volui quidem præcedere ipſe, & rogavi, ſed non impetravi; tamen [10] quod innoxii eſtis, eo meliora vobis hoſpitia deferentur, quam ſi ipſe accerſitor Simonis prævenirem. Gravat me illa legatio, licet a civibus mandata, petente populo [11] ſuſpecta. Præcedite ergo filii, mundiore ſuper-

D num iter carpentes veſtigio. Et Maccabæi matrem prævenerunt: ſed illi ad præmium, vos ad ſupplicium. Spectavit tamen pia mater morientes filios, & ſupra ſuorum ſe volutans ſanguinem, vidit complectentes ſe invicem fratres naturæ neceſſitudine; & ſuo lætabatur triumpho, quem de tyranno conſequebatur. Diverſa quidem patientium merita, ſed eadem ſævitia utriuſque præcipientis. Invenit hoc Antiochus Perſica immanitate; apud ipſos enim novorum ſunt commenta ſuppliciorum. Tu exſecutus es: ille tamen ſervavit ultimam matrem ad perſuaſionem regiæ voluntatis; tu ſervari juſſiſti patrem ad cruciatum paterni doloris. Conſolamini vos filii cariſſimi: patimur nos quod paſſi ſunt

E martyres. Simon ſtatuit, quod perſecutor barbarus invenit, tyrannus præcepit. Proficiſcamur igitur volentes, & fugiamus conventus latronum. Sane cum in illam perpetuam domum [12] diſceſſerimus; ſi qui ad nos venerit qui requirant, quid agit ille quondam Dei populus; quid illis reſpondebimus? Ma-

1. *Fuimus*] *Sumus*. BARR.
2. *Conferentibus*] *Conſerentibus*. ID.
3. *Appetebantur*] *Appetebamur*. ID.
4. *Coacerbabo*] *Coacervabo*. ID. — Retinendum videtur *coacerbabo*. Sic enim loqui amat auctor. Superius lib. I. cap. XXV. prope ab initio: *Ut Hyrcanum & Antipatrum incubare alienis, quæ ſibi .... erepta forent, queſtu graviſſimo* (Antigonus) COACERBARET. Ita editio princeps, ubi minus recte fortaſſe alii corrigendum putant *coacervaret*, ut heic Barrenſis. Confirmatur præpterea eadem lectio *coacerbabo* ex ſimplici *acerbo*, quod ſæpius auctori uſurpatum videas. Lib. II. cap. IX. *Ne alterum acerbes, alterum arceſſas*. Item lib. IV. cap. XIII. *Bellum acerbabant ſine venia occaſionis*. Sic & pluries alibi.
5. *Initia*] *Exitia*. BARR.
6. *Deditas*] *Debitas*. ID.
7. *Quia*] *Qui*. ID.
8. *Vibrantis*] *Librantis*. ID.
9. *Sit ultimus locus oſculis*] *Sit ullus ultimis locus oſculis*. ID.
10. *Quod*] *Quo*. ID.
11. *Suſpecta*] *Suſcepta*. ID.
12. *Diſceſſerimus*] *Deceſſerimus*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

xime si vobis, utpote junioribus, integer ævi Jonathas, mihi Saul, utpote peccatori occurrerit. Quid (inquam) dicemus, nisi populum illum Juda novellum dilectum, quem mare fugit, cui sol stetit, cessit Jordanis; populum (inquam) illum, cui pervius fluctus fuit, aer fertilis, terra cælestis: quæ non ut [1] vestra hæc terra, speciem corruptionis induerit, sed resurrectionis gratiam assumserit: servire nunc Idumæis, & subjectum esse Simoni latronum principi, nec servitutem ipsam habere securam, nec periculum cum libertate. Quid ad hæc responsuros putamus, qui elegerunt bello perire, quam libertati patriæ supervivere? Quid etiam Mathathiam responsurum Maccabæorum auctorem, qui [2] voluit observando legem sabbato feriatus mori, quam prœliatus vivere? Si audierit quomodo Simon, non solum sabbato cædes civium innumeras agitaverit, sed ipsos sacerdotes Domini, neomeniis & omnibus sanctis festæ celebritatis diebus jugulare coegerit? Quantum ingemiscet Jechonias, cum audierit Simonem, qui seditionibus primo urbem everterit, cæde civium violaverit templi vetustam religionem, conventum toties, ut sui deditione, urbem exueret incendio, malle perire omnia excidio, urbem, templum exuri, plebem totam interfici, ne occupatæ inclinet dominationis fastigium? Quantum (inquam) dolebit Jechonias, licet tempore malorum urgentium minus felix imperio, melior tamen filio? Pater enim sibi minus felix esse, quam patriæ, licet miserabiliter, pie tamen maluit. Itaque se cum sua prosapia, egressus urbem, Babyloniis obsidentibus in servitium dedit, ne eversam patriam, ne populum Dei captivum videret. Filius autem ærumna pari, sed affectu impari: dum sibi metuit, & se in exsilium, & urbem in excidium deduxit. Hic itaque infelix patriæ, nec sibi felix: qui & liberos suos & oculos amisit: ille autem prudentior, qui captivitatem civium sua redemit captivitate. Denique id exitus docuit: iste in regno senior, ille junior in servitio defecit, quamvis ei postea thronum regium Babylonius rex juxta se constituerit, & consilii detulerit prærogativam, miseræ calamitatis solatio. Denique tolerabilior jam mea sors est, post liberorum necem mori, quam vivere; ut scias, quam crudelis sit, qui filios ante ora patris jugulet. Cujus etiam regalia munera deteriora sunt, quam pietatis vulnera. Aut enim tam impia inferre primo non debuit, aut tam honorata postea substituere, quasi quævis dignitas redimi possit filiorum amissione, aut compensari cædes sobolis quovis usu honoris: nulla profecto, nulla dignitas tantum dolorem allevat. Nullus honor curat hoc vulnus, nisi sola mors, quæ sensum adimat, recordationem auferat. Festina ergo percussor: remorare tamen, dum liberos video, dum prius quam moriantur, aspicio: ne quis ætatis forsitan immaturitate turbatus, mortem timeat, cum sæviorem evadat tyrannum. Beneficium est, filii, mori, ne patriæ videamus captivitatem: tolerabiliora corporis quam mentis vulnera. Jam tolerabilius & vestras neces specto quas refugiebam, ne spectem neces in commune omnium, ne videam patriæ bustum & totam urbem sepulcrum eorum. Beatior tamen, qui mortuus fuerit, quam qui reservatus. Summe Deus, ne inter innoxiorum greges sternatur Simon cum liberis suis; spectet captivus quem intulit: immo minime, minime inquam; nam quem potest cogitare, potest ferre, nec tamen ea imprecor. Consideret quam grande nefas sit, quod non potest vel voto retorquere qui patitur; quam acerba ultio, quam sæva commissi sceleris immanitas, quod optat patriæ captivus superstes, quia pejora sunt vitæ ludibria, quam mortis supplicia. Sed jam finis verborum fit. Festina carnifex, dum cruentatum sanguine filiorum gladium geris; percute patrem, ut [3] nullus refrigeret. Hoc solum morituro medicamentum est: hoc solo non sentitur ictus mucronis, dolor vulneris. Percute sub conspectu Romani exercitus, sicut imperatum est, ut spectent vindicaturi. Misereatur hostis, quia socius non miseretur: judicent Romani, quia Simon occidit sine judicio: testes sunt ipsi, me non proditorem patriæ, sed defensorem fuisse, qui pugnantem viderunt, non deserentem. Liberis ego meis, si potuissem, hostem avertissem, non hostem accersissem: atque utinam nec Simonem accersissem! Nec finis ullus adhibitus tantæ crudelitati. Jacebant adhuc cum patre insepulti liberi: adjungitur & sacrilegium spectaculo parricidali. Cæditur Ananias sacerdos, claro genere ortus, licet nemo clarior sit splendore generis, quam munere religionis. Illo enim affectatur nobilitas, hoc non desideratur. Habeat sibi vetus prosapia diversorum fasces honorum, habent & sacerdotia suos fasces, qui elevantur non humeris, sed moribus: & attolluntur non virgarum proceritate, sed laborum perseverantia, fidei altitudine, pietatis fastigio. Percussus est etiam scriba Aristæus claræ & ipse originis: & cum ipsis alii de plebe quindecim præeminentes ceteris; licet injustam necem, non nobilitas faciat, sed innocentia. Præoccupantur etiam viri undecim, qui pariter conspiraverant, commoti scelerum ejus atrocitate; & sibi quisque metuens, quæ in alios exerceri videbat, quod infidelis etiam amicis foret, & spes ademta, populante universos fame, Romanis jam jamque irrupturis: turbato Simone ad opem defensionis, bacchante ad officinam crudelitatis, facilique illecebra proditionis, quod Judas unus ex ipsis turrim tuendam susceperat. Is igitur cum Romanos vocaret, traditurum se pollicens turrim, fastidientibus aliis quod tam sero proditio procederet, aliis dubitantibus, quia frequenter promissa deditione dolum paraverat, prævenit Simon, & de universis conspirationis sociis pœnam exegit: corpora quoque eorum de muro præcipitata.

CAPUT XXIII.

Clausus tenebatur Josephi pater, nec [4] ullus ad eum accessus patebat. Eo studiosius Josephus ad deditionem invitabat Judæos, & inconsultius murum successerat, ut liberaret patriam cum patre. Quo loci saxo caput percussus concidit, ac pæne jactatis desuper telis oppressus fuerat, ni præcepto Cæsaris missi forent, qui eum protectum clypeis eriperent neci. Comperto mater filii sui vulnere, & insultantium latronum consternata vocibus, mortis ejus formidinem simul & fidem induit: miserabiliter quoque deplorare occœpit: ad hos fructus fecunditatis se reservatam, ut nec officio viventis filii potiretur, nec sepeliret defunctum. Voti quidem sui fuisse, ut ipse potius matri sepulturam daret: inter ejus manus supremum exhalaret spiritum: ille frigidos artus deficientis foveret, ille ultimos ore anhelitus legeret, ille oculos morientis clauderet, ille spirantia adhuc ora componeret. Sed quia voto exciderat, solatium fuisse, si vel ipsa interesse potuisset filii morientis supremis, miserabili quidem sorte, sed tolerabili tamen,

1. *Vestra*] *Nostra*. Barr. 2. *Voluit*] *Maluit*. Id. 3. *Nullus*] *Vulnus*. Id. 4. *Ullus*] *Ulli*. Id.

ut quem superstitem optaverat, ejus vel funus teneret. Verumtamen vel de muro, inquit, spectare mihi mea funera liceat: & si contingere non licet, utinam quidem nemo arceret. Sed quem meтuam tanto destituta filio? Quid pertimescam, cui beneficium est mori? Utinam in me tela sua omnes contorqueant, omnes gladio me transfigant! quod vivens non potui, mortua saltem filii mei corpus veste mea protegam. Abundat unius vestimentum ad sepulturam duorum: & fortasse quisquam hostium miserebitur, ut amictu filii matris oculos tegat, & oculos oculis, manus manibus, ori ora connectat. Proripiens itaque se ad muros, cælum ipsum miserabili questu replebat. Insultabant sui, flebant Romani: apud socios crudelitas, apud hostes misericordia. Figite (inquit) me, si qua est pietas: ego genui quem persequendum putatis. Ego infelicia ubera dedi: me exstinguite, si de illo vindictam quæritis.

CAPUT XXIV.


DUm illa deplorat; ecce ad vocem matris processit Josephus & deflere cœpit quod evaserit, cui dulce fuerat ante patriam mori, & pro patria dum salutaria suadet, procumbere. Sed jam non pro parentum contendere salute, qui depositi ævo cum in carcere vitæ finem supremum exigant, liberantur, si moriantur: sed pro ara, pro templo, pro semirutis adhuc urbis mœnibus trepidare. Obtulisse se vulneri, ne patriam everti videret. Qua excitati querela, plerique ad Romanos transeundum rati, qua potuerunt via, subtraxerunt se se insidiis latrocinantium, & custodia [1] protendentium. Quibus quidem Titus misericordiam promissam servavit, sed alia gravior ærumna accidit. Namque ubi data alimenti copia, cœpit oneri esse cibus qui prius usui erat, desuetisque edendi officiis, ministerium feriabatur. Nulla vis dentium, ut cibum manderent, nulla arteriarum subsistentia, panem arrodere nullo poterant modo. Si quid sane sorbuissent mollioris alimoniæ, interclusis jam faucium meatibus strangulabantur. Obriguerant interiora viscerum, obstructi erant ductus ciborum. Aruerant jecoris venæ, quæ cibos attrahunt. Perierat usus, aviditas cumulabatur, virtus defecerat, appetentia manebat. Ruebant supra cibos miseri, & invalidos morsus, more infantium meditabantur. Plerique visis alimentis, ipso gaudio deficiebant, atque inter exoptatos sibi cibos moriebantur: solati miseriam, quod votum impleverant. Sed erat pompa lacrymabilis, cum plures a cibo ad periculum surgerent, quam ad salutem, ut & victus noceret. Inflabantur enim insolito cibo corpora potius, quam reficiebantur, & quasi quodam [2] hydropisis morbo, distenta cute pœnas dabant. Et si quibus ulla adhuc virtus edendi, aviditas modum nescia, quod ferre non poterant, supra mensuram ingerebant, repentino cibo farti disrumpebantur. Quid enim grave non erat, quibus erat gravis & solus affectus, ut obesset vidisse, quod desideraverant? Incapaces enim affectuum per longam famem, oppressit etiam sensus naturæ: & ipse gaudii motus gravavit. Nihil igitur mirum, si exhaustis periculo cibus est. Denique post biduanum jejunium, si quid avidius sumseris, statim crudescit. Unde plerisque moris est, ut succum lactis infirmis visceribus infundant, eoque cum melle permixto tempe-

A rent humorum exasperatam jejuniis intemperantiam, & defectionem corporis, velut infantiam quamdam molliore cibo nutriant. Sic ergo nonnulli Judæorum qui ad Romanos confugerant, poterant evadere, quadam arte pensantes moderamina cibi, donec desueta edendi caro, in suos rediret usus. Nec hoc tamen profuit miseris, sed caussa majoris exitii fuit. Nam cum ex his plerique accepto cibo alvum purgarent, egesserant aliqui bimones aureos quos absorbuerant, cum adornarent fugam: ne deprensi, quia insidiatores omnia perscrutabantur, non solum dispendio, sed etiam periculo forent: Scelus enim ducebatur, aurum quemquam præter latrones habere. Hoc itaque postea Judæi, specie B miserabili inter inquinamenta alvi aurum legebant. Comperit id quidam [3] Assyrius, & ab uno in omnes opinio manavit. Quod genus hominum præceps ad avaritiam, & paratum ad versutiam, ut nihil tam atrox sit, quod refugiat, nihil tam turpe, quod erubescat studio pecuniæ. A Syris in Arabas diffusa fama est, quibus & non minor avaritia, & feritas barbaricæ propior immanitati, eo quod farti auro Judæi forent: diripiunt quoscumque offenderant advenientes, contra fas, contra leges deditionis, contra promissum Cæsaris, quod occidi non licebat: incidunt adhuc viventes, cruentisque manibus eviscerant ventris secreta. Alvum scrutantur, & inter ejus manantia purgamenta aurum re- C quirunt, non minus turpiter quam illi quos adigebat fames: insuper etiam sæva crudelitate. Multa acerba eo commissa prœlio, nihil hoc uno acerbius. Denique una nocte duo millia fere virorum discissa sunt tali flagitio, divisisque visceribus, quæstus suos Syria numerabat: Arabia negotiationis recensebat emolumenta, quæ sine transfretati maris periculis novo crudelitatis commento in usum lucri verterant, & mercem putabant. Quod etiam nunc in hujusmodi hominum genere reperias, & nonnullis sæpe Ægyptiorum, ut curandis funeribus negotientur, & officia humanitatis vendant mercaturæ compendiis. Misera fames auri; nihil sequendum putat, nisi quod ad præsens lucrosum: nihil hone- D stum, quod pecuniæ vacuum. Gravis jam dudum, gravis inolevit humanis affectibus quærendi cupido, & mercatura facta est vita hominum: veno & emto vivitur. Serpsit itaque vitium in innumeros; ut jam tolerabilior commutatio mercium fit, quam morum animorumque. Infecit Syrorum avaritia etiam Romanum exercitum. Nihil enim facilius in alterum transit, quam amor pecuniæ, & desiderium habendi: præsertim finitimas opes, quibus vicinus abundaverat. Nec est ulla passio, quæ magis virtutem animi effeminet, quam cupiditas divitiarum. Denique versutia laudi datur, paupertas probro habetur. Impedivit hoc vindictæ severitatem, quia innumeri reperti tanto furori obnoxii: E ideoque Titus qui vallare circumfuso exercitu Syros & Arabes proposuerat, contemplatione multitudinis revocavit sententiam: ut superioris delicti gratiam faceret, & ne postea committeretur, pœnam denuntiaret, verborumque austeritate graviori suos argueret, quod auro succincti & argento, pretiosisque telis nitentes, nec arma sua erubescerent, ut tanto se dedecore dehonestarent. At vero Syros & Arabes increpare, quod immemores Romani nominis, dictu quoque horrida excogitassent: venisse eos ad belli societatem, non ad exercitium flagitiorum. In exercitu Romano non solum virtutem cor-

1. *Protendentium*] *Prætendentium*. BARR.
2. *Hydropisis*] *Hydropis*. ID.

3. *Assyrius*] *E Syris*. Vide Josephum *de bell. Jud.* lib. VI. cap. XV. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



poris, sed etiam mentis requiri: nec tantummodo fortitudinem in hostem, sed etiam disciplinæ normam spectari: ne crudelis, ne impius, ne insolens miles sit: sed ne prædæ potius quam victoriæ intentus. Ea gravia videri militiæ flagitia, & vindicari atrociter. Inter arma quoque leges valere: fide melius bella geri, quæ servetur etiam hostibus. Si ergo & armatis debetur, quanto magis precantibus? Proinde caverent ab hujusmodi flagitiis, ne & victoriæ exsortes, & salutis fierent. Neque se diutius passurum, ut eorum scelesta flagitia Romanis adscriberentur, qui plus oneri, quam usui forent. Itaque repressit aliquantulum, non exsecuit avaritiam Syrorum, ut arbitrum fugerent, non ut præceptum foverent. Denique explorato prius si forte Romani militis deesset præsentia, de miserorum visceribus exsecrabile lucrum proferebatur, nec tamen in omnibus sequebatur etiam prædæ eventus, sed in paucis, quo crudelior feritas: quia non solum propter opes, sed etiam propter spem lucri plurimi exstinguebantur: cum latrones ipsi, & sæviores piratæ latronibus, a latrocinio temperent, ubi prædam non senserint. Solius enim barbaricæ immanitatis est, gratis nocere. Nam & ipsæ feræ, ut interficiant, prædam sequuntur. Foris itaque pœnæ acerbæ, intus immanior Joannes.

CAPUT XXV.

DEniquè cum talia gererentur a Syris, etiamsi aliqui revocarentur, indicio comperto, transfugere tamen alii non desinebant. Inter quos Manneus Lazari qui afferebat per unam portam sibi creditam centum quindecim millia mortuorum elata, additis adhuc octingentis octoginta funeribus, quod ipse tuendi vicem hujusmodi recepisset muneris: idque solo eorum numero collectum, qui ex mercede publica sepulti forent, præter eos quos sepelierant sui. Quæ autem sepulcra, nisi ut de muro cadavera dejicerentur? Post ipsum plerique non ignobiles viri, confugientes ad Titum; sexcenta millia defunctorum fuisse, quæ per portas elata numerata sint, commemorabant. Eorum vero cadaverum quæ propter infinitam pauperum multitudinem efferri nequiverint, atque in maximis domibus diversorumque operum spatiis constipata sint, numerum fuisse inæstimabilem. Et adhuc erat processus malorum, quæ jam superiorum omnium finem vicerant. Adhuc sæva obsidio, bellum grave: majoribus jam tamen Judæorum animis, quam viribus. Super omnia vero fames tetrior, quæ insidiaretur jumentis alvum purgantibus, & vetusta rimaretur boum stercora: ut quod visu erat horribile, hoc fieret esca esurientibus. Miserabilis congeries insepultorum corporum, & circuitu longo terra ipsa tecta cadaveribus, repleta ante muros omnia, terribilis species, horror gravis, odor pestilens; qui nec victores, nec victos discerneret: utrisque simul noxius, & majore Romanis impedimento, quibus necesse erat jacentes reliquias cruentato proterere vestigio: terra ipsius inculta, succisis omnibus quæ ad usum militis & machinarum necessario conveherentur. Per tredecim ferme in circuitu urbis milliaria longe lateque vastata humus, & nudum gignentium solum. Omne illud pomarium, in quo ante nemora viridantia, horti inhalantes floribus, diversa pomaria, suburbana prædia gratam sui speciem dabant, si quis postea vidit hospes, ingemuit:

A incola non recognovit, & ad genitalem regressus locum, cum præsens adesset, patriam quærebat.

CAPUT XXVI.

REparatis itaque aggeribus & vineis, ceterisque machinis obsidionis, renovatus est belli furor; quasi ad extremam operis manum utrimque studiis conspiratum. Totius enim periculo certaminis decernebatur, quia & Romanis solvenda obsidio foret, si aggeres & arietes incenderentur; quibus per inopiam silvarum reparationis subsidia non suppetebant: & Judæis excidium patriæ incumberet, si manu cederent, cum quassata murorum
B repetitis arietum ictibus resolverentur. Processere itaque Judæi cum facibus adeo feroces; ut tamquam cessuro sibi Romano exercitu, incendia in machinas spargerent, obsidionem solverent. Sed exhaustæ jam vires fame & res fractæ, priores successus negarunt; substantia defecerat, audacia manebat. Contra, Romanis major pudor, si ab his qui extremum fame spiritum traherent, victoria de manibus diriperetur. Conferto itaque prœlio, repulsi principes seditionis, ad murorum subsidia bello impares recurrerunt. Sed ubi dubia murorum [1] cæsura repetitis ictibus, Joannes haud incuriosus extremi subsidii, circumspexit: interiorem murum quasi in C. litteram duxit. Postero itaque die convulsa parte
C murali, fragor labentis [2] beneficii, & clamor Romani exercitus simul increpuit, quasi patrato excidio muri prolapsione. Sed ubi conclamatæ urbis [3] insultavit sonus, versa vice rerum, novi muri species, improvisa Romanorum gaudia [4] restrinxit, Judæorum audacia successit, quia periculum differebatur. Tunc Cæsar exercitum adhortari cœpit, ut novum illum murùm sine ulla cunctatione adoriendum putarent, quem constructio recens infirmum & facile solubilem proderet: auderent modo animis procedere, fragmenta muralia ascendendi facilitatem datura, ut prœliantes Romani, Judæis de superiori loco decernentibus, adæquarentur. Et quia cunctantes videbat rei difficultate, validissimos quosque
D juxta se congregans, in bellum accendebat tali oratione.

CATUP XXVII.

OMnium rerum exitus plus negotii, quam principia habere, nulli incognitum est, fortissimi commilitones, quia consummatio suscepti muneris majorem quærit laborem: siquidem toto libera mari currit navis, etsi non semper a puppe ventorum aspirent flamina, gubernator tamen obliquat velorum sinus, & sine refragio scinditur fretum. Sed ubi ad portum venitur, opportuna aurarum temperies necessaria est, & angusto ingressus navium coer-
E cetur limite. Major itaque periculi cura, ubi spes propinqua: ædificantibus quoque plana exordia fundamentorum, sed ardua celsorum opera fastigiorum. Et plerumque in ipso operis claudendi fine, mercedis suæ munere defraudatur miserandus faber, aut culminis lapsu obrutus, aut instabili deceptus vestigio, ut ad inferiora decidat. De agricola quid dicam, cui procinctus laboriosior messis quam segetis, vindemiæ quam putationis: & adultis fructibus graviora semper metuenda pericula? Nihil ergo novum, si adhuc nos in ipso portu consummandi cursus periculum manet: quia per angustiora viarum scandendum est ad Antoniam: quo dejectis in-

1. *Cæsura*] *Cessura*. BARR.
2. *Beneficii*] An *ædificii*?
3. *Insultavit*] *Resultavit*. BARR.
4. *Restrinxit*] *Restinxit*. IB.

de adversariis, superiorem occupantes locum, ac supra verticem locati hostium, ipsos quodammodo anhelitus eorum intercludamus. Sed difficile hoc [1] nobis videtur commilitones, quasi vero ad ludum, non ad bellum convenimus: in quo aut vincendum, aut moriendum sit viris. Tunc ergo debueratis excusare, quando ad prœlium veniebatis, ut vindicaretis cladem Romani exercitus, & maculatæ militiæ probrum dilueretis. Si Neronis tempore ulciscendam injuriam Romani nominis æstimabatis, quid vos decet velle Vespasiano imperatore? Lavemus superioris imperii notam, ne nostro adhæreat: quam Nero quidem remoturus per Vespasianum æstimabatur, Vespasianus per Titum in se transfuderit, nisi vicerimus: exsequenda nobis tantummodo supplementa victoriæ pater reliquit: quo fusis in cassum tantis laboribus, dedecores inultique [2] referemus gradum, victoriam derelinquentes? quasi non levius crimen sit de militia decedere, quam victoriam deserere: illud enim formidinis, hoc proditionis est. Sed periculosum putatis in hostem descendere, & murum armis circumsonare: quasi vero muliebria de nobis, & non virilia opera ipsa natura expetat, quæ nobis ideo vitalem infudit spiritum, ut eum pro gloria libenter refundamus. Ad quæ igitur, nisi ad maxima quæque a duce suo bellator adhortandus est? Nam usitati operis adhortatio, non solum conventis, sed etiam convenientibus affert pudorem, ut exigas, quod sponte debetur: id enim de se militem præstare oportet. Et tamen quid immoderatum a vobis exigo? Nonne præstat mori per virtutem, quam vivere ad ignominiam? In medias Romanorum acies frequenter Judæus excurrit, ac se se hostilibus cuneis impavidus infundit, non ad spem victoriæ, sed ad indicium fortitudinis, & ostentationem gloriæ? Vos, quibus terra & mari nemo impune adhuc restitit, quibus non est novum vincere, & crimen non vicisse, cum tanta habeatis vincendi suffragia, nec semel quidem proripuisse in hostem gradum non pudet? sed armatos otium tenere, & procinctu positos, feriatis animis exspectare, ut fames pro nobis dimicet, atque inedia potius sua, quam nostris fusi gladiis, in opprobrium nobis erubescendos vertant triumphos? Non pudet (inquam) strenui commilitones, universarum victores gentium, nihil de armis sperare, nihil de viribus, sed de sola obsidione, & opperiri quando hostis morbo consenescat, atque in suo moriatur lectulo? Et quæ potest esse sine bello victoria? omnia sunt repleta cadaveribus, deformes exuviæ jacent, exsangues reliquiæ defunctorum, nisi quos ipsi inter se suis manibus trucidaverunt. Quid timemus eos, quos jam fames, ignis, latrocinium, seditio exstinxit? Quid destituimus divina beneficia? Cujus enim nisi Dei nutu in sua collisi arma sunt? Destituti quoque subsidiis alimentorum, nec ullus domestici finis furoris. Vereor ne jam & religionum videamur rebelles, qui & nostris, & suis religionibus infidos tam diu reservamus. Verum esto, sit atrox bellum & formidolosum. Quid enim vos belli demulceo facilitate? Sit victoria incerta, certum periculum. Nonne apud eos mihi sermo est, qui humana prudentia noverint, in periculis promtiorem esse omnium animantium fortitudinem, quam in remissioribus contentionibus? Feræ ipsæ cum se circumvallatas [3] armis viderint majore in eos impetu ruunt, ut vi sibi aperiant iter. Et atrociora serpens latibulis excussus, infundit venena. Sunt etiam, quæ natura innoxia, in periculis tamen suis ad nocendum [4] fortiora sunt. Habent cervi sua arma, si quis se obvium ferat, & mortem cornibus repellunt. Habent & læsæ apiculæ suos morsus. Quid autem de viris bellatoribus apud Romanos loquar? cum Leonides ille Lacedæmone genitus, prœliaturus adversus innumerabilem Persarum exercitum, dixerit: Prandeamus in terris, apud inferos cœnaturi. Tantum valuit apud Græcos hic sermo, ut non solum de trecentis illis Lacedæmoniis viris quibus ipse præerat, se nemo subtraxerit, præter unum tantum, quem superstitem postea nullus recepit: sed etiam de ceteris qui simul ad bellandum processerant, nisi quos Leonides tanto degeneres bello repudiavit. Quid de Romanorum integris legionibus loquar? quos Cato Romanæ assertor facundiæ, & veritatis sincerus interpres, asseruit cum exsultatione ad bellum processisse: sed quo se redituros arbitrarentur, universosque libenter procubuisse, ne mutarent sententiam. Beati quorum nemo suis hostium victoriam fuga annuntiavit. De trecentis tamen Lacedæmoniis vir unus subterfugit: illi in angustiis prœliabantur, ne circumvenirentur. De Romanis legionibus nullus vitam elegit, sed omnes mortis hereditatem, quorum vos posteri estis: si contemtu periculorum, quasi gloriosa indoles, virtutis prosapiam non abnuatis. Quis enim fortium virorum esse se mortalem non noverit, omnibusque positum finem vivendi? Quanto igitur melius patriæ impendere, quod naturæ debeas, & necessitatem commutare gloria: nec anhelæ senectutis suspiriis obnoxiam vitam [5] dejicere, nec ferventis ægritudinis casus reformidare, cum depositis ævo quotidiana fastidia sint? Illorum autem, qui languore marcescunt, deficientibus viribus pariter ac sensibus, ut multorum opinio habet, animæ simul cum corpore sepulcro adjudicentur. At vero bellatorum, & strenuissimorum virorum, qui se pro patria pro liberis, pro religione morti devoverint animas de vinculis corporis hujus ferro absolutas nulli dubium, quin purum illud æthereum elementum stellarum lumine refulgens, in cælestibus suscipiat habitaculis, hospitio quodam supernæ quietis: in terris quoque remanere, insigne aliquod [6] est gratiæ vel injuriæ, ut & languore commaceratos oblivio abscondat; & adversum pectus in hostem ferentes, si mors convenerit, sequatur gloria. Ad hæc vos invito præmia commilitones, ut in hostem pergamus, quem clausum tenemus: ascendamus in murum per ruinam muri validioris, quæ nobis velut quemdam aggerem præstat, & æquatur muro inferiori. Quisquis virtutis vexillum præferens, primus in murum ascenderit, vel secundus, vel tertius, vel pluribus comes; haudquaquam mihi non donatus opimo abibit munere: etsi nulla major remuneratio quam fortitudinis gloria, quæ plerumque est tutior. Nam ubi primum animis & viribus confidentissimus quis ascenderit, fugient qui resistebant aut ad inferiora se conferent, aut latibulis abscondent: ita quod maximo nunc periculo fit, si in inferioribus quærimus; sine labore magno sequetur, ut dejectis hostibus bellum conficiatur.

1. *Nobis*] *Vobis*. BARR.
2. *Referemus*] *Referimus*. ID.
3. *Armis*] *Armatis*. ID.
4. *Fortiora sunt*] *Fortia sint*. ID.
5. *Dejicere*] *Degere*. ID.
6. *Est*] *Vel*. ID.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.

CAPUT XXVIII.

Vix sermonem Titus clauserat, & Sabinus se obtulit ex Syriæ viris, egregius bellator, & ante Cæsarem consistens, ait: Obedire se imperiis, ascensioni paratum, si eventus sibi adesset, ut Cæsari placeret: si [1] destrueretur secundis, nihil præter spem sibi accidere, qui judicio proprio delegisset pro Cæsare mori. His dictis lævam extendens, clypeum supra caput extulit, & dextera vibrans gladium, immane quantum in arma insurrexerit: ut quivis eum non cognosceret, quem paullo ante exilis corporis specie despicabilem putaverat, subito cum videret pergere in adversum, & hostibus B pariter & muris minantem se se extendere, quasi jam celsior in subjectos prœliaretur, & murum quateret manu. Sequebantur eum undecim viri studiosi ad imitandum, sed impares ad consequendum. Repugnabant de muro Judæi spiculis, saxis, sagittis: & quod cujusque manus invenerat telum, in Sabinum dejiciebatur. At ille interritus, cursu concito insiliit in fragmentorum aggerem, & in summo locatus, hostem avertit, dum proximus quisque formidat periculum. Sed dum se librat in murum attollens, & securus victoriæ in hostem intendit, lapsus in faciem, cum maximo sonitu ruit. Quo revocati Judæi, cœperunt jacentem missilibus urgere. Ille genu nixus, & se protegens scuto quam C diu potuit, a vulnere defendit, nec immunem reliquit, quem proximum reperit. Ad postremum tamen [2] consertus vulneribus, spiritum prius quam bellum deposuit, nec dejectus gradu, nec muro excussus est, nisi mortuus: tribus quoque aliis necatis, octo semineces, licet a ceteris tamen exitio subtracti.

CAPUT XXIX.

Nec [3] tantum non terrori reliquis mors Sabini, sed incentivo fuit. Nam Romani viri qui prætenderant vigiliarum munia, compensare cupientes operis effectu, quod Sabini studio præventi forent, viginti numero ineunt consilium magnum & memorabile: ut advocato quinti ordinis D signifero, & duobus equestris militiæ viris quos promtiores arbitrabantur, atque uno tubicine, quinta hora noctis silentio per aggeres se se fragmentorum muralium in superiora attollerent, cæsisque custodibus, Antoniæ murum occuparent. Quo peracto, terribilior solito sonitus increpuit tubæ, ut fessi labore Judæi & somno soluti, de improviso perturbarentur, quia omnia repleta hostibus crederent. Ante itaque fugere cœperunt, quam veri fides pateret. Neque enim periculi sors tenebrosæque noctis caligo patiebatur, ut quanti essent, cognosceretur. Et Cæsar audito fragore tubæ, armari E exercitum jubet: ipse cum electis primus in murum ascendit, suis auxilio, hostibus impedimento. Illuxit dies, & jam Cæsar conspicuus e muro suos adhortabatur: alii manibus suorum in murum elevabantur, alii per cuniculum, quem Joannes ad subvertendos Romanorum aggeres defoderat, in urbem se [4] deferebant. Versa in perniciem perfidis subsidia sua, exclusi undique in templum se conferunt. Eo quoque volentes Romani irruere, cohibentur angustiis armisque repelluntur. Fit in vestibulo grave prœlium, nec jam spiculis aut sagit- A tis, sed gladiis cominus geritur, manus ad vulnera, gladius super gladium, ictus super ictum, percussor cæsorum sanguine perfundebatur, ut ipse potius percussus æstimaretur. In ipso templo furor bellicus dominabatur. Natabant pavimenta sanguine: morientium gemitus, vincentium clamores sine ordine & modo personabant: Romanos perficiendi certaminis spes accenderat, Judæis suprema patriæ excidia ademerant mortis formidinem. Hi sumtu gloriæ virtutem alebant, illi desperatione salutis omne effundebant virtutis viaticum, nec reservabant.

CAPUT XXX.

Pulcherrimum quoque facinus adorsus est Julianus centurio, vir armis maximus, ex Bithynia profectus provincia, sed Romanis assuefactus disciplinis bellisque exercitus, & honoratæ militiæ clarus stipendiis. Qui cum prope Cæsarem adstaret, ubi [5] adversos vidit Romanos, quia Judæi numero præstabant, & adhuc Romani pauciores aderant, subito de Antonia se proripuit, & insequentes avertit: nec sunt ausi resistere, ipsa specie præcellentissimi viri, & superba quadam ultra humanam formam virtutis auctoritate, ita ut ipse Cæsar miraretur. O varia atque incerta, velut quædam bellorum alea! quæ sicut jactu quodam, ita casu quodam potius quam virtute, plerumque inopinatis ludit eventibus, sufficiens novos exitus. Namque & heic jactus sunt, non tesserarum quidem, sed sagittarum, telorumque plurium, lapidum quoque, quibus sæpe victor sternitur alieno vulnere. Et dum aliena spolia rapit, ipse dispoliatur: velut hic Julianus, qui tergo imminebat hostium, dum alios perimit, & claustro coercet, ipsa alacritate incautior, confixum clavis calceamentum gerens, usu militarium virorum: non consideravit polito lapide solum stratum, quod cavendum foret; sed quasi in campo prœliaretur securus, labitur, & ingentem strage sua sonitum dedit. Nec potuit assurgere lubrico solo fusus, genu tamen se sustinens, regressum hostem repellebat, ut appropinquantes cæderet, jaculantes quantum posset, caveret. Sed ipsa fatigatus atque oppressus multitudine, solus licet, quia nullus tanto se inserere periculo auderet, non despicabilis tamen, neque inultus, impigre occubuit. Haud equidem, ut arbitror, tali dignus exitu fuit, ut tanta virtus viri sic deciperetur. Sed plurimum in bello prudentia valet, quæ cauta semper & perspicax incertorum providet casus. Solus se de Antonia proripuit, solus in hostilia agmina ruit, solus se armatis miscuit, solus in templum Judæos redire compulit. Vereor ne istud obfuerit magis, quia de templo fuerunt exterminandi Deo infideles, ideo lapsus non invenit remedium. Spectabat Titus vincentem cum gaudio, periclitantem cum ingenti dolore: volebat subvenire, sed longe aberat. Revocabatur a suis, quia in milite unius sors est, in imperatore universorum periculum: docebat exemplum, quid cavendum potius, quam sequendum Cæsari foret. Denique sic consternati fuerunt socii, sic elati adversarii, ut & corpus Juliani in potestatem veniret hostium, quasi adhuc & defunctum timerent, si Romanis restitueretur. Ceteri Juliano cæso, facili negotio cessere. Nondum enim ascenderant numerosi, & Judæis occasio necis ejus vir-

1. *Destrueretur*] *Destitueretur*. Barr.
2. *Consertus*] *Confectus*. Id.
3. *Tantum*] *Tamen*. Id.
4. *Deferebant*] *Inferebant*. Id.
5. *Adversos*] *Aversos*. Id.

tutem auxerat: promtiſſimis eo prœlio ad repellendos Romanos Alexa & [1] Gitteo Joannis conjuratis, qui factionis ejus propugnatores forent: ex Simonis quoque parte Melchio & Jacobo Idumæorum duce, egregiis bellatoribus: Arſimone quoque & Juda tertiæ factionis viris pariter adnitentibus, qui conjuncta manu pulſos Romanos intra Antoniam clauſere.

CAPUT XXXI.

Contra Titus non munimento ſibi, ſed impedimento anguſtias Antoniæ ratus, jubet dirui munitionem ejus funditus, ut congreſſuris iter in hoſtem aperiretur. Compertoque quod ſolemnitas Judæis feſtorum dierum appropinquaſſet, præcepit interpretari Joſephum Hebræo ſermone, quæ ipſe alloqueretur. Quæ, malum! ratio Joanni ſuaderet, ut [2] Romanos laceſſeret. Si virtutis fiduciam gereret, eligeret alium pugnæ locum: eo progrederetur, dummodo urbi parceret: templum non contaminaret, ſacrificia feſtorum dierum non impediret: relinqueret quos idoneos ſacrificiorum miniſteriis æſtimaviſſet: fortitudinis ſuæ documentum ubi vellet præter urbem & templum, ederet: congreſſioni milites Cæſaris non defuturos: invitum ſe cogi ad totius urbis everſionem: cujus reliquias ſervare vellet, ſi pateretur Joannes: imminere templo faces, non quod templum Romani feſtinarent exurere, ſed e templo educere belli incitatores. Si victos ſe crederent, manus darent: at ſi victores futuros ſperarent, non intra clauſtra ſe reciperent, ſed in campis defenderent, quo templum labentibus jam incendiis eriperetur, vacaret purificationibus. Et interpretante Judæis Joſepho, cum ſilentio audita, tacitum vulgus probabat, ſed metuebat ſententiam ſuam pandere: quibus reſpondet Joannes, nullum præſtabilius Deo eſſe ſacrificium, quam pro aris, pro focis, pro templo ponere animam, viros Deo ſacratos: & ideo ſi neceſſe ſit, libenter procumbere pro libertate, tamen ſperare ſe, quod excidium perpeti non poſſit civitas Dei. Titus ad hæc: Merito igitur puram Deo ſervatis urbem & ſanctum immaculatum, necando cives, interficiendo innoxios, perimendo ſacerdotes? Talibus flagitiis non placantur divina, ſed offenduntur. Abdicaſtis Deum veſtrum ſacrificiorum cultibus. Si tibi aliquis negaret cibum Joannes, quæreres eum: Deo veſtro ſuæ hoſtiæ non immolantur, non redduntur ſua munera, jugulantur homines, & adhuc putas Deum auxiliari? Re vera ſic geſta edocent, teſtificatur cæſorum congeries, & cumuli veſtrarum calamitatum. Quis hæc videns, non ingemiſcat? Nec reprehenderem, quod pugnares pro patria, ſi nollem parcere, ſi nollem patriam veſtram aut templum reſervare. Neque enim digna Carthago, aut metuendus Hebræus Annibali, qui partem mediam orbis Romani ſubegerat: & tamen ipſa quoque reparata Carthago, quæ uſque ad excidium ſui rebelles civium animos tulit. Fide mea, ſalva hæc omnia tibi futura ſpondeo, veniam tibi ſalutis polliceor, non pro mercede ſceleris, ſed pro redemtione urbis, ut a te redimam periturorum culminum ſtatum. Deſinas moneo latrociniis tuis conturbare propoſitum pietatis Romanæ. Non [3] formidabitur Hieroſolyma, ut diruatur: quando potior viribus reſervata eſt Antiochia. Certe Jechonias veſter & Perſis credidit, & urbem egreſſus,

A commiſit ſe cum ſuis proximis barbarico furori, ne propter ſe civitas everteretur. Celebratur a vobis ejus memoria, ſicuti veſtri aſſerunt: id eſt Joſephus aſſertor ejus, celebritatiſque teſtis, qua honoratis virum, qui pro patria ſe captivitati obtulit. Servavit eum & barbarus Perſa, & ego tibi ſpondeo impunitatem. Certe & Joſephus arma Romanis adverſa intulit: crede promiſſo, cujus & exemplum præmiſimus. Vadem tibi ſponſionis noſtræ Joſephum damus: immo jam dedimus, quem reſervavimus. Loquatur vobis ſermone patrio, obliget ſe ritu quo ſoletis: non pudet me vadem quærere, fidejuſſorem dare, ne everſorem exhibeam, qui volo parcere. Flere ad hæc Joſephus, rogare B Joannem, deplorare patriæ ſtatum, obſecrare ſermone flebili, appellare ut civem, ſed ceteris pertinaciorem: teſtare Dei omnipotentis gratiam, ſalvum fore cum ſuis; tantummodo deſiſteret excitare militem Romanum ad urbis everſionem. Quem ubi flectere nequivit: Non mirum, inquit, Joannes, ſi perſeveras uſque ad excidium patriæ, cum jam reliquerint eam præſidia divina. Sed mirum quod perituram non credis, cum legeris propheticos libros, quibus excidia patriæ nobis annuntiata ſunt, & reparata culmina, rurſus a Romano diruenda exercitu. Quid enim aliud clamat Daniel? Non enim quod jam factum erat, ſed quod poſt futurum, prophetabat: quæ eſt abominatio deſola- C tionis, quam vociferatus eſt venientibus Romanis fore, niſi iſta quæ nunc imminet? quod eſt illud oraculum, quod a nobis ſæpe commemoratum eſt, a ſummo denuntiatum Deo: tunc ſcilicet perituram urbem funditus, cum civium manibus contribulis ſuus fuerit exſtinctus, niſi quod nunc impleri videmus? & fortaſſe, quia jam defendi templum non placet, interdicto maculatum ſanguine, purgari incendio placet.

CAPUT XXXII.

Complevit ſermonem Joſephus, ſed nullis Joannes movetur fletibus, nec promiſſis flectitur. D Urgebat Deus jam dudum perfidas mentes, ex quo impio ſe parricidio commacularunt, CHRISTUM JESUM cruci ſuffigentes. Hic eſt ille cujus mors Judæorum excidium eſt: Natus ex Maria: qui [a] *ad ſuos venit, & ſui eum non receperunt*. Quando enim ſuos non occiderunt Judæi? Nonne filium Saul ſui occiderunt? Naboth propheta a ſuis utique lapidatus eſt: Judæa fuit Jezabel, quæ juſſit Judæis, ſenioreſque præceptum exſecuti ſunt. Judæus Achab, qui cauſſa mortis ejus factus eſt. Quanti alii a civibus cives peremti & tamen diu integra civitas manſit, etſi diruta a Babyloniis poſt annos innumerabiles, ſed reparata poſtea. Hoc eſt ſupremum excidium, poſt quod irreparabile templum, quia E averterunt ſceleribus ſuis præſulem templi, reparationis arbitrum.

CAPUT XXXIII.


Tali affatu Cæſaris & repetita oratione, inflexa eſt aliquorum ſententia, qui ſe ſubtrahere potuerunt, ut ad Romanos convenirent. Ceteros revocavit periculi metus, qui a latronibus intendebatur: (Et forte quædam inclinatio mentium erat, ne plures eriperentur futuræ everſioni) quos Cæſar confugientes ad ſe, quia erant inter eos &

[a] Joan. I. 11.

1. *Gitteo*] Joſephus *Gyttheo*. Et mox *Malachia* pro *Malchio*. BARR.

2. *Romanos laceſſ.*] Vetus cod. *Romanos in templi excidium laceſſeret*. ID. 3. *Formidabitur*] *Formidalis*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



viri sacerdotales cum filiis, & alii splendidioris familiæ viri, suscepit bona gratia, pollicens securitatem salutis, jus possessionum suarum; atque ad urbem cui nomen Gosna, direxit: ne quid offensionis oriretur ritu dispari & cultus diversitate. Quod ab his, qui in urbe positi repugnabant (seu quia hujusmodi suspicio incesserat, sive ullus composuerat dolo, ne plures dilaberentur) in argumentum est derivatum necis, ut exstincti objicerentur. Eo comperto, revocatos Titus jussit cum Josepho propius muros obire, ut a suis agnoscerentur. Illi cum lacrymis gemituque magno, non sua deflere, sed patriæ templique excidia: rogare cives, ut sequerentur Cæsaris fidem, eriperent templum parato incendio, nihil sibi adversus legem præceptum, nihil de libertate imminutum. Acquiescerent & ipsi experirentur Romanorum clementiam, quorum insuperabilem virtutem experti sunt.

CAPUT XXXIV.

Cum talia miserabiliter deplorarent, proturbantur a suis, bellumque accenditur: insiliunt Judæi, atque in ipsa irrumpunt [1] temeritate penetralia. Omnes recessus, omnia secreta occupant, quæ inaccessa viris erant sacrorum exsortibus. Romani quoque se prœlio parant: temerantur interdicta patrum belli necessitate, majore tamen Romanorum, quam suorum reverentia. Gentiles enim cum formidine templum spectabant, Judæi cum furore ac temeritate adibant; & madidas manus humano gerentes sanguine, ipsa attractabant altaria. Titus tamen adhuc in proposito manens, alloquebatur Joannem, & invitum se deduci ad excidium urbis & templi contestabatur, dicens ad eum: Quid sibi volunt, Joannes, impressi illi ante fores templi apices elementorum: Nonne significant neminem, nisi sacratum debere templo appropinquare? Quid illa septa pro templo? Nonne, ut conspectus arceant universorum liberos, solisque [2] mysticis pateat secretorum cognitio: atque his sit liber aspectus, quibus est legitimus ingressus? Prospectus excluditis peregrinorum, & accessus cogitis. Scribitis, ut nullus ingrediatur advena, nullus peregrinus introeat; & peregrinum sanguinem intra templum funditis, advenarumque simul & civium cruore vestra altaria commaculatis. Testificor ego non impressionis nostræ esse, sed vestræ prævaricationis, quod violatis quæ vestra sunt. Ego alienus non exigo, immo obtestor, si velitis discedere, incolume templum futurum: neminem Romanorum hostiles irrogaturum manus, nihil de vestris temerandum esse sacrificiis. Servabo templum vobis [3] & proselytis; cultus enim sacrorum diversus, sed operis communis usus: Quod cultus fuit, a vobis recessit: quod operis est, victoribus remansit.

CAPUT XXXV.

Ubi ne his quidem per Josephum insinuatis revocari Cæsar advertit (factionis enim principes putabant diffidentiæ potius, quam pietatis esse tam frequentem desistendi conventionem) ad prœlium necessitate invitus revertit; jubet adesse Romanos. Sed quia tantæ multitudini angustia impedimento erat, xxx. electis viris, singula deputat bellatorum millia. Non enim totum exercitum


A reciperent tam densa ædificiorum obstacula. Ipse quoque simul descendere volens, revocabatur a suis, ne in angusto nocturnis etiam plerumque temporibus, quibus necesse erat insidiantium fraudi occurrere, periculi aliquid in se excitaret: cum amplius proficeret, si spectator belli adesset, quæ unusquisque promtius sibi decernendum arbitraretur, sub oculis Cæsaris prœliaturo. Omnia enim quæ circa templum gererentur, velut in theatro quodam, ex loco Antoniæ desuper visebantur. Inflexus ad eam sententiam Cæsar, Cereali mandat negotium, ut prætendentibus circa templum Judæis, hora noctis nona superveniret, ceterosque hortatur studiose ingruere certamine; se quoque dimicantium meritis B non defuturum, cum desuper aut ignaviæ cujusque testis, aut virtutis arbiter pugnam examinaret. Cerealis præscripto tempore impigre adest, sed custodes vigilantes reperit: prœlium conseritur. Siquidem & intra templum siti non dormiebant, & congredientibus qui excubias obibant, facile se ceteri ad bellum pararant. Conferto agmine, instabat Romanus: Judæi, dum claustris atque angustiis nituntur, ne circumvenirentur, percursabant diversa: ut frequentius sibi a suis esset periculum, dum in tenebris non cognoscerentur, & plerumque transfigerentur a sociis, dum hostes putantur. Quis enim nocte discerneret, socio an hosti occurreret? cum interrogare serum esset, cavere utile, consultum C prævenire: & tolerabilior culpæ exitus, errare in alieno vulnere, quam proprium eligere periculum, ubi hostis timetur. Ancipiti itaque per noctem periculo laborabant Judæi, vel quod inferret hostis, vel in quo socius erraret. Nec minore per diem Romanus vehementior aderat, quem totius spectator certaminis Titus vel tacitus urgebat. In horam quintam pugnatum est acriter: Judæis quoque strenue rebellantibus, ut neutra pars loco cederet.

CAPUT XXXVI.

D Dum hæc inter se prœlia gerunt, septem dierum spatia depositis omnibus usque ad fundamenta terræ, quæ castro cui Antoniæ nomen, Herodes immuniverat, latior facta est via quæ ad templum ducebat: ut non solum percursandi militibus esset facultas, sed etiam in munimentis constituendis & coacervandis aggeribus, quantum esset necessarium locorum, pateret, quo pulsarentur etiam templi fastigiorum summa: per quæ Romanis intentius immorantibus, cum [4] intolerabilius fame urgerentur Judæi, cœperunt insidiari Romanorum jumentis: si quis bellatorum equum pabulo laxaverat, aut mulum levando oneri necessarium, rapto avertebant, nec solum cibus eis dispendio Romanorum, sed etiam flagitio, [5] petebatur. Cujus E incuriæ probrum in exordio statim, præscripto necis supplicio, Cæsar removit; fraudem tamen pervicaciam non compescuit. Exclusi enim ab hujusmodi rapinæ necessario esurientibus alimento, herbarum subsidia captantes, destruendum murum quem circa pomarium Titus duxerat, cogitaverunt, ut vagandi & exquirendi radices arborum, pabulorumque liberior fieret excursus, quos ad cujusdam carceris vicem circuitus muri clauserat, nec erat jam, quo famem levarent. Obrepunt itaque & excursu repentino ad montem Oliveti ingruunt prætendentibus: nec illi commisso defuere muneri, & tubæ

1. *Temeritate*] *Temere*. Barr.
2. *Mysticis*] Forte *mystis*.
3. *Et proselytis*] *Etsi nolitis*. Barr.
4. *Intolerabilius*] *Intolerabili*. Id.
5. *Petebatur* — *incuriæ*] *Patiebatur* — *injuriæ*. Id.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
387.



classico de ceteris castrorum aut turrium munimentis alios accersunt ad prœlii [1] societatem. Conseritur pugna acrior in principio: dum pudor hos, illos fames urget sævo imperio ac necessario; sed confluentibus Romanis repelluntur Judæi, atque ad urbis suæ muros reflectuntur. Tunc unus e turma equitum, Pedanius nomine, concito equo dextram extendit, & se paullulum inclinans, unum de Judæis fugientem suspendit, captivum Cæsari ferens, gloriosæque victor rapinæ, velut lepusculum aquila, aut accipiter fulicam ante pedes Cæsaris viventem dejecit. Quo delectatus admodum Titus, laudatum eum & honoratum dimisit.

CAPUT XXXVII.

JAm circumfusæ templi ardebant porticus: ubique luctus, ubique mors: foris bellum, intus supra bellum & incendium. Nec frangebantur animis Judæi: putabant vindictæ perire, quidquid sine fraude gererent vel insolentia. Quando aliter jam nequibant, provocabant Romanos ad excidii celeritatem. Jonathes quidam exiguus corpore, despectu dignior, juxta Joannis sepulcrum lacessebat Romanos, ut secum qui vellet, manu decerneret. Aliis despicientibus pusillitatem hominis, aliis fastidientibus cum eo decertare, quem continuo captivum habituri forent, aliis considerantibus periculoso certamine rem geri cum viris, qui in extremis salutis non aliqua fortitudine, sed sola temeritate vindictam quærerent: nihilque laudis futurum, si vinceretur excidio finitimus: & plurimum dedecoris, si quis lapsu aliquo communem victoriam turparet. Jactabat se insolentissimus, & metum objiciebat victoribus: convicia ferens, quod non suis viribus, sed alienis auxiliis Romani inniterentur: nec Judæos bello hostium, sed domesticis afflictos seditionibus. Erat in numero militum Romanorum Pudens nomine, qui præstrictus inanibus contumeliis, dum inconsulte pudori consulit, salutem neglexit, atque ipsa indignatione incautior, vulneri patuit, fusus que in terram, incussit sociis verecundiam: insultationis quoque caussam Jonathæ simul & mortis reliquit. Namque is successu lætus certaminis, & pompam attollens triumphi, dum tripudiat atque exsultat, concussoque clypeo simul & gladio proludit, excitavit in sua vulnera centurionem Priscum, qui superba & tumida jactantem non tulit, atque incautum victoria penetravit ictu sagittæ. Quo stratus Jonathes, docuit in prœlio neminem irrationabiliter insultare oportere: ubi victoris & victi conditio incerta, donec bellum claudatur.

CAPUT XXXVIII.


AT in urbe interiore, cum hostem intra muros cernerent altissimis eminentem aggeribus, universisque imminentem mœnibus, tamquam vulnus in corpore, ita periculum introrsum pergere reformidarent, intercidunt porticum septemtrionalem ex ea parte qua adhærebat Antoniæ, ne per ipsam hostis in templi superiora ascenderet, vel in inferioribus sitos superior urgeret: & proxima quæque demetunt, ne populantibus incendiis templo finitima, etiam templum ipsum ignis depasceretur, atque intercisa igni exurunt: ita quod ab hoste metuebant, priores cœperunt. Solomonis quoque porticum ad fraudem pararunt, ut culminum A interiora replerent pice ac bitumine; quæ [2] infra fornicem summi laterent fastigii, simulatoque quod eam vellent defendere, & frequentes hostes incesserent, solicitant Romanos atque in se se excitant. Illi admotis scalis, summa porticus petunt: Judæi loco paullatim cedere, quod plures Romani ascenderant. Hi certatim irrepere, tamen prudentiores suspecti doli cavere: sed vulgus intentum victoriæ, præfestinare, ubi res fraude carere visa, plurimis quasi inter retia locatis, admovetur ignis fornicibus interioribus, atque [3] additis pice & bitumine atque ceteris incendii nutrimentis, in totam diffunditur porticum. Circumvallabant flammæ victores Romanos, ut nec resistendi facultas suppeteret, nec fugiendi B copia: quid facerent non reperiebant. Spectabat Titus suos periclitantes, indignans quidem quod injussi ascenderant, sed miserans quod victores perirent. Plerique se præcipitio dabant sed ubi incendium evaserant, fractis cruribus, collisi corpore moriebantur: miserius erat, si debiles superviverent. Volebat subvenire Cæsar, nec poterat: hortabatur tamen proximos, clamabat ut auxilio suis essent. Has voces, hunc dolorem Cæsaris, pro supremo illi habebant solatio. Hoc erat morituris viaticum, hoc se velut sublimi solantes sepulcro ad mortem festinabant, quod in visceribus Cæsaris reconderentur: nec vita eorum periret, quorum viveret gloria qui morerentur pro Cæsare, relin- C quentes sui hereditatem triumphum. Itaque alii circumveniebantur ignibus, alii præveniebantur: nec longe hostis, qui flammas fugientem feriret.

CAPUT XXXIX.

LOnginus tamen egregiæ virtutis vir, cum provocaretur a Judæis, ut se se his committeret promissa salutis securitate, maluit se solum transfigere gladio, quam maculare probro Romanæ indolis fortitudinem. Artorius autem satis astute voce magna clamavit Lucium, dicens: Heres mihi eris; si me decidentem exceperis. At ille miserandus occurrit ruenti, atque in se morituri necem D transfudit. Vere bellicum testamentum, non atramento scriptum, sed sanguine; nec in charta, sed in mucrone. Quod heredem promisit, magnum plane ingenium, ut inveniret voluntarium mortis vicarium. Incensa est itaque porticus usque ad turrim, quam Joannes cum bellum adversus Simonem gereret, exædificaverat super portas regiæ domus, quam Ezechias sibi rex ad habitandum condidit: reliquam ejus partem ipsi diruerant Judæi. Sequenti quoque die a Romanis exusta est omnis porticus septemtrionalis, usque ad porticum orientalem. Nam cum suis ipsi manus injicerent ædificiis, docuerunt Romanos [4] illis non parcere. Nuda erat jam templi facies, & sæva hominum fames: insidiabantur sibi E invicem, quis cui raperet cibum. Ubi alimenti suspicio, ibi bellum inter domesticos. Pugnabatur pro cibo, necabantur carissimi, discutiebantur defuncti, ne quis intra amictus eorum cibus lateret. Simulate aliqui mortui æstimabantur, ne viventes aliquid habere alimenti suspectarentur: sed ne viventes quidem, aut vitæ fungi munere, aut mortem simulare poterant. Verum aperto ore sicut rabidi canes, aurarum captantes spiramina, huc atque illuc circumferebantur inopia duce. Sæpe etiam quasi ebrii in eadem domicilia regrediebantur, ut iterum quæ vacua reliquerant, perscrutarentur. Et cum alia famis solatia non reperirent, detrahe-

1. *Societatem*] *Necessitatem*. BARR.
2. *Infra*] *Intra*. ID.
3. *Additis*] *Adustis*. ID.
4. *Illis*] *Alienis*. ID.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.



bant coria scutis, ut cibo essent sibi, quæ præsidia non essent. Mandebant calceamentum: nec pudor erat solutum pedibus suscipere ore, & lingua lambere. Vetustæ quoque paleæ quæ olim projectæ fuerant, non mediocri studio requirebantur: & si quis repererat, grandi pretio mutuabat.

CAPUT XL.

Quid adoriar dicere factum Mariæ, quod cujusvis barbari atque impii mens perhorrescat? Ea erat de locupletioribus feminis regionis Pereæ quæ trans Jordanem jacet. Belli [1] horrore oborto, cum ceteris se in Hierosolymitanam urbem contulerat, quod esset tutior: eo quoque suas devexerat opes, quas principes factionum certatim invasere. Alimentorum etiam si quid pretio quæsiverat, de manibus eruebatur. Exagitabatur a perfidis, dira imprecabatur, volebat mori, sed percussorem non inveniebat. Malebant insultare diutius, affligere gravius, quam cito perdere. Putabant quamdiu viveret, prædam fore. Defecerant jam omnia, & deliciis assueta, asperiora palearum vel coriorum dura non emolliebat. Sæva fames intimis se infudit medullis, exasperavit humores, mentem exagitavit. Habebat mulier infantulum quem genuerat. Vagitu ejus excita, cum se & parvulum commacerari videret, tantis victa immanitatibus, atque impar tam atroci calamitati affectum amisit: & pietatis genitalis usu obliterato, dolorem absorbuit, furorem assumsit. Conversa itaque ad parvulum jam matrem oblita, & furens animi, sic ait: Quid tibi faciam parvule, quid faciam tibi? Sæva te circumstant omnia, bellum, fames, incendia, latrones, ruinæ, cui te moritura credam, aut cui te tantillum relinquam? Speraveram, quod si adolevisses, me pasceres matrem, aut sepelires defunctam. Certe si prævenires obitu, quod ego te pretioso tumulo meis manibus includerem. Quid agam misera? vivendi tibi ac mihi nullum subsidium video. Omnia erepta nobis, cui te reservabo? aut certe quo condam sepulcro, ne canibus altilibusve vel feris præda sis? Omnia, inquam, erepta nobis. Potes tamen dulcis meus, & sic matrem pascere: idoneæ ad cibum manus tuæ. O mihi suavia viscera tua, artus jucundi, prius quam vos penitus consumat fames, reddite matri, quod accepistis: redi fili in illud naturale secretum, in quo domicilio sumsisti spiritum: in eo tibi tumulus defuncto paretur. Ipsa complectar quem genui, ipsa exosculabor: & quod impatientia amoris habet, habeat vis necessitatis, ut ipsa devorem meos artus, non simulatis, sed impressis morsibus. Ergo esto cibus mihi, furor latronibus, & vitæ fabula, quæ sola deest calamitatibus nostris. Quid faceres fili, si & tu filium haberes? fecimus quod pietatis fuit, faciamus quod fames suadet. Tua tamen caussa melior, & quædam pietatis species; quia tolerabilius est, quod matri dederis cibum visceribus tuis, quam quod te mater, aut occidere potest aut devorare. Hæc dicens, averso vultu gladium demersit, & in frusta filium secans igni imposuit, partem comedit, partem operuit, ne quis superveniret: sed nidor incensi pervenit ad principes seditionis: continuoque odorem sequuti, introierunt mulieris hospitium, minantes necem, quod ausa esset jejunantibus ipsis edere atque exsortes eos facere cibi, quem reperisset. At illa, partem inquit, vestram vobis servavi: non fui avara nec A inhumana: nolite indignari, habetis quod & vos edatis, de meis vobis visceribus cibum paravi. Considete ocius: mensam apponam: mirari habetis, & ministerium meum [2] indicate, quod talem nullius inveneritis mulieris affectum, quæ vos nec dulcis filii fraudaret gratia. Hæc dicens, simul redoperuit ambusta membra, & epulanda obtulit cum adhortatione hujusmodi sermonis: Hoc est prandium meum, hæc vestra portio: videte diligentius, ne vos fraudaverim. Ecce pueri manus una, ecce pes ejus unus, ecce dimidium reliqui corporis: & ne alienum putetis, filius est meus; ne alterius opus arbitremini: ego feci, ego diligenter divisi mihi quod manducarem, vobis quod B reservarem. Numquam mihi fuisti dulcior fili: tibi debeo, quod adhuc vivo. Tua suavitas animam tenuit meam, & produxit matri miseræ diem mortis. Subvenisti in fame: tu munus supremum senectæ, percussorum repressor. Venerunt necaturi, convivæ facti sunt: habebunt ipsi quod [3] tibi debeant, cum epulas meas sumserint. Sed quid refertis gradum, quid horrescitis animo, cur non epulamini quod mater feci? Possunt & vos delectare, quæ matrem exsaturarunt. Non esurio jam, postquam me filius meus pavit: abunde exsatiata sum, famem nescio: Gustate & videte, quia suavis filius meus. Nolite fieri molliores matre, infirmiores muliere. At si vos in meo vulnere mise- C ricordes estis, & non suscipitis hostiam meam, atque aversamini holocaustum meum; ego consummabo sacrificium meum, manducabo quod reliquum est. Videte ne vobis opprobrio sit quod fortior vobis mulier reperta sit, quæ absumeret epulas virorum. Ego quidem tales paravi epulas, sed vos sic epulari matrem fecistis: me tenebat passio, sed vicit necessitas.

CAPUT XLI.

Replevit continuo totam urbem tanti sceleris nefas, & [4] utriusque tamquam ante oculos positum, parricidalis convivii ministerium perhorre- D scebat. Cœperunt & ipsi incentores seditionis examinare post hæc, quos raperent cibos, ne similes escas invenirent, & velut imprudentes sumerent. Cœperunt universi timere, ne diu viverent, & mori vellent. Pervenit etiam ad Romanos hujus facti immanitas. Nam plerique hoc horrore perterriti, ad hostem fugerunt. Quo comperto Cæsar, exsecratus infelicis terræ contagium, manus ad cælum elevans talia protestabatur: Ad bellum quidem venimus, sed non cum hominibus dimicamus; adversus omnem rabiem beluarum ac ferarum, quid [5] sensibilium loquor? adversus omnem rupium immanitatem decernimus. Diligunt feræ fetus suos, quos etiam in fame nutriunt; & quæ alienis cor- E poribus pascuntur, a consimilium ferarum abstinent cadaveribus. Hoc ultra omnem acerbitatem est, ut membra quæ genuit mater, voraret. Mundus ego ab hoc contagio: tibi me absolvo, quæcumque in cælo potestas es. Scis, scis profecto, quia intimo affectu pacem frequenter obtuli, & quod non pudet dicere, victor rogavi: quia parcere etiam ipsis tantorum flagitiorum prodigiorumque auctoribus volui, parcere populo, urbem servare: sed quid facerem repugnantibus, sed quid facerem adversus suos furentibus? Positis plerumque armis, quia illi a suorum cædibus non desinebant, in bellum reverti, ut liberarem obsessos, non perderem: ipsi

1. *Horrore*] *Terrore*. Barr. 2. *Indicate*] *Judicate*. Id. 3. *Tibi*] *Mihi*. Id.

4. *Utriusque*] Forte *unusquisque*. 5. *Sensibilium loquor*] *Sensibilia loquar*. Barr.



nos de muris hortati sæpe sunt dimicare, ne gravius a suis perirent. Qnales sunt cives, quibus hostis remedio est? Audieram equidem intolerabilem hujus esse populi ferocitatem, qui incredibilibus se opinionibus in omnem excitat insolentiam. De cælo se genus ducere, ibi primum induisse corporis formam, cæli se fuisse incolas, descendisse ad cultus terrarum, de terris ad cælum redire, transisse per maria sicco pede, fugisse ante se fluctus maris, conversa Jordanis fluenta in suum fontem recurrisse; stetisse solem, ut hi hostes suos vincerent, ne nox impediret: raptos in cælum igneis curribus suos, prœliatas pro se cæli potestates, & absentibus his universas hostium fusas copias, dormientibus partam victoriam. Hæc compereram, sed putabam quod divina circa se jactarent beneficia, non usquequaque audaciam extenderent, ut se nec a Romanis vinci posse arbitrarentur. Agnosco itaque cum his nobis esse prœlium, qui se insuperabiles credant, cum se jactitent diluvii superstites, heredes fluminum, terrarum hospites, viatores æquoreos, ascensores æthereos; quibus unda murus est, aer via, cælum habitatio, cedunt flammæ, nec vincula tenent. Sitientibus petra solvitur, ac se se fundit in potus. Esurientibus cælum aperitur, cibus mittitur, carne volatilium castra implentur, & panem Angelorum manducat homo. Stringuntur liquentia, amara dulcescunt, sol [1] statuit, tenebræ illuminant. Postremo quid amplius potest esse, quando his audacia deesse potest? Qui, ut ajunt, mortui vivunt, & sepulti resuscitantur. Adversus divina quoque conspirasse hos homines opinio frequens, & pœna indicio est. Ardent hodie quoque terræ propter incolarum impietatem: plerosque etiam ex istis hiatus soli absorbuit. Quamdiu igitur in his locis morabimur? ubi & terrarum ruina est, vidimus & mare mortuum, vidimus etiam mortua terrarum nascentia, humum aridam, virentium fructuum umbras inanes, foris gratiam, intus favillam. Quis dubitare potest, quin apud inferos versemur, apud quos etiam elementa moriuntur? Ipsa quin etiam, quæ post mortem vivere solet, apud [2] quos naturæ pietas mortua & superstes defunctis religio. Quis enim parentes non etiam mortuos diligat? Quis enim amissos filios non amet, & loco pignorum teneat? Manet affectus, etsi pignus obierit, perseverat nomen naturæ, gratia non intercidit. Apud hos vero nec viventem mater recognoscit filium, nec appellantem audit, nec vagientis miseretur: & propter unius horæ exsecrabilem cibum, parricidales [3] injecit pignori manus. Sed quid quasi novum arguo, cum a parricidio fraterno generis sui numerent exordia? cum ipsius Abrahæ quem appellant patrem & disciplinæ auctorem ac sui principem cultus, in eo maxime fidem prædicent, quod nec filio parcendum putaverit, eumque sicut hostiam aris admoverit, atque holocaustum offerre non dubitaverit. Non condemno devotionem, sed quæro pietatem. Alium quoque e suis vovisse ajunt victorem, ut quidquid sibi primum occurrisset domum revertenti, immolaret Deo suo: & cum rediret, occurrisse filiam, atque illum injecisse filiæ manus, multaque alia hujusmodi exempla. Qualis ista gens, quæ religioni tribuat hominis necem, & sacrificium putet esse parricidium? Quis Deus possit hoc exigere, aut qualis sacerdos qui hoc possit deferre? Denique [4] veterem


A illum quasi prudentiorem non fecisse ajunt, sed voluisse; istum quasi [5] consultiorem perseverasse. Habeant suos ritus [6] duriatum homines, apud quos disciplina est filios occidere. Infelix civitas, in qua talis officina, tale [7] mysterium est. Operiant eam ruinæ suæ, atque abscondant [8] invidi ipsi contagionem, ne sol videat, ne stellarum globus spectet, ne maculentur aurarum spiramina: purgatorius quoque ille exuret ignis. Thyesteas dapes fabulam putamus, flagitium videmus, veritatem cernimus atrociorem tragœdiis. Ibi enim firmior sexus & partus alienus: heic mulier, cui partus proprius fuerit cibus. Ibi aliena fraus, heic propria voluntas. Ille doluit, hæc insultavit: digna tali- B bus viris esca, qui pertinaciter bellando mulieres suas ad tale perduxerunt convivium. Equidem eos tantis malorum afflictos acerbitatibus jam furere arbitror, amentesque factos, qui hæc non sentiant. Quare maturius bellum conficiamus, quia emendari non queunt: ingruamus instantius, ut fugiamus regionum istarum morientes aquas, terra ruentes.

CAPUT XLII.

HIs dictis admoveri templo arietes jubet, sed nihil validi ictus proficiebant. Plerique tamen territi de ipsis seditionum principibus confugere ad Cæsarem, quos Titus tamquam necessita- C te compulsos, non quasi promissum secutos dubitavit suscipere, sed fides temperavit iracundiam. Non eo loci tamen habuit quo perfugas superiores, intentiusque suos urgere cœpit; ut universi hostium discederent perculsi metu. Sed ubi parietes inoffensos ab ictu arietum mole sua viderunt permanere, aluerunt audaciam: ingenio tamen Cæsar præveniens, januas argento opertas succendi jussit, quibus igne admoto argentum defluere, deinde paullatim etiam lignum ardere: sic in porticum interiorem aditus patescere. Sed miseratus Cæsar, ne finitimis interioris vestibuli porticibus comprehensis, templum exureretur, ad consilium vocavit duces exercitus, dicens: non cum insensibilibus sibi cer- D tamen esse, nec bellum cum ædificiis, quæ victoribus proficerent, si inexusta reservarentur: duces tamen afferebant, [9] valetudinem parietum & munitionem templi, Judæis in reliquum quoque incentivo futuram, quibus esset grata insolentia; radices rebellionis eruendas funditus, ne iterum temeritas recrudesceret. Distulit tamen Cæsar consilii tractatum in posterum diem. Verum Judæi se infundendos putarunt: sed Romani confertis clypeis, quamvis pauciores, primum impetum sustinuere. Nutabat tamen acies concursu innumerabilis multitudinis. Unde Cæsar cum equitibus propere adfuit, proterens facile quos reperisset, atque hostile agmen reflexit, eo fretus, quia jam E pateret vestibulorum portio. Majore suorum manu sequenti die disposuit in hostem irrumpere, templum succendere. Quod factum eripuisset urbem incendio; nisi læva mens populi flammas in se hostium provocasset. Jubet enim Cæsar restingui ignium globos, ne irrupturis impedimento forent. Quod videntes Judæi, dum insidiantur volentibus incendia templi restinguere, cæsis aliquibus, hostem accenderunt: unus de Romanis semiustam nactus materiem, quæ de fastigio deciderat, adulto igne portæ admovit quæ aurea nuncupatur, quod auro ve-

1. *Statuit —— illuminant*] *Statuitur —— illuminantur*. BARR.
2. *Quos*] *Hos*. ID. 3. *Injecit*] *Injicit*. ID.
4. *Veterem illum*] Abraham intelligit. ID.
5. *Consultiorem*] *Inconsultiorem*, Jephte scilicet. ID.
6. *Duriatum homines*] *Duri tamen homines*. ID.
7. *Mysterium*] *Ministerium*. ID.
8. *Invidi ipsi*] *Mundi ipsius*. ID.
9. *Valetudinem*] *Validitatem*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



stitas habebat fores. Liquefactus illico flammis auri rigor lignum nudavit, quod velut intecto latere patuit incendio. Exustis itaque valvis, in interiora se templi penetralia inseruit ignis. Jamque portæ ejus vestibula lucebant. Turbati omnes qui se templi munimine defensabant, trepidare illico; & quædam jam inclinatio mentium erat, illum illum diem esse templo excidialem, quia in ipso die quondam Babyloniis ingruentibus fuerat incensum, quia erat decimus dies [1] Joma mensis, quem jam dudum inter funestos annumerabant. In superiora quoque se aurarum spiramine ignis attollens, victoribus lætitiam, victis tanta labe dolorem dignum infudit. Clamor quoque universorum exortus, nec multo post nuntius hostilis excidium Cæsari manifestum reddidit: qui se proripiens quanta poterat voce, restingui ignes jubebat. Sed neque per tumultum audiendi facultas erat, neque parcendi voluntas, cum Romani milites vindictæ studio ferverent, notaque pietas Cæsaris inobedientiæ metum suis demeret, nulli fraudi suis futurum, cum etiam hostibus ignosceretur. Nutu tamen & manu Titus revocabat, quos poterat, mandabat aliquibus ut inhiberent impetus militum. Sed ira duce [2] adolebat incendium, hostem urgebant desperatione salutis, jam sui prodigum & totum se expendentem periculis. Vulgus maxime ignobile feriebatur, ubicumque occurrerat, quia nullis munitum armis, nec repellendo vulneri, nec retorquendo idoneum erat.

CAPUT XLIII.

FAtigatus itaque clamoribus Cæsar, gradum retulit, cum flamma adhuc conclavia templi depascebatur. Quibus deustis, in ipsam ædem se furens intulit. Qua specie plerique exanimati: alii se in ipsos [3] misere ignes, quorum oculi ferre non poterant, ut superstites templo reservarentur. Rursus concurrit Titus cupiens cujusmodi ædes esset circumspectare. Cujus gratia motus, præcellentiorem omnium templorum fuisse operibus fatebatur. Mirabatur saxorum magnitudinem, metalli nitorem, venustatem operis, gratiam pulcritudinis. Nec immerito tantam fuisse loci celebritatem pronuntiabat, ut eo ex locis omnibus conveniretur, quia tantum non nisi summi Dei crederetur esse domicilium. Adjungebat honos fidem religionis, quo etiam barbarorum gentes templum illud venerabantur: & inferebant munera prædones [4] religionis, quæ tamen tunc diripiebant sui, & dispergebant latrones, irruentes in omnia quæ deposita viduarum fuerant vel pupillorum, tamquam de victoribus vindicaretur, si quid ex præda Romanis minueretur. Templum quoque ardere conspicientes, ipsi incendebant cetera, ne quod excidio templi superstes esset ædificium: religioni deputantes, si omnia cum templo perirent. Nec adhuc tamen Judæi perfidiam deponebant: quæ caussa majoris excidii fuit. Nam cum animi multorum inflecterentur, ut se, facto agmine, Romanis traderent, pseudopropheta quidam jactare cœpit in excessu mentis suæ, templo divina præsidia non defutura, vocare populum ad se velut quodam oraculo, adhuc

A se in templo suo manere illico repulsurum hostium cuneos, flammarum incendia. Sic miseri dum infeliciter falsis circumventionibus credunt, dedecores atque inulti sicut pecora trucidabantur. Qui si voluissent credere, evidentia imminentis signa excidii habebant: quibus veluti claris vocibus admonebantur, finem sibi affore.

CAPUT XLIV.

NAm per annum ferme supra templum ipsum cometes, passim ignis & gladii quamdam præferens similitudinem, denuntiabat quoque ferro & igni gentis & regni urbisque ipsius vastitatem

B futuram. Quid enim similitudo gladii nisi bellum? Quid ignis, nisi incendium denuntiaret? Visus est autem, prius quam populus a Romanis sese dissociaret: ipsis autem Paschæ diebus, Xanthici mensis octavo die, & per singulas noctes hora circiter nona, templum & ara ejus ita lumine refulgebat, quasi dies esset, per dimidium ferme horæ quotidie manens: quod vulgus interpretabatur, cumulandæ gentis indicium videri, eoque impulsi sunt, tamquam tempus afforet libertatis recipiendæ. Prudentiores contra opinabantur, quod id genus stellæ bellum soleat denuntiare. Nec quisquam arbitretur aliena nos a cultu nostro, & disciplina locutos. Primum, quia non quid nobis videatur, astruimus;

C sed quid acciderit, quæve opiniones tunc temporis fuerunt, quid prudentes senserint, quid imprudentes. Neque cum de secta Judæorum aliquid dictum est, ita scriptum videatur a nobis, quasi in veritate cultus eorum, non quasi in umbra & figura præmisso contexeremus, ut sequerentur perfectiora. Nam de signis stellarum etiam in Evangelio docemur, quia [a] *erunt signa in sole, & luna, & stellis*. Vitulæ quoque partu afferuerunt, cum immolanda adstaret altaribus, in medio templi agnum editum, in ipsis sacrorum (quæ supra memoravimus) celebritatibus. Orientalem quoque portam interiorem solido ære gravem, quæ soleret ad vesperam viginti virorum multo claudi labore, obseratam vectibus ferreis, per aliquot noctes sponte referatam, & vix postea a custodibus clausam. Id quoque arbitrabantur plerique futurorum signum bo-

D norum, quibus ingressuris porta aperiretur. Consultiores autem ajebant, custodiam templi resolutam videri, ut quæcumque intus forent, ab hostibus diriperentur: exiret cultus, introiret vastitas, evacuaretur celebritas, sacrificium destrueretur. Quod etiam ante quam crucifixissent Christum Jesum liquido significatum lectio docet. Post multos quoque dies, figura quædam apparuit inæstimabilis magnitudinis, quam plurimi circumspexere, sicut libri Judæorum manifestarunt: & ante solis occasum subito visi in nubibus currus & acies armatæ, quibus totius Judææ regionisque ejus urbes incursarentur. In ipsa autem Pentecostes solemnitate, ingredientes sacerdotes in templi interiora

E nocturno tempore, ut sacrificia assueta celebrarent, primo motum quemdam sensisse se prodiderunt & sonum editum; postea etiam audisse repentina voce clamatum: *Transeamus hinc*. Jesus quoque Ananiæ filius ruricola vir, ante annos quatuor quam

a Luc. XXI. 25.


1. *Joma*] Cod. vet. *Loina*. Suidas *Loum* a Macedonibus Augustum dictum testatur. BARR. — Vide sis Dodwellum *de Cyclis veter. Græc. & Roman.* qui differt. IX. pag. 397. menses Macedonicos cum Hebraicis ex Josephi sententia collatos exhibet. Ceterum Lous Macedonibus est mensis Julius. Neque tamen errasse putandus Suidas. Syromacedones namque Lexicographus intellexisse putandus, quorum annus a Macedoniano mense anteverti apud eruditos constat: ut propterea Λῷος qui Macedonibus est Julius, Syromacedonibus fit Augustus. Qua de re scite Fabricius in *Menologio* pagg. 43. 45.

2. *Adolebat*] *Adolebant*. BARR.

3. *Misere*] *Mersere*. ID.

4. *Religionis*] *Regionis*. ID.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.



bellum Judæorum populus adoriretur, in summa pace urbis & abundantia, cum scenopegia sacrificiis solemnibus celebrarentur, templum ascendens, cœpit clamare: *Vox ab oriente, vox ab occidente, vox a quatuor ventis, vox super Hierosolymam & super templum, vox super sponsos & sponsas, vox super omnem populum:* hoc noctibus & diebus vociferabatur. Quo moti primores loci, corripuerunt eum, terribile vocis ejus indicium perhorrescentes, & plurimis eum suppliciis affecere, quo saltem afflictus dolore, desineret terribilia & plena prodigiis denuntiare. At ille nec metu ullo, nec verberibus aut gravioribus interminationibus territus, usum aut vocem mutavit, eadem denuntiationis perseverantia & contextione sermonum, nulla obsecrationis interpolatione in iisdem manebat, injuriæ negligens, affectu immobilis. Quod nequaquam perfunctorium rati, sed in excessu mentis, ut erat, exprimi, detulerunt ad loci judicem, qui tunc temporis a Romanis per id locorum, publica agitabat negotia. Is timandæ veritatis gratia, sævissimis eum pœnis exulceravit: quo magis perseveraret, eo vehementius corripi flagellis hominem jubens, ut si qua secretiora futuri tumultus comperisset indicia, manifestaret. At ille neque flevit, neque rogavit, sed ad singula verbera non suum, sed patriæ excidium flebiliter plorabat, dicens: *Væ Hierosolymis*. Neque interrogatus, quis esset, vel unde, vel cur eadem diceret, responsum reddidit: sed tantummodo lamentationem illam patriæ, quæstu miserabili prosequebatur. Defessus itaque Albinus (hoc enim nomen viro) dimisit eum, tamquam dementi furore, quid diceret, non sentientem. At ille neque sermonem ullum cum quoquam habebat, nec aliud loqui per reliquum tempus auditus est, sed hoc tamquam lugubre atque funereum canticum canens, diebus ac noctibus jugiter resultabat: *Væ Hierosolymis*. Neque verberanti conviciabatur, neque cibum impartienti gratias agebat. Una erat ad omnes, eademque plena funebris ululatus responsio, & maxime sacrificiorum celebritatibus. Per septem itaque annos & quinque menses eadem verborum series, idem vocis sonus mansit. Itaque indefessus tanto tempore, ubi obsidio cœpit, eadem illa vociferari destitit, quasi cessare oporteret denuntiari, cum adessent, quæ fuerant denuntiata. Sed ubi flamma cœpit pariter urbem & templum involvere, circumiens murum, clamare iterum cœpit: *Væ civitati, populo & templo*. Et ad postremum addidit: *Væ etiam mihi:* & [1] fundibulo ictus, in eadem voce emisit spiritum. Urbem quoque ipsam cum templo, vetustis literis scriptum erat tunc perituram, cum tetragonum templum factum fuisset. Itaque sive obliti, sive obstupefacti ingruentium malorum necessitate, ubi occupata est Antonia, tetragonum circuitum templi fecerunt. Inter quæ illud præcellentissimum, quod in litteris æque vetustis quas sacras vocabant, manebat impressum, quod secundum illud tempus, futurus esset vir, qui de regione eorum imperium assumeret in orbem terrarum. Quæ res eos in tanto furore posuit, ut sibi non solum libertatem, sed etiam regnum pollicerentur. Id alii ad Vespasianum referendum putarunt; prudentiores ad Dominum Jesum, qui [2] eorum in terris secundum carnem genitus ex Maria, regnum suum per universa terrarum spatia diffudit. Tantis itaque rebus [3] advenientibus, non potuerunt capere, quod divinitus decernebatur.

CAPUT XLV.

Fugientibus itaque auctoribus seditionum cum templum exureretur, Romani posuerunt signa intra circuitum templi ipsius, & contra portam orientalem sacrificaverunt, imperatorem Titum summis prædicantes vocibus. Interea puer quidam eo loci, ubi etiam sacerdotes erant, quos & inopia aquæ & æstus finitimi incendii commacerabat siti, rogavit unum de custodibus Romanis dexteram sibi dare, potum offerre. Porrexit illico, ætatem pariter miseratus ac necessitatem: bibit puerulus: & quia sedulo innoxiæ creditum fuerat ætati, rapuit aquæ vas, & cursu se se proripuit, ut etiam sacerdotibus bibendi copiam ministraret. Voluit sequi miles, sed non potuit comprehendere. Ille periculo suo sacerdotum sitim levavit. Bona fraus, quæ neminem læderet, subveniret necessitati. Denique miles ipse miratus est magis affectum pueri, quam dolum detestatus, quod in illa ætate excidio totius urbis & communi periculo, quid deberetur reverentiæ sacerdotibus, quod potuit ministerium, non inexpressum reliquit. Nec multo post sacerdotes confecti fame & siti, vitam rogarunt. Quos Titus jussit occidi, degeneris animi esse respondens, [4] ut templo & muneri cuperent supervivere.

CAPUT XLVI.

Joanni autem & Simoni & ceteris principibus seditionum rogantibus, ut paullisper cessare jacula telorum & strepitum juberet; dicendique sibi potestatem daret, ab indulgentia non abhorreret: facto silentio ita respondit: Serum, nequissimi, tempus ad misericordiam, cum jam quid reservetur, nihil relictum sit. Offerebam vobis, & despexistis, & diffidentiam putastis, non indulgentiam. At ego innoxia ædificia vestro scelere perire ingemiscebam, vulgus ignobile cogi ad mortem dolebam: parcere volebam, vos non sinebatis: suspendebam prœlia, vos irruebatis: pacem offerebam, vos non recepistis: alloquebar frequenter, crebro conveniebam. Non pudet dicere, insolentiores vos feci rogando. Quid putabatis? quod Romanæ acies vobis cederent, & multitudine circumveniretis victorem omnium terrarum exercitum? Quota portio orbis pugnavit, quia universum nec regio vestra sustinere poterat, nec sinebat necessitas? Melior enim cura nobis tuendi orbis, quam propagandi. Quocumque eamus nihil est novum, nihil est alienum, quibus omnis terra possessio est. Latrocinium hoc quasi nævum in corpore diu dissimulandum putavimus, aliquando crudelitati auferendum credidimus, ne fulgorem imperii Romani vestra inobedientia & quædam interpolaret caligo. Sensistis Romanam virtutem non bellando, sed moriendo. Neque enim in campo vestra vidimus agmina, sed in muro, cum vobis nec claustra prodessent ad tutamentum salutis. Quis enim murus resisteret, quibus oceanus non restitit? Aut quæ civitas nostræ obsidioni inexpugnabilis foret septa præ-


1. *Fundibulo*] Codex vet. *fundibalo*: rectius. Id. — Habet quoque *fundibalo* editio Ascensii prima: sic item optimi quique manu scripti. Et *fundibalus* a βάλλω recte dici, tum Glossæ antiquæ declarant, in quibus *fundibali* sunt λιθοβόλοι, tum etiam Isidorus *Origg.* lib. XVIII. cap. X. Mazoc'. l. c. pag. 795.

2. *Qui eorum*] *Qui de regione eorum*. Barr.

3. *Advenientibus — capere*] *Admonentibus — cavere*. Idem.

4. *Ut templ.*] *Quod templ.* Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



sidio murorum, cum Britannias quoque Romana arma penetraverint, muro frementis circumvallatas elementi? Substratus est nobis ille præruptus aquæ mons. Patres vestros, ut Judaicæ fabulæ ferunt, rubri maris unda, muri specie transeuntes, circumvallavit: Romana fortitudo murum oceani perfregit. Non invideo vobis aliena beneficia. Viderit vos mare & fugerit, ut clausi ab hoste fugeritis, quia perrumpere hostem non poteratis, nec sustinere. Nobis fuga oceani damno fuisset, si fugisset. Gessimus ante bellum cum fluctibus; insanum mare ante superavimus, quam ad hostem perveniremus. Excepit nos Britannia, victores elementorum. Quibus illi fidebant, nos subegimus, ut ad triumphi cumulum ipse oceanus accederet. Sed forte virtute corporis præsumebatis. Numquid vos Germanis fortiores, quos septos alpium muro, fortitudo Romana in servitutem deduxit? Nec illa similia Tauri montis acclivis collibus, aut Canopeis agminibus Ægyptiorum, cum quibus vobis bellandi usus est. Supra nubes ascendimus, & de nube descendentes populos vicimus: aerium cunctis aperuimus iter. Iter æquoreum vobis non invidemus, dummodo illud triumphantium fuerit, hoc fugientium. Romanæ itaque virtuti consederunt montes, amnes exaruerunt, amisso cursu quem natura direxerat, & inflexo quo victores jubebant. Conversus sit Jordanis vester, ut dicitis, atque in fontem reverterit, ut vobis iter panderet: non eo Clœlia Romana virgo eguit, quæ ruptis vinculis hostem evasit, & fluvio decurrens Romanis se intulit castris. Nec incendia vestra miramur, de quibus Hebræos pueros evasisse, maximos edere cantus soletis. Mucius noster nullo cogente manum admovit ignibus, nec removit, donec victor incendii, miraculum hostibus suis infunderet fortitudinis, quæ flammas non senserit. Denique pacem rogarunt, qui triumphum sperabant. An vero cælestia illa vos extulere pabula, & esca pluviarum adversus virtutem Romanam? Sed considerare decuit altricem ipsam orbis terrarum Africam esse subjectam Romanæ fortitudini. Nobis servit, quæ omnes alit: in nostra potestate est fames omnium, & victus universorum. Quod natura omnibus dedit, virtus Romana jus suum fecit. Ipsum Annibalem perculit, in exsiliumque coegit, quem non capiebat orbis terrarum. Angustior civibus Africa fuit. Non idoneæ ad demorandum visæ Hispaniæ; arcta vianti Gallia, indigna Italia amicitiæ fœdere, & societatis consortio. Jactetis liceat, quod [1] flumina militaverint vobis, & cælestes potestates pugnaverint: nos Annibalem inequitantem fluminibus vicimus atque intonantem undis. Ipsius tempestatibus quatiebatur mundus. Et ille muros nostros armis pulsabat. Neque vero necessarium fuit, ut hostes nostri, sicut Assyrii vestri dormientes exstinguerentur, sed prœliantes. Non enim in somnis victoria quæritur, sed in prœlio: non virtutis adorea est, ubi fortuita gratia. Hostes nostri non aquarum rutilo decepti renitentium ad solis exortum, in manus nostras inconsultius inciderunt, dum fusi sanguinis species, nos exstinctos putaverunt; sed scientes & ad bellum parati, campos terrarum corporibus suis texere, ac proprio sanguine repleverunt. Quæ vos fortitudo in tanta posuit insolentia? Non videbatis eos servire nobis, qui vobis imperitarunt? Ægyptus quæ vos affligere solebat, nobis annuum pendit tributum, & viam præbet usque ad Indicos tractus, extra orbem terrarum egredi atque alterum orbem quærere, maris secreta, solis oceanique ultima, & alterius orbis incolas nostro imperio adjungere. Quid Antiochi regnum, qui vos gravibus suppliciis affecit? Jus quoque ipsum [2] ereptum religionis: nos ipsi vobis refudimus, gloriosius arbitrantes imperare regibus, quam regnum tollere. Ipsa sedes dominorum vestrorum Antiochia, nonne studiose suos repudiavit, & nos dominos elegit? Vos ipsi nonne ad nos confugistis, ut illos dominos fugeritis? Non ipsi vos suscepimus, & adversum illos defendimus? [3] Servimus vobis, ut vestris legibus viveretis: dedimus potestatem vestris inservire cultibus. Sacra vestra scire noluimus, sed honoravimus. Postea rebellandum putastis. Pompejus templum cepit, sed non diruit: urbem occupavit, sed integra omnia reservavit donaria. Pro quibus o grati socii, hanc vicem nobis rependistis, ut tertio rebellaretis? Fuerit Nero despiciendus, sed non in uno Ramana virtus expendebatur: sed habebat militem Vespasianum, qui jam ad pacem revocaverat Gallias: tam fortis in prœlio, ut per illum & Nero vinceret, per illum Nero esset hostibus formidabilis: tam fidelis domino principi, ut solus imperium non quæreret, quod solus merebatur. Sed Cestius læserat: querelam deferri decuit, non arma irrogari. Missus pater Vespasianus, qui improvisus potuit in imparatos se effundere: Galilæam circumibat, longinqua exurebat, ut vos deponeretis insolentiam, veniam postularetis. Ostendit virtutem, & cum universos clausos teneret, Ægyptum petiit, ut inducias resipiscendi daret. Insolentiores vos nostra absentia fecit, quia nos occupatos putastis. Sed numquam ita occupati sumus, ut absentes simus orbi terrarum. Nam & absentes adsumus, & longe positis propius assistimus. Namque ut anima in corpore omnia membra vivificat sua, sic Romana providentia omnibus imperii sui partibus adest, & totum orbem Romanum, tamquam præsens gubernat. Nam si singulis animis illa vis divina regendi corporis virtutem dedit; quanto magis Romano vigori, quo quasi unum totius imperii nostri corpus animatur, tuendi ejus vitalem quamdam substantiam subministravit? Suspensum itaque bellum vos reparastis. Profecturus itaque pater ad urbem Romam, a tyrannis recipiendam, me a sua divisit societate, ne vobis suæ pietatis exsecutor deesset. Veni ad bellum specie terrentis, affectu rogantis. Quoties a mœnibus vestris vocavi exercitum? Quoties postea a penetralibus templi retraxi? Quoties restinxi incendia? Quoties monui? Sed numquam audistis. Nunc me demum rogatis, quasi jam quidquam supersit, quale jam consumtum est, & tamen a cæde, incendio, direptione exemi militem. Quid desideratis? quid adhuc statis armati quasi daturi leges, non accepturi? Si deditionem petitis, deponite arma, jam non metuenda victoribus, sed superba victis, & plena insolentiæ: ut armati rogetis; quasi de fide nostra dubitandum vobis sit, aut adhuc virtutem lacessitis, bellum minantes? Populus exstinctus est, templum ardet, urbem tenemus. Quid reliqui speratis, nisi ut vita vobis donetur? Proinde ponite arma quasi victi, vivere vobis donabo, etsi non mereamini, quia noluistis quæ vestra sunt [4] vobis conservare. Tunc illi petere cœperunt, ut sibi obstrictis sacramento, ne umquam se Romanis traderent, egre-

1. *Flumina — fluminibus*] *Fulmina — fulminibus*. Id. — Hujusmodi restitutio parum consentanea nobis videtur.

2. *Ereptum*] *Eripuit*. Barr.
3. *Servimus*] *Servavimus*. Id.
4. *Vobis conservare*] *Vobiscum servare*. Id.



A diendi per murum poteſtatem daret, quo cum ſuis familiis in deſertum pergerent, urbem Romanis cedentes. Eo commotior Titus: Etiam ne, inquit, conditiones nobis imperatis? Quin potius defenſate patriam, adeſtote templo, omni virtute inſurgite, ſervate ſacramentum mortis, quando vitæ repudiaſtis. Et ſimul jubet inſurgere Romanos in necem hoſtium. Plurimi cœpere graviore victorum indignatione labefactari: tradiderunt ſe tamen Zaræ regis filii, & fratres ejus, & plurimi cum ipſis de plebe. Nec Titus, quamvis excitatus ad iracundiam, propoſitum ſuum ſolvit contuitu regalis faſtigii, ſed recepit confugientes: ſolius tantum pietatis (quod maximum eſt) lucrum fecit. Nam prædam B omnem domus regiæ, ſeditionis auctores diripuere, ut nihil ex ea ad Romanos perveniret.

CAPUT XLVII.

Simul autem ut facto impetu, in aulam irruere, duos de Romanis militibus invadentes, unum pedeſtris militiæ virum trucidaverunt: eques vero popoſcit ſe ad Simonem duci, allegans ſe habere, quæ memorato inſinuaret principi ſeditionum. Sed perductus ad eum, cum vana quædam attexeret, perimi juſſus: dum percuſſor moratur, clauſis jam faſciola oculis, ſe ſe proripuit ad Romanos. Qui comitus prœliantes ſuſcepere fugientem, per- C ductumque ad ſe ſe Titus quaſi indignum [1] videri morte, qui ab hoſte vivus potuerit capi, exutum armis juſſit dimitti: reſervans ei quod per hoſtis ignaviam non amiſerat, & auferens militiæ ſacramentum, quod captus prodidit, fugitivus dehoneſtavit. Id illi majori ſupplicio fuit: apud viros enim graviora militiæ probra, quam mortis vulnera ſunt. Repulſi tamen illico Judæi, ad ſuperiora urbis ſe contulere, relicta templi & urbis defenſione. Strages magna in eos qui reſederunt exercebatur, ſeminecibus autem cadaveribus repletæ viæ. Juſſit Cæſar etiam ad ſuperiora admoveri machinas: quod videntes Idumæi, elegerunt viros D quos ad Titum mitterent, qui deditionem rogarent. Eo cognito, Simon prævenit, & electos quidem petendæ deditionis viros intercepit. Sed Idumæi non multo poſt, quamvis deſtituti adjumento principum, cum ſuſtinere diutius vim nequirent, tradiderunt ſe exercitui Romano. Ita primum fames, & ad poſtremum deſperatio reſiſtendi, deditionem patravit. Nec Romani multa cæde jam feſſi abnuebant vitæ indulgentiam; & ſtudio captiva mancipia vendendi, promtiores erant ad reſervandam ſalutem. Plurimi venales, ſed pauci emtores: quia Romani habere in ſervitutem Judæos dedignabantur: nec Judæi ſupererant qui redimerent ſuos, E cum ſe evaſiſſe unuſquiſque vel inopem gratularetur. Paſſim itaque ſe tradebant remoto metu, quoniam latrones aberant, Romani ignoſcebant.

CAPUT XLVIII.


Denique & Jeſus unus ex ſacerdotibus, Thebuti filius ſe dedidit, & vaſa ſacerdotalium miniſteriorum, lucernas duas, menſas, crateras, phialas, & omnia vaſa aurea: ſed & peripetaſmata, & indumenta principum ſacerdotii, cum lapidibus accepta fide ſalutis, volens tradidit. Comprehenſus etiam Phinees cuſtos gazophylacii demonſtravit ſacerdotum purpuram multam, & coccum, & alia complura quæ ad uſum reſervabantur. Cum quibus cinnamomum, & caſiam, & aromata plurima, & thymiamata, vaſa quoque ſacramentorum multa: etiam ipſe tradidit & veſtem ſacratam, ſed coactus metu, unde & veniabile apud ſuos flagitium fuit: tamen, etſi voluntas defuit, deeſſe virtus non debuit. Licet plerumque ſeverius judicemus, quam præcavere poſſimus, ſi ipſi in tali verſemur neceſſitate: refugere tamen debemus [2] furti miniſterium, & judicium proditionis.

CAPUT XLIX.

Jamque inſurrexerant aggeres, ſed & ferire cœperant arietes murum ſuperiorem ſeptima die menſis, quem [3] Gorpienſem nuncupant: ventum ad ſupremum. Conturbati & perterriti ipſi quoque factionum principes, qui in extremis inſultabant periculis, genibus ſingulorum advolvebantur, opem orantes. Cernere erat, quam miſerabilis illa mutatio foret ex illo terribili ac ſuperbo faſtigio in hanc humilem & plebejam dejectionem, in lacrymas, fletus, pavorem. Necdum ceſſerat murus urbis ſuperioris, jam illi percurſabant ſingulos, nihil ſupereſſe præſidii ingemiſcentes, hoſtem ingreſſum arbitrabantur. Plerique tamquam jam de ſuperioribus pugnantes, Romanos videre ſibi videbantur: quod metuebant animo, oculis præfigurabant, & mentis pavor fiebat imago viſus. Denique pro certo jam hoſtem cervicibus ſuis incumbere credentes, quibus adhuc tres turres, Mariamne & Phaſelus & Equeſtris ſupererant, ceteris validiores: deſeruerunt ſuperiora, confugientes ad hypogea vel retruſos ſpecus. Joannes tamen non multo poſt fame tabidus & confectus jejunio, tradidit ſe Cæſari, qui reſervatus ad triumphum, ſed perpetuis vinculis innodatus, uſque ad mortem, magis trahens ſpiritum vitæ, quam ullam voluptatem vivendi expertus, ſecurim evaſit. Simon autem latuit etiam intra exuſtæ urbis ruinas, in hypogeis ſe cum paucis recondens fidelioribus. Jam Cæſar diſceſſerat cremata urbe æſtimans etiam Simonem aut igni exuſtum, aut ruina oppreſſum, aut a quocumque [4] homine interemtum. Verum ille quamdiu cibus ſuppeditavit, in defoſſis ſpecubus defodiebat introrſum: ſed ubi & cibus defecit, & nullus evadendi exitus patuit, ſubito ad ſuperiora erepſit, indutus veſte candida & purpureo deſuper veſtimento, ut terrorem quemdam incuteret aſpicientibus. Qui primo ſtupentibus militibus, Romanis mandat, ut ad ducem ſuum deducerent. Erat in eo loco Rufus Terentius, quem Titus loco præfectum militiæ dereliquerat. Quo adveniente interrogatus, quis eſſet: primo alia; poſt, Simonem confeſſus eſt. Inde tranſmiſſus ad Cæſarem, & ipſe ad triumphum reſervatus. Sed quia crudelia exercuerat in cives, nec ſe Cæſari tradiderat, poſt triumphi pompam neci adjudicatus. Octava die Gorpiæi menſis concremata eſt civitas. Cæſa per omne tempus obſidionis innumera millia, decies centena millia (CX. myriades, ut plerique afferunt) Judæorum tamen omnium, ſed non omnium ejuſdem regionis & loci, quia eo undique convenerunt tempore paſchalis feſtivitatis. Captivi abducti ad nonaginta ſeptem millia, latrones prope omnes peremti ſtatim: qui validiores erant, per triumphum ducti, poſtea beſtiis objecti ceteriſque ſuppliciis dati, per ſingulas ferme urbes qua iter agebat Titus, ut per univerſos rebellionum ſupplicio metum ſpargeret.

1. *Videri*] *Viri*. Barr.
2. *Furti*] *Facti*. Mox *indicium* pro *judicium*. Id.
3. *Gorpienſem*] Al. *Gorpiæum*, qui September nobis dicitur, ut Suidas docet. Id.
4. *Homine*] *Milite*. Id.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.



CAPUT L.

PEr idem tempus Alani, gens fera & diu ignota nostris, quod interiorum locorum difficultate & claustro portæ ferreæ quam Magnus Alexander prærupto Tauri montis imposuit jugo, cum ceteris feris & indomitis introrsum gentibus cohibebantur. Incolebant Scythicum Tanaim finitimaque ejus & Mæotidis paludes, velut quodam clausi carcere memorati ingenio regis, ut suas terras exercerent, alienas non incursarent. Sed sive ob sterilitatem locorum, quod avari votis agricolæ, sperata culturæ non responderet fecunditas, sive prædandi cupiditate regem Hyrcanorum qui locis præerat, solicitarunt, pretio ne an [1] defensione incertum, ut reserata porta, eruptionis sibi copiam daret: quo impetrato, infudere se genti Medorum; & impetratis brevi velocibus equis & aliis pariter ad dexteram nexis, in quos per vices cum foret libitum desilirent, totam prope regionem percursavere: ut primo perturbarent omnia, majorisque multitudinis speciem darent, adversus quam nullus fugæ locus vacaret: deinde circumventis omnibus, quantam vellent, strage edita, prædam abducerent. Erat enim regio populo frequens & pecoris abundans; quæ nullo resistente facile patuit direptioni. Si quidem ipse Pacorus Medorum rex in abstrusa loca se contulit, saluti potius quam regno consulens; ita ut uxor ejus ac liberi ac concubinæ captæ ab Alanis, centum talentis postea redimerentur. Nec Tyridates Armeniæ rex immunis fuit periculi, sed alieno malo cautior, pestem prævidit: & viriliter quidem voluit occurrere, ut a finibus suis hostem averteret. Dum prœliatur tamen laqueo insertus, in potestatem hostium vivus concesserat, ni præacuto gladio nodum informem velociter intercidisset. Nam insolentia quadam propriæ fortitudinis & in ceteros despectu superbo, simul ut familiarem sibi eminus decernendi consuetudinem, refugiendique [2] facultatem fraude tali prætexerent; laqueos jacere atque hostem innectere, ars Alanis bellandique mos est.

CAPUT LI.

FUgit itaque Tyridates, cui evasisse satis fuit: regnum autem suum depopulandum reliquit. Nam quasi accepta injuria quod congredi ausus foret, vehementius Armeniam, quam Mediæ regnum devastaverunt. Opimi itaque utriusque regni spoliis, ad propria recursum fecere. Quorum comperta incursione, Titus Antiochiam contendit: sensim tamen, ut triumphatorem decebat, caussamque dissimulans, per singulas urbes pompam celebrat victoriæ. Perimebantur in arena Judæi, quacumque pergebant, ac dilacerati a bestiis, pendebant merita rebellionis. Antiochiæ quoque eos vetustis odiis gentilis populus insectabatur: eo quod reges Persarum quæ de Hierosolymitana urbe donaria jure victoriæ vindicaverant, synagogis contulerant: Antiochenis de suo quoque alia largiri. Itaque congestæ opes invidiam facile movere. Nam ut illa nunc omittamus quæ adversum Macabæos gesserint sacerdotii competitores, & quantæ cladi civium fuerit ambitio, sicut supra memoravimus; Antiochus postea non ignobili genere ortus sed moribus perditus, afflicto crimine quod Judæi urbem Antiochiam incendio exurere conspiravissent, patrem proprium qui esset de Judæorum primoribus & plerosque alios insimulatos gentilis impetu multitudinis, ad mortem coegit. Nec eo parricidio multorumque cæde exsaturatus quievit: sed postea quoque nactus facultatem, quod fortuito incendio acciderat, ejusdem urbis porticus, & tetragonam plateam maximamque partem ædificiorum cremari, fraude prædictæ conjurationis, iterum Judæos urgere cœpit atque incessere, ac propere universorum stragem fecisset, nisi advenienti Tito reservata cognitio foret, metu ne Cæsar usurpato plurimorum supplicio commoveretur. Ea res Judæis saluti fuit.

CAPUT LII.

MAssadæ quoque plurimi se Judæorum freti loci munimine congregavere, cujus expugnandi negotium Titus indignum arbitratus quod imperatorem teneret, [3] Syllæ mandavit, cui summam in iisdem locis militiæ Romanæ, cavendique ne quid iterum rebellionis oriretur, commiserat. Ipse Alexandriam contendit, & inde navigio Romam transmisit. Sylla gnaviter insistens injuncto sibi muneri, Massadæ murum ariete dissolvit. Illi interiorem ligno composuere, eo quod ad hujusmodi ictus machinamentorum muralis materies facile non cederet. Sed Romani mutato bellandi genere, ignem jecere, qui & facile ligno inhæsit, & sine ulla adolevit mora. Magnus itaque adultus incendio flammæ ferebatur fragor, qui primum boreæ spiramine a munitionis partibus repellebatur, & Romanorum magis vineas exurebat. Deinde exorto noti spiramine in castellum se se retorsit, ita ut conflagraret omnis ille ligneus muralis objectus materiæ consumtæ. Romani, quoniam nox intervenerat, securi victoriæ in castra se se receperant, ut sequenti die nudatos jam atque omni exutos præsidio debellarent. Sed ne quis elaberetur, intextis castellum custodiis circumvallaverunt.

CAPUT LIII.

DEsperatis itaque rebus Eleazarus auctor turbarum, videns nil præsidii superesse, exorsus est sermonem, quem nos quasi epilogum quemdam claudendo operi deplorabilem, more rhetorico non prætermisimus. Quid agimus Abrahamitæ viri genus regale, sacerdotalis gratiæ virtute insuperabiles? non enim ex eventu victoriæ quæ frequenter incerta est, sed ex propositi constantia virtus spectatur. Unde conjicere liquet, quia hostem subjicere fortis est, non mutare mentem virtutis esse. Jure igitur insuperabiles vos dixerim, si nullus adhuc vos mortis vicerit metus. Sed non ita vos pater instituit Abraham: qui in filio unico docuit, non mortem ejus, sed immortalitatem futuram, si pro religione immolaretur. Quid Josiam prædicem, quo nemo fuit melior interpres religionis, contemtor mortis, assertor libertatis? Namque is in illo suggestu regali locatus cui liceret differre mortem; tamen quia videbat propter peccata gravia captivitatem plebis Israel futuram, bello se alieno miscuit, vitam refugit. Clamabat Nechao: [a] *Non adversus te missus sum, sed adversus regem Israel*: Ille tamen non prius recessit, quam letalem sagittæ ictum subiret. Quo fu-

[a] II. Paral. xxxv. 21. 23.

1. *Defensione*] Vet. exemplar, *dissensione inter se gentium*. Barr. 2. *Facultatem*] *Facilitatem*. Id.

3. *Syllæ*] Vet. codex *Sileæ*. Josephus *de bell. Jud.* lib. VII. cap. XXXVIII. *Sylvæ*. Id.

sus vulnere, indicio nobis est, utrum in bello meritum, an casus præponderet. Victus est Josias [1] priorum instaurator sacrorum; vicit Nechao omnium sceleratissimus: sed ille victus, nunc cum Angelis est, hic victor in suppliciis. Quis enim nescit, non in hac vita repositam esse mercedem hominibus, sed post hujus absolutionem certaminis? Heic enim currimus, ut illic ad palmam perveniamus: heic certamen, ibi præmium est. Non ergo ulla heic longævæ ætatis gratia est. Denique Abel cito occiditur, Cain supervixit: ita mors innocentiæ fuit, & vita ærumnæ. Ex illo in eamdem sortem successimus, ut vivere miserrimum fieret, mori beatum. Quid est enim vita, nisi carcer animæ quod intra hoc ergastulum clauditur, & carnali adhæret consortio? Cujus infirmitatibus quatitur, labore affligitur, ira conteritur, accenditur cupiditatibus, vexatur furore, nec se facile attollere potest humi nexa, concreta pulvere, stricta vinculo, nervis irretita. Non mediocris tamen potestas, ut corpus vivificet, atque infundat insensibili materiæ sensus vigorem; & hoc invisibiliter singulis anima sua conferat, totumque hominem regat, atque ultra mortalem provehat fragilitatem, ut cognitionem capiat cælestium secretorum, ut mentem intendat futuris. Itaque ad imaginem similitudinemque sui Principis non videtur, cum sit in corpore sita, sed nec corporalibus oculis cernitur: nec ingressus ejus, aut exitus ejus ullo aspectu deprehenditur: instar quoddam divini muneris repræsentans. Cum ingreditur, vitam infundit: cum excedit corpore, mortem operatur. Ubi anima, ibi vita: ubi ea defuerit, ibi mors est. Quidquid inviserit, exsuscitat: quidquid reliquerit, statim solvitur & continuo marcescit: infusione animæ, mortuus resurgit: discessione, vivus exanimatur. Quis ergo dubitet, quod ei inesse videatur immortalitatis operatio, cui virtus sit mortem avertere? Ea tamen sibi oneri est, quamvis aliis ad usum redundet. Et quod corpori donat, sibi detrahit: gravatur enim & quasi in terram inclinatur cum isto mortali corpore. Itaque vita corporis, mors est animæ: & rursus corporis mors, animæ libertas videtur: dum enim sumus in isto corpore, servit anima nostra, ac misera quidem servitute, qua de paradiso exsulat, & a suo Principe peregrinatur. Ubi autem fuerit istius carnis absoluta vinculis, in illum purum & splendidum superioremque revolat locum, atque adest Domino Deo suo, sanctorumque habitaculis fruitur & beatorum gaudet consortiis: quod nullam jam habeat cum mortuo societatem, & contubernium [2] cadaveribus dereliquerit, aspiret ei cælestis gratia, nec ulla eam curarum humanarum solicitet exagitatio. Indicio nobis est quies, quantam anima per obitum corporis resumat gratiam: sopito enim corpore, & quasi mortuis ejus cupiditatibus atque universis motibus, cum sanctis sæpius conversamur: recipimus quos amisimus: ut nobis & absentes adsint, & mortui vivant, & omnis quiescat dolor. Appropinquemus & confabulemur Deo, cognoscamus futura. Affectis requies, servis libertas sit. Quod igitur dormientes somniamus, hoc defuncti adipiscimur: & quod in somno imago, hoc in morte veritatis passio est, & libertatis gratia. Unde nonnullis gentibus mos est, ut ortus hominum fletibus, occasus gaudiis prosequantur: quod illos ad ærumnam generatos doleant, hos ad beatitudinem rediisse gratulentur: illorum animas ad servi-

A tutem venisse ingemiscant, istorum ad libertatem remissas gaudeant. Indorum quoque sapientes feruntur, cum moriendi affectum induerint, protestari quod discedere velint, neque ullum obstrepere. Deinde ubi apparatus mortis processit, insilire lætos ardentem pyram, & adstantibus valedicere: dolere mulieres, quasi subsidio destitutas, vel liberos parvulos quod derelinquantur; benedicere alios, nec invidere, quod ad meliores habitatores, ad splendidiora loca purioraque festinent consortia. Quid igitur de vobis aliud possum, cum etiam barbaris gentibus libertatem sequendi mors sit? Jam dudum itaque vos optime mihi cognitos, & institutis patriis respondere paratos, quod neque Romanis

B neque cuiquam genti, nisi soli Deo serviendum putetis, qui solus justus & verus omnium Dominus sit. Dies advenit, qui probare operibus voluntatem exigat, nec dehonestare veteris indolis claritudinem; ut in libertate geniti, dominationi vos hominum subjiciatis: præsertim cum licuerit vobis ante servire vel sine periculo, nunc autem necesse sit dura supplicia suscipere cum servitute: si Romanorum imperio servituros nos offeramus, quos primi omnium bello lacessivimus & ultimi adhuc armis tenemus, imperatori non dedimus manus pacem offerenti, Syllæ dabimus acerbitatem minanti? O miseri, ad quam spem istius vitæ nos reserva-

C vimus? Esto, hostis ignoscat: quid proderit, cum offensa Dei clara sit? ignes ab hoste in nos versi, mutata ventorum flamina, flammæ retortæ, ut nostra subsidia deurerentur. Quis poterit adversante Deo vivere? Nullus veniæ locus, sed manifestum imperium mortis voluntariæ. Quid enim nox intervenit, nisi ut nos hostis non præveniret, [3] aut deusto murali subsidio, continuo irrumperet: sed ut nobis exercendæ mutuæ necis tempus reservaretur, liceretque cum liberis nostris, & necessitudinibus mori; ne videremus anhelos senes anusque a Romanis pertrahi, carissimas conjuges ad victoris libidinem rapi? Commoriamur patriæ, ne simus su-

D perstites tanti dedecoris opprobrio. Quo igitur fugiemus a facie Dei, aut quo ibimus infenso nobis cæli Domino? Si cadant super nos montes & concavis specubus abscondant, quomodo tamen poterimus declinare indignationem tantæ potestatis? Quo enim progrediemur, ubi non sit Deus, cum ubique ipse sit? An mediocria exempla sunt, quibus doceamur, quod jam dudum genti nostræ pro peccatis nostris infestus sit, qui ante præsidebat? Quis hoc dubitet, cum videat, quod in nos conversæ manus nostræ sint: pluresque seditio domestica, quam bellum exstinxerit? Non donabo Romanis quod vicerint, nec ipsi sibi hoc vendicant,

E qui sciunt quod omnes fere nostris potius armis, quam alienis perierimus. Quæ enim Romana arma viderunt Cæsaream inhabitantes Judæi? Quorum feriato die sabbati, inter solemnes nostrorum sacrorum cultus, multitudo gentilium Cæsariensium repentino quodam impetu, & misso desuper furore succensa, viginti millia delevit, omnes fugavit, ut totam urbem exinaniret. Nonne Syriam totam [4] quidem implevit dementia, ut Judæi atque gentiles in iisdem urbibus siti, & incolatus gratia sibi prius nexi, postea inter se armis colliderentur, quo Romanis vadum futuræ victoriæ constitueretur? Nam quid de Scythopoli loquar, quo Judæi primo contenderant, ut gentilem populum prævenirent, ne quid adversus nostros, exemplo ceterarum urbium, machinarentur? Itaque quos par fuit,

1. *Priorum*] *Piorum*. BARR.
2. *Cadaveribus*] *Cadaveris*. ID.
3. *Aut*] *Nec*. ID.
4. *Quidem*] *Quædam*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.

conjunctis adversum alienigenas viribus, bello decernere; hæc e contrario adversum se Judæi decreverunt, ut pars eorum adversus cognatos & proximos suos prœliaretur. Deinde ipsi pro pretio laboris & impensi sanguinis, a gentilibus perimerentur, quod prohibuerunt ipsi fieri gentilibus. Damasceni nulla exsistente caussa; [1] octo millia Judæorum straverunt. Ascalonitæ duo millia quingentos. In urbe quoque cui Ptolomais nomen, cæsa duo millia. Alexandriæ vero vetus erat odium inter Judæos & gentium populos, ex quo Alexander Magnus usus est studio Judæorum ad Ægyptios subjiciendos: unde condita urbe ex æquo Judæis & Ægiptiis attributa privilegia & habitationes diversæ, ne eorum cultus permisceretur: qui purificationes suas sine ulla volebant contagione servare. Hinc frequenter inter eos conflictus fuere, exorta jurgia, judicium petitum. Nihil tamen ex tanti regis temeratum liquet fuisse beneficiis, sed postea a gentilibus exorto tumultu, cum Judæorum necati aliqui, alii ad pœnam detinerentur, injuria motum Judæorum populum, adversum auctores injuriæ insurrexisse; & cum pertinacius se de civibus ultum iri vellent, inductum exercitum Romanum, qui sexaginta Judæorum millia intra urbem fuderit. Verum quid in levioribus moror, cum excidium totius orbis, in unius civitatis ruina deplorandum nobis sit? Ubi est maxima civitas Hierusalem? ubi decora Sion, ubi templum mirabile, ubi secundum illud tabernaculum, sanctitatis sacrarium: quo semel in anno solus princeps sacerdotum solebat intrare, non sine sanguine, quem pro se offerret & pro populi delicto? Profanatum est a gentibus, habitant in reliquiis urbis qui eam destruxerunt. Ubi, inquam, es civitas referta populis, venerabilis regibus, acceptabilis Deo, gratiæ sedes? Pavimenta tua de marmore, parietes tui fulgentes marmore, culmina tua pretioso splendebant marmore, portæ tuæ micantes auro, aliæ argento renitentes. Omnes interfecti, & qui te jugiter inhabitabant, & qui ad te ex totius orbis terrarum partibus conveniebant: ut non dubium sit, totum in te mundum periisse. Nudata omnia, a culminibus cremata, a fundamentis diruta: facta est habitatio tua deserta, nec est qui in tabernaculis tuis inhabitet, & adhuc quemquam vivere libet, & non vixisse pœnitet? Duri oculi qui hæc videre possunt, immites animi qui velle possunt, ut quid tantis supersit doloribus: non quod defecerint clades, sed quod jam nulla requies. Quo enim circumferamus oculos, aut quid cernere delectet? Urbs tota sepulcrum mortuorum est, solæ spectantibus occurrunt favillæ, viæ vacuæ viventium, repletæ cadaveribus. Miseri seniores cinerulenta canitie, & scisso amictu supra reliquias mortuorum sedent nuda tegentes ossa, quo defendant a volatilibus ac bestiis. Mulieres paucæ incolumes, quas miles impius ad turpitudinem, non ad vitam servaverit. Quis hæc videns, & de comperendinatione vivendi cogitans, audeat ad cælum levare oculos? Quis sic immemor patriæ, hostis suorum, pietatis alienus, expers dulcedinis, cujus tam semiviri sit mollis spiritus? quis ita meticulosus, quem non pudeat his reservatum? Utinam quidem olim defuncti essemus, aut si vita superesset, oculorum lumen periisset, prius quam sanctam urbem dirutam hostium manibus intueremur, templumque hoc a majoribus nostris sacratum Deo, tam impie flammis cremari, aut sacerdotes in templo conspiceremus jacere interfectos. Emendemus ergo, quod his superviximus malis, ut videamur non vitæ studio distulisse mortem, sed virtutis intentione. Circumvallavit hostis omne munimentum, nil superest nisi aut nos, aut conjuges nostræ. Jam sibi filios nostros in auctione constituunt; certantque inter se, quis cujus abducat uxorem: utrum pro dignitatum meritis personarumve ordinibus distribuendæ sint, an [2] sortibus subire cogendæ miserabiles. Nobis quoque parantur prodigia pœnarum, tormenta exquisitissima, non solum ardentes flammæ aut diversæ neces victricis ictu securis: duro quidem post vincula, post carcerem, post jugum supplicio, sed tolerabiliore viris, si ludibrio vacet, sed etiam avulsi artus viventibus, & præcipue truncatæ manus. Nec immerito, quia defuerunt suo muneri, cum possent sibi subvenire. Subeundi quoque morsus ferarum ad victorum spectaculum, quod diversis jam celebratur arenis urbium: vel exemplo nobis debet esse pudendum, vel visu miserabile, ut reservemur aut bestiis, aut fratribus prœliaturi. Quid ergo moramur? jam non est liberum nobis, quod metuimus, evadere. Si liberos interficere nolumus per misericordiam, aut nosmet ipsos per virtutem; necesse erit ut per germanos aut propinquos nostros interficiamur per flagitium: hoc suadet affectus, illud victores exigunt. Si nolumus exsequi ministerium pietatis, cogemur subire pompæ parricidalis ludibrium. Adoriamur ergo, quod prosit liberis conjugibusque nostris: si infirmiores sumus, auferamus eos cruciatibus futuris; si fortiores sumus, vincamus compassiones parentum, affectus necessitudinum: & in hoc vincamus hostem, cum prædam tollimus. Hoc virtus exigit, hoc suadet pudor. Non timere mortem, virtus est. Etenim ad mortem omnes nascimur, & ad mortem generamus liberos; quorum mors naturæ assignatur, captivitas probro datur. Ergo quos non potuimus periculo eripere, eripiamus ludibrio. Miseremini igitur patres liberorum, mariti conjugum, omnes parvulorum misereamur; quod est præcipuum nostri, dum est miserandi potestas: ut de nostro misereamur, ne ad dedecus videamur & nati & reservati. Quis enim possit perpeti patres ante ora filiorum, filios in conspectu parentum interfici? Trahi canitie fessos senes, vel ad necem, vel quod pejus est, ad servitutem, mulieres sparsis crinibus duci sub conspectu conjugum, & violenter ad opprobrium trahi? Audire vocem parvuli vagientis vocantis patrem, ut auxilio sit petenti, cum jam frustra audias [3] revinctas manus, & captivæ cervicis jugo subditos? Ergo dum adhuc liberæ manus sunt, dum ferrum stringimus, aggrediamur opus, quod victor hostis miretur. Mulieres nostræ supremum conjugalis munus dilectionis, quasi dotale recipiant patrimonium. Has illis claves refundimus novo sanguinis [4] testimonio, ut sint nostræ heredes libertatis. Hoc ipsæ hortantur, certe merentur, quæ volunt: cogendæ, quæ refugiunt: nec parvuli ferrum pavebunt, quod per ætatem nesciunt, quod suscipere a parentibus piis debent, ut vere fiant liberi. Nobis quoque quid erit præstantius? Si exuramus prius castellum, frumenta tamen reservemus, ne putent nos fame potius coactos, quam studio virtutis invitatos, mutuæ necis arripuisse ministerium. Donemus illis escas refertas sanguine; & si eas flammæ exussérint, nidor ipse frugum incensarum indicio erit periisse obsidentibus, quod obsessis abundaverit.

1. *Octo millia*] Josephus, *octodecim millia*. BARR.
2. *Sortibus*] *Sortitus*. ID.
3. *Revinctas*] *Revinctus*. Et mox *subditus*. ID.
4. *Testimonio*] *Testamento*. ID.

Posthæc unusquisque offerat se vulneri, & moriturus patriam tegat, supremoque amplexu obeat. Fiat nobis patria libertatis sepulcrum, quæ fuit dignitatis domicilium: hic tumulus funera nostra decet, ut septo virtutis tegamur. Tali accensi oratione, ceteri gladios strictos tenebant, oscula dabant conjugibus, amplexu suscipiebant liberos, illacrymantes & simul festinantes, ut hostis præveniretur. Hæc vobis, inquiunt, amoris pignora damus supremæ præmia necessitatis, & compresso viriliter affectu, [1] passionem excluserunt, cædem A implebant: impavidæ mulieres se offerebant vulneri pro conservatione pudicitiæ, mentemque suorum ipsæ induerant virorum. Cæsis itaque necessitudinibus, pignoribus quoque, delegere strenuos qui supplementa cædis exsequerentur. Ita fusi omnes nongenti sexaginta cum parvulis ac mulieribus: [2] una mulier sola superfuit, quæ filios quinque in aquæductu abscondit, dum ceteri supremis intendunt necessitatibus: ea Romanis diluculo advenientibus, ad vocem excita, index negotii fuit. Opes autem eorum, appositus ab ipsis prius ignis consumsit.

1. *Passionem excl.*] Vet. codex, *omnes se mollitie exuerunt, passionem excluserunt*. BARR.
2. *Una mulier*] Josephus vero de duabus retulit. Idque contigisse aliqui scribunt XV. Aprilis, ab expugnatione Hierusalem secundo, a nativitate vero Christi LXXIV. ID.

S. AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

HISTORIÆ

DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ URBIS,

ANACEPHALÆOSIS.

ID EST

Omnium pæne quæ in superioribus dicta sunt libris,

REPETITIO.

CAPUT I.


ANNO XLII. post passionem Domini, imperii vero Vespasiani primo, bellis asperis Judæa & seditionibus domesticis lacerabatur. Ipsa quoque eorum civitas Hierusalem [1] intestino prœlio laborabat. Nulla intermissio, nulla requies, nullæ induciæ, momentis omnibus dimicabatur. Multi ruebant, innumeri jugulabantur. Sanguis fœdabat universa, ipsaque replebat templi limina: passim ruebant cadavera: sagittis alii, alii missilibus feriebantur. Nullus locus periculo vacabat, nulla spes conversionis, nulla fugiendi copia erat: mœsta omnia & plena horroris, & plena immanitatis: ubique luctus, pavor ubique: clamor mulierum, ejulatus senum, morientium gemitus, viventium desperatio: ut miserabiles eos diceres qui remanserant, beatos qui obibant. Quomodo decepta es populis tuis, quibus quondam videbaris beata? Quomodo expugnata es tuis armis, atque in te conversæ sunt manus tuæ, quæ solebas sine armis vincere, & sine ullo prœlio hostem ferire, cum pro te Angeli dimicarent, & militarent tibi fluctus maris, terræ hiatus, cæli fragores?

CAPUT II.

EXsurge nunc Moses, & vide gentem tuam & hereditatem populi tibi crediti, perire manibus suis: aspice populum illum Dei, cui gradien- B ti pervium mare patebat, cui esurienti escas cælum subministrabat, sine mari clausum, sine Pharaone obsessum, sine terrarum sterilitate jejunum. Exsurge Aaron, qui aliquando propter offensam Dei, cum mors plurimos depasceretur populi, stetisti inter viventes ac mortuos, & mors stetit, atque objectu corporis tui hæsit lues, nec transire potuit ad contagionem viventium. Suscitare & tu Jesu Nave, qui muros inexpugnabiles Hiericho, tubis canentibus complanasti; & vide populum cui exteros subjecisti, nunc eumdem subjectum opprimi. Suscitare David, exasperantem spiritum citharæ suavitate solitus excludere, & vide quemadmodum C dominabatur furor, atque omnem suavitatem psalmorum tuorum [2] ex perditorum sensibus abluerit, & unusquisque de principibus populum universum ad mortem afferat, ut libertatem extorqueat, pro quo te ipsum morti offerebas. Suscitare Elisæe, qui hostem introduxisti in Samariam, & amicum fecisti. Per te in castris Syriæ quadrigarum increpuit fragor, & vox equitum & virtutis: fugit hostis, evasit obsidionem Judæus. Ubi nunc ista merita, & ubi nunc istæ operationes sanctorum? Nec mirum, si [3] miserunt prophetarum opera, qui negaverunt prophetarum arbitrum. Ideo in te Judæa [4] arma convertuntur, orationes tuæ nihil tibi prosunt, quia fides tua nihil operatur: D ideo adversum te factus est populus tuus, quia in te conversa est perfidia tua. Quod remedium quæritur, ubi auctor remedii non conciliatur? Quid pu-

1. *Intestino prœlio*] Codex ms. *trino intra se prœlio*. Factiones ibi siquidem tres erant, Joannis, Simonis & Eleazari: supra lib. V. cap. 1. BARR.
2. *Ex perditorum — abluerit*] *Expeditorum — abol...erit*. ID. 3. *Miserunt*] An *amiserunt*?
4. *Arma*] *Arma tua*. BARR.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



tabas futurum, cum tuis manibus vitam tuam exstingueres, cum tuis vocibus advocatum tuum exterminares, nisi ut in te quoque injiceres manus? Habes, quod petisti. Eripuisti tibi Præsulem pacis, petisti necari vitæ tuæ arbitrum, concedi tibi Barrabam; [a] *qui propter seditionem factam in civitate & homicidium missus fuerat in carcerem*: ideo salus abs te recessit, pax abiit, quies destitit: data est tibi seditio, datum excidium: agnosce tibi hodie Barrabam vivere, & Jesum mortuum. Ideo in te regnat seditio, pax sepulta est, ut crudelius a tuis pereas, & prius, quam ab alienis pereas.

CAPUT III.

QUid tantum miserabilis civitas, Romanus suis armis, quantum populus tuus malorum invexit? Ut cum Romanis pugnares, tui fecerunt: pacem volebant Romani, tu bellum indixisti. Quid caussæ erat, ut fortiores lacesseres? Durum sane, quod contra legem sacram templum gentilis intravit: sed jam non erat Dei templum. Non eras Dei civitas, nec esse poteras, quæ eras mortuorum sepulcrum: præsertim tuorum, quos ipsa occideras, non quos ab hoste amiseras. Quomodo enim poteras vitæ esse domicilium, quæ eras mortis habitaculum, diversorium scelerum, latronum spelæum? Jacuerunt in te Ananus [1] & Joannes insepulti sacerdotum principes; & illi dudum sacerdotalibus induti stolis, qui venerationi etiam exteris fuerant, deformes jacuerunt. Cadavera eorum esca volatilium, & devoratio canum facta sunt, membris lacerati, & tota dispersi urbe, ut deplorare veteris sanctitatis species videretur tantam sacri nominis contumeliam, & speciosi quondam muneris deformitatem. Sed ipsa tibi hujus indignitatis exordium fecisti, quæ in medio sinu tuo occidebas prophetas, quæ lapidabas sanctos Domini. Ante templum Zacharias jacuit exanimis, jacuit inhumatus: ergo sanguis tuus illum lavat. Quæ caussa autem mortis fuit Anano, nisi quod increpuit populum tuum, quia non [2] resurgeret pro templi defensione, quia expostulabat libertatem perditam, virtutem desertam, calcatas veterum sacrorum reliquias, commaculata altaria; Relinquendum asserebat populum, usu simulacrorum insensibilium & statuarum more nihil jam [3] sentientem commaculatum? Muta enim animalia referre solent, vel vicissitudinem vindictæ, sentire injuriam, incitari aculeo, declinare verbera. Qui ergo nec excitatur, nec declinare novit quod noceat, similis est non sentientibus.

CAPUT IV.

ET te vera ubi illa libertas tua, cujus studio quondam non Ægyptiis, non Palæstinis, non Assyriis, postea non Medis cedendum existimavisti? ubi est illa Macabæorum fides, quæ quondam in paucis fudit Babylonios? Persas fugavit? Demetrium perculit? Ad postremum in parvulis ac mulieribus Antiochi arma, gladios incendiaque superavit: & pro observatione patriæ mori maluit, quam regiis imperiis obtemperare? Ubi est illa devotio patrum, pulcherrima passionum omnium, qua se non pro liberis, non pro conjugibus magis, quam pro templo Dei morti offerebant? Antea & virga sacerdotalis floruit, recisa de silvestri radice: nunc & fides aret, & sepulta est pietas, & abiit omnis virtutis æmulatio. Nec mirum, si populus qui a Deo recessit, & improbum contradictionis spiritum sequitur, in se ipsum divisus est. Quomodo enim pacem suam tenere poterat, qui pacem Dei repudiavit? [b] *Pax Dei Christus est, qui fecit utraque unum*. Merito ergo ex uno populo plures adversum se facti sunt, quia noluerunt sequi divisa sociantem Jesum, sed secuti sunt conjuncta dividentem furoris spiritum.

CAPUT V.

SOlvebas igitur Hierusalem mercedem perfidiæ tuæ, cum ipsa tuis manibus destrueres munimenta tua, cum tuis mucronibus foderes viscera tua, ita ut hostis misereretur ut ille parceret, & tu sævires. Videbas enim, quod Deus adversum te pugnaret, & Romanorum fungeretur partibus, ut ipsa tibi inferres voluntariam perditionem: ideo spectatores malebant esse Romani, quam percussores, ne furentibus tuis inter se visceribus, manum admovere contagionis magis, quam fortitudinis æstimarentur. Ad hæc nefandæ necis supplicia accedebat impia immanitas crudelitatis, ut sepulturam omnibus qui vel in templo necati fuerant vel circa urbis plateas, negarent: nec humare cuiquam vacabat, dum bellis inter se occuparentur, feriendique magis quam humandi cura universos tenebat. Ita quodam furore occiderant pietatis officia, crudescebant impietatis ministeria; nihilque magis in tantis calamitatibus perierat, quam misericordia, quæ sola solet allevare miserias, solari ærumnas. Namque & hi qui amiserant suos, non audebant humare propter formidinem, cum gravis terror ingrueret a diversæ factionis principibus: & hi qui necaverant, alienos cavebant, ne quis illos præriperet ad sepulturam. Itaque necesse erat omnes timere, ne quod alteri donare vellent, id sibi sumerent: vel quod pejus est, quem paraverant usum sepulcri, cum ipsi non impetrarent.

CAPUT VI.

IN templo igitur ipsi pro unguentis bene olentibus, pro thymiamateriis bene spirantibus, pro diversorum florum odoribus, gravis erat insepultorum cadaverum fœtor, quæ pluvia dissolverat, quæ flamma ambusserat, quæ sol calefecerat. Omnes artus cæsorum civium diro odore fœtebant. Hinc resolutorum putredo viscerum, inde exustorum nidor sensus omnes atque ora complebant viventium, ut ipsi non multo post graviore morbo consumerentur, ac se superstites ingemiscerent, quod duriore pœna perirent, eoque servatos, ut viderent cum patria simul solvi etiam leges naturæ, negari jus viventibus, pacem civibus, sepulturam defunctis, humana pariter atque divina maculari ac pollui, permixta omnia. Criminosam esse misericordiam, religionis loco haberi crudelitatem, castrum in templo, bellum in limine, funus in altaribus: ea spectare oculis, quæ prophetis denuntiantibus non credidissent futura. Nam de his dixerat David: [c] *Polluerunt templum sanctum*

[a] Luc. XXIII. 19. [b] Ephes. II. 14. [c] Psalm. LXXVIII. 1-3.

1. *Ananus & Joannes*] Supra legitur *Ananus & Jesus*. BARR.

2. *Resurgeret*] *Insurgeret*. ID.

3. *Sentientem*] Forte *sentientium*.

tuum, posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus cæli: effuderunt sanguinem eorum sicut aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Simul enim tunc, & gentes venerunt in hereditatem Dei quæ auferrent omnia, & templum pollutum est suorum funeribus, & insepulta jacuerunt cadavera interfectorum ad escam avium bestiarumque voracitatem, effusus sanguis ut stagnaret in templo, deesset qui sepeliret: quia viventium in mortuos, a mortuis in eos qui adhuc viverent, furor transferebatur. Volebat aliquis defunctum humare, ipse exstinguebatur. Et qui defunctum occiderat, in sepultorem transferebat iracundiam, ut illi sepulturam negaret: hunc exstinguebat rursus qui sepultorem occiderat, majorem crudelitatem circa defunctum exercebat, ut jam nihil debentem odio, non sentientem supplicia, spoliaret supremo naturæ debito.

CAPUT VII.

QUid illis accidere aliud poterat, qui divina non recipiebant oracula? Irridebant prophetarum annuntiationes, fas omne calcabant, futuraque ut fierent, ipsi acceleraverunt. Erat enim sermo vetus & frequens, tunc perituram Hierusalem & sancta ejus exurenda, cum seditio belli legem incesseret, & domesticæ manus templum Dei contaminarent. Nec hoc quidem intellexerunt: Quoties enim excisa domus Dei? quoties seditio? quoties bellum? & numquam illa urbs periit, nisi cum Dominum vere Templum Dei domesticis manibus crucifixerunt. Propter quod & illud audiunt: [a] *Solvite templum hoc, & in tribus diebus resuscitabo illud*. Quid enim aliud nisi sacrilegium fuit, cum impias manus extenderent in auctorem salutis, cum lapidarent eum, cum verberarent, cum corriperent, cum occiderent? Tunc vere sancta eorum absumsit ignis divinus. Nam exusta a Babyloniis, reparata est. Postea destructa a Pompejo, reformata iterum. Sed penitus exusta ubi Jesus venit, & spiritus divini soluta evanuerunt. Oportuit uberiore quadam deploratione præire nos funus quoddam paternæ solemnitatis, & velut quasdam exsequias prosequi, ac solvere juxta majorum instituta.

CAPUT VIII.

SEd veniamus ad summam eversionis Hierusalem, & ad dejectionem Judæorum. Merito siquidem dejiciendi & viles habendi fuerant, qui universis pretiis cariorem Jesum, triginta denariorum pretio a discipulo comparaverant: non ut eum haberent tamquam Dominum, sed ut de terra viventium tollerent velut iniquum. Quare jure de hereditate sua, viliores paleis, in omnem terram ventilati sunt a gentibus, quas formidaverant ne sibi locum & gentem tollerent. Et qui triginta denariis Jesum comparaverant ad perdendum, juste postea triginta capita suorum viderunt vendi uno denario ad illudendum. Quia igitur pæne omnes Judæi in necem Domini nostri Jesu Christi unanimiter consenserunt, imminente vindicta pæne omnes a totis regionibus ad azymorum diem festum congregati bello subito circumfusi sunt: ut primo quidem illis pestifera lues ex loci angustia nascere-A tur, deinde citius fames. Quod autem caperet multitudinem hominum tantam civitas, certum erat ex his qui sub Cestio fuerant. Enumeratis enim tunc viris civitatis a Floro, Neroni significare cupiente contemnenti nationem, a pontificibus petierat, ut si quo modo possent multitudinem numerarent. Illi autem cum dies festus adesset qui Pascha vocatur, quando a nona quidem hora usque ad undecimam hostias cædunt, per singula autem quasi contubernia, non pauciorum quam decem hominum fiunt, solum enim epulari non licet, multi enim [1] vicini conveniunt: hostiarum quidem ducenta, & quinquaginta sex millia & quingentas numeraverunt. Fiunt autem, ut denos epulatores B per singulas imputemus, vicies centena, [2] aut septingenta millia, sancti omnes & puri. Nec enim leprosis aut vitiliginosis, aut semine fluentibus quos [3] gynæcicos vocant: nec mulieribus menstruo cruore pollutis, neque aliis inquinatis participare sacrificia permittebantur. Sed nec alienigenis quidem, nisi qui religionis caussa venissent.

CAPUT IX.

MAgna vero hæc multitudo ab extraneis congregabatur. Tunc tamen veluti in carcerem tota gens fato conclusa est, & farta hominibus civitas, bello obsidebatur. Itaque omnem superat hu-C manam, & divinitus emissam pestem numerus peremtorum, quos partim palam occiderunt, partim ceperunt Romani. Rimantes enim cloacas & sepulcra eruentes, quos offendissent, occidebant. Inventi sunt autem ibi plus quam duo millia, quorum alii manu sua, plures autem mutuis se vulneribus interfecerunt, cum fames alios corripuisset. Luebant enim scelerum suorum supplicia, qui postquam Jesum crucifixerunt divinorum arbitrum, postea etiam discipulos ejus persequebantur: plerique tamen Judæorum, gentilium plurimi crediderunt in eum, cum præceptis moralibus operibusque ultra humanam possibilitatem profluentibus invitarentur, quibus nec mors quidem ejus vel fidei, D vel gratiæ finem imposuit: immo etiam cumulavit devotionem. Intulerunt quoque parricidales manus, atque auctorem vitæ interficiendum ad Pilatum deduxere: reluctantemque cœperunt perurgere judicem: in quo tamen non excusatur Pilatus, sed Judæorum amentia coacerbatur: Quia nec ille adjudicare debuit, quem reum minime deprehenderat, nec isti sacrilegium parricidio geminare, ut ab his, qui ad redimendos & sanandos eos se se obtulerat damnaretur. Quamvis enim idem Pilatus manus laverit, dicens: [b] *Mundus ego sum a sanguine justi hujus, vos videritis*: nequaquam tamen minus exstitit reus, qui gloriam dominicæ agnoscens resurrectionis, prædicare invitus studuit, sed credere per-E fidus contemsit, sicut testatur ejusdem epistola, Cæsari in hunc modum directa.


CAPUT X.

P*Ontius Pilatus Claudio salutem. Nuper accidit, & quod ipse probavi, Judæos per invidiam se suosque posteros crudeli condemnatione punisse. Denique cum promissum haberent patres eorum, quod illis Deus eorum mitteret de cælo sanctum suum qui eorum Rex merito diceretur, & hunc se promiserit*

a Joan. II. 19. b Matth. XXVII. 24.

1. *Vicini*] Ex Josepho *viceni*. BARR.
2. *Aut sept.*] Locus hiulcus videtur. Legendum forte, vel *& sept.* vel *sexcenta aut sept.*
3. *Gynæcicos*] Gualtherus ex Josepho legendum putat *gonoricos*. BARR.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 387.



per Virginem missurum ad terras: istum itaque me præside in Judæam Deus Hebræorum cum misisset, & vidissent eum cæcos illuminasse, leprosos mundasse, paralyticos curasse, dæmones ab hominibus fugasse, mortuos etiam suscitasse, imperasse ventis, ambulasse siccis pedibus super undas maris, & multa alia fecisse, cum omnis populus Judæorum eum Filium Dei esse diceret, invidiam contra eum passi sunt principes Judæorum, & tenuerunt eum, mihique tradiderunt, & alia pro aliis mihi de eo mentientes dixerunt, asserentes istum magum esse, & contra legem eorum agere. Ego autem credidi ita esse, & flagellatum tradidi illum arbitrio eorum. Illi autem crucifixerunt eum, & sepulto custodes adhibuerunt. Ille autem militibus meis custodientibus, die tertio resurrexit: in tantum autem exarsit nequitia Judæorum, ut darent pecuniam custodibus, & dicerent: [a] Dicite, quia discipuli ejus corpus ipsius rapuerunt. *Sed cum accepissent pecuniam, quod factum fuerat, tacere non potuerunt. Nam & illum surrexisse testati sunt se vidisse, & se a Judæis pecuniam accepisse.*

CAPUT XI.

HÆc ideo ingressi, ne quis aliter mentiatur, & æstimet credendum mendaciis Judæorum. De quo ipsi perfidi testantur, dicente Josepho historiarum scriptore, quod fuerit illo tempore vir sapiens (si tamen oportet, inquit, virum dici) mirabilium creatorem operum, qui apparuit discipulis suis, post triduum mortis suæ vivens secundum prophetarum scripta: qui & hæc & alia innumerabilia de eo plena miraculis prophetaverunt: ex quo cœpit congregatio Christianorum, & in omne hominum penetravit genus: nec ulla natio Romani orbis remansit, quæ cultus ejus expers relinqueretur. Si nobis non credunt Judæi, vel suis credant: hoc dixit Josephus, quem ipsi & maximum putant. Et tamen in eo quod verum locutus est propter historiæ fidem, quia fallere nefas putabat, & non credidit propter duritiam cordis & perfidiæ intentionem: non tamen veritati præjudicat, quia non credidit, sed plus addidit testimonio, quia nec incredulus, & invitus negavit. In quo Christi Jesu claruit æterna potentia, quod eum etiam principes synagogæ quem ad mortem comprehenderant, Deum fatebantur. Et vere quasi Deus sine exceptione personarum aut ulla mortis formidine locutus, excidium quoque templi futurum annuntiavit, sed non eos templi injuria commovit. Sed quia ab eo in flagitiis, & sacrilegiis corripiebantur, hinc ira exarsit, ut interficerent eum, quem nulla habuissent tempora. Nam cum alii [1] prædicando meruerint facere, quæ fecerunt: hic in potestate habebat, ut omnia quæ fieri vellet, impetraret.

CAPUT XII.

OCtavo igitur die Septembris mensis concremata est civitas: cæsa per omne tempus numero decies centena millia. CX. myriades, ut plerique asserunt: Judæorum tamen omnium, sed non omnium ejusdem regionis aut loci, quia eo undique convenerant tempore paschalis solemnitatis: captivi abducti nonaginta septem millia. Denique tanta captivorum præ multitudine utilitas fuit, ut triginta a Romanis uno numismate sub corona venderentur. Peracta igitur obsidione, jussit Cæsar Titus funditus evertere civitatem ac templum, ut adimpleretur verbum Domini Jesu prædicantis: [b] *Amen dico vobis, non derelinquetur lapis super lapidem, quin destruatur*: talis quidem finis Hierosolymorum obsidionis fuit. Eamdem vero urbem Hierosolymam Chananæorum quidam potens condidit, qui patrio sermone vocaretur Rex Justus, quam primo Solymam nuncupavit, postea templum [2] addidit: unde Hierosolyma dicta civitas est. A principio suos incolas habuit de gente Chananæorum. David primus vir Hebræus Chananæos expulit, constituit suos, qui in ea sibi domum regiam fecit. Voluit & templum Deo condere, sed prohibitus oraculo, Salomonem heredem reliquit; qui templum quod ipse voverat, ædificaret. Salomon itaque templum fundavit. Reliqui quoque reges ad ornatum urbis addidere plurima: invidia ex magnificentia orta est.

CAPUT XIII.

INter omnia tamen opera templum præcellebat amplissimo opere & fulgenti marmore, peripetasma pretiosum & maximum, cocco & hyacintho byssoque intextum, ex purpura non otiosa materia tantæ diversitatis, sed cujus species rerum latentium mysterium signaret: eo quod ejus esset templum, qui cælo & aeri terræ & mari, quasi creator elementorum dominaretur, atque omnia solus regeret & gubernaret. Cocco enim igneum cælum figuratur, hyacintho aer, bysso terra, mare purpura, quæ conchyliis maritimis inficitur: ut duo ex colore, duo ex generatione colligas. Denique princeps sacerdotum hæc quatuor indumento suo exprimere consueverat, quando maxima celebritas erat festorum dierum; quasi totum mundum indueret, pro populo supplicaturus, in ejus figura qui venturus erat princeps sacerdotum Jesus, ut tolleret peccatum mundi. Femora princeps sacerdotum lineo interius operimento tegebat, eo quod præ ceteris in sacerdote fides mentis quæritur & corporis castimonia, quæ succingere debeat carnis intemperantiam. Duo erant tabernacula sacra, unum interius, aliud exterius: in hoc semper introibant sacerdotes: in illud interius quod sanctum appellabatur, semel introibat princeps sacerdotum, non sine sanguine quem offerret pro se & pro populi ignorantia atque delicto. Hoc significante Spiritu sancto venturum Jesum, qui vere solus intraret in interiora divinorum penetralia sacramentorum, & arcana substantiæ cælestis qui nosset omnia solus; Patrem quoque sanguine suo toti mundo reconciliaret, ut & cælestium & terrestrium misereretur. Denique postea quam venit, [c] *pacificavit omnia per sanguinem crucis suæ, quæ in cælo vel in terra sunt.*

CAPUT XIV.

INtus thymiamaterium, intus mensa, intus lucerna. Thymiamaterium, quod ita ad Deum Patrem, [d] *sicut incensum, dirigatur* maxime sacerdotalis *oratio*. Mensa, quod in ea passio Christi fit, & mysteria sacramentorum. Unde David dicit: [e] *Parasti in conspectu meo mensam*; cujus veluti duo-

a Matth. XXVIII. 13. *b* Matth. XXIV. 2. *c* Coloss. I. 20. *d* Psalm. CXL. 2. *e* Psalm. XXII. 5.

1. *Prædicando*] *Precando*. Et paullo post *imperaret*. BARR.

2. *Addidit*] Forte *additum*. Quæ mox sequuntur, restitutionem suadere videntur.

decim panes, duodecim Apostoli testes sunt passionis ejus ac resurrectionis. Lucerna, quæ sub candelabrum ponitur, ante sub modio erat, id est, legis mensura: nunc est in gratiæ plenitudine, heptamycho frequens lumen effundens, eo quod Spiritus sanctus septem maximarum gratiarum virtutibus Dei templum illuminet. Trinitatis igitur cognitio in interioribus erat templi, quæ dicebantur Sancta Sanctorum, ubi reposita quondam virga Aaron floruit: quod gratia sacerdotalis in Christo amplius esset operatura post mortem, qua mundum redemit. Judæi ergo si voluissent credere, evidentia imminentis excidii signa habebant, quibus velut claris vocibus admonebantur finem sibi affore. Nam per annum ferme supra templum ipsum cometes arsit gladii quadam pendentis similitudine, denuntians quoque ferro & igni, gentis & regni urbisque ipsius vastitatem futuram. Quid enim similitudo gladii nisi bellum, quid ignis nisi incendium denuntiaret? Visus autem est prius quam populus a Romanis se se dissociaret. Ipsis vero Paschæ diebus undecimi mensis octavo die, per singulas noctes hora circiter nona templum & ara ejus ita lumine refulgebat, quasi dies esset per mediam fere horam quotidie manens: quod vulgus interpretabatur cumulandæ gentis indicium videri: eoque impulsi sunt tamquam tempus afforet libertatis recipiendæ. Prudentiores contra opinabantur, quod hoc genus stellæ bellum soleat denuntiare.

CAPUT XV.

NE quisquam arbitraretur nos aliena a cultu nostro & disciplina locutos, primum non quid nobis videatur adstruimus, sed quid acciderit, quæve opiniones tunc temporis fuerint, quid prudentes senserint, quid imprudentes: neque cum de secta Judæorum quid dictum est, ita scriptum videatur a nobis quasi in veritate cultus eorum, non quasi in umbra & figura præmissum contexuerimus, ut [1] sequeremur perfectiora. Nam de signis stellarum etiam in Evangelio docemur, quia [a] *erunt signa in sole, & luna, & in stellis*. Vitulæ quoque afferuerunt partu, cum immolanda adstaret altaribus in medio templi agnam editam in ipsis sacrorum quæ supra memoravimus, celebritatibus. Orientalem quoque portam interiorem solido ære gravem quæ soleret ad vesperam viginti virorum claudi labore, obseratis vectibus ferreis, per aliquot noctes sponte reseratam, & vix postea a custodibus clausam. Id quoque arbitrabantur plerique futurorum signum bonorum, quibus ingressuris porta aperiretur: consultiores autem ajebant custodiam templi resolutam videri, ut quæcumque intus forent ab hostibus diriperentur, exiret cultus interior & vastitate evacuaretur, celebritas sacrificiorum destrueretur, quod etiam & ante quam crucifigerent CHRISTUM JESUM, liquido significatum lectio docet. Post multos quoque dies figura quædam apparuit inæstimabilis magnitudinis, quam plurimi circumspexere (sicut libri Judæorum manifestarunt) & ante solis occasum subito visi in nubibus currus & acies armatæ: quibus totius Judææ regionisque ejus urbes incursarentur: ipsa autem Pentecostes solemnitate ingredientes sacerdotes in templi interiora, nocturno tempore ut sacrificia assueta celebrarent, & motum primo quemdam sensisse se prodiderunt, & A sonitum editum; postea etiam audisse repentina voce clamatum: *Transeamus hinc*.

CAPUT XVI.

JEsus quoque Ananiæ filius ruricola vir, ante quatuor annos quam bellum Judæorum populus adoriretur, in summa pace urbis & abundantia cum scenopegia sacrificiis solemnibus celebrarentur, templum ascendens cœpit clamare: *Vox ab oriente, vox ab occidente, vox a quatuor ventis, vox super Hierosolymam, super templum, vox super sponsos & sponsas, vox super omnem populum*. Hoc noctibus atque diebus vociferabatur. Commoti primores loci B corripuerunt eum, terribile vocis ejus indicium perhorrentes, & plurimis eum suppliciis affecere, quo saltem afflictus dolore, desineret terribilia & plena prodigiis denuntiare. At ille nec metu ullo nec verberibus aut gravioribus interminationibus territus, usum aut vocem mutavit, sed in eadem denuntiationis perseverantia, in eodem contextu sermonum, sine ulla obsecrationis interpolatione manebat, injuriæ negligens, affectu immobilis. Quod nequaquam perfunctorium rati, sed in excessu mentis, ut erat, exprimi, detulerunt ad loci judicem, qui tunc temporis a Romanis per id loci publica agitabat negotia. Is rimandæ veritatis gratia, sævissimis eum pœnis exulceravit. Quo magis perse- C veraret, eo vehementius corripi flagellis hominem jubet, ut si qua secretiora futuri tumultus indicia comperisset, manifestaret. At ille neque flevit, neque rogavit, sed ad singula verbera, non suum, sed patriæ excidium flebiliter deplorabat, dicens: *Væ Hierosolymis*. Neque interrogatus quis esset, vel unde, vel cur eadem diceret, responsum reddidit: sed tantummodo lamentationem illam patriæ quæstu miserabili prosequebatur. Defessus itaque Albinus (hoc enim nomen viro) dimisit eum tamquam dementi furore, quid diceret non sentientem. At ille neque sermonem ullum cum quoquam habebat, neque aliud loqui per reliquum tempus auditus est; sed hoc tamquam lugubre atque funereum canticum D canens, diebus ac noctibus jugiter resultabat, *Væ Hierosolymis*: neque verberanti conviciabatur, neque cibum impertienti gratias agebat: una erat ad omnes eademque plena funebris ululatus responsio, & maxime sacrificiorum celebritatibus. Per septem itaque annos & quinque menses eadem verborum series, idem vocis sonus. Mansit itaque indefessus tanto tempore: ubi obsidio cœpit, eadem ille vociferari destitit, quasi cessari oporteret denuntiationem cum adessent, quæ fuerant denuntiata. Sed ubi cœpit flamma urbem pariter & templum involvere, circumiens murum clamare cœpit iterum: *Væ civitati & populo & templo*. Et ad postremum addidit, *Væ etiam mihi*; & [2] fundibali ictu in ea- E dem voce emisit spiritum.

CAPUT XVII.


URbem etiam cum templo, vetustis etiam litteris scriptum erat, tunc perituram, cum tetragonum templum factum fuisset. Itaque sive obliti, sive obstupefacti ingruentium malorum necessitate, ubi occupata est Antonia, tetragonum in circuitu templi [3] fecerunt. Inter quæ illud præcellentissimum, quod in litteris æque vetustis (quas

[a] Luc. xxi. 25.

1. *Sequeremur*] *Sequerentur*.
2. *Fundibali*] Editi *fundibulari*. De hac vero emendatione vide sis quæ adnotabamus superius ad caput XLIV. lib. V.

3. *Fecerunt*] Editi perperam, *defecerunt*. Ceterum hic locus superius lib. V. cap XLIV. sub finem, sic effertur: *tetragonum circuitum templi fecerunt*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 387.



sacras vocabant) manebat impressum, quod secundum illud tempus, futurus esset vir qui de regione eorum imperium assumeret in orbem terrarum. Quæ res eos in tanto furore posuit, ut sibi non solum libertatem, sed etiam regnum pollicerentur. Id alii ad Vespasianum referendum putarunt, prudentiores ad Dominum Jesum, qui secundum carnem genitus ex Maria regnum suum per universum mundum diffudit. Tantis itaque rebus [1] manentibus, non potuerunt cavere quod divinitus decernebatur. Manifestam enim Dei in se cognoscentes iram, ad consolationis alicujus remedium pertingere renuerunt: tanta sceleris obnubilatio mentium oculos obduxerat.

CAPUT XVIII.

Desperatis siquidem & eorum rebus, auctor turbarum Eleazarus, inter cetera diffidentiæ verba, abjectionis suæ a Deo sic conquestus est: O miseri, ad quam spem istius vitæ nos reservamus? Esto, hostis ignoscat, quid proderit cum Dei offensa clara? ignes ab hoste in nos versi, mutata ventorum flamina, flammæ retortæ, ut nostra subsidia demerentur. Quis poterit adversante Deo vivere? Nullus veniæ locus, sed manifestum voluntariæ mortis imperium. Quid enim nox intervenit, nisi ut nos hostis non præveniret, nec deusto murali præsidio continuo irrumperet; sed ut nobis exercendæ mutuæ necis tempus reservaretur, liceretque cum liberis nostris & necessitudinibus mori, ne videremus anhelos senes anusque a Romanis pertrahi, carissimas conjuges ad victoris libidinem rapi? Commoriamur patriæ, ne simus superstites tanti dedecoris opprobrio. Quo igitur fugiemus a facie Dei, aut quo ibimus infenso nobis cæli Domino? Si cadant super nos montes & concavis specubus abscondant, quomodo tamen poterimus declinare indignationem tantæ potestatis? quo enim progrediemur, ut non sit Deus, cum ipse ubique sit? An mediocria exempla sunt, quibus doceamur, quod jam dudum genti nostræ pro peccatis nostris infestus sit, qui ante præsidebat? Quis hoc dubitet, cum videat, quod in nos manus nostræ conversæ sint, pluresque seditio domestica, quam bellum exstinxerit?

CAPUT XIX.

Non donabo Romanis quod vicerint, nec ipsi sibi hoc vindicant, qui sciunt, quod omnes fere nostris potius armis, quam alienis perierimus: quique Romanorum arma viderunt Cæsaream inhabitantes Judæi, quorum feriato die sabbati inter solemnes nostrorum sacrorum cultus multitudo gentilium Cæsariensium, repentino quodam impetu & misso desuper furore succensa, viginti millia delevit, omnes fugavit, ut totam urbem exinaniret. Nonne Syriam totam quidem implevit dementia, ut Judæi atque gentiles in iisdem urbibus siti, & incolatus gratia sibi prius nexi, postea inter se armis colliderent, quo Romanis vadum futuræ victoriæ constitueretur? Nam quid de Scythopoli loquar? quo Judæi primo contenderant, ut gentilem populum prævenirent, ne quid adversus nostros exemplo ceterarum urbium machinaretur? Itaque quos par fuit conjunctos adversum alienigenas viribus bello decernere, hæc e contrario adversum se Judæi decertaverunt; ut pars eorum adversus cognatos & proximos suos prœliaretur. Deinde ipsi pro pretio

A laboris, & impensi sanguinis a gentilibus perimerentur, quod prohibuerunt ipsi fieri in gentibus. Damasceni nulla exsistente caussa, octo millia Judæorum straverunt. Ascalonitæ [2] duo millia quingentos. In urbe quoque cui Ptolemais nomen, cæsi duo millia. Alexandriæ vero vetus erat odium inter Judæos & gentium populos, ex quo magnus Alexander usus est studio Judæorum ad Ægyptios subjiciendos: unde condita urbe ex æquo Judæis & Ægyptiis attributa privilegia & habitationes diversæ, ne eorum cultus permisceretur qui purificationes suas sine ulla volebant contagione servare. Hinc frequentes inter eos conflictus fuere, exorta jurgia, judicium petitum. Nihil tamen ex tanti regis temeratum

B liquet fuisse beneficiis, sed postea a gentilibus exorto tumultu, cum Judæorum necati aliqui, alii ad pœnam detinentur: injuria motum Judæorum populum adversum auctores injuriæ insurrexisse: & cum pertinacius se de civibus ultum iri vellent, inductum exercitum Romanum qui sexaginta Judæorum millia intra urbem fuderit.

CAPUT XX.

Verum quid in levioribus moror, cum excidium totius orbis in unius civitatis ruina nobis deplorandum sit? Ubi est maxima civitas Hierusalem? ubi decora Sion? ubi templum mirabile?

C ubi secundum illud tabernaculum sanctitatis sacrarium, quo semel in anno solus princeps sacerdotum solebat intrare non sine sanguine, quem pro se offerret & populi delicto? Profanatum gentibus: habitant in reliquiis urbis qui eam destruxerunt. Ubi, inquam, es civitas referta populis, venerabilis regibus, acceptabilis Deo, gratiæ sedes? pavimenta tua de marmore, parietes tui fulgentes marmore, culmina tua pretioso splendebant marmore, portæ tuæ micantes auro, aliæ argento renitentes. Omnes interfecti, & qui te jugiter inhabitabant, & qui ad te ex totius orbis terrarum partibus conveniebant, ut non dubium sit totum in te mundum periisse. Nudata omnia, a culminibus cremata, a fun-

D damentis diruta: facta est habitatio tua deserta; nec est qui in tabernaculis tuis inhabitet, & adhuc quemquam vivere libet, & non vixisse pœnitet? Duri oculi, qui hæc videre possunt: immites animi, qui velle possunt ut tantis supersint doloribus, non quod defecerit clades, sed quod jam nulla requies. Quo enim circumferamus oculos, aut quid decernere delectet? urbs tota sepulcrum mortuorum est; solem spectantibus occurrunt favillæ, viæ vacuæ viventium, repletæ cadaveribus. Miseri seniores cinerulenta canitie, & scisso amictu supra reliquias mortuorum sedent, nuda tegentes ossa, quo defendant a volatilibus ac bestiis. Mulieres paucæ incolumes, quas miles impius ad turpitudinem, non

E ad vitam servaverit. Quis hæc videns & de comperendinatione vivendi cogitans, audeat ad cælum levare oculos? Quis sic immemor patriæ, hostis suorum, pietatis alienus, expers dulcedinis, cujus tam semiviri sit mollis spiritus? Quis ita meticulosus, quem non pudeat his reservatum? Utinam quidem olim defecti essemus, aut si vita superesset, oculorum lumen periisset, prius quam sanctam urbem dirutam hostium manibus intueremur, templumque hoc a majoribus nostris sacratum Deo, tam impie flammis cremari, aut sacerdotes in templo conspiceremus jacere interfectos.

1. *Manentibus*] *Monentibus*. Barr.

2. *Duo millia*] Josephus *octodecim millia*. Id.

CAPUT XXI.

EMendemus ergo, quod his ſuperviximus malis, ut videamur non vitæ ſtudio diſtuliſſe mortem, ſed virtutis intentione. Circumvallavit hoſtis omne munimentum. Nil ſupereſt, niſi aut nos, aut conjuges noſtræ: jam ſibi filios noſtros in auctione conſtituunt, certantque inter ſe, quis cujus abducat uxorem, utrum pro dignitatum meritis perſonarumve ordinibus diſtribuendæ ſint, aut [1] ſortibus ſubire cogendi miſerabiles, nobis quoque parantur prodigia pœnarum, tormenta exquiſitiſſima: non ſolum ardentes flammæ, aut diverſæ neces victricis ictu ſecuris: duro quidem poſt vincula, poſt carcerem, poſt jugum ſupplicio, ſed tolerabiliore viris, ſi ludibrio vacet, ſed etiam avulſi artus viventibus, & præcipue truncatæ manus. Nec immerito, quia defuerunt ſuo muneri, cum poſſent ſibi ſubvenire. Subeundi quoque morſus ferarum ad victorum ſpectaculum, quod diverſis jam celebratur arenis urbium: vel exemplo nobis debet eſſe pudendum, vel viſu mirabile, ut reſervemur, aut beſtiis, aut fratribus prœliaturi.

CAPUT XXII.

ET id genus alia multa Eleazarus in medium proferebat diffidentiæ & deſperationis plena. Ex quibus omnibus, & ipſis rerum eventibus [a] *cum Judæi ſibi manifeſte iratum Deum cognoviſſent; non ſicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis; & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum;* & eum [b] *qui ad oves tantum domus Iſrael perditas venerat*, oderunt, odientes crucifixerunt, & gloriam reſurrectionis evacuare moliti ſunt. Nam ſi non cognoviſſent, rei adeo nequaquam exſtitiſſent. Unde ipſe de eis Dominus: [c] *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me & Patrem meum.* Cognoverunt ſiquidem [2] ex Patre, quomodo & dæmones dicentes: [d] *Scimus quod ſis Filius Dei:* videntes mirabilia, audientes mirabiliora; ſed non cognoverunt rei veritatem: quia duri corde detrectaverunt credere. [e] *Si enim credentes vere cognoviſſent, numquam Dominum gloriæ,* ut ait Paullus, *crucifixiſſent*. Hinc Propheta: [f] *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſrael autem me non cognovit.* Quid per bovem, niſi prædicator ſanctus quiſque intelligitur, in ſemine verbi Dei illaborans? Quid per aſinum, niſi brutus gentium populus deſignatur? qui audiens paſtoris cujuslibet prædicationem, mox ad præſepe Domini cucurrit, ut pabulo verbi Dei adhæreret.

CAPUT XXIII.

BEne autem poſt quadraginta & duos viſitationis ſuæ annos Iſrael a terra promiſſionis exterminatur, quia poſt quadraginta egreſſionis ab Ægypto annos, in eam introductus perhibetur; in quibus duas decalogi lapideas ſecundo ſuſcepit tabulas, per quas perſiguratur biennium, ad everſionis numerum deſtinatum; in quibus etiam maxime notanda eſt ænei ſerpentis exaltatio, cujus reſpectu quiſque moribundus vitæ reſtituebatur. Sicut enim illo temporis ſpatio & manna paſti ſunt, & per mediatorem Moſen legem tabulis deſcriptam lapideis acceperunt, & qui in articulo mortis ſerpentem non reſpexerunt exaltatum, perierunt: ſic intra hoc everſionis tempus verum manna (unde dictum fuerat: [g] *Ego ſum panis vivus, qui de cælo*, &c.) haurire ſalubriter renuentes, verumque mediatorem Chriſtum Jeſum, de quo præcinebatur: [h] *Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus veſter de fratribus veſtris; tamquam me ipſum audietis: quem ſi quis non audierit, exterminabitur de populo ſuo:* ejuſque legalia in ſe ipſo vera petra deſcripta ſequi diſſimulantes, exaltatum in cruce, & a mortuis ſurrexiſſe, ſub articulo miſerrimæ everſionis credere reſpuentes, a terra promiſſionis exterminati, perierunt: ut [i] *populus ille qui ſedebat in tenebris & habitabat in regione umbræ mortis*, lucem æternam videns reſurrectionis, in eam cum plenitudine ſua introeat; & ſic [k] *reliquiæ Iſrael ſalvæ fiant:* quatenus ex duobus parietibus, una conſeratur in reſurrectione Eccleſia ſuper illum lapidem angularem [l] *qui faciet utraque unum*, Dominum noſtrum Chriſtum Jeſum, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

a Rom. I, 21. *b* Matth. xv. 24. *c* Joan. xv. 22. 24. *d* Marc. I. 24. Luc. iv. 33. *e* I. Cor. II. 8. *f* Iſa. I. 3. *g* Joan. vi. 51. *h* Deut. xviii. 15. 18. *i* Iſa. ix. 2. *k* Rom. ix. 27. *l* Epheſ. II. 14.

1. *Sortibus*] *Sortitus* reſtituebat Barrenſis ſuperius ad lib. V. cap. LIII. circa fin.

2. *Ex Patre*] Legendum forſan *ex parte*. BARR.

F I N I S.

TABULA I.
Concordantiarum
S. AMBROSII episc. Mediol.
De Excidio Hierof.

Lib.	*Cap.*
I	I
I	II
I	III
I	IV
I	V
I	VI
I	VII
I	VIII
I	IX
I	X
I	XI
I	XII
I	XIII
I	XIV
I	XV
I	XVI
I	XVII
I	XVIII
I	XIX
I	XX
I	XXI
I	XXII
I	XXIII
I	XXIV
I	XXV
I	XXVI
I	XXVII
I	XXVIII
I	XXIX
I	XXX
I	XXXI
I	XXXII
I	XXXIII
I	XXXIV
I	XXXV
I	XXXVI
I	XXXVII
I	XXXVIII
I	XXXIX
I	XL
I	XLI
I	XLII
I	XLIII
I	XLIV
I	XLV
I	XLVI

TABULA I.
Concordant.
JOSEPHI
De bello Jud.

Lib.	*Cap.*
I	I
I	II II
I	III III
I	IV
I	IV
I	V V
I	VI VII
I	VIII VIII
I	IX
I	X
I	XI
I	XI
I	XI
I	XII XII
I	XIII XIII
I	XIV XV
I	XVI
I	XVI XVII
I	XVI
I	XVII
I	XVII
I	XVII
I	XVII
I	XVIII
I	XIX XX
I	XX
I	XX
I	XX
I	XXI XXI
I	XXII
I	XXIII XXIV
I	XXIV
I	XXV
I	XXVI
I	XXVII
I	XXVII
I	XXVII
I	XXVII
I	XXVII
I	XXVII
I	XXVII
I	XXVII
I	XXVII
I	XXVII
I	XXVII
I	XXVII

TABULA I.
Concordant.
JOSEPHI
in Antiqq.
lib. de bello Jud.

Lib.	*Cap.*
XII	VI VII
XII	VIII
XIII	I
XIII	XIII
XIII	XIV
XIII	XV
XIII	XVII
XIII	XVIII
XIII	XIX
XIII	XX
XIII	XXI
XIII	XXII
XIV	I
XIV	II III IV
XIV	IV V VI VII
XIV	VIII
XIV	VIII IX
XIV	X
XIV	XI XII
XIV	XIII
XIV	XIV XV
XIV	XVI
XIV	XVI
XIV	XVII XVIII
XIV	XVIII XIX XX
XIV	XX
XIV	XXI XXII
XIV	XXIII
XIV	XXIV XXV
XIV	XXVI XXVII
XV	IV V
XV	VI
XV	VII
XV	VIII
XV	IX X XI
XV	III
XV	II III
XV	I VIII IX
XV	IX
XVI	XIII
XVI	XVII XIX XX
XVII	I II III IV
XVII	V
XVII	V VI VII
XVII	VIII IX X
XVII	XI XII

Tabula II. Concordantiarum Egesippi De Excidio Hierosl.		Tabula II. Concordant. Josephi De bello Jud.		Tabula II. Concordant. Josephi in Antiq. Lib. de bello Jud.	
Lib.	*Cap.*	*Lib.*	*Cap.*	*Lib.*	*Cap.*
II	II	II	I	XVII	XVI
II	II	II	II	XVII	XVII XVIII
II	III	II	III	XVIII	VII VIII IX
II	IV	o	o	XVIII	X XIV
II	V	II	III IV	XVIII	XV XVI
II	V	II	IV V	XIX	XII
II	VI	II	IX X	XX	XV XIX
II	VII	II	XI	XX	XVIII
II	VIII	II	XI XII XIV XVI	XX	XVIII XIX XX
II	IX	II	XVII	o	o
II	X	II	XVIII XIX XX	XX	XXII
II	XI	II	XXI XXIV XXV	VIII	o
II	XII	o	o	o	o
II	XIII	o	o	XX	XXII *
II	XIV	II	XXVI		
II	XV	II	XXVI		
II	XVI	II	XXVII		
II	XVII	II	XXVIII		
II	XVIII	II	XXVIII		

* Huc usque Joseph. in Antiq. libb. A duodecimo enim usque ad xx. prosequitur passim historiam Excidii Hierosolymitani.

Tabula III. Concordantiarum Egesippi De Excidio Hierosl.		Tabula III. Concordant. Josephi De bello Jud.	
Lib.	*Cap.*	*Lib.*	*Cap.*
III	I	III	I
III	I	o	o
III	II	III	I
III	III	III	I
III	IV	III	II
III	V	III	III
III	VI	III	IV
III	VII	III	V VII VIII IX
III	VIII	III	X
III	IX	III	XI
III	X	III	XII XIII
III	XI	III	XIV XVI
III	XII	III	XVIII
III	XIII	III	XIX
III	XIV	III	XX XXI
III	XV	III	XXI
III	XVI	III	XXI
III	XVII	III	XXII
III	XVIII	III	XXIII
III	XIX	III	XXIV
III	XX	III	XXV
III	XX	III	XXVI XXVII
III	XXI	III	XVII
III	XXII	III	XXVIII
III	XXIII	III	XXVIII XXIX
III	XXIV	III	XXX
III	XXV	III	XXX
III	XXVI	III	XXXI XXXII

Tabula IV. Concordantiarum Egesippi De Excidio Hierof.		Tabula IV. Concordant. Josephi De bello Jud.	
Lib.	*Cap.*	*Lib.*	*Cap.*
IV	I	IV	I II
IV	II	IV	III
IV	III	IV	V VI
IV	IV	IV	VII IV
IV	V	O	O
IV	VI	IV	VIII IX
IV	VII	IV	IX
IV	VIII	IV	X
IV	IX	IV	XI
IV	X	V	I
IV	XI	V	II
IV	XII	V	III
IV	XIII	V	IV V
IV	XIV	V	VI
IV	XV	V	VII
IV	XVI	V	VIII
IV	XVII	V	VIII
IV	XVIII	V	IX
IV	XIX	V	X
IV	XX	V	XI
IV	XXI	V	XII
IV	XXII	V	XIII
IV	XXIII	V	XIII
IV	XXIV	V	XIV
IV	XXV	V	XV XVI
IV	XXVI	V	XVII
IV	XXVII	V	XVIII
IV	XXVIII	V	XVIII
IV	XXIX	V	XIX
IV	XXXI	V	XIX
IV	XXXII	V	XIX
IV	XXXIII	V	XIX
		V	XX

Tabula V. Concordantiarum Egesippi De Excidio Hierosol. Lib.	Cap.	Tabula V. Concordant. Josephi De bello Jud. Lib.	Cap.
V	I I	VI	I II
V	II	VI	O
V	III	VI	III
V	IV	VI	IV
V	V	VI	V
V	VI	VI	VI VII
V	VII	VI	VII
V	VIII	VI	VIII X
V	IX	VI	VIII IX
V	X	VI	X
V	XI	VI	XI XII
V	XII	VI	XII XIII XIV
V	XIII	VI	XV
V	XIV	VI	XVI
V	XV	VI	XVII
V	XVI	VI	XVIII
V	XVII	VI	XIX
V	XVIII	VI	XX
V	XIX	VI	XXI
V	XX	VI	XXI
V	XXI XXI	VI	XXII XIII XIV
V	XXII XXII	VI	XXV XXVI
V	XXIII	VI	O
V	XXIV	VI	XXVII
V	XXV	VI	XXVII
V	XXVI	VI	VIII
V	XXVII	VII	I
V	XXVIII	VII	II
V	XXIX	VII	II
V	XXX	VII	III
V	XXXI	VII	IV
V	XXXII	VII	V
V	XXXIII	O	O
V	XXXIV	VII	V
V	XXXIV	VII	VI
V	XXXV	VII	VII
V	XXXVI	VII	VIII
V	XXXVII	VII	IX
V	XXXVIII	VII	X
V	XXXIX	VII	XI XII
V	XL	VII	XIII
V	XLI	O	O
V	XLII	VII	XIV XV
V	XLIII	VII	XVI
V	XLIV	VII	XVII
V	XLV	VII	XVIII
V	XLVI	VII	XIX
V	XLVII	VII	XX XXII
V	XLVIII	VII	XXIII
V	XLIX	VII	XXIV XXV XXIX
V	L	VII	XLII
V	LI	VII	XXXV
V	LII	VII	XLIII XLIV

S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI

HYMNI TRES,

Qui deſiderantur in noviſs. edit. Pariſ. BB.
Deſcripti ſunt ex cod. Vat. LXXXII.

Inter opera THOMASIANA *edit. Rom.* 1747. *tom.* II. *pagg.* 371 - 374.

I.

IN ASCENSIONE DOMINI.

OPTATUS votis omnium
Sacratus inluxit dies,
Quo Chriſtus mundi ſpes Deus
Conſcendit cælos arduos.
Aſcendens in altum Dominus
Propriam ad ſedem remeans,
Gaviſa ſunt cæli regna
Reditu Unigeniti.
Magni triumphum prœlii,
Mundi peremto principe,
Patri præſentat vultibus
Victricis carnis gloriam.
Eſt elevatus nubibus,
Et ſpem fecit credentibus,
Aperiens paradiſum
Quem protoplaſti clauſerant.
O grande cunctis gaudium!
Quod Partus noſtræ Virginis,
A Poſt ſputa, flagra, poſt crucem,
Paternæ ſedi jungitur.
Agamus ergo gratias
Noſtræ ſalutis vindici,
Noſtrum quod corpus vexerit
Sublimem ad cæli regiam.
Sit nobis cum cælitibus
Commune manens gaudium:
Illis quod ſe præſentavit,
Nobis quod ſe non abſtulit.
Nunc, provocatis actibus,
Chriſtum exſpectare nos decet,
B Vitaque tali vivere
Quæ poſſit cælos ſcandere.
Gloria tibi Domine
Qui ſcandis ſuper ſidera,
Cum Patre & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

II.

JESU noſtra redemtio,
Amor & deſiderium:
Deus creator omnium,
Homo in fine temporum.
Quæ te vicit clementia,
Ut ferres noſtra crimina,
Crudelem mortem patiens,
Ut nos a morte tolleres?
Inferni clauſtra penetrans,
Tuos captivos redimens:
Victor triumpho nobili
Ad dextram Patris reſidens.
Ipſa te cogat pietas,
Ut mala noſtra ſuperes
Parcendo, & voti compotes
Nos tuo vultu ſaties.
Tu eſto noſtrum gaudium,
Qui es futurus præmium:
C Sit noſtra in te gloria
Per cuncta ſemper ſæcula. Amen.

III.

IN PENTECOSTE.

JAM Chriſtus aſtra aſcenderat
Regreſſus unde venerat,
Promiſſo Patris munere
Sanctum daturus Spiritum.
Solemnis ſurgebat dies,
Quo, myſtico ſeptemplici,
Orbis volutus ſepties
Signat beata tempora.
Cum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat,
Apoſtolis orantibus
Deum veniſſe nuntians.
De Patris ergo lumine
Decorus ignis almus eſt,
Qui fida Chriſti pectora
Calore Verbi compleat.
Impleta gaudent viſcera
Afflata ſancto lumine:
Voces diverſæ conſonant;
Fantur Dei magnalia.
Ex omni gente cogitur
Græcus, Latinus, Barbarus;
Cunctiſque admirantibus
Linguis loquuntur omnium.
Judæa tunc incredula,
Veſano turbas ſpiritu
D Ructare muſti crapulam
Alumnos Chriſti concrepat.
Sed ſignis & virtutibus
Occurrit & docet Petrus,
Falſa profari perfidos,
Johele teſte comprobans.
Hic Chriſte nunc Paraclitus
Per te pius nos viſitet:
Novanſque terræ faciem,
Culpis ſolutos recreet.
Sit laus Patri cum Filio,
Sancto ſimul Paraclito:
Nobiſque mittat Filius
Chariſma ſancti Spiritus.

INDEX
LOCORUM
SACRÆ SCRIPTURÆ.

LEVITICI.

NUMERORUM.

DEUTERONOMII.

JUDICUM.

I. REGUM.

II. REGUM.

III. REGUM.

IV. REGUM.

PROVERBIORUM.

HIEREMIÆ.

THRENORUM.

BARUCH.

EZECHIEL.

DANIEL.

OSEE.

JOEL.

AMOS.

HABACUC.

SOPHONIÆ.

ZACHARIÆ.

MALACHIÆ.

EX NOVO TESTAMENTO.

MATTHÆI.

MARCI.

LUCÆ.

JOANNIS.

I. AD CORINTHIOS.

II. AD CORINTHIOS.

II. AD TIMOTHEUM.

AD TITUM.

AD HEBRÆOS.

JACOBI.

I. PETRI.

II. PETRI.

EXPLICIT.

INDEX

RERUM ET PERSONARUM.

A

B

C

F

G

H

I

Q

R

S

T

F I N I S.

EMENDANDA.

Pag. 3.	c. lin.	3.	manifeſtandum	forte : manifeſtatum.
10.	b.	9.	officio	officio.
17.	e.	4.	ſolo	in ſolo.
25.	e.	5.	hinc	hic.
30.	b.	4.	& quidem ipſa eſt	videtur legendum : & eſt ipſa.
35.	c.	5.	o nemine	a nemine.
37.	b.	10.	cœleſtis	cæleſtis.
	e.	5.	cœleſtem	cæleſtem.
		11.	indicantur	judicantur.
39.	b.	8.	ipſi	ipſis.
40.	e.	1.	conſequebantur	conſequebantur.
41.	d.	14.	Quinimo	Quinimmo.
43.	a.	5.	ſolicitudide	ſolicitudine.
45.	d.	5.	hæreditas	hereditas.
49.	b.	3.	*hæreditatem*	*hereditatem.*
	c.	2.	donet	docet.
54.	b.	10.	eonſtituant	conſtituant.
	d.	9.	Domini	domini.
55.	b.	5.	accidit	accidat.
61.	d.	9.	ſpiritubus	ſpiritibus.
64.	c.	8.	*induere & exuere*	forte : *indue & exue.*
81.	c.	12.	Quinimo	Quinimmo
85.	d.	1.	cœcus	cæcus.
		8.	occœcata	occæcata.
		12.	cœcus	cæcus.
87.	d.	1.	imo	immo.
88.	c.	13.	prælio	prœlio:
93.	c.	12.	*tuæ*	*meæ.*
	d.	11.	Domini amoris,	Domini, amoris.
95.	b.	1.	idololatras ;	idololatras,
129.	b.	4.	inpoſterum	in poſterum.
	c.	9.	eſſe	eſſe.
	d.	3.	ſpirirualiter	ſpiritualiter.
137.	b.	1.	*Proterea*	*Propterea.*
138.	b.	9.	quandam	quamdam.
141.	b.	1.	inclinas	inclinans.
166.	d.	4.	*ceperitis*	*cœperitis.*
169.	d.	8.	Quoniam ipſi	*Quoniam ipſi.*
173.	a.	2.	ſolum	ſolum.
181.	e.	2.	perſiſtendi, in	perſiſtendi in.
191.	a.	14.	caractere	charactere.
Pag. 197.	a. lin.	3.	præ occupationibus	præoccupationibus.
201.	a.	10.	*oremns*	*oremus.*
207.	a.	13.	procedant, pſalmodiæ & ſacrum	forte: procedant pſalmodiæ, ſacrum.
216.	b.	9.	lucrum ; aut	lucrum, aut.
232.	c.	1.	cucurit	cucurrit.
239.	d.	8.	fanctum	ſanctum.
274.	a.	2.	pecorum	an ? porcorum.
281.	d.	7.	læferit	læſerit.
289.	a.	3.	imbuerat	induerat.
304.	e.	6.	*ſpiritum*	*ſpiritu.*
309.	d.	11.	exuaſur	exuatur.
312.	e.	2.	pœnitentiam	pœnitentia.
328.	b.	8.	iniuſteque	injuſteque.
335.	c.	13.	fraterne	fraternæ.
356.	e.	1.	maxime	maximæ.
369.	c.	13.	Aiunt	Ajunt.
447.	c.	12.	*crucis*	*crucis?*
461.	c.	3.	ptæſumit	præſumit.
484.	c.	4.	ipfum	ipſum.
489.	b.	9.	fcriptura	ſcriptura.
509.	a.	9.	PECGATO	PECCATO.
	d.	9.	noctique	noctiſque.
522.	b.	5.	comprehendit	forte : comprehenditur.
533.	a.	1.	*clericatus*	*clericatus.*
548.	d.	3.	Quiſque	forte: quiſquis.
554.	c.	14.	quæquæ	quæque.
568.	a.	9.	ſubjerit	ſubierit.
574.	c.	5.	quis	qui.
581.	b.	13.	Relicta	Reliqua.
585.	a.	1.	*in uditum*	*inauditum.*
	d.	11.	illud	forte : aliud.
592.	b.	11.	tamdem	tandem.
597.	a.	10.	diviſa	diviſa.
603.	b.	11.	*Congregamur*	*Congregemur.*
604.	c.	6.	quidem	quidam.
608.	a.	7.	*dcfert*	*defert.*
617.	d.	11.	reſurtectionis	reſurrectionis.
648.	d.	4.	perrinet	pertinet.
665.	e.	3.	amifit	amiſit.
682.	b.	4.	quæſtu	queſtu.
705.	e.	11.	magiſque	magiſque,

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, & Approvazione del P. F. *Filippo Rosa Lanzi Inquisitor General del Santo Offizio di Venezia*, nel Libro intitolato: *Bibliotheca Veterum Patrum, antiquorumque Scriptorum Ecclesiasticorum, cura & studio Andreæ Gallandii Presb. Congreg. Oratorii: Tomus septimus Ms. e Stamp. &c.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi e buoni costumi, concediamo licenza a *Gio: Battista Albrizzi* Stampator di Venezia che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 21. Dicembre 1770.

(Sebastian Justinian Rif.

(Andrea Tron Kav. Rif.

(Sebastian Foscarini Kav. Rif.

Registrato in Libro a Carte 53. al Num. 430.

Davidde Marchesini Segr.

Adi 29. Dicembre 1770.

Registrato al Magistrato contro la Bestemmia in Libro a Carte 24.

Andrea Grattarol Seg.